NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
39 K
24
ROMA

I
1700

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

2.19.3. 2
a
11

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CELIDONI NICASI
SVBERIENSIS, THEOLOGI.

PEREGRINVS HIEROSOLYMITANVS
SIVE

TRACTATVS QVINQVEPARTITVS, DE QVINTVPLICI NOTITIA
PEREGRINANTIBVS PER MVNDI HVIVS
Eremum in ſupernam Hieruſalem, neceſſaria: Occaſione ſumpta ex hiſce B. Auguſtini in Pſalmum centeſimum trigeſimum ſextum verbis:

Omnis eruditus in ſancta Eccleſia NOS SE *debet vnde ciues ſimus, Et vbi peregrinemur, Et peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum, Reuerſionis autem munus remißionem peccatorum & iuſtificationem gratiæ Dei.*

Hebr. XIII. Verſ. XIV.

Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

39
K
24



COLONIÆ ET Veneunt,

PARISIIS,
Apud IOANNEM BILLAINE, viâ Iacobæâ, ſub ſigno ſancti Auguſtini.

M. DC. LII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PEREGRINI HIEROSOLYMITANI

IN QVINQVE LIBROS DISPERTITI.

PROLOGVS.

1. Materia. COgitanti aliquando mihi ac ſtudiosè mecum diſquirenti, cuinam potiſſimùm materiæ hâc tempeſtate elucidandæ operulam meam fructosè impendere poſſem, opportunè occurrit & veluti ſe ingeſſit memoranda illa Auguſtini in Pſalmum 138. ſententia: 'Omnis *Auguſtinus.* 'eruditus in ſancta Eccleſia noſſe debet, vnde ciues ſimus, & vbi 'peregrinemur, & peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum, re- 'verſionis autem munus remiſſionem peccatorum & iuſtificationẽ 'gratiæ Dei'. Quâ penitiùs introſpectâ membratimque diſcuſsâ, ratus ſum me inveniſſe quod anxiè quæſieram: materiam videlicet vtilitate fructuoſam, vbertate copioſam, ſubtilitate actuoſam, & raritate curioſam. Vtilitatem innuunt præambularia illa Auguſtini verba, 'Omnis eruditus in ſancta Eccleſia noſſe DEBET' &c. Quis enim non videat ſubeſſe vtilitatem, vbi aſtrui perſpicit *debiti* neceſſitatem? Non poteſt proinde noſcentibus non prodeſſe, quod quiſque in Eccleſia eruditus *debet noſſe*: neque relinquitur libertas neſciendi, vbi palàm aſſeritur neceſſitas noſcendi. Eiuſdem materiæ vbertatem evincet ipſa operis digerendi prolixitas, quæſtionumque in eo tractandarum multiplicitas. Subtilitatem prodet decidendorum arduitas: Raritatem denique arguet tractantium de ea paucitas, vel potiùs nullitas. Quamvis enim Patres, & Scholaſtici eos ſubſequentes, ſingulas materiæ huius particulas incidenter & quaſi per tranſennam attigerint; nemo tamen, quem viderim, inter eos repertus eſt, qui à capite ad calcem methodicè eam digeſſerit. Audebo igitur ego vel primus eam aggredi, vt ſaltem eruditioribus dem anſam perficiendi. Non parum enim ſcripturiendo profuiſſe eſt cenſendus, qui vtiliter ſcripturos excitavit ad ſcribendum.

2. Methodus. Scribendi methodum huiuſmodi obſervabo: Materiam vniverſam quinque libris complectar: quorum primus quaſi proœmialis, documentum iſtud ediſſereret quod Apollini Pythio Gentilitas attribuit, *Noſce teipſum*: Secundus indagabit, *Vnde ciues ſimus*: Tertius inveſtigabit, *Vbi peregrinemur*: Quartus oſtendet, *Peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum*: Quintus denique expendet *Reverſionis noſtræ munus, in remiſſione peccatorum & iuſtificatione gratiæ* Dei conſiſtens. Ita totius operis materiam præmemorata Auguſtini ſententia articulatim diſſecta ſuppeditat. Nam poſtremis quatuor libris articuli totidem correſpondent: qui cùm ad id vniverſi tendant vt noſmetipſos accuratè noſcamus, primo etiam libro vberem materiam ſubminiſtraſſe cenſendi ſunt. Idcircò etenim noſſe debemus, *Vnde ciues ſimus*, & *Vbi peregrinemur*, & *Peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum, Reverſionis autem munus remiſſionem peccatorum & iuſtificationem gratiæ Dei*, ne noſmetipſos ignorantes, ſuperbiâ ventilemur, volantes in magnis & mirabilibus ſuper nos; vel deſperatione concidamus, ſerpentes in parvis & deſpicabilibus ſubtus nos: [a] 'Cordis ergo oculis circumquaque correctis (vt 'monet Gregorius) Vndique nobis adhibenda cuſtodia eſt. Vnde rectè per Salo- Prov. 4. 23. 'monem dicitur: *Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* Dicturus enim

[a] *Greg. lib. 19. Moralium c. 12. Vide Bern. Ser. 46. ex parvis.*

Digitized by Google

,enim, *Custodia*; præmisit, *Omni*: vt videlicet vnusquisque hinc inde se diligenter inspiciat'. Hinc se inspiciat, contuendo tenuitatem exilij sui, & æquitatem supplicij sui: inde se inspiciat, perpendendo celsitatem municipij cui inscriptus est, & granditatem pretij quo redemptus est. Priora duo contueatur, ne præfidendo vanescat; postrema duo perpendat, ne diffidendo torpescat. Priora duo ei ob oculos spectanda exhibebunt Tertius & Quartus huius operis libri; quorum prior investigat *Vbi peregrinemur*, posterior indagat *Peregrinationis nostræ causam*. Postrema duo ei repræsentabunt bini alij libri, Secundus videlicet & Quintus; quorum ptior patefaciet *Vnde cives sumus*, posterior expandet *Reversionis nostræ munus*.

Titulus. Titulus operis è subiecta materia desumptus, *Peregrinus Hierosolymytanus* est. Id enim hic agitur, atque vtinam peragatur, vt intelligant fideles ac seriò recogitent, se in hoc sæculo advenas esse & peregrinos, civitatem permanentem hic non habentes, sed futurã inquirentes: [b] 'Omnis (ait Prosper) qui ad supernam pertinet civitatem, peregrinus est mundi: & dum temporali vtitur vita, in patria vivit aliena'. Superna hæc civitas vnde cives sumus, & quam hic per fidem peregrinando inquirimus, *Hierusalem* dicitur: [c] 'Quod verbum (vt Augustinus ait) est Hebræum, & interpretatur *Visio pacis*. Cuius cives sunt omnes sanctificati homines, qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt; & omnes sanctificati spiritus etiam quicunque in excelsis cœlorum partibus piâ devotione obtemperant Deo; nec imitantur impiam diaboli superbiam, & angelorum eius. Huius civitatis rex est Dominus Iesus Christus, Verbum Dei, quo reguntur summi Angeli; & Verbum hominem assumens, vt eo regerentur & homines: qui simul omnes cum illo in æterna pace regnabunt'. Ab hac itaque civitate exulamus, & in hanc per mundanum desertum peregrinamur; in qua peregrinatione ne siti deficiamus, cœlestis gratiæ guttis irroramur: [d] 'Si quid habet homo veritatis atque iustitiæ (ait ex Augustino Synodus Arausicana) ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo: vt ex eo quasi quibusdam guttis irrorati, non deficiamus in via'. Quod si quis scire aveat, An *Peregrinus* hic noster denominetur *Hierosolymitanus*, à superna Hierusalẽ velut municipio à quo peregrinatur, an potiùs velut metâ quam peregrinando inquirit? Ex iam dictis constat vtroque eum modo dici posse Hierosolymitanum. Peregrinatur enim à Hierusalem, atque etiam in Hierusalem: *Dum sumus in corpore*, ait peregrinorum vnus, *peregrinamur à Domino*. Quid autem est aliud peregrinari à Domino, quam peregrinari à civitate in qua residet Dominus? vnde & ibidem consequẽter adiungitur: *Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum*. Peregrinatur præterea hic peregrinus in Hierusalem, velut metam sui cursus peregrinando assequendam. Vnde ait alibi idem ipse Apostolus: *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*. Et superiùs de veteribus loquens Patriarchis: *Qui hæc dicunt*, inquit, *significant se patriam inquirere*.

3.

[b] *Prosp. Sent. 17.*

[c] *Aug. lib. de Catechiz. rudibus cap. 20.*

[d] *Concil. Arausic. can. 22. ex Aug. Tract. 5. in Ioan. & Prosp. sentent. 323.*

2. *Cor.* 5. 6.

Heb. 13. 14.

Heb. 11. 14.

Peregrinatio Hierosolymitana. *Hieronymus.* Celebres olim fuisse fidelium in terrenam Hierusalem peregrinationes testatur Hieronymus in Epitaphio Paulæ: 'Cuius gentis homines (ait ibi ille) ad loca sancta non veniunt'. Et paulò fusiùs in Epistola 17. quam sub Paulæ & Eustochij nomine scripsit ad Marcellam, vt in loca sancta veniret: 'Longum est (inquit) ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem per singulas ætates currere: qui Episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam (vt dicitur) manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primùm Evangelium de paribulo coruscaverat'. Et rursus ibidem aliquantulùm inferiùs: 'Quicunque in Gallia fuerit primus, huc properat. Divisus ab orbe nostro Britannus, si in religione

4.

proces-

>processerit, occiduo sole dimisso, querit locum, famâ sibi tantùm & scripturarum relatione cognitum. Quid reticamus Armenios, quid Æthiopes, quid Indiæ totius populos, ipsamq; iuxtà Æquinoctialem circumsitam Indorum, Pontum & Cappadociam, Syriam, Celen, & Mesopotamiam, cunctasq; Orientis examina: quæ iuxta Salvatoris eloquium dicentis, *Vbicunq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ*, concurrunt ad hæc loca, & diversorum mobis
Matth. 24. 28. virtutum spectem ostendere? Vox quidem diuina, sed vna religio: tot populi sanctorum chori, quot gentium diversitates. Hæc ille de peregrinantibus in Hierusalem terrestrem, quæ mysticè accommodari possunt peregrinantibus in cælestem. Quemadmodùm enim terrena Hierusalem typus fuit supernæ ac cælestis Hierusalem, ita peregrinatio fidelium in terrenam confluentium typus est peregrinationis in superiam conficiendæ.

Hierusalem.
Hugo Vict. serm. 39.

Peregrini Hierosolymitani quadruplices.

Obiter hîc advertendum, quadruplicitèr à scriptoribus vsurpari Hierusalem, siue illud sit vt Hugo Victorinus: ‘ Hierusalem civitas sancta, & civitas sancti: secundùm historiam civitas est terrena, secundùm allegoriam sancta Ecclesia, secundùm tropologiam vita spiritualis, secundùm anagogen patria cælestis’ Hîsce porrò quatuor vsurpationibus Hierusalem correspondent totidè respectiuè peregrini. De peregrinantibus in Hierusalem historicè vsurpatam intelligenda sunt quæ ex Hieronymo mox supra commemoravimus: De peregrinantibus in Hierusalem allegoricè sumptam Propheta Isaias variis locutus est, di-
Isa. 60. 3. & 4. cens: *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui: Leva in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* Hosce peregrinos peregrinationisq; se accingentes, & fausto celeumate se inviccm cohortantes prævidit propheticè Michæas,
Mich. 4. 2. vbi ait: *Properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Nec interest an per montem hîc intelligatur Christus, an Christi Ecclesiam in terris militantem; dummodò per *domum Dei Iacob* Ecclesiam intelligas cum cæteris orthodoxis eius Doctoribus: ‘ Ascensione quippe est (ait in eum locum Hieronymus) vt quis ad Christum valeat pervenire: *Et ad domum Dei Iacob*; Ecclesiam, quæ est domus Dei, columna & firmamentum veritatis’. De peregrinatione in Hierusalem tropologicè vsurpata seu de tranſitu ad vitam & conversationem spiritalem, loquitur Psalmographus
Psal. 83. 6. vbi Deo suo ait: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum.* Quid de his peregrinis dixerit Gerardus Zutphanicnsis in
Iob. 28. 7. specialiliber de *spiritualibus ascensionibus* inscripto. De peregrinantibus in Hierusalem anagogicè sumptam intelligitur illud Iobi oraculum: *Lapidem caliginis & umbram mortis devulsit terram à populo peregrinante.* Quæ verba expendens Gregorius in Moralibus, posquam per *lapidem caliginis* reprobos, & per *terrentem deiectum* intellexisset divinum examen de *populo peregrinante* subsequenter hæc adjicit: ‘ Quis in hoc mundo peregrinatur populus, nisi qui ad fortem electorum currens, habere se patriam novit in cælestibus: & tantò magis se illic speret civem, & propria, quantò hîc cuncta quæ prætererunt, esse ale deputat alie-
Hebr. 11. 13. na? Peregrinus ergò & populus, omnium numerus electorum, qui hanc vitam quasi dam sibi exilium deputarunt, ad superna patriam toto cordis intentione suspirant: de quibus Paulus dicit: *Confitentes, quia peregrini & hospites*
2. Cor. 5. 6. *sunt super terram: Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.* Hanc peregrinationem idem quoq; Apostolus tolerabat, cùm diceret: *Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem.* Hu-
Philip. 1. 23. jus peregrinationis meum am sæpe dat evadere, cùm dicebat: *Desiderium habeo dissolvi, & esse cum Christo.* Et rursum: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Hujus peregrinationis pondus grave sentiebat Psalmista, cùm diceret:

‘ *Greg. l. 18. Moral. c. 19.*

„Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea. Ab hac eripi quantocius anhelabat, quùm supernis „desiderijs flagrans diceret: *Sitivit anima mea ad Deum vivum: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Psal. 119. 5. Psal. 41. 3.

Peregrinationū Analogia. 6.

Prolixum nimis foret, & verò ab instituto nostro alienum, quatuor istas peregrinationis species singulatim prosequi aut commentarijs illustrare, cùm de sola postrema differere statuerimus, quæ reliquis dignior ac tractatu sublimior est. Non deerunt fortè alij quibus otium cum solertia supperit, qui occasione hinc sumptâ, cæteris elucidādis operā impensuri sint. Quibus ego idcircò non modò non indignabor, verumetiā applaudā & animitus gratulabor. Hîc interim Lectori obiter intimandum censui, priores tres peregrinationes subordinari huic quartæ, nec finaliter prodesse eas vbi ista defuerit. Quid enim prodest invisere Hierusalem terrestrem, nisi detur conscendere in Hierusalem cœlestem? Quid iuvat incolere Ecclesiam hîc militantem, nisi inde transmigretur in Ecclesiam triumphantem? Nonne ad hoc debet quisque hîc benè vivere, vt hinc demùm erepto detur beatè vivere? Propter hanc itaque subordinationem trium priorum peregrinationum ad hanc quartam, necesse est vt in decursu huius operis obiter illæ attingantur, præsertim secunda & tertia: De quibus quantùm opus fuerit tractabitur in quinto huius operis volumine, vbi agetur de reversione peregrinorum in patriam. Huius enim reversionis exordium ab ingressu in Ecclesiam militantem desumitur, & incrementum in profectu spiritalis conversationis consistit.

Peregrinatio Infernica. 7.

Neotericus quidam scriptor non sanè contemnendus, novam peregrinationis speciem fidelibus commendat, non quidem invtilem, licet primâ fronte horribilem. Admonet itaque ille vt in infernum peregrinemur, & quidem viventes. Cui proposito accommodat illum Psalmi versiculum, *Descendant in infernum viventes*: tanquam ibi cohortatio sit, non imprecatio vel præsensio: q' Pie fa- Psal. 54. 16.

E Anton. Guevara Epist. ad Præfectum Conventus Alcalensis.

„ciunt, (sit ille) qui Romam, Compostellam, sive fanum Sancti Iacobi, Hie„rosolymas, & alia sacra loca, religionis ergo visitant: At non minùs salutare „ego existimo, infernum adire. Nam sicut sanctarum reliquiarum & sanctorum „locorum contemplatio ad pœnitentiam vitæque emendationem homines pro„vocat: ita, atque adeò multò magis pœnarum metus à peccatis deterrebit. „Eant alij Compostellam, adeant Montem Serratum, visitent Beatam Virgi„nem Guadalupæ, sanctum Lazarum Hispali, mittant munera sua ad sanctum „Sepulchrum & alia sanctæ Terræ loca, & indulgentias ibi propositas acquirant: „equidem pietatem horum omnium laudabo, meq; lubenter etiam comitem, si „facere possem, ipsis adiungam: vnum tamen hunc locum mihi reservatum vo„lo, vt scilicet quoridie, atq; adeò omnibus momentis infernum visitem. Mul„tum facit, multum laborat, multum itineris conficit, multum discit, qui quo„tidie ad infernum descendit. Iudæi semel tantùm quotannis ad templum Hie„rosolymitanum sacrificij celebrandi causâ conveniebant; Romani quinto „quoque ferè anno lustrum condebant; Olympiadas Græci quarto quo„que anno celebrabant; Isidis templum septimo anno renovabant Ægyp„tij: At qui verè Christianus est, singulis horis, imò momentis ad infernum des„cendet: iugis enim supplicij iugis debet esse memoria. In peregrinationibus „religiosis sumptus faciendi, labores sustinendi, multaque pericula adeunda „sunt: ad hanc verò nihil præter animum & memoriam requiritur. Hæc „sicco pede, sed non siccis oculis conficienda tibi datur. O beatos, qui quoti„die infernum adeunt, ibique superbos dejectos, invidos emaciatos, luxuriosos fa„me enectos, iracundos despectos, luxuriosos alioque alijs supplicijs exhaustos „vident. *Descendant* ergo *in infernum viventes*. Quò minùs sanctam hanc pere„grinationem obeas, non morbus te excusabit, non paupertas aut viatici ino-

pia

›pia impediet. Nihil pedibus hîc opus, ſed mentis alis. *Deſcendant ergo in infernum viventes.* Rideant quantumcunque velint, qui ſibi omnis elegantiæ arbitri videntur: Rideant, inquam, eos qui in oratorijs, aut muſeis ſuis infernum depictum habent. Mihi certè eiuſmodi picturæ aſpectus valdè vtilis, imò neceſſarius videtur; cùm plures pœnæ formidine quàm gloriæ cœleſtis amore à peccatis abſtineant'. Hæc ille: quibus conſona leguntur in Sermone *De tribus negotiationibus & quinque regionibus* apud Bernardum hiſce verbis: 'Vivens in infernum deſcende, percurre mentalibus oculis tormentorum officinas: fuge ſcelera & vitia, pro quibus ſceleratí homines & vitioſi perierunt'. Videri in eandem rem poteſt Richardus Victorinus in Beniamin maiore lib. 3. cap. 7. cum ſcripturæ Interpretibus in illud Eccleſiaſtici, *Memorare noviſſima tua*: & illud item eiuſdem, *Memento noviſſimorum*. Nam inter hæc noviſſima cenſeri infernum, Tractatorum omnium concors eſt ſententia. Cæterùm hæc poſtrema peregrinationis ſpecies eatenùs inſtituto noſtro ſubſervit, quatenùs ſuos peregrinos in Hieruſalem propellit. Ad hoc enim vtilis eſt inferorum contemplatio, vt contemplanti ingeneretur ſupernorum exoptatio.

Bernardus. *Rich. Victor.* *Eccli. 7. 40.* *Eccli. 28. 6.*

8. Prætermiſſis itaque cæteris peregrinationibus, eam ſolam hoc opere ex profeſſo elucidabimus, quam Auguſtinus in principio memoratus intimavit, & eruditis in Eccleſia noſcendam inculcavit: quâ nimirùm municipes ſupernæ civitatis repatriant de exilio Babylonicæ captivitatis: [h] 'Fixum atque immobile ›(ait idem ipſe Auguſtinus) debet corde retineri, Hieruſalem captivam ab huius ſæculi Babylonia decurſis temporibus liberari, nullumque ex illa eſſe pe›riturum: quia qui perierit, non ex illa erat: *Firmum enim fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Novit Dominus qui ſunt eius*'. Congruit hoc themati ſuperiùs propoſito: nam debitum noſcendi indicatur iis verbis 'Fixum atque immobile debet corde retineri': peregrinantium civitas deſignatur 'Hieruſalem': peregrinationis ſtadium denotatur 'Babylonia': peregrinationis cauſam innuit 'Captivitas': reverſionis denique munus inſinuat 'Liberatio'. Huc ſpectat & illud eiuſdem Auguſtini aliud: [i] 'Debemus nos noſſe priùs captivitatem noſtrã, ›deinde liberationem noſtram: debemus noſſe Babyloniam in qua captivi ſumus, & Hieruſalem ad cuius reditum ſuſpiramus'. Quatuor ſunt igitur quæ noſſe debemus: Hieruſalem vnde cives ſumus, Babylonia vbi peregrinamur, captivitas demerito peccati incurſa, & liberatio beneficio gratiæ cõceſſa. Liberationem hanc Pſalmographus converſionẽ captivitatis vocat, quando ex communi peregrinorum perſona canit, *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati*, vbi *Sionis* nomine Hieruſalem intelligit: cuius captivitatem Dominus tunc convertit, cùm inde peregrinantes domum reducit. Captivitas porrò Sion eadem eſt quæ & Babylonis: ſed illius, quia inde eſt; huius, quia ibi eſt. Inquirit Auguſtinus in verſiculi huius explanatione, 'Quæ Sion'? Continuòque reſpondet: 'Ipſa Hieruſalem, æterna Sion'. Rurſus ſubinterrogat: 'Quomodò æterna Sion? Quomodò captiva Sion'? Et mox ſubinterrogationi reſpondens adiungit: 'In Angelis æterna, in hominibus captiva. Non enim ›omnes civitatis illius cives captivi ſunt, ſed qui inde peregrinantur, ipſi captivi ſunt. Homo civis eſt Hieruſalem, ſed venditus ſub peccato factus eſt peregri›nus. De propagine ipſius natum eſt genus humanum, & implevit terras captivitas Sion'.

Operis ſcopus.

[h] *Aug. lib. de Catechiz. rudibus cap. 11.*

2. Tim. 2. 19.

[i] *Aug. in Pſal. 64.*

Pſal. 125. 1.

9. Sed ſi fixũ & immobile eſt, ſic liberari Hieruſalẽ vt nullus ex ea prorſus ſit periturus, quid opus eſt præſenti nos operi inſudare; cùm quod fixũ & immobile eſt, ſine eo poſſit ac debeat impleri? Hunc ſcrupulũ è veteri Ingratorũ ſchola quæſitũ Catholici Patres iam olim excuſſerũt, nec eius intuitu à ſcribendo deſtiterunt, ſed peregrinationis notitiam fidelibus ingeſſerunt. Refert Proſper ſimilem

Scrupulus. Excutitur.

[k] *Prosp. l. 2. de Vocat. gent. cap. 34.*

[l] *Prosp l. 2. de Vocat. gent. cap. 36.*

[m] *Aug. lib. de Bono persever. cap. 22.*

[n] *Greg. lib. 1. Dial. cap. 8.*

[o] *Hug. Vict. l. 1. Miscell. c. 183.*

Massilienſium obiectionem, contendentium, [k] 'Superfluò ad acquirenda bonorum operum merita laborari; fruſtrà etiam orationibus, quibus Deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incommutabili propoſito eius Chriſtianæ gratiæ ſubſiſtit electio, nec aliter quicquam procedere poteſt, quàm Omnipotentis voluntate diſpoſitum eſt'. Quem ſcrupulum Proſper inſerius excutiens: [l] 'Quāvis (inquit) quod ſtatuit Deus nullâ poſſit ratione non heri, ſtudia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propoſitum liberi arbitrij devotio relaxatur: cùm implendæ voluntatis Dei ita ſit prǫordinatus effectus, vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum'. Eundem ſcrupulum ab eiſdem Maſſilienſibus obiectum Auguſtinus excutiens, poſtquàm præmiſiſſet [m] 'Si qui ſunt nondum vocati, pro eis vt vocentur oremus', continuò ſubdidit ſententiam hanc notandam: 'Fortaſſis enim ſic prædeſtinati ſunt, vt noſtris orationibus concedantur. Quæ reſponſio mutatis paululùm terminis præſenti noſtro propoſito oppportuna eſt, vt dicamus: Fortaſſis nonnulli in Hieruſalem ſic ſcripti ſunt, vt noſtris lucubrationibus illuc provehantur. Videri in hanc rem peropportunè poterit Auguſtini liber *de Correptione & Gratia* inſcriptus; vnde liquidò apparebit, nec gratiæ efficaciam, nec prædeſtinationis certitudinem derogare vtilitati orationum, exhortationum, increpationum, aut præceptionum. Videri etiam poterit Angelicus Doctor 1. p. q. 23. art. 8. poſt Papam Gregorium in Dialogis dicentem: [n] 'Obtineri nequaquam poſſunt quæ prædeſtinata non fuerunt; ſed ea quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur'. Probat id ibidem ſubſequenter Gregorius exemplo Iſaac vxori ſterili fœcunditatem impetrantis: 'Omnipotens Deus (inquit) ſemen Abrahæ multiplicare per Iſaac prædeſtinaverat; & tamen ſcriptum eſt: *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis: qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebecca.* Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Iſaac prædeſtinata fuit, cur coniugem ſterilem accepit? Sed nimirum conſtat, quia prædeſtinatio precibus impletur, quando is in quo Deus multiplicare ſemen Abrahæ prædeſtinaverat, oratione obtinuit vt filios habere potuiſſet'. Alterum eiuſdem rei exemplum commemorat Proſper proximè citatus, deſumptum ex hiſtoria iunioris Tobiæ, cui prædeſtinata in vxorem fuerat Sara, quam tamen à Raguele poſtulare eſt iuſſus. Ex eadem hiſtoria aliud ſumere licet exemplum, præſenti noſtro inſtituto accommodum. Quis enim neſciat, diviniùs fuiſſe diſpoſitum ac prædeſtinatum, vt ille ipſe Tobias de peregrinatione incolumis rediret ad propria? Et tamen ei Angelus in pædagogum eſt provitus, qui peregrinantem duceret, & ad propria reduceret. Hoc porrò quod in Tobia geſtũ eſt viſibiliter, in quolibet peregrino Hieroſolymitano fit inviſibiliter. Nã peregrinũ Hieroſolymitanũ Pſalmographus alloquitur vbi ait: *Angelis ſuis Deus mãdavit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* Sicut ergo fruſtranea nõ eſt hæc pædagogia Angelorũ, quamvis ſit prædeſtinata repatriatio peregrinorũ. ita non eſt ſupervacua hæc noſtra lucubratio, quamvis fixa & indelebilis ſit Hieroſolymitarum regiſtratio. Appoſitè in hanc rem ſcribit Hugo Victorinus in ſuis Miſcellaneis, dicens: [o] 'Non prudentium diligentia, ſed ſtolidorum querela eſt: Sine me, ita vivam: Qui ad vitam prædeſtinatus eſt, perire non poteſt. Quare conabor? Quod futurum eſt, fiet. Et tamen nemo vulneratus aut æger dicit: Sine me; ſi victurus ſum, non moriar. Quid medicus faciet? Quod futurum eſt, fiet. Et non timent animæ ſuæ legem dare, quam corpori ſuo præſcribere nolunt. Clamant hoc quotidie perverſi: Nolite admonere, nolite corrigere; ſi vult Deus, iuſtificabit nos. Et nemo dicit, Nolite cibum præparare, nolite veſtimentum dare: ſi vult Deus, paſcet & veſtiet nos.

Deprecatus eſt Iſaac Gen. 25. 21.

Angelis ſuis Deus mãdavit de Pſal. 90. 11.

Non

Scrupulus.

10. Non deerit fortè alius qui obmurmuret mihi hîc, & dicat: Quomodo tu peregrinos perduces in Hierusalem, qui peregrinus ipse es, nec vidisti Hierusalem? *Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt?* Hæc sanè me obiectio deterrere deberet, si meâ nixus peritiâ ducatum polliceret; sed cùm peritorum ducum vestigijs insistam, non est cur hinc terream aut ab incœpto desistam. Illum inprimis ducem sequi satagam, de quo pater luminis ait per Prophetam: *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.* Hic etenim cùm nos videret ambulantes sine viâ, se præbuit ducem & fecit nobis viam. *Non solùm enim ait, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*: sed etiam ait, *Ego sum via.* Præmisit sibi nuncios, præmisit & litteras; ad extremum venit ipse, ducatum præbiturus, & viam se facturus: p' Ideò Deus nobiscum (ait peregrinorum vnus) vt & nos cum illo. Qui enim vt nobiscum esset descendit ad nos, facit vt cum illo possimus ascendere ad se. Interim ipse peregrinationem nostram non fastidivit: quia nusquam est peregrinus qui omnia condidit' Omnia vtrúq; condidit secundùm divinitatem, secundùm quam nusquam est peregrinus: sed vt condita restauraret secundùm humanitatem, secundùm eandem factus est peregrinus. Et quid dico, peregrinus? Etiam via peregrinantibus. Sed quònam peregrinantibus? Vtiq; in eam civitatem de quâ ait Psaltes, *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Quæ Psalmographi verba explanaturus Augustinus præmittit: ' Civitas quædam in isto Psalmo cantata & commendata est, cuius cives sumus in quantum Christiani sumus, & vnde peregrinamur quàmdiu mortales sumus, & ad quam tendimus per eius viam, quæ omninò quasi dumetis & sentibus intercluſa non inveniebatur. Rex ipsius civitatis fecit se viam, vt ad civitatem perveniremus'. Hæc est *civitas habitaculi* quam sapientes sæculi non invenerunt; quia sibiipsis duces esse voluerunt, & ei qui dux & via factus est pedisequi fieri spreverunt. Viluit quippe sublimibus ingenijs humilitas crucifixi: ac sic dum magistri erroris esse quàm discipuli veritatis fieri maluerunt, cum sequacibus suis quasi cæci cum cæcis in foveam ceciderunt; nec civitatem illam ingredi potuit eorum vanitas, in quâ residet ac regnat veritas: q' Veritatem illi quidem (ait de eis Hieronymus) omni studio quæsierunt: sed quia non habuerunt ducem prævium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad civitatem minimè pervenerunt, de quâ in Psalmo dicitur: *Domine in civitate tuâ imaginem ipsorum dispsabis*'. Ii hos ergo duces eorumq; sequaces rectissimè vibratur præfata obiectio; non in me vel mei similes, quibus præsto est eius directio, qui *visitavit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Vbi quid aptiùs intelligitur per *viam pacis*, quam via in Hierusalem, quæ visio est pacis? Quia ergo nos exules iacebamus in imo, ille nos visitavit oriens ex alto: r' Et factus est nobis via in peregrinatione; vt in illo ambulantes, nec erremus, nec deficiamus, nec in latrocinantes incidamus, nec in laqueos irruamus'.

Excutitur.

p *Aug. in Psal.* 145.

q *Hiero. in cap.* 10. *Eccle. ad vers.* 15. *Vide Aug. lib.* 2. *de civit. c.* 7. *& l.* 13. *de Trinit. c.* 19.

r *Aug. Concione* 2. *in Psal.* 90.

Scupulus.

11. Sed fortè hîc insurget quispiam, & dicet: Si Christus descenderit vt peregrinos in patriam sine errore perduceret, ad quid eis hæc nostra lucubratio vel magisterium? Nunquid nobis silentibus ipse non sufficeret, vt sine ope nostrâ, ad quod descendit perficiat? Hic scrupulus indidem procedit vnde primus, quem superiùs § 9. excussimus: eòq; collimat vt humana vniversim magisteria abolentur, & discere cupientes, Deo instruendi relinquantur. Non defuere antiquitùs, qui Ioannis Apostoli testimonio illo aburentes, *Non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed vnctio eius docet vos de omnibus*, humana magisteria Christianis supervacua censuerunt. Quos Augustinus eiusdem Ioannis Apostoli aliorumq; Apostolorum exemplo refutat: s' Quid nos facimus (inquit) quia docemus

Excutitur.

1. *Ioan.* 2. 27.

s *Aug. Tract.* 3. *in Epist.* 1. *Ioan.*

, mus vos? Si vnctio eius docet vos de omnibus, quasi nos sine causâ laboramus. , Et vt quid tantùm clamamus? Dimittamus vos vnctioni illius, & doceat vos , vnctio ipsius. Sed modò mihi facio quæstionem, & illi ipsi Apostolo facio: dig- , netur audire parvulum quærentem à se. Ipsi Ioanni dico: Vnctionem habebãt , quibus loquebaris? Tu dixisti, Quia *vnctio ipsius docet vos de omnibus*: vt quid , talem epistolam fecisti? Quid illos tu docebas? Quid instruebas? Quid ædificabas? Iam hîc videte magnum Sacramentum, Fratres: Sonus verborum , nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare quemquam homi- , nem discere aliquid ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis no- , stræ: si non sit intus qui doceat, inanis sit strepitus noster. Adeò vultis nosse? , Nunquid non sermonem istum omnes audistis? Quàm multi hinc indocti exitu- , ri sunt? Quantum ad me pertinet, omnibus locutus sum: sed quibus vnctio il- , la intus non loquitur, quos Spiritus sanctus intus non docet, indocti recedunt. , Magisteria forinsecùs adiutoria quædam sunt & admonitiones, cathedram in cœlo tenet qui corda docet'. Quemadmodùm igitur Apostolus ipse Ioannes non destitit magisterium forinsecùs exercere, etiamsi sciret sine interiori vnctionis magisterio illud parùm aut nihil prodesse: ita nos deterrere non debet præmemorata obiectio, quàmvis non dubitemus necessarium esse interioris vnctionis magisterium vt nostra instructio in corde legentium fructificet: [t] Sicut enim , corporis medicamenta (ait alibi idem Augustinus) quæ hominibus ab homi- , nibus adhibentur, non nisi eis prosunt quibus Deus operatur salutem, qui & si- , ne illis mederi potest, cùm sine ipso illa non possint; & tamen adhibentur, & , si hoc officiosè fiat inter opera misericordiæ vel beneficentiæ deputatur: ita & , adiumenta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominem, cùm Deus o- , peratur vt prosint, qui potuit Evangelium dare homini, etiam non ab homi- nibus, neque per hominem'. Dedit quidem sic Paulo Apostolo Evangelium, vt Paulus ipse testatur in epistola ad Galatas: nec tamen ideircò qui Evangelium non ab homine didicit, prædicare illud hominibus destitit. Quomodo enim prædicare desisteret, cùm ipse ad Corinthios scribens dicat, *Væ mihi est, si non evangelizavero*? Nec timuit ne sibi ab adversantibus obijceretur, quod superiùs in eadem Epistola præmiserat. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus*. Sicut enim agricola plantare rigareq; non cessat, etiamsi non dubitet ex Deo pendere proventum: ita filere prædicator veritatis non debet, quamvis ex Deo pendeat discentium profectus: [v] Hoc mo- , do curantur cives civitatis Dei, in hac terrena peregrinantes, & paci superne , patriæ suspirantes: Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus, vt valeat ali- , quid medicina quæ adhibetur extrinsecus. Alioquin etiamsi Deus ipse vtens , creaturâ sibi subditâ in aliquâ specie humanâ sensus alloquatur humanos, sive , istos corporis, sive illos quos istis simillimos habemus in somnis, nec interio- , re gratiâ mentem regat atq; agat, nihil prodest homini omnis prædicatio ve- , ritatis. Facit autem hoc Deus, à vasis misericordiæ iræ vasa discernens, dispe- , satione quâ ipse novit, multùm occultâ, sed tamen iustâ'. Quantum itaq; ad nos pertinet, qui hanc Dei occultam dispensationem ignoramus, & à vasis misericordiæ vasa iræ discernere non valemus, omnibus sine delectu pro viribus consulere, & instructionis beneficium debemus impendere: Dei est autem quos voluerit intrinsecus erudire, atq; aures cordis legentibus aperire: vt dum littera sensum foris pulsat, spiritus mentem intus irradiet; quò salubriter noscant, iugiterq; recogitent, *Vnde ciues sint, & vbi peregrinentur, & Peregrinantibus sua causam esse peccatum, Reuersionis autem munus remissionem peccatorum & iustificationem gratiæ Dei*. Quibus quatuor cognitis, nec superbi evadent, nec desides: sed semetipsos metientes, medio inter præsumptionis apicem & desperationis voraginem calle gradientes, ac superni legislatoris benedictione potientes, *ibunt de virtute*

[t] *Aug. lib. 4. de Doctrina Christiana c. 16.*

1. Cor. 9. 16.

1. Cor. 3. 7.

[v] *Aug. lib. 15. de Civit. c. 6.*

Vide Lactant. l. 1. divin. Instit. cap. 1.

Psal. 83. 8.

virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion.

12. Ex præcedente ſcrupulo novus hìc ſubnaſcitur: Quomodò nimirùm Chriſti ductum ſequi poſſimus, cùm ille in cœlum iam pridem conſcenderit, ad finale iudicium demum deſcenſurus? Reſpondeo quòd Chriſtus in cœlum ſic corpore aſcenderit, vt ſuos in terra peregrinantes non deſeruerit: *Ecce ego vobiſcum ſum,* Matt. 28. 20. *ait ſuis aſcenſuriens, omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Nonne poſt eius aſcenſum Apoſtolus dicebat, *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur* 2. Cor. 13. 3. *Chriſtus?* Sed hæc, inquies, ſpecialis Apoſtolorum fuit prærogativa, quòd cum eis Chriſtus perpetuò moraretur, & in eis ac per eos docens loqueretur; quibus Luc. 10. 16. & ipſe ait, *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*: de quorum præſcriptis ait vnus ipſorum, *Qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit* 1. Theſſ. 4. 8. *Spiritum ſuum ſanctum in nobis.* Atque hinc augetur propoſita difficultas: Nam cùm Apoſtoli iam dudum ex hac vita deceſſerint, ne ipſos quidem amplius habemus ductores. Nec ſatisfit dicendo, Chriſtum pro Apoſtolis ſuſcitaſſe Doctores, iuxta Pauli oraculũ ſcribentis ad Corinthios, *Quosdam quidem poſuit Deus* 1. Cor. 12. 28. *in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores* &c. Nam etſi Deus Apoſtolis ſurrogarit Doctores, hi tamen ſingulatim ſuos habuere errores: [w] 'Neque enim (ait de eis Auguſtinus) quorumlibet diſputationes, quamvis 'Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere 'debemus, vt nobis non liceat, ſalvâ honorificentiâ quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare'. Nullus igitur Doctorum ſecurus poteſt eſſe ductor, quandoquidem ſingulorum improbari valeat error. Quòd ſi veteres Doctores ſuis ſcatuêre nævis, quomodò à nævis puri erunt Scholaſtici huius ævi? Sive ergo Priſcorum ſive Neotericorum veſtigijs quis inſiſtat, ab erroris periculo ſecurus non exiſtet. Quomodò autem ſecuritatem præbebit ſe ſequẽtibus, qui eam nec à ſe habet, nec à ſe præcedentibus? Securè ſuis ſequacibus dicere potuit Apoſtolus, *Imitatores mei eſtote*; quia ſecurus fuit ipſe de eo quod 1. Cor. 11. 1. ſubdidit, *Sicut & ego Chriſti.* Sed qui de ſuo duce vel ductu eſt inſecurus, is certè ſuos aſſeclas haud reddet ſecuros. Atque ita vel cum ſuis in foveam delabetur, vel certè delabendi periculo exponetur. Quàm portò affine ſit periculum lapſui, innuit illud divini oraculum Eccleſiaſtici: *Qui amat periculum, in illo* Eccli. 3. 27. *peribit.*

Scrupulus.

Excutitur.

Replica.

Evaſio præcluſa.

[w] *Aug. Epiſt. 111.*

13. Hic ſcrupulus exigit vt obiter perſtringamus, quàm certa ſit authoritas Scholaſticorum, & Patrum. Qua de re ex profeſſo tractat Melchior Canus de Locis Theologicis lib. 7. & 8. Et quidem quòd ad Scholaſticos ſpectat Doctores, tres ille magiſtrales ſtatuit concluſiones, quarum prima eſt: [x] 'Theologorum 'Scholaſticorum etiam multorum teſtimoniũ, ſi alij pugnant contrà viri docti, nõ 'plùs valet ad faciendã fidẽ, quàm vel ratio ipſorum, vel gravior etiam authoritas comprobarit'. Huic primæ concluſioni ſubſequenter à ſe ſtabilitæ ſubiungit author ibidem hanc ſecundam: 'Ex authorum omnium Scholaſticorum ſententia, 'in re quidem gravi, vſqueadeò probabilia ſumuntur argumenta, vt illis refragari temerarium ſit'. Huic item aſſertioni in ſubſequentibus ſimiliter comprobatæ hanc tertiam paulò infrà author addit ibidem: 'Concordi omnium Theologorum Scholæ in fide aut moribus ſententiæ contradicere, ſi hæreſis non eſt, at hæreſi proximum eſt'. Hæc ibi Canus de Authoritate Scholaſticorum: quibus affinia ſcripſerat de authoritate Patrum lib. 7. eiuſdem operis cap. 3. per ſex concluſiones, quarum prima eſt: 'Sanctorum authoritas, ſive pauciorum, ſive plurium, cùm ad eas facultates affertur, quæ naturali lumine continentur, 'certa argumenta non ſuppeditat; ſed tantum pollet, quantum ratio naturæ conſentanea perſuaſerit'. Secunda eiuſdem concluſio ita ſonat: 'Vnius aut 'duorum ſanctorum authoritas, etiam in his quę ad ſacras litteras & doctrinam

Doctorum authoritas. Scholaſtici.

[x] *Melch. Canus lib. 8. de Locis Theol. cap. 4.*

Patres.

fidei pertinent, probabile quidem argumentum ſubminiſtrare poteſt, firmum verò non poteſt. Ita deſpicere & pro nihilo habere, impudentis erit; ſuſpicere & habere pro certo, erit omninò imprudentis'. Tertia eiuſdem concluſio ſic habet: 'Plurium ſanctorum authoritas, reliquis licet paucioribus reclamantibus, firma argumenta ſufficere & præſtare non valet'. Huic ſubiungitur quarta concluſio, cuius tenor eſt eiuſmodi: 'Omnium ſanctorum authoritas in eo genere quæſtionum quas ad fidem diximus minimè pertinere, fidem quidem probabilem facit, certam tamen non facit'. Hoc ipſum & de Scholaſticis idem author repetit lib. 8. cap. 4. in expoſitione tertiæ concluſionis ſuprà hîc relatæ. Quinta eiuſdem concluſio ita ad verbum ſonat: 'In expoſitione Sacrarum litterarum communis omnium Sãctorum veterum intelligentia certiſſimum argumentum Theologo præſtat ad theologicas aſſertiones corroborandas'. Sequitur ſexta ac poſtrema concluſio, quintæ iam memoratæ affinis & conſectanea: 'Sancti ſimul omnes in fidei dogmate errare non poſſunt'. Tota iſta Cani doctrina de Scholaſticorum ac veterum Patrum authoritate poteſt in hunc modum ſummatiè capitulari: Eccleſiaſtici tractatores, ſeu veteres ſeu recentiores, verſantur in materia Philoſophica, vel Theologica. Si primum, eorum authoritas commenſuratur rationibus ſive motivis quibus ipſi nituntur: Si ſecundum, vel in vnum reſpectivè conſpirant, vel aliqui tantùm idem dicunt contradicentibus aliis: ſi in vnum omnes conſpirant, adeò certa eſt eorum authoritas vt ei refragari hæreticum ſit vel hæreſi proximum: ſi aliqui duntaxat idipſum dicunt aliis contradicentibus, probabilis quidem eſt eorum authoritas, minimè tamen irrefragabilis aut theologicè peremptoria.

Comparatio Scholaſticorũ cum Patribus.

Sed quid ſi diſcordent Scholaſtici à Patribus, quorumnam ductui ſe quis tutiùs committet? Si ſermo ſit vtrobique de omnibus reſpectivè, in materia fidei caſus videtur impoſſibilis: vt patet ex tertia concluſione de Scholaſticis collata cum 5ª. & 6ª. de Patribus. Atque hinc à fortiori apparet quid dicendum ſit, ſi pars tantùm Scholaſticorum à Patribus vniverſis, vel pars tantùm Patrum à Scholaſticis curtis diſcordet. Tunc etenim tutiùs vniverſitati quis adhærebit; quia certa authoritas probabili præferenda eſt. Supereſt comparatio partis cum parte. Hîc verò, cæteris paribus, præferendi ſunt Patres: quia Apoſtolis & fonti veritatis viciniores. Sicut enim aqua tantò fluit purior, quantò eſt ſuo fonti propinquior: ita Eccleſiaſtica doctrina tantò eſt ſincerior & ab erroribus immunior, quantò primis præconibus & authori vicinior. Accedit quòd Scholaſtici Philoſophica plerunque immiſceant, quæ Theologicorum dogmatum certitudinem imminuunt. Quando enim minùs certũ certiori miſcetur, non tam illud excreſcit quàm iſtud decreſcit: inæqualium enim permixtio, meliorum deterioratio eſt; & quod ex mixto elicitur, deteriori commenſuratur. Quod vſqueadeò in præſenti propoſito obtinet, vt non paucæ hæreſes ex Philoſophiæ cum Theologia permixtione emerſerint. Huc alluſit Hieronymus, Tertullianũ commemorans, cùm diceret: [y] 'Pulchrè quidam noſtrorum ait: Philoſophi Patriarchæ hæreticorum, Eccleſiæ puritatem perversâ maculavêre doctrinâ'. Hinc eſt & illa Tertulliani expoſtulatio: [z] 'Quid Athenis, & Hieroſolymis? Quid Academiæ & Eccleſiæ?' Hinc item Gregorius Nazianzenus conqueritur, [a] 'Pravum artium Ariſtotelicarum artificium, & Platonicæ facundiæ præſtigias, velut Ægyptiacas quaſdam plagas in Eccleſiam irrepſiſſe'. Hinc rurſus idem Oratione 44. monet, vt 'A ſimplicitate Chriſtiana Academicus diſputator abſcedat'. Cui monitioni conſonat & illa Leonis: [b] 'Abigatur procul terrenarũ caligo rationum, & ab illuminato fidei oculo mundanæ ſapientiæ fumus abſcedat'. Eòdem collimat & martyr Cyprianus, vbi ait: [c] 'Cùm Apoſtolus dicat, *Videte ne quis vos deprædetur per Philoſophiam & inanem fallaciam*; vitanda quæ non

14.

Philoſophia.

[y] *Hier. Epiſt. ad Cteſiph. c. 1.*

[z] *Tertull. lib. de Præſcript. cap. 7.*

[a] *Nazianz. Orat. 26.*

[b] *Leo ſerm. 7. de Nativit.*

[c] *Cypr. Epiſt. 52. ad Antonianum.*

Coloſſ. 2.

de Dei 8.

Digitized by Google

‚de Dei clementia veniunt', ſed de Philoſophiæ durioris præſumptione deſcendunt'. Hinc & Ambroſius hæreticos redarguens, inter alia ait: [d] 'Omnem vim ‚venenorum ſuorum in Dialectica diſputatione conſtituunt, quæ Philoſophorum ‚ſententiâ definitur non aſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi. Sed non ‚in Dialectica complacuit Deo ſalvum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis'. Hinc item Baſilius Eunomium hæreticum vel ex ſolo hoc capite explodendum cenſet, quòd non de Spiritus ſancti ſacrario, ſed de Sapientum ſæculi armamentario ratiuncularum ſuarum tela depromeret: [e] 'Nobis (inquit) oſtendere ſufficiebat, non ex doctrina ſpiritus, ſed ex ſapientia principum huius ſæculi hæc eum dicere: ac illud Pſal. 118. Pſalmiſtæ ad ipſum exclamare: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes*'. Hinc & 85. Auguſtinus riſu dignos cenſet Eccleſiaſticos, qui Ethnicorum Philoſophorum teſtimonia vſurpant, cùm de petra montium, id eſt, de Chriſto & Apoſtolis loqui deberent: [f] 'Si dicam vobis (inquit) Credite, hoc enim dixit Cicero, hoc ‚dixit Plato, hoc dixit Pythagoras: quis veſtrûm non irridebit me? Ero enim ‚vobis quæ non de petra emitto vocem meam. Quid mihi vnuſquiſque veſtrûm Gal. 1. 9. ‚debet dicere? Hoc debet dicere ille qui ſic inſtructus eſt: *Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit*: Quid mihi dicis de Platone, & Pſal. 103. ‚de Cicerone, & de Virgilio? Habes ante te petras montium, *De medio petrarum da mihi vocem* tuam'. Graviter in eandem rem ſcribit Hugo Victorinus, præceptoris 12. ſui Auguſtini veſtigijs inſiſtens: [g] 'Vt taceam (inquit) cæteros mundi amatores, ‚quot modò litteratos cernimus, qui vocari Chriſtiani volunt, & cum cæteris ‚fidelibus Eccleſiam intrant, & de Sacramentis Chriſti participant, in quorum ‚cordibus ſæpiùs eſt memoria Saturni & Iovis, Herculis & Martis, Achillis & ‚Hectoris, Pollucis & Caſtoris, Socratis & Platonis & Ariſtotelis, quàm Chriſti ‚& Sanctorũ eius? Nugas poëtarũ diligunt, & veritatẽ divinarũ Scripturarum ‚negligunt, aut (quod peius eſt) irrident & contemnunt. Videant nunc quid ‚eis profit foris Eccleſiam ingredi, & intùs in corde à fide fornicari. Ego eis præ‚nuntio, quòd illis in fine ſociandi ſunt, quos nunc in cogitationibus ſuis per ‚affectum cordis ſibi coniungunt; & quorum hîc vitam diligunt, eorum illic ſupplicij participes erunt'. Author Commentarij in Pſalmos, Hieronymo attributi, inter Eccleſiaſticos & hæreticos diſcrimen conſtituens: [h] 'Eccleſiaſtici ‚(inquit) ruſtici ſunt & ſimplices, omnes verò hæretici Ariſtotelici & Platonici ſunt'. Appoſitè in eandem rem ſcribit Chryſoſtomus, Apoſtolum Paulum in hæreticos concitans, tanquam qui Philoſophorum Commenta Evangelicis oraculis anteponant: [i] 'Age Paule (inquit) pro veritate etiam con‚tratiùs pugna, indignare pro fidei defenſione, commotus hæreticis dicito: Vndenam Ariſtotelica edocti eſtis? Quis Platonem Evangelicis oraculis antepoſuit? Accedit his authoritas Gallicanorum Antiſtitum, [k] 'Qui tempore Philippi Auguſti ‚Galliæ Regis, in Concilio Pariſienſi, conquiſita opera Ariſtotelis in vltrices ‚flammas iniecerunt, & edicto ſanctiſſimo prohibuêre, ne quis deinceps ſimili‚bus ſcriptis vteretur: quòd ad hæreſim viam ſternerent. Quippè inſtinctu dæ‚monis expoliviſſe illa videbatur, atque in Lyceo malorum omnium ſemen po‚ſuiſſe, vnde poſteà in omni orbe terrarum deteſtandæ opiniones & hæreſeon figmenta pullulaſſent'. Enimverò Philoſophiam à malis genijs in homin̄ pernicicm profluxiſſe teſtatur præter alios Petrus Chryſologus, cùm de malis genijs loquens ait: [l] 'Divitias oſtentant, vt avaritiam ſerant: vt inſerant ſuper‚biam, pompam proponunt: ſingularitatem vendicant, vt quod eſt communio‚nis excludant: vt iram nutriant, cauſas colorant: vt pietatem violent, affe‚ctibus dant querelas: Philoſophiam fingunt, vt faciant nihil ſcire homines plus quærendo'. Eòdem collimare videtur Rupertus, cùm dæmonem nuncu-

[d] *Ambr. l. 1. de Fide ad Gratianum c. 3.*

[e] *Baſil. lib. 1. contra Eunomium.*

[f] *Aug. in Pſal. 103. verſ. 12.*

[g] *Hugo. Vict. lib. 4. de Arca morali cap. 8.*

[h] *Hieron. in Pſal. 77. verſ. 9.*

[i] *Chryſ. Orat. 1. cont. Arrianos tom. 5. Vide Ambroſ. Ser. 22. in Pſal. 118.*

[k] *Lud. Creſol. l. 2. Myſtagogi c. 20. ex Brigordo de geſt. Philippi Auguſti.*

[l] *Chryſol. Ser. 16. Vide Lactant. l. 3. c. 15. & Platonẽ apud Cyrill. l. 5. contra Iul. in fine*

[m] *Rupertus l. 3. in Geneſ. cap. 7.*

pat, [m] 'Odibilium Sophiſtarum maximum'. Quam nuncupationem didiciſſe videtur ex Baſilio Homiliâ 21. quæ de Humilitate inſcribitur, vbi dæmonem appellat: 'Primum, maximum, & inviſibilem mundanæ ſapientiæ ſophiſtam'. Atq; hinc fortè eſt, quòd ipſam philoſophiam ſeu Philoſophorum loquacitatem Bernardus nominat 'imbrem non bonum': quia nimirum ab aëreis poteſtatibus in terras defluxit, ſterilitatem non fertilitatem allatura: [n] 'Philoſophorum ventoſa loquacitas (ait ille) non bonus imber eſt, qui ſterilitatem magis intulit terris quàm fertilitatem'. Ex hac ſterilitate ſuborta eſt fames, quam filius prodigus in regione longinqua ſuſtinuit, vt Serm. 5. prænemoratus Chryſologus innuit, dicens: 'Luxuriosus per deſiderium ſæcularis eloquentiæ, per Scholarum lupanaria, per trivia ſectarum, diſſipavit Dei Patris dementi diſputatione ſubſtantiam. Et cùm conſumpſiſſet coniecturis quicquid erat ſermonis, ſcientiæ, rationis, iudicij, egeſtatem ſummam, famem magnam cognoſcendæ veritatis miſerrimus ſuſtinebat: quia philoſophia quærendæ divinitatis indixit laborem, veritatis inveniendæ fructum contulit nullum'. Imò verò non ſolùm nullum contulit fructum, verumetiam magnum intulit damnum: [o] 'Quia videlicet (vt Paulinus Nolanus antiſtes ait) in hoc omnis ars Philoſophorum laborat, vt aſſertione fictorum lucem veritatis obſcuret, & inanium contentionum laqueis ſollicitatas à vero mentes implicet, & ingenij fraude decipiat, & fuco ſermonis inducat'. Propter hanc mentium implicationem veritatiſq; obſcurationem mũdana philoſophia ſatis ſcitè à quibuſdam vocatur ſapientia Babylonis, quæ interpretatur confuſio: [p] 'Ad ſapientes Babylonis (ait Richardus Victorinus) pertinet *ſapientia huius mundi*, quæ *ſtultitia eſt apud Deum*: ad ſapientes Babylonis pertinet *prudentia carnis*, quæ *inimica eſt Deo*. Sapientes itaque Babylonis ſunt peracuta ſcrutinia mundanæ philoſophiæ: ſapientes Babylonis ſunt peracuta conſilia carnis prudentiæ'. Et ſuperiùs lib. 1. eiuſdem operis cap. 7. exhortans fideles vt exemplo Nabuchodonoſor ſapientes Babylonis morti addicant: 'Quaſi ſapientes Babylonis damnationi addicimus (inquit) quando ſæculares diſciplinas à noſtris ſtudijs amputamus. Harum amputationi conſcientia noſtra faciliùs acquieſcit, & eò leviùs earum abiectioni conſentit, quò eas (quamvis ad aliquid vtiles humanæ ſaluti) minimè neceſſarias attendit'. Poſſunt & eædem ſæculares diſciplinæ non abſonè intelligi per *ſalices Babylonis*: frondoſas quidem arbores, ſed minimè fructiferas: imò, quod peius eſt, ſterilitatem invehentes: [q] 'Salix (ait quidam) dicta, quòd celeriter ſaliat, hoc eſt, velociter creſcat: arbor lenta, viribus habilis vinciendis; cuius ſeminis hanc eſſe naturam dicunt, vt ſi quis illud in poculo hauſerit, liberis careat; ſed & fœminas infœcundas efficit'. Quàm frondoſæ ſint verborum foliis diſciplinæ ſæculares, innuit qui dicit: [r] 'Sicut noſtri authores, divinarum ſcilicet litterarum, de rebus maximè cogitaverunt: ſic mũdanorum authorum propriè omnis cura de verbis eſt'. Ecce folia ſalicum: ſed audi ſub his foliis quanta lateat infructuoſitas: [s] 'Neque enim ignotum eſt (ait Auguſtini diſcipulus Proſper) quantum Græciæ Scholæ, quantum Romana eloquentia, & totius mundi inquiſitio, circa inveniendum ſummum bonum, acerrimis ſtudijs, excellentiſſimis ingenijs laborando, nihil egerint, niſi vt *evanuiſſent in cogitationibus ſuis, & obſcuraretur cor inſipiens eorum*, qui ad noſcendam veritatem ſemetipſis ducibus vtebantur'. Reſtaret nunc monſtrandum quomodo eædem diſciplinæ ſterilitatem inducant, niſi Bernardum paulò ante audiſſemus dicentem: 'Philoſophorum ventoſa loquacitas non bonus imber eſt, qui ſterilitatem magis intulit terris quàm fertilitatem'.

[o] *Paulinus Epiſt. 21. ad Amandum.*

[p] *Rich. Victor. l. 2. de Erudit. interioris hominis cap. 4.*

1. *Cor.* 3. 19.

Rom. 8. 7.

[q] *Hug. Vict. l. 3. Beſtiarij c. 56.*

Pſal. 136. 2.

[r] *Aug. l. cont. Adimantum cap.* 11.

[s] *Proſp. l. cont. Collat. c.* 26.

Rom. 1. 21.

Scholaſticorum abuſus.

Quia igitur in profanæ philoſophiæ ſalicetum Scholaſtici licentiùs exeuntes quàm Patres, eiſdem mentes ad concipiendum veritatem conceptamq; è cuiuſdam reddunturſteriores. Quod potiſſimùm accidit, cùm non ſolùm ſuuſidiariè

15.

riè philoſophicas maximas in probationem adducunt, ſed eis velut fuleris ac fundamentalibus baſibus aſſertionum ſuarum machinas ſuperſtruunt. Huc refert Hieronymus prohibitionem Apoſtolis factam, ne *virgam* ſecum evangelizando portarent: [t] 'Quia iſtiuſmodi virga (inquit) baculus arundineus eſt, quem ſi paululùm preſſeris, frangitur, & manum transforat incumbentis'. Hinc meritò Canus in theologaſtros invehitur, [v] 'Qui philoſophiam Evangelijs ,præferunt: quibus Averrois Paulus eſt, Alexander Aphrodiſiæus Petrus, Ariſtoteles Chriſtus, Plato non divinus, ſed Deus'. An fortè putandum eſt, nuſquam tales reperiri ſaltem apud Chriſtianos? Imò verò reperiuntur, ſi Canus non fallit, & quidem multi intra ipſam Italiam: 'Cuiuſmodi noſipſi (ſubtexit ,Canus) præſertim in Italia vidimus multos qui ſcripturâ ſacrâ neglectâ, ad horũ ,Philoſophorum doctrinas, tanquam ad Syrenum ſcopulos adhærebant; poſtq; ,galeros etiam & infulas, non Prophetas, non Apoſtolos, non Evangeliſtas; ſed Cicerones, Platones, Ariſtoteles, perſonabant'. His non abſimilis olim fuit Dioſcorus, quem ob id graviſſimè Auguſtinus reprehendit, ipſius curioſitatem tanquam chriſtianæ humilitati adverſam culpans: [w] 'Humilitati ſaluberrimæ (in ,quit) quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus vt doceret humiliatus eſt, maximè ,adverſatur quædam, vt ita dicam, imperitiſſima ſcientia, dum nos ſcire gaude- ,mus quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus, ,ſenſerint, & cæteri huiuſmodi, vt docti eruditiq; videamur, cùm hoc à vera doctrina & eruditione longè abſit'. Simili curioſitate prurijſſe Iulianum indicat idem Auguſtinus, cùm ei ait: [x] 'Quis audiat quòd abs te commemorantur Thales Mileſius vnus è ſeptem Sapientibus, deinde Anaximander, Anaximenes, ,Anaxagoras, Xenophanes, Parmenides, Leucippus, Democritus, Empedocles, ,Heraclitus, Meliſſus, Plato, Pythagoras, vnuſquiſque cum proprio dogmate ,ſuo de naturalibus rebus: Quis, inquam, hæc audiat, & non ipſo nominum ſectarumque conglobatarum ſtrepitu terreatur, ſi eſt ineruditus, qualis eſt hominum multitudo; & exiſtimet te aliquem magnum, qui hæc ſcire potueris'? Intermedio tempore Auguſtinum inter & Canum floruit in Eccleſia Hugo Victorinus, qui in eiuſmodi prolixos authorum citatores graviter invehitur in ſuis Didaſcalicis: [y] 'Multos hoc decipit (inquit) quòd ante tempus ſapientes videri ,volunt. Hinc namque in quendam elationis tumorem prorumpunt, vt iam & ,ſimulare incipiant quod non ſunt, & quod ſunt erubeſcere: eòq; longiùs à ſa- ,pientia recedunt, quòd non eſſe ſapientes, ſed putari volunt. Cuiuſmodi multos novi, qui quùm primis adhuc elementis indigeant, non niſi ſummis intereſſe ,dignantur; & ex hoc ſolummodo ſe magnos fieri putant, ſi magnorum & ſapientium vel ſcripta legerint, vel audierint verba'. Atque vtinam hęc praxis, ſeu veriùs corruptela, tam eſſet antiquata, quàm eſt antiqua. Reprehendit Apoſtolus zelum Corinthiorum, invicem ſe præferentium, invicem oggerentium, *Ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ*: nihilominus adhuc hodie quamplurimi reperiuntur, qui cùm ſint ſtolones, de didaſcalis ſuis gloriantur. Quaſi verò eo ipſo evaſiſſent eruditi, quòd magiſtros eis obtigerit nanciſci eruditos. Quis vnquam fuit eruditior magiſter quàm Chriſtus? & tamen *Multi diſcipulorum eius abierunt retrò*. Quid profuit Phariſæis quod dixiſſe memorantur, *Nos Moyſi diſcipuli ſumus*? Quemadmodum igitur, Hieronymo teſte, [z] 'Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt': ita non huius vel illius diſcipulum fuiſſe, ſed ab hoc vel illo benè didiciſſe, laudandum eſt. Ex præcedente porrò corruptela ſubnaſcitur altera, Scholaſticis quidem vſitata, ſed ſtudio ſtrati pernoxia: quâ magiſtrorum commentis ſic adhærent diſcipuli, vt ab ijs non poſſint etiam victi divelli: [a] 'Nec ſi ſolem quidem ipſum (vt cum Lactantio loquar, geſtemus in manibus, fidem accommodabunt'. Neque verò

Matt. 10. 10.

1. *Cor.* 1. 12.

Ioa. 6. 67. *Ioa.* 9. 28.

[t] *Hier. in cap.* 10 *Matth. ad verſ.* 10.

[v] *Melch. Canus lib.* 9. *de Locis cap.* 9.

[w] *Aug. Epiſt.* 56.

[x] *Aug. lib.* 4. *cont. Iulian. cap.* 15.

[y] *Hug. Vict. l.* 3. *Didaſc.* 6. 14.

[z] *Hier. Epiſt.* 13. *ad Paulin.*

[a] *Lactant. l.* 7. *cap.* 2.

Vide Trith. l. de Script. Eccleſ. in Petro Abelardo.

verò hîc sistit stolonū temeritas, quin & contrarijs dogmatibus inurant censuras. Verùm & hæc quoque perantiqua corruptela est, dicente olim eodem Lactantio:

[b] *Lactant. lib. 7. cap. 7.*

[b] 'Incredibilis est error illorum, qui cùm aliquam sectam probaverint, eique se addixerint, cæteras damnant tanquam falsas & inanes, armantq; se ad præliandum, nec quid defendere debeant scientes, nec quid refutare; incursantq; passim sine delectu omnia quæ afferunt quicunque dissentiunt'. Ecce quàm vetusta est hęc censurandi temeritas, Scholasticis etiamnum satis familiaris:

[c] *Melch. Canus l. 8. de Locis cap. 4.*

[c] 'Sanè arguendi sunt (ait nuperus Canus) scholastici nonnulli, qui ex opinionum quas in schola acceperunt præiudicijs viros aliàs Catholicos notis gravioribus inurunt, idque tantâ facilitate, vt meritò rideantur'. Hoc commonitorium ex Cano transcripsit Bannez ijsdem penè verbis in 1 p. q. 1. art 8. dub. vlt. His itaque corruptelis in scholas irruentibus non modicè imminuta est Scholasticorum authoritas: vt meritò reformident illud Pauli ad Galatas: *Quòd si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Planè id eis eveniret, quemadmodum & Philosophis, nisi aliter providisset qui eos Patribus surrogavit, dum *Ascendens in altum dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.* Hoc quippè non de primis duntaxat Doctoribus, sed de eorum etiam successoribus vsque ad finem sæculi intelligendum esse, hæc sequentia evincunt: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.*

Gal. 5 15.

Ephes. 4. 11.

Ephes. 4. 13.

Scrupulus.

Excutitur. *Canus.*

16.

Non deerit fortè aliquis qui hinc contendat, Scholasticos Patribus authoritate coæquare: quippè à Deo novissimè in Ecclesia suscitatos, perinde ac antiquitus suscitati in ea sunt Patres. Vidit hunc scrupulum Canus, & elisit, ad calcem capitis proximè ex eo citati. Vbi cùm ex prælegato Apostoli textu subintulisset, 'Quamdiu igitur corpus Christi, hoc est, Ecclesia fuerit, ad divinam procurationem pertinebit, vt ij qui in Ecclesia sacræ doctrinæ Doctores habentur, tanquam à Deo dati veritatem in fide teneant, ne populus parvulorum more circumferatur': continuò scrupulum elisurus adiunxit: 'Nec verò si hoc Apostoli testimonium æquè pro antiquis & iunioribus facere dicimus, iuniores Theologos priscis illis mox æquabimus: scimus enim quantum antiquitati deferendum sit, quantum etiam sanctitati'. Ad hoc persuadendum non opus est aliunde quàm ex ipso Apostoli textu exempla conquirere. Quis enim sic insaniat, vt Doctores sive priscos sive iuniores æquiparet Apostolis, Prophetis, Evangelistis? Et tamen in textu sicut hos ita illos Ecclesiæ divinitùs provisos legimus. Testatur Moyses, & ex ipso Ecclesiasticus, *Opera Dei universa esse valde bona*: Sed non hinc fit consequens, ea esse æquè bona. Quemadmodùm igitur attestante Apostolo, *Alia est claritas Solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum*: ita alia est authoritas Apostolorum, alia veterum Patrum, alia subsequentiũ Scholasticorũm: vnaquęq; tamen ab eo, qui *Ascendens in altũ captivã duxit captivitatem, dedit dona hominibus*: dona quidẽ magna, sed inter se disparia. Vnde ibidem præmittitur: *Vnicuique nostrùm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi.* Non dicitur, Vnicuique datam esse æqualem, sed secundùm mensuram quam Christus elegit. Vnde & alibi ait idem Apostolus: *Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.* Et aliquantò inferiùs in eadem Epistola cùm commemorasset diversa charismatum talenta, concluſit: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Quod illustrans exemplo membrorum humani corporis adiungit inferiùs: *Posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit.* Quod paulò inferiùs ad mysticum Christi corpus accommodans: *Vos estis*, inquit, *corpus Christi*, 27.

Gen. 1. 31. & Eccli. 39. 21.

1. Cor. 15. 41.

Ephe. 4. 8.

1. Cor. 7. 7.

1. Cor. 12. 11.

1. Cor. 12. 18.

1. Cor. 12.

ſi, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores. Et enumeratis cæteris ſubſequenter in-
1. Cor. 12. terrogat: *Nunquid omnes Apoſtoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores?* Tanquam diceret, Minimè: Sed ſicut in naturali hominis corpore quę-
29. dam ſunt membra alijs præcellentiora; ita in Eccleſiâ, quæ myſticum Chriſti corpus eſt, diverſa ſunt membra authoritate diſparia: vniverſa tamen ab eo, qui
Sap 11.21 *Omnia in menſurâ, & numero, & pondere diſpoſuit.* Si omnia, proculdubio non ſolùm quæ ad macrocoſmi ſpectant creationem ac gubernationem, ſed quę etiã ad microcoſmi pertinent recreationem ac reductionem: [d] 'Omnia ergo (ait, quidam) fecit Deus in pondere, id eſt, vbi & quando oportuit: Omnia fecit, in numero, id eſt, tot quot oportuit: Omnia fecit in menſurâ, id eſt, quanta & quamdiu oportuit'. In materialibus ſtructuris ſolent lapides tantò eſſe menſurâ maiores, & numero pauciores, & pondere graviores, quantò ſunt baſi viciniores: in ſpirituali Eccleſiæ ſtructurâ vicinißimi baſi fuere Apoſtoli & Evangeliſtæ; quibus ſuperſtructi ſunt Patres, Patribus ſcholaſtici. Qui igitur *omnia in menſurâ & numero & pondere diſpoſuit*, primos præ ſecundis, & ſecundos præ tertijs fecit dignitatis menſurâ maiores, perſonarum numero pauciores, & authoritatis pondere graviores. Ima Eccleſiaſticæ ſtructurę baſis eſt Chriſtus: *In quo*,
Epheſ. 2. vt Paulus ait, *omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino*: ſed
21. niſi etiam alij ſuo modo baſes eſſent, non in ipſo contextu idem præmiſiſſet, *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*: nec Pſalmographus
Pſal. 86. 1. de Eccleſia vaticinando cecinißet, *fundamenta eius in montibus ſanctis*: hoc eſt, Auguſtino interprete, in Apoſtolis & Prophetis: 'Quare (ait ille in eum lo-, cum) fundamenta Apoſtoli & Prophetæ? Quia eorum authoritas portat infirmitatem noſtram'. Neq; huic doctrinæ obſtat quod ſcriptum eſt, *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Quia
1. Cor. 3. 11. iſtud intelligitur de imo fundamento, cui vniverſa ſtructuræ moles incumbit. Non enim dictum eſt, fundamentum aliud nemo poteſt ponere ſuper id quod poſitum eſt: ſed, *Præter id quod poſitum eſt*. Quamvis itaq; Apoſtoli ſuo modo ſint fundamenta, quatenùs ſubſequentes Doctores ſuſtentant: quia tamen etiam ipſi ſuperſtructi ſunt Chriſto, non ſunt fundamenta præter ipſum, ſed ſuper ipſum. Quemadmodum verò Apoſtoli ſuper Chriſto velut imâ baſi poſiti, ſequentibus ſe Patribus vt ſubalternæ baſes ſubiacuerunt; ita & hi Patres reliquis ſe ſequentibus Patribus ac ſcholaſticis quaſi baſes extiterunt. Chriſto ergo Apoſtoli, Apoſtolis Patres, Patribus ſcholaſtici ſubalternè ſuperſtructi ſunt: atq; ita Chriſtus ſtructuram vniverſam tanquam baſis ima ac fundamentalis ſupportat. Tantò autem ponderoſior eſt ſupportatorum authoritas, quantò ſunt ſupportãti reſpectivè propiores.

17. Ex his iam elucet quàm vanè deſipiant, qui recentiores priſcioribus anteferre præſumunt; & magnum ſe quidpiam præſtitiſſe prætendunt, cùm venerandæ antiquitati notam erroris affigunt: [e] 'Scholaſtici poſteriores (ait quidam mo-, dernus) ſuperſenes intellexerunt, & pleraq; omninò reijcienda eſſe agnove-, runt, quæ anteriores vel probarant, vel non improbabilia exiſtimarant. Pri-, mordia ſanè ſemper inculciora eſſe, tradit egregiè Tertullianus lib. de Velandis virginibus cap. 1'. Imitatus eſt Raynaudus, ſi non etiam ſupergreſſus, conſodalem ſuum Pozam, audentem ac dicentem: [f] 'Neq; antiquos neq; antiqua neotericis anteponi par eſt: Nam Eccleſia in dies magis illuſtratur'. Eòdem collimat & Ioannes Roberti, Tractatulo quo contendit Nathanaëlem fuiſſe Bartholomæum Apoſtolum, pag. 13. vbi reſpondens authoritati Patrum obiectæ, ait: 'Satis ſit dicere, Eccleſiam in ſuis filijs vſq; hodie creſcere, etiam eruditione'. Ingenuit hunc ſpiritum ſuis affectis Molina, cùm [g] 'Rationem concilian-di

[d] *Hugo Victor. in Prologo ſuper Epiſt. ad Romanos.*

[e] *Theophil. Raynaudus Novæ libert. Explicat. p. 2. cap. 4. §. 7.*

[f] *Poza Apolog. Nationis Cantabr. l. 2. cap. 3. Ioã. Roberti.*

[g] *Molina in Concord. ad q. 23. art. 4. & 5. diſp. 1. mẽb. vlt. in fine.*

Digitized by Google

'di libertatem arbitrij cum divina prædestinatione, à nemine, quem viderit, hucvsque traditam', censet amplectendam. Nimirum Ecclesia in filio suo Molina (si superis placet) ita crevit eruditione, vt rationem invenerit veteribus occultam conciliandi libertatem cum divinâ prædestinatione. Huic proposito accommodant, quod sub persona Sponsæ scriptum est de Ecclesiâ in Canticis Canticorum, *Quæ est iste quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Pedetentim etenim aurora fit lucidior: & quò amplius matureſcit, eò planius splendeſcit. Patres sub initiũ auroræ lucubraverunt, & ideò ad veritatis inspectionem caligaverunt: scholastici superadultâ iam aurorâ emerguntꝰ ac sic multa Patribus ignota reperiunt. Huc etenim videtur Molina allusisse, cùm dixit Augustinum [h] 'Quasi sub caligine' fuisse, & ob hoc ad sententiæ suæ incommoda non attendisse. Arripiunt hi libenter passimq; acclamitant Veterem Ægidij Romani comparationem, dicentis: [i] 'Posteriores existentes super humeros priorum, longiùs vident quàm priores. Nam si nanus esset super humerũ gigantis, longiùs videret quàm gigas'. Ægidio seraphicum Bonaventuram adiungunt, dicentem: [k] 'Per multã discussionem dubia ducuntur ad manifestationem'. Quia igitur scholastici magis quàm Patres dubia discutiunt, etiam magis quàm Patres ad manifestationẽ ea perducũt. Sed ne solis scholasticis sententia hæc iubniti videretur, ex Patribus pro ea Gregorius accersitur, dicens: [l] 'Per incrementa temporum crevit scientia spiritalium Patrum'. Et rursus altquantulùm inferiùs ibidem: 'Quantò mundus ad extremitatem ducitur, tantò nobis æternæ scientiæ aditus largiùs aperitur'. Et lib. 9. Moral. cap. 6. loquens de Doctoribus in Ecclesiâ alijs succedentibus: 'Dum per eos (inquit) diebus singulis magis magisq; scientia cælestis ostenditur, quasi interim nobis luminis vernum tempus aperitur: vt novus sol nostris mentibus rutilet, & eorum verbis nobis cognitus seipso quotidie clarior micet. Vergente enim mundi fine, superna scientia proficit, & largiùs cum tẽpore excrescit. Hinc namq; per Danielem dicitur: *Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.* Hinc Ioanni in priori parte Revelationis Angelus dixit, *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua*: cui tamen in eiusdem Revelationis termino præcepit dicens: *Ne signaveris verba prophetiæ libri huius.* Pars quippe Revelationis anterior signari præcipitur, terminus prohibetur: quia quicquid in sanctæ Ecclesiæ initijs latuit, finis quotidie ostendit'. Hisce authoritatibus rationem subiungunt, ex incommodis alterius sententiæ desumptam: quia nimirũ nullus doctrinæ profectus in Ecclesiâ exspectandus foret, si posteriores Theologi super veteres non intelligerent: 'Certè (ait loco citato Ioannes Roberti), qui post Augustinum nihil Christianæ eruditioni additum velit, is tum multa alia, tum totam scholasticam Theologiam reijciat licebit'.

Cant.6.9.

h *Molina in Concord.ad q. 23. ar. 4. & 5.disp.1.Mẽb. 6.*

i *Ægid.in 2. dist. 37. q.1. ar.3.*

k *Bonavent.in 2.dist.37.ar. 1.n.8.*

l *Greg.Homil. 16.in Ezechielem.*

Dan.12.4

Apoca.10. 4.

Apoca.22. 10.

Vide Lactant. lib.2.divinarũ Instit.cap.7.

18.

Sed inconcussè tenendum est, Novitatem Vetustati non esse præferendam, imò nec coæquandam. Vnde qui se Patribus anteponere non verentur, ab omnibus sperni explodiq; merentur: [m] 'Est nimis mirabile (aiebat olim de talibus Ecclesia Lugdunensis) imò horribile, quomodò vt suis adinventionibus & ineptijs credatur exigãt, cùm ipsi beatissimos Patres & illustrissimos Ecclesiæ Doctores abiecerint'. Nonne dignum & æquum est, vt qui anteriorum authoritatem vilipendunt, suam ipsi authoritatem apud posteros amittant? *Væ qui prædaris*, ait Propheta, *nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris?* Sed si fortè huic Prophetæ auscultare dedignantur, dignentur prophetarum dominum audire dicentem: *In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini: & in qua mẽsura mensi fueritis, remetietur vobis.* Audiant etiam illud Papæ Gregorij, quem pro sua prætentione superiùs allegarunt: [n] 'Iustitiæ ac rationis ordo suadet, (ait ille) vt qui sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui proculdubio voluntatem & statuta custodiat'. Audiant & illud Ioannis Papæ primi in Epistola sua prima ad præsulem Zachariam: [o] 'Sui profectò impugnator est

Isa.33.1.

Matth.7. 2.

m *Eccles.Lug. lib.de tenenda scripturæ veritate & sectãda patrũ authoritate c. 8.*

n *Greg. lib. 5. Regist. Epist. 12.*

Ioannes Papa 1.

Digitized by Google

tor est omnis, qui Patres insequitur, aut detrahere non formidat'. Audiant Hormisdam ab ipsis percontantem: [o] 'Cur recentia cupitis, & prisca deseritis?' Audiant eundem Epist. 70. ad Possessorem Africanum, dicentem: 'Errat à via, qui ab eo quod Patrum electio monstravit exorbitat'. Quòd si ita non audiant, vel ijs auditis non se emendent; audiat certè fidelis populus, quod alibi idem Pontifex monet; & ipsos inemendatos cautè deviteat: [p] 'Cavenda est subtilium magnâ circumspectione calliditas, qui inserunt difficilia dum fictuntur labefactare composita'. Audiat idem populus illud Papæ Symmachi; & videat quàm viriliter spretoribus Patrum sit resistendum: [q] 'Instituta Patrum reverenda calcantur, & quis non vitæ mortem iustâ electione præponat?' Audiant & ipsi illud Gelasij Papæ Epist. 7. ad Honorium Dalmatiæ Antistitem: 'Quid tendimus vltra definita maiorum?' Etenim ex instâ ibidem: 'Nunquid sapientiores illis sumus? aut poterimus fixâ stabilitate constare, si ea quæ ab illis constituta sunt subruamus?' Audiant quàm acriter idem Gelasius in Senecam Pelagianum, Hieronymi & Augustini obtrectatorem, insurgat: [r] 'Maius scelus accersit, vt sub conspectu & præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Eccle. 10. 1. Augustinum, Ecclesiasticorum lumina magistrorum, *nusca meribus* (ficut scriptum est) *exterminans oleum suavitatis*, lacerare contendat?' Audiant Felicem Gelasij prædecessorem Epist. 1. ad Acacium Constantinopolitanum, graviter insonantem: 'Cunctis hæresibus resumendi vires atque in vsus pristinos resurgendi latus campus aperitur, si semel quod à nostris maioribus est dispositum, quolibet occasione pulsetur'. Audiant & hanc auream eiusdem ibidem sententiam: 'In die iudicij talem à nobis Ecclesiam, certum est, qualem à Patribus accepimus, exigendam'. Audiant & illud Papæ Simplicij Epist. 3. ad Zenonem Augustum: 'Quisquis, sicut prædixit Apostolus, præterquam quod accepimus, seminare molitur, anathema sit'. Audiant Hilarum Simplicij præcessorem, Metropolitas Galliarum monentem, vt procurent, [s] 'Ne quisquam fratrum in alterius proruptura iniuriam, transcendat terminos à venerandis Patribus constitutos'. Audiant Leonem Hilari præcessorem Leoni Augusto in hæc verba scribentem: [t] 'Vt pietas tua, cum venerabilium Patrum prædicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subijciendas esse sermoni: quibus si diligenter attendere recensueris, non aliud nos prædicare reperies, quàm quod sancti Patres nostri toto orbe docuerunt; nec quenquam ab illis nisi tolos impios hæreticos discrepare'. Audiant & Leonis prædecessorem Sixtum Epist. 2. ad Ioannem Antiochenum, dicentem: 'Nihil vltra liceat novitati, quia nihil adijci convenit vetustati: dilucida & perspicua maiorum credulitas nullâ cæni permixtione turbetur'. Audiant Sixti prædecessorem Cœlestinum obtrectatoribus Augustini silentium his verbis imponentem: [u] 'Desinat incessere novitas vetustatem'. Supervacaneum foret hic plures attexere, Apostolicæ sedis & orbis antistites, qui vetustatem novitati præferendam censuerunt, & obtrectatoribus Patrum silentium imposuerunt; cùm Vincentius Lyrinensis apertissimè testetur, [w] 'Morem istum semper in Ecclesia viguisse, vt quò quisque foret religiosior, eò promptiùs novellis adinventionibus contrairet': continuoq; subiungat: 'Exemplis talibus plena esse omnia'. Vnum ex innumeris proferat ipse ibidem Stephani Papæ exemplum, rescribentis ad Africanos: [x] 'Nihil novandum, nisi quod traditum est' Cui mox oraculo hæc subdit Vincentius: 'Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vt omnia, quâ fide à Patribus suscepta forent, eâdem fide filijs consignarent pr: nosque religionem, non quâ vellemus, ducere; sed potiùs, quâ illa duceret, sequi oportere: idque esse proprium christianæ modestiæ & gravitatis, non sua posteris tradere, sed à maioribus accepta servare'.

[o] *Hormisd. Epist. 22. ad Dorath. Thessalon.*

[p] *Idem Epist. 78. ad Iustinum Augustum.*

[q] *Symmach. Epist. 9. ad Orientales.*

[r] *Gelasius Epist. 7. ad Episcopos per Picenum.*

Felix Papa.

Simplicius Papa.

[s] *Hilar. Papa Epist. 10. ad Metrop. Gallia.*

[t] *Leo Epist. 97.*

Sixtus Papa.

[u] *Celestin. Epist. ad Episc. Gall. capit.*

[w] *Vinc. Lyrin. l. cont. profan. haref. novit. cap. 9.*

Stephanus Papa.

Vide Petr. Damian. l. 1. Epist. 16. sub initium.

***

Extat

Extat in hanc rem memoranda Papæ Zozimi sententia in Epistola ad Narbonenses, cuius hoc fragmentum post Gratianum causa 25. q. 1. cap. 7. citat Ivo Carnotensis Epistola 60 ad Hugonem Lugdunensem: 'Contra statuta Patrum ,cordere aliquid vel mutare, nec huius quidem Sedis potest authoritas. Apud ,nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum sanxêre reverentiam'. Huic oraculo consonat quod Synodus Oecumenica Chalcedonensis Actione 1. respondit interroganti Patres Synodales, An fidem Patrum innovare vellent: 'Si quis innovat, anathema sit: Si quis discutit, anathema sit'. Et rursus de eisdem Patribus Act. 2. 'In scriptis custodiuntur, quæ ab eis sunt exposita: & citra ea dicere non possumus'. Et mox infrà ibidem: 'Regula est, ,quæ prædicat, sufficere quæ sunt exposita: regula vult aliam expositionem non fieri: ea quæ sunt Patrum teneantur'. Chalcedonensem imitata quinta Synodus generalis ita ait Collat. 3. 'Sequimur per omnia sanctos Patres & Doctores ,Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium theologum, Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum: & suscipimus omnia quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum exposuerunt'. Quæ verba referuntur, & vnanimiter acceptantur à Synodo Lateranensi sub Martino I. Consult. 5. dicentibus Patribus cùm ea legi audissent: 'Manifestatur nobis ex his quæ ,lecta sunt, sive definita à V. sancto Concilio, condemnatū esse, & alienum sanctæ ,Dei Ecclesiæ vnumquenque, qui non susceperit verbo & mente omnes sanctas ,Synodos, & venerabiles Patres, cunctaq; quę ab eis pro orthodoxa fide exposita sunt in destructionem omnium hæresum'. Et paulò infrà ibidem: 'Dogmata & sermones sanctorum Patrum vno corde & ore vnanimiter ac consonanter ,omnes firmamus: nihil addentes, nihil subtrahentes de his, quæ ab ipsis tradita sunt nobis. Sicque credimus, sicut Patres crediderunt; ita prædicamus, quomodo docuerunt'. Et in finali Decreto eiusdem consultationis: 'Nos corde credentes ad iustitiam, ore autem confitentes ad salutem, consonanter & absque vlla novitate, sicut ab eis accepimus, ita intransgressibiliter credimus'. Ad prædictam 5ª. Synodi sanctionem à Lateranensi Synodo iam citata repetitam allusio fit in Oecumenica Florentina Synodo Sess. 7. cùm dicitur: 'Beatus Augustinus, præclarissimus Doctor Latinorum, quem sancta quinta Synodus recepit: qui & præstantissimus appellatur' &c. Hanc appellationem *præstantissimi* pridem Augustino attribuerat Papa Agatho in Epistola ad Constant. & Heracl. quæ refertur in 6ª. Synodo Oecumenica Act. 4. Eundem Augustinum Adrianus Papa I. in Epist. ad Constant. & Irenem, quæ refertur in 7ª. Synodo Oecumenica Act. 2. 'Præcipuum patrem, & optimum doctorem' intitulat. Martinus I. in præcitata Synodo Lateranensi Consult. 2. eundem nominat 'Glorioſum Catholicæ Ecclesiæ & eximium Doctorem'. Pius II. in Bulla Retractationum suarū, 'Probatissimi ingenij virum' indigitat. Gelasius I. suprà hic 'citatus, Ecclesiasticorum lumen magistrorum' appellat.

Zozimus papa.

Synodus Chalced.

Synodus V. Gen.

Synodus Lateranen.

Synodus Florent.

Agatho papa.

Adrianus I.
Martinus I.
Pius II.
Gelasius I.

Facessant igitur, aut certè conticeant, qui novellas suas subtilitates tam de- 19.
prædicatæ antiquitati præponere gestiunt, & ad tam sonora summorum præsulum legitimorumq; Conciliorum oracula obsurdescunt. Desinant insidere veterum magistrorum humeris, quorum insistere potiùs deberent vestigijs. Vrbanus V. Angelicum Doctorem Tholosanæ Vniversitati sectandum commendat, non quòd ille suis adinventionibus magnopere detulerit, aut veterum Tractatorum humeris se superposuerit; sed quòd [x] 'Beati Augustini vestigia insequēs, Eccles. in doctrinis & scientijs ovamplurimis adornaverit'. Descendant ergo manu ce gigantum humeris, ac ponè subsequantur insistentes vestigijs, si similibus Pontificum inhiant elogijs. Sed quoniam excelsiori loco delectantur, si-

[x] *Vrban. V. in Bulla ad Tholosates.*

namus

namus eos ſedere, imò ſtare ſuper humeris gigantum: An inde ſit conſequens, eos longiùs proſpicere? Quid ſi ex tam ſublimi proſpectu vertiginem incurrant? Quid ſi oculos ſcotomate infectos habeant? Quid ſi eo morbi genere laborent, quo Antipheron Oretanus laboraſſe perhibetur; cui adversâ facie idolum proprium quocunque ſe vertenti ſemper occurſabat? Huic etenim morbo ſpiritualiter obnoxij ſunt, qui affectant digito oſtendi eximijque videri. Niſi ergo priùs probaverint, perſpicaciori ſe viſu quàm veteres pollere, non ſatis eſt humeris veterum eos inſidere. Habent tamen quos imitentur, ſi probare iſtud conantur. Sed quoſnam? Garrulos vtique ac nugigerulos; Maſſilienſes, & eorum aſſeclas: quorum ſimilem inſolentiam refert ac refellit Proſper lib contra Collat. cap. 1. & rurſus lib. 2. de Vocat Gent cap. 15. vbi ait: 'An fortè (ſicut plerique garriunt) meliora quàm veterum ingenia noſtris ſæculis orta ſunt, & aptiores divinis donis animas tempora extrema peperere?' An non & hoc ipſum eſt quod etiamnum garritu quotidie hoc ſæculum præcedentibus anteferetur: vt dum paſſim appellatur ſæculum doctiſſimum, litteratiſſimum, oculatiſſimum, naſutiſſimum? Verùm cùm talia ab eis dici audimus aut legimus, reſumamus quod ibidem Proſper ſubtexuit: 'Nihil prorſus novarum eſt in generatione carnali, nec generoſior avis minorum orta ſucceſſio eſt'. Paulò poſt Proſperum floruit Caſſiodorus: qui cap. 11. divinarum lectionum, in iſtiuſmodi ſciolos inſurgit, & dicit: 'Sunt nonnulli, qui putant eſſe laudabile, ſi quid contra antiquos ſapiant; & aliquid novi, vt periti videantur, inveniant'. De horum abnepotibus poſt aliquot ſæcula emergentibus, maiorumque ſuorum garrulitatem hæreditantibus, ſcribit in hunc modum Richardus Victorinus, in Beniamin maiore lib. 2. cap. 2. 'Etiam temporibus noſtris inſurrexerunt quidâ Pſeudophiloſophi, fabricatores mendacij: qui volentes ſibi nomen facere, ſtuduerunt nova invenire. Nec erat eis cura tam vt aſſererent vera, quàm vt putarentur invenisſe nova. Præſumentes itaque de ſenſu ſuo, putaverunt ſe poſſe facere ſibi ſapientiæ arcam: & euntes in adinventionibus ſuis tradiderunt ſententias novas, arbitrantes ſecum ortam morituramque ſapientiam' Radicem & originem huius inſolescentiæ detegit ac reprobat Hugo Victorinus, ita ſcribens in ſuis Didaſcalicis: [y] 'Hoc tumoris vitium hinc quibuſdam accidit, quòd ſuam ſcientiam nimis diligenter inſpiciunt: & cùm ſibi aliquid eſſe viſi fuerint, alios quos non noverunt, tales nec eſſe nec potuiſſe fieri putant'. Ecce radicem ſuperbæ garrulitatis: vide iam germen: 'Hinc etiam ebullit (ſubdit mox Hugo) quòd nugigeruli nunc quidam, neſcio vnde gloriantes, priores Patres ſimplicitatis arguunt; & ſecum natam, ſecum morituram credunt ſapientiam'. Ex horum numero & is fuiſſe videtur, quem B. Bernardus Epiſt. 77. adhunc ipſum Hugonem Victorinum vocat novarum inventorem aſſertionum, & aſſertorem inventionum: 'Mirôr admodum (ait ibi Bernardus) ſi novus iſte novarum inventor aſſertionum, & aſſertor inventionum, invenire in hoc rationem potuerit, quæ ſanctos Patres latuerit, Ambroſium & Auguſtinum; ſive authoritatem eorundem authoritate potiorem'. Hoc & vnuſquiſque noſtrûm vſurpare rectè poterit adversùs quemlibet huius ævi novatorem: adijciendo illud eiuſdem Bernardi ibidem: 'Ab his duobus columnis (Auguſtinum loquor & Ambroſium) credite mihi, difficilè avellor: cùm his me aut errare, aut ſapere fateor'. Neque verò huic antiquorum Patrum prærogativæ adverſatur Gregorius in argumento obiectus. Nam inprimis non comparat authoritatem authoritati, ſed notitiam notitiæ. Par ſanè fuit authoritas Prophetarum, & Apoſtolorum; etſi hi oculis conſpexerint, quæ illi obſcurè prænoverunt. Deinde cùm dicit, Eccleſiam ſcientiâ proficere, non aſcribit hunc profectum ſolis recentioribus, ſed ſimul etiam

Proſper.

Caſſiodorus.

Rich. Victor.

[y] *Hug. Vict. l. 3. Didaſc. c. 14. Vide eundem in Præf. Summæ Theologicæ.*

Bernardus.

Ad Gregorium.

tiam Patribus, qui etiam mortui docent; sicut de Paulo Augustinus ait: [z] 'Per
'eum Dominus tunc Ecclesias gubernavit, & per eius Epistolas nunc gubernat'.
Postrema obiectio ex incommodo quæsita, iam olim elisa est per Vincentium
Lyrinensem, lib. suprà citato cap. 28. & 29. in quorum priori ait: 'Crescat o-
'portet, & multùm vehementerque proficiat tam singulorum, quàm omnium,
'tam vnius hominis quàm totius Ecclesiæ, ætatum ac sæculorum gradibus, in-
'telligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet
dogmate, eodem sensu, eademque sententia'. Et statim in exordio capitis se-
quentis adiungit: 'Imitetur animarum religio rationem corporum; quæ licet
'annorum processu numeros suos evolvant & explicent, eadem tamen quæ erant
permanent'.

[z] *Aug. l. de Gestis Palest. cap. 14.*

Vinc. Lyrin. Vide Basil. Epistola 79. & Constant. Imperatorem apud Nicephorum l. 9. c. 36.

Igitur vt Prologo huic finem imponã, & propositi operis adornationi me accingam, lectorem admoneo vt hâc in re imitetur Oratorem Lampridium, de quo in Epistola ad Lupum sic scribit Apollinaris Sidonius: § 'Legebat incessanter authores, cum reverentia antiquos, sine invidia recentes'. In exhibenda porrò antiquis reverentia, æmuletur Hugonis Victorini modestiam: qui cùm libro 1. de Sacramentis p. 1. cap. 2. sententias Patrum in speciem dissonantes commemorasset, adiunxit: 'Ego puto, viros sapientiæ in rebus tam obscuris, & du-
'bijs, atque à sensu nostro remotis, nec temerè asseruisse quod nescierunt, neque
'in his quæ asseruerunt, præsertim tantâ diligentiâ prolatis, errare potuisse. Illud
'magis crediderim, sub assertionis forma inquisitionis studium aliquando fuis-
'se'. Et mox hanc modestiam cæteris amplectendam inculcans: 'Qui sic (subdit)
'dicta sanctorum piè interpretari voluerint, nec falsa credendo in errorem inci-
dent, nec vera reprehendendo in elationem'. Singulos quidem Patres in re modica aspernari, modica quibusdam noxa videtur: sed nunquid scriptura ait, *Qui spernit modica paulatim decidet?* Luctuosum huiusmodi decidijexemplum commemorat Augustinus Tract. 1. in Ioannem, his verbis: 'Nescio quis tædium patiebatur à muscis. Invenit illum Manichæus tædio af-
'fectum: & cùm diceret se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas,
'statim ille: Quis fecit has? Et quia tædio affectus erat, & oderat illas, non
'ausus est dicere, Deus illas fecit: erat autem Catholicus. Ille statim subiecit:
'Si Deus illas non fecit, quis illas fecit? Planè, ait ille, ego credo quia dia-
'bolus fecit muscas. Et ille statim: Si muscam diabolus fecit (sicut te video
'confiteri, quia prudenter intelligis) apem quis fecit, quæ paulò amplior est
'musca? Non ausus est ille dicere, quia Deus fecit apem, & muscam non fecit;
'quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam, à locusta ad lacertam, à la-
'certa ad avem, ab ave ad pecus, inde ad bovem, inde ad elephantem, postremò
ad hominem: & persuasit homini, quia non à Deo factus est homo'. Huic mi-
sero haud absimiles sunt, qui cùm sancti alicuius Patris testimonio premuntur, ac velut aculeo aut stimulo punguntur (nam *verba sapientium*, teste Ecclesiaste, *sicut stimuli*, in authorem testimonij stimulantis invehuntur; eumque non spiritu veritatis afflante, sed spiritu erroris palpante, id dixisse vociferantur: & cùm alij Patres eidem suffragantes adducuntur, sensim etiam in ipsos consimili furore debacchantur. Memini me audisse de quodam Cretensi, quòd cùm ex Epistola Pauli ad Titum legi audisset illud Epimenidis Poetæ prophani, *Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri*; in authorem insurrexerit, velut mendacé & calumniatorem. Cui cùm mox obijcerentur subtexta ibidem Apostoli verba, poetæ testimonium approbantis, atque dicentis, *Testimonium hoc verum est*; etiam Apostolum mentiri, vel saltem falli asseveravit. Aliud exemplum proposito nostro satis accommodum commemorat Dorotheus Archimandrita Serm. 2. de Humilitate, qui extat cum alijs eiusdem sermonibus in Bibliotheca Patrum

Augustinus.

Eccli. 19. 1.

Eccle. 12. 11.

Tit. 1. 12.

Tit. 1. 13.

tomo

Digitized by Google

tomo 17. nuperæ editionis Parisiensis : 'Memini (ait ille ibi) vidisse me ali- Dorotheus.
'quando huiusmodi hominem : qui in hanc miserrimam conditionem incidis-
'set: initio quidem si quis è fratribus locutus quidpiam esset in alterius
'commendationem & laudem, statim illum spernebat, & quasi conspue-
'bat, dicens : Quis est ille ? Non est alius qui aliquid valeat, præter Zozi-
'mum, & qui cum eo sunt. Pòst cœpit & illos contemnere, ac dicere, nemi-
'nem alicuius pretij esse, præter Macharium. Et paulò pòst : Quis, ait, Macha-
'rius ? Nullus est præter Basilium & Gregorium. Atq; etiam non multò pòst,
'hos quoque cœpit pariter spernere, & nullum vllius æstimare nisi Petrum &
'Paulum. Cui ego prædixi (quod evenit) fore vt hos quoque tempore contem-
'neret. Quod sanè factum est : nam eos sprevit, & nihil esse in pretio haben-
'dum præter Trinitatem asserere cœpit. Statimq; in Deum quoq; factus inso-
lentior, intumuit'. Hactenus luctuosum insolentiæ invalescentis exemplum, se-
quitur religiosum de eadem præcavenda documentum : 'Nobis igitur (subdit
'Dorotheus) luctandum est cum prima, ne paulatim in secundam labamur su-
perbiam'. Pia sanè ac provida salutarisq; monitio : cui quisquis affectualiter
effectualiterq; obtemperaverit, nec falsa asserendo in errorem incider, nec vera
reprehendendo elationem incurret Quæ duo cùm necessaria ei sint qui alios
Sap. 7. 15. vult erudire, nec aliunde habeantur quàm ab eo de quo scriptum est, *Ipse sa-
pientiæ dux est, & sapientium emendator : in manu enim illius, & nos, & sermones no-
stri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina* : Ipsius ego opem in du-
cendo peregrinos imploro, atq; vt ab approbatione falsorum & improbatione
verorum præservare me dignetur exposco. Præstet vt obedienter auscultem in-
1. Tim. 6. sonanti : *O Timothee, depositum custodi* : hoc est, vt Vincentius Lyrinensis cap. 17.
20. libri prælitati explanat : ' O Timothee, ô Sacerdos, ô Tractator, ô Doctor, si *Vinc. Lyrin.*
'te divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrinâ : esto spi-
Exo. 36. 1. 'ritalis tabernaculi *Beseleel*, pretiosas divini dogmatis gemmas exsculpe, fide-
'liter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, venustatem. In-
'telligatur te exponente illustriùs, quod antea obscuriùs credebatur: Per te
'posterinas intellectũ gratuletur, quod antè vetustas non intellectum venerabatur
'tur : Eadem tamen quæ didicisti ita doce, vt cùm dicas novè, non dicas nova'.
Atque hîc sit Prologi huius finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXPLICIT PROLOGVS.

Digitized by Google

TRIVM PRIORVM LIBRORVM, AC CAPITVM Quibus ſinguli conſtant, SYNOPSIS

LIBER I. *NOSCE TEIPSVM.*

PRÆFATIVNCVLA Pag. 1.

CAPUT PRIMVM.

Diſciplinarum ſaluberrima ſui notitia. *Profanorum ſuper hoc cum Eccleſiaſticis conſenſus. Apollini à Græcis, Mercurio ab Ægyptijs attributum apophtegma* Noſce Teipſum. *Tripos Delphicus. Græcia Sophi. Amphyctionum Senatus.* Pag. 2.

CAPVT II.

Origo apophtegmatis, Noſce Teipſum, *ad Moyſen perducta. Scrupulus de Græca Bibliorum tranſlatione diſcuſſus. An ante Philadelphum tranſlatio vlla extiterit? Authores in ſpeciem diſſidentes conciliati.* Pag. 8.

CAPVT III.

Philoſophorum mores ab ore diſcordes. Eorum primores teſtimonijs veterum ſugillati. Canonizatores obiter redarguti. Pag. 17.

CAPVT IV.

Ignorationis ſui origo in Philoſophis diſquiritur. Reciproca ignorationis ſui & ignorationis Dei in invicem cauſalitas aſſruitur. Triplex Philoſophis inolita libido, ſentiendi, ſciendi, excellendi. Harum quælibet in ignorationem ſui influit: potiſſimùm verò ſecunda, quæ curioſitas nominatur. Pag. 26.

CAPVT V.

Hæretici Philoſophorum diſcipuli: magiſtros imitantur, curiosè diſquirendo, faſtuosè ſuperbiendo, idolis ſerviendo, libidinosè pruriendo; adeòque ſe neſciendo. Pag. 39.

CAPVT VI.

Notitia ſui ex triplici cognitione coaleſcit: vnâ eorum quæ ſupra, aliâ eorum quæ intra, tertiâ eorum quæ infra nos ſita ſunt. Hæretici in vnâ, vel duabus, vel omnibus tribus deficientes, adeòq; ignoratione ſui tenebreſcentes, multifariarum ſectarum dinumeratione repræſentantur. Pag. 50.

CAPVT VII.

Apophtegmatis, Noſce Teipſum, *authoritas divina; origo rationali creaturæ coæva, amplitudo eidem coextenſa: eius neglectus omnium malorum ſcaturigo.* Pag. 61.

****

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Divina œconomia erga humanum genus eò ab initio ad finem vsque vniversa collimat, vt homines se noscendo authorem suum recognoscant. Quod inprimis ostenditur pro statu naturæ integræ, & lapsæ ante legem Moysaicam. Pag. 71.

CAPVT IX.

Idipsum ostenditur pro statu Moysaicæ legis, quæ ad hoc subintravit vt multiplicatis infirmitatibus humiliarentur præsidentes & ex ignoratione suæ ægritudinis medicinam spernentes. Pag. 83.

CAPUT X.

Deus subinde etiam iustis & prædestinatis adiutorium gratiæ subtrahit, vt per propriæ fragilitatis experimentum discant non altum sapere, sed seipsos noscere. Pag. 94.

CAPUT XI.

Carnis stimulus in renatis ad agonem relinquitur, eorumque pro eius extirpatione deprecatio repellitur: vt humanæ conditionis iugiter conscijs non obrepat elatio dum strepit tentatio. Pag. 106.

CAPUT XII.

Mortalitas corporis & incertitudo Novissimorum ad hoc divinitus ordinantur, vt homines suæ fragilitatis admoneantur, & ad salutem suam cum timore & tremore operandum inducantur. Pag. 118.

CAPUT XIII.

Superni verbi Incarnatio & Novi Testamenti dispensatio ad hoc divinitùs provisa, vt qui sui obliviscendo & prælatè sapiendo ceciderant, seipsos noscendo & humilibus consentiendo resurgerent. Pag. 130.

CAPUT XIV.

Scriptura divina in hoc vniversa conspirat, vt homines consideratione suæ fragilitatis & divinæ supra se præcelsitatis humiliet; quatenus nemo suam quærat gloriam, sed quisquis gloriatur, in Domino glorietur. Pag. 143.

CAPUT XV.

Doctrina superiori capite tradita vberiùs elucidatur, & documentis de vnaquaque scripturarum variè sectarum portione excerptis constabilitur. Pag. 156.

CAPUT XVI.

Prosecutio eiusdem doctrinæ ex scripturis Novi Testamenti, tam Legalibus, quàm Historicis, Sapientialibus, & Propheticis. Pag. 174.

CAPUT XVII.

Ecclesia suis ritibus atque cæremonijs potissimùm intendit, filios suos ab exterioribus ad interiora retrahere, & ad sibi Deoque vacandum inducere. Pag. 193.

CAPVT XVIII.

Ecclesiastici Tractatores per diversa sæcula post Apostolos à Christo suscitati, eandem cum præcedentibus prædicandi ac docendi normam tenuerunt: agnitionem humanæ fragilitatis & divinæ præcelsitatis vnicuique ingerentes. Pag. 208.

CAP.

SYNOPSIS

CAPVT XIX.

Doctrinæ ſuperiori capite traditæ proſecutio, ac per ſubſequentium ſæculorum Patres & Doctores in hæc vſque tempora continuatio. pag. 225.

CAPVT XX.

Vnde tanta cognitionem ſui veraciter perdiſcentium paucitas, cùm tanta ſit ac ſemper fuerit eandem vivaciter ingerentium numeroſitas? pag. 247.

LIBER SECVNDVS

Vnde cives ſumus?

PRÆFATIVNCVLA. pag. 265.

CAPVT PRIMVM

PEregrinationis Hieroſolymitanæ ratio expenditur, notio diſcutitur: ea electis propria eſſe oſtenditur, vtpote civitatem manentem hîc non habentibus, ſed futuram ſibi divinitùs paratam inquirentibus. pag. 266.

CAPVT II.

Trina difficultas ſuper humana peregrinatione proponitur & expeditur: Prima de infidelibus ad vitam præordinatis, ſecunda de iuſtis ad interitum prædeſtinatis, tertia de Chriſto pro ſtatu ſuæ mortalitatis. Difficultas de animabus piorum in Limbo vel purgatorio proponitur, ſed remittitur. pag. 278.

CAPVT III.

De Civitate habitaculi, à qua & in quam peregrinantur electi: cuius fœlicitas perſtringitur, & quantæcunque terrenæ fœlicitati etiam paradiſi terreſtris anteponitur. Terrenorum civium exemplis Hieroſolimitæ peregrinantes ad quævis ardua gerenda & quævis aſpera ferenda pro ſua patria cœleſti eruduntur: pro qua & mundo mori præcipiuntur. Pag. 292.

CAPVT IV.

Multiplicia ſuperna civitatis nomina recenſentur, & ſingulatim perpenduntur: vt Hieruſalem, Sion, Paradiſus, Regnum cœlorum, Sinus Abrahæ, *&c.* pag. 303.

CAPVT V.

De terrena Hieruſalem typum ſuperna gerente differitur: Cuius conditor inquiritur, & de varijs ei ſucceſsivè inditis nominibus diſceptatur. pag. 315.

CAPVT VI.

Quadruplex vſurpatio nominum Hieruſalem *&* Sion *traditur, & vnaquæque expenditur: Hiſtorica pro Iudææ metropole, Tropologica pro fideli anima vel vita ſpirituali, Allegorica pro Eccleſia in terris peregrinante, Anagogica pro Eccleſia in cœlis triumphante.* pag. 327.

CAPVT VII.

De æterna præparatione cœleſtis Hieruſalem, ex intellectualibus & rationalibus creaturis tanquam vivis lapidibus conſtruenda: deque Albo civium in ea conſcriptorum. pag. 337.

CAP.

CAPVT VIII.

De prima creatura rationali in registro superna civitatis inscriptione disseritur, & qualiter à novissimâ rescriptione discrepet indagatur. pag. 352.

CAPVT IX.

Proponuntur argumenta quibus prima inscriptio civium Hierosolymitanorum existimari posset in omnibus esse gratuita & independens ab omni conditione per inscribendos principaliter implenda, idque pro omni statu creaturæ rationalis. pag. 364.

CAPVT X.

Præmissis & elucidatis multiplicibus divinæ prædestinationis notionibus & vsurpationibus transitur ad argumentorum præcedente capite obiectorum solutionem. pag. 379.

CAPVT XI.

Diluuntur quatuor postremæ obiectiones cap. 9. propositæ. pag. 391.

CAPVT XII.

Proponitur & suis momentis expenditur sententia asserentium, inscriptionem supernorum civium pro quolibet statu subniti præuisione meritorum absolutè futurorum. pag. 416.

CAPVT XIII.

Augustini in materiâ prædestinationis & gratiæ authoritas perpenditur, eiusque de electione gratuitâ ac discretione hominum de massâ perditionis sententia astruitur. pag. 435.

CAPVT XIV.

Augustini de gratuitâ electione ad gloriam sententia vberiùs elucidatur, atque à sinistrâ quorundam interpretatione vindicatur. Prædestinationis ad gloriam cum prædestinatione ad gratiam finaliter perseuerantem coherentia expenditur, & perperam hanc pro illâ obtrudi ostenditur. pag. 456.

CAPVT XV.

Transitus ad dilutionem Argumentorum capite XII. obiectorum, initio sumpto ab Argumentis ex diuina Scriptura sinistrè vsurpata depromptis. p. 482

CAPVT XVI.

Diluuntur Argumenta ex sanctorum Patrum testimonijs Capite XII. §. 3. obiecta. pag. 502.

CAPVT XVII.

Diluuntur Argumenta Capite XII. §. 4. obiecta, quibus Augustinus dogmati de præscientiaria electione ad gloriam patrocinari prætenditur. pag. 526

CAPVT XVIII.

Diluuntur humanæ ratiuncula aduersus gratuitam prædestinationem ad gloriam Capite XII. §. 5. obiectæ. pag 546.

CAPVT XIX.

Transitus ad solutionem obiectionis quartæ, ex incommodis desumptæ, & Capite XII. §. 6. propositæ. Refelluntur ac retorquentur quatuor priora incommoda ibidem memoratâ. pag. 564.

CAPVT XX.

Expenduntur ac dispelluntur cætera incommoda ad finem vsque Capitis XII. congeruata, olim quidem ab ingratis ad inuidiam antecessoriæ prædestinationi conflandam excogitata, nunc verò ab eorumdem affectis pudendo ausu reiterata. pag 587.

LIBER TERTIVS

Vbi Peregrinamur?

PRÆFATIO Pag. 1.

CAPVT PRIMVM.

VBi & quando creaturæ rationales tam in Angelis quàm in hominibus condita primum fuêre? pag. 7.

CAPVT II.

Angelica creaturæ peregrinatio quando & vbi cœpta? Et an eiusdem creationi fuerit coæva? pag. 34.

CAPVT III.

Doctrina iam tradita vberiùs stabilitur, & ad argumentorum in contrarium obiectorum solutionem transitur. pag. 52.

CAPVT IV.

Diluuntur reliquæ obiectiones capite 2. §. 4. & 5. propositæ, & corroboratur vberiùs doctrina hactenus tradita. pag. 72.

CAPVT V.

De Angelica peregrinationis duratione disseritur, de cuius fine multiplex sententia refertur. pag. 86.

CAPVT VI.

Postrema opinio superiori capite tradita vberiùs firmatur reliquarum ibidem memoratarum positionum dispulsione, obiectionum dilutione, dubiorum enodatione, ac corollariorum deductione. pag. 103.

CAPVT VII.

Transitus ad humanæ peregrinationis indaginem, cuius exordium aduersus Origenem creationi primi hominis pariatur. pag. 123.

CAPVT VIII.

Novellus Origenis Apologista notatur. Humanæ peregrinationis initium non à plasmatione corporis Adæ, sed ab inspiratione animæ in corpus præformatum ducitur. pag. 139.

CAPVT IX.

Referuntur ac refelluntur argumenta quibus tradita mox doctrina impetitur, quorum elisione veritas amplius constabilitur. pag. 158.

CAPVT X.

Humanæ peregrinationis duratio ac continuatio pro statu primæ conditionis expenditur, peregrinantiumque fœlicitas in paradiso præsertim voluptatis perstringitur. pag. 190.

CAPVT XI.

Transitus ad stadium humanæ peregrinationis post electionem Protoplastorum de Para-

de paradiſo voluptatis. Congruentia reparationis humanæ præ Angelica diſcutitur. Salus primorum Parentum aſtruitur. pag. 209.

CAPVT XII.

Argumenta adverſus reſipiſcentiam & ſalvationem primorum hominum Capite præcedenti §. 5. obiecta diluuntur: eorumque occaſione quædam peculiariora de peregrinatione eorundem poſt electionem de Paradiſo deliciarum referuntur. pag. 222.

CAPVT XIII.

In Parentibus primis tota poſteritas de Paradiſo in hunc mundum, quaſi in quandam infirmariam delata eſt. Duo fontes humanarum miſeriarum deſignantur, ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum: ob illam naſcimur Ægyptij, ob iſtam Babylonij. Primos Parentes amiſiſſe fidem evincitur ex patribus aduerſus maſſilienſes, eorumque aſſeclas. pag. 233.

CAPVT XIV.

Tranſlatio humani generis in primis Parentibus de Paradiſo in Babylonicam infirmariam. Babylon *interpretatur* Confuſio, *cuius filia eſt carnalis quævis cupiditas, quam cordis confuſio procreat. Concupiſcentiæ vulnere per Diabolum inflicto totum genus claudicat humanum.* pag. 256.

CAPVT XV.

Babylonicæ cupiditatis cum Hieroſolymica charitate conflictus. Illa retrahit exeuntes, iſta evocat torpentes, vrget tardantes, allevat in via corruentes. Militiam eſſe vitam hominis ſuper terram oſtenditur: & quis hominis *nomine dignus ſit exponitur.* pag. 271.

CAPVT XVI.

Hebræi populi cum populo Chriſtiano allegorica comparatio: Ægypti cum Paganiſmo, Maru rubri cum Baptiſmo, Deſerti cum Mundo, terræ Chanaan cum Patria cœleſti collatio. pag. 283.

CAPVT XVII.

Hieroſolymitanæ peregrinationis ſtadium congruenter appellatur Deſertum *ſive* Eremus. *Varia vſurpationes* Deſerti *percenſentur, & peregrinationis noſtræ limites vtrinque deſignantur.* pag. 294.

CAPVT XVIII.

Iſraelitici populi de Ægypto per Deſertum in terram promiſionis commigrantis manſiones ac caſtrametationes quadraginta duæ percenſentur, & caſtrametationibus populi Chriſtiani de Ægypto huius mundi per deſertum Eccleſiaſticæ diſciplinæ in patriam cœleſtem peregrinantis accommodantur. pag. 305.

CAPVT XIX.

Ioſue introductor populi Iſraelitici in terram ſanctam typus fuit Chriſti introducentis populum ſuum in Eccleſiam militantem ac triumphantem. Varia Iſraelitarum ſervitutes ac captivitates poſt aditam terræ Chanaan poſſeſſionem perſtringuntur, ac cum ſpiritualibus Chriſtianorum captivitatibus conferuntur. pag. 324.

CAP.

Digitized by Google

SYNOPSIS

CAPVT XX.

Vtrum electorum peregrinatio finiatur morte? Quid de animabus iuſtorum in ergaſtulo purgatorio, vel in limbo Patriarcharum, ante aſſecutionem beatitudinis in caleſti Hieruſalem? pag. 339.

FINIS.

Digitized by Google

PEREGRINI HIEROSOLYMITANI

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIVNCVLA.

VT quatuor libris de totidem noſcendis ex Auguſtino in programmate memoratis hunc præmitterem, Bernardi me potiſſimùm adegit authoritas: qui ſupremum Eccleſiæ paſtorem, & in eo oves cunctas erudiens: [a] 'A te, (inquit) tua conſideratio inchoet, ne fruſtrà extendaris in alia, tè neglecto. *Quid tibi prodeſt ſi vniuerſum mundum lucreris, te vnum perdens?* Matth. 16. 26. Et ſi ſapiens ſis, deeſt tibi ad Sapientiam, ſi tibi non fueris. Quantum verò? Et quidem ego ſenſerim, totum. Noveris licet omnia myſteria, noveris lata terræ, alta cœli, profunda maris: ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento; ruinam, non ſtructuram faciens. Quidquid extruxeris extra te, erit inſtar congeſti pulveris, ventis obnoxium. Non ergo ſapiens, qui ſibi non eſt. Sapiens, ſibi ſapiens erit, & bibet de fonte putei ſui primus ipſe. A te proinde incipiat tua conſideratio: non ſolum autem, ſed & in te finiatur. Quòcunque evagetur, ad te revocaveris eam cum ſalutis fructu. Tu primus tibi, tu vltimus. Sume exemplum de ſummo omnium patre, verbum ſuum & emittente, & retinente. Verbum tuum conſideratio tua: quæ ſi procedit, non recedat: ſic progrediatur, vt non egrediatur: ſic exeat, vt non deſerat. In acquiſitione ſalutis, nemo tibi germanior vnico matris tuæ'. His adeò ſimilia apud Hugonem Victorinum lib. 4. Eruditionum theologicarum ex 2. Miſcellaneorum cap. 13. leguntur, vt alteruter ex altero tranſcripſiſſe ea videatur. Sed ſiue alter ex altero tranſcripſerit, ſive vterque ab eodem interiori magiſtro Deo didicerit, noſtro ſcopo ſufficit, quod ambo ſic ſcripſerint, ſcribendoque ſic ſenſerint, & ſynchroni conſenſerint, & poſteri ſubſcripſerint, nec maiores cõtradixerint. Quę omnia ex decurſu huius libri patebũt.

[a] *Bernard. lib. 2. de Conſiderat. cap. 3.*

Hugo Victor.

De hâc porrò materia, præter innumeros qui obiter eam attigerunt, ſcripſerunt ex profeſſo Baſilius Magnus Homil. in illud Moyſis, *Attende tibi ipſi*: Zeno Veronenſis, qui penè verbatim Baſilium tranſcripſit: Ephrem Syrus, Iſaias & Antiochus abbates, in eadem Moyſis verba: Robertus Cibolius, cuius tripartitum hac de re volumen interpolavit & auxit Petrus Feburius Caroli V. Cæſaris eccleſiaſtes: Petrus Charronius Iuriſconſultus Pariſienſis: Diodorus Tuldenus Iuriſconſultus Lovanienſis, qui & teſtatur de eadem materia theologicè ſcripſiſſe Ludovicũ Carbonẽ. Teſtatur & Bernardus epiſt. 188. Petrum Abaylardũ ſcripſiſſe librum intitulatum, *Scito teipſum*. Avertat verò Deus à nobis, vt hũc authorem imitemur in eo, quod

Deut. 4. 9. iuxta 70.

Baſilius. Zeno. Ephrem. Iſaias. Antiochus. Cibolius. Feburius. Charronius. Tuldenus. Carbo Abaylardus.

, ſequenti epiſtolâ, de ipſo memorat idem Bernardus hiſce verbis: 'In , ſugillationem Doctorum Eccleſiæ magnis effert laudibus Philoſo- , phos: adinventiones illorum & ſuas novitates, catholicorum patrum
Hugo Victor. , doctrinę præfert & fidei'. Imitemur potiùs Hugonis Victorini au- thoris contemporanei modeſtiam, in præfatione ad Summam Senten- , tiarum dicentis: 'Ubicunque poſſumus, authoritatum veſtigia ſe- , quamur: vbi verò certa deeſt authoritas, his potiſſimùm aſſentiri , ſtudeamus, qui maximè authoribus accedunt, & non de ſenſu ſuo præ- , ſumentes, ſcripturas ex pietate interpretantur'.

CAPVT I.

Diſciplinarum ſaluberrima ſui notitia. *Profanorum ſuper hoc cum eccleſiaſtico conſenſus. Apollini à Græcis, Mercurio ab Ægyptijs attributum apophthegma* Noſce teipſum. *Tripos Delphicus. Græcia Sophi. Amphictyonum Senatus.*

NOn modica ſapientiæ portio eſt propriæ conditionis agnitio. I. Teſtatur hoc affatim ſacrata antiquitas, teſtatur & ipſa profana , gentilitas. [b] 'Demonax (vt in proverbiis memorat Eraſmus) Inter- , rogatus quando cœpiſſet philoſophari? Poſteaquàm, inquit, cœpi , noſſe meipſum'. Thales Mileſius, ſeptem ſapientium nominatiſſimus, , [c] 'Interrogatus (ait Laertius) quidnam eſſet difficile? Se, inquit, ip- , ſum noſcere'. Cenſet ibidem inferiùs Laertius, primum documenti iſtius auctorem fuiſſe hunc ipſum Thaletem Mileſium; quàmvis fateatur Anthiſtenem illud tribuiſſe Phemonoe (quæ, teſte Pauſania, prima Apollinis Delphici ſacerdos extiterat) eoque vſum fuiſſe Chilonem. 'Huius (ait de Thalete loquens Laertius) illud eſt: *Noſce teipſum.* , Quod Antiſtenes in Succeſſionibus ait fuiſſe Phemonoes: idque ſibi , vſurpaſſe Chilonem'. Chiloni certè attributum fuiſſe memorat Origenes Homilia 2. in Cantica, nullâ factâ mentione ſeu Thaletis, ſeu , Phemonoes: 'Vnius Chilonis (ait ille ibi) ex ſeptem, quos apud Græ- , cos ſingulares fuiſſe in ſapientiâ fama concelebrat, hæc inter cætera , mirabilia fertur eſſe ſententia, qua ait: *Scito teipſum*'. Subdit verò ibidem Origenes, Salomoni potiùs eſſe attribuendum: quâ de re poſteà. Macrobius in Saturnalibus authorem non aliter deſignat, quàm , dicendo eum fuiſſe quempiam è ſeptem ſapientibus: [d] 'Cùm poſti, , (inquit) ſcriptum ſit Delphici templi, & vnius è numero ſeptem ſapiẽ- , tum eadem ſit iſta ſententia, *Noſce teipſum*: quid in me ſcire exiſti- , mandus ſim, ſi nomen ignoro, cuius mihi nunc & origo & cauſa di- , cenda eſt'? Plinius Chiloni determinatè eam attribuit, cum ait: [e] 'Mortales oraculorum ſocietatẽ dedére Chiloni Lacedæmonio, tria , præcepta eius Delphis conſecrando aureis litteris, quæ ſunt hæc: , *Noſſe ſe quemque*: & *Nihil nimium cupere*: *Cognatis, aliis atque , ſibi eſſe miſeriam*'. Huius tertię ſententiolę meminit Laertius libro iam

b *Eraſm. Chiliad. 1. Centur. 6. cap. 95.*

c *Laert. lib. 1. de vita Philoſ. in Thalete.*

Origenes.

d *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 6.*

e *Plin. lib. 7. cap. 32.*

citato

Digitized by Google

, citato, vbi loquens de Chilone: 'Eius est (inquit) ea sententiola, Spon- Laertius.
, sioni non deesse iacturam'. Videtur etiam eidem ibidem adscribere eam quam suprà tribuerat Thaleti Milesio, saltem in æquivalenti: nam inter alia Chilonis symbola commemorat istud, '*Cavendum sibi ipsi*': quod alteri congeminum esse patebit ex dicendis. De omnibus tribus sententiolis à Plinio commemoratis, & Chiloni attributis, tractat Plutarchus libro de Futili loquacitate. Non desunt qui illam Plutarchus. primam, *Nosce teipsum*, Pythagoræ authori adscribendam censeant, ex quibus est Ovidius apud Erasmū loco præcitato. Alij apud eundem Ovidius. Homero eam attribuunt: alij Bianti, vt refert Tuldenus lib. 1 de Cognit. sui cap. 1. Alij Mercurio Trismegisto, cuius hoc monitum recolit Franciscus Georgius in Harmonia mundi cantico 3. Tono 1. Franc. Georg. , cap. 7. 'Vos quibus mentis portio concessa est, *genus recognoscite ve-* Mercur. Trismeg. , *strum*'. Alij denique Zoroastri mago, vt Picus Mirandulanus Orat. de Zoroaster. , Hominis dignitate, paulò ante medium: 'Illud (inquiens) *cognosce te-* Picus Mirand. , *ipsum* ad totius naturæ nos cognitionem, cuius est interstitium & , quasi cinnus natura hominis, excitat & inhortatur: qui enim se , cognoscit, ipse omnia cognoscit; vt Zoroaster priùs, deinde Plato in Plato. , Alcibiade scripserunt'. Videri in idipsum potest idē Plato in Phædro, Philostratus. & in Philebo, & in Charmide, & in Protagora; necnon Philostratus cicero. in vita Apollonij Tyanei lib. 7. cap. 7. & Cicero Orat. 4. ad Qu. Iulianus. Fratrem, & lib. 5. de Finibus: & Iulianus Apostata in Epistola ad Libanius. Jamblicum: & Libanius sophista in Timone: & Arrianus in Epictet. Arrianus. lib. 3. cap. 1. & Iuuenalis cum suo Scholiaste, Satyr. XI. Iuvenalis.

2. Tanti porrò à priscis sæculi sapiētibus apophthegma istud fuit olim æstimatū, vt Apollini Pythio velut Deorū sapientissimo dignū censuerint, & Delphis in propyleo fani ipsius lectitandum exhibuerint. Macrobius lib. 1. in Somniū Scipionis cap. 9. laudat Satyrici Iuuenalis Macrobius. , effatum, 'De cœlo apopthegma istud descendisse' asserentis: 'Nam & , Delphici (subdit) vox hæc fertur oraculi; consulenti, ad beatitatem , quo itinere perveniret: *Si te*, inquit, *agnoveris*. Sed & ipsius fronti , templi hæc inscripta sententia est'. Appollini eandem sententiā attri- buit Diogenes in Colloquio cum Alexandro Macedone apud Dio- Diogenes. , nem Chrysostomum Orat. 4. de Regno, his verbis: 'Nemo insi- Dio Chrysost. , pientiū & pravorū seipsū novit: neque enim hoc vnquàm in primis , mandasset Apollo, nisi esset difficillimum vnicuique *seipsum nosse*'. , Et rursus Orat. 10. de servis: 'Audiuisti (inquit) illud Delphis in- , scriptum, *Nosce teipsum*'? Cumque affirmatiuè collocutor respon- , disset, Diogenes adiecit: 'Id igitur haud dubiè Deus omnibus præ- , cipit, quasi se non norint'. Eandem fuisse communem ethnicorum , apprehensionē innuit Ambrosius Conc. 2. in Psal. 118. '*Nosce* (inquit) Ambrosius. , *teipsum*: quod Apollini Pythio assignant gentiles viri, quasi ipse au- , thor fuerit huius sententiæ'. Rem in Ambiguo relinquit Photius in , Bibliotheca, de Vita Pythagoræ: 'Difficillimū est (inquiens) *seipsum* , *nosse*, quamvis facilè videatur: quod Pythij Apollinis esse dicunt,

licet ad Chilonem vnum è ſeptem ſapientibus referant. Nos autem hortatur, vt quiſque quid poſſit agnoſcat'. Author ſermonis de ſeptem gradibus confeſſionis Bernardo adſcripti, videtur Apollinem cõſtituere authorem prædicti apophthegmatis, dum quaſi ad Juvenalis à Macrobio relata verba alludens ait: 'De cœlo cecidit illa ſententia, *Noſce teipſum*'. In ſermonibus tamen ſuper Cantica, qui indubitanter Bernardi ſunt, Græcis attribuitur, nemine ſpecificato. Ad illa quippè ſponſæ verba, *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, inquirit ille: [f] 'Quid eſt illud'? Et mox ſubdit: 'Id non præſumo ſcire quid ſit: minimè mihi tantæ rei arrogo experientiam, nec glorior in prærogatiua quæ ſoli ſervatur beatæ ſponſæ; cautus iuxta illud Græcorum, Scire meipſum: *vt ſciam* etiam cum Propheta, *quid mihi deſit*'. Caſſiodorus in Prologo libri de Anima, ſapientes indefinitè deſignat authores: 'Dùm à ſapientibus (inquiens) præceptum ſit, vt *cognoſcamus noſmetipſos*; quẽ admodùm ſuſtineri poteſt, ſi nos habemus incognitos'? Iſidorus Peluſiota, non numen aliquod, ſed homines, & quidem exteros, id eſt, ethnicos, ſtatuit authores: [g] 'Rectè (inquit) ab externis hominibus dictum eſt, *Noſce teipſum*'. Minutius Felix in ſuo Octavio, non procul ab initio, Apollini adſcribere videtur authori, dum ſententiolam ipſam vocat, 'Sapientis oraculum'; niſi fortè Salomonem, ſapientis nomine intelligat: 'Beati ſatis (ait) ſatiſque prudentes iure videbimur, ſi ſecundum illud vetus ſapientis oraculum, *Noſmetipſos familiarius noverimus*'. Magis vagè loquitur author libri de ſpiritu & anima, Auguſtino afficti, dùm capite 51. exhortans lectorem ad propriæ diſcuſſionis ſtudium: 'Quiſquis (inquit) cor ſuũ in huiuſmodi ſtudio exerceat, audiat quid quidam ſapiens dicat: *Scito teipſum*'. Author Notarũ marginalium in Macrobium indicat authorem fuiſſe Apollinem, dùm ad verba proximè ex Macrobio hic tranſcripta ait in margine: 'Oraculum Cræſo datum'. Idipſum cenſent, qui apud Porphyrium à Stobæo Orat. 21. relatum, aiunt, illud ex tripode Delphica reſponſum fuiſſe Chiloni.

Photius.
Vide Philip. Bonaſpeenſem lib. 2. in Cantica. cap. 3.
Vide Rich. Victor. in Beniamin minore cap. 78.
[f] *Bern. ſerm. 23. ſuper Cantica.*
Caſſiodorus.
[g] *Iſidor. Peluſ lib. 2. Epiſt. 127*
Minutius.
Vide Xenophontem in Cyropædia.
Cant. 1. 3.
Cant. 1. 3.
Pſal. 38. 5.

3.

Non magnopere curandum ſtudioſo honeſtatis exiſtimo, quiſnam è prædictis author aut evulgator apophthegmatis præſentis extiterit, dummodò ſapienter vtiliterque inventum & evulgatum fuiſſe conſtiterit. Non minùs enim in honeſtatis præceptis quàm in veritatis aſſertis habet locum illud Auguſtini: [h] 'Quiſquis bonus veruſque Chriſtianus eſt, Domini ſui eſſe intelligat, vbicunque invenerit veritatem'. Cur enim de breviſſima ſententiola iſta vſurpare non liceat, quod olim Salvianus Maſſilienſis antiſtes de integris voluminibus ſcripſit ad Salonium? [i] 'In omni volumine (ait ille) profectus magis quæritur lectionis, quàm nomen authoris. Et ideò ſi profectus eſt in lectione, & habet quiſquis ille eſt quod poteſt inſtruere lecturos, quid ei cum vocabulo, quod iuvare non poteſt curioſos? Ita vt digniſſimè huic inquiſituro, angelicum illud reſpondeatur: *Genus quaris mercenarij, an ipſum mercenarium*? Cùm enim nullus profectus ſit

[h] *Aug. lib. 2. de Doctrina Chriſt. c. 18.*
Vide Fabiũ lib. 3. de Inſtit. cler. c. 3.
[i] *Salvian. Præfat. ad Saloniũ in libros ad Eccleſiam.*
Iob. 5. 17.

, sit in nomine, qui profectũ in scriptis invenit, superfluè nomen scrip-
, toris inquirit.' Cęterùm ad cõmendationẽ apophthegmatis nostri fa-
cere videtur, quod Apollini Delphico, quàmuis fortè falsò, attribui
meruerit. Nam sicut fideles Deum verum colentes, ei specialiter at-
tribuunt quicquid in suo ordine præcellit: vt cùm dicimus, Cedros
Dei, montes Dei, viros Dei, principes Dei &c. ita & gentiles idolo-
rum cultores, Idolis suis ascribebant quicquid in suo ordine præmi-
nebat. Hinc cum animaduertissent, præsens apophthegma cæteris sa-
pientum dictis præstare, Apollini Pythio tanquàm Deorum sapien-
tissimo & oraculorum fœcundissimo tribuendum putarunt. Cùm He-
rodes Agryppa Cæsareæ concionaretur, populus facundiam dicentis
Act.12.22. exaggerans acclamabat: *Dei vox, & non hominis.* Quod sive errando,
sive adulando populus ille dicebat, præcellentiam Herodianæ concio-
nis indicare volebat. Sic igitur sapientes Græcorum & Ægyptiorum,
vt præcellentiam præmemorati apophthegmatis indicarent, Apollini
illud & Mercurio respectivè tribuerunt: tanquàm cum auditoribus
Herodis acclamantes: Dei vox, & non hominis.

4. Accedit huic suspicioni coniectura non spernenda, ex alia gentiliũ
praxi desumpta. Constat enim, non paucos ethnicorum legislatores,
ad conciliandum maiorem suis legibus authoritatem, finxisse eas sibi
à numinibus dictatas: [k] 'Lycurgus (teste Augustino) Lacedemonijs le-
, ges ex Apollinis authoritate se instituisse confinxit'. Duo alia eiusdem praxeos exempla, vnum Numæ Pompilij, alterum Minois Cretici, commemorat Lactantius. Tractans quippe de gentilium super-
, stitionum vanitatibus: [l] 'Harum vanitatum (inquit) apud Romanos
, author & constitutor Sabinus ille rex fuit; qui maximè animos ho-
, minum rudes atque imperitos novis superstitionibus implicavit.
, Quod vt faceret aliqua cum authoritate, simulavit cum Dea Egeria
, nocturnos se habere congressus. Erat quædam spelunca peropaca in
, nemore Ariano, vnde rivus perenni fonte manabat. Huc, remotis
, arbitris, se inferre consueverat, vt mentiri posset, monitu Deæ con-
, iugis ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima Dijs essent. Vide-
, licet astutiam Minois voluit imitari; qui se in antrum Iovis recon-
, debat, & ibi diu moratus, leges tanquàm sibi à Iove traditas affere-
, bat: vt homines ad parendum, non modò imperio, sed etiam reli-
, gione constringeret'. Tria hæc exempla ex Augustino & Lactantio commemorata recenset Dionysius Halicarnass. vnico contextu. Cùm enim de Numa Pompilio historiam texeret, & in ea præmisisset:
, [m] 'Fabulantur, eum congressum sæpiùs cum Egeria Nympha, cuius
, è præceptis hauserit regiam prudentiam': pauculis interiectis subte-
, xuit inferiùs: 'At qui fabulis locum non relinquunt in historia, Nu-
, mam hæc de Egeria dicunt finxisse, vt hâc religione devincti, leges
, ab ipso velut ex authoritate Deorum latas libentiùs admitterent:
, idque exemplo Græcorum factum, Minois Cretensis, & Lycurgi
, Lacedemonij: quorum alter Iovis colloquia simulavit in Dictâ

[k] *Aug. lib. 8. de Civit. c. 16.*

[l] *Lactant. lib. 2. divin. Instit. cap. 22.*

[m] *Dionys. Halic. lib. 2. Antiquit. Rom. post medium.*

, monte, vbi eum à Curetibus educatum insulani prædicant: ex cu-
, ius antro leges ille retulit, quasi à Jove acceptas. Alter, videlicet Ly-
, curgus, profectus Delphos, ex Apollinis præscripto se leges tulisse
, videri voluit'. Plura huius praxeos exempla congerit Leonardus
Coqueus. Coqueus in Commentario super caput 16. libri 2. de Ciuitate Dei.
Ad hunc igitur modum græci & ægyptij, vt homines ad parendum
præsenti apophthegmati, quod saluberrimum censuerunt, efficaciùs
inducerent; Apollinem & Mercurium, vulgi opinione sapientissimos,
eius authores respectiuè perhibuerunt. Sic & olim hæretici sua pro-
pria commenta pro scripturis canonicis obtrudere gestierunt: quorum
multa recensentur & apochrypha declarantur in Concilio Romano
sub Papa Gelasio. Porrò græci, vt apophthegma hoc pro Apollineo
venditarent, non solùm in frontispicio seu propyleo templi, sed in
ipso etiam tripode interiori perscripserunt De frontispicio testatur
vide Euseb. l. 11. præp. Euan. c. 7. id Macrobius præallegatus: de tripode idem asserit Hugo Victorinus
n Hugo Vict. l. 1. didasc. cap. 2 , in Didasc alicis dicens: [n] 'Scriptum legitur in tripode Apollinis:
, *Nosce teipsum*'. De tripodis porrò Delphici situ ac structura, deq; ipsius
oraculi exortu & occasu, copiosè differit Cælius Rhodiginus lib. 8.
Lect. Antiq. cap. 15. & 16.

Scrupulus. Sed mirabitur fortè aliquis, authorē apophthegmatis illud à se alie- 5.
naſſe, & in alium quantumlibet sapientiâ præstantem transtulisse; at-
Excutitur. tentâ præsertim istiusmodi hominum tumiditate, humanæq; laudis
auiditate. Verum mirari hinc desinet, qui alia veterum sophorum
facta considerauerit: signanter quæ de tripode per manus transmisso,
o. Laert. lib. 1. de vita Philos. in Thalete. , & Apollini Pythio tandem dicato narrantur: [o] 'Quæ de tripode,
, (inquit Laertius) à piscatoribus inuento, sapientibusq; à plebe Mile-
, siorum dedicato, memorantur, manifesta sunt. Aiunt enim, Ioni-
, cos adolescentes quosdam à piscatoribus Milesijs iactum retis emisse:
, capto deinde & educto tripode, orta contentio, non antè sedata est,
, quam Delphos à Milesijs missum, responsumq; à Deo est: De tri-
, pode ex Phæbo quæris Milesia proles: Huic tripodem addico, cui
, sit sapientia prima. Datur ergo Thaleti, Thalesq; illum alij dat, &
, rursus alius alij, donec ad Solonem ventum est: Qui Deo inesse
, primam sapientiam asserens, illum Delphos misit'. Et nonnullis in-
, terpositis iterum inferius: 'Alij à Vulcano fabrefactum tradunt, ac
, pro munere Pelopi à Deo datum cùm ille vxorem duceret, demùm
, ad Menelaum peruenisse, raptumq; cum Helena ab Alexandro, in
, Coum mare fuisse coniectum, Lacenâ rixarum causam fore asserente.
, Postea cùm quidam illic Lebedij retis iactum mercati essent, tripoda
, quoq; fuisse comprehensum, & quùm exorto cum piscatoribus iur-
, gio, Coum ascendissent, nihilq; proficerent, Miletum, quæ erat
, metropolis, eam rem detulerunt. Missi à Milesijs legati qui eam
, rem componerent, infecto negotio reuersi sunt. Milesij vt se con-
, temptos viderunt, aduersus Coos armis decernere parant: pluri-
, misq; hinc inde cadentibus, diuino oraculo responsum est, Sapien-

tissimo

, tissimo dandum tripoda. Mox in Thaletem vtræque partes consen-
, sere: Hunc ille postea Didymeo deuouit Apollini'. Quemadmodum
igitur veteres illi Sophi tripodem singulatim sibi delatum respuerunt,
& Apollini Pythio tanquam sapientiori consignauerunt: ita fieri po-
tuit, vt quisquis ipsorum apophthegmatis inuentor aut præco extiterit,
simili ratione illud in Apollinem transtulerit. Nec obstat hominum
illorum tumiditas, aut gloriæ auiditas: quia ex hoc ipso facto maio-
rem fortassis gloriam consecuturos se sperabant, quàm si sibiipsis a-
pophthegma reseruarẽt. Tam potens quippe ad deprauandum est vanę
gloriæ cupiditas, vt de virtutum munijs, quibus apparet victa, tri-
umphet. p 'Vbi enim lætatus fuerit homo (ait Augustinus) in aliquo
, bono opere se etiam superasse superbiam, ex ipsâ lætitiâ caput erigit,
, & dicit: Ecce ego viuo, quid triumphas? & ideò viuo, quia triũphas'.
Idipsum apertissimè Prosper confirmat, vbi ait: q 'Ab insidiante
, superbia nec ipsa est tuta victoria'. Confirmat & Gregorius exemplo
Eleazari, qui sub bestia à se cæsa prostratus occubuit: r 'Eleazar,
, (inquit) in prælio elephantem feriens strauit, sed sub ipso quem ex-
, tinxit occubuit. Quos ergo iste significat, quem sua victoria oppressit,
, nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsa quæ subijciunt, superbiendo
, succumbunt? Quasi enim sub hoste quem prosternit moritur, qui de
, culpa quam superat eleuatur'. Non magis itaq; mirandum est, vete-
res Græciæ sophos præstantissimum apophthegma à se alienasse, &
Apollini assignasse; quam sit mirandum, eos tripodem respuisse, &
eidem remisisse. Ad neutrum quippe eos induxit sincera humilitas, sed
indiscreta popularis auræ cupiditas. Et quid mirum, cùm etiam ho-
die non desint inter christianos, qui humilitatem simulant, vt vanam
, gloriam captent. Ita fit (Augustino teste) s 'vt nonnunquam sint a-
, pertissima vitia, quæ alijs vitijs vincuntur occultis; quęq; putantur
, esse virtutes, in quibus regnat superbia, & quædam sibi placendi
, altitudo ruinosa'.

p. *Aug. lib. de Natura & gratia cap. 31.*

q *Prosp. lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 28.*

r *Greg. lib. 19. moral. cap. 13.*

s. *Aug. l. 21. de Ciuit. cap. 16.*

6. Illud præterea coniecturæ antedictæ verisimilitudinem auget, quod cæca gentilitas præcellentes quosdam homines, non ab hominibus, sed à Dijs suis genitos fuisse diuulgauerit. Alexander Macedo ingentibus victorijs & rebus supra fidem prosperis elatus, non amplius Philippi, sed Iouis Hammonij filius credi voluit: imò, vt quidam ait, t 'Si , quis Deorum ante Iouem haberetur, fastidisset etiam Iouem'. Apol-
lonium Tyaneum Proteo Ægyptiorum Deo genitum, multis fuisse persuasum prodit Hesychius lib. de Claris viris. Nec defuere qui Homerum Poetarum principem dæmone incubo procreatum fabula-
rentur, vt refert Politianus in præfatione ad eius opera, & post eum Conimbricenses lib. 1. de Generatione & corruptione cap 4. q. 10. ar. 3. Simili igitur fictione quâ viros superexcellentes parentibus Dijs ethnici tribuerunt, etiam apophthegmata præstantissima, quale est de quo agimus, eisdem authoribus adscribere potuerunt. Accedit postremò noua hæc coniectura præcedentibus omnibus apparentior & verior

t *Hermolaus apud Curtiũ l. 8.*

Hesichius.

Politianus.

Digitized by Google

& verior. Constat quippe, magnam inter ethnicos viguisse contentionem de suorum respectiuè Deorum præcellentiâ. Hinc quicquid præclarè dictum aut factum ab alieno quovis Deo vspiam reperiebant, ab ipso illud alienantes, Deo suo tribuebant. Atque ita cùm à Deo Hebræorum dictum comperissent, *Attende tibi ipsi*; ab ipso id alienarunt, & Græci suo Apollini, Ægyptij Mercurio, alij alijs respectivè assignarunt. Testatur autem in Charmide Plato, apophthegma istud *Nosce teipsum*, Delphico Apollinis fano inscriptum fuisse ab Amphictyonibus. Neque hoc repugnat ijs quæ ex Laertio alijsque superius commemoravimus. Quàmvis enim vnus quispiam è Græciæ sapiętibus istud è Moysaicis libris hausturn vsurpaverit, & Apollini suo tanquàm Deorum sapientissimo acceptum retulerit; fieri tamen potuit, vt Amphictyonici senatus decreto fronti templi fuerit inscriptum. De Amphictyonico porrò senatu, ab Amphictyone Heleni filio, instituto, videri potest Dionysius Halicarnass. lib. 4. Antiquit. Roman. & Strabo lib. 9. & Alexander ab Alexandro lib. 5. Genialium dierum cap. 7. & Erasmus Chiliad. 3. Centur. 5. cap. 31. explicans illud, *Amphictyonum consessus*: quo significari vult proverbialiter, 'Frequentem gravium virorum conventum': vel per ironiâ, 'Indoctorum conventum, qui sibi tamen Solones esse videantur'.

Deut. 4. 9. iuxta 70.

Amphictyones.

Erasmus.

CAPUT II.

Origo apophthegmatis, Nosce teipsum, ad Moysen perducta. Scrupulus de Græca bibliorum translatione discussus. An ante Philadelphum translatio vlla extiterit? Authores in speciem dissidentes conciliati.

Obiectio.

PAradoxum fortasse cuipiam videbitur, quod de Apollineo oraculo ex scripturis sacris hausto, sub finem præcedentis capitis tradidimus, cùm ex accuratiori temporum chronologia omninò appareat, non nisi post decessum septem Græciæ sapientum sacros codices de Hebræo in Græcum fuisse translatos: [v] 'Cyri temporibus (ait Eusebius) septem Græcorum sapientes, quibus nullus Philosophus antiquior traditur, floruerunt'. Obijt porrò Cyrus, succedente sibi Cambyse, Olympiade 62. vt idem Eusebius tradit in Chronico. Inde verò vsque ad bibliorum in Græcum de Hebræo translationem totidem aliæ fluxere Olympiades, vt ex eodem Eusebio in Chronico colligitur ad annum 3. Olympiadis 124. ita scribente: 'Ptolomæus Philadelphus Judæos qui in Ægypto erant, liberos esse permisit: & vasa Eleazaro Pontifici Hyerosolymam votiua transmittens, divinam scripturam in vocem Græcam ex Hebræa lingua per 70. Interpretes transferri curavit'. Non igitur fieri potuit vt Græcorum sapientes quidquam de sacris codicibus vsurparint: quippe nôdùm in ipsorum idioma de originali Hebræo idiomate translatis. Huic ratiocinationi robur accedit ex simili Augustini de Platone discursu,

[v] *Euseb. lib. 10. Prepar. evangel. c. 3. prope finem. Vide Iosephum lib. 12. Antiq. Iud. c. 2. & Philonem lib. 2. de Vita Moysis prope medium, & Aristeam lib. de 70. Interpret. & Euseb. l. 8. præp. Evangel. c. 1. & Iustin. Mart. in Exhort. ad gentes ante medium.*

Digitized by Google

cursu, quem nihil ex Hieremiæ volumine hausisse evincit, quia 70. ,Interpretum translationem antecesserat: [w] 'Mirantur quidam (inquit) ,nobis in Christi gratia sociati, cum audiunt vel legunt, Platonem ,de Deo ista sensisse, quæ multum congruere veritati nostræ religio- ,nis agnoscunt. Unde nonnulli putaverunt, eum, quando perrexit in ,Ægyptum, Hieremiam audisse Prophetam, vel scripturas propheti- ,cas in eadem peregrinatione legisse: quorum quidem opinionem ,in quibusdam meis libris posui. Sed diligenter supputata temporum ,ratio, quæ chronicâ historiâ continetur, Platonem indicat, à tem- ,pore quo prophetauit Hieremias, centum fermè annos postea natum ,fuisse. Qui cùm octoginta & vnum vixisset, ab anno mortis eius vs- ,que in id tempus quo Ptolomæus rex Ægypti scripturas propheti- ,cas gentis Hebræorum de Iudæa popposcit, & per 70. viros He- ,bræos, qui etiam linguam Græcam noverant, interpretandas haben- ,dasque curavit, annni fermè reperiuntur 60. Quapropter in illa pe- ,regrinatione sua Plato nec Hieremiam videre potuit, tantò ante de- ,functum; nec easdem scripturas legere, quæ nondùm fuerant in ,Græcam linguam translatæ, qua ille pollebat'. Hic certè discursus Augustini de Platone, locum à fortiori habet in septem Græciæ sapientibus, Platone longè antiquioribus. Nam vt Eusebius in Chro- nico perhibet, Plato ad annum vsque primum olympiadis 109. per- venit; cùm tamen nullus è septem sapientibus olympiadem 60. ex- cessisse videatur. Accedit præterea Lactantij authoritas, qui Græciæ sophos arbitratur à Iudæis discere dedignatos, [x] 'sed auersos esse ,divinâ providentiâ, ne scire possent veritatem: quia nondùm fas erat ,alienigenis hominibus religionem Dei veri iustitiamque cognos- ,cere'.

[w] *Aug. lib. 8. de Ciuit. c. 11.*

[x] *Lactant. lib. 4. c. 2. vide lib. 3. cap. 16. in fine.*

2. His nonobstantibus, verisimiliùs apparet', sæculi sophos atque poëtas multa è divinis scripturis hausisse, signanterque hoc ipsum Apollineum apophthegma, de quo impresentiarum nobis est sermo. ,[y] 'Hoc mihi proficit (inquit Tertullianus) antiquitas præstructa di- ,vinæ litteraturæ, quo facilè credatur, thesaurū eam fuisse posteriori ,cuique sapientiæ. Et si non onus iam voluminis temperarem, etiam ,excurrerem in hanc quòque probationem. Quis poëtarum, quis so- ,phistarum, qui non omninò de prophetarum fonte potaverit? Inde ,igitur philosophi sitim ingenij sui rigaverunt; vt quæ de nostris ha- ,bent, ea nos comparent illis'. Similia habet lib. de Testim. animæ c. 5. Quem imitatus est Minutius in suo Octavio: vbi collocutorem suū ,ita alloquitur': Animadvertis, Philosophos eadem disputare quæ ,dicimus: non quod nos simus eorum vestigia subsecuti; sed quod il- ,li de divinis prædictionibus prophetarum, vmbram interpolatæ ve- ,ritatis imitati sint'. Idipsum ex professo docet Iustinus martyr Serm. exhortat. ad Gentes, & Apolog. 2. ad Antoninum pro Christianis, & Præfat. in Reprehens. dogmatum Aristotelis. Iustinum imitatus est Tatianus eius discipulus Orat. adversus Græcos, Clemens Alexan-

[y] *Tertull. in Apologet. c. 47.*

Minutius.

Iustinus.

Tatianus.

Origenes, Eusebius, Theodoretus.

drinus in Protreptico ad Gentes,& passim in libris Stromatum:quem sequitur Origenes lib. 1. & 4.adversus Celsum,Eusebius Cæsariensis lib. 9. & 10. de Præparat. Evangel. Theodoretus Sermone de Principijs,seu lib. 2. de Græcarũ affectionum curatione : vbi simili phrasi, qua Tertullianus aiebat' Divinam litteraturam fuisse thesaurum cui-, que posteriori sapientiæ',dicit Moysen fuisse' oceanum Theologiæ, ', quo fluvij omnes & maria omnia derivantur'. Rursus ibidem prope finem cùm commemorasset illud Numenij Pythagorici dictum,'Quid , aliud est Plato quam Atticus quidã Moyses'?Mox subiecit:'His ver-, bis apertissimè ostendit Numenius, quæcumque piè Plato dixit, è , Moysis theologia surripuisse'.Quibus præmissis, hanc ad suos lecto-, res paræneſin subdit : 'Tempus est,O viri, veritatis radicem investi-, gare.Sicut enim auri argentiq; feracem terram qui effodiũt, simul ac , exigua ramenta nacti sunt, hæc consectantes, venas rimantur ; neque , prius ab effodiẽdo desistũt,quã auri copiã invenerint ex qua ramenta , illa diffusa querãt : ita & vos decet, Anaxagoræ, & Pythagoræ, & , Platonis, ac Numenij, Plutarchique & Plotini, cæterorumque Phi-, losophorum auditis sermonibus, fontem perquirere,ex quo illi pau-, ca quædam divinorum fluentorum haurientes, libros suos exorna-, runt; atque horum neglectâ paupertate, sapientiæ abyssum ample-, ti , indeque quid sit opifex, quidve opus, exactè perdiscere'. Illud porrò quod ex Numenio Theodoretus hìc commemorat, habetur , apud Eusebium lib. 9.Præparat.Evangel. cap.5. his verbis : 'Nume-, nius Pythagoricus apertissimè dicit, nihil aliud esse Platonem,quam , Moysen Atticâ linquâ loquentem'. Consonat supradictis Cyrillus Alexandrinus lib. 1. adversus Julianum paulò ante medium : vbi cùm ostendisset, Moysen fuisse antiquiorem Græcorum sapientibus, cavillationem quorundam elidens dicentium , nequaquam inde sequi

Cyrillus Alex.

, quod Græci ab Hebræis sapientiam didicerint:'Illorum historici(in-, quit)omnem peragrantes terram, semper aliquid discere voluerunt, , vt vetera scire existimarentur : habebant enim pro decore magno, si , nihil quod factum erat, in suis libris silentio præteriissent. Quo igi-, tur pacto hi qui tales erant, & seduli ad vtilia quæque discenda,ne-, glexissent tàm venerandam historiarum cognitionem, dogmatum-, que & legum antiquitate dignissimam manifestationem ? Quamuis , Pythagoras Samius & Thales Milesius haud ita longo tempore in , Ægypto versati sunt, collectis quæ illic dicere poterant, disciplina-, rum multitudinem quâ polluisse dicuntur, in patriam reportarunt'. In Ægypto autem Moysaicam viguisse disciplinam Cyrillus ibidem , paulò infrà ostendit testimonio Diodori,qui 'diligenter perscrutans , Ægyptiaca, dicit se accepisse ab illorum sapientibus de Moyse, quæ , sic scribit : Post statum veteris Ægyptiorum vitæ, quæ sub Dijs & , heroïbus fuisse narratur, dicunt virum quendam magnæ mentis & , vitæ apud Iudæos celeberrimum Moysen, qui dicebatur Deus, per-, suasisse primùm, vt legibus scriptis vivendo populi vterentur. Ete-

enim

Digitized by Google

, nim quia omni virtute præditum videbant Moysen, etiam Deum , nominaverunt illum'.

3. Hinc patet solutio ad rationes & authoritates §. 1. in contrarium obiectas. *Ad Obiect.* Quamvis enim post decessum veterum Græciæ sophorum divina scriptura in Græcum idioma per 70. Interpretes fuerit translata, longè tamen ante eorum ortum atque interitum Pentateuchus Moysis notus fuerat Ægyptijs: sive quia ex diuturna Hebræorum cohabitatione Hebraicam linguam Ægyptij calluerint, sive quia Pentateuchus Hebraicè scriptus in idioma Ægyptiacum translatus fuerit. Poterant ergo Græci Ægyptum peragrantes, & discendi studio cum Ægyptijs conversantes, in Moysaicæ legis notitiam pervenire, atque eius floseulis sua scripta refertire. Accedit quod verisimile sit, eosdem Græciæ sophos Hebraici idiomatis non fuisse planè ignaros. Rursus, vt fingantur eius fuisse ignari, quid vetat quin per Interpretes sensum legis sint assecuti? Unde Augustinus post finalia illa verba in ar- *Vide Theodoret. l. 2. de Graear. Affect. curat.*

, gumento obiecta, ' In illa peregrinatione sua Plato nec Hieremiam *Augustinus.*

, videre potuit, tanto antè defunctum; nec easdem scripturas legere, , quæ nondum fuerant in Græcam linguam translatæ, qua ille polle- , bat': continuò subiunxit hæc verba ad propositum: ' Nisi fortè , quia fuit acerrimi studij, sicut Ægyptias, ita & istas per Interpretem , didicit: non vt scribendo transferret (quod Ptolomæus pro ingenti , beneficio, qui regiâ potestate etiam timeri poterat, meruisse perhi- , betur) sed vt colloquendo, quid continerent, quantum capere posset, , addisceret'. Hoc ipsum de antiquioribus Platone sapientibus dici potest: qui vtique, perinde ac ille, acerrimi studij fuisse perhibentur. Qua de re videri potest Hugo Victorinus lib. 3. Didascal. cap. 15. Accedit postremò Aristobuli Hebræi apud Eusebium authoritas, dicen- , tis, [a] 'Legem nostram in multis Plato secutus est. Apertè namque *a Euseb. lib. 9. de Præparat. Evangel. cap. 3.*

, in multis diligenter examinasse singula videtur. Moysaica enim vo- , lumina ante Alexandrum, & ante Persarum imperium, traducta fue- , rant: vnde plurima, sicut & Pythagoras Philosophus, ille accepit'. Et , rursus apud eundem lib. 13. eiusdem operis cap. 7. ' Apertissimum , est, leges & disciplinam nostram diligenter fuisse Platonem secutum. , Non enim latet, si quis attentius eum legat, perlectam ab eo, & qui- , dem diligenter, scripturam fuisse. Scimus etiam omnes, ante Deme- , trij Phalerei tempora, imò verò ante Alexãdrum, & Persarum impe- , rium, quinque Moysis libros in Græcam linguam, quamvis non , cõmodè, traductos fuisse. Tota verò scriptura nostra Demetrij Pha- , lerei operâ, & Philadelphi regis jussu, aptissimè translata est'. Quæ Aristobuli verba Eusebius trãscripsisse videtur ex Clemente Alexan- , drino, qui lib. 1. Stromaton aliquantò post medium ait: ' Aristobu- , lus in 1. libro ad Philomatrem scribit his verbis: Secutus est nostras , quoque leges Plato, & satis apertè ostendit se, eorum quæ in eis di- , cuntur, fuisse admodùm studiosum. Ante Demetrium autem, priu- , quam rerum potirentur Alexander & Persæ, versa fuerant & quæ *Clemens Alex.*

, ab Hebręis noſtris geſta fuerant in exitu ex Ægypto, & quæcunque , eis inſignia & facta erant & apparuerant, & regionis per vim quęſi- , ta poſſeſſio, & omnium quæ latæ ſunt legum deſcriptio: adeò vt , clarum ſit, antedictum Philoſophum multa ex eis ſumpſiſſe: fuit e- , enim multâ doctrinâ præditus: ſicut etiam Pythagoras multa ex , noſtris tranſtulit in ſuorum dogmatum traditionem. Numenius au- , tem Philoſophus Pythagoreus apertè ſcribit: Quid enim eſt Plato, , niſi Moyſes Atticè loquens'? Platonem certè Moyſis fuiſſe imitato- rem, palàm aſſerit Clemens in Pedagogo hiſce verbis: ❖ ' Moyſis eſt , imitator longè optimus Plato'. Neque Moyſen ſolum, ſed Salomo- nem etiam atque Iſaiam ſuis reſpectivè ſcriptis eruditſſe Platonem, oſtendit idem Clemens lib. 1. Stromaton prope initium, Platonem vocans, ' Ex Hebræis Philoſophum'.

❖ *Clem. Alex. lib. 3. Pedagog. cap. 11.*

Obiect. Supereſt expedienda Lactantij authoritas §. 1. ſub finem obiecta: cui robur accedit ex ijs quæ Euſebius memorat interrogaſſe Ptolomęum Philadelphum conſpectâ tranſlatione 70. Interpretum ſuo iuſſu per- acta; eiq; reſpondiſſe Demetrium Phalereum bibliothecæ prefectum:

a *Apud Euſeb. lib. 8. Præparat. Evangel. cap. 1.*

, a ' Quomodo (ait rex Ptolomęus) nemo poëtarum neq; hiſtori- , corum de tot tantisq, rebus geſtis vllam mentionem fecit? Cui De- , metrius: Divina hæc lex eſt, & à Deo data, vt vides: ac ideò ſi , qui tetigerunt, à Deo percuſſi reſilierunt. Affirmauitq;, audiſſe ſe à , Theopompo, quòd cæperat nonnulla de Iudaica ſcriptura tranſlata, , Græcâ oratione ornare: & illicò turbatione quâdam mentis & ani- , mi perculſus, magno ſtudio Deum oraſſe, cuius rei gratiâ id ſibi ac- , cideret: audiuiſſeq; per ſomnium; quia res divinas lęnocinio inqui- , natis hominibus adderet. Ego quoq; ipſe, inquit, à Theodecto , tragœdiarum poëta accepi, quòd cùm nonnulla è Iudaica ſcriptura ad , fabulam quandam transferre vellet, luminibus captus fuerit: qui , quoniam credidit hac de cauſa id ſibi eueniſſe, magno tempore pœ- , nitentiam egit, & tandem ſibi viſus fuerat reſtitutus'. Eadem refe- runtur apud Ioſephum lib. 12. Antiquit. cap. 2. qui ea tranſcripſit ex oculato teſte Ariſtęa, regis Ptolomæi familiari, lib. de 72. Inter- pretibus, qui habetur in bibliotheca Sanctorum Patrum tomo 13. nuperæ editionis Pariſienſis. Vnde planè apparet, Græciæ ſophos ac poëtas Philadelpho anteriores non potuiſſe ex ſcripturis quidquam furripere: non ſolùm quia ex Hebræo tranſlatæ non fuerant, ſed in- ſuper quia exteri eas attingere auſi, pœnarum inflictione divinitus ſunt abſterriti. Atq; huc veriſimile eſt reſpexiſſe Lanctantium, cùm , diceret loco in obiectione citato, ' Auerſos fuiſſe divinâ providētiâ, , ne ſcire poſſent veritatem: quia nondum fas erat alienigenis homi- , nibus religionem Dei veri iuſtitiamq; cognoſcere'. His addi poſſunt duo alia argumenta quibus in huius ſententiæ confirmationem vtitur Baronius tom. 2. Annalium: quorum primum inde ſumitur, quod paſſim à priſcis Eccleſiæ doctoribus tranſlatio 70. Interpretum voce- tur, 'prima'. Secundum inde, quod ſi vlla alia hac anterior tranſlatio extitiſſet,

Ioſephus. Ariſtæus.

Lactantius.

Baronius.

Digitized by Google

extitisset, nequaquam ad Iudæos Rex Ptolomæus recurrisset, sed antea riore ista versione contentus fuisset. Accedit quòd Augustinus lib. 8. de Civit. cap. 11. satis clarè insinuet, Philosophos potuisse ex creaturarum consideratione scire ea quæ scripturis consona scripserũt, dicente Apostolo: *Rom. 1. 20.* *Inuisibilia Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Quæ verba expendens Prosper ad Demetriadem: [b] 'In pulchritudine cæli & terræ (inquit) quædam sunt paginæ ad omnium oculos semper patentes, & authorem suum nunquam tacentes: quarum protestatio doctrinam imitatur magistrorum & eloquia scripturarum'. Poterant ergo Philosophi ex his paginis didicisse, quæ scripturis consona comperiuntur tradidisse. Nec satisfit dicendo, non agi hic de practica morum directione, sed de theorica duntaxat divinorum notione. Nam vt omittam, duo ista communiter connecti, certè idem Prosper alibi fatetur, ethnicos Philosophos fidei exortes, [c] 'quædam ad similitudinem legalium mandatorum proprio iudicio sanxisse'. Sed vnde, inquies, ethnicis ista notitia, nisi ex divinorum inspectu monumentorum? Audi subsequentia; 'Quis ambigat (subdit author inferius) hanc sapientiam humano generi ad temporalis vitæ vtilitatem ex naturæ à Deo conditę superesse reliquijs? Si enim nec ad ista terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium, non vitiata esset, sed extincta natura'. Huc spectat quòd Augustinus testatur, doctrinas gentilium non solùm superstitiosa figmenta, gravesq; sarcinas supervacanei laboris habere: [d] 'sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtilissima continere; deq; ipso vno Deo colendo nonnulla apud eos vera inveniri'. Si Augustinum interroges, vnde ethnici homines, scripturarum ignari, vtilissima huiusmodi præcepta didicerint: respondebit inferius ibidem subtexens: 'De quibusdam quasi metallis divinæ providentiæ, quæ vbique infusa est, eruerunt'. Quod autem Augustino sunt metalla providentiæ divinæ, hoc ipsum & Prospero sunt reliquiæ à Deo institutæ naturæ.

Augustinus.

[b] *Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 7. Vide lib. 1. de vocat. gent. c. 5.*

Euasio praclusa

[c] *Prosp. lib. cõtra Collat. cap. 22.*

[d] *Aug. lib. 2. de Doct. Christ. cap. 40. Vide Rabanum lib. 3. de Instit. Cler. c. 2. & Aug. l. 18. de Civit. c. 25.*

5. Quanquam his authoritatibus non omninò improbabiliter suadeatur veteres Græciæ sophos non ex scripturarum lectione, sed ex creaturarum contemplatione veritates tam theoricas quam practicas elicuisse: nihilominus deserenda non est præasserta à nobis sententia, communioribus tractatorum calculis comprobata. Quam præter reliquos pro ea suprà citatos tradit Ambrosius in Expositione Psalmorum: vbi cum præmisisset, [e] 'Clamat per Isaiam Dominus, Consolamini populum meum, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua', cõtinuò subdidit vnde nũc agitur: 'discite, vnde Plato hoc sũpserit. Eruditionis gratiâ in Ægyptum profectus, vt Moysi gesta, legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret'. Idem rursus lib. de bono mortis cap. 5. perhibet, Platonem ex ijs quę Moyses in Genesi scripsit de paradiso, & Salomon in Canticis de Horto sponsæ, suffuratum fuisse quæ in suo horto congessit. Atque vt reliqua per Græ-

[e] *Ambr. Serm. 18. in Psal. 118.*

Vide Ambr. l. 2. offic. c. 2 & l. 2. Epist. 7. ad simplic. & l. de bono mortis c. 10. & 12. & Rupert. l. 6. in Genesin. c. 15.

cię ſophos de divinis ſcripturis ſurrepta ſileamus, & ad noſtri apophthegma denuò revertamur, apertiſſimè idem Ambroſius affirmat, Philoſophos non ſuâ illud ſolertiâ inveniſſe, ſed de libris ſanctis ſurreptum vſurpaſſe. Ait quippe Sermone 2. in Pſalm. 118. 'Noſce teipſum: quod Apollini Pythio aſſignant gentiles viri, quaſi ipſe author fuerit huius ſententiæ; cum de noſtro vſurpatũ ad ſua transferant, & longè anterior Moyſes fuerit, qui ſcripſit librũ Deuteronomij, quàm Philoſophi qui iſta finxerunt. Undè & Salomon oraculum divinũ ſecutus ſcripſit in Canticis canticorum: *Niſi ſcias te decoram inter mulieres* &c'. Et lib. 6. Hexameron cap. 6. 'Noſce teipſum, ô homo: quod non, vt ferunt, Apollinis Pythij, ſed Salomonis ſancti eſt, qui ait: *Niſi ſcias te, formoſa in mulieribus.* Quanquam multò antea Moyſes in Deuteronomio ſcripſerit: *Attende tibi.* O homo, *Attende tibi*, ait lex: & prophęta ait, *Niſi ſcias te*'. Hoc & ante Ambroſium docuerat Origenes, ſaltem quoad Salomonem, prætermiſſo Moyſe: [f] 'Unius Chilonis (inquit) ex ſeptem quos apud Græcos ſingulares fuiſſe in ſapientia fama concelebrat, hæc inter cæteras memorabilis fertur eſſe ſententia, quâ ait: *Scito teipſum*, vel, *Cognoſce teipſum.* Quod tamen Salomon (quem præceſſiſſe omnes hos tempore & ſapientia, ac rerum ſcientia, in Præfatione noſtra docuimus) ad animam quaſi ad mulierem ſub commination quadam loquèns, dicit: *Niſi cognoveris temetipſam, ô pulchra inter mulieres* &c'. Non quidem hic apertè Origenes atteſtatur, Philoſophos ex Salomone ſententiam decerpſiſſe; ſed tamen id teſtatus fuerat in Præfatione quam hìc recolit, vbi ait: 'Generales diſciplinæ, quibus ad rerum ſcientiam pervenitur, tres ſunt; quas Græci Ethicam, Phyſicam, & Theoricen appellaverunt; nos has dicere poſſumus Moralem, Naturalem, & Inſpectivam'. Et pauculis interpoſitis de ſingulis hiſce diſciplinis, quibus & Logicen à Græcis addi teſtatur, ſubtexit inferiùs: 'Hæc ergo, vt mihi videtur, ſapientes quique Græcorum ſumpta à Salomone (vtpote qui ætate & tempore longè ante ipſos prior ea per Dei ſpiritum didiciſſet) tanquam propria inventa protulerunt, & inſtitutionum ſuarum voluminibus comprehenſa poſteris tradenda reliquerunt'. Si quæras, ex quibuſnam Salomonis libris dictas tres diſciplinas Græci ſint ſuffurati? reſpondet ibidem ſubſequenter Origenes, 'ex Proverbijs Ethicen: ex Eccleſiaſte phyſicen: ex canticis Theoricen'. Vnde facilè apparet quomodo iſta ſententia, *Noſce teipſum*, vtpotè Theoretica, ex Canticorum libro per Græcos ſurrepta ſit. Verum cum Mercurius Triſmegiſtus & Zoroaſter Magus eâdem ſententiâ vſi perhibeantur, non immeritò dubitatur, vnde eam ipſi hauſerint. Quod ad Mercurium attinet, facilis foret ſolutio, ſi vera eſſet Artapani narratio apud Euſebium lib. 9. prępарat. Evangel. cap. 4. confundentis Mercuriũ Triſmegiſtum cum Moyſe: cui ſententię favere aliquovſque videtur quod ex Cyrillo Alexandrino ſub finem §. 2. commemoravimus. Quia tamen communior & verior eſt opinio, Mercurium Triſmegiſtum

cant. 1, 7.

f Orig. Homil. 2. in cantica. Vide Bernard. ſermone de 7. Gradibus Confeſſ. ſub initium. & Philip. Bonae-ſpeenſem epiſt. 13.

Dubium. Deciſio. Artapanus. Triſmegiſtus. Vide Aug. lib. 18. de Civit. c. 8. & 39. Cyril. Alex.

ſtum Moyſe fuiſſe poſteriorẽ, veriſimiliter etiã putãdus eſt ſententiam ex Moyſe ſumpſiſſe : præſertim cum Cyrillus Alex. lib. 1. contra Julianum paulò ante finem dicat : 'Ægyptius Hermes, quamvis ſacerdos eſſet, & ad idolorum templa conſideret, ſemper ea quæ Moyſes docuit, ſenſiſſe comperitur, tametſi non omninò rectè, neque irreprehenſibiliter, ſed aliqua ex parte'. Maior de Zoroaſtre videtur difficultas, quem Nino Aſſyriorum regi ſynchronum, adeoque non ſolùm Moyſe, ſed ipſo etiam Abrahamo vetuſtiorem ſtatuit Euſebius communiter receptus in principio Chronici, & lib. 10. præpar. Evangel. cap. 3 Sed inprimis reſponderi poteſt, Zoroaſtrem non fuiſſe vnquam apophthegmate noſtro vſum, quod ſine idoneo vllo teſte Mirandulanus cap. 1. §. 1. citatus aſſumit. Cui reſponſioni favere videtur Chryſoſtomus lib. adverſus Gentiles de Babyla martyre ſub initium: vbi præmiſſæ interrogationi, 'Quamnam ob cauſam Zoroaſtrem illum, itemque Zamolxim ne de nomine quidem multi, imò verò nulli niſi admodum pauci norunt'? continuò reſpondet: 'Quoniam figmenta erant quæ de illis circumferuntur omnia'. Non deſunt qui & hoc ipſum de Trimegiſto reſpondeant, ſaltem quoad ſcripta quæ ſub eius nomine feruntur : quippe quæ mentionem faciunt Sybillarum, genuino Triſmegiſto longè poſteriorum. Secundò dici poteſt, Zoroaſtrem didiciſſe apophthegma illud, non ex ſcriptis Moyſis, ſed ex traditione maiorum, ex qua & ipſum Moyſen non pauca didiciſſe indubitatum eſt, quæ ſuis ſcriptis inſeruit; ſicut & de Luca Evangeliſta teſtatur Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 7. quod 'Evangelium ſicut audierat ſcripſit': cui conſonat ipſe Lucas cap. 1. ſui Evangelij verſ. 2. Sive enim Zoroaſter fuerit Cham filius Noë, vt cenſet author hiſtoriæ ſcholaſticæ in cap. 39. Geneſeos: ſive Chus filius Cham, vt putat Gregorius Turonenſis lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 5. ſive Nemrod filius Chus, vt poſt Græcos apud Epiphanium ſub initium Panarij opinatur Galatinus lib. 4. de Arcanis cap. 20. ſive alius quiſpiam à tribus iſtis diſtinctus, vt poſt Epiphanium ibidem & Euſebium locis proximè citatis cæteri communiter doctores exiſtimãt; facilè potuit ex traditione maiorũ quam plurima divinæ inſtitutionis oracula addiſcere, & ſcriptis ſuis inſerere : ſignanterque Apophthegma de quo nunc tractamus; quippe quod primo humani generis parenti divinitus ab initio inſpiratũ fuiſſe veriſimile eſt.

Clemens Alex.

Zoroaſter.

Chryſoſt.

Hieron. Vide Hug. Victor. l. 6. didaſcal. cap. 15. Hiſtoria ſchola ſt. Greg. Turon. Galatinus, Epiphanius, Euſebius.

6. Ad authoritates & rationes §. 4. obiectas reſpondetur, Lactantiũ loqui de integra veritate, non de minutis eius particulis aut fragmẽtis. 'Nam lib. 7. eiuſdem operis cap. 7. ait : 'Facile eſt docere, penè vniverſam veritatem per Philoſophorum ſectas eſſe diviſam' : quia nimirum vnaquæque ſecta particulam aliquam veritatis arripuit. Vnde & mox infrà ibidem idem aſſerit, 'Nullam ſectam fuiſſe tam deviã, nec Philoſophorum quenquam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero'. Et rurſus inferius : 'Quod ſi extitiſſet aliquis (inquit) qui veritatem ſparſam per ſingulos, per ſectaſque diffuſam colligeret in

Ad obiect. Lactantius. Vide Hieron. in cap. 1. Danielis v. 2. & Clem. Alex. l. 5. Strom. ante medium.

, vnum, ac redigeret in corpus, is profectò non dissentiret à nobis'.

Ptolom. Philadel.

Ad Ptolomæi Philadelphi & Demetrij Phalerei authoritates ibidem obiectas respondetur, Philadelphum non negare anteriorem scripturæ translationem, sed mirari cur historici & Poëtæ Gentiles de disciplinis Iudaicis in suis scriptis siluerint. Huius verò silentij non ea fuit causa, quod disciplinas illas Ethnici ignoraverint, sed quod sua furta prodere noluerint. De quibus furtis videri potest Eusebius lib. 10. Præpar. Evangel. cap. 1. post Clementem Alexandrinum ab eo ibidem citatum. Ex responso autem Demetrij Phalerei ad interrogationem & admirationem regis Ptolomęi colligit Serarius in prolegomenis bibliacis cap. 16. q. 2. oppositum eius quod obiectio prætendit. Nam si Theopompus & Theodectes idcircò puniti sunt, quod è sacris libris quædam suis historiis vel poëmatibus inserere præsumpserint, consequenter apparet, lectos ab eis fuisse sacros libros. Si dicas, eos voluisse inserere, non quæ ex librorum lectione didicerant, sed quæ ex hominum narratione acceperant; obstabit ratio quam Se-

Eusebius. Clem. Alex. Demetr. Phaler. Serarius.

, rarius allegat, dicens: 'Nam illi potius puniti fuissent, qui narras-, sent, & margaritas ante porcos sparsissent, quam isti, qui quæ audis-, sent, scribere voluissent'. Nec Baronij rationes evincunt eius intentum: nam qui Ptolomaicam translationem vocant 'primam', authẽticam intelligunt, aut solemniter factam, vel certè primam earum quę in æstimatione aliqua sunt. Ex quo enim famosissima 70. Interpre-, tum versio peracta est, eviluit & evanuit prior illa translatio: 'Primò , (ait ibidem Serarius) quia particularis erat, id est, paucorum tan-, tum librorum, & quasi fragmentorum. Deinde quia ab obscuro & , ignoto facta. Tertiò quia prava & vitiosa; itaut rex Ptolomæus , aliam meritò, quasi nulla omninò esset, postularit; & vbi hanc im-, petrasset, illa funditùs interierit'. Ac per hoc patet solutio etiam ad

Ad Baronium. Genebrard. Bellarmin. Augustin. Prosper.

secundum Baronij argumentum: cui præter præallegatos opponi possunt Genebrardus in Chronologia, & Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 5. Ad Augustini & prosperi testimonia ibidem subiuncta respondetur, ea non tam de facto intelligenda esse, quam de possibili. Patres verò hactenus pro nobis citati loquuntur de facto: vt patet ex allegatis §. 3. vbi ipsum etiam Augustinum commemoravimus agnoscentem, quod Plato per Interpretem divina scripturarum oracula

Eusebius.

didicerit: id quod ex professo ostendit Eusebius lib. 11. & 12. de Præpar. Evang. per singula capita. Addi præterea præallegatis authoribus potest Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromaton circa medium: vbi cum ostendisset, famosum illud Græcorum documen-

Clem. Alex.

, tum, 'Deum sequere', illud item eorundem, 'Venia est melior sup-, plicio'; & illud item eorundem, 'Sponde, noxa præsto est', ex Moy-

Videl. 1. Stromaton. ante medium.

se & Salomone decerpta fuisse: mox hæc de apophthegmate nostro , subiungit: 'Paulò iam magis mysticè illinc sumptum est illud, *Nos-, ce teipsum*'. Et aliquantulum inferius ibidem: 'Apertius autem, , *Nosce teipsum*, præcipiens Moyses, sæpè dicit: *Attende tibiipsi*'. Clementi

menti consonat Gregorius Nyssenus Orat. 'de non lugendis in fide defunctis, ita exhortans: ' O homo, qui naturæ particeps es, quē- admodum Moyses præcepit, *Attende tibi, Nosce teipsum*'. Quę verba coincidunt cum similibus ex Trismegisto relatis cap. 1. §. 1. nisi quod hìc sententiæ author Moyses designetur, ibi subticeatur. *Greg. Nyssenus.*

CAPVT III.

Philosophorum mores ab ore discordes. Eorum primores testimonijs veterum sugillati. Canonizatores obiter redarguti.

1. QVod de Scribis & Pharisęis gnarè docentibus sed pravè viventibus dictum à Salvatore in Evangelio legimus, hoc de mundi Philosophis apophthegma pręsens vsurpantibus sed ab eius pręscripto deviantibus dicere possumus: *Dicunt, & non faciunt.* Monebant illi passim alios, vt se noscerent, cum ipsi id docentes se nosse negligerent: g 'Nam si quis mores eorum (ait de eis Lactantius) diligenter inquirat, inveniet iracundos, cupidos, libidinosos, arrogantes, proteros, & sub obtentu sapientiæ sua vitia celantes; domi facientes ea, quæ in scholis arguissent'. Quę ne ex semetipso de eis finxisse Lactantius putaretur, adducit testimonium Romani Oratoris, idipsum de sui similibus sine invidia pronuntiantis: ' Fortasse mentior (subdit continuò Lactantius) accusandi gratiâ? Nonne idipsum Tullius & fatetur, & quęritur? Quotusquisque, inquit, Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo & vitâ constitutus, vt ratio postulat? qui disciplinam veram, non ostentationem suę scientię, sed legem vitę putet? qui obtemperet ipse sibi, & decretis pareat suis? Videre liceat alios tantâ levitate & iactatione, vt his fuerit non didicisse melius; alios pecunię cupidos; alios glorię, multos libidinum servos; vt cum eorum vitâ mirabiliter pugnet oratio'. Ad hanc orationis cùm vita pugnantiam allusit Minutius in suo Octavio paulò ante finem, cùm diceret: ' Philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores, & Adulteros novimus, & tyrannos, & semper adversus sua vitia facundos'. Dicturus, ' vitia', pręmisit, 'sua': vt sciremus, Philosophos eis ipsis fuisse vitiis obnoxios, adversus quæ ex pulpitis detonabant. Capitale certè vitium ac fœcunda vitiorum prognatrix est sui ignoratio: adversus quam Philosophi non solùm è pulpitis, sed etiam è Delphico tripode detonabant; vnicuique dicentes, ' *Nosce teipsum*': cui tamen documento minimè ipsi parebant: h 'Magna altitudo scientię (ait quidam) Seipsũ perfectè cognovisse: mons magnus & altus plena cognitio rationalis spiritus. Omnium mundanarum scientiarum cacumina mons iste transcendit: omnem philosophiam, omnem mundi scientiam ab alto despicit. Quid tale Aristoteles, quid tale Plato invenit? Quid tanta Philosophorum turba tale invenire potuit? Verè & absque dubio, si hunc

Matt. 23. 3.

g *Lactant. lib. 3. cap. 25.*

Cicero. Vide Nazian. Orat. 13. sub initium, & alios apud Damasc. l. 1. parall. c. 66.

Minutius. Vide Cyprian. Epist. 2. ad Donatum.

h *Rich. Victor. in Beniamin. min. c. 75.*

, montem ingenij ſui acumine aſcendere potuiſſent, ſi ad ſeipſos inve-
, niẽdos eorum eis ſtudia ſuffeciſſent, ſi ſeipſos plenè cognoviſſent; nun-
, quam idola coluiſſent, nunquam creaturę collum inclinaſſent, nun-
, quam contra Creatorem cervicem erexiſſent. Hìc defecerunt ſcru-
, tantes ſcrutinio : hìc, inquam, defecerunt, & in hunc montem minimè
, aſcendere potuerunt'. Ecce quemadmodum ex ignoratione ſui proci-
Lactant. l. 1. divin. inſtit. c. 1. , derunt Philoſophi in ſcelus idololatrię : [i] 'Hęc enim (inquit La-
, ctantius) pravitatis eſt cauſa, ignoratio ſui: quam ſi quis cognitâ veri-
, tate diſcuſſerit, ſciet quò referenda, & quemadmodùm ſibi vita de-
, genda ſit'.

De Socrate.

Socrates philoſophus, mortalium ſapientiſſimus Apollineo oraculo denuntiatus; dæmoni familiaris, Æſculapio devotus, & pæde-
k Tertul. in Apolog. cap. 46. Vide eundem l. de Anima c. 1. & Minutium in Octauio, & Cyprian. l. de Idol. vanitate, & Lactant. l. 3. c. 19. & Theodoret. l. 12. de Grec. Affect. Curat. & Caſsian. Collat. 13 c. 5. & Iuſtin. Mart. Exhor. ad gentes, & Chryſoſt. Homil. 3. in Epiſt. ad Romanos, & Cyrill. Alex. l. 7. cont. Iulianũ. , raſtiæ crimine infamis perhibetur : [k] 'Socratis vox eſt (inquit Ter-
, tullianus) Si Dæmonium permittat. Idem & cùm aliquid de veri-
, tate ſapiebat, Deos negans, Æſculapio gallinaceum profecari iam
, in fine iubebat. Credo ob honorem parentis eius, quia Socratem
, Apollo ſapientiſſimum omnium cecinit'. Et paulò infra ibidem : 'Si
, de pudicitiâ provocemus, lego partem ſententiæ Atticæ in Socratem
, corruptorem adoleſcentium pronuntiatæ'. Superius cap. 39. eiuſdẽ
operis idem Tertullianus de eodem Socrate & Catone cenſore refert, quod 'vxores ſuas amicis communicaverint'. Cui relationi author
, hanc ſubdit exclamationem: 'O ſapientiæ atticæ, ô Romanæ gra-
, vitatis exemplum : Leno eſt philoſophus, & cenſor'. Iſti ſunt fru-
ctus quos de ignoratione ſui Socrates mortaliũ ſapientiſſimus decerpſit. Quid ergo de reliquis minorum gentium ſophis exiſtimandum erit, niſi quod ex eâdem ignorationis ſui radice conſimiles fructus
l Lactant. l. 2. Divin. inſtit. c. 2. , reportarint: [l] 'Ignorarunt enim quæ ſit hominis ratio : quam ſi
, tenere vellent, inprimis Deum ſuum agnoſcerent, virtutem iuſtiti-
, amq; ſequerentur, terrenis figmentis animas ſuas non ſubſternerent,
, mortiferas libidinum voluptates non appeterent : deniq; ſeipſos
, magni æſtimarent, atq, intelligerent, plus eſſe in homine quàm vi-
, detur, cuius vim conditionemq; non aliter poſſe retineri, niſi cultum
, veri parentis ſui, depoſitâ pravitate ſuſciperent'. Socrates è philoſophis primus fuiſſe fertur, qui phiſicas diſciplinas ad ethicas flexit, & Philoſophiam pridem naturæ contemplatricẽ vertit in humanorũ
m Aug. lib. 8. de Ciuit. c. 3. Vide lib. 1. de conſenſu Euang. c. 7. , morum regulatricẽm: [m] 'Socrates (inquit Auguſtinus) primus v-
, niverſam philoſophiam ad corrigendos componendosq, mores flex-
, iſſe memoratur; cùm ante illum omnes magis phiſicis, id eſt, natu-
, ralibus rebus perſcrutandis operam maximam impenderint'. Huc
, nonnulli referunt illud Socrati familiare, 'Quod ſupra nos, nihil ad
, nos': tanquam indicare vellet, ethicam quæ humanas actiones moderatur, vtiliorem eſſe phiſicis diſciplinis quæ cæli plagas ſupra nos conſtitutas contemplantur. Sed Lactantius ſub illis Socratis verbis
n Lactan. l. 3. atheiſmum latere ſuſpicatur : [n] 'Id ſenſit (inquit) quod locutus eſt, religioni minimè ſerviendum'. Et paulò infrà ibidem de eodem:

Quod

, 'Quod si publicas illas religiones voluit evertere; non improbo, quin
, etiam laudabo, si ipse quod est melius invenerit. Verum idem per
, canem & anserem deierabat. O hominem scurram, vt ait Zeno Epi-
, cureus, ineptum, perditum, desperatum, si cauillari voluit religio-
, nem: dementem, si hoc seriò fecit, vt animal turpissimum pro
, Deo haberet. Quis iam superstitiones Ægyptiorum audeat repre-
, hendere, quas Socrates Athenis authoritate confirmauit sua? Illud
, verò nonne summæ vanitatis, quod ante mortem familiares suos ro-
, gavit, vt Æsculapio gallum, quem voverat, pro se sacrarent? Ti-
, muit videlicet ne apud Rhadamantum receptorem, voti reus fieret
, ab Æsculapio. Dementissimum hominem putarem, si morbo affe-
, ctus perisset: cum verò hoc sanus fecerit, est ipse insanus qui eum pu-
, tet esse sapientem'. Voluisse Socratem cavillari religionem, apparet
ex eo, quod se nihil scire professus sit; Adeoque nec Deum: ob quam
professionem, teste Minutio in Octavio, mortalium sapientissimus ab
, Apolline est nominatus: ' Eius viri (ait ille) quoties de cœlestibus
, rogabatur, nota responsio est: Quod supra nos, nihil ad nos. Me-
, ritò de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis. Quod
, idem ipse præsensit, idcircò vniversis se esse præpositum, non quod
, omnia comperisset, sed quod nihil se scire didicisset'. Et inferius
, propè finem rursus de eodem: ' Socrates scurra Atticus viderit, nihil
, se scire confessus, testimonio licet fallacissimi dæmonis glorioſus'.
Verisimile sanè non est, quod Socratis sapientiam tantopere dæmon
extulisset, si idolorum duntaxat religionem tollendam ille censuisset:
, o 'O Apollinem inconsideratum (exclamat Tertullianus) sapientię
, testimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos esse'. Ex quibus
planè apparet, quàm exotica fuerit eius viri Ethica, qui actionibus
humanis finem ademit debitum: & quam falsò fuerit dictus sapien-
tissimus mortalium, qui Dei cultum sustulit qui est sapientia morta-
, lium: p 'Omnis sapientia hominis (ait Lactantius) in hoc vno est,
, vt Deum cognoscat, & colat'. Et mox infra: ' Hoc est illud, quod
, Philosophi omnes tota sua vita quæsierunt, nec vnquam tamen in-
, vestigare, comprehendere, tenere valuerunt, quia religionem aut
, pravam tenuerunt, aut totam penitus sustulerunt. Facessant igitur illi
, omnes, qui humanam vitam non instruunt, sed turbant. Quid enim
, doceant aut quem instruant; qui seipsos nondum instruxerunt? Quę
, sanare ægroti, quem regere cæci possent'?

Vide Aug. l. de vera Relig. c. 2. & Cyrill. Alex. l. 6. contra Iulian.

Minutius.

o *Tertull. in Apolog. c. 46.*

p *Lactan. l. 3. c. 29. vide Aug. lib. de spir. & litt. c. 11. & 12.*

3. Repudiato Socrate Philosophorum sapientissimo, neminem reli-
quorum repudiari iam pudebit. Nam quæ Socratem subsecutæ sunt
Philosophorum sectæ, certatim affectarunt Socraticæ dici vel esse.
, Vnde ait Peripateticis Academicus Orator, q 'Vtrique Socratici esse
, volumus'. Plato certè Academicorum dux & antesignanus gratias
, se naturæ agere dicebat, r ' primùm, quod homo natus esset, potiùs
, quàm mutum animal; deinde quod masculus, potiùs quàm fœmina;
, quod Græcus, quàm Barbarus: postremò quod Athenienſis, & tem-

De Platone & Pythagora. Vide Lactant. l. 3. cap. 22.

q *Cicero lib. 1. Offic.*

r *Apud Lactant. l. 3. c. 18.*

, poribus Socratis'. Quod Platonis dictum vsqueadeo displicuit Lactantio ibidem, vt diceret, ' Nunquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius'. Et quidem tria priora capitula istius dicti cẽsset processisse ex errore Pythagoricorum, qui animarum metempsychosin insulsè astruebant : ' Quasi verò (subdit) si aut Barbarus, aut mulier, aut asinus natus esset; idem ipse Plato esset, ac non potiùs ipsum illud quod natum fuisset. Sed videlicet Pythagoræ credidit, qui vt vetaret homines animalibus vesci, dixit, Animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare'. Fuit & aliud eiusdẽ Platonis dogma Pythagorico isti dogmati affine, Animas nimirum humanas olim ante corpora creatas fuisse, & pro varietate meritorum varia eis corpora obtigisse: ac per hoc notitias in corpore acquisitas nõ esse scientias, sed potiùs reminiscentias : [s] ' Plato ille Philosophus nobilis (inquit Augustinus) persuadere conatus est, vixisse hìc animas hominum antequàm ista corpora gererent : & hinc esse, quod ea quæ discuntur, reminiscuntur potiùs cognita, quàm cognoscuntur nova'. Ex quibus satis liquet, nec Pythagoram nec Platonem obtemperasse huic documento, *Nosce teipsum.* Si enim seipsos accuratè novissent, non de suis animabus tàm fatuè errassent. Accedit & aliud eiusdem rei argumentum ex præallegatis Richardi Victorini verbis desumptum, quibus ait : ' Si seipsos plenè cognovissent, nunquàm idola coluissent, nunquàm creaturæ collum inclinassent'. An fortè nec idola vnquàm illi coluerunt, nec sua creaturæ colla inclinaverunt ? Quomodò ergo stabit, quod de Pythagora memorat Laertius, fabas eum adorasse; & ne eas calcaret, perimi se sivisse ? Vnde ei [t] ab eodem inscriptum est Epitaphium : ' ' Heu heu, Pythagoras quid vile legumen adorat ? Quem in propriis fama est occubuisse fabis. Nam ne fortè fabas fugiens calcaret in agro, tandem Agragantino cæsus ab hoste perit'. Meminit fabarum istarum Nazianzenus Orat. 3. & 33. Nunquam sanè Pythagoras tam vile legumen adorasset, si humanæ suæ conditionis dignitatem non ignorasset. Sed quid de Platone, quem Labeo apud Augustinum lib. 2. de Civit. cap. 14. 'Semideum' nominavit, & Cicero apud eundem lib. 4. contra Iulianum cap. 15. 'Pene Philosophorum Deum' appellare non dubitavit ? Idola certè etiam ipse colenda censuit, vt testatur Augustinus lib 8. de Civit. cap. 12. vbi commemoratis aliquot Platonis discipulis, hæc subdidit: 'Hi omnes & cæteri eiusmodi, & ipse Plato, dijs plurimis esse sacra facienda putaverunt'. Nunquam à tali viro tantum scelus fuisset commissum, si obtemperasset insonanti, *Nosce teipsum.* Sciret enim meliorem se esse omnibus idolis gentium, vt testatur Augustinus lib. 2. de Civit. Dei cap. 7. & 14.

[s] *Aug. l. 11 de Trinit cap. 15. Vide lib. 2. de Doct. Christ. cap. 28.*

[t] *Laert. lib. 8. de vita Philos.*

Labeo. Cicero.

Augustinus.

Vide Cyprian. lib. de Exhort. Martyr. c. 1.

Sed quid de Aristotele, Platonis auditore, & peripateticæ sectæ principe ac conditore ? Quid vtique putandum est, nisi quod in Evangelio scriptum est, *Non est discipulus super magistrum* ? Vt enim nihil dicam de idolorum cultu, omnibus passim philosophis eius ævi communi,

De Aristotele.

4. *Matth. 10. 24.*

Digitized by Google

muni; certè non ſe cognovit, qui de animæ ſuæ immortalitate dubitavit, & divinam providentiam ad ſuperlunaria coarctauit. Hoc poſtremum de Ariſtotele teſtatur Ambroſius lib. 1. Officior. cap. 13. vtrumque ſimul Gregorius Nazianzenus Orat. 33. propè finem: vbi theologum Chriſtianum diſputandi avidum monet, ne Eccleſiaſticorum patrum ſententias impugnet, ſed Philoſophorum potiùs commẽta refutet: 'Pythagoræ ſilentium (inquit) & fabas illas Orphicas inſectare, recentemque horum verborum arrogantiam, Ipſe dixit. Platonis Jdeas impete, animorum noſtrorum in alia atque alia migrationes, & circuitiones, & reminiſcentias, ac denique non pulchros amores per pulchra corpora in animum ſubeuntes. Epicuri impium numinis contemptum, & atomos, atque alienam Philoſopho voluptatem exagita. Ariſtotelis præparcam & anguſtis finibus circumſcriptam providentiam, & artificium, mortales de anima ſermones, atque humana dogmata confuta'. Vbi Ariſtotelis de Anima ſermones vocat' mortales', quod animæ mortalitatem aſtruant; vt in eum locum monet Bilius Scholiaſtes. Eundem errorem Ariſtoteli aſcribit Gazeus in Theophraſto ſub initium, & Nemeſius lib. de Natura hominis cap. 2. & Gregorius Nyſſenus Dialogo de Anima & reſurrect. & Theodoretus lib. 5. Græc. Affect. ante medium, dicens: 'Democritus, Epicurus, & Ariſtoteles, animam corruptibilem eſſe, liberè aſſeruerunt'. Idipſum de Ariſtotele Iuſtinus martyr affirmat in Exhortat. ad gentes, ante medium, his verbis: 'Plato clamat, omnem animam eſſe immortalem: Ariſtoteles entelechiam eam nominans, non immortalem cenſet, ſed mortalem'. Tertullianus Ariſtotelem annumerat patriarchis hæreticorum circa animam errantiũ: [v] 'Utinam (inquit) nullas hæreſes oportuiſſet exiſtere, vt probabiles quique emicarent: nihil omninò cum Philoſophis ſuper anima quoque experiremur, patriarchis, vt ita dixerim, hæreticorum'. Et mox inferius variorum hæreticorum ſuper anima errores à Philoſophis derivatos recenſens: 'Alij (ſubdit) immortalem negant animã, alij pluſquam immortalem affirmant: alij de ſubſtantia, alij de forma, alij de vnaquaque diſpoſitione diſceptant: Hi ſtatum eius aliunde ducunt, hi exitum aliorſum abducunt; provt aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Ariſtotelis tenor, aut Epicuri ſtupor, aut Heracliti mœror, aut Empedoclis furor perſuaſerunt'. Idem cum præcedentibus de Ariſtotele ſentit Plutarchus lib. 5. de Placit. cap. 1. & Alex. Aphrod. lib. 3. de Anima: cui ibidem ex ſcholaſticis conſonat Caïetanus, cum Pomponat. lib. de Immortalitate animæ, & Cano lib. 12. de Locis cap. 14. Qui & ſuperius lib. 10. cap. 5. oſtenderat, Ariſtotelem negaſſe divinam providentiam: qua vtique ſublatâ immortalitatem animæ tolli neceſſe eſt; vt ex Chryſoſtomo Homil. 4. de Providentia vel fato, idem Canus comprobat dicto lib. 12. cap. 14. His addi poſſunt ſcholaſtici qui cenſent, Ariſtotelem de animæ immortalitate fuiſſe ſaltem ancipitem: vt Hervæus in 2. diſt. 1. q. 1. &

Ambroſius. Vide Epiph. tom. 2. adverſus hæreſes cap. vlt. ante medium. & Theodoret lib. 5. Hæretic. fabul. c. 10. & Clem. Alex. lib. 5. Strom. poſt medium.

Nazianzenus.

Gazeus. Nemeſius. Nyſſenus.

Theodoretus.

Iuſtinus.

[v] *Tertull. lib. de Anima c. 3.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Plutarchus. Alex. Aphrod. Caietanus. Pomponatius. Canus.

Chryſoſt.

Hervæus.

Scotus. Quodlib. 1. q. 11. & Scotus in 4. dist. 43. q. 2. Sive enim Aristoteles immortalitatem animæ sine hæsitatione negaverit, sive de eadem anceps dubitaverit; proculdubio consequens est quod seipsum non cognoverit. Cuius rei novum suppeditat argumentum Laërtius in *Aristippus.* , eius vita, vbi ex Aristippo historico memorat, 'Aristotelem Herpmiæ concubinam adamasse, eamque sibi permissam duxisse, & gaudio elatum mulieri immolasse, vt Athenienses Eleusinæ Cereri'. Refert ibidem Laertius Aristotelis testamentum, quo inter alia legata testator reliquit 'Animalia lapidea cubitorum quatuor Iovi servatori, ac Minervæ servatrici in Stagyris'. Sanè si Aristoteles semetipsum cognovisset, nunquam vili scorto hostias immolasset, nunquam Iovis ac Minervæ simulacra coluisset. Sed fortè sub exitum vitæ ad *Evasiopraeluſa.* se rediit, & prudentior factus seipsum cognovit? Quis hoc credat, præsertim si verum est quod de eo apud Laertium refert Eumolus, 'Aconitum bibens mortuus est septuagesimo ætatis anno'? Certè si seipsum moriturus cognovisset, nunquam tædio vitæ seipsum occidisset. Non desunt qui eum præcipitio in Euripum periisse perhibe- *Vide Rhodiginum l. 29. c. 8.* ant, hâc indignantis voce præmissâ: 'Quandoquidem Aristoteles non cepit Euripum, Euripus capiet Aristotelem'. Hùc, post Iustinum in Exhortatorio ad gentes, alluſit Nazianzenus Orat. 3. quæ est Invectiva prior in apostatam Iulianum: vbi Iuliani vanitatem, Homerum & Aristotelem cum similibus alijs ethnicis depredicantis, irridens: 'Laudas (inquit) in Homero discendi amorem circa Arcadicam quæstionem; & in Aristotele Philosophiam, & diutinam moram ad reciprocos Euripi æstus: quibus vterque occubuit'. Talis certè occubitus potiùs est furentis, quàm seipsum probè noscentis. Nihilo itaq; gnarior sui evasit Aristoteles præcessoribus suis Platone *w Lactant. lib. 3. cap. 17.* & Socrate, quos Lactantius w 'velut reges Philosophorum habitos fuisse' testatur. Et quid dico reges, cùm constet Platonem ob eruditionis præcellentiam à posteris apellatum fuisse x 'divinum', Aristotelem verò ipsius comparatione 'dæmonium'? Hic porrò 'dæmonius' vix è schola 'divini' emancipatus, opiniones magistri sui palàm improbavit. Vnde est illa Platonis de eo apud Laertium quærimonia, *x Rhodig. lib. 2. cap. 2.* 'Aristoteles in nos recalcitrat, vt in matrem pullus'. Provectior factus, mulierculæ sacrificavit: ad extremum votiva donaria idolis legavit, & impatientiâ victus mortem sibi acceleravit: z 'Aristoteles (ait Iustinus martyr) ac si diligentius Platone scrutatus esset cœlestia, non, vt ille, in ignea substantia Deum esse dicit, nec ei suffragatur: sed in quinto elemento, ætheris simili, eum esse pronuntiat; & hoc credi eloquentiæ suæ postulat, qui ne Euripi quidem Chalcidensis naturam pernoscere valuit; & id ignominiosum ratus, præpudore tędioq; è vita emigravit'. *y Laertius lib. 5. de Vita philoſoph. in Aristotele.* *z Iuſtinus Exhort. ad gentes.*

Vetustiores philosophis, sed non sui gnariores fuêre illi famosi Græciæ sapientes, Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus; a 'Quibus (teste Laertio) annumerant plerique Anacharsim 5. *De 7. sapientibus.* *a Laert. lib. 1. Vit. Phil. in Prologo.*

, ſim Scytham, Miſonem Cheneum, Pherecydem Syrum, Epimeni- *Vide Clemen-*
, dem Cretenſem'. Et quidem ex dictis de Socrate apparet horum *tem Alex. lib. 1.*
omnium inſcitia circa ſeipſos. Nam vt ex Auguſtino §. 2. retulimus, *Strom. ante*
, 'Socrates primus vniverſam philoſophiam ad corrigendos compo- *medium.*
, nendoſque mores flexiſſe memoratur, cum ante illum omnes magis
, phyſicis, id eſt, naturalibus rebus perſcrutandis operam maximam
, impenderint'. Atque vt ex vno Thalete, horum omnium primo ac
celeberrimo, de reliquis iudicium formari valeat, obſervatu dignum
, eſt illud eiuſdem Auguſtini: [b] 'Thales, vt ſucceſſores propagaret, *b Aug. lib. 8.*
, rerum naturam ſcrutatus, ſuaſque diſputationes litteris mandans, *de Civit. c. 2.*
, eminuit: maximèque admirabilis extitit, quod aſtrologiæ numeris
, comprehenſis, defectus ſolis & lunæ prædicere potuit'. Non ait, ſe-
, ipſum ſcrutatus; ſed, 'rerum naturam ſcrutatus'. Adeò enim inten-
tus contemplationi ſyderum fuiſſe perhibetur, vt iuxta ſe poſita pedi-
, buſque ſubiecta non intueretur: [c] 'Fertur (ait de eo Laertius) cùm *c Laert. lib. 1.*
, domo exiret contemplandorum ſyderum causâ, in ſubiectam foſſam *Vit. Phil. in*
, incidiſſe: petulantiq, probro dictum ei ab anu domeſtica fuiſſe: Quâ *Thalete.*
, ratione, ô Thales, quæ in cœlis ſunt comprehenſurum te arbitraris,
, qui ea quæ ſunt ante oculos videre non vales'. Sic nimirum etiam à
mundi inſipientibus derideri merentur, qui per axes cœli & vias ſy-
, derum extravagantur: [d] 'Curioſi eſſe prohibemur (inquit Augu- *d Aug. lib. de*
, ſtinus) quod magnum temperantiæ munus eſt. Hinc illud eſt: *Ca-* *Moribus Eccle-*
Coloſſ. 2. 8. , *vete ne quis vos ſeducat per philoſophiam.* Et quia ipſum nomen philo- *ſia cap. 31.*
, ſophiæ ſi conſideretur rem magnam totoque animo appetendam ſi-
, gnificat (ſiquidem philoſophia eſt amor ſtudiumque ſapientiæ) cau-
, tiſſimè Apoſtolus, ne ab amore ſapientiæ deterrere videretur, ſubie-
Ibidem. , cit: *Et elementa huius mundi.* Sunt enim qui deſertis virtutibus, & ne-
, ſcientes quid ſit Deus, & quanta maieſtas ſemper eodem modo ma-
, nentis naturæ, magnum aliquid ſe agere putant, ſi vniverſam iſtam
, corporis molem, quam mundum nuncupamus, curioſiſſimè inten-
, tiſſimèque perquirant. Vnde tanta etiam ſuperbia gignitur, vt in
, ipſo cœlo, de quo ſæpè diſputant, ſibimet habitare videantur'. Ve-
rum quo ſublimius huiuſmodi homines ſuâ curioſitate elevantur, eò
longius à ſe in terra poſitis atque etiam à Deo elongantur. Qua de re
, Auguſtinus in ſuis Confeſſionibus ſic loquitur Deo ſuo: [e] 'Quo- *e Aug. lib. 5.*
Pſal. 137. 6. , niam *magnus es Domine, & humilia reſpicis, excelſa autem à longè cogno-* *Confeſſ. cap. 3.*
, *cis*: non propinquas niſi obtritis corde, nec inveniris à ſuperbis, nec
, ſi illi curioſâ peritiâ numerent ſtellas & arenam, & dimetiantur ſy-
, dereas plagas, & veſtigent vias aſtrorum. Mente enim ſuâ quærunt
, iſta, & ingenio quod tu dediſti eis: & multa invenerunt, & prænun-
, tiaverunt ante multos annos defectus luminarium ſolis & lunæ, quo
, die, quâ horâ, quanta ex parte futuri ſint; & non eos fefellit nume-
, rus, & ita factum eſt vt prænunciaverunt: & ſcripſerunt regulas in-
, dagatas, & leguntur hodie, atque ex eis prænuntiatur quo anno, &
, quo menſe anni, & quo die menſis, & quâ horâ diei, & quotâ parte
luminis,

, luminis ſui defectura ſit luna vel ſol ; & ita fit vt prænuntiatur : & , mirantur hæc homines, & ſtupent qui neſciunt ea, & exultant atque , extolluntur qui ſciunt : & per impiam ſuperbiam recedentes & de- , ficientes à lumine tuo, tantò ante ſolis defectum futurum prævi- , dent, & in præſentia ſuum non vident'. Poſtremis hiſce verbis Tha- letem Auguſtinus ſugillat, qui ſubiacentem pedibus hiatum non vi- dit, deliquium tamen ſolis in cœlo futurum prævidit. Meminit hu- *Euſebius.* ius prævi ſionis Euſebius in Chronico ad Olymp. 48. & antè eum *Clemens Alex.* Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. citans Eudemium & Herodo- *Eudemius.* tum. Neque verò ſoli Eccleſiæ patres, ſed ethnicorum etiam philo- *Herodotus.* ſophorum primores curioſitatem huiuſmodi magnopere irriſerunt. *Xenophon.* Xenophon apud Cyrillum Alex. lib. 5. contra Iulianum verſus finem, *Socrates.* , loquens de Socrate : ' Non de vniverſi natura (inquit) aut de alijs, , vt plerique, diſſerebat, quærens quomodò ſe habeat ille quem mũ- , dum ſophiſtæ dicunt, & quâ neceſſitate rerum cœleſtium ſingulæ , fiant : ſed qui talia curioſius ſcrutantur, ſtultos aſſerebat'. Stulti igitur ex Socratis ſententia fuêre Græciæ ſapientes ipſo Socrate anti- *Auguſtinus.* quiores : qui vtique omnes, vt ex Auguſtino hìc ſuprà memoravi- , mus, naturalibus rebus perſcrutandis operam maximam impende- *Cyril. Alex.* , runt'. Exclamat porrò Cyrillus loco iam citato : 'Quid ad hæc , reſponſuri ſunt ſublimium rerum indagatores, qui cum terrena ne- , ſciant, anxiè ſcrutantur cœleſtia ? Non laudabimus Socratem, qui , hac in re furentibus eos comparat' ? Iuſtâ ſanè ratione furentibus ij comparantur, non ſolùm ob illud quod Socratem movit, ſed ob alia etiam quæ ille non improbavit : vt ob cultum idolis exhibitum ; de quo fidem abundè faciunt quæ de tripode Delphos tranſmiſſo, & Apollini dicato, retulimus cap. 1. §. 5. Vnde hìc recolenda ſunt illa *Rich. Victor.* , Richardi Victorini verba ſuperiùs recitata : ' Si ſeipſos plenè cog- *De Poëtis & Oratoribus.* , noviſſent, nunquàm idola coluiſſent'. De Poëtis & Oratoribus ſu- perfluum foret hìc aliquid adijcere ; cùm conſtet, eos philoſophis pa- res fuiſſe, vel ſceleratiores : vt patet ex duobus ipſorum reſpectivè co- ryphæis, Orpheo & Cicerone : ex quibus quid de reliquis ſentien- *Orpheus.* dum ſit apparebit. De priori illud ſufficit, quod de eo apud Rho- *Rhodiginus.* , diginum lib. 16. cap. 9. cecinit Ovidius : ' Ille etiam Thracum po- *Ovidius.* , pulis fuit author, amorem in teneros transferre mares'. Vnde iuſto Dei iudicio, à mulieribus diſcerptus interijt, vt refert idem Rhodigi- nus lib. 18. cap. 23. Non igitur naturam ille ſuam cognovit, qui ne- *Cicero.* fando contra naturam ſcelere ſe polluit. De Cicerone ſatis ſit cum *Auguſtinus.* Auguſtino lib. 5. de Civit. c. 9. dicere, eum fuiſſe atheum, vel atheiſ- *§. Clem. Alex. l. 3. Padagog. c. 1.* mo propinquum. Vnde fit conſequens, vt ſeipſum non noverit : nam , vt Clemens Alex. ait, § ' Si quis ſeipſum norit, Deum cognoſcit'.

De ſalute ethnicorum. Ex prædictis ſequitur immeritò dubitaſſe Catharinum in illa ver- 6.
Catharinus. ba Apoſtoli Rom. 1. *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*, an Pla- *Rom. 1. 22.*
Pererius. to & Socrates æternam adepti ſint ſalutem. Temerè etiam Eraſmum
Eraſmus. apud Pererium diſput. 18. in cap. 1. epiſt. ad Rom. hanc vocem emi- ſiſſe:

Digitized by Google

, fisse : ' Vix me contineo quin dicam, Sancte Socrates ora pro me'. Mirum sanè est, ethnicos philosophos à Christianis canonizari, quos alieni à Christo agnoscunt damnatos. Supponit hoc vltimum Tertullianus in Apologetico, redarguens inde gentes, quod Saturnum & Iovem cum similibus criminosis cœlo donent, præclariores autem vi-
, ros inferis addicant : [f] ' Deos facitis criminosissimos quosque (ait
, ille) vt placeatis Dijs vestris : illorum est honor consecratio coæqua-
, lium. Sed vt omittam huius indignitatis retractatum, probi, & inte-
, gri, & boni fuerint : quot tamen potiores viros apud inferos reliqui-
, stis : aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia
, Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de fœlicitate Policra-
, tem, de eloquentia Demosthenē? Quis ex illis Diis vestris gravior &
, sapientior Catone, iustior & militarior Scipione? Quis sublimior
, Pompeio, fœlicior Sylla, copiosior Crasso, eloquentior Tullio?
, Quantò dignius istos Deos ille assumendos expectasset. Præscius vti-
, que potiorum properavit, opinor, & cœlum semel clausit : & nunc
, vtique melioribus apud inferos mussitantibus erubescit'. Videri possunt in hunc Tertulliani locum Notę Pamelij, quibus Erasmus nominatim redarguitur. Videri præterea potest Theophilus Raynaudus in Theologia naturali dist. 5. q. 1. ar. 8. n. 157. post Pererium loco hìc suprà indicato. Ethnicorum itaque iudicio Socrates apud inferos mussitat, quàmvis aliqui eo sceleratiores apud superos regnent. Quisque certè Christianus Socratem inferno mancipabit, qui relata de eo superiùs §. 2. expenderit. Quibus & illud ex Aristotele hìc adiungimus : [g] ' De paucis admodum determinavit Socrates ; vt de
, mulierum & natorum communitate' &c. Quam magistri determinationem discipulus Plato comprobavit, vt refert Lactantius lib. 3. cap. 20. innuitque Hieronymus adversus Jovinianum, cùm ait:
, [h] ' Scotorum natio vxores proprias non habet ; & quasi Platonis
, politiam legerit, & Catonis sectetur exemplum, nulla apud eos
, coniunx propria est ; sed vt cuique libitum fuerit, pecudum more
, lasciviunt'. Pecudum vtique, non quorumlibet, sed canum; vt tradit Lactantius proximè citatus : qui cum ex Platone illud commemorasset, ' Matrimonia communia esse debebunt', mox subiecit : ' Scilicet vt ad eandem mulierem multi viri, tanquam canes confluant'. Bestialem hanc legem non solùm verbo Socrates condidit, verumetiam exemplo firmavit, vt §. 2. ex Tertulliano commemoratum est. Dignus proinde, qui eodem cum Iove & Venere, cæteriscq; scortatoribus, ac scortationum institutoribus, ergastulo recludatur. Vbi & Platonem nactus est socium, qui caninam legem à malo magistro conditam non melior ipse discipulus restauravit. Qui verò Platonem canonizare non verentur, audiant quid de eo scribat Hieronymus, ex-
, tremi iudicij diem commemorans : [i] ' Iudicaturo Domino lugu-
, brè mundus immugiet : tribus ad tribum pectora ferient : potentis-
, simi quondam reges nudo latere palpitabunt : exhibebitur cum

[f] *Tertull. in Apolog. c. 11. Vide Aug. lib. 2. de Civit. c. 14.*

Pamelius. Raynaudus.

[g] *Aristot. l. 2. Polit. cap. 4.*

[h] *Hieron. l. 2. contra Iovin. cap. 6.*

[i] *Hieron epist. 1. ad Heliod. in fine.*

Digitized by Google

* Forte Venere.

, prole sua * verè tunc ignitus Juppiter: adducetur & cum suis stultus , Plato discipulis : Aristotelis argumenta non proderunt'. Uocetur licet Plato à Labeone 'Semideus', à Cicerone 'Philosophorum penè Deus', ab alijs 'Divinus' : Hieronymo 'stultus' est. Et quamvis eum alibi dixerit [k] 'prudentissimum', cautè tamen addidit restrictionem, 'Philosophorum'. Quo additamento satis dedit intelligi, de ea se prudentia fuisse locutum, De qua ait Dominus : *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo* : de qua item Apostolus præco Domini ait : *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Nec audiendi sunt qui censent, Platonem ex inferis à Christo fuisse ereptum, quando *his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit.* Nam per carcerem ibi nõ intelligitur infernus damnatorum, sed lymbus patrum, vel carcer purgatorius. Præterea cùm Hieronymus iam citatus ad Heliodorum, de extremi iudicij tempore loquatur, apertè insinuat, ne tunc quidem Platonem ignes inferni evasurum. Idipsum & Augustinus non obscurè indicat, cùm Platonem cuilibet Christiano postponendum censet: [l] 'Nos (inquit) Platonem, nec Deum, nec , semideum perhibemus : nec vlli sancto angelo summi Dei, nec veri- , dico prophetæ, nec Apostolo alicui , nec cuilibet Christi martyri, , nec cuiquam christiano homini comparamus'. Sed quid de Aristo- , tele, qui dictus est 'dæmonius' ? Respondet Augustinus : [m] 'Apud , inferos contremiscit'. Innuit hoc ipsum Hieronymus præcitatus, , cum ait : 'Aristotelis argumenta non proderunt' : vtique nec sibi, nec suis discipulis. Videatur hac de re Hadrianus Cardinalis lib. 4. de Vera Philosophia cap. 8. & 9. vniversos gentium sophos æternis supplicijs addicens. Quæ addictio consentanea est principijs Augustini, incunctanter negantis, vllum omninò hominem post lapsum primi Adam evasisse damnationem absque fide secundi Adam, de quo scriptum est : *Non est in alio aliquo salus : nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.*

[k] *Hieron. lib. 3. contra Pelag. cap. 2.*

Vide Hieron. Columbam lib. 2. Hierarchiæ Angelicæ cap. 8.

[l] *Aug. lib. 2. de Civit. c. 14.*

[m] *Aug. in Psal. 140. Vers. 6.*

Hadrian. Card.

1. Cor. 1. 19.

1. Cor. 3. 19.

1. Pet. 3. 19.

Act. 4. 12.

CAPVT IV.

Ignorationis sui origo in Philosophis disquiritur. Reciproca ignorationis sui & ignorationis Dei in invicē causalitas astruitur. Triplex Philosophis inolita libido, sentiendi, sciendi, excellendi. Harum qualibet in ignorationem sui influit : potissimum verò secunda, quæ curiositas nominatur.

SVpereſt indagandum, vndenam Philosophis ignoratio sui tantopere exitialis irrepserit. Parum etenim prodest scire eos ægrotasse, nisi ægritudinis fons & origo detegatur; non vt foveatur, sed vt caveatur, & si inest amoveatur. Non desunt, qui fontem ignorationis sui in Philosophis statuant ignorationem Dei. Innuit hoc Paulinus in Epistola ad Iovium, monens eum in superna penetralia intendere, vt

I.

Digitized by Google

, re, vt ſuipſius gnarus poſſit evadere : [n] ' Ingenij tui facultates (in- , ſquit) & omnes mentis ac linguæ opes Deo dedica, *immolans ei*, ſicut , criptum eſt, *ſacrificium laudis*, ore facundo, & corde devoto. Illicò , vt ad ſuperna penetralia aciẽ mentis intenderis, aperiet ad te faciem , ſuam veritas, teque ipſum reſerabit tibi. Nam divinæ veritatis ag- , nitu, id quoq; vt *Noſmetipſos noverimus*, aſſequimur. Vnde enim , putas tantam miſeris mortalibus vel ſuperbiæ vel ignaviæ perverſi- , tatem inoleviſſe, vt non colentes Deum, dæmonijs aut elementis ſub- , ditis ſibi ſerviant, aquas, ignem, ſydera, arbores, & ſimulachra ve- , nerantes, cum impijſſima divinæ maieſtatis iniuria : cuius nomine , ſive dæmonas ſive creaturas colant, ſervos honorant ? Pro quo ijs , tenebris cæcari merentur, vt quia Deum verum intelligere nolunt, , etiam ſui ignoratione feriantur; qua liberatur homo illuminatus fi- , de, vt ordinem atque menſuram ſui generis intelligens, Deo tan- , tùm, cuius vnitas ineffabili Trinitate cenſetur, ſe eſſe ſubiectum ; cæ- , teris verò omnibus creaturis, ſi rationales ſunt, parem, ſin verò cor- , poreæ, ſuperiorem eſſe cognoſcat. Quâ mediocritate homo tempe- , ratus, neque à ſalutis ſorte delabitur, neque à dignitate naturæ; , fitq; conſcius veritatis, compos ſapientiæ, ſervus iuſtitiæ, liber er- , roris, dominuſq; vitiorum, quibus anima non Deo ſerviens ſervire , damnatur : quæ deinde, vt proprij ſtatus exul, per omnes cogitatio- , num ſuarum, aut alienarum opinionum devias vias ſpargitur, per , philoſophos vaga, ac per ariolos curioſa ; ſuperſtitioni religioſa, re- , ligioni profana, ſpem inter ac metum ſemper ambiguis affectionibus , pendens. Hinc omni vento cuiuſlibet doctrinæ circumlata, quia , divini timoris vacua, ſapientiæ caput non habet, quaſi carens ſenſi- , bus, vnde intellectum rerum trahat, vbi ſententiam ſtatuat ignara; , cùm ſe fruſtrà, omnibus cœlo terraq; regionibus pervagata, cogita- , tione diſtraxerit, in creaturis conſpicuis, & in nominibus vacuis , Caſuum atque Fatorum, vim vniverſam quâ mundus agitur, con- , ſtituit; tam falſi praviq; tenax, quam neſcia veri'. Ex quibus Pau- lini verbis bifariàm ratiocinari licebit, directè videlicet & indirectè: , directè quidem ex eo quod dicitur, ' Iis tenebris cæcari merentur, vt , quia Deum verũ intelligere nolunt, etiã ſui ignoratione feriantur'. Quo apertè indicatur, quod ignoratio Dei ſit cauſa demeritoria igno- , rationis ſui. Indirectè verò ex anterioribus illis verbis : ' Illicò vt , ad ſuperna penetralia aciem mentis intenderis, aperiet ad te faciem , ſuam veritas, teq; ipſum reſerabit tibi' : item ex illis proximè con- , ſequentibus : ' Divinæ veritatis agnitu, id quoq; vt noſmetipſos , noverimus aſſequimur'. Quibus palàm aſſeritur quod notitia Dei progignat in homine notitiam ſui : ex conſequente autem innuitur quod neſcientia Dei pariat in neſciente neſcientiam ſui : vbi enim af- firmatio eſt cauſa affirmationis, etiam negatio eſt cauſa negationis. Confirmatur ſententia hæc familiari exemplo ex oculis humani cor- poris deſumpto; qui vtique ſeipſos intueri nequeunt, niſi per ſpeciem

Pſal. 49. 14.

[n] *Paulin. Epiſt. 38. ad Iovium.*

à ſpeculo reflexam. Idem ergò erit de oculis mentis comparatione Dei tanquàm ſui prototypi. Quæ conſequentia ne infirma cuipiam appareat, antiſtitis Nyſſeni teſtimonio roboranda eſt: [o] 'Quod naturâ (ait ille) corporeis oculis datum eſt, vt cum reliqua videant, ſe ipſi nequeant intueri; idem animo contingit, vt cùm cætera omnia exploret, & quæ extra ſe ſunt diligenter inquirat & perveſtiget, ſe ipſe videre non poſſit. Itaq, hac in re animus oculos imitetur: ac quemadmodum illi cùm à natura non habeant eam facultatem, vt ſemetipſos in ſe convertentes aſpiciant, ſpeciem ac formam proprij orbis in ſpeculo conſpicati, per imaginem illam ſeſe conſpiciunt: ſic etiam ipſe ad propriam imaginem ſe convertat, & quod in exemplari ad cuius ſimilitudinem factus eſt viderit, idipſum vt proprium contempletur & ſuum'. Et pauculis interpoſitis, quibus Deum non tam eſſe imaginem, quàm prototypum animi humani inculcat, adiungit: 'Itaq; tum verè ſe ipſe perſpicit animus, cum exemplar intuetur ſui'.

o *Greg. Nyſſ. Orat. de non lugendis in fide defunctis.*

Vide Dionyſ. Areop. de Eccleſ. Hierarch. c. 2.

Sunt tamen è contrario rationes non ſpernendæ, quibus ignoratio ſui probatur cauſa potiùs eſſe quàm effectus ignorationis Dei. Nam inprimis retorquendo argumentum præallegatum, ſi vbi affirmatio eſt cauſa affirmationis negatio eſt cauſa negationis, longè verius apparet ignorationem Dei dimanare ex ignoratione ſui, quam è contrario; ſiquidem longè verius eſt, cognitionem Dei in homine progigni ex cognitione ſui, quàm è converſo: [p] 'Prius diſcat homo (inquit Richardus Victorinus) cognoſcere inviſibilia ſua, quàm præſumat poſſe apprehendere inviſibilia divina. Prius eſt vt cognoſcas inviſibilia ſpiritus tui, quàm poſſis eſſe idoneus ad cognoſcendum inviſibilia Dei. Alioquin ſi non potes cognoſcere te, quâ fronte præſumis apprehendere ea quæ ſunt ſupra te? Præcipuũ & principale ſpeculum ad videndum Deum, animus rationalis abſque dubio invenit ſeipſum. Si enim *inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*, vbi quæſo quam in eius imagine cognitionis veſtigia expreſſiùs impreſſa reperiuntur? Hominem ſecundum animàm ad Dei ſimilitudinem factum legimus & credimus: & idcircò quamdiu per fidem & non per ſpeciem ambulamus, quamdiu adhuc per ſpeculum in ænigmate videmus, ad eius (vt ita dixerim) imaginariam viſionem aptius ſpeculum quàm ſpiritum rationalem invenire non poſſumus'. Nec minus dilucidè Hugo Victorinus eundem cognoſcendi progreſſum aſtruit in Didaſcalicis, cùm ait: [q] 'Janua contemplationis homini aperitur, quando ipſe ſuâ ſe ratione ducente ad ſe cognoſcendum ingreditur. Ingreſſo autem via vſque ad finem currenda reſtat: vt ſcilicet quiſq, ex conſideratione propria ad agnitionem creatoris ſui perveniat'. Victorinis hac in parte conſentit Bernardus eorum contemporaneus, cum ait homini: [r] 'Gradus erit ad cognitionem Dei cognitio tui: & ex imagine ſua quæ in te renovatur, ipſe videbitur'. Eodem ſpectat & illud Auguſtini votum

2.

Rom. 1. 20

p *Rich. Vict. in Benjamin. min c. 71. & 72. Vide Hug. Victor. lib. 3. de Anima c. 6. & Bern. lib. de interiori domo c. 12. & 13. & Anſelmum in Monologio cap. 64. & 65. & Rich. Vict. in Beniamin maior l. 3. c. 3. & Greg. Nyſſ. Homil. 3 in Cantica ſub initium.*

q *Hug. Vict. l. 7. Didaſc. cap. 17. Vide eundẽ in Prologo l. 1. de Anima & Bern. in Medit. c. 1. & Rich. Vict. in Beniamin min. c. 83.*

r *Bern. ſerm. 36 ſuper Cantica.*

Digitized by Google

, tum ad Deum : [s] ' Noverim me, noverim te'. Et illud item Cle-
, mentis Alexandrini capite præcedente §. 5. in fine citatum, ' Si quis
, ſeipſum norit, Deum cognoſcit'. Quam ſententiam verbatim tran-
ſcripſit & ſuam fecit Agapetus diaconus in ſuis Parẽneticis Iuſtinia-
no Imperatori dicatis, capitulo 3. Quibus conſona ſunt quæ ſcribit
Baſilius Homiliâ in illud Moyſis, *Attende tibi ipſi*, paulò ante finem:
, ' Exacta (ait ille) ac diligens tuiipſius conſideratio viam tibi præ-
, ſtruet ſufficientem prorſus & idoneam ad cognitionem Dei. Si e-
, nim attenderis tibiipſi, omnium quæ ſunt nullo apparatu opus fue-
, rit, quo adiutus velut per veſtigia agnoſcas tuum conditorem. In
, teipſo etenim tanquàm mundo quodam diſtinctè adornato, licet
, exiguo, contemplari licebit eximiam conditoris tui & incomparabi-
, lem ſapientiam'. Et rurſus in finalibus eiuſdem homiliæ verbis:
, 'Attende itaq́, tibi, vt attendas Deo'. Eandem ſententiam tenet
Papa Gregorius Homil. 17. in Ezech. paulò ante medium, ſic ſcribẽs:
, ' Sæpè volumus omnipotentis Dei naturam inviſibilem conſiderare,
, ſed nequaquam valemus; atq́; ipſis difficultatibus fatigata anima ad
, ſemetipſam redit, ſibiq́; de ſeipſa gradus aſcenſionum facit; vt pri-
, mùm ſemetipſam, ſi valet, conſideret; & tunc illam naturam quæ
, ſuper ipſam eſt, in quantum potuerit, inveſtiget'. Et lib. 5. Moral.
, cap. 25.' Magnum valdè eſt (inquit) ſi ad cognitionem ſuam, re-
, preſsa corporali ſpecie, anima perducatur; vt ſemetipſam ſine cor-
, porea imagine cogitet; & cogitando ſe, viam ſibi vſque ad conſide-
, randam æternitatis ſubſtantiam paret. Hoc autem modo quaſi quã-
, dam ſcalam ſibi exhibet ſemetipſam, per quam ab exterioribus aſ-
, cendendo in ſe tranſeat, & à ſe in authorem tendat'. Eòdem ſpectat
, & illud Lactantij cap. 3. §. 1. in fine relatum: ' Hæc pravitatis eſt
, cauſa, ignoratio ſui: quam ſi quis cognitâ veritate diſcuſſerit, ſciet
, vtique quò referenda, & quemadmodùm ſibi vita degenda ſit'. Vbi
'pravitatis' nomine vanam hominum ſuperſtitionem ex Dei veri ig-
noratione provenientem intelligit, cuius primam originem aſſignat
ignorationem ſui; quam ſi quis notitiam ſui nactus diſpulerit, Dei veri
gnarus evadet: ac ſic cognoſcet finem ſuum vltimum, in quem vita hu-
mana vniverſè referenda eſt. Quod planiùs adhuc perhibet lib. 2. cap.
1. vbi atheiſmi & politheiſmi occaſionem fuiſſe aſſerit, quod homi-
, nis rationem homines ignorarent: ' Ignorant (inquit) quæ ſit
, hominis ratio; quam ſi tenere vellent, inprimis Deum ſuum cog-
, noſcerent, virtutem iuſtitiamq́ue ſequerentur, terrenis figmentis
, animas ſuas non ſubſternerent'.

3. Non admodùm difficilè eſt prætactas ſententias, in ſpeciem licèt diſſidentes, invicem conciliare; & cuilibet earum ſine alterius præiu-
, dicio intentum ſuum reſpectivè dare: [t] ' Dùm animus humanus
, (ait quidam harum rerum apprimè peritus) Deum ſuum glorificat,
, ſenſus eius ad ſemetipſum redit: quia dùm ad illud divinitatis lumẽ
, oculos aperit & vehementer intendit, infirmitatis ſuæ tenebras ple-

[s] *Aug. lib. 2. Soliloq. c. 1 Vide l. 2. de Ordine c. 18. & Hug. Vict. lib. 3. de Anima cap. 43. Agapetus. Baſilius.*

Gregorius.

Lactantius.

[t] *Rich. Vict. li. 2. de Etud. hominis interni. cap. 47.*

, nius agnoſcit : *Accedite ad eum* (inquit) *& illuminamini.* Quid mirum , ſi accedendo ad lumen illuminamur ? Quid mirum ſi ex lumine lu- , men accenditur ? *Et in lumine* (inquit) *tuo videbimus lumen.* Lumen vi- , detur in lumine, quando ex cognitione & operatione claritatis divi- , næ plenius illuminatur animus ad cognitionem infirmitatis huma- , næ. Solet namq; hæc gemina cognitio alterna ſibi incrementa mini- , ſtrare, & vtraque profectò ex alterutra creſcere. Nam & ex cogni- , tione Dei proficit animus ad cognitionem ſui, & eodem vtique mo- , do ex multa cognitione ſui creſcit ad cognitionem Dei'. Notitia ita- que ſui , & notitia Dei, reciprocum in invicem habent influxum; non ſecus ac luminaria iuxta ſe conſtituta. Neque verò hoc inſolitum eſt etiam in naturalibus, vt patet in ſcientijs & intellectibus principiorũ, mutuò ſe colluſtrantibus in demonſtrationibus circularibus. In materia etiam fidei, ſcriptura & traditio reciprocum ſibi invicem præbent munimen : quibus & Eccleſiæ ſe intermiſcet authoritas, fulgorem communicans, & viciſſim participans. Nihil enim vetat principia ſibi invicem eſſe principia, non in fieri tantùm , aut eſſe ; ſed etiam in cognoſci. Verum quia præallegatum Victorini teſtimonium non tam de inchoamento quam de incremento notitiarum reſpectivè intelligendum videtur, reſtat nunc inquirendum , vtra è duabus inchoatione prior ſit, & vtra poſterior. Loquendo de conſentaneo humanæ naturæ modo noſcendi, inchoatione prior videtur notitia ſui, quam notitia Dei. Naturale etenim eſt humanæ intelligentiæ ab imperfectioribus & corporalioribus ad perfectiora & ſpiritualiora gradatim conſcendere : atq; adeò à creaturis ad creatorem procedere. Hinc idem Victorinus alibi monet hominem , vt aſcendat ad cor altum, id eſt, ſua intima ſcrutetur , priuſquam illa velit apprehendere , quæ ſunt ſupra ſenſum humanum : [v] Aſcendat (inquit) per ſe- , metipſum ſupra ſemetipſum : per cognitionem ſui, ad cognitionem , Dei. Diſcat priùs homo in Dei imagine , diſcat in eius ſimilitudi- , ne, quid debeat de Deo cogitare'. Quod oculis corporis eſt ſol viſibilis, hoc oculis mentis eſt Deus fons luminis intelligibilis : & quẽadmodũm non facilè in ſolem quis oculos corporis dirigit , niſi cùm eius imaginem in aqua priùs cernere aſſueverit ; ita non facilè aciem mentis in Deum quis erigit, niſi cum eius imaginem in ſeipſo priùs conſpexerit ; *A magnitudine ſpeciei & creaturæ* , (ait ſapiens) *cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* Et Apoſtolus ad Romanos de mundi ſapientibus : *Quod notum eſt* DEI (inquit) *manifeſtum eſt illis.* Et tanquã rogaretur, vnde iſta manifeſtatio, ſubdit : *Inviſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Si à creatura mũdi corporea , quantò magis ab anima humana ſpiritali & ſupercorporea, imagine creatoris ſui peculiariter inſignita ? Quod argumentum ſuperiùs hìc ponderari à Victorino audivimus. Illud tamen mirum eſt, gentiles philoſophos ex notitia creaturæ corporeæ , ſine intermedia

Dubium.

Deciſio.

[v] *Rich. Vict. in Beniamin. min. cap. 83.*

Vide Ambr. lib. de Bono mortis cap. 11.

Sap. 13. 5.

Rom. 1. 19.

Digitized by Google

, dia notitia ſui tranſilijſſe ad notitiam Dei : [w] 'Interroga mundum , (inquit Auguſtinus) ornatum cœli, fulgorem diſpoſitionemq; ſy- , derum, ſolem diei ſufficientem, lunam noctis ſolatium : interroga , terram fructificantem herbis & lignis, animalibus plenam, homini- , bus exornatam : interroga mare, quantis & qualibus natatilibus ple- , num : interroga aëra, quantis volatilibus viget : interroga omnia; & , vide ſi non ſenſu ſuo tanquàm tibi reſpondent : Deus nos fecit. Hæc , & Philoſophi nobiles quæſierunt, & ex arte artificem cognoverunt'. Uerũ quia nõ per ſemetipſos ſupra ſemetipſos aſcẽderunt, ſed de imis ad ſummum ſine medio tranſilierunt; quantò excelſiùs volaverunt, tantò funeſtiùs deciderunt; vt de eis verificaretur quod poëticè ſcri- , ptum eſt: ' Tolluntur in altum, vt lapſu graviore ruant'. Quid altius Deo? Quid abiectius idolo? *Quod notum eſt Dei* (ait de eis Apoſtolus) *manifeſtum eſt illis*. Et paulò infrà ibidẽ de eiſdem : *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium*. Ecce de quanta ſublimitate, in quantam delapſi ſunt profunditatem ! Ecce quam improficua ſit notitia Dei, per ſaltum acquiſita ſine notitia ſui !

[w] *Aug. ſerm. 55. de Verbis Dom. c. 1. Vide eundem lib. 9. Confeſſ. c. 10. & l. 10. c. 6. & Irenæum l. 2. c. 9. & Antoninum apud Socratem l. 4. c. 23. & Proſp. l. 2. de Vocatione Gent. cap. 4.*

Rom. 1. 19.

Rom. 1. 23.

4. Ex his ſublucere paulatim iam incipit origo ignorationis ſui in Philoſophis. Ea quippè non alia veraciùs aſſignatur, quàm Philoſophis inolitum vitium curioſitatis. Curioſè ſcrutabantur mundi exteriora, negligentes interim ſua interiora : Occupabant ſe in contemplandis operibus creationis, negligentes interim opera reſtaurationis: , [x] 'Opera divina (ait Hugo Victorinus) aliter electi, atque aliter re- , probi penſant. Electi namq; opera reſtaurationis præferunt operi- , bus primæ conditionis, quia illa ad ſervitutem, iſta facta ſunt ad ſa- , lutem : ſed è contrario reprobi plus amant opera conditionis quàm , opera reſtaurationis ; quia præſentem quærunt delectationem, non , futuram fœlicitatem. Philoſophi Gentilium ſuperſtitioſá quàdam , curioſitate, naturas rerum, id eſt, opera conditionis inveſtigando, *in , cogitationibus ſuis evanuerunt* : Philoſophi chriſtianorum opera reſtau- , rationis iugiter meditando, omnem à cogitationibus ſuis vanitatem , repellunt : Electi reſtaurationem ſui conſiderantes igne divini amo- , ris inardeſcunt : reprobi autem pulchritudinem rerum conditarum , perverſè adamantes, amore Dei refrigeſcunt. Reprobi dùm rebus , tranſitorijs cogitationes ſuas immergunt, creatoris ſui obliviſcuntur; , electi autem creatoris ſui obliviſci non poſſunt, de cuius miſericor- , dia ſemper circa ſui reparationem meditantur. Reprobi dùm tem- , poralibus inhiant, cognitionem æternorum perdunt : Electi autem , dùm temporalia Dei beneficia recolunt, ad agnitionem æternorum , proficiunt. Reprobi per viſibilia ab inviſibilibus cadunt, electi au- , tem per viſibilia ad inviſibilia aſcendunt. Sed ſciendum eſt, quod alia , ſunt illa viſibilia de quibus aſcendunt, alia illa per quæ aſcendunt: , De operibus conditionis per opera reſtaurationis ad conditionis & , reſtaurationis authorem aſcendunt'. Fuſius hanc materiam tractat idem

Cauſa ignorationis ſui in Philoſophis.

[x] *Hug. Vict. l. 4. de Arca morali cap. 6.*

Rom. 1. 21.

idem auctor lib. 1. & 2. de Vanitate mundi, & lib. 7. Didasc. cap. 25. & lib. 1. de Sacram. p. 1. cap. 28. vbi discrimen constituens inter profanæ & divinæ scripturæ materiam: 'Quemadmodum (inquit), libri Gentilium opera conditionis investigant & tractant, sic divi-, na eloquia ad opera restaurationis tractanda & cõmendanda maxi-, mè operam dant'. Similia leguntur apud Richardum Victorinum lib. 2. Exceptionum cap. 1. & 6. Curiosè perveſtigarunt Gentium Philosophi, 'vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant, her-, barum vires, animos irasq; ferarum, omne genus fruticum, lapi-, dum quoq;, reptiliumq;'. Sed harum rerum intelligentia neglectui propriæ conditionis coniuncta, non humilitate eos solidavit, sed vanitate inflauit, dicente de eis Apostolo, *Euanuerunt in cogitationibus suis.* Inde est & illud Augustini de ijsdem, [y] 'Eorum propriè vani-, tas morbus est'. Hâc itaque vanitate in sublime evecti, nec vbi subsisterent sustentaculum enacti, in figmenta idolorum prolapsi deciderunt, & tanquàm ad lapides allisi crepuerunt. Ecce in quod præci-, pitium Philones suos egit sapientia mundi, [z] 'Innumeras sese cla-, ram mirata per artes: quòd coniecturis sublimibus abdita quærit, , quòd meminit rectè, sapit acriter, æstimat aptè: quòd studium fan-, di excoluit, quod legibus vrbes instituit, moresq; feros ratione re-, cidit, vt pœnæ metus officio certarit amoris. Iam cum exercetur , numeris, ad sydera cœli per cursus noscenda suos; & scire videtur , defectus solis varios, lunæq; labores: Quam speciosa sibi est? Et , quam vanescit in ipsis? Quæ licet ex primo naturæ habeantur hono-, re, non tamen ad veram possunt perducere vitam. Denique ab his , præceps in multas relligiones decidit: & factis hæsit, factore relicto'. Huc referri possunt nonnulla testimonia superiùs cap. 3. §. 5. recitata: , quibus & illud ex Ambrosio hìc adiungimus: [a] 'Circa elementa , mundi est phalerata magis quàm vera sapientia: vt est Philosophia , omnis, quæ alienа quærit, cùm sua nesciat: scrutatur cœli plagas, , mundi spatia rimatur, quæ sibi prodesse non possunt: Deum igno-, rat, quem solùm deberet inquirere'. Huic curiositati contraria est sanctorum studiositas, quæ spretis inutilibus sola saluti proficua rimatur, dicente eodem Ambrosio Serm. 12. in eundem Psalmum: , 'Non est cura sanctis, axem cœli & elementorum spatia philosophi-, co more numeroq; describere: quid enim hoc prodest saluti? Quia , sancti spiritualibus semper intendunt, & vitæ æternæ profutura vel , cognoscere gestiunt, vel docere'. In quibus verbis notanda est clausula, 'Philosophico more': quæ signanter addita est ad indicandum quod cœlorum elementorumq; descriptio prodesse saluti possit, dum-, modò non Philosophico sed Theologico more spectetur: [b] 'Non , enim frustrà (inquit Augustinus) & inaniter intueri oportet pul-, chritudinem cœli, ordinem syderum, candorem lucis, dierum & no-, ctium vicissitudines, lunæ menstrua curricula, anni quadrifariam , temperationem quadripartitis elementis congruentem, tantam vim seminum;

Rom. 1. 21.

[y] *Aug. lib. de Spir. & litt. cap. 11.*

[z] *Prosp. Carm. de Ingrat. c. 41. & 42.*

[a] *Ambr. serm. 12. in Psal. 118. Vide Hugonem Vict. l. 1. de Vani t. mundi in fine.*

[b] *Aug. l. de vera religione cap. 29. Vide ibidem c. 55.*

Digitized by Google

, ſeminum, ſpecies numeroſq; gignentium, & omnia in ſuo genere
, modum proprium naturamq; ſervantia: in quorum conſideratione
, non vana & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immor-
, talia & ſemper permanentia faciendus'. In hoc porrò gradu facien-
, do, vt Auguſtinus ibidem immediatè ſubiungit, 'Proximum eſt, at-
, tendere quæ iſta ſit natura vitalis, quæ cuncta iſta ſentit: quæ profe-
, ctò, quoniam vitam dat corpori, præſtantior eo ſit neceſſe eſt. Non
, enim qualiſcunque moles, quanquam iſtâ viſibili luce præfulgeat, ſi
, vitâ careat, magni æſtimanda eſt: quælibet namq; viva ſubſtantia
, cuilibet non vivæ ſubſtantiæ, naturæ lege præponitur. Sed quia
, irrationabilia quoq, animantia vivere atque ſentire nemo ambigit,
, illud in animo humano præſtantiſſimum eſt, non quo ſentit ſenſibi-
, lia, ſed quo iudicat de ſenſibilibus'. Hanc præſtantiam humani ani-
mi ſuper rebus ſenſitivis & ſenſibilibus ſi Philoſophi conſideraſſent,
nunquã rebus ſenſitivis aut ſenſibilibus ſuperſtitioſum cultum exhi-
buiſſent, nunquam idolis cervices ſuas inclinaſſent, aut relicto factore
factis adhæſiſſent, ſed per ſeipſos ſupra ſeipſos aſcendere ſategiſſent:
, [c] 'Noli foras ire (ait curioſo cœlorum elementorumq; ſcrutatori
, idem Auguſtinus) in teipſum redi, in interiore homine habitat ve-
, ritas: & ſi tuam naturam mutabilem inveneris, tranſcende & teip-
, ſum. Sed memento cum te tranſcendis, ratiocinantem animam te
, tranſcendere. Illuc ergò tende, vnde ipsũ lumen rationis accenditur'.

c *Aug. lib. de Vera Relig. cap. 29. Vide Rich. Vict. in Beniamin. maiore l. 3. c. 3.*

5. Ab huiuſmodi tranſcenſu de ſub ſeipſis per ſeipſos ſuprà ſeipſos prę-
pediti ſunt Philoſophi inolitâ curioſitate, non torpidâ otioſitate: vſ-
queadeò enim negotioſi & laborioſi extiterunt, vt de eis ab Eccleſia-
ſte dictum intelligatur: ***Labor ſtultorum affliget eos.*** Sed quia laborem
hunc curioſitas inanem reddidit, ſequitur ibidem, ***Neſciunt in vrbem per-
gere.*** Illam vtique vrbem quæ alibi appellatur ***Ciuitas habitaculi.*** Hu-
ius quippè civitatis viam non invenerunt, quia circa exteriora occu-
, pati, per ſeipſos ſuprà ſeipſos tranſcendere neglexerunt: 'Lege Pla-
, tonem (ait in prædictum Eccleſiaſtis locum Hieronymus) Ariſtote-
, lis revolve verſutias, Zenonem & Carneadem diligentiùs intuere;
, & probabis verum eſſe quod dicitur, ***Labor ſtultorum affliget eos.***
, Veritatem quidem illi omni ſtudio quęſierunt, ſed quia non habue-
, runt ducem prævium itineris, & humanis ſenſibus rati ſunt ſe com-
, prehendere poſſe ſapientiam, ad civitatem minimè pervenerunt de
, qua in Pſalmo dicitur: ***Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum diſſipa-
bis***'. Huius diſſipationis congruitatem & æquitatem aſſignans Au-
, guſtinus, ait in eum Pſalmi locum: 'Nonne digni ſunt hæc pati, vt
, Deus in civitate ſua imaginem eorum ad nihilum redigat, quia &
, ipſi in civitate ſua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt'?
Imago Dei homo eſt: quæ ad nihilum in civitate terrena redigitur,
quando idolo (quod Apoſtolo teſte ***Nihil eſt***) ſubſternitur: ſcriptum
quippè eſt, ***Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.***
Philoſophi Gentium idola fecerunt, vel certè in aliundè factis confi-

Philoſophorum curioſitas.

Hieronymus.

Auguſtinus.

Eccle. 10. 15.

Pſal. 106. 4.

Pſalm. 72. 20.

1. Cor. 8. 4.

Pſal. 113. 8.

derunt: ac per hoc ad nihilum ipsi redacti sunt, quia idolis quæ nihil sunt similes facti sunt. Quod si fortè aliqui eorum nullis idolis immolandum censuerunt, ij profectò sua phantasmata velut interna quædam idola coluerunt: [d] 'Est enim alius (inquit Augustinus) deterior & inferior cultus simulachrorum, quo phantasmata sua colunt; & quicquid animo errante cum superbia vel tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine observant, donec fiat in anima nihil omninò colendum esse, & errare homines qui superstitioni se involuunt, & miserâ se implicant servitute. Sed frustrà hoc sentiunt: non enim efficiunt vt non serviant: remanent quippè ipsa vitia, quibus vt illa colenda opinarentur attracti sunt. Serviunt enim cupiditati triplici, vel voluptatis, vel excellentiæ, vel spectaculi. Nego esse quenquam istorum qui nihil colendum existimant, qui non aut carnalibus gaudijs subditus sit, aut potentiam vanam foveat, aut aliquo spectaculo delectatus insaniat'. Huic proposito inferiùs ibidem accomodat illud ex Epistola 1. Ioannis: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi.* 1.Io.2 16. Vbi *mundi* nomine non cœlum & terram, sed mundanos homines seu mũdo affectos intelligi testatur idem ipse Tract. 2. in Epist. Ioannis. Quid porrò tria prædicta singulatim designent, explicat loco citato de vera Religione, his verbis: 'Concupiscentia carnis, voluptatis infimæ amatores significat: concupiscentia oculorum, curiosos: ambitio sæculi, superbos'. De concupiscentia carnis & ambitione sæculi, ethnicos Philosophos à cognitione sui & Dei distrahentibus, dicetur inferiùs: nunc quippè de eorundem curiositate differimus, quam Ioannes appellat *concupiscentiam oculorum*, & congruenter vocari potest Libido sciendi. Quæ quantopere Philosophos sæculi exagitaverit, innuit præter alios Hugo Victorinus, cùm ait: [e] 'Qui diligenter inspicere voluerit quid antiqui propter amorem sapientiæ pertulerint, quàm memoranda posteris virtutis suæ monumenta reliquerint, quamlibet suam diligentiam inferiorem esse videbit. Alij calcaverunt honores, alij proiecerunt divitias, alij acceptis iniurijs gaudebant, alij pœnas spreverunt, alij contubernia hominum deserentes & intimos recessus ac secreta eremi penetrantes soli se Philosophiæ dedicaverunt, vt eò contemplationi vacarent liberiùs, quòd nullis quæ virtutis iter impedire solent cupiditatibus animum subiecissent. Parmenides Philosophus quindecim annis in rupe Ægyptia consedisse legitur: Prometheus ob immodicam meditandi curam in monte Caucaso vulturi expositus memoratur. Et paulò inferiùs ibidem rursùs: Themistocles cum expletis centum septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, Sese dolere quod egrederetur de vita quando sapere cœpisset. Plato octoginta vnius annorum scribens mortuus est: Socrates nonaginta novem annos in docendi scribendiq; dolore laboreq; complevit. Tacco cæteros Philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, & Eleatem; qui

[d] *Aug lib. de Vera Relig. cap. 38. Vide Leonē Serm 18 de passione c 5. & Hieron. in cap. 44. Isaiæ vers. 12. & Tertull. l. de præscript. c. 40 & lib. contra prax. c. 18. & Iren. l. 1. c. 12. & 19. & Rich Vict. l 1. de Erud hom. inter. cap. 38. & 40.*

[e] *Hug. Vict. l. 3. Didascal. cap. 15. Vide Bern. Serm. 1. in festo omnium sanctorum. & Cyrill. Alex. hic supra c. 2. §. 2.*

, qui iam ætate longæua in ſapientiæ ſtudijs floruerunt'. His addi poſſunt quæ de eorundem Philoſophorum libidine ſciendi memorat Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum: [f] 'Legimus in veteribus hiſt-, orijs (inquit) quoſdam luſtraſſe provincias, novos adiſſe populos, , maria tranſiſſe; vt eos, quos ex libris noverant, coràm quoque vi-, derent. Sic Pythagoras Memphiticos vates: ſic Plato Ægyptum,& , Architam Tarentinum, eamq; oram Italiæ quæ quondam magna , Græcia dicebatur, laborioſiſſimè peragrauit; vt qui Athenis ma-, giſter erat & potens, cuiusq; doctrinam Academiæ gymnaſia per-, ſonabant, fieret peregrinus atq; diſcipulus'. Et pauculis interpoſitis de confluentibus Romam vt Titum Liuium 'lacteo eloquentiæ fon-te manantem' audirent, ſubiungit inferiùs de Apollonio Tyaneo: , 'Apollonius; ſive ille magus, vt vulgus loquitur; ſive Philoſophus, , vt Pythagorici tradunt; intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum; , Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſſima Indiæ regna pene-, trauit; & ad extremum, latiſſimo Phyſon amne tranſmiſſo, perve-, nit ad Brachmanas: vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de , Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos, de natura, de mo-, tibus ſyderum, ac dierum curſu audiret docentem'.

[f] *Hier. Epiſt. 103. ad Paulin.*

6. Immanem hanc curioſitatem ſciẽdiue libidinem bina alia in Philoſophis comitata libido eſt, cognitioni ſui peræque inimica: vna ſenti-
1. *Io.* 2. 16. endi, quam Apoſtolus Ioannes *Concupiſcentiam carnis* nuncupat; altera excellendi, quam idem appellat *Superbiam vitæ*, vel vt Auguſtinus exprimit, *Ambitionem ſæculi*. De priori ſat multa ſuperiori capite congeſſimus, quæ pro hic repetitis haberi volumus: Quibus & illud
Iſa. 2. 6. hoc loco adiungimus, quod ſuper illis Iſaiæ verbis, *Pueris alienis adhæſerunt*, perhibet Hieronymus: ' In tantùm Græci & Romani hoc , quondam vitio laborauerunt, vt & clariſſimi Philoſophorum Grę-, ciæ haberent publicè concubinos; & Hadrianus, Philoſophiæ ar-, tibus eruditus, Antinoum conſecrarit in Deum, templumq; ei ac , victimas & ſacerdotes inſtituerit, & ex eo Ægypti civitas ac religio , nomen acceperit. Inter ſcorta quoq, in fornicibus ſpectaculorum , pueri ſteterunt publicæ libidini expoſiti, donec ſub Conſtantino , Imperatore, Chriſti evangelio coruſcante, & infidelitas vniverſa-, rũm gentium, & turpitudo deleta eſt'. Nec mirum eſt, ethnicos Philoſophos ac Poëtas libidini ſentiendi turpiter ſeruiuiſſe, cùm cõ-ſtet eos pro numinibus libidinoſos coluiſſe. Quomodo enim imitari pigeret, quos venerari delectabat? [g] ' Exprimunt impudicam Vene-, rem (ait de eis Cyprianus) adulterum Martem, Iouem illum ſuum, , non magis regno quàm vitijs principem, in terrenos amores cum , ipſis ſuis fulminibus ardentem, nunc in plumas oloris albeſcere, , nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubeſcentium raptus , miniſtris auibus proſilire. Quæro iam, an poſſit eſſe qui ſpectat, in-, teger vel pudicus? Deos ſuos quos venerantur imitantur, fiunt mi-, ſeris & religioſa delicta'. Eòdem ſpectat & illud Minutij in Octa-

Philoſophorum Libidinoſitas.

Vide Chryſoſt. Homil. 66. ad populum Antioch. & Clem. Alex. in protrept. ante medium, & Athanaſ. Orat. cont. Idola.

Vide Cyrill. Alex. l. 7. cont. Iul. paulò ante finem

[g] *Cypriã. epiſt. 2 ad Donatum. Vide Arnob. l. 5. Lactant. l. 1. c. 10. Athan. Orat. cont. Idola, Nazian. Orat. 39. Ambros. l. 1. de Virgin. Aug. l. 1. confeſſ. c. 6. & l. 2. de Civit. c. 7. & epiſt. 102.*

Minutius. Vide Iulium Firmicũ l. de Erroribus Profb. Relig. c. 13. & Isidor. l. 3. de summo bono c. 13.

, uio ſuo, paulò poſt medium : ' Quid loquar Martis & Veneris adul-
, terium deprehenſum, & in Ganymedem Iouis ſtuprum cælo con-
, ſecratum ? Quæ omnia in hoc prodita, vt vitijs hominum quædam
, authoritas pararetur'. Qui & mox hæc adijcit, quibus quæ diximus
, ſtabiliuntur: 'His atq; huiuſmodi figmentis & mendacijs dulcioribus
, corrumpuntur ingenia puerorum : & ijſdem fabulis inhærentibus,
, aduſque ſummæ ætatis robur adoleſcunt, & in ijſdem opinionibus
, miſeri conſeneſcunt'. Cùm itaq; conſtet, Gentium Philoſophos
gurgiti libidinis fuiſſe planè immerſos, conſequens omninò eſt, eoſdẽ
fuiſſe ignoratione ſui pariter oppreſſos. De libidine quippe differens
, Auguſtinus ait aduerſus Iulianum: [h] ' Hæc eſt contraria dilectioni
, ſapientiæ'. Agnovit hoc ipſum Romanus Orator apud Auguſtinum
, ibidem: & ideò de libidine in Hortenſio loquens, ' cuius motus (in-
, quit) vt quiſque eſt maximus, ita eſt inimiciſſimus Philoſophiæ'.
Optima porrò ac ſaluberrima Philoſophia eſt notitia ſui : quæ teſte
, Origene, [i] 'Eſt pars maxima ſapientiæ': & teſte Clemente Origenis
, præceptore, [k] ' Diſciplinarum omnium pulcherrima & maxima':
quibus conſonant & alij Patres, qui poſt Platonem in Phædone, Phi-
loſophiam definiunt, ' Meditationem mortis': vt Hieronymus Epiſt.
16. ad Principiam, & Epiſt. 3. ad Heliodorum : & Nazianzenus Epiſt.
64. aliàs 70. ad Philagrium : & Hugo Victor. lib. 2. Didaſc. cap. 1.
, vbi cum dixiſſet, ' Philoſophiam eſſe meditationem mortis', conti-
, nuò ſubdidit: ' Quod magis conuenit Chriſtianis, qui ſæculi ambi-
, tione calcata, converſatione diſciplinali, ſimilitudine futuræ patriæ
, viuunt': Illius vtiq; patriæ, cuius habitatores ſaluatore teſte, *Neque nubent, neque nubentur.* Huic itaq; Philoſophiæ quæ ſola vera eſt, ca-
pitaliter aduerſatur libido ſenſualis ; quæ & hominem in brutorum
animantium ordinem deprimit, & Deum ad ſubtrahendum ſuę lucis
, radium provocat: qui Auguſtino teſte, [l] ' Lege infatigabili ſpargit
, pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates'. Supra-dictis adiungi
, poteſt Bernardus ſermone 7. in Pſal. 90. dicens: ' Hæc vera Philoſo-
, phia, hoc conſilium ſapientis, vt *omni cuſtodiâ ſeruetur cor, quia ex*
, *ipſo vita procedit*'. Ab hac vera Philoſophia & conſilio ſapientis procul
abſunt, qui libidinoſis affectibus brutaliter defluentes, *In vita ſua proijciunt intima ſua.* Contra quem defluxum & intimorum proiectionem
ſingulare antidotum eſt cognitio ſui, quam ſcriptura appellat con-
, uerſionem ad cor: [m] ' Ad ipſa intima (inquit Fulgentius) vt homi-
, nes redeant, divinus non definit ſermo clamare, dicens: *Redite prae-*
, *uaricatores ad cor*'. Vbi nihil aliud eſt ad cor redire, quàm de exteri-
oribus ad interiora aciem mentis convertere. Qua converſione mentis
de exterioribus ad interiora inchoatur aſcenſus ad Deum omnibus
ſuperiorem, de quo ſcriptum eſt : *Loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Noverat hoc ille qui
, meditando dicebat : [n] ' Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt : a-
, lios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt : Deum quærunt per iſta exte-
riora

h Aug. l. 4. contra Iulian. c. 14. Vide l. 14. de ciuit. 16.

i Orig. Homil. 3. in Exod. ſub initium

k Clem. Alex. l. 3. Padag. cap. 1. Hieronymus Nazianzenus. Hugo Victor. Vide pſeudo Bernardũ l. de modo bene viuendi c. 55.

l Aug. l. 1. confeſſ. c. 18. Vide Greg. l. 6 in caput 15. l. 1. Reg. 7. 17. Bernardus.

m Fulg. l. de Incarn. & Gratia cap. 22.

n Bernard. in Meditat. cap. 1. Vide Hugon. Victor. in Prologo l. 1. de Anima.

Matth. 22. 30.

Prou. 4. 23.

Eccli. 10. 10

Iſa. 46. 8.

Pſal. 84. 9.

, riora, deſerentes ſua interiora, quibus interior eſt Deus. Idcircò
, ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad ſuperiora
, aſcendam; vt poſſim cognoſcere vnde venio, aut quò vado, quid
, ſum, vel vnde ſum; & ita per cognitionem mei valeam pervenire ad
, cognitionem Dei. Quantò namque in cognitione mei proficio, tan-
, tò ad cognitionem Dei accedo'.

Philoſophorum ſuperbia.

7. Nunc pauca ſubijcienda ſunt de tertia Philoſophorum libidine, quam Ioannes nominat *ſuperbiam vitæ*, vel vt Auguſtinus legit, *Ambitionem ſæculi.* Quæ quantoperè adverſetur cognitioni ſui & Dei, exponit Gregorius ſuper illis verbis Iob, *Qui docet nos ſuper iumenta terræ,* 1.Io.2.16. Iob.35.11. *& ſuper volucres cæli erudit nos,* ita ſcribens: o' Iumenta terræ ſunt, , qui vſu vitæ carnalis ima appetunt: volucres verò cæli ſunt, qui ſu-
, perbæ curioſitatis ſtudio ſublimia perſcrutantur. Illi vivendo ſe de-
, ponũt infrà quàm ſunt, iſti inquirendo ſe eleuant vltra quàm poſſunt:
, Illos in infimis voluptas deijcit carnis, iſtos quaſi in ſuperioribus
, erigit libido curioſitatis: Illis per ſacra eloquia dicitur, *Nolite fieri*
Pſal.31.9. , *ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus*; iſtorum ſuperbus labor
Eccli.3.22. , increpatur dum dicitur; *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcruta-*
Coloſ. 3.5. , *tus fueris*: Illis dicitur, *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram;*
, *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam*; iſtis di-
Coloſ. 2.8. , citur, *Nemo vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam.* Docet
, igitur nos Deus ſuper iumenta terræ, & volucres cæli: quia dum
, hoc quod ſumus agnoſcimus, nec carnis nos infirmitas deijcit, nec
, ſuperbiæ ſpiritus eleuat; nec defluendo imis ſubijcimur, nec ſuper-
, biendo de ſublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, iumento-
, rum appetitu proſternitur: qui verò mente extollitur, more vo-
, lucrum quaſi leuitatis pennâ ſubleuatur. Sed ſi vigilanter intenditur
, vt & mentis humilitas & carnis caſtimonia teneatur, citò cognoſci-
, mus, quia alterum cuſtoditur ex altero. Nam multis ſæpè ſuperbia
, luxuriæ ſeminarium fuit: quia dum eos ſpiritus quaſi in altum e-
, rexit, caro in infimis merſit. Hi enim priùs ſecretò ſe eleuant, ſed
, poſtmodùm publicè corruunt: quia dum occultis intumeſcunt mo-
, tibus cordis, apertis cadunt lapſibus corporis. Sic ſic elati iuſtâ fue-
, rant retributione feriendi; vt quia ſuperbiendo ſe hominibus præ-
, ferunt, luxuriando vſque ad iumentorum ſimilitudinem deuoluan-
, tur: *Homo* quippe *cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iu-*
Pſal.48.13. , *mentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.* Quaſi ſcientiæ enim illos in
Rom.1.21. , altum penna ſubleuauerat, de quibus Paulus dicebat: *Quia cùm cog-*
, *nouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed*
, *euanuerunt in cogitationibus ſuis.* Quomodo autem in iumentorum aut
, pluſquam iumentorum voluptatem deciderint, ſubdidit dicens: *Tra-*
Rom.1.26. , *didit eos Deus in deſideria cordis ſui, in immunditiam.* Ecce caro merſit
, quos ſuperba ſcientia ſubleuauit, & à volatu volucrum, vltra appe-
, titum lapſi ſunt iumentorum: atq; inde ſub ſe proſtrati ſunt, ynde
, ſuper ſe ire videbantur. Curandum itaq; eſt, & omni cuſtodia mens

o *Greg. l. 26. Moral. cap. 13. Vide Iſid. l. 1. de ſummo bono c. 21.*

, à ſuperbiæ tumore ſervanda'. Hæc ibi Gregorius de libidine excellendi, atq; inde ſcaturiente libidine ſentiendi: quibus coniuncta in
p *Greg. l. 24. Moral. cap. 13.* , Philoſophis libido ſciendi ademit eis curam ſeipſos noſcendi: p 'Habent hoc proprium omnes arrogantes (ait alibi idem Gregorius) , vt cùm fortaſsè acutum aliquid ſentiunt, inde mox ad vitium elationis erumpant, ſenſusq; omnium in ſui comparatione deſpiciant, , ſeq, in ſuo iudicio aliorum meritis anteponant. Quibus contingit , miſeris, vt plùs videndo teneb reſcant; quia dùm ſubtilia attendunt, , ſemetipſos intueri neſciunt, & quò intelligentiam acutiùs percipiunt , eò per ſuperbiam deteriùs cadunt. Qui benè quidem ſubtilia conſpi- , cerent, ſi in eo quod proferunt ſe viderent'. Si enim ſeipſos in eo quod proferunt viderent, ex iſta ſui viſione ad Dei notionem con-
tor. in Beniamin maiore l. 3. c. 3. Vide Hugonem Victor. l. 3. de Anima c. 43. , ſcenderent: q 'Diſcute (ait quidam) quid ſis, quid fueris, quid eſſe , debueris, quid eſſe potueris. Quid fueris per naturam, quid modò , ſis per culpam, quid eſſe debueris per induſtriam, quid adhuc eſſe , poſſis per gratiam. Diſce ergo ex tuo ſpiritu cognoſcere quid debeas , de alijs ſpiritibus æſtimare. Hæc porta, hæc ſcala, hic introitus, iſte
Vide Bern. l. 4. de Conſider. c. 1. , aſcenſus: hàc intratur ad intima, hàc elevamur ad ſumma, hæc via , ad ſpeculationis faſtigium, hoc fabricandi propitiatorij artificium, , hæc ars absq; dubio per quam cordis munditia recuperatur, recupe- , rata ſervatur'. Et paululùm inferiùs, mundanæ Philoſophiæ pro- , feſſorem alloquens: 'Si tua Philoſophia (inquit) tali Philoſophiæ , ſubſerviret, vtiq; nobis & ipſa placeret. Sed norunt eâ vti melius , noſtri Theologi, quam mundi Philoſophi'. Mundi quippè Philoſophos ſuperba curioſitas ab interioribus ad exteriora attraxit, & à
r *Greg. l. 27. Moral. cap. 7.* , ſui ac Dei conſideratione divertit: r 'Æternæ lucis (ait Gregorius) , quanta ſit claritas neſciunt, qui tranſitorijs occupationibus obcæ- , cantur: & dum de terrenis rebus ſuperbiunt, cæleſtis ſibi luminis , aditum claudunt'. Neq; verò aditum tantùm, ſed aſpectum etiam cæleſtis luminis ſibi claudunt, quibus ſuperbiæ fumus obnubilat aci- , em mentis, non ſecùs ac caligo oculum corporis: 'Vitium ſuperbiæ , (ait loco penultimè citato Gregorius) ab ipſa mox radice ſecandum , eſt, vt cùm latenter oritur, tunc vigilanter abſcindatur, ne prouec- , tu vigeat, ne vſu roboretur. Difficile enim in ſe quiſque inveterā- , tam ſuperbiam deprehendit: quia nimirum hoc vitium quantò ma- , gis patimur, tantò minus videmus. Sic quippè in mente ſuperbia, , ſicut in oculis caligo generatur. Quò ſe hæc latiùs dilatat, eò ve- , hementiùs lumen anguſtat. Pauliſper ergo elatio in præcordijs creſ- , cit, & cùm ſe vaſtiùs extenderit, oppreſſæ mentis oculum funditùs , claudit: vt captiuus animus Typhum elationis & pati poſſit, & ta- , men id quod patitur videre non poſſit'. Hinc facilè iam perſpicitur quantoperè circa ſe & Deum mundanæ Philoſophiæ Antiſtites cæcutierint: qui ſuperbiæ caligine vſqueadeò circumfuſi ſunt, vt Hie-
s *Hieron. Epiſt. 26. c. 4. & Epiſt. 34. c. 3.* ronymus Philoſophum mundi deſcribendum cenſuerit, s 'Gloriæ animal, & popularis auræ atq; rumorum venale mancipium'. Eòdem

collimat

Digitized by Google

collimat Tertullianus in Apologetico, Philoſophum appellans negotiatorem famæ: [t] 'Quid adeò ſimile (ait ille) Philoſophus, & chriſtianus: Græciæ diſcipulus, & cœli: famæ negotiator, & vitæ: verborum, & factorum operator: rerum ædificator, & deſtructor: amicus, & inimicus erroris: veritatis interpolator, & integrator; furator eius, & cuſtos'? Breviter & appoſitè à Richardo Victorino Philoſophus deſcribitur, [v] 'Captator famæ, neglector conſcientiæ'. Quorum duorũ alterum ex altero promanat: nam idcircò Philoſophus neglector eſt conſcientiæ, quia captator famæ. Libido enim excellendi ita eum circa exteriora occupat, vt interiora ſua contueri non ſinat.

t *Tertull. in Apolog. c. 46. Vide ibid. c. 47.*

v *Rich. Vict. in Beniam. maiore lib. 3. c. 3.*

CAPVT V.

Hæretici Philoſophorum diſcipuli: magiſtros imitantur, curioſè diſquirendo, faſtuoſè ſuperbiendo, idolis ſerviendo, libidinoſè pruriendo; adeoq; ſe neſciendo.

1. SEd miſſis Philoſophis trifauci libidinis torrente defluentibus, ac per hoc ſui & Dei ignoratione tenebreſcentibus, tranſeamus ad hæreticos Philoſophorum diſcipulos, & oſtendamus etiam ipſos ignorare ſeipſos. Primum argumentum ad id oſtendendum ſuppeditat nobis ipſe diſcipulatus. Quis enim vnquàm tam vecors extitit diſcipulus, qui non cum doctrina etiam mores hauſerit ſui Didaſcali? [a] 'Mundana ſapientia (ait Papa Leo) ita in ſuis gloriatur erroribus, vt quem ſibi quiſque ducem elegerit, eius opiniones, & mores, atq; omnia inſtituta ſectetur'. Probato itaq; diſcipulatu probata cẽſeri debebit imitatio. Diſcipulatum porrò in terminis aſtruit Nazianzenus cùm ait: [b] 'Viderint Philoſophi, viderint hæretici diſcipuli Philoſophorum'. Eòdem ſpectat quod ſcribit Hieronymus in caput 3. Prophetiæ Nahũ ſuper verſu 17. de attelabo ſeu locuſtâ locuſtarum in ſpinis ſedẽte: 'Conſideremus (ait ille) ſapientes Græciæ, & Ægyptiorum, & Perſarum, Indorumq; gymnoſophiſtas, & Samaritanos, & varias inter ipſos ſententias; & Iudæos, Phariſæoſq; eorum & Sadducæos, & Eccleſiæ multiplices hæreſes: & videbimus attelabum à terra ſe paululùm ſublevantem, & locuſtam volantem quidem, ſed non pleno curſu: & quia non habent calorem ſolis iuſtitiæ, frigente in Deum charitate, ſedere in ſpinoſis ſepibus. Omnia enim dogmata eorum cùm frigeant, & volare non poſſint, ſedem ſibi & requiem inter Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta reperiunt'. Spineta iſta ſunt dialecticalia ſepimenta ab Ariſtotele & Chryſippo præ cæteris plantata rigataq; : [c] 'Inſerunt Ariſtotelem (ait de hæreticis loquens Tertullianus) qui illis dialecticam inſtituit, artificem ſtruendi & deſtruendi verſipellem'. Ariſtoteli Hieronymus Chryſippum adiungit, [d] 'De quo Academicus Carneades (Auguſtino teſte) hanc

Hæretici Philoſophorum aſſecla.

a *Leo ſerm. 2. de Reſurrect. cap. 1.*

b *Nazian. Orat. 49. poſt medium.*

Hieron.

c *Tertull. l. de Præſcript. c. 7.*

d *Aug. l. 1. contra Creſcon. cap. 19.*

,hanc habebat ſententiam: vt quando cum illo ſibi eſſet diſputandum, ,elleboro purgandum cor eſſe cenſeret, cæteros autem vel pranſus fa- ,cilè ſuperaret'. Refert Laërtius, hunc Cleanti profeſſori dicere ſoli- ,tum, [e] 'Solùm ſe dogmatum doctrinâ indigere, nam probationes ſe ,reperturum'. De eius in dialectica arte præcellentia Laërtius ibidē ,hoc memoriæ prodidit: 'Adeò in dialectica inſignis fuit, tantaq; ,apud omnes æſtimationis, vt pleriq; dicerent: Si apud Deos vſus eſ- ,ſet dialecticæ, non futuram aliam quàm Chryſippęam'. Ariſtotelem igitur & Chryſippum Hieronymus præ cæteris commemorauit tanquàm hæreticorum fotores & patronos, eò quòd præ cæteris in dialectica arte hæreticis vſitatiſſima excelluerint. Rursùs idē Hieronymus ſuper cap. 19. Iſaiæ ad verſ. 11. inducit hæreticos diſcipulatum ,hunc agnoſcentes, eoq; ſuperbientes; atque dicentes: 'Filij ſumus ,regūm antiquorum, qui appellantur reges Philoſophorum'. Ipſe item Hieronymus in Epiſt. ad Cteſiphontem cap. 1 Tertullianum ,tacito nomine deſignans: 'Pulchrè (inquit) quidam noſtrorum ait, ,Philoſophi patriarchę hęreticorum'. Dixerat illud in terminis Tertullianus cap. 8. adverſus Hermogenem, & lib. de Anima cap. 3. Alibi verò paſſim rem ipſam dixerat æquivalentibus phraſibus: vt ,lib. de Præſcript. cap. 7. hæreſes vocans, 'Doctrinas hominum & ,dæmoniorum, prurientibus auribus natas de ingenio ſapientiæ ſæ- ,culi': & paulò infrà ibidem affirmans, 'Hæreſes à Philoſophia ſub- ,ornari'. Quòd poſtquàm exemplis variarum hæreſeon monſtraſſet, ,adiecit: 'Eædem materiæ apud hæreticos & Philoſophos volutan- ,tur, ijdem retractatus implicantur'; & ſub finem capitis, hæreticos ,increpans: 'Viderint (inquit) qui Stoicum, & Platonicum, & dia- ,lecticum Chriſtianiſmum protulerunt'. Quæ loca ne fortè quis non de omnibus ſed de aliquibus duntaxat hæreſibus intelligenda putaret, idem author lib. 5. contra Marcionem cap. 19. generaliter de hę- ,reſibus loquens: 'Omnes (inquit) ex ſubtiloquentiæ viribus & Phi- ,loſophiæ regulis conſtant'. Quò ſpectat & illud eiuſdem in lib. de ,Reſurrect. carnis cap. 3. 'Auer hæreticis quæ cùm ethnicis ſapiunt, ,vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt'. Neque verò materiam duntaxat ſuam, quæ eſt erronea doctrina; ſed ipſam ſuam formam ſeu animam, quæ eſt pertinacia, hæreſes ex ,Philoſophia recipiunt, dicente alibi eodem de Philoſophis: [f] 'De ,quorum ingenijs omnis hæreſis animatur'. Ex quibus omnibus ſatis liquidò evincitur, hæreticorum diſcipulatus reſpectu Philoſophorum.

Hieron.

[e] *Laertius l. 7. Vit. Philoſoph. in Chryſippo.*

[f] *Tertull. l. 1. contra Marcion. cap. 13.*

Ex dictis duo nova argumenta emergunt pro aſtruenda ignoratione ſui in hæreticis: vnum ex parte materiæ circa quam errant, alterum ,ex parte formę quâ complentur. Nam cùm 'eędem materiæ apud hę- ,reticos & Philoſophos volutentur'; & ex præcedente capite iam pateat Philoſophos ſe occupaſſe circa mundi exteriora magis quàm circa ſua propria interiora; conſequenter hoc ipſum de hæreticis exiſtimandum 2.

Curioſitas hæreticorum.

Digitized by Google

ſtimandum eſt. Atque ita ipſos perinde ac Philoſophos à cognitione ſui diſtraxit curioſitas. Rurſus cùm hæreſeon forma ſeu anima ſit pertinacia, quæ indivulsè cohæret ſuæ matri ſuperbiæ; conſtat profectò ignorationem ſui ex duplici capite hæreticos obtenebrare: ex libidine nimirùm ſciendi, & libidine excellendi; de quibus ſuperiori capite tractavimus. Et quidem vtramque hæreticis inhærere teſtatur Tertullianus, cùm de eis loquens ait: [g] 'Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur'. Epiphanius in Panario refert, hæreticos paſſim omnes olim affectaſſe vocari Gnoſticos, quaſi rerũ gnaros: [h] 'Vnuſquiſque (ait ille) ab altero malam occaſionem colligentes, aliuſque ab alio ampliorem doctrinæ gratiam cupientes, ſibi ipſis pravæ inventionis differentiam effigiarunt; & omnes, Gnoſticos ſeipſos nominarunt'. Imitantes nimirum in hoc profanæ ſapientiæ profeſſores, qui Sophorum ſeu ſapientium ſibi titulum arrogarunt, vſque ad Pythagoram Samium: qui abdicato ſapientis titulo, Philoſophus ſeu ſapientiæ amator dici primus maluit: [i] 'Nam cùm anteà (inquit Auguſtinus) ſapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ alijs præſtare videbantur; iſte interrogatus quid profiteretur, Philoſophum ſe eſſe reſpondit, id eſt, ſtudioſum vel amatorem ſapiẽtiæ: quoniam ſapientem profiteri, arrogantiſſimum videbatur'. Ex quo apparet, veteres illos hæreticos qui ſe Gnoſticos nominarunt, arrogantiores fuiſſe Pythagorâ eiuſq; ſequacibus, Sophorum titulum velut inſolentem reſpuentibus, & Philoſophorum vocabulum tanquam modeſtius eligentibus. Quapropter quod de ſæculi ſapientibus ait Apoſtolus ad Romanos, hoc & de hæreticis haud iniuriâ dici poteſt: *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Rom. 1. 22. Nec ſolùm illi primi, qui Gnoſticorum titulum affectarunt, ſed omnes vniverſim hæretici eruditionem ſuam iactare conſueverunt, tametſi à Gnoſticorum vocabulo abſtinerent: [k] 'Omnes hæretici generaliter (ait Auguſtinus) ſcientiæ pollicitatione decipiunt, & reprehendunt eos quos ſimpliciter credentes invenerint'. Et rurſus in Pſalmum 8. ad verſ. 3. 'Inimici (inquit) diſpenſationi quæ facta eſt per Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum, generaliter accipere debemus omnes qui vetant credere incognita, & certam ſcientiam pollicentur: ſicut faciunt hæretici vniverſi, & illi qui in ſuperſtitione gentilium Philoſophi nominantur'. Quò ſpectat & illud Bernardi ſuper Cantica: [l] 'Omnibus vna intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ'. Pulchrè admodùm & appoſitè hanc hæreticorum indolem deſcribit Papa Gregorius ſub figura trium amicorum Iob, quorum primus patriâ Themanites, ſecundus Suhites, tertius Naamathites fuit: [m] 'Benè (ait ille) loca de quibus veniunt, congrua hæreticorum actibus deſcribuntur: dicuntur enim *Themanites, Suhites, Naamathites. Theman* namq; interpretatur, Auſter: *Suhi*, loquens: *Naama*, decor. Auſtrum autem ventum calidum eſſe quis neſciat? Hæretici igitur quia ardentiùs appetunt ſapere, quaſi pluſquam neIob. 2. 11.

g *Tertull. l. de Præſcript. c. 41.*
h *Epiphan. hæreſi 31.*
i *Aug. lib. 8. de Civit. c. 2. Vide Hug. Vict. l. 1. Didaſc. c. 3. & Lactant. l. 3. c. 2. & 14. & Iſidor. l. 8. Etymol. c. 6.*
k *Aug. l. 2. de Gen. cont. Manich. c. 25.*
l *Bern. ſerm. 65. ſuper Cantica.*
m *Greg. l. 3. Moral. cap. 14.*

, cesse est studeant calere: Desidia quippe torpori frigoris, et rursum , inquietudo immoderatæ curiositatis, intemperato concordat calo- , ri. Quia ergo ampliùs quàm debent calorem Sapientiæ percipere , appetunt, ab Austro venire referuntur. Ab hoc calore immodera- , tæ Sapientiæ mentes fidelium Paulus temperare curaverat, cum di- , cebat: *Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ.* Hinc Rom. 12. , est quòd Dauid *Valles salinarum* percutit: quia videlicet redemptor 3. , noster suæ districtionis examine, in his qui de illo prava sentiunt, 2. Reg. 8. , stultitiam immoderati saporis extinguit. *Subi* autem dicitur, Lo- 13. , quens. Calorem quippè, non vt benè vivant, sed vt elatè loquantur, , habere desiderant. A *Theman* igitur & *Subi*; id est, à calore & loqua- , citate venire referuntur: quia per hoc quod scripturarum lectioni , se studiosos exhibent, solius verbis loquacitatis, non autem visceri- , bus charitatis calent. *Naama* verò interpretatur, Decor: quia enim , docti non esse, sed videri appetunt, ex eruditionis verbis speciem , benè viventium sumunt: & per calorem loquacitatis in se imaginem , ostendunt decoris; vt eò per decorem linguæ perversa facilè persua- , deant, quò fœditatem vitæ sensus calliditate occultant. Sed neque , ipsa locorum nomina inordinatâ sunt narratione distincta. Priùs , enim *Theman*, postmodùm *Subi*, ac deinde *Naama* ponitur: quia , priùs illos inordinatus calor accendit in corde, deinde nitor loqua- , citatis erigit, & tunc demùm decoros hominibus hypocrisis osten- , dit'. Plura hùc spectantia videri apud eundem possunt lib. 5. eiusdem operis cap. 18. vbi consonè ad Bernardi dictum superiùs hìc comme- , moratum ait de hæreticis: ' Communem scientiam habere refu- , giunt, ne cæteris æquales æstimentur, occulta vel nova semper ex- , quirunt: quæ dum alij nesciunt, apud imperitorum mentes ipsi , de scientiæ singularitate gloriantur'. Extat inter Bernardi opera li- ber de *Modo benè vivendi* inscriptus: in cuius 54. capite, *De curiositate* , prænotato, hæresis inter curiositatis proles numeratur: ' Curiositas , (ait ibi author) periculosa præsumptio est: curiositas damnosa pe- , ritia est: ad hæresim provocat, in fabulas sacrilegas mentem præci- , pitat, in causis obscuris audaces reddit, in rebus ignotis facit ho- , mines præcipites'. Est itaq; hæresis proles curiositatis, non tamen quæ instar viperæ matrem occidat, sed foveat potiùs, & augendo pro- , vehat: [n] ' Hæretici (inquit Isidorus) ingenti studio mendacia sua , discunt, & labore vehementi ne in vnitatem Ecclesiæ veniant decer- , tant: de quibus per prophetam congruè dicitur, *Docuerunt linguam* Hierem. 9. , *suam loqui mendacium, & vt iniquè agerent laboraverunt*'. Quod igitur 5. de Philosophis cap. 4. §. 5. dictum est, hoc & hæreticis conveniente adaptatur: *Labor stultorum affliget eos.* Labor vtique ruinosæ curiosi- Eccl. 10. 15. tatis, non fructuosæ studiositatis. Cæterùm de curiositate videri pos- sunt Scholastici interpretes post Angelicum Doctorem 2ª. 2æ. q. 167. & Scripturæ Interpretes in cap. 3. Ecclesiastici super illis verbis: *Altio-* Eccl. 3. 22. *ra te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi* Deus, *illa*

Vide eundem l. 14. Moral. cap. 12. & l. 16. c. 4. & 10.

Bernardus.

n *Isidorus l. 1. de summo bono cap. 19.*

Vide Gaudentium serm. 14.

Digitized by Google

illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Et mox infrà : *In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter.* Et adhuc infrà: *Multos ſupplantavit ſuſpicio illorũ, & in vanitate deſtruit ſenſus illorum.* *Vide Rich. Vict. l. 2. de Exter. hominis interioris c. 16.*

3° De excellendi libidine hæreticis inolita, peculiaria extant ſanctorum teſtimonia : vt inprimis Hieronymi in Commentario ſuper Abdiam ad verſ. 2. dicentis: 'Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem parvi pendens, & fidem imperitiam reputans'? Et rurſus in caput 5. Oſeæ ad verſ. 5. ita ſcribentis: 'Hæretici matrem habent iniquitatis ſuæ ſuperbiam'. Et in cap. 16. Iſaiæ ad verſ. 6.' Quis hæreticorum non ſuperbus eſt, qui Eccleſiaſticam deſpiciens ſimplicitatem, ita habet Eccleſiæ homines, quaſi bruta animalia : & in tantum ſuperbiæ iniuriæq; erigitur tumorem, vt contra ipſum creatorem armet os ſuum'? Et in cap. 22. Iſaiæ ad verſ. 2. de iiſdem loquens : 'Inflati tument (inquit) & ſacratiora ſe inveniſſe gloriantur'. Cui teſtimonio conſonat illud ex Tertulliano §. præcedente commemoratum : 'Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur'. Propter quem tumorem hæreſi cohærentem hæretici ipſi ab Auguſtino 'montes' dicuntur, vt videre eſt Tractatu 1. in Ioannem, & Enarrat. in Pſal. 35. ad verſ. 7. & lib. de Paſtoribus cap. 8. Vbi & hanc notabilem de hæreſibus præmiſerat ſententiam: 'Diverſis locis ſunt diverſæ, ſed vna mater ſuperbia omnes genuit, ſicut vna mater noſtra Catholica omnes Chriſtianos fideleſq; toto orbe diffuſos'. In idem recidit quod lib. 2. de Geneſi contra Manichæos cap. 8. & lib. contra Epiſtolam fundamenti cap. 6. 'Matrem omnium hæreticorum dicit eſſe ſuperbiam'. Non enim hæreticos conſiderat vt homines ſunt, vel vt per baptiſmi lavacrum regenerati ſunt; ſed potiùs vt illius ditioni ſubiecti ſunt, de quo ſcriptum eſt: *Ipſe eſt rex ſuper vniverſos filios ſuperbiæ* : de quo & Apoſtolus ait ad Epheſios, *Operatur in filios diffidentiæ.* Operatur vtique, prout notat Auguſtinus, o 'Regens eos ad arbitrium ſuum'. Quòd ſi inquiras quid in eos operetur? Reſpondet inferiùs ibidem Auguſtinus : 'Inprimis maximèque ipſam diffidentiam & infidelitatem, quâ ſunt inimici fidei'. Inimicitiæ huius mater ſuperbia eſt, quæ ſaluberrimæ authoritati ſine convincente ratione ſubmitti dedignatur. Vnde fit vt hæretici typho eius inflati divinas ſcripturas ſuo pede metiantur ; non ſuam eis intelligentiam obſequioſè ſubijcientes, ſed ſuâ eas intelligentiâ ſuperciliosè diiudicãtes: p 'Videtis (ait eis Auguſtinus) id vos agere, vt omnis de medio ſcripturarum auferatur authoritas, & ſuus cuiq; animus author ſit quid in quaque ſcriptura probet, quid improbet: id eſt, vt nõ authoritati ſcripturarũ ſubijciatur ad fidẽ, ſed ſibi ſcripturas ipſe ſubijciat: nõ vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi authoritate ſcriptũ legitur; ſed ideò rectè ſcriptũ videatur quia hoc illi placuit'. Moderni paſſim hæretici Catholicis improperant, quod divinas ſcripturas pedibus Papæ ſubſternant : nec advertunt, quod eas ipſi ſuis pedibus ſubdant, affingentes eis ſenſum quem ex ſuo cerebro

Tertull.

Iob. 41. 25. Epheſ. 2, 2.

o *Aug. Epiſt. 107. Vide Leonem ſerm. 5. de Ieiunio 10. menſis.*

p *Aug. lib. 32. cont. Fauſt. cap. 19.*

cerebro comminiſcuntur: quin etiam Manichæorum veſtigia teren-
, tes,[q] ' eas ſic accipiunt, vt ſuo quodam privilegio, imò ſacrilegio,
, quod volunt ſumant, quod nolunt reiiciant'. Quod profectò privi-
legium non aliundè quàm ab eo habent, *qui operatur in filios diffiden-
tiæ*, regens eos ad arbitrium ſuum: qui phantaſmatum ſuorum cultores cultoribus idolorum ſurrogavit, id eſt, hæreticos idololatris:
, [r] ' Videns diabolus (inquit Auguſtinus) templa dæmonum deſeri,
, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreti-
, cos movit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent chri-
, ſtianæ: quaſi poſſent indifferenter ſine vlla correptione haberi in
, Civitate Dei, ſicut civitas confuſionis indifferenter habuit philoſo-
, phos inter ſe diverſa & adverſa ſentientes'. Nihil intereſt principis civitatis confuſionis, quid in ea à clientibus ſuis colatur, dummodò non is qui colendus eſt colatur. In Gentiliſmo Philoſophos adverſa dogmata cudentes & diverſa idola colentes ille ſuſcitavit, in Chriſtianiſmo hæreticos adverſa dogmata fingentes eademq; pro idolis
, venerantes ſurrogavit: 'Innumerabiles diſſenſiones Philoſophorum
, (ait cap. 41. eiuſdem libri Auguſtinus) quis vnquàm populus, quis
, ſenatus, quæ poteſtas vel dignitas publica impiæ civitatis dijudican-
, das, & alias probandas ac recipiendas, alias improbandas repudian-
, daſq; curavit; ac non paſſim ſine vllo iudicio confuſèq; habuit in
, gremio ſuo tot controverſias hominum diſſidentium, non de agris
, & domibus vel quacunque pecuniaria ratione, ſed de his rebus qui-
, bus aut miſerè vivitur aut beatè? Vbi etſi aliqua vera dicebantur eâ-
, dē licentiâ dicebātur & falſa: prorſus vt non fruſtrà talis civitas my-
, ſticū vocabulū Babylonis acceperit: Babylon quippè interpretatur
, confuſio. Nec intereſt diaboli regis eius, quàm contrarijs inter ſe ri-
, xentur erroribus, quos merito multæ variq; impietatis pariter poſ-
, ſidet.' Videre eſt hodie in hæreticorū ditionibus diverſas & adverſas tolerari ſectas, vnis propemodum orthodoxis excluſis. Quorſum hoc, niſi quia nihil intereſt eius qui filios diffidentiæ ad ſuum regit arbitriū, quàm contrarijs inter ſe rixentur erroribus, quos merito multæ variæq; impietatis pariter poſſidet? Pariter verò poſſidet non ſolùm omnes ethnicos, ſed omnes etiam hęreticos, inter ſe quidē ſubindè diſ-
, cordes, ſed in orthodoxorum perſecutione concordes: [s] ' Hæ-
, reticos atque Gentiles (inquit Hieronymus) contra domum David,
, argumentorum & dialecticę artis gladiis dimicare, nulli dubium eſt:
, vt qui inter ſe diſcrepant, in Eccleſię oppugnatione conſentiant:
, iuxta illud quod Herodes & Pilatus inter ſe diſcordantes, in Domi-
, ni paſſione amicitiâ fœderantur'.

Nec mirum eſt hęreticos non ſolùm inter ſe, ſed etiam cum ethnicis in malum conſœderari, cùm ex communi malorum omnium matre ſuperbia ſint nati, & in idolorum veneratione affines & coaduna-
, ti: [t] ' Omnes ferè (inquit Irenæus) quotquot ſunt hęreſes, Deū qui-
, dem vnum dicunt, ſed per ſententiam malā imm tant'. Non enim ij ſoli Deū in idolū mutant, qui Politheiſmū ſine ambage aſtruūt, ſed re-

4.

q *Aug. lib. de Bono perſever. cap. 11.*

r *Aug. l. 18. de Civit. c. 51. Vide eundem Epiſt. 3. & Cyprian. l. de Vnit. Eccleſiæ ſub initiū, & Theodoret. l. 1. Hiſtor. Eccleſ. c. 1.*

Vide Aug. l. de Paſtoribus c. 11.

s *Hieron. in c. 7. Iſaiæ verſ. 1. Vide Iſidor. l. 1. de ſummo B. no cap. 19.*

Idololatria hæreticorum.

t *Iren. l. 1. c. 10. Vide eund. l. 2. cap. 9. & lib. 3. cap 40.*

Digitized by Google

liqui etiam hæretici, Monotheiſmum alioqui profeſſi. Quod ſatis
, apertè indicat Tertullianus vbi ait: [v] 'Neque à diabolo immiſſa
, eſſe ſpiritalia nequitiæ ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare
, quis debet; neque ab idololatria diſtare hæreſes, cùm & authoris &
, operis eiuſdem ſint, cuius & idololatria. Deum aut fingunt alium
, adversùs creatorem; aut ſi vnicum creatorem confitentur, aliter
, eum diſſerunt quàm in vero eſt. Itaq; omne mendacium quod de
, Deo dicunt, quodammodò genus eſt idololatriæ'. Qui rurſus in
libro adversùs Praxeam cap. 18. exponens cur Deus alium Deum
, præter ſe non eſſe dixerit: 'Hoc propter idololatriam (inquit) tam
, nationum, quàm Iſraëlis: etiam propter hæreticos, qui ſicut nationes
, manibus, ita & ipſi verbis idola fabricantur'. Tertulliano quoad
, hoc conſonat Origenes Homiliâ 12. ſuper Hieremiâ dicens: 'Non ſo-
, lum de corporeis ſimulachris faciunt ſibi homines Deos, ſed & de
, corde confingunt. Qui enim poſſunt ſimulare alium creatorem ex-
, tra vniverſitatis Deũ ſpiritum Sanctũ, alium Chriſtũ, alia ſæcula ex-
, tra hæc quæ cernimus, ij omnes fecerunt ſibi Deos, & adoraverunt
, opera manuum ſuarum. Omnes Philoſophi qui varia dogmata pro-
, diderunt, omnes hæretici qui authores ad aliter credendum de Deo
, miſeris mortalibus extiterunt, idola ſibi fecerunt'. Eòdem ſpectat
, & illud Hieronymi in cap. 3. Amos, dicentis de hæreticis: 'Unuſ-
, quiſque fingit quod voluerit, & adorat figmentum ſuum'. Similia
habet in cap. 3. Danielis, & in cap. 8. Ezechielis, & in cap. 2. 8. &
, 11. Oſeæ, nec non in cap. 44. Iſaiæ: 'Quicquid (inquit) de idolis
, dictũ eſt, poteſt referri & ad hæreſeon principes, qui ſimulachra dog-
, matum ſuorum atque mendacij, artifici corde componunt, & vene-
, rantur ea quæ à ſe ſciunt eſſe ſimulata: nec ſufficit eis error proprius,
2. Tim. 6. 5. , niſi ſimplices quoſque eorum adoratione deceperint: *Qui quæſtum*
Luc. 10. 47. , *putant eſſe pietatem*, & *devorant domos viduarum*, abutentes vulgi impe-
, ritiâ. Ita arte dialecticâ quaſi aſciâ & terebro, limâ, & runcinâ
, formant Deum ſuum, & cudunt malleo, atque inaurant ſermonis
, Rhetorici venuſtate'. Conſonat his Auguſtinus, quando de ſeipſo
, Manichæorum pridem hæreſi immerſo ait: [w] 'Vanum phantaſma
, & error meus, erat Deus meus'. Rurſus quæſt. 29. ſuper Ioſve, ge-
, neralem hanc tradit ſententiam: 'Quiſquis talem cogitat Deum
, qualis nõ eſt Deus, alienũ Deũ vtiq; & falſum in cogitatione portat'.
Hinc quia penes ſolũ orthodoxorum cœtum vera Dei veri reſi-
det notitia, Pſalmographus (eodem Auguſtino interpretante) canebat,
Pſal. 75. 2. *Notus in Iudæa Deus.* Tanquàm diceret, ſolis fidelibus notus eſt Deus:
, 'Verè (ait in eum locum Auguſtinus) non eſt notus Deus, niſi in Iu-
, dæa'. Sed quænam iſta Iudæa? Reſpondet idem infrà: 'Vera Chri-
, ſti Eccleſia'. Quid igitur colunt qui Eccleſiæ extranei ſunt? Vtiq;
Pſal. 80. 10. Deum recentem, de quo alibi habes: *Iſraël, ſi audieris me, non eris in te*
Deus recens. Quæ poſtrema verba elucidantur hiſce ſubiunctis, *Neque*
adorabis Deum alienum. Deus ergò recens ipſe eſt qui & alienus; quem

[v] *Tertull. l. de Præſcript. c. 40.*

Origenes.

Hieronymus.

Vide Fulgent. de Baptiſmo Æthiopis cap. 4.

[w] *Aug. l. 4. Confeſſ. cap. 7.*

colunt vniverſi qui Deum verum non audiunt, id eſt, qui ei loquenti, non credunt.' Deus recens (ait in eum locum Auguſtinus) aut lapis, aut phantaſma eſt'. Ubi lapidem pro qualicunque manu facto idolo vſurpat, phantaſma pro quolibet mente ficto idolo ſumit: 'Multi hęretici (ſubdit ibidem inferiùs) cum Paganis alios & alios Deos ipſi ſibi finxerunt, alios & alios Deos ſibi ipſi fecerunt, & eos etiamſi non in templis, tamen (quod eſt peius) in ſuo corde poſuerunt: & falſorum ridendorumq; ſimulachrorum templa ipſi facti ſunt. Magnum opus eſt intus hæc idola frangere, & locum Deo viventi, non recenti mundare. Omnes enim iſti aliud atque aliud ſentientes, alios atque alios Deos ſibi facientes, ipſamq; fidem falſitate variantes, videntur diſſentire: ſed omnes à terrenis cogitationibus non recedũt, in terrenis cogitationibus conſentiunt ſibi: opinio diverſa eſt, vanitas vna eſt.' Omnes itaq; idolorum, ſive manu factorum ſive mente fictorum cultores, in vanitate ſenſus ſui ambulant; & non Deum antiquum, ſed Deum recentem colunt. Hinc Auguſtinus Iuliano Pelagianiſtæ improperat, quòd non Deum prophetarum, patriarcharum, aut Apoſtolorum colat: quippè qui ei loquenti credere detrectet:

x *Aug. lib. 1. operis imperf. cap. 50.*

'[x] Si Deum patriarcharum colis (inquit) quare non credis, circumciſionem octavi diei quę præcepta eſt Abrahæ, præfigurationem fuiſſe regenerationis in Chriſto'? Et paulò inferiùs: 'Si Deum prophetarum colis, cur non credis, quod per eos toties dixit: *Reddam peccata patrum in filios*? Si Deum Apoſtolorum colis, cur non credis *Corpus mortuum propter peccatum*'? Alibi frequenter Pelagianis improperat, quòd negando in parvulis culpã, in quibus patet miſeria, crudelem aut imbecillum Deum comminiſcantur; adeòq; idolum pro vero Deo ſubornent: ſiquidem, vt hic ſuperiùs ex eodem commemoravimus, 'Quiſquis talem cogitat Deum qualis non eſt Deus, alienum Deum vtique & falſum in cogitatione portat'. Notanda hic demùm eſt Papæ Leonis ſententia, qui vſqueadeò prælegatis Patribus conſonat, vt non dubitet dicere, Philoſophos & hęreticos pro Deo ſibi fingere diaboli effigiem:

Exod. 34. 7.

y *Leo Serm. 18. de Paſſione. c. 3. Vide Ignatium Epiſt. 6. ad Magneſianos.*

[y] 'Fugite (ait ille fidelibus) mundanę argumenta doctrinę, & viperea hęreticorum vitate colloquia: nihil vobis commune ſit cum eis, qui Catholicę adverſantes fidei, ſolo ſunt nomine Chriſtiani. Non enim templum ſpiritus Dei, nec mẽbra ſunt Chriſti: ſed falſis opinionibus implicati, tot ſpecies habent diaboli, quot ſimulachra mendacij'.

Hæreticorum libidinoſitas.

Pro complemento imitationis Philoſophorum in hęreticis ſubijcienda ſunt quędam hic de libidine ſentiendi, quam Apoſtolus Joannes *concupiſcentiam carnis vocat*, & Philoſophis inolitam fuiſſe monſtravimus. Quam ſi & hęreticis adhęſiſſe oſtenderimus, omnes tres fontes ignorationis ſui eiſdem cum patriarchis ſuis patebit eſſe communes. Oſtendimus autem id inprimis ex Hieronymo, cuius in hanc rem manifeſta ſententia eſt.

5.

1. Ioan. 2. 16.

z *Hier. in cap. 9. Oſee.*

[z] 'Difficile eſt hęreticum reperire, qui diligat caſtitatem: non quòd eam prę ferre deſiſtat in labijs, ſed quod

non

, non ſervet in conſcientia ; aliud loquens, & aliud faciens'. Fuerunt prætereà & modò ſunt hæretici , qui nequidem labijs caſtitatem prętendant. De antiquis id patet ex ſpurciſſimis Nicolaitis : de modernis idē patet in Lutheranis & Calviniſtis, qui Veneris vsū non minùs neceſſariū quàm cibi aut potus eſſe debuccināt. Exempla libidinis hæreticorum veterum perſtringit Hieronymus in Epiſtola ad Cteſiphō-, tem, agmen ducente Simone Mago : ' Simon Magus (inquit) hære-, ſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antio-, chenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit fæminæos. , Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos , prępararet. Apelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrina-, rum. Montanus immundi ſpiritus prædicator , multas Eccleſias , per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas fęminas, primùm , auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora , tranſcendam. Arrius vt orbem deciperet , ſororem Principis antè , decepit. Donatus per Africam , vt infœlices quoſque fœtentibus , pollueret aquis, Lucillę opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape El-, pidium mulier virum, cęcum cęca duxit in foveam ; ſucceſſoremque , ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex ma-, go Epiſcopum : cui iuncta Galla, non gente, ſed nomine , Germa-, nam hùc illùcq; currentem, alterius & vicinę hęreſeos reliquit hæ-, redem'. Et mox ad ſui temporis hęreticos deſcendens adiungit il-, lud quòd peręquè in hęc noſtra tępora quadrat: ' Nūc quoq; myſteriū , iniquitatis operatur: duplex ſexus vtrumq; ſupplātat'. Si enim hęreticorū huius ævi indolem ſpectemus, pleroſq; omnes libidini ſentiendi mancipatos reperiemus : nec hoc ſolùm, quinimò & caſtitati palàm , offenſos : vt in eos aptiſſimè quadret illud Ambroſij: [a] ' Dudùm de , monaſterijs exierunt, & nunc luxurię ſunt magiſtri, diſſeminatores , incontinentię, incentores petulantię, obtrectatores pudoris'. Cùm Galat. 5. 20. Apoſtolus ad Galatas opera carnis perſtringeret, inter ea etiam hęreſes ſeu *ſectas* recenſuit: non quòd in carne vel per carnem conſummentur, ſed quòd vt plurimùm carnalibus voluptatibus conſocientur: , [b] ' Debemus cogitare (inquit Fulgentius) etiam hęreticos vtique , carnales atque animales, & ob hoc rerum ſpiritualium incapaces: de 1. Cor. 2. 14. , qualibus dicit Apoſtolus, *Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus , Dei; ſtultitia enim eſt illi: & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur.* Carnales autem ſive animales maximè hęreticos eſſe, Apo-, ſtolica teſtatur authoritas. Beatus enim Paulus inter opera carnis & , hęreſes ponit. Beatus quòque Judas Apoſtolus, eos qui ſe ab Ec-Iud. verſ. 19. , cleſia ſegregant, animales appellat, dicens : *Hi ſunt qui ſegregant ſe-, ipſos, animales, ſpiritum non habentes.* Hoc eſt vtiq; quod Beatum , Paulum dixiſſe monſtravimus, *Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpi-, ritus Dei.* Non ſit ergo mirum, quia intelligere divina non valent, Sap. 9. 17. , qui ſpiritum Dei non habent. Scriptum eſt namq; in libro Sapientiæ, , *Senſum tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis*'. Maximus Taurinenſis hęreticos aſſimilat no-

a *Ambroſ. in Pſal. 36. ad verſ. 36.*

b *Fulg. l. cont. Serm. Faſtidioſi cap. 18.*

Vide Aug. l. 14. de civit. c. 2. & ſerm. 3. de verbis Apoſt. c. 1.

Digitized by Google

ctuis ;per noctem quidem vigilantibus, ſed per diem quieſcentibus,
[c] *Maximus Homil. 2. de hoſtibus carnalibus.* , vel potiùs cęcutientibus : [c] ' Nolo (ait ille) te imitatorem eſſe no-
, ctuę, quę licet per noctem vigilet , per diem tamen pigra vel cęca
, eſt: quę grandibus oculis tenebrarum caligines diligit , ſplendorem
, ſolis horreſcit. Mirum enim in modum illuminatur obſcuritate, lu-
, ce cęcatur. Iſtud animal Hęreticorum figura eſt, atque Gentilium:
, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horreſcunt ; &
, grandibus diſputationum oculis cernunt vana,non reſpiciunt ſempi-
, terna. De his ait Dominus : *Oculos habent & non videbunt : In tene* *Pſal.113.5.*
, *bris ambulant.* Sunt enim acuti ad ſuperſtitioſa, hebetes ad divina: *Iſal.81.5.*
, qui dum ſe putant ſubtilibus evolare ſermonibus, tanquam noctuę
, veri luminis ſplendore turbantur'. Iuſto porrò Dei iudicio hęreti-
cis evenire non dubium eſt , vt qui à Deo & Eccleſia ſpiritaliter for-
[d] *Greg. l. 26. Moral. c. 13.* , nicantur, carnalibus libidinis ſtimulis agitari ſinantur : [d] 'Habet
, quippe ſpiritus (inquit Papa Gregorius) commiſſum ſibi dominiũ
, carnis,ſi tamen ſub Deo recognoſcit iura legitimę ſervitutis. Nam ſi
, authorem ſuum ſuperbiendo contemnit , iure & à ſubiecta carne
, prælium ſuſcipit'. Et paulò inferiùs ibidem rurſus : ' Quia negligi-
, tur humilitas cordis, rectus iudex deſpicit integritatem corporis'.
[e] *Aug. lib. de Agone Chriſt. cap. 12.* , Hinc providè circunſpectèq; Auguſtinus nos admonet, vt [e] ' Sub-
, ijciamus animam Deo,ſi volumus ſervituti ſubijcere corpus noſtrũ'.
, Cuius ſubiectionis normam mox explicans adijcit : ' Fides eſt pri-
, ma quę ſubiugat animam Deo'. Ex quo patet , hęreticos
fide vacuos non poſſe carnem ſervituti animę habere ſubiectam , cùm
anima eorum Deo per fidem ſubiecta non ſit. Vnde ab Eccleſiaſtico
Diſſoluti corde vocantur, cùm ait : *Va diſſolutis corde, qui non credunt* *Eccl.2. 15.*
Deo: & ideò non protegentur ab eo. Subtractâ autem Dei protectione,
quid aliud ſunt homines quàm mundanę concupiſcentię mancipia ?
[f] *Aug. Serm. 23. de Verb. Apoſt. cap. 8.* , [f] ' Si enim nos ipſe non adiuvat (ait alibi Auguſtinus) non dico
vincere, ſed nec pugnare poterimus'.

Sufficienter ex dictis patere iam arbitror, hęreticos perinde ac **6.**
mundi Philoſophos ex triplici capite ignorare ſeipſos. Tres etenim
fontes ignorationis ſui communes eis eſſe cùm Philoſophis patefecimus : libidinem nimirum ſciendi, libidinem excellendi , & libidinem
ſentiendi : ſive concupiſcentiam oculorum, ſuperbiam vitæ , & con-
cupiſcentiam carnis. Vnde rectè ab Apoſtolo non ſolùm *ſuperbi*, ſed *1 Tim.6.4.*
etiam *nihil ſcientes* ſunt nominati. Nihil quippè ſcire cenſendus eſt,
[g] *Greg. Nyſſ. Homil. 3. in Cantica.* , qui ſui ipſius gnarus non eſt : [g] ' Quomodò enim (ait quidam)ali-
, quid aliud diſcet, qui ſeipſum ignorat' ? Seipſum porrò ignorat
quiſquis vel curioſitate extra ſe effunditur , vel ſuperbiâ ſupra ſe ex-
[h] *Aug. lib. 13. Confeſſ. c. 21.* , tollitur, vel luxuriâ infra ſe deprimitur : [h] ' Faſtus elationis (in-
, quit Auguſtinus) & delectatio libidinis, & venenum curioſitatis,
, motus ſunt animę mortuæ : quia non ita moritur vt omni motu
, careat;quoniam diſcedendo à fonte vitæ moritur:atque ita ſuſcipitur
, à prætereunte ſæculo , & conformatur ei'. Cui malo obviare ſata-

gens

Digitized by Google

Rom. 12. 2. gens Apoſtolus ait ad Romanos: *Nolite conformari huic ſeculo.* Tanquam diceret: reprimite elationis faſtum, cohibete delectationem libidinis, compeſcite venenum curioſitatis: reſiſtite concupiſcentiæ excellendi, ſentiendi, ſciendi. Quod totum vnico præcepto, *Non concupiſces*, comprehendi, Auguſtinus exiſtimat, vbi ait: [i] 'Cùm dicit lex, *Non concupiſces*, quid videtur aliud imperare, niſi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Anima quippè velut pondere, amore fertur, quòcunq; fertur'. Triplicem itaq; libidinem vocabulo *concupiſcendi* ſcriptura perſtringit: [k] 'Tanquam hæc eſſet vox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait, *Non concupiſces.* Neq; enim vllum peccatum niſi concupiſcendo committitur'. Hinc rurſus idem Auguſtinus lib. 3. de doctrina chriſtiana cap. 10. apertiſſimè ait: 'Non præcipit ſcriptura niſi charitatem, nec culpat niſi cupiditatem; & eo modo informat mores hominum'. Et lib. de perfectione iuſtitiæ cap. 5. 'Fortè (inquit) generalis prohibitio eſt, *Non concupiſces*: & generalis iuſſio, *Diliges.* Vnde breviter & Apoſtolus Paulus quodam loco vtrumque complexus eſt. Prohibitio enim eſt, *Nolite conformari huic ſeculo*: Iuſſio autem, *Sed renovamini in novitate mentis veſtræ.* Illud pertinet ad *Non concupiſcere*, hoc ad *Diligere*: illud ad continentiam, hoc ad iuſtitiam: illud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonum'. Sicut autem omnis inordinata libido, ſive excellendi, ſive ſentiendi, ſive ſciendi, generali concupiſcentiæ vocabulo comprehenditur: ita omnis eius actus, fornicationis nomine denotatur, teſte alibi eodem Auguſtino, vbi ait: * 'Quis dubitet, omnem malam concupiſcentiam rectè fornicationem vocari: quando anima, neglectâ ſuperiore lege quâ regitur, inferiorum naturarum turpi voluptate, quaſi mercede proſtituta corrumpitur'? Huiuſmodi fornicatio hæreticis omnibus communis eſt: qui vtiq; excellendi, vel ſciendi, vel ſentiendi libidini, imò plerunque omnibus tribus, ſerviunt; vt dictum eſt: atq; ideò ignoratione ſui feriuntur, quia vel ſuperbiæ typho vaneſcunt, vel curioſitatis philtro ſtupeſcunt, vel voluptatis viſco bruteſcunt. Ac inprimis dum ſuperbiæ typho vaneſcũt, neceſſe eſt vt [l] ſeipſos neſciãt: 'Quia in eorũ mentibus (vt teſtatur Gregorius) dum tumor elationis creſcit, aciem contemplationis claudit: & vnde ſe lucere præ cæteris æſtimant, inde ſe lumine veritatis privant'. Similiter dum philtro curioſitatis ſtupeſcunt, conſequens eſt vt circa ſeipſos hebeſcant, iuxta illud Bernardi: [m] 'Comitantia ſunt in humano corde negligentia ſui, & curioſitas cæterorum'. Cui conſonat & illud Papæ Gregorij Homil. 36. in Evangelia: 'Grave eſt curioſitatis vitium, quæ dum cuiuſlibet mentem ad inveſtigandam vitam proximi exteriùs ducit, ſemper ei ſua intima abſcondit: vt aliena ſciens, ſe neſciat'. Poſtremò dum voluptatis viſco bruteſcunt, ſpiſſiſſimâ caligine tenebreſcunt, dicente alibi eodem Gregorio: [n] 'Nulla ſunt vitia quæ ſpiſſiores tenebras menti ingerant, quàm libido'.

Eund. 10. 16.

[i] *Aug. Epiſt. 89.*

[k] *Aug. lib. de Spir. & litt. c. 4.*

Vide Aug. l. 14. de Civit. c. 15. & 16.

* *Aug lib. 1. de ſerm. Domini in monte c. 12.*

Videl contra Adimant. c. 7.

[l] *Greg. l. 27. Moral. cap. 27.*

[m] *Bern. ſerm. de 7. donis Spir. S. cont. 7. vitia.*

[n] *Greg. in cap. 15. l. 1. Reg. ad verſ. 17.*

Digitized by Google

CAPVT VI.

Notitia ſui ex triplici cognitione coaleſcit : vnâ eorum quæ ſuprà, aliâ eorum quæ intrà, tertiâ eorũ quæ infra nos ſitæ ſunt. Hæretici in vna vel duabus, vel omnibus tribus deficientes, adeoq; ignoratione ſui tenebreſcentes, multifariarum ſectarum dinumeratione repræſentantur.

EX triplici libidine hæreticis inolita oſtendimus ipſos ignorare ſeipſos. Vt verò quæ ex generalibus principijs hactenus deduximus, intelligibiliora fiant legentibus, illuſtranda ſunt exemplis. Atque vt hæc ipſa faciliùs percipiantur, operæpretium fuerit præmittere, quid ſit ſe cognoſcere. Hoc quippè perſpecto non erit difficile, oppoſitæ ignorationis notas deſcribere, eaſq; in hęreticis ſingulatim oſtendere. Se porrò cognoſcere, Hugone Victorino atteſtante, aliud, nihil eſt, quàm [o] ' Conditionem, & ordinem, & debitum, ſuum, ſive ſupra ſe, ſive in ſe, ſive ſub ſe, non ignorare'. Hinc vbi oſtenderimus, vel vnius iſtorum notitiam deeſſe hæreticis, conſequẽter apparebit verum eſſe quod contendimus; ignorationem nimirum ſui hæreticis omnibus eſſe communem. Extat de primitivæ Eccleſiæ hæreſibus liber Auguſtini ad Quodvultdeum diaconum, octoginta octo hæreticorum ſectas perſtringens, à Simonianis incipiens, & in Pelagianis deſiſtens. Horum Sectariorum nonnulli circa Deum ſupra ſeipſos poſitum caligaverunt : alij circa animam corpuſve humanum deliraverunt, ac per hoc circa ea quæ intra ipſos ſunt: alij denique circa mundum corporeum ſubtus ſe conſtitutum erraverunt. Qui proinde omnes ſemetipſos ignoraverunt; quia conditionem, vel ordinem, vel debitum ſuum, ſive ſupra ſe, ſive in ſe, ſive ſub ſe, neſcive-, runt. Simoniani, vt Auguſtinus memorat, [p] ' Negabant Deum ſe-, ciſſe mundum'. Hos ſubſecuti ſunt eodem errore decepti Menandriani, Saturniniani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Carpocratiani, Cerinthiani ſeu Merinthiani, Valentiniani, Ptolomæitæ, Archontici, Priſcillianiſtę. Quibus omnibus commune fuit ignorare ſeipſos : quippè ignorantibus ſuum ordinem & debitum erga Deum, qui eſt ſuper ipſos. Ob ſimilem rationem ſemetipſos ignoraverunt, qui duo rerum principia coæterna finxerunt : quales fuere inter eos quos Auguſtinus citato libro memorat, Gnoſtici, Marcitæ, Heracleonitæ, Cerdoniani, Marcionitæ, Apellitæ, Manichæi, Paterniani ſeu Venuſtiani, Seleuciani, Hermogeniani, Proclianitæ, & Patriciani. Qui quidem omnes eatenus ſui ignoratione tenebruerunt, quatenùs circa ſuę conditionis authorem cæcutierunt : iuſtè vtiq; offuſi caligine tenebrarum, ducentes ſuam originem ad principem tenebrarum. His nihilo perè meliores ſunt, qui Deum aſtruunt corporeum : vt Anthropomorphitæ & Tertullianiſtæ apud Auguſtinum ibidem. Quibus reipsâ conſentire cenſen-

[o] *Hug. Vict. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 15.*

[p] *Aug. lib. de Hæreſ. cap. 1.*

Digitized by Google

censendi sunt Apollinaristæ, verbum Dei in Christi carnem conversum dogmatizantes. Consimili ignorationis sui caligine obnubilati sunt, qui humanas animas Deo coæquare enisi sunt: vt post Gnosticos apud Augustinum ibidem, Manichæi, & Priscillianistę. Qui certè si seipsos vel tenuiter agnovissent, creatas suas animas creatori non æquassent; sed potiùs cum Augustino veraciter humiliterq; dixissent: „ [q] 'Hactenus dicimus, sine periculo latere animæ originem, vt non „ tamen eam partem Dei esse credamus: nec de Deo natam, sed ab illo „ factam: atque in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiæ, „ non parili dignitate naturę'. [q] Aug. Epist. 157. ad Optatũ.

2. Quemadmodum autem præmemorati hæretici humanas suas animas plùs æquo extollentes oberrarunt, & sic oberrando semetipsos ignorarunt: ita alij in oppositum extremum declinaverunt, & corporeas astruendo animas cæcutierunt. Cui errori post veteres Sadducæos adhæserunt vel appropinquaverunt Simoniani, Carpocratiani, Cainiani, Archontici, Cerdoniani, Hierarchitæ, Hermiani seu Seleuciani, Arabici, Luciferiani, Tertullianistæ, cum alijs similibus: qui apud Augustinum citato libro de hæresibus, vel resurrectionẽ mortuorum futuram abnegarunt, vel animas cum corporibus interituras dogmatizarunt, vel animas esse corpora subtiliora pronuntiarunt. Ignorarunt pariter seipsos Origenistę & Priscillianistæ, astruentes cum Platonicis animarum ante corpora creationem & conversationẽ, atque in corpora pro meritis anterioribus intrusionem. Contra quos, simul cum corporearum animarum assertoribus, Augustinus verbis ex „ Epist. 157. mox citatis subtexuit: 'Nec eam corpus esse, sed spiri„ ritum, non creatorem vtique, sed creatum. Nec ideò venisse in hoc „ corpus corruptibile quo grauatur, quòd illuc eam vitæ in cœlesti„ bus vel in quibuslibet alijs partibus mundi antea malè gestæ merita „ compulerunt'. Hæreticorum porrò diversas & adversas de humana anima sententias, ex Ethnica Philosophia, eisdem familiari, ema„ nasse testatur Tertullianus, cùm ait: [r] 'Vtinam nullas hæreses opor„ tuisset existere, vt probabiles quique emicarent. Nihil omninò cum „ Philosophis super anima quoq; experiremur, Patriarchis (vt ita di„ xerim) hæreticorum. Siquidem & ab Apostolo iam tunc Philoso„ phia concusso veritatis providebatur. Athenis enim expertus lin„ guatam civitatem, cùm omnes illic sapientiæ atque facundiæ cau„ pones degustasset, inde concepit præmonitorium illud edictum. „ Proinde enim & animæ ratio per Philosophatas doctrinas hominum, „ miscentes aquam vino, alij immortalem negant animam, alij plus„ quam immortalem affirmant: alij de substantia, alij de forma, alij „ de vnaquaque dispositione disceptant: hi statum eius aliunde du„ cunt, hi exitum aliorsum abducunt, prout aut Platonis honor, aut „ Zenonis vigor, aut Aristotelis tenor, aut Epicuri stupor, aut Hera„ cliti mœror, aut Empedoclis furor persuaserunt'. Hæc ibi Tertullianus, qui & mox infrà ibidem, memorandum hoc documentum, pro

Vide Tertull. l. de Præscript. c. 33.

Vide Leonem Epist. 11. & Epist. 93. c. 10.

[r] *Tertull. lib. de Anima cap. 3.*

, quavis materia theologica obſervandum, ſubnectit : 'Siqua in hunc , modum de nidoribus Philoſophiæ candidum & purum aërem veri- , tatis infuſcant, ea erunt Chriſtianis enubilanda; & percutientibus , argumentationes originales, id eſt, Philoſophicas ; & opponentibus , definitiones cœleſtes, id eſt, Dominicas : vt & illa quibus Ethnici à , Philoſophia capiuntur, deſtruantur; & hæc quibus fideles ab hęreſi , concutiuntur, retundantur'. Neque verò circa animam duntaxat humanam, ſed circa ipſum etiam corpus hæretici inſipienter errarunt; atque ex hoc etiam capite ſemetipſos ignorarunt. Nam Manichęi, Patriciani, Priſcillianiſtæ, & Paterniani, humanum corpus velut principis tenebrarũ opificium abominati ſunt: idq; vel in totum, vt priores tres; vel ſaltem quoad inferiorem medietatem, vt Paterniani : de quibus videri poteſt Auguſtinus, non ſolùm citato libro de hæreſibus ad Quodvultdeum, ſed etiam libro 5. contra Iulianum cap. 7. aliàs 5. Conſimili ignoratione ſui cæcutierunt, qui libidinoſæ turpitudinis patrocinium ſuſceperunt, negligentes Apoſtolicum de immunditia vitanda præceptum, *Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum.* 1. Theſſ. 4. 4. Tales fuêre ex hæreticis Simoniani, Saturniniani, Nicolaitæ, Gnoſtici, Carpocratiani, Cerinthiani ſeu Chiliaſtæ, Archontici, Origeniani, Manichæi, Priſcillianiſtę, Sevandiani. Quibus & Iovinianiſtæ eatenus appropinquaverunt, quatenus coniugalem ſtatum virginali coæquaverunt. Eiſdem annumerari poſſunt & Adamitæ ſeu Adamiani, primorum parentum in paradiſo nuditatem imitantes; tanquam eadem foret conditio hominis in corpore mortis huius, quæ fuerat in corpore vitæ illius. De horum quolibet vſurpare poſ- , ſumus illud Hieronymi : [s] 'Vel ſaxum, vel Deus eſt'. Pelagiani præterea inter turpitudinis patronos recenſeri eatenus poſſunt, quatenus concupiſcentiam carnis ſpiritui repugnantem dixere naturalem, & à Deo hominibus inſertam. Omnibus denique hæreticis communis eſt ſpiritualis turpitudo libidinis, quatenus Eccleſiam, Chriſti ſponſam, conſtruprare nituntur : [t] 'Apud nos (inquit Tertullianus) teſtimonia diſciplinæ ad probationem veritatis accedunt : à qua diver- , tere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicii; quo omnes nos , neceſſe eſt apud Chriſti tribunal aſtare, reddentes rationem, in primis , ipſius fidei. Quid ergò dicent, qui illam ſtupraverint adulterio hæ- , retico, virginem traditam à Chriſto'? Sed de hac turpitudine ſatis dictum eſt capite præcedente.

[s] Hieron Epiſt. ad Cteſiphont.

[t] Tertull. l. de Præſcript. c. 44.

Ignoratione ſui ſimiliter obtenebruerunt, qui divinum cultum creaturis exhibuerunt. Nam, vt in ſimili de Ethnicis Philoſophis , ait Richardus Victorinus, [v] 'Si ſeipſos plenè cognoviſſent, nun- , quam idola coluiſſent, nunquam creaturæ collum inclinaſſent'. Omnes quidem hæretici, vt ſuperiori capite dictum eſt, phantaſmata ſua velut interna quædam idola coluerunt; nonnulli verò inter eos etiam externis idolis ſervierunt. Simoniani etenim hæreſiarcham ſuum Simonem 3.

[v] Rich. Vict. in Beniam. min. cap. 75.

Digitized by Google

monem Magum cum Selene meretrice adoraſſe perhibentur: illum vt Iovem, iſtam vt Minervam. Carpocratiani Marcellinam in ſua ſecta habuerunt, quæ Homero & Pythagoræ incenſum ponebat: Ophytæ colubrum pro Chriſto coluerunt: & hoc à Nicolaitis & Gnoſticis didicerunt. Cainiani Cainum fratricidam, & cum eo Iudam proditorem dementiſſimè honorarunt. Sethiani Sethum ſuum ſimiliter adorarunt. Melchiſedechiani item Melchiſedech coluerunt, eumq, Chriſto Salvatori prætulerunt; dicentes, vt de eis Tertullianus commemorat: vv' Illum Melchiſedech præcipuæ gratiæ cæleſtem eſſe virtutem: & quod agit Chriſtus pro hominibus, deprecator & advocatus ipſorum factus, Melchiſedech facere pro cæleſtibus angelis, atq; virtutibus. Nam eſſe illum vſqueadeò Chriſto meliorem, vt apator ſit, ametor ſit, agenealogicus ſit; cuius neq; initium, neq; finis comprehenſus ſit, aut comprehendi poſſit'. Elceſei & Samſei duas mulieres de hæreſiarchæ ſui ſtirpe prognatas adoraſſe memorantur. Angelici Angelis ſerviviſſe perhibentur: De quibus videri poſſunt Scripturæ Interpretes ſuper illud Apoſtoli, *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, & religione Angelorum.* Qua de re videri etiam poteſt Tertullianus lib. de Præſcript. cap. 33. vbi Angelorum religionem Simonianis attribuit. Inter creaturarum præterea vel Idolorum adoratores numerari poſſunt omnes hæretici, qui vel duo rerum principia coæterna finxerunt, vel humanas animas Deo conſubſtantiales aſſeruerunt: quos ſuperiùs recenſuimus. Quis enim non eum religiosè adoret, quem Deo coæternum vel conſubſtantialē eſſe putat? Vnde Tertullianus lib. de Præſcript. cap. 33. iam citato, Hermogenem reputat elementorum ſervitorem: 'Apoſtolus (ait ille ibi) cùm improbat *elementis ſervientes*, aliquem Hermogenem oſtendit; qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat: & ita matrem elementorum Deam faciens, poteſt ei ſervire, quam Deo comparat'. Vbi per elementorum matrem, materiam intelligit informem; quam Græci hylen nominare conſueverant: de qua videri poteſt Auguſtinus lib. 20. contra Fauſtum cap. 14. & ſequentibus, nec non ipſe Tertullianus libro adverſus Hermogenem cap. 25. 'Audio (inquiens) apud Hermogenem cæteroſq; Materiarios hæreticos, terram quidem illam informem, & inviſibilem, & rudem fuiſſe: hanc verò noſtram proinde, & formam, & conſpectū, & cultum, à Deo conſecutam'. Quo loco ſatis appoſitè eos vocat, 'Materiarios hæreticos', qui materiam Deo coæternam aſtruere contenderunt: de quibus ſuperiùs diximus. Nec obſtat huic loco quòd idem Tertullianus ſuperiùs ibidem cap. 8. ſolum Hermogenem cum Ethnicis Philoſophis prædicti dogmatis aſſertorem commemoret. Non enim excludit alios hæreticos. ſed Prophetas duntaxat, & Apoſtolos, & Chriſtum. Nam cùm præmiſiſſet, 'Sanè ſibi præſtitit aliquid materia, vt & ipſa cum Deo poſſit agnoſci coæqualis Deo, imò & adiutrix: niſi quòd ſolus eam Hermogenes cognovit, & hæreticorum

vv *Tertull. lib. de Præſcript. c. 53.*

Coloſſ. 2. 18.

Gal. 4. 3

Scrupulus.

Excutitur.

, corum patriarchę Philoſophi' : continuò exponens quoſnam excluſerit ab Hermogenis conſortio quòad præſens dogma, ſubdidit ; , 'Prophetis enim & Apoſtolis vſque adhuc latuit, puto & Chriſto'.

Dubium. Si quęras quoſnam hìc Philoſophos intellexerit ? Reſpondeo, Stoi-
Deciſio. cos : vt patet tum ex lib. 5. contra Marcionem cap. 19. vbi & ipſum Marcionem à Stoicis hanc eandem hæreſim didiciſſe teſtatur : tum etiam ex primo capite eiuſdem libri adverſus Hermogenem : vbi de , ipſo hæreſiarcha Hermogene loquens: 'A Chriſtianis (inquit) con-, verſus ad Philoſophos, de Eccleſia in Academiam & Porticum, in-, de ſumpſit a Stoicis materiam cum Domino ponere, quę ipſa ſemper , fuerit, neq; nata, neq; facta, nec initium habens omninò, nec fi-, nē, ex quâ Dominus omnia poſtea fecerit'. Rurſus lib. de Præſcript. cap. 7. varias recenſens hæreſes à Philoſophia ſubornatas, inter alia , ait : ' Vt anima interire dicatur, ab Epicureis obſervatur : & vt car-, nis reſtitutio negetur, de vna omnium Philoſophorum ſchola ſumi-, tur : & vbi materia cum Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt'. Fuit autem Zeno Stoicorum princeps : vnde & ipſa Stoicorum ſchola, Porticus Zenonis dicebatur : cui Tertullianus ibidem inferiùs Por-, ticum Salomonis contraponit, dicens : ' Noſtra inſtitutio de Por-, ticu Salomonis eſt ; qui & ipſe tradiderat, *Dominum in ſimplicitate* *Sap. 1. 1.* , *cordis eſſe quærendum*'. Tanquam diceret, Chriſtianorum inſtitutio non eſt de Portícu Zenonis, vbi Deus per Philoſophicas ratiunculas inaniter inveſtigatur ; ſed de porticu Salomonis, vbi in ſimplicitate cordis ſe quęrentibus occurrit : faciliùs quippè invenit ſyderum conditorem humilis ſimplicitas, quàm ſyderum ordinem ſuperba curioſitas. Non ſoli verò Stoici, verùmetiam Platonici, materiam Deo coæternam finxiſſe perhibentur : vt videre eſt apud Hugonem Victor. in Summa Sentent. Tract. 2. cap. 1. Qui & alibi indiſcriminatim de Gentium Philoſophis ſine vllius ſectæ deſignatione lo-

z Hugo. Vict. Lib. 1. de Sacram. p. 1. c. 1. , quens ait : z ' Philoſophi Gentium tria quædam rerum principia , ſine principio poſuerunt : opificem, materiam, & formam ; profi-, tentes, ea quæ facta ſunt, omnia ex materia quidem in formam , per opificem eſſe producta. Sed iſti factorem ſolùm, non crea-, torem Deum profeſſi ſunt. Fides autem vera vnum ſolum-, modò primum principium confitetur, quod ſemper erat, & , per ipſum ſolum factum eſt vt eſſet, quod aliquando non e-, rat'.

Hæretici itaq; circa hominis corpus, perinde ac circa animam, de medio vtrorſum in extrema deflexe runt. Nam ex vna parte vſqueadeò illud extulerunt, vt Deo coæternum aſſeruerint : ex altera rurſus parte illud ſic depreſſerunt, vt tanquam opificium principis tenebrarum horrendum execrandumq; cenſuerint. Atq; ita ex vna parte facti ſunt eius adoratores, ex altera execratores. Siue autem in vnum ſiue in alterum latus de via media exorbitauerint, iſtud ſatis conſtat 4.

quòd

Digitized by Google

quòd ſeipſos ignorauerint : quemadmodum ſuprà in ſimili de Anima oſtendimus. Sed non minori hallucinatione circa hominis facultates quàm circa animam eius & corpus hæretici cæcutierunt ; adeoq; ex hoc etiam capite ſeipſos ignorauerunt. Inter hominis facultates primatum obtinet arbitrij libertas, quâ potiſſimum à brutis animantibus , diſcrepat, & Deo ac angelicis ſpiritibus appropinquat : [y] 'Quid quę- , ſo (ait quidam) in homine ſublimius , quid dignius inueniri poteſt, , quàm illud, in quo ad imaginem Dei creatus eſt ? Habet ſanè liber- , tas arbitrij imaginem non ſolùm æternitatis, ſed & diuinæ maieſtatis. , Quantùm putamus in hoc incommutabili æternitati præ cæteris om- , nibus liberum arbitrium viciniùs accedit, eiusq; in ſe imaginem ex- , preſſiùs gerit, quod nullâ vnquam culpâ, nullâ demùm miſeriâ, non , dico deſtrui, ſed nec minui poterit ? Vultis & Maieſtatis ſimilitudi- , nem in ipſa perſpicere, & quomodo eius imagine impreſſa ſit, euiden- , ter agnoſcere ? Deus ſuperiorem non habet , nec habere poteſt : & , liberum arbitrium dominium non patitur, nec pati poteſt : quia vio- , lentiam ei inferre nec creatorem decet , nec creatura poteſt'. Circa hanc itaq; principem hominis facultatem hæretici poſt Philoſophos dupliciter oberrarunt: alijs eam nimiâ depreſſione perimentibus, alijs ex adverſo ſupra modum ſuſtollentibus. Priori modo circa eam errarunt Manichæi, Colarbaſiani, Bardeſaniſtæ, & Priſcillianiſtæ , apud Auguſtinum citato iam toties libro de Hæreſibus. Quibus addi poſſunt & Simoniani, ex lib. 3. Recognitionum, Papæ Clementi adſcriptarum : necnon & Ualentiniani , ex Tertulliano lib. aduerſus ipſos cap. 26. & Marcionitæ cum Hermogenianis , ex eodem Tertulliano lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 4. & lib. aduerſus Hermogenem cap. 12. & lib. de Anima cap. 21. ſuper quibus locis videri in hanc rem poſſunt Notæ Pamelij. Videri præterea poſſunt Notæ Feu-ardentij in cap. 9. lib. 4. Irenæi aduerſus Hæreſes : vbi eundem errorem aſcribere videtur Gnoſticis , modernos liberi arbitrij negatores vocans 'Novos Gnoſticos'. Qui rurſus in Notis ſuper fragmento ſermonis Irenæi, 'De igne', eundem errorem attribuit Florinianis ; peccata hominum non libero arbitrio, ſed Deo imputantibus. Aduertit & idem paulò ſuperiùs in Notis ſuper fragmento Epiſtolæ ad Florinum, Caluinianos hac in parte impudentiores eſſe veteribus hæreticis, malum , Deum cum bono impudenter comminiſcentibus : ' Certè (inquit) , Carpocrates & Marcion maluerunt plures Deos comminiſci, quàm , vni & vero Deo adſcribere cauſam efficientiamq; peccati : à qua ta- , men impietate non abhorrent Caluiniani'. Idipſum etiam habet locum in Florinianis , Caluinianorum hac in parte Patriarchis. In oppoſitum extremum circa arbitrij libertatem declinarunt Pelagiani: , quos ob id Auguſtinus , [z] ' Liberi arbitrij defenſores ; imò decep- , tores , quia inflatores ; & inflatores , quia præſumptores', appellat. Horum genealogiam à Lucifero archidæmone deducit Bradwardinus archipræſul Cantuarienſis in Præfatione ad ſuos libros de Cauſa Dei

[y] *Rich. Victor. l. 1. de Statu interioris hominis c. 3. Vide Iren. l. 4. c. 9. & Damaſc. l. 3. c. 14. & Hieron. Epiſt. 146. & Amb. l. 6. Hexameron. c. 8. & Baſil. Serm. Quod Deus non ſit author malorum. & Greg. Nyſſ. l. de Opificio hominis c. 4. & Tertull. l. 2. cont. Marcion. c. 5.*

Clemens Papa. Tertullianus.

Pamelius. Feu-ardentius.

[z] *Aug. Epiſt. 105. Vide eundē Tract. 82. in Ioan. & l. 1. ad Bonif. c. 2. & 4. & l. de grat. & l. Arb. c. 14. & lib. 2. operis imperf. c. 154. & 105.*

Bradwardinus. Vide Aug. l. de Cantico nouo c. 8.

, Dei aduerſus ipſos: 'Primo (inquiens)horum hæreſiarchâ Lucifero,
, nolente Deo ſubeſſe ſed coëſſe, per Michaëlem deiecto, ſurrexit
, Cain,exiſtimans peccatorem nequaquam iuſtificari gratis à Deo per
, gratiam gratis datam, ſed per meritum antecedens. Quo diuinâ vl-
, tione proſtrato ſurrexit Nemrod: qui, Ioſepho recitante, ſuadebat
, hominibus vt nequaquam Deo adſcriberent quòd ipſis felicitas eue-
, niret; ſed quòd hæc eis virtute propriâ præberetur: & vt ſpem ſuam
, in propria virtute reponerent, non in Deo. Multitudo etiam prona
, erat vt eius præceptionibus obedirent,obſequi Deo graue ſeruitium
, reputantes: ſicq; homines à Dei reuocauit timore, fecitq; elatos ad
, Dei iniuriam & contemptum, atq; ad tyrannidem adducebat. Cu-
, ius præſumptione ſacrilegâ per Abraham patriarcham retusá,ſurrex-
, erunt illi vaniloqui & magniloqui, arbitrantes, *Labia & ſermonem ſi-* *Pſal. 11. 5.*
, *bi à ſe eſſe*, quare & Deum habere Dominum dedignantes. Horum

Pelagianorum Genealogia. Vide Ioſeph. lib. 8. Antiq cap. 3. Vide Ioſeph. l. 1. Antiq. c. 5.

Vide Ioſeph. l. 2. de bello Iudaico c. 7. in fine.

, & filij Sadducæi, teſte Ioſepho,affirmare videntur quòd 'Bonum &
, malum hominum electioni proponitur, & vnumquemque ex volun-
, tate propria ſine Deo eligere hoc vel illud'. Quibus & per Prophe-
, tam correptis, ſurrexerunt quidam Hebræi, Græci, & Romani
, Chriſtiani, qui dicerent, ſe meritis ſuis fidei gratiam ſuſcepiſſe.Qui-

Vide Aug. Epiſt 106. in principio & l. de Hæreſibus c. 88. & proſp. l. de ingratis cap. 1. Vide Proſp. lib. contra Collat. per totum. & l. de Ingratis c. 4.

, bus & per Apoſtolum redargutis, ſurrexit Pelagius Brito, qui con-
, tra Dei gratiam & eius auxilium, ſuperba bella commouit. Quo
, per patres catholicos condemnato, Iulianus & Celeſtius eandem
, hæreſim renouarunt. Quæ & per patres orthodoxos extincta, à
, Caſſiano iterùm ſuſcitatur. Quem & Proſper proſperè caſtigauit'.
Omnes porrò iſti hæretici, ſiue qui arbitrij libertatem deprimendo euacuarunt, ſiue qui eandem extollendo inflarunt, proculdubio ignoratione ſui caligarunt. Illi quidem, quia ſemetipſos pecoribus inferioribus coæquarunt: iſti verò,quia ſemetipſos Deo ſuperiori compararunt, imitantes eum qui in ſuo corde dixit, *Similis ero Altiſſimo.* *Iſa. 14. 14.*

Eſtius.

Animadvertit non adeò pridem id Duacenſis Academiæ Cancellarius
, Eſtius: atq; idcircò dolenter aliquando conqueſtus eſt, 'Liberum
, arbitrium à nonnullis ita inſolenter extolli, vt non aliud reſtare vi-
, deatur, quàm vt in fine Pſalmorum decantent: Gloria Patri, &
, Filio, & Spiritui ſancto, & libero arbitrio'. Neq; ſuum hoc dictum
Eſtius ad eos reſtrinxit, qui gratiæ neceſſitatem vniverſim ſubmouerant; ſed illos perſpicuè ſignanterq; ſugillauit, qui gratiam quidem aſtruunt, ſed libero eam arbitrio ſubdunt; tanquam humana voluntas in ſalutis negotio teneret primatum, gratia ſecundatum. Vnde etſi aliqui exceſſiuè Eſtium locutum exiſtiment, alij tamen eum defectiuè potiùs locutum arbitrantur; debuiſſeq; dicere: Non aliud reſtare, quàm vt in fine Pſalmorum decantent: Gloria libero arbitrio, & Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Contra tales buccinatores liberi arbitrij rectè vſurpatur Symbolum illud, quo contra Luciferum vſus fuerat Archangelus, cui ob id Michaelis nomen adhæſit: [a] 'Quis vt
, Deus'? vel quod ſuis vexillis Antiochum debellaturus Iudas Ma-

[a] *Greg. Homil. 34. in Euangel.*

tathiæ

Exod 15. 11. tathiæ filius inscripsit, vndè ei Machabæi nomen adhæsit: *Quis similis tui in fortibus Domine?* Qua de re videri potest Sixtus Senensis lib. 1. Bibliothecæ, & Serarius Proloquio 1. in libros Machabæorum.

5. Sed quid de illis hæreticis censendum, qui circa Dominicæ Incarnationis mysterium erraverunt? Vtiq; quòd etiam ipsi semetipsos ignoraverunt. Nunquid enim se ignorat, qui vitam suam nescit? Vita

Deut. 28. 66. nostra Christus est, de quo ait Moyses populo Iudæorum: *Erit vita tua quasi pendens ante oculos tuos.* Qui & ipse de se apertissimè dixit:

Ioan 14. 6. *Ego sum via, & veritas, & vita.* De quo Paulus Apostolus ait Colossen-

Colos. 3. 3. sibus: *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Cuius vitæ sanis sermonibus quisquis non acquiescit, non solùm *superbus est*, sed etiã

1. Tim. 6. 4. (eodem Apostolo teste) *Nihil sciens.* Nihil igitur sciverunt, adeòque se ignoraverunt, Samoniani, Simonem suum hæresiarcham pro Christo venditantes: Basilidiani; non Christum, sed pro Christo Simonẽ Cyrenensem à Iudæis crucifixum fuisse fabulantes: Carpocratiani, Cerinthiani, Ebionitæ, Theodotiani, Origeniani, Artemoniani, Pauliani, & Photiniani; Christum non Deum, sed purum hominem comminiscentes: Valentiniani, Sevandiani, Cerdoniani, Bardesanistæ, Apollinaristæ, Apellitæ, Manichæi, Proclianitæ; Christum ex matre veram carnem sumpsisse negantes: Marcistæ, Colarbasiani, Cerdoniani; Christum non verè, sed simulatè passum effutientes: Noëtiani, Priscillianistæ, Sabelliani; personam Christi cum Patre & Spiritu Sancto confundentes: Arriani, Semi-Arriani, Æriani, Ætiani, Metangismonitæ, Eunomiani; Christum Deum Patri consubstantialem negantes: Arriani item & Apollinaristæ; Christum solam carnem sine anima suscepisse arbitrantes: Seleuciani seu Hermiani; Christum in sole carnem suam reliquisse cum ascenderet, nec proinde in ea ad dexteram Patris sedere dogmatizantes. De quibus omnibus videri potest Augustinus præmemorato libro de Hæresibus ad Quodvultdeum. His præterea addi ex Gennadiano supplemento possunt Timotheani & Eutychiani; vtramque in Christo naturam confundentes. Quibus adversantur Nestoriani in oppositum extremum declinantes, nec solùm naturas, sed personas etiam in Christo dividentes. Quorum hæresi vicinissimè accesserunt Feliciani & Elipandiani; Christum hominem filium Dei adoptivum dogmatizantes. Sed tàm his quàm Nestorianis præluserat Leporius monachus Gallus, Pelagiano cœno pridem immersus, sed Augustini operâ inde ereptus: De quo videri potest Cassianus lib. 1. de Incarnat. cap. 4. & Gennadius lib. de Viris illustribus cap. 59. cum Scholijs Miræi ibidem in ipsum. Vnde non immeritò hæreticis circa Incarnationis mysterium errantibus annumerantur Pelagiani; Christum per opera liberi arbitrij divinitatem promeruisse blasphemantes. In quam rem videri potest Epitaphium quod Nestorianismo & Pelagianismo Prosper appendit. Meminit

Vide Leonem serm. 2. de Nativitate, & sermone 10. ibid. & Vincent. Lyrin. cap. 34.

Augustinus. Gennadius.

Vide Facund. Hermian. l. 1. de tribus capitulis ad Iustin. c. 4. & Baron. tomo 5. Annal. ad annum 430. Cassianus. Gennadius. Miræus. Prosper.

Vide eundem l. cont. Collat. c. 41. in fine.

huius hæreſeos Gregorius in Expoſitione iſtorum verborum Iob :

b *Greg. lib 18. Moral. cap. 27.*

, *Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia* : ita ſcribens : [b] 'Nullus ſanctorum quibuſlibet virtutibus plenus, ex iſta tamen nigredine mundi collectus, æquari ei poteſt de quo ſcriptum eſt : *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Nos quippè etſi ſancti efficimur, non tamen ſancti naſcimur : quia ipſa naturæ corruptibilis conditione conſtringimur, vt cum Propheta dicamus : *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me mater mea.* Ille autem ſolus veraciter ſanctus natus eſt, qui vt ipſam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commiſtione carnalis copulæ conceptus non eſt. Huic ſe ſapientiæ quaſi quoddam topazium de Æthiopia æquari voluit, cum quidam hæreſiarcha dixit : *Non invideo Chriſto Deo facto : quoniam ſi volo, & ipſe poſſum fieri.* Qui Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, non per myſterium conceptionis, ſed per profectum gratiæ, Deum putavit; perversâ allegatione aſtruens eum purum hominem natum, ſed vt Deus eſſet, per meritum profeciſſe : atque ob hoc æſtimans, & ſe, & quoſlibet alios poſſe ei coæquari, qui filij Dei per gratiam fiunt : non intelligens, non attendens, quia *Non adæquabitur ei topazium de Æthiopia*'. In quibus verbis tametſi hæreſiarchæ nomen ſubticeatur, ad Neſtorium, vel Leporium, vel Pelagium alludi non dubium eſt. De quorum primo extat illud Proſperis,

Iob. 28. 19.

Luc. 1. 35.

Pſal. 50. 7.

c *Proſp. in Chronico ad annum 5. Theodoſij.*

Dubium. Deciſio.

[c] 'Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus novum Eccleſijs molitur errorem inducere, prædicans, Chriſtum ex Maria hominem tantùm, & non Deum natum; eiq; Divinitatem collatam eſſe pro merito'. Si quæras, quomodò Neſtorij errorem Proſper vocet 'novum', ſi pridem à Leporio aut Pelagianis tradebatur? Reſpondeo: Ad eum modum quo Pelagianorum error à Hieronymo vocatur,

d *Hieron. l. 1. in Hierem. cap. 2. & 3.*

[d] 'Nova ex vetere hæreſis' : Et rurſus in principio Epiſtolæ ad Cteſiphontem, 'Nova ex vetere quæſtio'. Qui rurſus lib. 6. in Hierem. cap. 30. Pelagianos ipſos vocat, 'Novos ex veteribus hæreticos'. Etenim ipſe Proſper cap. 41. adversùs Collatorem in finalibus verbis, Pelagianos & Neſtorianos 'Cognatis confœderari erroribus' affirmat: & in Epitaphio vtriuſque hæreſeos, Neſtorianam ex vtero Pelagianæ prodiiſſe teſtatur. Cui conſonat (quàmvis aliàs diſcors) Collator ipſe Caſſianus lib. 1. de Incarn. cap. 3. & lib. 7. c. 21. Quo poſtremo loco Neſtoriũ facit filium Leporij, nepotem Pelagij :

Caſſianus.

'Et tu (inquiens) Pelagianæ hæreſeos ſpinoſa ſoboles, idem oſtendis in germine, quod pater tuus habuiſſe traditur in radice. Leporius illeenim (vt Leporius diſcipulus ſuus dixit) Dominum noſtrum aſſerebat Chriſtum factum eſſe per baptiſmum : Tu in baptiſmo templum Dei dicis factum eſſe per ſpiritum. Non quidem ad plenum eadem verba ſunt, ſed ad plenum vna perverſitas'. Secundò reſponderi poteſt, Neſtorij errorem idcircò à Proſpero appellari 'novum', quòd Catholicæ vetuſtati contrarius extiterit, tametſi hæreticæ vetuſtati fuerit conſentaneus; iuxta illud quod Vincentius Lirinenſis, de

Epheſino

, Ephesino Concilio loquens, ait : [e] 'Vniversis Sacerdotibus, qui il- [e] *Vincent. Li-*
, lò ducenti ferè convenerant, hoc catholicissimum, fidelissimum, *rin. cap. 41.*
, atq; optimum factu visum est, vt in medium sanctorum patrum
, sententiæ proferrentur, quorum alios Martyres, alios Confessores,
, omnes verò catholicos sacerdotes fuisse & permansisse constaret: vt
, scilicet ritè atq; solenniter ex eorum consensu atq; decreto, antiqui
, dogmatis religio confirmaretur, & prophanæ novitatis blasphemia
, condemnaretur. Quod cum ita factum foret, iure meritèq; ille impius
, Nestorius catholicæ vetustati contrarius, Beatus verò Cyrillus
, sacrosanctæ antiquitati consentaneus iudicatus est'.

6. De cæteris hæreticorum sectis advsque hæc nostra tempora in Ecclesia exortis, vel adhuc in dies de novo ebullientibus, supervacaneũ foret singulatim hìc differere, & singulas ignoratione sui cæcatas ostendere; præsertim cum Petrus Apostolus postquàm in sua Epi-
2. Pet. 1. 5. stola fideles monuisset, *Ministrate in fide virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem*, mox infrà subtexuerit ad præsens
2. Pet. 1. 9. nostrum propositum : *cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans.* Hæc etenim nulli hæreticorum præstò esse, vel ex eo perspicuum est, quòd fides ipsa (quam velut reliquorum basin Petrus primo loco commemorat) vnicuique eorum desit. Vnde fit consequens, omnes esse cæcos; adeòque sui ignaros. Nec mi-
2. Cor. 4. 4. nùs dilucidè idipsum ex Paulo colligitur, dicente : *Deus huius sæculi excæcavit mentes infidelium.* Quæ verba, sicut Marcionitas & Manichæos cum reliquis Politheismi commentoribus nihil adiuvant, ita hæreticos omnes cum cæteris incredulis ignoratione sui excutire evincunt. Quemlibet enim Apostolus *Deum huius sæculi* *Vide Estium in*
nuncupaverit, certè non est Deus malus Marcionis aut Manichæo- *Comment. 2.*
rum : & tamen *excæcat mentes infidelium*, adeòque eas reddit sui status *Cor. 4 ad ver-*
ignaras; sive denegando lucem, si intelligatur Deus verus; sive of- *sum 4.*
fundendo caliginem, si princeps sit tenebrarum. Hic enim, vt testa-
Ephes. 2. 2. tur Apostolus, *operatur in filios diffidentiæ.* Quid vtique, nisi caliginosam ipsam diffidentiam, & Dei ac sui nescientiam? Hâc porrò, offusi obtenebratique hæretici, *Ambulant, sicut & gentes ambulant,*
Ephes. 4. 18. *in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum.* De ista quippè operatione principis tenebrarum in filios diffidentiæ, signanterque in hæreticos, extat hoc luculentum Papæ Leonis testimonium : [f] 'In ijs omnibus operatur, qui, cum sit verè [f] *Leo Serm. 5.*
2. Cor. 11. 14. illuminationis inimicus, *in lucis se angelum transfigurat.* Huius arte *de Ieiunio 10.*
, Basilides, huius Marcion callet ingenio, hoc duce agitur Sabellius, *mensis.*
, hoc præcipitatur rectore Photinus, huius potestati famulatur Arrius,
, huius spiritui servit Eunomius. Tota denique bestiarum talium

, cohors hoc præside ab Ecclesiæ vnitate discessit, hoc magistro à ve-
, ritate desciuit'. Vbi præmittendo superiùs, 'Omnibus';& adijciendo in fine, 'Tota bestiarum talium cohors', nullum hæreticorum pro quovis tempore ab Ecclesiæ vnitate discedentem, aut à catholica veritate desciscentem voluit haberi exceptum. Nec defuit è recentioribus hæresiarchis quispiam,qui diaboli magisterio se fateretur instructum: vt videre est in peculiari opusculo quod' de Lutheri magistro' scripsit Serarius. Et sanè etiam tacente hęresiarchâ, similitudo modernorum dogmatum cum priscis, similitudinem magisterij vtrobiq; evincit. Nam quod de Priscillianistis in libro de Hęresibus Augustinus dixit, & de Manichęis Leo Sermone iam citato, hoc in nostri temporis sectarijs Lutheranis & Calvinistis, mutato solo nomine,
, locum habet: ' Cum in cunctis perversitatibus(ait ibi Leo) diabolus
, multiformem teneat principatum, arcem tamen sibi in Manichæo-
, rum struxit insania; & latissimam in eis aulam, in qua se exultan-
, tiùs iactaret,invenit: vbi non vnius pravitatis speciem, sed omnium
, simul errorum impietatumq; mixturã generaliter possideret. Quod
, enim in Paganis prophanum, quod in Iudæis carnalibus cœcum,
, quod in secretis magicę artis illicitum, quod denique in omnibus
, hæresibus sacrilegum atq; blasphemum est; hoc in istos, quasi in
, sentinam quandam, cum omnium sordium concretione confluxit'.
Notat quidem Bellarminus in Præfatione ad tomum primum Controversiarum, diabolum ab exordio Christianæ religionis eundem in impugnandis fidei articulis ordinem servasse, quem Apostoli diuinitùs afflati in ijsdem per symbolum concinnandis fuerant secuti; totumq; iam occupari in eorum articulorum impugnatione, qui *Sanctam Ecclesiam Catholicam*, *Sanctorum communionem*, & *Remissionem peccatorum* concernunt: nihilominùs illud constat, nec olim eum ab istorum impugnatione abstinuisse, nec etiam adhuc à precedentium conquassatione desistere. Quàmvis enim ob inolitum superbiæ fastum magnopere confundatur cum vincitur,inveterata tamen malignitas & livor in homines, superbiam sic deprimit, vt nonobstante novæ confusionis periculo prę sium iteratò resumat. Certè post articulos à Bellarmino memoratos sequitur in Symbolo articulus de *Carnis resurrectione*: quem tamen ab initio etiam per Simonianos diabolus labefactare tentavit: vt suprà visum est. Sicut ergo cùm priores Apostolici Symboli articulos impeteret, posteriores concutere non neglexit; ita & nunc posteriores impetens, priores pulsare non desinit. Prodijt non ita pridem Dilingæ in Germania Opusculum tripartitum, tria symbola cum Apostolico Symbolo collata complectens,Catholicum, Lutheranicum, & Calvinisticum. Ex quorum duorum posteriorum tenore perspicuum est, nullum esse Apostolici Symboli articulum, quem diabolus per modernos sectarios non pulset; verumq; esse, quod nuper Ianscnius Silvæducensibus ministellis dixit & exprobravit:
, § 'Doctrina ipsa, quam velut reformatam cuditis & recuditis, non
est

Serarius.

Augustinus.

Leo.

Bellarminus.

§ *Corn. Iansen. in Spongia Notarum Vestij cap. 59.*

Digitized by Google

, eſt aliud niſi diverſorum errorum ſectarumq; colluvies, quæ anti-
, quitùs viguerunt, & cum ſuis authoribus, antequam naſceremini,
, proſcriptę atq, damnatæ ſunt'. Antiquiſſimã omniũ omninò hæresũ
fuiſſe Pelagianam indicat Bradwardinus ſuperiùs tranſcriptus, pri-
mum eius hæreſiarcham ſtatuens Luciferum, quem ob eam cœlo di-
cit eſſe depulſum: & tamen adhuc hodie refovetur ab Arminianis, *Bradwardinus.*
, tametſi iam toties defoſſa & incinerata:' Licet hæc ficus fatua (ait
, loco ſuperiùs citato Bradwardinus) toties ſit præciſa, toties eradi- *Vide Gelaſ. pp. Epiſt. 5. ad Honorium.*
, cata, toties combuſta, incinerata, & vſque ad nihilum conculcata;
, quàm latè tamen & densè adhuc non deſinit germinare, & ſua vitu-
, lamina vitioſa, quantò ſubtiliùs, tantò periculoſiùs propagare'!
Hęc ille pro ſuo tempore: quę vtinam in noſtra tempora non ęquè
quadrarent. Tanta ineſt novatoribus innovandi cupiditas, vt penè ſit
impoſſibile eos fidei lumine vacuos in olim reprobatas hæreſes non
impingere. In ſola Britannia ſpatio penè quinquennij, vt Reggius *Reggius.*
Calviniſta teſtatur, centum octoginta nuper ebullierunt ſectę. Neſ-
cio an ipſa prophana Philoſophia tantillo ſpatio tot ſectas pepererit.
Dicamus igitur & nos de hæreſi, quod de Philoſophia dixit Lactã-
, tius: [h] 'In multas ſectas Philoſophia diviſa eſt, & omnes varia ſen- *h Lactant. lib. 3. cap. 4.*
, tiunt. In qua ponimus veritatem? In omnibus certè non poteſt.
, Deſignemus quamlibet: nempè in cęteris omnibus ſapientia non e-
, rit. Tranſeamus ad ſingulas: eodem modo, quicquid vni dabimus,
, cęteris auferemus. Vnaquæque enim ſecta omnes alias evertit, vt ſe
, ſuaque confirmet: nec vlli alteri ſapere concedit, ne ſe deſipere fa-
, teatur. Sed ſicut alias tollit, ſic ipſa quòque ab alijs tollitur omni-
, bus: Nihilo minùs enim Philoſophi ſunt, qui eam ſtultitiæ accuſant.
, Quamcunque laudaveris veramque dixeris, à Philoſophis vitupe-
, ratur vt falſa. Credemuſne igitur vni ſeſe ſuamque doctrinam lau-
, danti, an multis vnius alterius ignorantiam culpantibus'? Adda-
, mus & illud eiuſdem inferiùs ibidem. 'Si ergo ſingulæ ſectę multa-
, rum ſectarum iudicio ſtultitiæ convincuntur: omnes igitur vanę at-
, atque inanes reperiuntur. Ita ſeipſam Philoſophia conſumit & con-
, ficit'. Hæc ęquè obtinent in ſectis hęreticorum, ac in ſectis Phi-
loſophorum. Sed pro aſtruenda ignoratione ſui in hæreticis iſta
ſufficiant.

CAPVT VII.

Apophthegmatis, Noſce Teipſum, *authoritas divina, origo rationali creatura coæva, amplitudo eidem coextenſa: eius neglectus omnium malorum ſcaturigo.*

1. SI Apophthegmatis noſtri authorem, & originem, & amplitudinẽ penſemus, nullum reperiemus documentum authore ſublimius,

Digitized by Google

origine antiquius, aut amplitudine ipso diffusius. Author quippe eius Deus est, origo rationali creaturæ coæua, amplitudo eidem coextensa. Cum Sapiens in Ecclesiastico primam hominis conditionem perstringeret, inter alia memorat, Deum cum protoplastis recèns tunc conditis testamentum constituisse æternum: & mox subdit: *Iustitiam & iudicia sua ostendit illis, & magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures eorum.* Sed quænam hæc vox, cuius honorem audierunt aures eorum? Sequitur: *Et dixit illis, Attendite ab omni iniquo.* Cui, nisi sibimet ipsis? Nam de attentione proximis impendenda mox sequitur: *Et mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Apophtegma igitur nostrum vox Dei est, ad protoplastos recèns conditos directa. Quam vocem in Deuteronomio Deus rursus per Moysen replicauit, dicens homini, *Attende tibi ipsi*: vt superiùs cap. 1. & 2. memorauimus. Huc referri etiam potest illud Papæ Leonis: [i] 'Si , fideliter atq; sapienter creationis nostræ intelligamus exordium, in- , veniemus hominem ideò ad imaginem Dei conditum, vt imitator , sui esset authoris: & hanc esse naturalem generis nostri dignitatem, , si in nobis quasi in quodam speculo diuinæ benignitatis forma resplendeat'. Quod vt pleniùs perspicias, recole hìc quod superiùs ex , Bernardo in Præfatione recitatum est: ' Sume exemplum de summo , omnium patre, verbum suum & emittente, & retinente. Verbum , tuum consideratio tua: quæ si procedit, non recedat: si progredi- , atur, vt non egrediatur: sic exeat, vt non deserat'. Quid est exemplum sumere de summo omnium patre, nisi imitari summum omnium patrem? Et quis est ille summus pater, nisi hominis author? Homo igitur, iuxta Leonis doctrinam, ideò conditus est, vt ad imitationem summi patris verbum suum emittentis & retinentis, se consideret. Non tamen vt in se finaliter sistat, sed vt per se supra se ascendat: vt gradus ei fiat ad cognitionem Dei cognitio sui. Quod si fortè exemplum à Bernardo oblatum nimis sublime & inimitabile tibi videatur, accipe aliud quod Dionysius Areopagita suppeditat: De , angelis nimirum sanctis, semetipsos assiduè considerantibus: [k] 'Quoniam diuinum numen (ait ille) sacræ disciplinæ principium existit, , quâ sanctæ Mentes in sui deueniunt cognitionem; quisquis ad insitum naturæ lumen recurrerit, principiò quidem quis tandem ipse , sit videbit, hocq; lucis accessione munus sacrum referet. Porrò qui , propria sua rectè irreflexis oculis considerarit, abditas quidem ignorationis sui tenebras eliminabit, perfectissimæ tamen Dei vnionis & , participationis adhuc exors, eiusdem desiderio sponte non afficietur, , sed sensim primùm à proprijs ad potiora, & ex eis ad potissima; nec- , non perfectus iam in ordine, ad principalem Dei celsitudinem sacro , quodam modo euchetur'. Quem Dionysij locum hâc paraphrasi ad , præsẽs nostrum propositum accommodâ illustrat Pachymeras: 'Cum , diuinum numen sit origo rectæ ordinationis sacræ, secundum quam , etiam angeli semet ipsi norunt, nec inordinatè prosiliunt ad ea quæ non

[i] Leo *Serm. 1. de Ieiunio 10. mensis*.

Bernardus.

[k] *Dion. Areop. l. de Eccles. Hierarch. cap. 2.*

Pachymer.

Digitized by Google

, non decent, primum munus ex diuina doctrina quis conſequitur, , quod ſeipſum noſcat: vt illud quod in lege ſcriptum eſt ſeruet, *Attende tibiipſi*: quemadmodum etiam magnus Baſilius ait: Eatenus e- , nim ad proprium naturæ lumen ſiue contemplationem ſcientiamve , recurrens, Angelos imitatur, qui ſeipſos noſcunt'. Eadem penè ad verbum habentur apud Maximum monachum in Scholio ſuper ijſdē Dionyſij verbis. *Baſilius.* *Maximus.*

2. Supereſt videndum qualiter Deus protoplaſtum adimplendo huic documento idoneum præſtiterit. Qua de re ſic ſcribit Hugo Victori- , nus: [l] ' Cognitionem ſui hominem à prima conditione ſua talem , accepiſſe credimus, vt & debitum obedientię ſuę erga ſuperiorem , agnoſceret, & debitum prouidentię ſuę erga inferiorem nō ignoraret. , Hoc ſiquidem erat ſemetipſum agnoſcere; conditionem, & ordinem, , & debitum ſuum, ſiue ſupra ſe, ſiue in ſe, ſiue ſub ſe, non ignorare: , intelligere qualis factus eſſet, & qualiter incedere deberet: Quid agere, , quid ſimiliter cauere: hoc totum erat ſemetipſum agnoſcere. Si horum , cognitionem & diſcretionem homo non habuiſſet, ſemetipſum non , cognouiſſet: neq; prȩuaricationis horum poſtmodùm extitiſſet reus, , ſi priùs ad eorum cognitionem non fuiſſet illuminatus'. Alia prorſus eſt conditio hominis ſub iugo primę prȩuaricationis conſtituti, vt , his verbis aſſerit Richardus Victorinus: [m] ' Gratia quam homo ſe- , mel accepit ante peccatum iuſtè ſubtrahi non potuit: quam etſi prȩter , meritum acceperat, ſine culpa tamen amittere non debebat. Nunc , autem omni hora poteſt iuſtè ſubtrahi, quia nunquam poteſt homo , ſine culpa inueniri'. Quanquam verò diſpar ſit hominis pro vtroq; ſtatu conditio, non tamen eſt diſpar ſe cognoſcendi obligatio. Nam etſi homo alterarit naturam ſuam, non tamen Deus abrogauit legem ſuam: nec voluit accipere excuſationem impotentię de ſpontanea prę- , uaricatione incurſę: [n] ' Conſiderandum eſt (inquit Hugo Victori- , nus) quod non poteſt excuſare illa neceſſitas, quam prȩcedens ope- , rata eſt voluntas. Culpa enim voluntaria pœnam meruit, pœna au- , tem operata eſt infirmitatem, infirmitas verò induxit neceſſitatem: , & idcircò quia neceſſitatem operata eſt voluntas, voluntatem ipſam , excuſare non poteſt neceſſitas'. Tenetur itaq; homo ſicut tunc ita nunc debitum obedientię ſuę erga ſuperiorem agnoſcere, & debitum prouidentię ſuę erga inferiorem non ignorare. Hoc ſiquidem eſt nunc, perinde ac fuit tunc, ſemetipſum agnoſcere: Conditionem, & ordi- nem, & debitum ſuum, ſiue ſupra ſe, ſiue in ſe, ſiue ſub ſe, non igno- rare: intelligere qualis factus ſit & qualiter incedere debeat: quid agere, , quid cauere oporteat. [o] ' Sed approbare falſa pro veris (vt Auguſti- , nus aduertit) vt erret invitus: & reſiſtente atq; torquente dolore , carnalis vinculi non poſſe à libidinoſis operibus temperare, non eſt , natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati'. Pulchrè hanc Auguſti- ni prȩceptoris ſui ſententiam exprimit Hugo Victorinus lib. 1. de Sa- cramentis p. 6. cap. 9. vbi hominem inſtitutum conferens cum damnato

l *Hugo Victor. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 15.*

m *Rich. Victor. l. 1. de Statu interior. hom. cap. 22. Vide Aug. l. de corrept. & grat. c. 11. & l. 2. de peccat. Meritis c. 17. & Enchirid. cap. 81. & Greg. lib. 25. Moral. c. 9. & 11. & Bern. Epiſt. 77.*

n *Hugo Victor. l. 1. de Sacram. p. 7. cap. 23*

o *Auguſt. l. 3. de Libero arbit. c. 18. Vide eundem lib. de Nat. & Grat. c. 67. & l. 1. Retract. c. 9. & 15. & lo. de Perfect. Iuſtit. §. 4.*

Digitized

Hug. Victor. , nato ſeu lapſo, ſic ſcribit : 'Data eſt homini ratio & providentia per , quam hanc vitam ſuam inferiorem cuſtodiret ; eâdem providentiâ , naturali fugiendo noxia, ſalubria expetendo , medijs ad vtrumlibet , vtens. Hâc ergo cuſtodiâ munitus negligentiam vitare potuit , vio- , lentiam repellere non potuit. In potentia enim hominis erat omnem , negligentiam cauere , ſed non æquè in poteſtate hominis erat om- , nem violentiam repellere. Propterea rationi humanæ adiuncta eſt , providentia divina ; quatenus ratio humana in parte vna vigilaret , contra negligentiam, providentia divina in parte altera ſtaret contra , violentiam. Hâc itaq, geminâ cuſtodiâ munita civitas vitæ humanę, , nullis adverſis læderetur : quia ſi ratio humana non tepuiſſet adver- , ſus negligentiam, providentia divina nunquam in homine violentię , locum dediſſet. Quia verò ratio primùm per negligentiam locum ſuum deſeruit , divina poſtmodum providentia , iuſtè ſe à cuſtodia , ſubtraxit : vt iam in vita hominis nonnunquàm violentia prevaleat, , & ratio ipſa iam nunc etiam invita cogatur ſuſtinere, quod priùs , ſponte cauere neglexit'.

Sed ex iam citatis Hugonis Victorini verbis difficultas non prætereunda ſe hic ingerit : An nimirum protoplaſtum ignoratio ſui de primæua fœlicitate in ſtatum præſentis calamitatis deiecerit? Id enim , innuere illa Hugonis verba videntur : ' Si ratio humana non tepuiſ- , ſet adverſus negligentiam &c'. Tepor quippe iſte rationis actualem inconſiderantiam , ſi non habitualem ignorantiam , importare videtur. Cui intelligentiæ fauere videtur , quòd idem Victorinus in ſuis Miſcellaneis , poſtquam quatuor hominis ſtatus quaſi quatuor noctis , vigilias diſtinxiſſet : [p] ' Primum in clauſtro paradiſi , ſecundum poſt , peccatum in lege naturali , tertium ſub peccato in lege Moyſi, quar- , tum in Chriſti lege ſub gratia' : Paulò inferiùs ibidem dixerit, 'Ho- , minem in primo ſtatu malè pugnaſſe per negligentiam'. Nec enim aliud Victorino eſt, 'Malè pugnare per negligentiam' , quàm vulneri locum dare per inconſiderantiam. Hugoni hac in parte conſonat Richardus Victorinus , quando Incarnationis Filij Dei congruentias , aſſignans , inter alia ait : [q] ' Attendite quam congruum , quam ar- , tificioſum videtur, vt qui per inſipientiam ceciderat, per ſapientiam , reſurgat. Par fuit , vt cui falſitas fuit cauſa perditionis , veritas fie- , ret via ſalutis', Quibus verbis apertiſſimè indicat, hominem cecidiſſe per inſipientiam. Quod quid aliud eſt, quam cecidiſſe per negligentiam ſeu inconſiderantiam. Victorinis contemporaneus Philippus Abbas Bonæ ſpei non dubitat Adamum appellare ſimplicem atq; etiam , rudem : [r] ' Nec mirum (inquit) ſi homo diabolici fraudibus præve- , nitur , quorum ille in principio , iſte verò ſexta die , conditus inve- , nitur : ille feruens malitiâ iam conſueverat melioribus invidere, iſte , ſimplex & rudis nondum didicerat hoſtiles inſidias præcauere'. Similia habet idem author lib. de Obedientiâ clericorum cap. 5. Meminit eiuſdem ſimplicitatis Adamicæ Gilbertus Abbas Serm. 45. ſuper

3.

[p] *Hugo Victor. l. 4. Erudit. theol. ex 2. Miſcell. cap. 70.*

[q] *Rich. Victor. lib. de Incarnat. Verbi cap. 11.*

Philip. Bonaſp. Epiſt. 1.

Gilbertus.

Digitized by Google

per Cantica. Eòdem ſpectat, quod in Declamatione ſuper illis Petri ad Chriſtum verbis, *Ecce nos reliquimus omnia*, ſcribit Bernardus, 'Evæ defuiſſe prudentiam'. Sed & Chryſoſtomus Homil. de Adam & Eva, quæ habetur tom. 1. operum eius, 'Rudem hominem' vocat Adamum. Et rurſus Homil. proximè ſequenti, quę, de Interdictione arboris ad Adam, inſcribitur: 'Adam protoplaſtus, (inquit) nec ſtuduit ſervare iuſſa, nec vigilavit vt ſerpentis malitiam, præcaveret: ſimplex tantummodò fuit, aſtutus contra diabolum, non fuit'. Conſonat Irenæus lib. 3. adversùs Hæreſes cap. 37. affirmans, Adamum peccando 'Amiſiſſe indolem, & puerilẽ ſenſum'. Si enim puerilem ſenſum peccando amiſit, eum proculdubio priuſquam peccaret habuit. Conſonat Tertullianus lib. 2. adversùs Marcionem cap. 2. dicens de Adamo: 'A primordio homo animalis, nõ recipiens quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitiam exiſtimavit legem Dei'. Et mox inferiùs eundem appellat 'Rudem admodum hęreticum'. Moyſes Barcepha idipſum apertè docet in Commentario de Paradiſo, p. 1. cap. 20. dicens de Adamo: 'Capax perfectæ diſciplinæ, ſimul atque conditus erat, eſſe non potuit'. Et mox inferiùs de eodem continuans ſermonem: 'In ipſo ſtatim (inquit) creationis ſuæ rudimento incapax fuit abſolutæ doctrinę'. Extat in Bibliotheca SS. Patrum tom. 11. nuperæ æditionis Pariſienſis, reſcriptum Nicolai ad Marcum Exercitorem, vbi paulò poſt initium author palàm aſſerit, 'Adamũ oblivione expulsũ fuiſſe è paradiſo'. Et continuò ſubdit, rationem hanc: 'Nam ſi Domini pręceptum oblitus non fuiſſet, nunquam eâ gloriâ excidiſſet'. Eandem oblivionem protoplaſto aſcribere videtur Auguſtinus lib. de Natura & Gratia cap. 19. dicens: 'Subſtantia eſt Deus, & ſumma ſubſtantia, & ſolus verus rationalis creaturæ cibus: à quo per inobedientiam recedendo, & per infirmitatem non valendo capere quod debuit & gaudere, audis quemadmodum dicat: *Percuſſus ſum ſicut fœnum, & aruit cor meum; quoniam oblitus ſum comedere panem meum*'. Qui rurſus lib. de Cantico novo cap. 8. poſtquam de eodem protoplaſto dixiſſet: 'Deum contempſit, diabolo credidit, & quod acceperat perdidit': continuò ſubiecit vnde nunc agitur: 'Si tunc homo non fuit cautus, nunc homo caveat vel expertus'. Accedit & his martyr Cyprianus lib. de Bono patientiæ paulò ante medium, vbi Adamum tanquam divini præcepti immemorem arguens: 'Dei ſententia cogitetur (inquit) quam in origine ſtatim mundi & generis humani Adam præcepti immemor, & datæ legis tranſgreſſor accepit'. Irrefragabile denique huic veritati teſtimonium præbet divina ſcriptura, vbi ait: *Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Ubi per *honorem* non aliud quàm primę conditionis excellentia intelligitur, à qua homo prævaricando excidit, quia ſeipſum cõſiderare neglexit: [s] 'Factus eſt homo (ait Richardus Victorinus) ad imaginem & ſimilitudinem Dei: grandis honor. Sed homo non intel-

Matth. 19. 27. — Bernardus. Vide eundem in ſententijs c. 7. & ſerm. 59. ſuper Cantica.

Chryſoſt.

Irenæus.

Tertullianus.

Moyſes Barcephæ.

Nicolaus.

Auguſtinus.

Pſal. 101. 5. — Cyprianus.

Pſal. 48. 21. — [s] Rich. Vict. l. 1. de Emanuele cap. 19.

, intellexit, ideòq, deſpexit. Deſpectâ verò atque reiectâ ſimilitudi-
, ne Dei transfiguravit ſe ad ſimilitudinem iumenti: ecce quale dede-
, cus. Iuxta magnitudinem honoris magnitudo dedecoris'. Brevi-
Aelredus. ter Aelredus hoc ipſum perſtringit lib. 1. Speculi charitatis cap. 2.
, dicens: ' Non cauſetur homo quòd iam communem locum ſortia-
, tur cum belluis, qui in honore poſitus non intellexit: & ideò com-
, paratus eſt iumentis, & ſimilis factus illis'.

His patrum ac divinæ ſcripturæ teſtimonijs fateri cogimur, quan- 4.
dam primo homini inconſiderantiam obrepſiſſe, cum legem datam in paradiſo violaret. Et quid mirum, cum iuxta Angelici Doctoris ſententiam ſimilis inconſiderantia prævaricanti Angelo obrepſerit:

[t] *D Thom 1. p. q 62. ar. 1. ad 4. Vide Eſtiũ in 2 diſt. 6. §. 1. & diſt 22 §. 21. & Suarez l. 7. de Angelis. c. 4. & ſeqq.*

, [t] ' Contingit (ait ille) peccare per liberum arbitrium, eligendo ali-
, quid quod ſecundùm ſe eſt bonum, ſed non cum ordine debitæ men-
, ſuræ aut regulæ: ita quòd defectus inducens peccatum ſit ſolùm ex
, parte electionis, quę non habet debitum ordinem niſi ex parte rei
, electæ: ſicut ſi aliquis eligeret orare, non attendens ad ordinem ab
, Eccleſia inſtitutum. Et huiuſmodi peccatum non pręexigit igno-
, rantiam, ſed abſentiam ſolùm conſiderationis eorum quæ conſide-
, rari debent: Et hoc modo Angelus peccavit, convertendo ſe per li-
, berum arbitrium ad proprium bonum abſque ordine ad regulam
, divinæ voluntatis'. Ex quo patet, verum eſſe quod ſub initium hu-
ius capitis diximus, pręceptum ſe noſcendi coævum eſſe creaturę ra-
tionali. Si enim tam angelica quam humana creatura per ſui inconſi-
derantiam de ſuo ſtatu delapſa ſit, proculdubio ab initio præcepto ſe
noſcendi obſtricta fuit. Nemo quippè per inconſiderantiam labitur,
Scrupulus Excutitur. niſi qui oppoſitam conſiderantiam adhibere tenetur. Nec obſtat quòd
primum vtriuſque creaturę peccatum ſtatui ſoleat ſuperbia. Nam
cùm præceptum ſe noſcendi ſit regula humilitatis, nihil ei capitaliùs

[v] *Bern. Tract. de Gradibus Humilit. ſub initium.*

, quàm ſuperbia adverſatur: [v] ' Humilitatis (ait Bernardus) talis po-
, teſt eſſe definitio: Humilitas eſt virtus quâ homo veriſſimâ ſui agni-
, tione ſibi ipſi vileſcit'. Vnde patet, agnitionem ſui indivulsè cohę-
rere virtuti humilitatis: adeòque inconſiderantiam ſui oppoſito vitio
, ſuperbię: [w] ' Vide (ait homini alibi idem Bernardus) ne adijcias

[w] *Bern. ſerm. de Primordijs & noviſſimis noſtris.*

, adhuc ignorare, ne fortè ſuper te veniat terribilis illa comminatio,
, quâ Sponſus intonat, dicens: *Si ignoras te, ô pulchra inter mulieres,* *Cant. 1. 7.*
, *egredere, & abi poſt greges ſodalium tuorum.* Primò ſiquidem *cum in ho-*
, *nore eſſes,* ô homo, *non intellexiſti,* vnde *comparatus es iumentis inſipienti-* *Pſal. 48. 21.*
, *bus, & ſimilis factus es illis.* Iam ſi nec *vexatio intellectum dederit auditui,* *Iſa. 28. 19.*
, etiam poſt greges abibis, illis nihil mali ſentientibus, malis expoſitus
, vniverſis. Agnoſce ergo primordia tua, & erubeſce comparatum te
, eſſe iumentis: memorare noviſſima tua, & time ne abeas etiam poſt
, iumenta. Erubeſce, inquam, quòd pro conſortio Angelorum, con-
, ſortium ſortitus es pecorum; non modò in neceſſitatibus corporis,
, ſed etiam in affectibus cordis. Cum iumentis partiris cibum terrę,
, quia panem angelicum, panem faſtidiſti cœleſtem. Non ſolùm autẽ,

ſed

, ſed etiam (quod peius eſt) in recto corpore curva eſt anima : & in
, corpore manet humanę animæ ſimilitudo, in anima verò beſtiali
, ſimilitudine mutata eſt ſimilitudo Dei. An non confunderis ſur-
, ſum caput habere, qui ſurſum cor non habes? corpore rectos ſtare,
, qui corde repis in terra? An non repere eſt in terra, carnem ſapere, car-
, nalia deſiderare, carnalia quęrere? Veruntamen quia ad imaginem
, & ſimilitudinem Dei creatus es, ſi perdidiſti ſimilitudinem ſimilis
Pſal. 38. 7. , factus iumentis, ſed *in imagine pertranſiſti*. Ergo ſi in ſublimi poſitus
, non intellexiſti quoniam limus eſſes, noli infixus in limo profundi
, ignorare quia imago Dei es; & erubeſce, quòd peregrinam ei ſuper-
, duxeris ſimilitudinem. Memor nobilitatis tuę, pœnitet te tantę de-
, iectionis : ne ignores pulchritudinem tuam, vt de fœditate ampliùs
Eccl. 4. 25. , confundaris. Hęc eſt iuxta Salomonem *confuſio adducens gloriam*,
, quando à tanta gloria cecidiſſe confunderis. Eras enim aliquando
, gloriâ & honore coronatus, conſtitutus ſuper opera manuum Do-
, mini, incola paradiſi, angelorũ civis, & domeſticus Domini Sabaoth.
, Hinc deiecisti teipſum in has interiores tenebras, vnde ad exteriores
, quòque & palpabiles tenebras eijciendus eris aliquando, ſi non ca-
, veas'. Hęc ibi Bernardus. Quibus conſona leguntur apud Hugonem *Hugo Victor.*
Victorinum lib. 1. Eruditionum theolog. ex 2. Miſcellaneorum
cap. 82. ſub titulo, 'De turpi mutatione hominis'. Eiq; propoſito
accommodat verba Pſalmi 48. & Cant. 1. ſuprà hìc citata Sed & ipſe
Bernardus Serm. 35. ſuper Cantica, differens de eadem protoplaſti *Bernardus.*
ruina, inquirit : 'Quęnam cauſa tantæ deiectionis'? & continuò reſ-
Pſal. 48. 21. pondens : 'Profectò (inquit) quòd *homo cum in honore eſſet non intelle-*
xit'. Et rurſus ſubinquirit : ' Quid non intellexit'? Atque huic ſub-
inquiſitioni non libenter ſe reſpondere innuens, addit : ' Non dicit:
Non dicamus'. Ne verò rem prorſus intactam præteriret, adijcit :
, ' Poſitus in honore non intellexit, quòd limus eſſet, honoris faſtigio
, delectatus : & continuò in ſe expertus eſt, quòd tanto pòſt tempore
, homo de filijs captivitatis prudenter advertit & veraciter protulit,
Gal. 6. 3. , dicens : *Qui ſe putat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Væ miſe-
Eccl. 10. 9. , ro, quòd non fuit qui iam tunc diceret ei, *Quid ſuperbis terra & cinis?*
, Hinc egregia creatura gregi admixta eſt, hinc beſtiali ſimilitudine
, ſimilitudo Dei mutata eſt, hinc ſocietas cum iumentis pro conſortio
, Angelorum inita eſt. Vides quàm ſit fugienda nobis hęc ignorantia,
, de qua tot millia malorum vniverſo noſtro generi provenerunt.
, Ait enim, propterea hominem iumentis inſipientibus comparatum,
, quia non intellexit. Cavenda proinde omnimodìs ignorantia, ne
, fortè ſi adhuc ſine intellectu & poſt vexationem inventi fuerimus,
, multò plura & graviora prioribus mala inveniant nos, dicaturque
Hier. 51. 9. , nobis : *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata.* Meritò quidem, quòd
Iſa. 28. 19. , nec *vexatio dederit intellectum auditui.* Et vide ne fortè etiam hìc Spon-
, ſus cum dilectam ab ignorantia tanto increpationis tonitruo deter-
, reret, propterea minimè dixerit: Egredere cum gregibus, aut egre-

, dere ad greges : sed *egredere*, ait, *post greges sodalium tuorum*. Ad quid Cant. 1. 7.
, hoc ? Sanè vt secundam proinde ignorantiam priore magis paven-
, dam pudendamq; ostenderet; quòd illa hominem bestijs parem fe-
, cisset, ista & posteriorem. Nam homines quidem *merito ignorantiæ* 1. Cor. 14.
, *ignorati*, id est, reprobati, & ad tremendum illud iudicium stare, & 38.
, igni perpetuo tradi habent, non autem & pecudes'.

Sed digrediamur ad Angelos principatu suo deiectos, & ostenda- 5.
mus etiam ipsos per inconsiderantiam sui lapsos. Quod quidem ex
Angelico doctore vtcunq; iam probavimus, sed pro pleniore proba-
x Bern. serm. 37. super Cantica. , tione Bernardum ei hìc sociabimus : x 'Quemadmodum (ait ille)
, ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia, Dei iti-
, dem amor : sic è contrario de ignorantia tui superbia, ac de Dei ig-
, norantia venit desperatio. Sic autem superbiam parit tibi ignoran-
, tia tui, cùm meliorem quàm sis, decepta & deceptrix tua cogitatio
, te esse mentitur. Hoc quippè est superbia, hoc initium omnis pec-
, cati, cùm maiores in tuis oculis, quàm apud Deum, quàm in veri-
, tate. Et ideò qui primus peccavit hoc grande peccatum (diabolum
, loquor) de ipso dictum est, quia *In veritate non stetit*, sed *Mendax est* Io. 8. 44.
, *ab initio*: quoniam quod in sua fuit cogitatione, non fuit in veritate'. & 1. Io. 1. 8
Ex quo patet, diabolum propterea suo principatu excidisse, quòd in
honore positus attendere sibiipsi neglexerit. Hinc rursus idem Bernar-
dus Tract. de Gradibus Humilitatis, differens de curiositate primo
superbiæ gradu, postquam protoplastos curiositate prolapsos fuisse
ostendisset, ad Luciferum digrediens, eum hâc compellavit apostro-
, phe : ' Sed & tu signaculum similitudinis, non in paradiso, sed
, in deliciis paradisi Dei positus es : Quid ampliùs quærere debes ?
, Plenus ergo sapientiâ & perfectus decore, *Altiora te ne quæsieris, &* Eccl. 3. 22.
, *fortiora te ne scrutatus fueris*. Sta in te, ne cadas à te si ambulas in mag-
nis & in mirabilibus super te'. Et paulò inferiùs ibidem ad eundem:
, ' Tu nescio quæ præ cæteris perspiciendo, differentias curiosiùs in-
, quirendo, irreverentiùs persuadendo, sedem tibi collocas in cœlo,
, vt sis similis altissimo. Quo fine ? Quâ fiduciâ ? Metire insipiens vi-
, res, pensa finem, excogita modum'. Quibus verbis inconsiderantiam
Luciferi haud obscurè denotat, vires suas non metientis, finem non
pensantis, modum non excogitantis ; adeòq; se seducentis : iuxta il-
y Bern. serm. 59 super Cantica. , lud quod de eo alibi idem Bernardus scribit : y ' Vtinam discam
, non superbire, sed vnctione potiùs quàm vltione magistrâ. *Domine, ne* Psal. 6. 2.
, *in furore tuo arguas me*, sicut Angelum extollentem se in cœlo : *Neque*
, *in ira tua corripias me*, sicut hominem in paradiso. Ambo iniquita-
, tem meditati sunt, altitudinem affectantes, ille potentiæ iste scien-
, tiæ. Denique credidit insipiens mulier pollicenti, sed seducenti,
, *Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum*. Iam sese antè seduxerat, cui Gen. 3. 5.
, persuaserat similem fore Altissimo : nam *qui se putat aliquid esse, cum* Gal. 6. 3.
, *nihil sit, ipse se seducit*'. Hinc rursus idem Bernardus Serm. 2. de Bea-
ta Maria, qui incipit, *Signum magnum apparuit in cœlo*, eundem Lucife- Apoc. 12. 1.
rum,

ferum,'Stultum, & totius ſtultitiæ principem' appellat : non quòd ex habituali ignorantia privativa, aut prævio errore poſitivo deliquerit: ſed quòd ad ea quæ habitualiter noverat, actualem attentionem adhibere neglexerit, diſtrahente eum curioſitate, quam Beatus Fulgentius concupiſcentiam malam appellat, vbi de eo ait : [z] 'Per concupiſcentiam malam quâ concupivit plùs extra ſe, minùs factus eſt in ſe'. Atque hinc eſt quod Bernardus præmemorato Tractatu de Gradibus humilitatis,curioſitatem ſtatuit primum ſuperbiæ gradum, & omnis peccati fontem ſeu initium : ' Totius diſputatiunculæ (inquit) hæc ſumma ſit, quòd per curioſitatem à veritate ceciderit: quia priùs ſpectavit curioſè, quod affectavit illicitè, ſperavit præſumptuosè. Iure igitur in gradibus ſuperbiæ primum curioſitas vendicat ſibi, quæ etiam inventa eſt initium eſſe omnis peccati'. Si petas, An Lucifer antequam peccaſſet præſcierit ſe puniendum ſi peccaret? Tractat hanc quæſtionem Anſelmus in Dialogo de Caſu diaboli cap. 22. & 23. reſpondetq́, negativè : 'Quia rationalis erat (ait ille ibi cap. 23.)potuit intelligere,quia iuſtè,ſi peccaret, puniretur : ſed quoniam *Iudicia Dei abyſſus multa*, & *Inveſtigabiles viæ eius*, nequivit comprehendere an Deus faceret, quod iuſtè facere poſſet'. Anſelmo quantùm ad hoc conſonat Bernardus citato loco de Gradibus humilitatis; addens præterea, Luciferum hinc promptiorem fuiſſe ad peccandum,quòd ſperaret ſe non adeò ſeverè puniendum : 'An fortè (ait ei ibi Bernardus) in te video compleri, imò à te initiari, quod poſt te & per te à tui ſimilibus in terris frequentatum ſolet vulgariter dici : Privatus Dominus temerarios nutrit? *An oculus tuus nequam eſt,quia ille bonus?* De cuius bonitate dum fiduciã nefariã ſumis,factus es & cõtra ſcientiã impudens,& contra potentiã audax. Hoc eſt enim,ô impie,hoc eſt quod cogitas, hæc eſt iniquitas quam meditaris in cubili tuo,& dicis : Putas creator opus ſuum deſtruat? Scio quidem quia non latet Deum qualiſcunque cogitatio mea : Deus enim eſt : Nec placet ei talis cogitatio mea : quia bonus eſt. Sed nec,ſi velit, effugiam manus eius, quia potens eſt. Nunquid tamen mihi timendum eſt? Si enim cum bonus ſit, non poteſt illi placere malum meum, quanto minùs ſuum? Meum quippè dixerim, contra eius voluntatem aliud velle : ſuum autem, ſi vindicet ſeſe. Tam ergo quodcunque ſcelus non valet velle vlciſci, quàm nec vult nec valet ſuâ bonitate privari. Fallis te miſer, fallis te, non Deum. Te, inquam, fallis, & mentitur iniquitas ſibi, non Deo. Doloſè quidem agis, ſed in conſpectu eius. Te ergo fallis, non Deum. Et quia de magno eius bono in te, tu magnum in eum excogitas malum, meritò iniquitas tua invenitur ad odium. Quæ maior namq́; iniquitas, quàm vt inde à te creator contemnatur, vnde plùs amari merebatur? Quæ maior iniquitas, quàm cùm de potentia Dei non dubites,quin ſcilicet deſtruere poſſit qui condere potuit; confiſus tamen de multa eius dulcedine, quâ ſperas eum nolle vindicare cum poſſit,

[z] *Fulgent. l. 1. ad Monim. c. 17.*

Bernardus.

Dubium.

Deciſio.

Anſelmus.

Pſal. 35. 7. & 35. 33.

Bernardus.

Matth. 20 15.

, possit, mala pro bonis, odium pro dilectione retribuas'? Hanc porrò Luciferi de Dei benignitate præsumptionem imitatus videtur Adamus, de quo ait Augustinus: [a] 'Inexpertus divinæ severitatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet esse commissum'. Vbi 'veniale' non contraponitur mortali, sed irremittendo: quo sensu scholastici vocant veniale ab eventu.

a *Aug. lib. 14. de Civit. c. 11.* *Vide Ambr. lib. de Paradiso c. 14.*

Ex dictis sat abundè comprobata habetur Apophthegmatis nostri authoritas & antiquitas: superest vt eiusdem amplitudinem perstringamus: quod præstabimus ostendendo generalẽ eius necessitatem, ad vniversos præceptorũ capaces se extendentẽ. Huius porrò generalis necessitatis testem inprimis habemus Trithemium, qui lib. 1. Sermonum ad Monachos, Serm. 4. prope finem ait: ' Vtraque cognitio, , Dei scilicet & sui, vnicuique mortalium necessaria est ad salutem. , Enimverò sicut ex cognitione sui venit in hominem timor Dei, & , ex Dei notitia nascitur amor Dei: ita provenit ex ignorantia sui superbia, & ex neglecta Dei cognitione cum desperatione salutis cõtemptus'. Trithemio hac in parte patrocinatur Bernardus: cuius testimonia quædam huc spectantia videre licet in præcedentibus transcripta, quibus & illud inpræsentiarùm adiungimus: [b] 'Maledicetur , homo qui ignorantiam Dei habere inventus fuerit. Dei, dicam, an , sui? Vtramque sine dubio: vtraque ignorantia damnabilis est, vtra- , libet sufficit ad perditionem. Vis scire quia ita est? Sed de Dei mi- , nimè dubitas, si tamen constat tibi non aliam *vitam esse æternam*, , quàm *vt patrem cognoscas Deum verum, & quem misit Iesum Christum.* , Audi ergo Sponsum liquidò & apertè in anima etiam animæ ignorantiam condemnantem. Quid enim dicit? Non vtique, Deum; , sed, *Si ignoras te*, inquit, &c. Patet ergò quia *ignorans ignorabitur*, sive se, sive Deum ignorare contingat'. Et rursus Sermone proximè sequenti paulò ante finem: ' Adverte (ait homini) quomodo vtraque , cognitio sit tibi necessaria ad salutem, ita vt neutrâ carere valeas , cum salute. Nam si ignoras te, non habebis timorem Dei in , te, non humilitatem. An verò sine timore Dei, & sine humilitate, de salute præsumas, tu videris'. Sed ne fortè hìc quispiam cavillando contendat, non de omnibus generaliter, etiam ratione vtentibus, sed de aliquibus indefinitè loqui Bernardum: audiat quemadmodum ab obligatione se noscendi solos rationis impotes excipiat: , ' Tenetis memoriâ (ait auditoribus suis Sermone proximè sequenti , sub initium) quod teneam assensum vestrum, Neminem absque sui , cognitione salvari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, , & timor Domini; qui & ipse sicut *initium sapientiæ*, ita est & salutis. Nemo, dico, absque illa cognitione salvatur, qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscendi: quod propter parvulos loquor, & propter fatuos, quorum alia ratio est. Quid si ignoras , Deum, poteritne spes esse salutis cum Dei ignorantia? Ne hoc quidem: nec enim potes aut amare quem nescias, aut habere quem non amaveris.

6.

Trithemius.

Vide Hugon. Vict. lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 8.

b *Bern. Serm. 35. super Cant.*

Evasio præclusa.

Io. 17. 3.

cant. 1. 7.

1. Cor. 14. 38.

Eccl. 1. 16.

, amaveris. Noveris proinde te, vt Deum timeas : Noveris ipſum, vt
, æquè ipſum diligas. In altero initiaris ad ſapientiam, in altero con-
Eccl. 1. 16. , ſummaris: Quia *initium ſapientiæ timor Domini eſt*, & *plenitudo legis eſt*
Rom. 13. 10. , *charitas*. Tam ergo vtraque ignorantia cavenda eſt tibi, quàm ſine timore & amore Dei ſalus eſſe non poteſt'. Et nonnullis interpoſitis eandem neceſſitatem vtriuſque notitiæ cum damnoſitate vtriuſque oppoſitæ ignorantiæ indicantibus, ſubnectit inferiùs ibidem Bernar-, dus: 'Si nos ignorantia Dei tenet, quomodò ſperamus in eum, quem , ignoramus? Si noſtri, quomodò humiles erimus : putantes nos ali-, quid eſſe, cum nihil ſimus? Scimus autem nec ſuperbis nec deſpe-, ratis partem eſſe vel ſocietatem in ſorte ſanctorum. Intuere ergo , nunc mecum quantâ curâ & ſollicitudine ambas iſtas repellere à no-, bis ignorantias debeamus, quarum omnis peccati altera initium pa-, rit, altera conſummationem : ſicut duarum è regione notitiarum , initium ſapientiæ vna, perfectionem altera gignit; illa timorem Do-mini, iſta charitatem'. Poſſumus Bernardo Antiochum abbatem adiungere, cuius variæ extant homiliæ in Bibliotecha Patrum Tomo. 12. nuperæ æditionis Pariſienſis; quarũ 61ma. de Apophthegmate noſtro tractat & inſcribitur, ita incipiens : 'Nulla non in re attentam , ſuiipſius gerere curam, res quidem perquàm ardua, ſed ſalutaris; , Deoq; vel inprimis accepta. Sanè mandatum hoc in genere omnes concernit'. Quam ſententiam ex Baſilio author ſumpſiſſe videtur, qui ſpeciali homiliâ ſuper eodem Apophthegmate, ſingulis hominum gradibus notitiam ſui aſtruit neceſſariam. Quem imitatus eſt Ambroſius lib. 6. Hexamer. cap. 6. & 8.

Antiochus.

CAPVT VIII.

Divina œconomia erga humanum genus eò ab initio ad finem vſque vniversè collimat, vt homines ſe noſcendo authorem ſuum recognoſcant. Quod inprimis oſtenditur pro ſtatu naturæ integræ, & lapſæ ante legem Moyſaicam.

1. SI ab ipſis humani generis incunabulis in hunc vſque diem omnes divinæ erga homines œconomiæ varietates revolvamus, inveniemus ſingulas eò potiſſimùm collimaſſe, vt homines ſe noſcerent. Inquirit Hugo Victorinus, [c] 'Quare homo, qui in paradiſo manſio-, nem habiturus fuerat, extra paradiſum factus eſt'? Et mox reſpondet, 'Ne beneficium Dei imputaret naturæ, ſed gratiæ'. Quod quid aliud eſt, quàm vt ſuam conditionem non ignoraret, & Deum tanti beneficij largitorem recognoſceret? In paradiſum tranſlatus temperantiæ præceptum idem homo accepit, ne putaret ſe ita immortalem, vt nec mori poſſet, nec ægrotare : [d] 'Dominus Deus (inquit Auguſti-, nus) creato homini ſine vitio temperantiam præcipere dignatus eſt: , quam ſi ille ſervaſſet, medicum poſteà morbo ſuo non deſideraret'.

[c] *Hugo Vict. Dialogo de Sacram legis naturalis & ſcripta.*

[d] *Aug. Serm. 13 de Verb. Apoſt. cap. 24.*

Et

Digitized by Google

Et rursus Enarrat in Psal. 40. de eodem creatore medicoq; hominis
Vide Ambr. l. 1. de Iacob. cap. 2. , loquens: 'Scit (inquit) se sano homini præceptum dedisse, ne lan-
, guorem incurreret; dixisse in Paradiso: Hoc manduca, & hoc noli.
, Non audivit sanus medici præceptum vt non caderet, audiat vel æ-
grotus vt surgat'. Sed à quonam morbo præservare eum impositione
præcepti voluit Deus? Vtiq; à morbo inconsiderationis sui, atque
huic cohærentibus tumore superbiæ & revulsione apostasiæ; de qui-
bus ait sapiens, *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo.* Quia verò, vt *Eccl. 10. 14.*
suprà visum est, considerationi sui adversatur curiositas, hanc inspi-
rare nisus est, qui ab interrogatione orsus est: *Cur*, inquiens, *præcepit* *Gen. 3. 1.*
vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? Curiositatis inchoa-
tio est rationis expostulatio. Sed & huic successit nova curiositas,
quam Scriptura innuit inferiùs subtexens: *Vidit mulier quòd bonum esset* *Gen. 3. 6.*
lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile. Nondum qui-
c Bern. Tract. de Gradibus humilit. in primo grado superbiæ. dem tetigit, sed tamen curiosè vidit: c 'Quid tuam mortem (decla-
, mat in eam Bernardus) tam intentè intueris? Quid illò tam crebrò
, vagantia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non
, licet? Oculos, inquis, tendo, non manum: non est interdictum ne vi-
, deam, sed ne comedam: An non licet oculos quò volo levare, quos
, Deus in mea posuit potestate? Ad quod Apostolus: *Omnia mihi li-* *1. Cor. 6.*
, *cent, sed non omnia expediunt.* Etsi culpa non est, culpæ tamen indi- *12.*
, cium est. Nisi enim mens minùs se curiosè servaret, tua curiositas
, tempus vacuum non haberet. Etsi culpa non est, culpæ tamen occa-
, sio est, & indicium commissæ, & causa est committendæ. Te enim
, intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum serpens illabitur, blan-
Vide Greg. lib. 21. Moral. c. 2. & Basil. Seleuc. Homil. 3. , dè alloquitur; blanditijs rationem, mendacijs timorem compescit:
, *Nequaquam*, inquiens, *morieris.* Auget curam, dum incitat gulam: *Gen. 3. 4.*
, acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem: offert tandem prohi-
, bitum, & aufert concessum: porrigit pomum, & surripit paradi-
, sum. Hauris virus peritura, & perituros paritura. Perijt salus, non
, destitit partus. Nascimur, morimur: ideòq; nascimur morituri, quia
, priùs morimur nascituri. Propterea *Grave iugum super omnes filios tuos* *Eccl. 40. 1.*
vsque in hodiernum diem'. Quanto satiùs aures suas interrogationi
serpentis illa præstruxisset, & oculos intuitioni fructus vetiti
præclusisset, nec curiositati per fenestras sensuum se ingerenti
locum dedisset. Sic enim & seipsam à superbiæ tumore præ-
servasset, nec coniugem suum in mortem secum præcipitasset, nec cum
f Aug. l. 14. de Civit. cap. 15. Vid. l. 8. de Gen. ad litt. c. 6. & l. de Nat. Boni c. 35. & Enchir. cap. 25. eo ab optimo creatore suo apostatasset. Ab illo, inquam, creatore,
, f 'Qui hominem creaverat, qui ad suam imaginem eum fecerat, qui
, cæteris animalibus præposuerat, qui in paradiso constituerat, qui
, rerum omnium copiam salutisq; præstiterat, qui præceptis nec plu-
, ribus, nec grandibus, nec difficilibus oneraverat, sed vno brevissimo
, atque levissimo ad obedientiæ salubritatem adminiculatus fuerat;
, quo super eam creaturam, cui libera servitus expediret, se esse Do-
g Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 4. minum commonebat'. Appositè eam servitutem appellavit 'liberam',
quâ ingenua creatura suo obsequitur creatori: g 'Cui appropinqua-

Digitized by Google

,re(vt ait Prosper)clarescere est,quē timere gaudere est,cui servire regnare est'. Præcepti itaq; impositione commonitus est homo, vt servilem agnosceret conditionem suam, nec existimaret se parem esse, sed subditum Deo. Ipsum præterea nomen ei impositum admonitio quędam fuit noscendi seipsum: vt quoties audiret vocabulum suum, recogitaret originem suam; agnoscens se de vili humo factum, & in animam vivam figuli inspiratione subvectum: [h] 'Adam (inquit papa ,Gregorius)qui primus est conditus, latino sermone terra rubra nominatur'. Ipsa igitur nominis impositio quid aliud fuit, quàm quædam se noscendi admonitio? Tanquam diceretur ei, Attende vocabulum tuum, & agnosce originem tuam: humiliare sub manu figuli qui plasmavit te, ne fortè in limum pristinum redigat te. Non defuit proinde qui ei se extollenti iugiter insonaret, *Quid superbis terra & cinis?* Adfuit ei continuò documentum illud, *Nosce te ipsum.* Adfuit, inquam, sicut ait Basilius, [i] 'Quasi probus quidam consiliarius, sug ,gerens menti humanarum rerum memoriam'.

h *Greg. lib. 18. Moral. cap. 27. Vide Pet. Damian. l. Epist. 2. prope finem.*

Eccl. 10. 9.

i *Basil. Homil. in illud, Attende tibiipsi.*

2. Sed & alia quædam documenta homini tunc suppetebant, quę eum suæ conditionis incessanter admonebāt: vt plantatio ligni vitæ & ligni scientiæ boni & mali in medio paradisi. Qua de re ad propositum Augustinus sic disserit: [k] 'Lignum vitæ plantatum in medio paradisi, ,sapientiam illam significat, qua oportet vt intelligat anima, in medi, tullio quodam rerum se esse ordinatam; vt quāvis subiectam sibi ha, beat omnem naturam corpoream, supra se tamen esse intelligat na, turam Dei; & neque in dexteram declinet, sibi arrogando quod nō , est; neq; in sinistram, per negligentiam contemnendo quod est. Et , hoc est lignum vitæ plantatum in medio paradisi. Ligno autem scien, tiæ boni & mali ipsa item medietas animæ & ordinata integritas , significatur: nam & ipsum lignum in medio paradisi plantatum est; , & ideò lignum dignoscentiæ boni & mali dicitur, quia si anima (quę , debet in ea quæ anteriora sunt se intendere, id est, in Deum; & ea , quæ posteriora sunt oblivisci, id est, corporeas voluptates) ad seip, sam, deserto Deo, conversa fuerit; & suâ potentiâ, tanquā sine Deo, , frui voluerit; intumescit superbiâ, quod est initium omnis peccati'.

k *Aug. l. 2. de Gen. contra Manich. cap. 9.*

An fortè putabimus, ignarū fuisse hominē significationis istorū paradisi lignorū? Quasi verò is qui non solùm propagator, sed etiā eruditor humani generis institutus fuerat, rem tanti momēti suo statui cōgruētem ignoraret: [l] 'Res primitùs à Deo institutæ sunt (ait Doctor An, gelicus)non solùm vt in seipsis essent, sed etiam vt essent aliorū prin, pia: ideò productæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse prin, cipia aliorum. Homo autem potest esse principium alterius, non so, lùm per generationem corporalem, sed etiam per instructionem & , gubernationem. Et ideò sicut primus homo institutus est in statu , perfecto quantum ad corpus, vt statim posset generare: ita etiam , institutus est in statu Perfecto quantum ad animam, vt statim posset , alios instruere & gubernare. Non potest autem aliquis instruere, nisi , habeat scientiam. Et ideò primus homo sic institutus est à Deo, vt

Scrupulus Excutitur.

l *D. Tho. 1. p. q. 94. ar. 3. in corpore.*

Digitized by Google

Obiectio. , haberet omnium ſcientiam in quibus homo natus eſt inſtrui'. Sed fortè dicturus eſt quiſpiam, hæc intelligenda eſſe de ſola naturali re-

Diluitur. rum ſcientia, non etiam de ſupernaturali. Attendat verò is ad ea quæ idem Doctor paulò inferiùs ibidem ſubdit his verbis: ' De ſuperna-, turalibus tantam cognitionem primus homo accepit, quanta erat ne-, ceſſaria ad gubernationem vitæ humanæ ſecundùm ſtatum illum'. Mirum ſanè foret quòd homo de filijs captivitatis perciperet lignorũ iſtorum ſignificationem, primo homini in ſtatu originalis libertatis incognitam. Teſtatur Bernardus, homines ſubinde diſcere à lignis,

m Bern. Epiſt. 106. quod diſcere nequeunt ex libris: [m] ' Experto crede (ait ille cuidam), aliquid ampliùs invenies in ſylvis, quàm in libris: ligna & lapides docebunt te, quod à magiſtris audire non poſſis'. Ligna itaq; illa paradiſi ſine voce ſibi quodammodò loquentia, & mediocritatis obſervantiam ſuâ medietate inculcantia, protoplaſti audierunt; ſed ſerpenti quàm lignis acquieſcere maluerunt, dicenti, *Nequaquam morte mo-* Gen. 3. 5. *riemini. Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Quibus verbis, vt

5 Aug. l. 2. de Gen. cont. Manich. cap. 15. teſtatur Auguſtinus, perſuasũ eſt eis, 5 'Ut ſub Deo eſſe nollent, ſed in , ſua poteſtate potiùs ſine Domino, vt legem eius non obſervarent; , quaſi invidentis ſibi ne ſe ipſi regerent, non indigentes illius interno , lumine, ſed vtentes propriâ providentiâ, quaſi oculis ſuis ad dignoſ-

Vide Baſil. Seleuc. Orat. 29. , cendum bonum & malum, quod ille prohibuiſſet. Hoc eſt ergo , quod perſuaſum eſt, vt ſuam poteſtatem nimis amarent: & quùm , Deo eſſe pares vellent, illâ medietate per quam Deo ſubiecti erant & , corpora ſubiecta habebant tanquam fructum arboris conſtitutæ in , medio paradiſi, malè vterentur, id eſt, contra legem Dei: atque ita , quod acceperant amitterent, dum id quod non acceperant vſurpare voluerunt'. Hoc poſtremum eis contigit, non quòd lignorum in medio paradiſi plantatorum ſignificationem ignorarent, ſed quòd ſui iuris & providentiæ, excuſſo omni iugo, eſſe affectarent. Atque ita per concupiſcentiam malam quâ concupierunt plùs extra ſe, minùs facti ſunt in ſe: imitantes in ſupplicio perinde ac in delicto ſeductorem

n Proſp. Epiſt. ad Demetriad. cap. 8. & 9. ſuum, [n] 'Qui (vt monet Proſper) quoniam ſuâ, quam à creatore ac-, ceperat, potentiâ & dignitate ſibi placuit, ſeq, authoris ſui gloriæ , comparavit, cum ijs angelis quos in conſenſum impietatis ſuæ tra-, xerat à cœleſti ſublimitate deiectus eſt. Et ideò primis hominibus , nocere potuit, quia illis malè credulis per mendacia venenata perſua-, ſit, vt meliores ſe futuros putarent, ſi in libertate ſui arbitrij proſi-, lirent, quàm ſi in legis datæ cuſtodia permanerent. Sive itaque in , lapſu diaboli, ſive in prævaricatione hominis, initium peccati ſu-, perbia eſt: quæ congruenter & avaritia nominatur, quia vtraque , appellatio eum ſignificat appetitum, qui & ſuam menſuram concu-, piſcat excedere, & non dignetur dives eſſe niſi proprijs: tanquam , habeat hoc ſimile Deo, vt bonorum ſuorum ipſe ſibi fons, ipſe ſibi , ſit copia. Hæc autem elatio de perverſo vſu donorum Dei naſcitur:

nam

, nam ſi conditor naturarum nulla pulchra, nulla ſublimia naturis ra-
, tionalibus contuliſſet, vnde ſe extollerent non haberent. Nemo enim
, de ijs quæ non accepit ſuperbit, nec inflari quiſquam de eo poteſt,
quod à participatione eius alienum eſt'.

3. Tranſeamus ad hominem ſuperbiâ deiectum, & ob ſui inconſide-
rantiam iumentis aſſimilatum; videamuſq; etiam ei notitiam ſui in-
culcatam. Ac inprimis ſupponimus, ſic eum iumentis eſſe comparatum, vt tamen in iumentum non ſit mutatus, dicente Auguſtino: o *Aug. l. de Peccato origi. c. 40.*
, o ' Etſi homo in honore poſitus, & non intelligens, comparatur
, pecoribus, eiſq; ſimilis fit; non tamen vſqueadeò ſimilis fit, vt pe-
, cus ſit. Comparatur namq; per vitium, non per naturam; non peco-
, ris vitio, ſed naturæ. Tantæ namq; excellentiæ eſt in comparatione
, pecoris homo, vt vitium hominis natura ſit pecoris: nec tamen ideò
natura hominis in naturam vertitur pecoris'. Hinc eſt quòd & nomen
poſt prævaricationem retinuit, quod ab authore naturæ in creatione
Gen. 5. 2. accepit: Nomen quippe non vitio, ſed naturæ coaptatum fuerat: *Vocauit nomen eorum Adam* (ait ſcriptura) *in die quo creati ſunt.* Rurſus poſt *Adam, vbi es?*
Gen. 3. 9. prævaricationem, eâdem ſcripturâ teſtante, *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Hæc prima ſunt verba læſæ maieſtatis ad hominẽ
iam lapſum & iumentis aſſimilatum. Quæ ſi penitiùs perpendere vo-
luerimus, inveniemus per ea hominem cognitionis ſui admonitum:
, p ' Quoniam nos (inquit Baſilius Cæſarienſis) quandoq; in paradiſi p *Baſil. in Pſal.*
, ſtatione nobilitati eramus, & ob ruinam poſteà inglorij & humiles *114. ad verſ. 5.*
, facti ſumus, Deus noſter miſeretur nos, animadvertens quales ex
, qualibus facti ſumus. Idcircò & Adam miſericordiæ voce revoca-
Gen. 3. 9. , bat, dicens: *Adam vbi es?* Non enim qui cuncta noverat, quære-
, bat edoceri: quin id volebat potiùs, vt ille ſecum recogitaret, qua-
, lis ex quali factus eſſet. Vbi es? Quaſi dicat: In quam incidiſti ex
tantâ ſublimitate ruinam'? Quid eſt, ſecum recogitare qualis ex qua-
li factus ſit, niſi redeũdo ad cor ſuũ perpendere qualis pridẽ fuerit, &
qualis modò evaſerit? Sed Baſilio Cæſarienſi Seleucienſem adiunga-
mus, non minùs facundè quàm appoſitè aientem: * ' Ridebat fortè * *Baſil. Seleuc. Orat. 3.*
, diabolus, quùm dedecore Dei conſpurcaſſet imaginem. Tales enim
, ſunt dæmonis machinationes: quùm voluptate ſauciat, accuſat pu-
, dendum in modum: ad ruinam impellit, & ruentes publicis igno-
, miniæ notis conſignat. Verumeminuero miſertus erroris Deus, ad
, arrigendum currebat. Currebat autem non mutatione loci, ſed ima-
, gine quâdam terribili præſentiam conteſtatus. Illi terrore per-
, cuſſi, ſeipſos tranſgreſſionis accuſatores ac teſtes exhibentes, exilio *Vide Chryſoſt. Homil. 17. in Geneſim & Ser. de Adam & Sodomitis. & Ser. de cruce dominica, & Hilarium in Pſal. 1. ad verſ. 6.*
, ſuo ſuffragantur. Deus verò territans inceſſu ſtrepenti compellat hu-
, maniſſimè: *Adam, Adam vbi es?* O Domini in homines amorem:
, tanquam ignarus quærit, quem ipſe fugabat; & tanquam non vi-
, deat, qui rebus adeſt omnibus, compellat: *Adam, Adam vbi es?*
, Vbi mihi manuum mearum opus? Ubi animata meæ dignitatis i-
, mago? Vbi mei paradiſi cuſtos? *Adam, Adam vbi es?* Ex immenſo

, amore compellatio lamento assimilis. *Vbi es?* Vbi mutui congressus, , quidlibet interfandi libertas? Vbi nostræ consuetudinis confidentia? , Vbi tuæ dignitatis celsitudo? Pro amico fugitiuus? Ades coram , compellante: Ostende medico transgressionis vlcus, ostende pla- , gam nuditatis: medicamenta habeo vulnere potiora; habeo subsi- dium, quo serpentis morsum curem'. Similia habet idem author Orat. 29. vbi prædicta Dei admonitoria verba ad protoplastum con- fert cum illis Christi invitatorijs, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.* Utrique Basilio consonat Augustinus cùm ait: [q] 'Timore , dementi sese abscondenti homini dixit Deus: *Adam vbi es?* Non , vtiq; ignorando quærens, sed increpando admonens, vt ateenderet vbi esset, in quo nō esset Deus'. Interrogatione itaq; suâ istâ Deus ho- minem admonuit, vt corde recogitaret, quàm malum & amarum sit, parentem optimum dereliquisse, & instar filij prodigi in regionem longinquam abijsse: tanquam ei insonans illud propheticum: *Scito & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te* DOMINUM DEUM *tuum.* Hoc autem eo fine Deus ei insonuit, vt cum eodem filio prodigo, *In se re- versus diceret: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus.* Quid enim aliud est, *In se reversus*, nisi ad cor suum, vnde per distractivam curiositatem exierat, per reflexivam studiositatem conversus? Tan- quam illâ Dei voce compunctus, *Redi prævaricator ad cor.* Sed lubet hìc audire abbatem Rupertum, ita in hanc rem eruditè scribentem: [r] 'Re- , ctè dicitur illi, *Vbi es?* quia videlicet movit pedem suum, & in loco , suo non est. Locus enim hominis Deus est, extra quem nusquam be- nè est'. Et pauculis interiectis, quibus consonè ad Gregorium lib. 8. Moral. cap. 10. probat, locum hominis esse Deum, subdit inferiùs idem Rupertus: 'Benè ergo locus suus hominem post lapsum: locus , (inquam) suus, id est, Deus, requirens, dicit: *Adam vbi es?* Sanè qui , vltrò nolebat agnoscere vbinam esset, id est quantum in malum de- , cidisset, hâc saltem percontatione Dei pulsatus evigilare & videre , debuerat, vbi esset. Hæc enim benignitas quærentis intendebat, vt , is qui quærebatur, seipsum inveniret; & sciret quid perdidisset, quid commeruisset'. Eòdem collimat Ambrosius, cùm de illo ipso primo homine loquens ait: [s] 'Prævaricatricis conscientiæ reus latere cupie- , bat, sed latere non poterat: & ideò ait ei Deus, *Adam vbi es?* Hoc est, , Quid eras ante? Ubi nunc esse cœpisti? Ubi te constitueram? Quo , ipse progressus es? Agnoscis te esse nudum, quia bonæ indumenta fi- dei perdidisti'. Et lib. de Paradiso cap. 14. 'Deus (inquit) omnium , videt culpas, & omnium delicta cognoscit; super omnem animam; , super omnium occulta oculos habet. Quid est ergo, *Adam vbi es?* Id , est, non in quo, sed in quibus es? Non ergo interrogatio est, sed in- , crepatio. De quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gra- , tia, in quam miseriam recidisti? Dereliquisti vitam æternam, & at- , tumulatus es morti, consepultus errori. Ubi est illa tua benè sibi

[q] *Aug. l. 13. de Civit. cap. 15. Vide ibid. c. 23. & Rabanum l. 1. in Gen. c. 17.*

Matth. 11. 28.

Hier. 2. 19.

Luc. 15. 17. & 18.

Isa. 46. 8.

[r] *Rupert. l. 3. in Gen. cap. 14.*

[s] *Amb. lib. 9. Epist. 23. ad Marcell. sororē.*

Digitized by Google

,conſcia confidentia? Timor iſte culpam fatetur, latebra prævarica-
,tionem. *Vbi* ergo *es*? Non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu. Quò
,te perduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum, quem antè quæ-
rebas'? Sed nec illud hoc loco prætereundum eſt, quod conſideratione dignum cenſuit Gregorius: Deum nimirum non verbis duntaxat, ſed factis etiam admonuiſſe hominem, vt ad cor rediret, & ſtatum ſuum recognoſceret: [t] 'Quid eſt (ait ille) quòd poſt peccatum
,hominis in paradiſo Dominus iam non ſtat, ſed deambulat; niſi quòd
,irruente culpâ, ſe à corde hominis amotum demonſtrat? Quid eſt
,quòd ad auram poſt meridiem, niſi quòd lux ferventior veritatis ab-
,ſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant?
,Increpavit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam
,ſuam non ſolùm ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret: quatenus pec-
,cator homo, & per verba quod fecerat audiret, & per deambulatio-
,nem amiſſo æternitatis ſtatu mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerne-
,ret, & per auram fervore charitatis expulſo torporem ſuum animad-
,verteret, & per declinationem ſolis cognoſceret quod ad tenebras
propinquaret'.

[t] *Greg. l. 28. Moral. cap. 2.*

4. Non inaniter à Deo admonitos fuiſſe protoplaſtos elatione iam lapſos, vt ſeipſos noſcerent, probavit eventus. Prolem quippè primam non tam ſibi quàm Deo acceptam referentes nominarunt Cain, quod interpretatur Poſſeſſio: *Adam* (inquit Scriptura) *cognovit vxorem*
Gen. 4. 1. *ſuam Evam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deũ.* Non ait, per meipſam, aut per naturæ meæ vires de quibus antè præſumpſeram; ſed, PER DEUM. [v] 'Vidit Eva (ait Baſilius Seleucienſis) ſpe-
,ctaculum inopinabile, naturam numero propagatam, & partita cor-
,pora; remq; miram promulgans creatorem conteſtatur: *Poſſedi homi-*
,*nem per* DEUM. Re Deo adſcriptâ, operis authorem agnoſcit. Et re-
,ctè, *per* DEUM, creatorem eum qui finxerat, non adminiſtrum proclamans'. Et paulò inferiùs ibidem Evam ipſam introducit ita loquentem: 'Novi meam divini mandati tranſgreſſionem: novi à paradiſo
,excidiſſe me: ijs quæ pertuli docta ſum, agnoſco punitorem, excepi
,pœnam quæ vt magiſtra me ab ab errore vindicet, ſeductionis pericula ſufficiunt, alteras inſidias non admitto'. Ita illa intellexit deiecta, quod neglexit erecta: increpatione vtique divinâ & vexatione dantibus intellectum: [w] 'Puellum natum (ait Chryſoſtomus) non
,naturæ, ſed Deo acceptum tulit, ſuamq; gratitudinem declaravit'. Qui & mox inferiùs eandem Evam inducit dicentem: 'Non natura puerum mihi dedit, ſed divina gratia'. Atq; vtinam & hic ipſe puellus grandior factus parentes imitaretur in ſeipſum noſcendo, nec naturam in iniuriam gratiæ extollendo: [x] 'Cùm viſum eis eſſet ſacrifi-
,care (ait de ipſo & Abele fratre Ioſephus) Cain agri & arborum fru-
,ctus obtulit: Abel lac & primogenita pecorum. Huius ſacrificium
,Deo fuit acceptius, quòd ſponte naturæ genitis conſtaret, quàm ea
,quæ homo avarus & induſtrius per vim quandam à natura extorſe-
rat',

[v] *Baſil. Seleuc. Orat. 4.*

[w] *Chryſoſt. Homil. 18. in Gen.*

[x] *Ioſeph. l. 1. Antiquit. c. 3.*

rat'. Ex quibus Iosephi verbis Bradwardinus cap. 6. §. 4. citatus, Cainum genealogiæ Pelagianorum inseruit: quippè qui humanæ industriæ magis quàm divinę munificentiæ deputarit quæ offerenda censuit: longè alioqui religiosiùs cum Davide dicturus Deo: *Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Ex quo loco 1. Paral. 29. 14.

y Conc. Arausc. Can. 11. colligit Synodus Arausicana hunc fidei canonem: 'Nemo quicquam Domino rectè voverit, nisi ab illo acceperit'. Videamus interim an, & quibus verbis Deus hunc fratricidam notitiæ sui admonuerit:

z Aug. l. 15. De Civit. cap. 7. Vide eundem l. 12. cont. Faust. c. 9. & Prosp. l. 2. de vocat. Gent. cap. 13. 'Rationem Deus reddens (ait de eo Augustinus) cur eius oblationem accipere noluerit, vt sibi ipse potiùs meritò, quàm ei immeritò frater displiceret, cùm esset iniustus non rectè dividendo, hoc est, non rectè vivendo, & indignus cuius approbaretur oblatio, quàm esset iniustior, quòd fratrem iustum gratis odisset, ostendit: non tamen eum dimittens sine mandato sancto, iusto & bono: *Quiesce*, inquit: *ad te enim conversio eius, & tu dominaberis illius.* Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim, *Peccasti*: tum deinde addidit: *Quiesce: ad te enim conversio eius, & tu dominaberis illius*'. Hoc porrò præcepto iusto, sancto, & bono, Deus eum admonuit, vt seipsum nosceret, sibive attenderet: tanquam ei dicens: Noveris, rationale quod in te est debere dominari, non famulari sensuali. Illo etenim mihi omnium domino assimilaris, isto iumentis subiugalibus conformaris. Nosce ergo teipsum, & vtrique portioni tuæ redde quod suum est: cui imperium, imperium; cui obsequium, obsequium: Gen. 4. 7.

a Basil. Serm. in illud, Attende tibiipsi. 'Quocunq; tandem in loco (ait Basilius) ob oculos mentis tuæ obversabitur præceptum hoc, non mediocri auxilio futurum tibi est. Sit hoc exempli gratia: vicitne ira rationis vim? Iracundiæ flammâ accensus in verba erumpis prorsùs indecora, & ad actiones prosilis sævas ac belluinæ feritati consimiles? Si attenderis tibiipsi, incandescentem iram coërcebis, haud secùs ac pullum pessimè morigerum atq; effrenem plagâ rationis quasi flagro quopiam perurgens: linguam rursùs cohibebis; manuum iniectu haudquaquam in eum involabis qui te provocavit ad iram. E diverso, animam tuam quasi œstro quopiam obscenę & improbæ concupiscentiæ exagitantes, in omnes omninò impetus incontinentiæ atq; lasciviæ intrudunt? Sanè si attenderis tibiipsi, memor præsentem hanc illecebram voluptatis occursuram tibi, atq; in finem convertendam amaritudinis plenum; & quia titillatrix hæc affectio quæ se nunc corpori nostro inserit è voluptate prognata: hæc, inquam, venenatum vermem gignet, nos in gehennâ perpetuò cruciaturum, carnisq; accensio mater fiet ignis æterni: mox in exilium relegatæ abs te se proripient voluptates, admirabilisq; interna quædam tranquillitas & quies animam tuam circumfundet; ac si adventante pudicâ quâpiam herâ, ancillarum lascivientium interquiescat & sedetur tumultus. Attende igitur tibiipsi, & scito vnam quidem animæ vim rationalem esse & intellectilem, alteram verò affectibus obnoxiam simul & expertem rationis. Illi quidem vt impe-

,imperet, prærogatum eſt naturæ beneficio: huic, morem vt gerat ,rationi, ſeq; ab ea perſuaderi ſinat. Nunquam igitur ſiveris mentem ,abductam in captivitatem, ſervam iſtarum affectionum fieri; neu ,rurſus permiſeris hoſce turbulentos affectus cooriri adverſus rationem, vt ne ſibi vendicent animæ imperium'. Hæc fusè Baſilius, ſed ſuccinctiùs Ambroſius: qui quaſi Baſilium ſummariè perſtringens, & præceptum ſe noſcendi per compendium exponens: [b] 'Quid eſt (inquit) ſe noſcere, niſi vt ſciat vnuſquiſque hominem ad imaginem & ,ſimilitudinem Dei factum, rationis capacem; qui terram ſuam excolere tanquam bonus agricola debeat aratro quodam & falce ſapientiæ, vt vel dura findantur, vel luxuriantia recidantur: qui inferiorem ſui portionem, animi imperio debeat gubernare'? Hoc itaq; eſt quod Caino in fratrem iraſcenti, & inferiori portioni habenas laxanti dictum eſt: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Gen. 4. 7.

[b] *Amb. Serm. 2. in Pſal. 118.*

5. Sublato per Cainum adverſus Dei monita obſurdeſcentem & ſemetipſum noſcere negligentem Abele, *Cognovit adhuc Adam* (vt Scriptura ait) *vxorem ſuam: & peperit filium, vocavitq; nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Quod ſuper Caini vocabulo iam ſuprà monuimus obſervandum, poteſt & hoc loco pariter obſervari. Protoplaſti quippè, ſuo malo edocti, etiam hanc prolem Deo authori adſcripsére. Ex Caino & Seth propagati ſunt poſteri, moribus in principio vſqueadeò diſſimiles, vt alij dicerentur *filij Dei*, alij verò *filij hominum*: [c] 'Genus hominum (ait Baſilius Seleucienſis) divino ,mandato diſtractum fuit. Siquidem duo ex Adamo ſuſcepti liberi, ,Cainus & Sethus, originem ex ſe ſinguli naturæ dederunt. Cainus ,quidem fraternam dextram fraterno ſanguine cùm purpuraſſet, lento tormento adiudicatur, poſt cædem ſpectatoribus ipſe de cæde ,lex exiſtit. Nactus verò progeniem in mores nefarios ſuccedentem, ,reliquit etiam poſteros devotionis hæredes. Sethus verò cùm Deum ,ſuæ virtutis laudatorem inveniſſet, & ad Abelem moribus accederet, ,hoc virtutis præmium tulit, vt ſui filij, DEI *filij* vocarentur, & quæ ,naturam ſuperabat appellatio, dignitatem deprædicaret. Itaq; etſi genere coniuncti, moribus tamen diſiuncti erant. Quemadmodum Iſraëlitas poſteà lex à Gentium commixtione ſeiugabat, & decretum ,quaſi muro interiecto ab eorum conſuetudine ſeparabat, vt idololatriæ reprimeret imitationem: ſic & primis hominum eam legem ,Deus poſuit, per virtutis ab improbitate diſcretionem virtutem ,ſervans impollutam. Filij Sethi ergo *filij* DEI nuncupantur, teſſeram ,initæ cum Deo familiaritatis ipſam proferentes nuncupationem. ,Contrà Caini liberi, *hominum* appellatione continebantur, naturæ nomen ſortiti abſque vlla dignitate'. Vbi ſignanter ad propoſitum ponderanda eſt illa clauſula, 'Poſt cædem ſpectatoribus ipſe de cæde lex exiſtit'. Cùm enim notoriè omnibus conſtaret, Cainum propterea fuiſſe divinitùs punitum, quòd contra Dei iuſſum paſſioni ſuæ indulſiſſet, nec ſenſualem ſui portionem rationali ſubdidiſſet; ipſius ſupplicio Gen. 4. 25. Gen. 6. 2.

[c] *Baſil. Seleuc. Orat. 6. Vide Aug. l. 15. de Civit. c. 8. 17. 22. & 23. & Chryſoſt. Homil. 22. in Gen. & Theodoret. q. 47. in Geneſim, & Cyrill. Alex. l. 9 cont. Iul. & Suidam in Dictionario verbo Seth, & Rupert. l. 4. in Geneſ. c. 12. & Rich. Vict. l. 4. Except. c. 6. & Cæſarium Dialogo 1. Interrog. 48.*

Digitized by Google

cio velut legis magisterio commoniti sunt cæteri, vt passiones suas rationis imperio cohiberent, sensualemq; appetitum sub rationali continerent: tanquam Deus vnicuique eorum insonaret, *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Quòd nihil esse aliud iam ostendimus, quàm si alijs verbis cuiq, diceret, *Nosce teipsum*: vide vt rationale tuum sensuali dominetur, non obsequatur. Verùm hâc monitione non in melius, sed in peius Cainitæ profecerunt, dicente Iosepho: Gen. 4.7.

[d] *Ioseph. lib. 1. Antiquit. c. 3.* [d] 'Superstite etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima evasit, 'dum posterior quisque fit deterior, nec solùm imitatur priorum vitia, sed & superat'. Qua in re videntur ipso Caino peiores: quippè qui divinæ severitatis tale non viderat exemplum, quale suis posteris præbuit in se videndum. [e] 'Omnes profectò (ait de eis Seleucienſis) 'imitatores & impietatis hæredes habebat Cainus; neque tremor il-'lius corpori circumpositus videntes reprimebat: sed per animi pra-'vitatem mali quoq; metum limis intuebantur. In ijs nemo, qui Dei 'amantem Abelem æmularetur: sed emortuam virtutem opinabantur, 'quæ tamen vel in mortuo corpore loquebatur. Quòd si vel exiguæ 'virtutis reliquiæ in ipsis supersessent, eæ certissimè per vitiorum ad-'mixtionem extinguebantur; & deteriorum rerum imitatio deleverat omne vestigium probitatis'. Quanquam verò posteri Seth aliquamdiu paternam devotionem virtutemq; æmularentur, semetipsos noscendo, & sensualem sui portionem rationali subigendo; ad extremum tamen desciverunt, & ex filijs Dei in homines transierunt, quia adamantes filias hominum soceris similes evaserunt: 'Non parum in-'terea fuit temporis (ait Orat. 6. idem Basilius Seleucienſis) '& Sethi 'posteri partem adepti meliorem, & appellatione honorati, & paternæ 'benedictionis hæredes, filias ex Caini posteritate formosas conspi-'cati, splendidas, & ornatu florentes; servam libidini rationem traden-'tes divina calcant edicta, & execrabilium congressu fædantur, fluxã '& caducam voluptatem æternarum rerum votis anteferentes adulte-'rant indolem suetam virtutis ire vias, ac iniquitati natura mancipa-'tur: Nam cupiditati obsequentes, earum mores imitabantur'. Hi igitur perinde ac primi parentes, *Cùm in honore esset, non intellexerunt: comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.* Manserunt itaq; filij Dei, quamdiu in eis mansit spiritus Dei, de quo ait Paulus: *Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*: vbi verò hunc spiritum abegerunt à seipsis, nescierunt quæ à Deo donata sunt ipsis; atq; hæc nesciendo nescierunt seipsos. Nam vt Augustinus testatur, [f] 'Hæc est tota scien-'tia magna, hominem scire quia ipse per se nihil est, & quoniam quic-'quid est, à Deo est, & propter Deum est. *Quid enim habes*, inquit, *quod non accepisti*'? Divino itaq; spiritu abscedente, quo & se & Dei in se dona sciverunt, homines Cainitis similes evaserunt: [g] 'Spiritu quip-'pè Dei (ait de eis idem Augustinus) fuerant facti angeli Dei, & filij 'Dei: sed declinando ad inferiora, homines dicuntur, nomine naturę, Psal. 48. 21. 1. Cor. 2. 12. 1. Cor. 4. 7.

[f] *Aug. Conc. 1. in Psal. 70. sub initium.*

[g] *Aug. l. 15. de Civit. cap. 23.*

non

'non gratiæ : dicuntur & caro, desertores spiritus, & deserendo de-
'serti'. Huc refert ibidem Augustinus, & post eum Prosper lib. 2. de
Gen. 6. 3. Vocat. Gentium cap. 10. & 13. illud Dei oraculum : *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.*

6. Postquam Deus cataclysmo omnes filios hominum cum filijs Dei in eorum vilitatem degenerantibus, consimiliq; ignoratione sui tenebrescentibus exterminasset, multiplicatum est denuò de propagine Noë genus humanum, sed veteri superbiæ morbo obnoxium; qui maximè se prodidit in campo Sennaar, quando invicem se cohortantes filij Adam, id est, veteris hominis typho inflati, dixerunt : *Venite, faciamus nobis civitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum antequam dividamur in vniversas terras.* Ad hoc novum bellum Deo intentandum suscitavit eos Sathanas ministerio Nemroth pronepotis Noë, de quo Iosephus:[h] 'Ad superbiam (inquit) 'Deiq; contemptum excitabat eos Nabrodes nepos Cham filij Noë, 'vir audax & manu promptus : docens, non Deo, sed propriæ virtuti 'præsentem felicitatem eos debere : atq; ita Paulatim rem ad tyran-'nidem trahebat, ratus fore vt homines ad se deficerent à Deo, se illis 'ducem præberet, opem suam offerens contra novum aliud diluvium 'intentantem. Turrim enim se exædificaturum excelsiorem quàm quò 'aqua ascendere posset: & insuper maiorum suorum interitum vlturũ. 'Vulgus autem facilè Nabrodis placitis obtemperabat, ignavum ratus Deo cedere: atq; ita structuram turris occœperunt'. Hìc planè imitati sunt protoplastum & Luciferum, quorum ille se fore *sicut Deum* credidit, iste se *Ascensurum super altitudinem nubium* iactavit:[i] 'Reverà (in-'quit Rupertus) sicut in prævaricatione Adæ res acciderat tam mag-'na, cui sese deberet opponere sancta Trinitas, ita & hìc. Quale enim 'erat quod intendebant filij Adam, dicentes : *Venite faciamus nobis ci-'vitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum?* Nimirum eodem 'ausu superbiæ decipiebantur, quo & ille deceptus est, ambiendo vt 'esset *sicut Deus* : & ille agitabat eos, qui dixit in corde suo, *Ascendam 'super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Propter eiusmodi superbiam, quam imitabantur, congruè Scriptura denotat eos nominans 'Filios Adam'. Idem rursus lib. 4. in Genesim cap. 41. vberiùs exponens cur dicti sint *Filij Adam* : 'Notandum (inquit) quòd hìc illos ap-'pellat *Filios Adam.* Potest quidem idem intelligi cum dicit, *Quam ædificabant filij Adam,* ac si dixisset, *Filij hominum* : quoniam Adam apud 'Hebræos communi genere homo dicitur. Sed hoc loco, sicut voce, 'sic & sensu, ad eundem qui primus fuit conditus debet referri. Ita 'namq; acriùs multò percutit eos qui dixerunt, *Celebremus nomen no-'strum,* & turrim superbiæ quâ cœlum attingerent, ædificare cœpe-'runt : quia videlicet hoc modo specialiter imitabantur prævaricatio-'nem Adæ, quâ diabolum secutus est dicentem : *comedite, & eritis si-'cut Dij* : & hoc modo 'æquè vt ille, *ascendere* voluit *super altitudinem nubium, & esse similis Altissimo*'. Cæterùm istos prodigiosæ turris opi-

Gen. 11. 4.

Vide Prosp. l. 2. de vocat. Gent. cap. 14.

Vide Greg. in Psal. 4^m. Pœnitent. v. 20.

h Ioseph. lib. 1. Antiquit. cap. 5. Vide Bradward. suprà c. 6. §. 4.

Gen. 3. 5. Isa. 14. 14.

i Rupert. lib. 4. de Glorific. Trinit. cap. 18.

Gen. 11. 4.

Gen. 11. 5.

Gen. 3. 5. Isa. 14. 14.

Digitized by Google

fices caligine ignorationis sui ac Dei cæcutijsse innuit præter alios Beatus Ambrosius, cùm de eorum principe Nemrotho sic scribit: [k] 'Nemroth per interpretationem dicitur Æthiops. Color Æthiopis tenebras animæ squaloremq; significat, qui adversùs lumen est, claritatis exors, tenebris involutus, nocti similior quàm diei'. Rursus quia idem Nemroth, *Robustus venator coram Domino* describitur, & *Principium regni eius Babylon* designatur, has eius notas perstringens ibidem Ambrosius adiungit: 'Venatoris quoq; vsus in sylvis, inter feras ac bestias conversatio eius. Jrrationabilis ergo miscetur irrationabilibus passionibus, & ea quæ sunt malitiæ agrestis atq; præduræ venator huiusmodi explorare consuevit, & his potiri atq; delectari. Denique Nemroth huius *Principium regni Babylon*, hoc est, confusio; eò quòd malitia & potestas non in simplicitate & puritate, non in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est'. De eadem venatoris nuncupatione differens Augustinus, eos qui Nemrotho principi paruerunt, bestijs quàm hominibus similiores fuisse indicat: [l] 'Quid (inquit) significatur hoc nomine quod est *Venator*, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor, extinctor'? Ubi 'Animalium terrigenarum' nomine eos denotat, quibus venator ille tyrannicè principabatur. Subdit autem continuò ibidem Augustinus: 'Erigebat ergo cum suis turrim contra Dominum, quã est impia significata superbia'. Quibus verbis fontem ignorationis sui in Babylonicæ turris erectoribus detegit: superbiam scilicet, de qua ait Gregorius: [m] 'Lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit'. Restat nunc videndum quomodò hanc Nemrothi complicumque superbiam Dominus repressérit, & suæ eos conditionis noscendæ admonuerit: 'Meritò (ait loco proximè citato Augustinus) malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Genus verò ipsum pœnæ quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia; vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti'. Ipsa igitur linguarum confusio, admonitio quædam fuit ad se noscendum: vt si vellet subditis imperare, Deo sibi imperanti vt subditus obsequeretur. Coronidis loco subnectenda hìc est Chrysostomi paræneſis: [n] 'Audivistis (ait ille) vnde dispersionis varietatisque linguarum orta sit causa. Fugiamus obsecro, ne hos imitemur: & ijs quæ nobis Deus concessit ne abvtamur: & naturam humanam considerantes, ea consultemus quæ homines deceant qui mortales sint'.

[k] *Ambros. l. de Noë & Arca cap. 34.*

Gen. 10. 9.

Gen. 10. 10.

[l] *Aug. l. 16. de Civit. cap. 4.*

[m] *Greg. lib. 25. Moral. cap. 11.*

[n] *Chrysost. Homil. 30. in Gen.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Idipsum ostenditur pro statu Mosaicæ legis, quæ ad hoc subintrauit vt multiplicatis infirmitatibus humiliarentur præsidentes & ex ignoratione sua ægritudinis medicinam spernentes.

1. SVb id tempus quo confusis linguis dispersi sunt superbi Babylonis opifices natus est Phaleg filius Heber, penes quem auita lingua remansit; quæ cum priùs vnica fuisset omnium, cæpta est ab Heber dici Hebræa: *Nati sunt Heber* (ait sacer textus) *filij duo: nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuisa sit terra.* Jn diebus vtique natiuitatis, non maturitatis: vt aduertit Augustinus lib. 16. de Ciuit. cap. 11. Quoto autem anno à diluuio natus sit Phaleg & dispersi opifices, non planè compertum est: partim quod in annis maiorum digerendis discordent Græca à vulgatis exemplaribus, partim quod inter Arphaxad & Sale omittant vulgata Cainan, à Græcis interfertum suffragante Luca cap. 3. Evangelij. Satis interim constat, natiuitatem Phaleg confusionem q; linguarum centuriâ circiter annorum cataclysmo esse posteriorem. Vulgata enim editio Geneseos vndecimo Arphaxad biennio post diluuium perhibet natum: qui cùm 35. esset annorum genuit Sale: de quo tricenario genitus est Heber: qui cùm 34. esset annorum genuit Phaleg. Qui numeri in summam pariter collecti, vnum supra centum annos conficiunt. De stirpe Phaleg, quartâ generatione ortus est Thare, Pater Abrahæ, in cuius familiâ specialiter præ cæteris auitum idioma cum religione permansit, dicente Augustino: „ [o] Vna Thare domus erat (de quo natus est Abraham) in quâ vnius „ veri Dei cultus, & quantùm credibile est, in quâ iam solâ etiam „ Hebræa lingua remanserat: quamuis & ipse, sicut iam manifestior „ Dei populus in Ægypto, ita in Mesopotamia seruisse Dijs alienis, „ Iesu Naue narrante referatur: cæteris ex progenie illius Heber in „ linguas paulatim alias & in nationes alias defluentibus. Proinde si„ cut per aquarum diluuium, vna domus Noë remanserat ad reparan„ dum genus humanum: sic in diluuio multarum superstitionum per „ vniuersum mundum, vna remanserat domus Thare, in quâ custodi„ ta est plantatio ciuitatis Dei". Dimissis ergo alijs superstitioni mancipatis, ac per hoc sui ignoratione contenebratis, soli domui Thare se nosse concessum est, quam Deus ex alto visitare dignatus est: [p] „ Nam „ si non visitauit genus humanum ante legem (ait alibi idem Augusti„ nus) Vnde Abel? Vnde Enoch? Vnde Noë? Vnde Abraham? „ Vnde Isaac? Vnde Iacob? Quorum Dominum se dici voluit: & „ cuius omnes gentes erant, quasi trium hominum Deus esset: *Ego sum*, inquit, *Deus Abraham, & Isaac, & Iacob*". Ex hâc Dei visitatione didicit Abraham dicere: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pul-*

Vide Iosephum l. 1. Antiq. c. 7.

Gen. 10. 25.

Exod. 3. 6.

Gen. 18. 27.

[o] *Aug. l. 16. de Ciuit. cap. 12.*

[p] *Aug. Ser. 12. de Verb. Domini cap. 2.*

uis & cinis. Ex eâdē didicit & Isaac dicere: *Dilatauit nos Dominus, & fecit nos crescere super terrā.* Ex eâdē didicit & Iacob respondere Pharaoni: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali: & nō peruenerunt vsquē ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Quæ verba expendens Abbas Rupertus: [q] Vltrò (inquit) peregrinū se confessus est: & hanc vitam miseram, peregrinationem dicere maluit, melioris vitæ vel patriæ ciuis, id est, cælestis. Eo sensu percontationem regis verâ correctione supplēuit, cùm dicente illo: *Quot sunt dies vitæ tuæ?* respondit: *Dies peregrinationis vitæ meæ parui sunt & mali.* Parvos videlicet dies suos pro humili conscientiâ dixit: malos pro continuatione tribulationis. Parumq; illi visum est, quod peregrinum se confessus est, nisi etiam patres suos peregrinos fuisse asseret. Nam protinus subiungit: *Et non peruenerunt vsque ad dies patrum meorū quibus peregrinati sunt* Adeò hominibus placere, vel ad pompā sæculariū tam pater quā filius, se extendere dedignati sunt. Benè ergo Apostolus in laudem fidei patrum istorum inter cætera dicit: *Et confitentes quod hospites & peregrini sint super terram.* Eorum confessio nusquam clarior aut certior inuenitur quam hoc loco, vbi peregrinus iste in aulâ regis, non oblitus patriæ cælestis, vltrò peregrinum se confitetur. Igitur vetus pastoribus ouium spiritualium, & omnibus qui cælestem patriam inquirunt, propositum est exemplum: vt humilitate glorioſa contenti, vanam & inopem despiciant altitudinem sæculi, dicantq; vbicunq, equitantes Ægyptios viderint: *Hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus*: Dicant coram terrenæ patriæ ciuibus aut regibus: *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*.

Gē 26.22

Gen.47.9.

[q] Rupert. l. 9. in Gen. c. 18.

Gen.47.8.

Heb.11.13.

Psal. 19.8.

2.

Hactenus suos Deus quasi cominùs positos vocali magisterio nosse seipsos docuit; postmodum per litteras quasi dissitis missas erudiuit ignaros, vt sibi invigilarent: [r] Etenim Deus (inquit Chrysostomus) humani generis conditor, ab initio per seipsum hominibus loquebatur, quomodò hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam venit, sic Cain increpauit, sic cum Noë locutus est, sic apud Abraham hospitatus est: At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, neq; tunc sese totum ab hominum genere auertit opifex omnium: sed quia suâ familiaritate posteà indigni facti fuerunt, iterum suam erga illos amicitiam innovare volens, quasi longè absentibus litteras mittit, conciliaturus sibi vniuersam hominum naturam. Et has quidem litteras dedit Deus, attulit Moyses. Continent hæ litteræ per Moysen allatæ historiam præteritorum, & normam gerendorum: illam, vt innotesceret quales primitùs homines fuerint, & in quantas miserias per inconsiderantiam sui deciderint: hanc, vt se noscendo præsidentiam reprimerent, & agnito suo morbo ad medicum recurrerent: [s] Magnum mirandumq; mysterium est (ait Prosper) ideò datam legem, vt crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur. Istæ sunt viæ *quas notas fecit Moysi*, per quem legem

[r] Chrys. Hom. 2. in Gen. Vide Gregor. l. 4. Regist. Epist. 40. & Aug. Concione 2. in Psal. 90. & Isidor. peluſiotam l. 3. Epist. 106.

[s] Prosp. in Psal. 102. ad Vers. 7. Vide eundem in psal. 118. ℣ 119. & in l. Sentent. Sent. 44. & Epig. 44. ex Aug. l. de Spir. & litt. c. 19. & in psal. 102.

Psal. 102.7.

Digitized by Google

dedit'. Hausit hunc sensum Prosper ex Augustino, cuius in hanc rem innumera extant testimonia: vt cùm causam datę legis assignans: ,' Data est (inquit) vt inveniret se homo: vt non morbus sanare- ,tur, sed vt prævaricatione morbo crescente medicus quæreretur'. Et Epist. 144. ad Anastasium: ' Lex docendo & iubendo quod sine ,gratiâ impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, vt ,quærat demonstrata infirmitas saluatorem, à quo sanata voluntas possit, quod infirma non posset'. Et Epist. 157. ad Optatum: ' Danda ,itaq; fuerat lex, quæ manifestiùs sibi ipsum ostenderet hominem; ne ,superbus animus humanus à seipso se posse esse iustum putaret, & *ig-* Rom. 10. 3. *,noraus Dei iustitiam*, id est, quæ homini ex Deo est, *& suam volens con-* ,*stituere*, id est, quasi suis viribus partam, *Iustitiæ Dei subditus non fie-* ,*ret*. Oportebat itaq; vt addito mandato, cuius vox est, *Non concu-* Exo. 20. 16. *,pisces*, superbo peccatori prævaricationis crimen accederet: atq; ita ,gratiæ medicinā non sanata per legem, sed conuicta infirmitas quæ- reret'. Et lib. de Gratiâ Christi cap. 8. legis vtilitatem in hoc constituit,' Quoniam quos facit prævaricationis reos cogit confugere ad ,gratiam liberandos, & vt concupiscentias malas superent adiuuan- ,dos. Iubet enim magis quàm iuuat, docet morbum esse, non sa- ,nat; imò ab eo potiùs quod non sanatur augetur, vt attentiùs & solli- ,citiùs gratiæ medicina quæratur: quia *littera occidit, spiritus autem* 2. Cor. 3. 6. *,viuificat. Si enim data esset lex quæ posset iustificare, omninò ex lege esset iusti-* Gal. 3. 21. *,tia*. In quantum tamen lex adiuuet, adiungit & dicit: *Sed conclusit ,scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaq; lex*, inquit, *pædagogus noster fuit in Christo Iesu*. Hoc ipsum ,ergò superbis est vtile, sub peccato arctiùs manifestiùsq; concludi, ne ,ad faciendam iustitiam de liberi arbitrij quasi proprijs viribus præ- Rom. 3. 19. ,sumatur: sed *omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus Deo*'. Et lib. de Perfectione iustitiæ cap. 19. scopum legis fuisse asserit,' Vt ac- *Vide ibidem c.* ,ciperet homo præcepta, superbè de suis viribus confidens; in quibus 5. *in Fine.* ,deficiens, & factus etiam præuaricator, liberatorem saluatoremq; ,requireret: atq; ita eum timor legis humilem factum, tanquam *pæ-* Gal. 3. 24. *,dagogus* ad fidem gratiamq; perduceret. Ita *multiplicatis infirmitatibus* Psal. 15. 4. *,postea accelerauerunt*, quibus sanandis oportunè Christus aduenit'. Et lib. de Spiritu & litterâ cap. 9. ' Per legem (inquit) ostendit Deus ,homini infirmitatem suam, vt ad eius misericordiam per fidem cō- fugiens sanetur'. Et lib. de Peccato originali cap. 24.' Quamuis *mors* Rom. 5. 14. *,regnauerit ab Adam vsq; ad Moysen*, quia non eam potuit vincere nec ,lex data per Moysen: non enim *data est quæ posset vivificare*, sed quæ ,mortuos quibus vivificandis esset gratia necessaria, nō solùm peccati ,propagatione & dominatione prostratos, verumetiam ipsius legis ,additâ prævaricatione conuictos deberet ostendere; non vt periret ,quisquis hoc in Dei misericordiâ etiam tunc intelligeret, sed vt per ,regnum mortis ad supplicium destinatus, etiam sibiipsi per pręuarica- tionē legis manifestatus, Dei quęreret adiutoriū'. Et in expositione Epistolæ ad Galatas:' Superbienti populo (inquit) lex posita est,

t Aug. Serm. 13. de Verb. Apost. c. 2. Vide Aug. Epist. 100. Iub initium.

Digitized by Google

' vt quoniam gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, &
' sine hâc gratiâ nullo modo præcepta legis impleret, transgressione
' humiliaretur vt quæreret gratiam, nec se suis meritis saluum fieri,
' quod superbum est, opinaretur'.

Hæc Augustini de scopo legis datæ doctrina vehementer displicuit præsumptuosis Pelagianis', Iudæorum hâc in parte imitatoribus inter Christianos. Sed sicut eam Apostolus strenuè aduersùs Iudæos astruxerat, ita Augustinus aduersùs Pelagianos, Apostoli vestigijs insistens, inuictè asseruit: [v] ' *Non eo proposito* (ait Pelagianista Iulianus) *Legem Deus tulit, vt mortales fierent eius sanctione pecoris*'. Cui respondens Augustinus ibidem inferiùs: ' Si vis nosse (inquit) quantũ ' homini fas est, quo consilio Dei omnipotentis & omnia præscientis ' lex data fuerit, intuere quod dicit Apostolus: *Si enim data esset lex* Gal. 3. 21. ' *quæ posset viuificare, omninò ex lege esset iustitia.* Et tanquam diceremus: Cur ergo data est? *Sed conclusit*, inquit, *scriptura omnia* ' *sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Ecce quod ' est consilium datæ legis. Quis autem nescit, non legis sed hominum ' vitio, lege subintrante abundasse peccatum? Sed hoc vitium quo ' prohibita plùs delectant, & fit *virtus peccati lex*, non sanat nisi viui- 1. Cor. 15. ficans spiritus, non littera occidens: quæ tamen ad hoc vtilis fuit, 56. ' quia cùm ipsa occideret per præuaricationem, crescente per prohi- ' bitionem cupiditate peccandi, viuificantem spiritum fecit inquiri; ' & hominem de sua virtute læthaliter confidentem, adiutorium gra- ' tiæ Dei compulit poscere; sub lege, quamuis *sancta & iusta & bona*, Rom. 7. 12. ' tamen deficientem; atq; ad operandum quæ sancta, quæ iusta, quę ' bona sunt, sibi subuenire proprijs viribus non valentem'. Huic eidem proposito Augustinus accommodat id quod de Deo scriptum est apud Isaiam: *Legem in adiutorium dedit.* In adiutorium vtiq; agnoscendæ infirmitatis, non præbendæ possibilitatis. Accommodat & illud Isa. 8. 20. iuxta 70 quod Apostolus ait ad Timotheum: *Bona est lex, si quis eâ legitimè vta-* 1. Tim. 1. 8. *tur:* Legitimum legis vsum in eo constituens, vt per eam prodatur vtentis fragilitas: [w] ' In hoc (inquit) est prædestinatis adiutorium littera, ' quia iubendo & non iuuando, admonet infirmos confugere ad spi- ' ritum gratiæ. Sic lege legitimè vtuntur, quibus bona est, id est, vti- ' lis: alioquin per se ipsa littera occidit; quia iubendo bonum, & non ' largiendo charitatem, quę sola vult bonum, reos præuaricationis facit'. Et Epist. 89. ad Hilarium quæst. 1. ' Ipsa lex (inquit) in hoc ad- ' iutorium data est illis qui eâ legitimè vtuntur, vt per illam sciant, vel ' quid iustitiæ iam acceperint, vnde gratias agant; vel quid adhuc eis ' desit, quod instanter petant'. Et paulò inferiùs rursus ibidem: ' Lex ' sine gratiâ facit abundare delictum, & littera sine spiritu occidit. Iu- ' bet ideò, vt facere iussa conati, & in nostra infirmitate sub lege fati- ' gati, adiutorium gratiæ poscere nouerimus; & si quid facere potuerimus operis boni, ei qui adiuuat non simus ingrati'. Et Epist. 144. ad Anastasium: ' Bona est lex illi qui eâ legitimè vtitur. Vti-

[v] *Iulianus apud Aug. l. 2. Operis imperfecti cap. 220. Augustinus.*

[w] *Aug. l. 1. Operis imperf. c. 94. Vide eundẽ l. de Spiritu & litt. c. 6. & l. 3. ad Bonifac. c. 4. & l. 15. contra Faustum c. 8. & in Psal. 83. v. 7. & in Psal. 129. v. 4. & Serm. 49. de Temp.*

tur

,tur autē legitimè, qui intelligens quare ſit data, per eius cōminationem confugit ad gratiam liberantem'. Et lib. de Corrept. & Grat. cap. 1. 'Qui legitimè lege vtitur (inquit) diſcit in ea malum & bo-
,num: & non confidens in virtute ſua confugit ad Gratiam, quâ prę-
Pſal. 36. 27. ,ſtante *declinet à malo, & faciat bonum*'. Et Serm. 11. de Verbis Apoſt. cap. 8. 'Quare dabatur lex (inquit) ſi ſufficiebat natura? Et tamen
,nec lex ſufficere potuit, ita infirma erat ipſa natura. Data eſt lex, ſed
Gal. 3. 19. ,non quæ poſſit vivificare. Quare ergo data eſt lex? *Lex*, inquit Apoſtolus, *prævaricationis gratiâ data eſt*: prævaricationis gratiâ poſita eſt,
,vt te faceret prævaricatorem. Quare, vt me faceret prævaricatorem?
,Quia noverat Deus ſuperbiam tuam, noverat quia dicebas: O ſi ſit
Exod. 20. 17. ,qui doceat, O ſi ſit qui mihi oſtendat. Ecce lex dicit tibi, *Non concupiſces*. Cognoviſti legem dicentem, *Non concupiſces*. Surrexit concu-
,piſcentia quam non noveras (inerat enim ſed neſciebatur) cœpiſti
,conari vincere quod inerat, & apparuit quod latebat. Superbe, per
,legem factus es prævaricator: agnoſce Gratiam, & eſto laudator'. Et Serm. 13. de Verbis Apoſt. cap. 3. 'Quid eſt (inquit) legitimè vti
,lege? Per legem agnoſcere morbum ſuum, & quærere ad ſanitatem divinum adiutorium'. Et rurſus capite proximè ſequenti, eandem materiam proſequens ſubdit: 'Aſſiduè dicit & commendat iſta
,Apoſtolus, propter Iudæos, qui de lege gloriabantur, & libero ſuo
,arbitrio legem ſufficere arbitrabantur. Ac per hoc, quia libero ſuo
Rom. 10. 3. ,arbitrio legem ſufficere arbitrabantur, *Ignorantes Dei iuſtitiam*, id eſt,
,ex fide iuſtitiam datam à Deo, *& ſuam volentes ſtatuere*, quaſi ſuis vi-
,ribus impletam, non clamante fide impetratam, *iuſtitia Dei*, ſicut di-
,cit, *non ſunt ſubiecti. Finis enim legis Chriſtus*, ait, *ad iuſtitiam omni credenti*. Ergo cùm de his tractat, oppoſuit ſibi: *Quid ergo lex?* quaſi,
Gal. 3. 19. ,quæ vtilitas legis? Reſpondit: *Prævaricationis gratiâ poſita eſt*. Hoc
Rom. 5. 20. ,eſt quod dicit alibi: *Lex ſubintravit, vt abundaret delictum*. Et ibi quid
,addidit? *Vbi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia*. Quia leviore
,ægritudine contemnebatur adiutorium medicinæ, crevit morbus, &
,quæſitus eſt medicus. *Quid ergo lex? Prævaricationis gratiâ poſita eſt*,
,vnde humiliaretur cervix ſuperborum, multum ſibi tribuentium, &
,voluntati ſuæ tantum arrogantium, vt ſibi liberum arbitrium poſſe putarent ad iuſtitiam ſufficere'.

4. Eundem Moyſaicæ legis ſcopum, ab Auguſtino Apoſtolum imitante operoſiſſimè inculcatum, alij ſimiliter patres promiſcuè aſſignant. Inter quos Fulgentius, Proſperi præallegati ſuccedaneus, ſic ſcribit: '* Ut ordinem ſuæ curationis ſapientia Dei ſapienter explo-
,ret, priùs præceptum dedit per legem iuſtitiæ, quo ſuam infirmita-
,tem ægrotus agnoſceret, daturus effectū per gratiā, quo infirmus ſuę
,infirmitatis ſalubriter conſcius, non iam confidens in virtute ſua tu-
,meſceret, ſed ipſum fontem vitæ ſalutiſq; cognoſcens, ab ipſo ſibi
,ſanitatis beneficium poſtularet: nec ſuam iactans ſuperbo corde iu-
,ſtitiam, ſic ſe putaret alienum à morbo, tanquam non egeret curationis auxilio'. Et paulò inferiùs rurſus ibidem: Cognitione man-

* *Fulg l. 2. de Verit. Prædeſt. cap. 3.*

Digitized by Google

,dati ad benè operãdum hominis arbitrium conuenitur: non quia vo-
,luntate tãtùm vel virtute suâ potest homo implere quod ei lex iubet,
,sed vt per mãdati notitiã infirmitatis suæ sibi conscius fiat, & adiuto-
,rium gratiæ medicinalis exposcat. Quâ perceptâ potest, & diligere
,quod iubetur, & facere: & agnoscere, vel quid possit, vel quid non
,possit: & vt possit, exposcere: & sibi suæ infirmitatis imputare mise-
,riam, & sanitatis assignare beneficijs medicinalibus gratiam'. Ful-
gentio subscribunt Richardus & Hugo Victorini: quorum prior in
Tractatu qui inscribitur, 'Decisio difficilium quorundam passuum
Rich. Victor. Apostoli', ita scribit ad propositum: 'Data lex alijs profuit, & alijs
,omninò non profuit. Sanè profuit vtentibus benè, obfuit autem vten-
,tibus malè. Vbi verò obfuit, non fuit vitium legis, sed vitium abu-
,tentium. Ad hoc namq; lex data erat, quæ impleri deberet, & im-
,pleri non poterat; vt fatagentes, & deficientes, intelligerent, quàm
,frustra de suis viribus præsumerent, quod sine gratia divina implere
non possent'. Posterior in Annotationibus elucidatorijs super epistolam ad Galatas, quæst. 18. loquens de Lege: 'Data est (inquit) vt
Hugo Victor. Vide eundem Serm. 70. & l. de Sacram. p. 8. cap. 3.
,superbos humiliaret, & infirmitatem proderet; & duris in flagellum,
& in signum futurorum'. Et rursus quæst. proximè sequenti ibidem:
,'Magno consilio (inquit) factum est, vt post hominis casum non illi-
,cò lex daretur, vel filius mitteretur. Nisi enim superbia hominis
,priùs vires experiretur sui arbitrij, libertati sufficientiam arrogaret;
,& legem superfluè datam, & filium frustrà venisse iudicaret. Nec om-
,nes qui tunc fuerunt, perierunt: sicut nec omnes qui modò sunt,
,fiunt salvi. Itaq; hoc factum est, vt homo morbum infirmitatis suæ
,agnosceret, & gratiam sibi necessariam imploraret. In lege enim na-
,turali relictus est sibi, vt sic vires naturæ experiretur; & convictus
,est de ignorantia, & confessus est, quia *defecit lumen oculorũ suorum.* Ad- *Psal. 37. 11.*
,huc tamen credebat se habere virtutem quâ possit implere quicquid
,necessarium ad salutem erat: vnde & dicebat, *Non deest qui impleat,*
,*sed deest qui iubeat.* Quasi diceret: Cognitione, non virtute indigeo.
,Data est itaque lex, quæ ignorantiam illuminaret, sed infirmitatem
,non adiuvaret: quæ peccatum detexit, sed non consumpsit. Quâ da-
,tâ, invaluit morbus, & aucta est concupiscentia; non legis, sed na-
,turæ vitio, & instantiâ diaboli: vt ita cognitâ vtriusque legis insuf-
,ficientiâ, & suâ infirmitate, clamaret ad medicum, & quæreret gra-
,tiæ auxilium: & sic *multiplicatis infirmitatibus acceleraverunt* ad medicũ *Psal. 15. 4.*
qui veniens in forma servi sanavit vulnera languidi'. His vsqueadeò consonat Angelicus Doctor 3. p. q. 1. art. 5. vt in corpore articuli ad probandum Incarnationem Verbi conveniente tempore fuisse factam, hunc ipsum Hugonis Victorini locum sub nomine Glossatoris verbatim transcripserit. Qui rursus 1. 2. q. 98. ar. 6. in argumento. *Sed contra*, eiusdem Glossatoris authoritate se firmat: & subsequenter
D. Thomas in corpore articuli sic scribit ad propositum: 'Conveniens fuit tali
,tempore legem veterem dari, ad superbiam hominum convincen-
dam.

Digitized by Google

„dam. De duobus enim homo ſuperbiebat, ſcilicet de ſcientia, & de „potentia. De ſcientia quidem, quaſi ratio naturalis ei poſſit ſufficere „ad ſalutem. Et ideò vt de hoc eius ſuperbia convinceretur, permiſ„ſus eſt homo regimini ſuæ rationis, abſq; adminiculo legis ſcriptæ: „& experimento homo diſcere potuit, quòd patiebatur rationis defe„ctum per hoc, quòd homines vſque ad idololatriam & turpiſſima vi„tia circa tempora Abrahæ ſunt prolapſi. Et ideò poſt hæc tempora „neceſſarium fuit legem ſcriptam dari in remedium humanæ ignoran-
Rom. 3. 20. „tiæ; quia *per legem eſt cognitio peccati*, vt dicitur Roman. 3. Sed poſt„quam homo eſt inſtructus per legem, convicta eſt eius ſuperbia de in„firmitate, dum implere non poterat quod cognoſcebat. Et ideò, ſicut
Rom. 8. 3. „Apoſtolus concludit ad Roman. 8. *Quod impoſſibile erat legi, in qua in„firmabatur per carnem, miſit Deus filium ſuum, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*'. Nec minùs diſertè Auguſtini ſententiam hactenus explicatam aſtruit in Commentario ſuper caput 3. Epiſt. ad Galatas, ad illa
Gal. 3. 19. verba, *Quid ergo lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt.* In quem locum videri etiam poteſt Eſtius, eandem Auguſtini ſententiam cæteris præferendam cenſens. Cui etiam ſuffragatur author Commentarij in Paulinas epiſtolas Anſelmo attributi, dum ita ſcribit in cap. 6. Epiſt. ad Rom. '*Lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, ſive cùm homines ne-
Rom. 5. 20. „gligunt quod Deus iubet, ſive cùm de viribus ſuis præſumentes, ad„iutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati ſuperbiam. „Qui enim tales ſunt, ignorãt quâ diſpenſatione lex data ſit. Non enim „data eſt lex, quæ poſſet vivificare, quia gratia vivificat per fidem: „ſed data eſt lex, ad oſtendendum, quantis peccatorum vinculis con„ſtringerentur, qui de ſuis viribus ad implendam iuſtitiam præſume-
bant: & ideò peccata non minuit, ſed adiecit'.

Eſtius.

Anſelmus. Vide Aug. Epiſt. 89. & lib. Expoſitionis Propoſit. ad Rom. propoſ. 30.

5. Sed ante Auguſtinum eiuſq; diſcipulos Ambroſius Auguſtini magiſter eundem legis Moyſaicæ ſcopum aſſignaverat, ita ſcribens: „[y] 'Lex quid operatur, niſi vt omnis mundus fieret ſubditus Deo'? Fit verò mundus ſubditus Deo agnitione peccati, provt idem Ambroſius ſeipſum exponit lib. 9. Epiſt. 71. ad Irenæum, ita ſcribens: „'Per inobedientiam offenſam traxit, & culpam incidit Adam ex inſo„lentia. Qui ſi non rupiſſet imperium, & obediens fuiſſet mandatis „cœleſtibus, prærogativam naturæ atq; ingenitæ ſibi innocentiæ hę„redibus proprijs reſervaſſet. Ergo quia per inobedientiam prærogaſtiva naturalis legis corrupta atq; interlita eſt, ideò ſcriptum legis exiſtimatum eſt neceſſarium: vt vel partem haberet, qui vniverſum „amiſerat; & cui perierat quod naſcendo aſſumpſerat, diſcendo ſaltem „cognoſceret & cuſtodiret. Simul quia cauſa deiectionis eius ſuperbia „fuit; ſuperbia autem orta eſt ex prærogativa innocentiæ, debuit ea
Rom. 7. 7. „lex ferri, quæ ſubditum Deo & ſubiectum redderet. Nam *ſine lege „peccatum neſciebatur*; & minor erat culpa, vbi erat culpæ ignorantia.
Ioan. 15. 22. „Unde & Dominus ait: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem ijs, peccatum „non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato.* Lata eſt

[y] *Amb. l. de Fuga ſæculi cap. 3. Vide Cyrill. Alex. l. 1. in Ioan. c. 9. propo finem, & l. 2. de Adorat. in Spiritu & Verit. ſub initium.*

Digitized by Google

Vide Aug. l. de Grat & libero Arbit. c. 1. & 3. & Epist. 105.

ergo lex : primùm vt excusationem tolleret, ne quis diceret : Pecca-
tum nescivi, quia præscriptum non erat quid caverem : deinde vt
omnes subditos faceret Deo agnitione peccati'. Et mox infrà rursus
ibidem : ' Universorum itaq; culpa operata est subiectionem, subiectio
humilitatẽ, humilitas obediẽtiam generavit. Itaq; quia superbia culpã
contraxerat, è contrario culpa obedientiã generavit. Unde lex scrip-
ta, quæ videbatur superflua, facta est necessaria; vt peccatum peccato
solveret'. Rursus quia *finis legis Christus est*, ad quem velut medicum Rom. 10. 4.
convictos de infirmitate transmittit, idem Ambrosius lib. 1. ' de Ia-
cob & beata vita', cap. 6. hunc ipsum legis scopum expressit, non
prætermittens etiam eum quem modò assignaverat : 'Quid igitur o-
pus erat (inquit) vt lex promulgaretur, si profutura non erat?
Habebamus iam legem naturæ, erat vnusquisque sibi lex, qui o-
pus legis scriptum habebat in corde suo. Illam non tenuimus : cur
addebatur ei altera, *in cuius operibus caro non posset iustificari?* Accessit Rom. 3. 20.
vinculum, non solutio : addita est peccatorum agnitio, non remissio.
Peccavimus omnes, qui poteramus excusationem prætendere per ig-
norantiam : os obstructum est omnibus'. Hactenus disquisitio, sequi-
tur decisio : 'Profuit tamen mihi (subdit) : cœpi confiteri quod ne-
gabam, cœpi delictum meum cognoscere, & iniustitiam non operire:
cœpi *pronuntiare adversùs me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti im-* Psal. 31. 5.
pietates cordis mei. Sed & illud mihi prodest, quòd *non iustificamur ex* Gal. 3. 11.
operibus legis. Non habeo igitur vnde gloriari in operibus meis pos-
sim, non habeo vnde me iactem, & ideò gloriabor in Christo. Non
gloriabor quia iustus sum, sed gloriabor quia redemptus sum. Glo-
riabor non quia vacuus peccati sum, sed quia mihi remissa sunt pec-
cata. Non gloriabor quia profui, neque quia profuit mihi quisquam;
sed quia pro me advocatus apud patrem Christus est, sed quia pro me
Christi sanguis effusus est. Facta est mihi culpa mea merces redemp-
tionis, per quam mihi Christus advenit, propter me Christus mor-
tem gustavit. Fructuosior culpa quàm innocentia : Innocentia arro-
gantem me fecerat, culpa subiectum reddidit. Habes igitur in qui-
bus latio profuit tibi legis'. Ex quibus patet, quàm sibi consentiant
super legis scopo Ambrosius & Augustinus cum suis discipulis : qui-
bus hac in parte calculum suum adjicit Petrus Ravennas cognomento
Chrysologus, dum ita scribit : [a] 'Quid lex profuerit attestante Apo-
stolo, audiant legis amatores : *Lex autem*, inquit, *subintravit, vt abun-* Rom. 5. 20.
daret delictum. Ecce, vt Apostolus dicit, non imminutionem delicto-
rum lex fecit esse, sed copiam : non per se, sed per eum qui legem
per imbecillitatem ferre non poterat. Nam magnitudo lucis hebetat
oculos, quæ solis à Deo creata est oculis, sed oculorum infirmitas
lucis totam sustinere non potest & ferre claritatem : Ita & lex, quæ
per se satis iusta erat, & satis sancta, dum ab homine fragili severam
exegit disciplinam, magis magisque oneravit & prodidit delinquen-
tem. Et hoc quare? Vt per gratiam & veniam conditoris rediret ad
vitam, qui per tumorem & ignorantiam, cùm malè innocentiã gló-

[a] *Petrus Chrysol. serm. 112.*

Digitized by Google

,riaretur, in debitum parentis deducebatur & pœnam. Morbus igi-
,tur latebat occultus, per quem omnium ſecreta medullarum, & ve-
,narum meatus in ipſorum vitalium tendebant exitium, & quandam
,σύγκρισιν in omnibus generabant internis. Venit lex, quæ & vulnus
,proderet, & tandem vetuſto languori ſupernum advehire medicum
,nunciaret. Venit lex, quæ mandatorum fomentis in cutem produce-
,ret, quod in altũ læthaliter ſæviebat. Venit lex, vt ingladio præcep-
,torum velut apoſtema longi temporis aperiret, & collectam diu ſa-
,niem ſalutaris ſubinde ſiccaret effuſio. Nec tamen per ſe, aut vulnus
,claudere, aut ægrotanti perfectam addere valebat ipſa ſanitatem.
,Quod vbi vidit ægrotus, & tandem ſtatum ſuum miſerandus agno-
,vit, cæpit tendere feſtinus ad medicum, vt quod per legem procitũ,
, & per ipſam diũ fuerat ampliatum, tanti medici peritiâ curaretur
, & gratiâ. Ampliatum vulnus dicimus, quia poſt inciſionẽ putredo,
, fætor, horror, vexatio ipſi vulneri abſciſſione generatur; & fit per
, curam deterior miſerandi facies ipſa languoris, quàm fuerat igno-
,ranti periculum cùm lateret. Venit ergo medicus: & iam feſſo curis,
,& curationum vexationibus perdefeſſo, ſolius verbi authoritate ſub-
Matth. 8. 8. ,venit: ſicut Centurio ille confitetur, cùm dicit: *Dic verbo, & ſanabi-*
,*tur puer meus*: & impleretur illud propheticum: *Miſit verbum ſuum, &*
Pſal. 106. 20. ,*ſanavit eos.* Et ideò ſequitur: *Vbi abundavit peccatum, ſuperabundavit*
Rom. 5. 20. ,*& gratia.* Ac ſi diceret, vbi dilatatum eſt vulnus, ſupereffuſa eſt ſa-
,nitas. Nemo ergo ingratus ſit legi: quia quem ægrotantem & ia-
,centem invenerat, levavit & fovit; & vt ſaluti traderet, ipſum vſq; ad
medicũ ſalubri exulceratione perduxit'. Sed ne ſolâ Latinorum autho-
ritate hæc ſententia niti putaretur, ex Græcis pro ea damus Cyrillum
Alexand. 'Glorioſiſſimũ (vt ait Proſper) fidei catholicę defenſorem': [z] *Proſp. l. cont. Collat. c. 41. Cyrill. Alex.*
qui Homil. 29. de feſtis Paſchalibus, eundem cum præcedentibus
ſcopum latæ legis aſſignans: 'Vt per Chriſtum (inquit) habitæ gra-
,tiæ & beneficentiæ magnitudo non ignoraretur, lex eſt prolata; ne-
,minem illa planè iuſtificans, ſed quæ potiùs eorum qui hactenus vi-
,xerant imbecillitatem coargueret. Erat itaq; illa index peccati, quæ
Deut. 27. 26. ,peccatores execrabiles demonſtraret. Scriptũ eſt enim: *Maledictus omnis*
,*homo qui non permanet in omnibus ſermonibus legis huius, vt faciat ea.* Ve-
,ra porrò eſſe quæcunque dixi, confirmabit ſanctiſſimus Paulus: ſcri-
Gal. 3. 19. ,bit namq; : *Quoniam lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.* Et iterum:
Rom. 5. 20. ,*Lex autem ſubintravit, vt abundaret delictum*: Succumbentibus nimi-
,rum qui ſub lege erant, & vſquè peccantibus, abundavit delictum.
,Coarguente igitur lege illorum qui ſub ipſa degebant imbecillitatẽ,
,proinde indigebant mortales eo, qui per fidem, non autem ex legis
operibus inſtificaret. Chriſtus autem hic erat'. Nec minùs diſertè
eundem legis ſcopum aſtruit idem author lib. 3. Glaphyrorum in
Geneſim, aliquantò poſt medium: vbi accumulatis in eam rem mul-
tiplicibus Scripturæ teſtimonijs concludit: 'Nemo itaq; dubitaverit,
,legem eſſe accuſatricem eorum qui inſtituti ſunt imbecillitatis, &

Id eſt, idem iudicium, hoc eſt, omnia interiora ſimiliter ſunt effecta.

, lapſuum peccatorumq́, noſtrorum indicatricem. *Vbi enim*, inquit, *non eſt lex, neq; prævaricatio.* Et rurſus: *Peccatum non noui, niſi per legem.* Et, *Veniente mandato*, inquit, *peccatum reuixit: ego autem mortuus ſum.* Et iterum: *Vſque ad legem erat peccatum in mundo: peccatum autem non imputabatur non exiſtente lege. Lex ſiquidem iram operatur.* Lex igitur manu quodammodò ducit ad Chriſtum, arguens tranſgreſſores, ipſoq́, experimento docens mortales, quòd impoſſibile ſit procliuitate ad peccatum laborantes effugere accuſationem ex lege; ſed omninò ſalute per Chriſtum indigere, qui iuſtificat in fide & miſerationibus'. Rom. 4. 15. Rom. 7. 7. Rom. 7. 9. Rom. 5. 13. Rom. 4. 15.

6. Non defuêre antiquitùs, ſed nec hodie deſunt, qui ſententiam de Moyſaicæ legis ſcopo iam traditâ, & tot Tractatorum calculis comprobatam infamaverint, ac Manichæiſmo parem vel deteriorem eſſe contenderint: eâ potiſſimùm ratione permoti, quòd ſi lex illa ad abundantiam delictorum lata fuerit, non niſi tyrannum authorem habere potuerit. Cùm igitur à Deo conſtet fuiſſe latam, conſequens apparet Deum eſſe tyrannum. Atq́; ita inciditur in errorem Manichęorum, duo ſibi adverſa principia aſtruentium; vel certè in deteriorem errorem Florinianorum, vnicum quidem Deum agnoſcentium, ſed mala ei perinde ac bona aſcribentium. Sed non eſt mirum ſi præſumptoribus humanæ libertatis diſplicuerit ac diſpliceat doctrina humilitatis. Senſit olim Apoſtolus quid tales prætenderent; ideòq́, cum ſcopum legis à nobis iam aſſignatum expreſſiſſet, ex eorum perſonâ ſibiipſi obiecit: *Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt?* Atq; hanc eorum querimoniam eveſtigiò propulſans, quid nos reſpondere debeamus oſtendit:[b] ' Vidit Apoſtolus (inquit Auguſtinus) malè intelligentibus quid poſſet occurrere, & eandem ſibi ipſe propoſuit quæſtionem: *Quid ergo dicemus?* inquit. *Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem.* Hoc iam ſuperiùs dixerat, *Per legem enim cognitio peccati.* Non ergo abolitio, ſed *cognitio*'. Ex hoc Apoſtoli reſponſo Auguſtinus Pelagianos eandem querimoniam refouentes eliſit, & ſe viâ mediâ inter ipſos & Manichæos incedere oſtendit: ' Quod dicimus (ait lib. 3. ad Bonif. cap. 9.) *legem ſanctam, & iuſtam, & bonam*, non iuſtificandis impijs, ſed convincendis ſuperbis, *Prævaricationis gratiâ poſitam*: & contra Manichæos eſt, quia ſecundùm Apoſtolum laudatur: & contra Pelagianos, quia ſecundùm Apoſtolũ *Nemo ex lege iuſtificatur.* Et ideò iuſtificandis, quos *Littera occidit*, id eſt, quos lex bona præcipiens prævaricatione reos facit, ſpiritus gratiæ gratis opitulatur'. Et lib. 4. eiuſdem operis cap. 5. ' Cognitio legis (inquit) facit ſuperbum prævaricatorem, per donum autem charitatis delectat legis eſſe factorem. *Nõ ergo legem euacuamus per fidem, ſed legem ſtatuimus*, quæ terrendo ducit ad fidem. Idcò quippè *lex iram operatur*, vt territo atq; conuerſo ad iuſtitiam legis implendam, Dei miſericordiam gratia largiatur, per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrũ; qui eſt Dei ſapientia, de quâ ſcriptum eſt: *Legem & miſericordiam*

Obiectio.

Diluitur.

[b] *Aug. l. 1. ad Bonif. c. 8. Vide eundẽ l. 25. cont. Fauſt. cap. 8. & Epiſt. 100. & l. 2. qq. ad Simplician. q. 1. & lib. 2. contra Aduer. legis & prophet. c. 7. & 3. ad Bonif. c. 2.*

Rom. 7. 12. Gal. 3. 19. Gal. 3. 11. 2. Cor. 3. 6. Rom. 3. 31. Rom. 4. 15.

Digitized by Google

Prou. 3.16. iuxta 70. 4.Re.4.29. Gal. 3.21. Rom.3.1.31. Matt.5.17. 2.cor. 3.6. Gal. 3. 21. Gal. 3. 23.

, *diam in linguâ portat*: legem quâ terreat, misericordiam quâ subueniat: , legem per seruum, misericordiam per seipsum: legem tanquam in , baculo quem *misit Elisæus ad filium vidua suscitandum*, & non surrexit: , *si enim data esset lex quæ posset vivificare, omninò ex lege esset iustitia*: misericordiam verò tanquam in ipso Elisæo, qui figuram Christi gerens, , mortuo vivificando magni sacramenti velut novi testamenti significatione coniunctus est'. Ineptissimè igitur & calumniosissimè ex præassertâ de scopo legis doctrina, vel lex ipsa, vel eius author culpatur; cùm neq; ipsi, neq; eius authori, sed prudentiæ carnis imputanda sit legis violatio: [c] Considera diligenter (ait alibi idem Augustinus) quam differentiam inter duo testamenta, id est, vetus & novum, Deus esse testatus sit. Cùm dixisset, *Non secundum testamentum , quod feci patribus eorum in die quâ apprehendi manum eorum vt educerem eos , de terrâ AEgypti*, vide quid adiunxit: *Quia ipsi non perseuerauerunt in , testamento meo.* Vitio eorum deputat, quòd in testamento Dei non , permanserunt; ne lex quam tunc acceperunt, culpanda videatur. Ipsa , est enim quam *non venit Christus soluere, sed implere*: Non tamen per , eandem legem iustificatis impijs, sed per gratiam: Hoc quippè agit , *vivificans spiritus*, sine quo *littera occidit. Si enim data esset lex quæ posset , vivificare, omninò ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub pec- , cato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Ex hâc promis- , sione, hoc est, ex Dei beneficio, ipsa lex impletur; sine quâ pro- , missione prævaricatores facit, vel vsque ad effectum mali operis, si , etiam repagula timoris concupiscentiæ flamma transcenderit; vel , certè in solâ voluntate, si timor pœnæ suavitatem libidinis vicerit. , Quod enim ait, *Conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide , Iesu Christi daretur credentibus*, ipsius conclusionis vtilitas dicta est. , Nam *conclusit* ad quos vsus, nisi quemadmodum alibi dicitur, *Priusquam , quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ postea , revelata est*? Lex ergo data est, vt gratia quæreretur: gratia data est, , vt lex impleretur. Neq; enim sine vitio non implebatur lex, sed vi- , tio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit'. Sed quomodo Deus, inquiunt, à tyrannide excusabitur, si subditis imposuit onus parendi, nec eis suppeditauit robur agendi? Itane tyrannicum est dare gratiam sciendi quid sit faciendum, & non simul dare gratiam peragendi quod scitur iam esse faciendum? Nunquid iustè potuit impijs neutram suppeditare? Cur ergo non iustè potuit alterutram denegare? Sed excusabuntur, inquiunt, quibus impositum est onus parendi, si non simul eis dentur vires agendi. Uerùm, vt Augustinus similia olim obtendentibus respondit, [d] Si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia, sed iusti- , tia liberaret. Cùm verò non liberat nisi gratia, nihil iustum invenit , in eo quem liberat; non voluntatem, non operationem, non saltem , ipsam excusationem. Nam si hæc iusta est, quisquis eâ vtitur, merito, nõ gratiâ liberatur'. Satis fuerit igitur præsumptoribus huiusmodi

Vide Aug. Ser. 12. de Verb. Apost. cap. 10. & Greg. lib. 9. Moral. cap. 11. & Bernard. Serm. 16. in Cantica.

[c] *Aug. l. de Spi. & lit. c. 19.*

Vide Prosp. Sen. 44. & Epigr. 44.

Scrupulus.

Excutitur.

Scrupulus.

Excutitur.

[d] *Aug. Epist. 105.*

respondere

respondere, Deum nullo tiulo gratiam legirupionibus debere ; magnam verò ab eo impendi eis miserationem, dum indebitæ gratiæ subtractionem ordinat ad eorum humiliationem : vt humiliati compungantur , compuncti confiteantur,confessi restituantur, & restituti foveantur. Sed instant adhuc adversarij, dicentes ; Si lex prævaricationis gratiâ data est, Deus eam dando prævaricationem voluisse censendus est. Verùm, negatur sequela. Nam vt lex prævaricationis gratiâ data dicatur , satis est quòd eius author permissionem prævaricationis voluerit. Voluit autem prævaricationis permissionem, volendo suæ opitulationis denegationem : [e] 'Quâ non subveniente (inquit ,Augustinus) quid sunt homines , nisi quod ait Apostolus Petrus , *,Velut muta animalia procreata naturaliter in captivitatem & interitum*'? Veriſſimum quippè est, quod ex Innocentio præcessore suo refert & approbat Pontifex Celestinus : [f] 'Necesse est vt quo auxiliante vincimus,eo iterum non adiuvante vincamur'. Hinc est quod Deo Augustinus censet deputandum , non solùm quicquid ille homini dimisit, sed quicquid illo regente homo non commisit. Cuius dicti rationem subsequenter assignans: [g] 'Nullum est enim peccatum (inquit) quod ,fecit homo,quod non possit facere alter homo , si desit rector à quo factus est homo'. Neque verò difficilius est percipere , quomodò lex data sit, vt prævaricationis reos ad medicum humiliatos transmitteret , quàm quomodò electis suis Deus *omnia cooperetur in bonum*: [h] 'Vsque adeò prorsus *omnia* (inquit Augustinus) vt etiam si qui eorum ,deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonũ: quia humiliores redeunt atq; doctiores.

Scrupulus.

Excutitur.

e *Aug. lib. 2. de Nuptijs & Cõcupiscent. c. 8.*

2. Pet. 2. 12.

f *Celestin. Epist. ad Episc. Gall. c. 6. ex Innocent. Epist. 24. ad Concil. Carthag.*

g *Aug. l. 50. Homil. Homil. 23.*

h *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 9.*

Rom. 8. 28.

CAPVT X.

Deus subinde etiam iustis & prædestinatis adiutorium gratiæ subtrahit, vt per propriæ fragilitatis experimentum discant non altum sapere, sed seipsos noscere.

I.

EX Augustini testimonio sub calcem præcedentis capitis allegato suggeritur nobis novus quidam divinæ erga homines œconomiq modus, quo eos ad notitiam propriæ conditionis perducit: permittendo nimirum eos labi subtractione auxilij, vt ex lapsu humilientur, & doctiores reddantur : [i] 'Hoc ergo (inquit Augustinus) præcipuè ,commendatur : hoc in *sapientiæ atque scientiæ thesauris in Christo absconditis*, quantùm existimare audeo, præcipuè docetur & discitur : Ideò ,quisq; nostrùm bonum opus suscipere, agere,implere nnnc scit, nunc ,nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur; vt noverit , non suo fa-,cúltatis , sed divini muneris esse vel quòd scit , vel quòd delectatur: ac sic ab elationis vanitate sanetur'. An fortè putandum est, hanc Dei œconomiam posse habere locum respectu hominum impiorum, non

Coloss. 2. 3.

i *Aug. l. 2. de Peccat. merit. cap. 17.*

Evasio præcluditur.

Digitized by Google

non reſpectu iuſtorum & Dei amicorum? Imò verò etiam reſpectu horum: vt inferiùs cap. 19. eiuſdem libri ſine vlla ambage Auguſtinus exiſtimat: 'Nos (ait ille) quantùm conceſſum eſt, ſapiamus & ,intelligamus ſi poſſumus, Dominum Deum bonum ideò etiam SANCTIS SVIS alicuius operis iuſti aliquãdo non tribuere vel certã ſcientiam, vel victricem delectationem; vt cognoſcant, non à ſeipſis, ſed ,ab illo ſibi eſſe lucèm, quâ illuminentur tenebræ eorum, & ſuavitatem quâ *det fructum ſuum terra eorum*'. Et adhuc inferiùs ibidem de eodem Dño Deo loquens: 'Idcircò (inquit) etiam SANCTOS & FIDELES SVOS in aliquibus vitijs tardiùs ſanat, vt in his eos minùs, quàm ,implendæ ex omni parte iuſtitiæ ſufficit, delectet bonum, ſive cùm ,latet, ſive cùm etiam manifeſtum eſt: vt quantum pertinet ad intergerrimam regulam veritatis eius, *non iuſtificetur in conſpectu eius omnis ,vivens*. Nec in eo ipſo vult nos damnabiles eſſe, ſed humiles; com,mendans nobis eandem gratiam ſuam, ne facilitatem in omnibus aſ,ſecuti, noſtrum putemus eſſe quod eius eſt. Qui error multùm eſt religioni pietatiq, contrarius'. Cùm hunc Auguſtini locum pervolviſſem, non ſine admiratione mihi incidit *Precatoria* cuiuſdam neoterici *Recollectio*, quâ Deum his verbis pro gratiarum actione alloquitur: ,[k] 'Poſuiſti omnia in arbitrio noſtro, perinde ac ſi ſolis naturæ viribus ,regnum obtinendum eſſet. Iuſtificati enim per gratiam tuam, non ,minùs facilè in iuſtitia accepta perſeverare, & legem divinam impleꝛre poſſunt, quàm hominibus politicis per naturam facile eſt iuſtitiam politicam externamq; in ſe tueri, & legem civilem implere'. Vbi obſervatu dignum eſt, in tota illa Sectione à capite ad calcem nihil prorſus haberi quod titulo correſpondeat. Titulus quippè eſt, *Recollectio precatoria*; cùm tamen ne hilum author in ea precetur, ſed totus ſit in commemorandis beneficijs acceptis: vt proinde vſurpare de ipſo poſſimus quod de Phariſæo Evangelico ſcribit Auguſtinus: [l] 'Quid rogaverit Deũ, quære in verbis eius, nihil invenies'. Et lib. 50. Homil. Homil. 44. cap. 6. rurſus ad eundem: 'Rogare veneras, an laudare? ,Totum te habere dixiſti', nihil tanquam egenus petiſti; quomodò ergo orare veniſti? *Gratias tibi ago* DOMINE. Non dicit, Domine da mihi gratiam'. Non defuit tamen nuper, qui Recollectionis iſtius, Precatoriæ dicam, an Phariſaicæ, patrocinium ſuſciperet; & magno conatu à Pelagianiſmi eam ſuſpicione vindicaret. Sed nunquid ſi à Pelagianiſmi ſuſpicione vindicatur, à Phariſaiſmi ignominia immunis eſt? Phariſæum Auguſtinus Pelagianis præferendum cenſet, non tanquam probum aut imitandum, ſed vt minùs improbum minùſq; vitandum: [m] 'Nihil ſibi (ait de ipſo) addi ad iuſtitiam ,iam petebat; ſed tamen ex jis quæ habebat, gratias Deo agendo, ab ,illo ſe accepiſſe omnia fatebatur: & tamen improbatus eſt, & quia ,veluti ſaturatus nihil de alimentis iuſtitiæ iam rogabat accipere, & ,quòd eam Publicano eſurienti ac ſitienti ſe velut inſultans præferre ,geſtiebat. Quid ergo illis fiet, qui etſi fateantur ſe non habere, vel non

Pſal. 84. 13.

Pſal. 142. 2.

Luc. 18. 11.

[k] *Leſſius diſput. de Prædeſt. & reprob. ſect. 7. in Recollect. precatoria.*

[l] *Aug. Ser. 36. de Verb. Domini cap. 2.*

Petavius in Elencho Theriacæ cap. 14. n. 2.

[m] *Aug. l. 2. de Peccat. merit. c. 5. Vide eundem Enarrat. 2. in Pſal. 31. & Serm. 16. de Verbis Dom. c. 3. & l. 50. Homil. homil. 44. cap. 7.*

Digitized by Google

,non plenam habere iuſtitiam;tamen à ſemetipſis habendam, non à ſuo ,creatore, vbi horreum eius & fons eius eſt, deprecandam eſſe præſumunt' ? Porrò quod Precationis author dicit, 'Deum poſuiſſe omnia ,in arbitrio noſtro perinde ac ſi ſolis naturæ viribus regnum obtinendum eſſet': & quod inferiùs rurſus ſubiungit: ' Immenſa planè eſt ,hęc Dei in nos benignitas, quâ nobis ſibi in filios adoptatis pote-,ſtatem fecit ſui regni, tam ſuavi & potenti providentiâ nos gubernans, vt æterna vita & gloria ſit in manu noſtrâ' : Hoc, inquam, de Molinæ fonte ſcaturijt, contendentis, n 'Dum ſumus in viâ, ſemper in manu liberi arbitrij noſtri poſitâ eſſe ſalutē noſtrā' :aut certè de veteri Maſſilienſium ciſternâ ambo ſuas pariter hydrias impleverunt. Maſſilienſium quippe vox eſt apud Proſperum in Epiſt. ad Auguſtinum: ' Vniverſis hominibus propitiationem quæ eſt in ſacramento ,ſanguinis Chriſti ſine exceptione eſſe propoſitam: vt quicunq, ad fidem & ad baptiſmum accedere voluerint, ſalui eſſe poſſint'. Sed hìc melius audimus Ambroſium, quem olim Auguſtinus Maſſilienſibus oppoſuit, dicentem: o ' Non enim in poteſtate noſtrâ eſt cor noſtrū, & cogitationes noſtræ'. Cui Ambroſij dicto in Maſſilienſes contorto Auguſtinus ſubnexuit: p ' Quod omnis qui humiliter & veraciter pius eſt, eſſe veriſſimum ſentit'. Et paulò infrà rurſus ibidem: ' Non ,itaq; in hominum (inquit) ſed in Dei eſt poteſtate, vt habeant ho-,mines poteſtatem filios Dei fieri. Ab ipſo quippe accipiunt eam, qui ,dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem quę operatur per dilectionem'. Et ne fortè quis hunc Auguſtini locum de primâ duntaxat impiorum ad fidem converſione, non etiam de iuſtorum in fide & ſanctitate permanſione intelligendum putaret, ſubdit ibidem continuò Auguſtinus: ' Ad quod bonum ſumendum, & te-,nendū,& in eo perſeveranter vſq, in finem proficiendum, *non ſumus* 2.Cor.3.5. *,idonei cogitare aliquid, quaſi ex nobiſmetipſis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo ,eſt*: in cuius eſt poteſtate cor noſtrum, & cogitationes noſtræ'. Sed maluêre prædicti negotium ſalutis in manu ſui arbitrij habere, quàm ex incerto divinæ voluntatis nutu pendere: imitantes in hoc veteres Maſſilienſes, de quibus Auguſtinus alibi ait: q ' Miror homines infir-,mitati ſuæ ſe malle committere, quàm firmitati promiſſionis Dei'. Et mox tergiverſationem cavillantis elidens ſubdit: 'Sed incerta eſt ,mihi, inquis, de meipſo voluntas Dei. Quid ergo ? Tuane tibi vo-,luntas de teipſo certa eſt, nec times ? *Qui videtur ſtare, videat ne cadat.* 1.Cor.10. ,Cùm igitur vtraq; incerta ſit, cur nō homo firmiori quàm infirmio-12. ri fidem ſuam, ſpem, charitatemq; committit ?

Cæterum quod Petauius Leſſium vindicans, ait ſuo adverſario: 2. r ' Quod indignè fers dixiſſe Leſſium, eâdem aſpirante gratiâ, *non mi-,nus facile eſſe homini iuſto, legem Dei aternam, quàm homini politico legem ,civilem externam implere*; quàm hæc abſurda ſit querela, non vides ? Pſal. 118. ,Ecce tibi gloriatur Propheta Dauid, ſe legē Dei *ſuper aurū & topazion* 127. diligere; eam *melle ac fauo dulciorem* ſibi videri: *meā* non ambulare, Pſal.18.11. ſed

n *Molina in Cōcord. ad q. 14. ar. 13. diſp. 10. ſub initium.*

o *Amb. l. de Fuga ſæculi cap. 1. Vide Iſid. l. 2. de ſummo bono c. 6.*

p *Aug. l. de Bono Perſeuer. c. 8.*

q *Aug. l. de prædeſt. ſanct. c. 11.*

r *Petauius in Elencho Theriacæ c. 24. n. 2.*

Digitized by Google

Pſal. 118. 32. ſed *currere ſe dilatato* per charitatem & gratiam *corde*: valde parum facit ad propoſitum. Non enim hìc quæritur an lex æterna facilè impleatur cùm cor implentis charitate dilatatur: ſed an in noſtro arbitrio ſit ſemper habere cor ita dilatatum, vt lex æterna facilè à nobis impleatur. Hoc eſt, quod Petavio probandum fuerat, vt Leſſio vel Molinæ effectualiter ſuccurreret: ſed quia id ſibi impoſſibile animadvertit, eo prætermiſſo ad aliud divertit. Vidit etiam in ſe retorquẽdum locum ipſum Pſaltis, quem in hoſtem vibrarat. Non enim Pſaltes ait, Viam mandatorum pro arbitrio meo ſemper currere dilatato corde potuĩ: ſed, *viam mandatorum tuorum cucurri*, CVM *dilataſti cor meum.* Non itaq; ſemper, aut pro ſuo arbitrio viam mandatorum divinorum cucurrit, ſed tunc quando mandati author charitate cor eius dilatavit. Alioquin ſi ſemper habuiſſet cor charitate dilatatum, quomodò alibi de ſeipſo dixiſſet: *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras?* Sed meliùs hìc audimus Auguſtinum quàm Petavium: [f] 'Utrumque verum eſt (ait ille) Duræ ſunt timori, leves amori'. Quando ergo David vias duras cuſtodivit, non amore dilatatum, ſed timore anguſtiatum cor habuit. Audebitne Petavius dicere, tam facile fuiſſe Davidi tunc cuſtodire vias duras, quàm facile eſt homini politico ſervare legem civilem? Verùm vt ad propoſitum principale denuò revertar, & tamen à Davidis exemplo non evager, regero tibi Petavi, & cuilibet tuorum clientum, quod Auguſtinus pridem cuidam tui ſimili inſonuit: [f] 'Si legas diligenter, invenies quendam de ,ſua quadam abundantia, quam tamen acceperat, extollere ſe cœpiſſe: ,Dominum autem miſericordem, vt doceret humilitatem, quod deſerat abſtuliſſe; illum verò ſubitò inopem remanſiſſe, & miſericordiam Dei recordatione confeſſum dixiſſe, *Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum.* Ego in abundantia mea: ſed ego dixi, homo ,dixi: *Omnis homo mendax.* Ego ergo dixi in abundantia mea. Tanta ,erat abundantia, vt hoc dicere auderem; *Non movebor in æternum.* Quid ,deinde? *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: Avertiſti ,faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Oſtendiſti, inquit, mihi, ,quia illud quo abundabam, de tuo erat. Oſtendiſti mihi vndè peterem, cui retribuerem quod acceperam, cui gratias agere deberem ad ,quem currerem ſitiens, vndè implerer, & quo impletus eſſem ad quẽ ,cuſtodirem: *Fortitudinem* enim *meam ad te cuſtodiam.* Quod te largiente impleam, te ſervatore non perdam: *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* Hoc vt oſtenderes mihi, *Avertiſti faciem tuam, & factus ſum conturbatus.* Conturbatus, quia ſiccatus; ſiccatus, quia exaltatus'. Quid eſt ſiccatus, niſi rorantibus gratiæ guttis vacuatus? Audi ſuper hoc Auguſtini diſcipulum, & fidiſſimum mentis eius interpretem Fulgentium: [v] 'Sibi (ait ille ad virginem Probam) ſemetipſam comparet ,virgo Chriſti, & vt ad perfectã perveniat ſanitatẽ, nõ debet de aliorũ ,ſibi periculo graviore blandiri, ſed de ſua curet infirmitate triſtari: ,de qua ille triſtabatur iugiter, qui dicebat: *Tota die contriſtatus ingrediebar,*

[f] *Aug. l. de Natura & Grat. cap. 68.*

[f] *Aug. Ser. 2 de Verb. Apoſt. c. 4 Vide eundem lib. de Nat. & cap. 24. & 27.*

[v] *Fulgent. Epiſt. 3. ad Probam cap. 20.*

Pſal. 118. 32.

Pſal. 16.4.

Pſal. 29.7.

Pſal. 115. 2.

Pſal. 29.8.

Pſal. 58.10.

Pſal. 29.8.

Pſal. 37.7.

, *dicebat, quoniam anima mea impleta eſt illuſionibus, & non eſt ſanitas in* , *carne meâ.* Et vt oſtenderet, huic triſtitiæ humilitatem debere con- , iungi, ſtatim ſecutus adiunxit: *Incuruatus ſum, & humiliatus ſum ni-* , *mis.* Et vt deſiderio ſanitatis hoc à ſe fieri perdoceret, adiunxit: *Ru-* , *giebam à gemitu cordis mei, & ante te eſt omne deſiderium meum, & ge-* , *mitus meus à te non eſt abſconditus.* Iſte autem qui hoc dicebat, fatetur , ſe aliquando tanquam de virtute ſanitatis elatum, & in eo ſe pericu- , lum graviſſimæ infirmitatis expertum: dicit enim in alio Pſalmo: , *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Et quia hoc dicens Pſal. 29. 7. , ADIVTORIO DIVINAE GRATIAE FVERAT DESERTVS, & in ſuâ , defecerat infirmitate, turbatus ſequitur dicens: *Domine in bona volun-* , *tate tua præſtitiſti decori meo virtutem: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*'. Quod ergo Auguſtinus dixerat, 'Siccatus': hoc Fulgentius quaſi interpretando expreſſit, 'Adiutorio diuinæ gratiæ deſertus'. Quam deſertionem ſeu ſiccationem papa Gregorius derelictionem vocat & deſtitutionem: [w] 'Elevatus deſtituitur (inquit) & , deſtitutus ad formidinem revocatur. Hinc etenim Dauid ait: *Ego* , *dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Sed quia de confiden- , tia virtutis intumuit, paulò pòſt quod pertulit adiunxit: *Auertiſti fa-* , *ciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Ac ſi apertè dicat: Fortem , me inter virtutes credidi, ſed quantæ infirmitatis ſim derelictus agnovi'. Sed & ipſe Auguſtinus per ſiccationem ſe intellexiſſe adiutorij deſertionem, ſatis ipſemet ſine interprete explicuit, cùm diceret de Gratia loquens: [x] 'Planè cùm data fuerit, incipiunt eſſe merita no- , ſtra bona, per illam tamen: nam ſi ſe illa ſubtraxerit, cadit homo, non , erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter nec quando , cœperit homo habere merita bona debet ſibi tribuere illa, ſed Deo, , cui dicitur in Pſalmo, *Adiutor meus eſto, ne derelinquas me.* Dicendo, Pſal. 26. 9. , *Ne derelinquas me*, oſtendit, quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet , ipſe per ſe: vnde & ille ait: *Ego dixi in abundantia mea, non movebor in* , *æternum.* Putaverat enim ſuum fuiſſe bonum, quod ei ſic abunda- , bat, vt non moveretur: ſed vt oſtenderetur illi, cuius eſſet illud bo- , num, de quo tanquam ſuo cœperat gloriari, paululùm GRATIA , DEI DESERENTE admonitus dicit: DOMINE *in voluntate tua præſtitiſti* , *decori meo virtutem: Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*'. De hac eius conturbatione, fructuq; inde proveniente, loquens alibi idem Auguſtinus: [y] 'Factus eſt ergo conturbatus (inquit) vt ſe inve- , niret; & humiliter ſapiens, non ſolùm æternæ vitæ, verùmetiam , in hac vita piæ converſationis & perſeverantiæ, in quo ſpes habenda eſſet, addiſceret'.

[w] *Greg. de Cura Paſtor. p. 4. cap. vnico.*

[x] *Aug. l. de Grat. & liber. arbit. cap. 6.*

[y] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 9.*

Cui regij Prophetæ exemplum præmemoratum non ſufficit, aliud accipiat non minùs illuſtre, Principis nimirum Apoſtolorum, in ſua abundantia magiſtro morituro dicentis: *Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor*: & adhuc, nonobſtante magiſtri in contrarium prædictione, reſumentis: *Etiamſi oportuerit me mori tecum,* Matth. 26. non 25.

3.

Vide Ambr. lib. 10. in cap. 22. Luca cap. 6. Matth. 26. 31.

Digitized by Google

non te negabo. Acceſſum morbi medicus prænunciauit, æger ex virium ſuarum præſidentia negauit: [z]' Verus & cœleſtis medicus (ait Auguſtinus) venam cordis inſpexerat, & quâ horâ tentationis pondus vel infidelitatis frigus venturum eſſet prædixerat. Medicus prædicabat, & ægrotus negabat. Sed vbi ad horam ventum eſt, falſum fuit quod promiſerat homo, & verum apparuit quod prædixerat Deus. Quid enim homo ſine Dei gratiâ poſſit, timor beati Petri Apoſtoli evidenter oſtendit. Per ſolum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adiutorio, promiſerat ſe pro Domino moriturum: ſed quid eſt homo ſine gratiâ Dei, niſi quod fuit Petrus cùm negaret Chriſtum, & niſi quod ait Propheta, *Omnis caro fœnum*? Et ideo beatum Petrum paululùm Dominus ſubdeſeruit, vt in illo totum humanum genus poſſet agnoſcere, nihil ſe ſine Dei gratiâ prævalere'. Hunc Auguſtini magiſtri ſui ſenſum Proſper diſcipulus luculenter expreſſit, liberi arbitrii, ſine gratiâ imbecillitatem, præſumentis Petri defectione commonſtrans: [a]' Vt magis probaretur (inquit) liberum arbitrium nihil poſſe ſine gratiâ: cui dictum fuerat, *Confirma fratres tuos*, &, *Roga ne intretis in tentationem*: quique reſpondit, vtiq; ex libero arbitrio, *Domine tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire*: eidem prædicitur, quòd *priuſquam gallus cantet ter Dominum negaturus ſit*: quod quid eſt aliud, quàm quòd in fide defecturus ſit? Certè rogaverat pro eo Dominus, ne deficeret fides ipſius: nec vtiq; fruſtrà rogaverat, cuius vna erat cum eo, quem rogaverat, operatio. Sed ne libero arbitrio videretur ſtare, qui de ſe magna promiſerat, permittitur periclitari, vt conturbatum ac deficientem ille reſpiciat & reficiat, ſine quo nemo conſiſtit, nemo perſiſtit'. Lapſus itaq; Petri, vniverſæ mox Eccleſiæ præficiendi, & ipſi fuit medicinalis, & cæteris etiam documentalis. Audi quomodo ipſi fuerit medicinalis: [b]' Dixerat quippe ipſe (ait Auguſtinus) in abundantiâ ſuâ, *Animam meam pro te ponam*; ſibi feſtinando tribuens, quod ei fuerat à Domino poſteà largiendum. *Auertit* autem *ab illo faciem Dominus, & factus eſt conturbatus*; ita vt eum, mori pro illo metuens, ter negaret. Sed rurſus convertit ad eum faciem ſuam Dominus, & culpam lachrymis diluit. Quid eſt enim aliud, *Reſpexit eum*, niſi faciem ſuam, quâ paululùm ab illo averterat, revocauit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus: ſed quia didicit non de ſeipſo fidere, etiam hoc ei profecit in bonum; faciente illo, qui *diligentibus eum omnia cooperatur in bonum*: quia *ſecundùm propoſitum vocatus erat*, vt *nemo eum poſſet eripere de manu Chriſti*, cui datus erat'. Quomodo verò idem Petri lapſus ceteris documentalis extiterit, ex eodem Auguſtino mox ſuprà retulimus, cuius & nunc alia eòdem ſpectantia loca ſubdemus: [c]' Quid aliud (ait ipſe) pertinuit ad doctorem ſaluatoremq; noſtrum, niſi vt nobis nequaquam de ſe quenquam præſumere debere, in ipſo primo Apoſtolorum demonſtraret exemplo'? Quis etenim audito perſonæ tam ſublimis caſu, audeat præſumere immunem ſe fore à

Iſa. 40. 6.

Luc. 22. 32. & ſeqq.

Ioan. 13. 37.

Pſal. 29. 8.

Luc. 22. 61.

Rom. 8. 28.

Ioan. 10. 28.

[z] *Aug. Serm.* 124. *de Tempore. Vide ibidem Serm.* 117. & 149 & *Serm.* 49. *de Verbis Domini, & Ser.* 16. & 24. *de Sanctis, & Ser.* 39. *de Diverſis, & Serm.* 1. & 4. *inter* 11. *Caroliniſ. parſ.* & *Cœcione* 1. *in Pſal.* 36 *ſub initiũ, & Tract.* 124 *in Ioannem.*

[a] *Proſp. Epiſt. ad Ruſin. c.* 10. *Vide l.* 2 *de vocat. Gent. c.* 28.

[b] *Aug. l. de corrept. & Grat. c.* 9. *Vide l.* 14. *de ciuit. c.* 13. *in fine.*

[c] *Aug. Tract.* 66. *in Ioan.*

lapsu ? [d] 'Cùm se ad excipiendum iniquitatis iudicium (ait Papa Leo) ,Dei filius præbuisset, Beatus Apostolus Petrus, cuius fides eâ devo- ,tione fervebat, vt & Domino compati paratus esset & commori, ,ancilla sacerdotis calumniante perterritus, ex infirmitate periculum ,negationis incurrit: ob hoc, sicut apparet, hæsitare permissus, vt in ,Ecclesiæ principe remedium pœnitentiæ cõderetur; & nemo auderet ,de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec beatus Petrus potuisset evadere'. Porrò quia hominibus arctam viam vitæ decurrentibus non sola cavenda est præsumptio, sed etiam altero in extremo desperatio; cœlestis magister, post præsumptoris lapsum, documentum non desperandi in latrone nobis exhibuit: [e] 'Nunquid ,quia Dominus acquisivit latronem (inquit Augustinus) Petrum per- ,didit negatorem? Absit, absit. Agebat mysterium, qui fundebat ,pretium: in Petro demonstrans, non in se quenquam iustum debe- ,re præsumere: in latrone, nullum impium conversum posse perire. ,Timeat bonus, ne pereat per superbiam: ne desperet malus de multa malitia: collidantur præsumentes, colligantur desperantes'.

[d] *Leo Serm. 9. de Passione cap. 4. Vide Rupert. l. 2. in Zachariã, ad vers. 7. capitis. 6.*

[e] *Aug. lib. 2 de Symbol. ad Catechum. cap. 6.*

Præmemoratis exemplis abundè satis evincitur, subtractionem grã- 4
tiæ ex divina benignitate electis interdum prodesse ad salutem: [f] 'Au- ,deo dicere (inquit Augustinus) superbis esse vtile, cadere in aliquod ,apertum manifestumq; peccatum; vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant'. Hoc mox Petri exemplo ,priùs præsumentis, postmodumq; sibi displicentis, ostendit: 'Salubriùs, (inquiens) Petrus sibi displicuit quando flevit, quàm sibi placuit quando præsumpsit'. Ostendit idipsũ & authoritate Psalmographi, subdẽs ibidẽ: 'Hoc dicit & ,cer Psalmus: *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuũ Dñe*: id ,est, vt tu eis placeas quærentibus nomen tuũ, qui sibi placuerunt quærendo suũ'. Appositè huiusmodi subtractionẽ gratiæ Richardus Vict. appellat sterilitatẽ, & gratiâ destitutos cõparat salicibus: [g] 'Salices (ait ,ille) arbores sunt steriles, & nullũ penitùs fructũ afferentes. Quid er- ,go in eiusmodi arboribus rectiùs datur intelligi, quàm sterilitas boni? ,Sed hæc infructuositas, bonique, sterilitas, quandoq; dominatur in ,opere, quandoq; in sermone, aliquando in cogitatione, quandoque ,in affectione; quandoque in aliquibus horum duobus, vel tribus, ,quandoque etiam in omnibus. Ecce quatuor salicta, sterilitas actio- ,nis, sterilitas sermonum, sterilitas cogitationum, sterilitas affectio- ,num. Sterilitas sanè actionum est, quando subtrahitur gratia benè ,operandi: sterilitas sermonũ, quando subtrahitur gratia benè dicendi: ,sterilitas cogitationum, quando subtrahitur gratia rectè intelligendi: ,sterilitas affectionum, quando subtrahitur gratia recta affectandi. In ,his sanè omnibus modò conceditur, modò subtrahitur gratia divina; ,sed modò vna, & modò alia; nec solùm malis, verùm etiam bonis: ,sed bonis ad bonum suum, malis ad malum suum: *Omnia* siquidem ,*cooperantur ad bonum his qui secundùm propositum vocati sunt sancti*. Ad ,hoc enim electis gratia divina aliquando subtrahitur, vt vnusquisque ,intelligat quid sit de ipso: ad hoc autem datur vel reparatur, vt in-

[f] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 13.*

[g] *Richl. Victor. Annotat. in Psal. 136.*

Psal 82. 17.

Rom. 8. 28.

Digitized by Google

'telligat quid sit ex munere divino. In vno eruditur ad contemptum 'sui, in altero autem ad amorem Dei: ex vno proficit ad humilitatẽ, 'ex altero promovetur ad charitatem. In his autem duobus est & fundamentum bonitatis, & consummatio virtutis'. His consona sunt quę scribit Isidorus lib. 2. de Summo bono cap. 15. dicens: 'Quidam ele- *Isidorus.*
'ctorum dimittuntur divinâ iustitiâ incidere in errorem peccati: sed 'tamen miseratione eius reducti denuò convertuntur. De talibus
Isa. 57. 18. 'enim per Prophetam Dominus loquitur: *Et dimisi eum, & reduxi eum, & reddidi ei consolationem*'. Si petas, quomodò fieri possit vt subtractio *Dubium.*
gratiæ in remedium cedat superbiæ; cùm ex ea non sequatur aliud quàm deserti peccatum: peccatum autem non sit idoneum remedium peccati? Respondetur, pecato non per se curari superbiam, sed per *Decisio.*
accidens ex providentia supremi medici, venenis venena curantis. Contendebat olim hæresiarcha Pelagius, [h] 'Nullum malum boni alicuius esse causam'. Qui rursùs inferiùs apud eundem cap. 28. dicebat: [h] *Pelagius apud Aug. l. de Nat. & Grat. c. 24.*
'Quid amplius dicam, nisi quia potest credi, quòd etiam ignes ignibus extinguantur, si credi potest, quòd peccatis peccata curentur'? Hanc ignium similitudinem ibidem subsequenter in arguentem retorquens Augustinus: 'Si advertit (inquit) aliquando calores febrium quibusdam medici- 'nalibus caloribus frangi, etiam igues ignibus fortasse concedet extingui'. Primum verò illud Pelagij assumptum refutat inprimis ex malo pœnæ, quo subinde curatur malum culpæ, vexatione nimirum dante intellectum: [i] 'Quasi pœna (inquit) bonum sit, quâ tamen multi [i] *Aug. l. de Nat. & Grat. c. 24.*
emendati sunt'. Unde mox infert conclusionem adversam axiomati Pelagij, subdens: 'Sunt ergo mala, quæ prosunt mirabili misericordiâ Dei'. Et continuò ad malum culpæ digrediens, exemplo Davidis hæresiarcham refellit: 'Nunquid ille (inquit) boni aliquid passus est, qui
Psal. 29. 8. 'dixit, *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*? Non vtiq;
'Et tamen hęc ei conturbatio contra superbiam fuit medicinalis quo-
Psal. 29. 7 'dammodo. Dixerat enim in abundantia sua, *Non movebor in æternum*:
1. Co. 4. 7 '& sibi tribuebat, quod à Domino habebat: *Quid enim habebat, quod 'non acceperat*? Quare ostendendum ei fuerat, vnde haberet: vt reciperet humilis, quod superbus amiserat'. Hanc Augustini doctrinam de peccato in peccati remedium cedente, præclarè elucidat Angelicus Doctor hisce verbis: [k] 'Peccatum ad duo ordinatur: ad vnum [k] *D. Tho. 1. 2. q. 79. ar. 4. in corp.*
'quidem per se, scilicet ad damnationem: ad aliud autem ex divina 'misericordia vel providentia, scilicet ad sanationem, in quantum 'Deus permittit aliquos cadere in peccatum, vt peccatum suum ag- 'noscentes humilientur & convertantur, sicut Augustinus dicit in li- 'bro de Natura & Gratia. Unde & excæcatio ex sui natura ordina- 'tur ad damnationem eius qui excæcatur (propter quod ponitur etiã 'reprobationis effectus) sed ex divina misericordia excæcatio ad tem- 'pus ordinatur medicinaliter ad salutem eorũ qui excæcantur. Sed hęc 'misericordia non omnibus impenditur excæcatis, sed prædestinatis
Rom. 8. 28. 'soiùm, quibus *omnia cooperantur in bonum*, sicut dicitur Rom. 8. Vnde

Vide Aug. l. qq. in Matth. q. 14.

, quantùm ad quosdam, excæcatio ordinatur ad sanationem: quan-
, tùm autem ad alios, ad damnationem: vt Augustinus dicit in 3. de
Quæst. Evangelij'. Videri in eandem rem potest idem Angelicus
Glossographus. Doctor 3. p. q. 89. ar. 2. ad 1. vbi & Glossographum pro se allegat, dicentem super caput 8. ad Rom vers. 28. 'Ideò proficit eis in
, bonum quòd cadunt, quia humiliores redeunt atq; doctiores'. Quod
Glossema ex Aug. lib. de Correpț. & Grat. cap. 9. superiùs citato de-
Hugo Victor. sumptum est. Cui consonat præter alios Hugo Victorinus q. 210. super Epist. ad Rom. vbi præmissæ interrogationi, 'Quomodo propria peccata talium cooperantur eis in bonum'? respondet: 'Humiliores & doctiores resurgunt'.

Porrò sicut Duobus modis corporalem ægritudinem caveri cõtingit, ita & spiritualem superbiæ noxam; vno modo cùm præinexistẽs compescitur, altero cùm imminens præpeditur. Vnde cùm Bernardus indefinitè aliquandò dixisset, [l] 'Argumentum superbiæ privatio est gratiæ', continuò subtexuit vnde nunc agitur: 'Quanquam tamen , interdum subtrahitur gratia sive retrahitur, non pro superbiâ quæ iam est, sed quæ futura est nisi subtrahatur'. Sed non desunt qui contendant, nunquam homini viatori sic subtrahi gratiam, quin ei relinquatur adiutorium sufficiens; exponantq; prælegata Patrum testimonia, non de qualicunq; gratiâ, sed duntaxat de efficaci. Sed profectò hoc non tam est Patres exponere, quàm eorum sensum pervertere. Nam inprimis Bernardus paulò ante verba iam ex ipso citata præmiserat: 'Vbi deficit tibi gratia, deficis tu. Audis etenim quid dator gratiæ dicat: *Sine me, ait, nihil poteſtis facere*'. Ex Bernardi igitur mente subtractio gratiæ, de qua ibi disserit, ita intelligenda est, vt benè agendi impotentiam in subtractario relinquat. Ubi verò relinquitur impotentia, proculdubiò non remanet sufficientia: [m] 'Sci-
, mus (ait Richardus Victorinus) quis dicat, *Sine me nihil poteſtis facere.*
, Tantum ergo possumus, quantum posse accepimus: *Quid enim habes,*
, *quod non acceperis?* Nihil enim aliud est habere huiusmodi potestatem
, & fortitudinem, quàm habere gratiam cooperantem. Potestas tua
, cooperatrix gratia. Quantum habes gratiæ, tantum habes & poten-
, tiæ: & quantum gratia accepta crescit, tantum & potentia tua profi-
, cit; & quantum gratia minuitur, tantum & potentiæ tuæ detrahitur:
& si quando SVBTRAHITVR gratia, simul perit & potentia'. Audivimus eundem præcedenti §. dicentem: 'Ad hoc electis gratia divi-
, na aliquando SVBTRAHITVR, vt vnusquisque intelligat quid sit de
ipso'. Ex quibus locis invicem coordinatis invictè consequitur, electis subtractione gratiæ perire aliquando benè agendi potentiam. Si autem perit potentia, vbi hæret sufficientia? Isidorus eodem capite ibi-
Isidorus. dem superiùs citato præmiserat: 'Nonnulli ita despiciuntur à Deo, vt deplorare mala sua NON POSSINT, etiamsi velint'. Augustinus, Prosper & Leo testantur, Deum exemplo Petri labentis voluisse documentum hominibus præbere, ne quisquam de semetipso præsumeret.

5.

l Bernard. Ser. 54. super Cant. vide serm. 73. ibidem.

Obiectio.

Diluitur.

Ioan. 15. 6.

m Rich. Victor. l. 1. de Erudit. hominis interior. cap. 30.

1. Cor. 4. 7.

Ac

Digitized by Google

Ac per hoc iuxta ipſos non habuit Petrus gratiam ad perſiſtendum ſufficientem. Nam ſi talem habuiſſet, per eam perſiſtere potuiſſet. Et tamen ſi per eam re ipsâ perſtitiſſet, non idcircò (iuxta adverſariorum placita) de ſeipſo præſumere potuiſſet; cùm nonniſi gratiâ roboratus perſtitiſſet. Quomodò ergo ex eo quod non perſtiterit, oſtenſum eſt hominibus, neminem de ſeipſo debere præſumere? Aut enim habebit quis talem gratiam, qualem Petrus habuiſſe contenditur, aut non habebit. Si primum, per ipſam, & non per ſeipſum perſtitiſſe dicetur; nec proinde vlla ei de ſeipſo præſumendi anſa remanebit. Si ſecundũ, nihil habebit commune cum Petro: quippè qui prætenditur ſufficiẽte gratiâ fuiſſe inſtructus. Quomodò præterea cohærebit adverſariorum reſponſio cum eo quod Proſper aſſerit, Petrum idcircò periclitari permiſſum fuiſſe, 'Ne libero arbitrio ſtare videretur'? Non enim, iuxta adverſariorum principia, libero ſtare arbitrio videri potuiſſet, ſi ſufficiente gratiâ munitus fuiſſet. Sed omnem ſubterfugiendi viam præcluſit Auguſtinus, dicendo: 'Quid homo ſine Dei gratia poſſit, ,timor beati Petri Apoſtoli evidenter oſtendit. Per SOLVM enim LI-,BERVM ARBITRIVM, non addito etiam Dei adiutorio, promiſerat ,ſe pro Domino moriturum. Sed quid eſt homo ſine gratia Dei, niſi ,quod fuit Petrus cum negaret Chriſtum? Et niſi quod ait Propheta, Iſa. 40.6. ,*Omnis caro fœnum*? Et ideò beatum Petrum paululùm Dominus ,ſubdeſeruit, vt in illo totum humanum genus poſſet agnoſcere, nihil ſe ſine Dei gratia prævalere'. Iam quæro, vtrùm homo per gratiam, quam vocant merè ſufficientem, poſſit declinare à malo, aut facere bonum? Si poſſe dicant: quomodò timor beati Petri oſtendit quid homo ſine Dei gratia poſſit; cùm timor ille non oſtenderit hominem poſſe ſtare, ſed tantummodò cadere? Si non poſſe dicant: 'quomodò illa gratia poteſt vocari ſufficiens, quæ vtique non ſecum adfert declinandi à malo, aut bonum faciendi poſſibilitatem? Præterea ſi Petrus, provt Auguſtinus perhibet, 'Per ſolum liberum arbitrium, ,non addito Dei adiutorio, promiſerat ſe pro Domino moriturum', proculdubiò de viribus ſolius liberi arbitrij, non addito adiutorio Dei præſumpſit. Atqui Deus voluit oſtendere quàm imbecillum fuerit liberum Petri arbitriũ, provt Petrus de ipſo præſũpſit. Ac per hoc voluit Deus oſtendere quàm imbecillum fuerit liberum Petri arbitrium, non addito adiutorio Dei. Denique ſi homo quiſque ſine gratia Dei ſit talis, qualis fuit Petrus cùm negaret Chriſtum: ergo etiam Petrus cùm negaret Chriſtum, talis fuit, qualis homo ſine gratia Dei: nam talitas importat relationem mutuam. Aut igitur gratia merè ſufficiens non meretur nomen gratiæ Dei, aut certè Petro Chriſtum neganti non ſuppetebat. Poſtremò Auguſtinum cenſuiſſe, homines lapſos omni prorſus gratiâ interdum deſtitui, invictè probatur ex ijs quę ſcribit de gratia Angelorũ & Protoplaſtorum innocentium, cùm ait: ,[n] 'Si hoc adiutorium vel Angelo vel homini quùm primùm facti ,ſunt defuiſſet (quoniam non talis natura facta erat, vt ſine divino adiutorio

Proſper.

Auguſtinus.

[n] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 11.*

Digitized by Google

,iutorio posset manere si vellet) non vtiq; suâ culpâ cecidissent: Ad-,iutorium quippè defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est'. Iam quæro an ij,quibus in pœnam peccati deest tale adiutorium, dicendi sint habere gratiam sufficientem? Si non, certè vera est nostra sententia, & falsa aduersariorum prætensio. Si sic, quomodò dicitur tale eis adiutorium deesse quale fuit Angelorum & hominum labentium; quod constat fuisse merè sufficiens? Hoc argumentum adeò torsit Vasquezium, vt maluerit Augustinum palàm deserere, quàm solvendi argumenti periculum subire. Qui rursus cùm quædam Prosperi & Fulgẽtij loca suo dogmati in speciem faventia allegasset, ait infrà: [o]' Fa-,teor sanè suspecta mihi esse testimonia Prosperi & Fulgentij: quòd ,diligentissimi & exactissimi Augustini discipuli sint; & oppositam videantur sequi sententiam'. Ecce quanta vis veritatis, quæ etiam de aduersantium sibi ore vel calamo confessionem extorquet.

[o] *Vasquez. in 1 p. disput. 97. c. 3. n. 10.*

Ex his patet, quàm falsò in *Recollectione* sua *Precatoria*, superiùs memorata, Lessius Deo dixerit:' Omnibus fidelibus,& maximè iusti-,ficatis, auxilium tuum, quod ad orationem est necessarium, semper ,adest per fidei & spei donum; sicq; omni tempore ad te per orationẽ ,confugere possunt. Huius autem interventu in omni eventu auxilium ,necessarium & sufficiens ad cætera omnia, ad vincendas tentationes, ,ad implenda mandata, & ad perseverandum in iustitia,certissimè obtinebunt'. Vbi inprimis obseruatu dignũ est, hoc Lessij dogma quòad vtramque partem, etsi non ijsdem verbis, eodem certè sensu, à Cassiano, Semipelagianismi apud Massilienses architecto, præformatum fuisse: 'Absque hæsitationis infidelitate (ait ille Collat. 9. cap. 33.) ,precibus insistendũ est:obtenturosq; nos earum iugitate cuncta quæ secundùm Deũ poposcerimus,minimè dubitandũ'. Ecce posteriorem partem dogmatis Lessiani. Audi iam priorem. Sequitur quippè ibidem inferiùs, interpositis quibusdam Scripturæ testimonijs quibus orationis efficacia impetrandi astruitur: 'Si cunctæ nos exauditio-,num, quas prædiximus, causæ omninò deficiunt, saltem animet im-,portunitatis instantia: quæ absque vlla vel meriti vel laboris difficultate, in cuiuscunq; volentis sita est potestate'. Hoc itaq; sit primũ Lessiani dogmatis præiudicium, quòd in Massilienſium officina ferruginosa procusum sit. Nam Massilienſium,tum generaliter circa initium salutis, tum specialiter circa possibilitatem orandi, cunctis notus est error, qui vel Prosperi & Hilarij ad Augustinum Epistolas, vel duos Augustini Libros ad ipsos de eadem materia conscriptos,vel Canones Concilij Arausicani pervolverint. Secundum præiudicium eidem dogmati procreatur ex Augustini authoritate; qui, vt superiùs retulimus, asserit,Deum idcircò etiam sanctis & fidelibus suis subtrahere auxilia implendæ iustitiæ necessaria, [p]' Ne facilitatem in omni-,bus assecuti, suum putarent esse, quod eius est. Qui error multùm est religioni pietatiq; contrarius'. Hæc etenim Augustini ratio aut nihil

6.

Lessius.

Cassianus.

[p] *Aug. lib. 1. de Peccat. merit. cap. 19.*

nihil omninò concludit; aut certè in gratia orandi, perinde ac in cæteris, locum habet. Nunquid enim religioni pietatiq, contrarius est error ascribentium viribus humanis facultatem petendi, quærendi, pulsandi: præsertim postquam est à Synodo Arausicana canone 6. reprobatus? Si igitur Augustini ratio concludit, Deus sanctis & fidelibus suis gratiam orandi interdum subtrahit, ne orandi facilitatem in omnibus assecuti, suum putarent esse, quod Dei est. Testatur sanè
Rom. 8. 26. Apostolus, nos *quid oremus, sicut oportet, nescire: sed spiritum postulare pro nobis*: hoc est, postulandi affectum inspirare nobis: vt Augustinus constanter interpretatur. Quis est autem ille spiritus, nisi de quo scriptum est, *Spiritus vbi vult spirat*? Porrò qui vbi vult spirat, profectò etiam quando vult spirat. Audebitne Lessius è numero fidelium atque iustorum secludere Augustinum? Et tamen ille de se aliisq; scribens: [q] 'Nonne aliquando (ait) ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potiùs frigida, & penè nulla, imò omninò interdum ita nulla, vt neque hoc in nobis cum dolore advertamus: quia si vel hoc dolemus, iam oramus'? Hæc ille dicebat, non de ijs qui nullo modo se orationi impendunt sed de eis qui orare nituntur, sed deficiente inspiratione *spiritus vbi vult spirantis*, orare non possunt. Et hoc idcircò, vt suo tepore vel algore admoneantur, non à se, sed ab illo sibi esse, quòd orare velint ac valeant. Vnde Augustinus ibidem subiungit: 'Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia & petere, & quærere,
Rom. 9. 16. & pulsare ille concedit, qui vt hæc faciamus iubet? Quia, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*'. Quam Dei misericordiam qui omnibus indiscriminatim impendi arbitrantur, de veteri Massilienſium sicerâ inebriantur: quorum sensum Faustus Regiensis breviter his verbis expressit: [r] 'Sicut omni homini Deus manum, oculum, gressumq; donavit: ita similiter omni homini voluntatem, vt eam in quamlibet partem versaret, indulsit. Iustitia ergò in homine non personale, sed generale & publicum Dei munus, est aditus capessendæ salutis: quasi fons quidam in medium mundi huius expositus, & in commune concessus ad hauriendum vniversis patet, vt largitori meritò reus sit, qui haurire neglexerit'. Eorum porrò hac in re scopum luculento sermone Prosper detexit: nimirum, [r] 'Vt omniũ hominum generalem ruinam, meritorum privilegio sublevarent: & cùm inter nostros originalis peccati vulnera faterentur, inter suos tamen hoc se tenere ostenderent, quòd primorum hominum prævaricatio solis imitatoribus obfuisset: Naturalem autem facultatem nihil sui in alieno amisisse peccato; cui possibile esset & liberum, per voluntariam devotionem promereri gratiæ largitatem'. Putant autem moderni voluntatum patroni se procul à Massilienſium distare callibus, quia ad omne salutis initium agnoscunt gratiæ possibilitantis necessitatem. Sed nos alibi, Deo adiuvante, monstrabimus, Massilienſes hac in parte ipsis fuisse liberaliores, & insuper in Christianæ gratiæ confessione fideliores. Restaret nunc tractanda posterior Lessiani

Vide Aug. Epist. 105. & lib de Cor. & Grat. c. 13. & 1 de Bono persever cap. 23. & Epist. 121.

[q] *Aug l. 1 qq. ad Simplic. q. 2. in fine.*

[r] *Faustus lib. 1. de lib. arbit. cap. 10.*

[r] *Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 10.*

dogmatis portio, quâ dicit, orationis interventu cætera omnia certissimè obtinenda: sed de hoc commodiùs capite sequenti.

CAPVT XI.

Carnis stimulus in renatis ad agonem relinquitur, eorumq; pro eius extirpatione deprecatio repellitur: vt humanæ conditionis iugiter conscijs non obrepat elatio dum strepit tentatio.

MIrum quibusdam videtur quòd concupiscentiæ fomes peccato primi hominis in carne nascentiũ plãtatus, gratiâ secũdi hominis de carne renascentiũ non extirpetur: cùm alioquin consequens fore appareat, plùs nascentibus obfuisse carnalem generationem ex Adam, quàm renascentibus prosit spiritualis regeneratio ex Christo. Verùm qui sapienter hac in parte divinæ œconomiæ rationes expenderit, verissimum esse sentiet quod Prosper affirmat: [t] 'Ad magnam vtilitatem ,fidelium materia est reservata certaminum, vt non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas'. Probat id Prosper exemplo Apostoli, petentis à stimulo carnis liberari, sed id non obtinentis, ne magnitudine revelationum elatus intumesceret: 'Vnde & Apostolus (subdit ,ibidem Prosper) dicit: *In magnitudine revelationum ne extollar, datus est* 2. Cor. 12. *,mihi angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, vt* 7. *,discederet à me: sed dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur*'. Habes igitur hìc illustre exemplum hominis iusti instanter à Domino liberationem efflagitantis; sed, ne magnitudine revelationum extolleretur, repulsam patientis. Habes & Dei documentum, hominem notitiæ sui admonentis, & cum timore & tremore salutem suam operari iubentis: [v] 'Patitur Apostolus aliquid (inquit ,Hieronymus) quod non vult: pro quo ter Dominum deprecatur; ,sed dicitur ei: *Sufficit tibi gratia mea: quia virtus in infirmitate perficitur:* 2. Cor. 12. 9. ,& ad revelationum humiliandam superbiam, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in similitudinem triumphantium: ,quibus in curru retrò comes adhærebat, per singulas acclamationes civium dicens: 'Hominem te esse memento'. Meminit huius consuetudinis triumphantium Tertullianus, cùm de Imperatore triumphante loquens, ait: [w] 'Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim ei à tergo: Respice post te: Hominem memento te'. Observat in hanc rem papa Gregorius, Ezechielem prophetam priùs vocari à Deo *Filium hominis*, quàm ad contemplanda sublimia eveheretur ab ipso: [x] 'Nonnunquam (ait ille) superna moderatio priusquam per munera provehat, infirmitatis ,memoriam ad mentem revocat, ne de acceptis virtutibus intumescat. ,Vnde Ezechiel propheta quoties ad contemplanda cœlestia ducitur, ,priùs *Filius hominis* vocatur: ac si hunc apertè Dominus admoneat dicens:

t Prosp. lib. 1. de Vocat. Gentium cap. 8. in Additamento Cambronensi.

v Hieron. Epist. 25.

w Tertull. in Apolog. c. 33. Vide Commentarium Anselmo ascriptum in 1. 12. 2. ad Corinth. v 7. & Arrian. l. 3. in Epict. cap. 24.

x Greg. de Cura Pastorali p. 4. cap. vnico.

,dicens : Ne de his quæ vides elatione cor ſubleves, cautus perpende ,quod es : vt cùm ſumma penetres, eſſe te hominem recognoſcas; qua- ,tenus dum vltra te raperis, ad temetipſum ſollicitus infirmitatis tuæ ,fræno revoceris. Unde neceſſe eſt, vt cùm virtutum nobis copia ,blanditur, ad infirmitatem ſuam mentis oculus redeat, ſeſcq; ſalubri- ,ter deorſum premat; ne recta quæ agit, ſed quæ agere negligit, aſpi- ,ciat : vt dum cor ex memoria infirmitatis atteritur, apud humilitatis ,authorem robuſtiùs in virtute ſolidetur. Quia & plerunq; omnipo- ,tens Deus idcircò rectorum mentes quamvis ex magna parte perfi- ,cit, imperfectas tamen ex parva aliqua parte derelinquit: vt cùm mi- ,ris virtutibus rutilant, imperfectionis ſuæ tædio tabeſcant; & ne- ,quaquam ſe de magnis erigant, dum adhuc contra minima innitentes ,laborant : ſed quia extrema non valent vincere, de præcipuis actibus non audeant ſuperbire'. Tractat hoc ipſum rurſus Gregorius Homil. 14. in Ezechielem ſuper illis verbis, *Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* Vbi & aliud adiungit exemplum de propheta Elia, qui poſt ingentia patrata miracula, vnius mulierculæ timore perculſus infirmitatem ſuam patenter manifeſtavit. His duobus prophetis Salomonem & Paulum alibi idem Gregorius aſſociat, & tanquam novos teſtes humanæ infirmitatis in ſublimium contemplatoribus adducit :ʏ' Notandum (inquit) quòd Deus poſtquam diluculò viſitat, ſu- ,bitò hominem probat : quia & accedendo, corda noſtra ad virtutes ,provehit; & recedendo, concuti tentatione permittit. Si enim poſt ,virtutum munera, nullâ tentatione concutitur, has ſe habere animus ,ex ſemetipſo gloriatur. Vt ergo & firmitatis dona habeat, & infir- ,mitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtol- ,litur, & per receſſum, quid ex ſemetipſo ſit, probatur. Quod benè ,nobis ex hiſtoria ſacræ lectionis innuitur; quâ Salomon, & divini- ,tùs accepiſſe ſapientiam, & tamen poſt acceptam eandem ſapientiam, ,meretricum ſtatim pulſatus quæſtione memoratur. Mox enim vt ,tantæ revelationis gratiam accepit, certamen turpium mulierum per- ,tulit : quia nimirum ſæpè cùm mentem noſtram conceſſis virtutibus ,reſpectus intimæ largitatis illuminat, hanc protinus etiam lubricæ ,cogitationes turbant; vt quæ ſublevata immenſo munere exultat, ,etiam tentatione pulſata, quid ſit, inveniat. Sic & Elias viſitatus di- ,luculò, ſermone cœlos aperuit; & tamen probatus ſubitò, infirmus ,per deſerta fugiens, vnam mulierem expavit. Sic Paulus ad tertium ,cœlum raptus ducitur, paradiſi penetrans ſecreta conſiderat : & ta- ,men ad ſemetipſum rediens, contra carnis bellum laborat, legem ,aliam in membris ſuſtinet, cuius in ſe rebellione fatigari ſpiritus legẽ ,dolet. Diluculò ergo Deus hominem viſitat, ſed ſubitò poſt viſita- ,tionem probat : quia & collato munere ſublevat; & abſtracto paulu- ,lùm, ipſum ſibi hominem demonſtrat'.

Exech. 40. 4.

ʏ *Greg. lib. 8. Moralium c. 17.*

2. Sed prætermiſſo Salomone idem Gregorius alibi Eliæ & Pauli exempla proſequitur, iſq; doctrinam hactenus traditam copioſè & eleganter

eleganter illuſtrat. Exponens quippè quemadmodum de Deo dictum ſit in libro Iob, *Aquas appendit in menſura*, ſic ſcribit ad propoſitum: Iob. 28. 25.

z Greg. lib. 19. Moral. cap. 5.

„Aquas appendit menſurâ: quia ſancti ipſi, qui ſancto ſublevante „Spiritu ad ſumma rapiuntur, quamdiu in hac vita ſunt, ne aliquâ „elatione ſuperbiant, quibuſdam tentationibus reprimuntur; vt ne„quaquam tantùm proficere valeant, quantùm volunt: ſed ne ex„tollantur ſuperbiâ, fit in eis ipſarum quædam menſura virtutum. „Hinc eſt enim quòd Elias dum tot virtutibus in alta profeciſſet, quâ„dam menſurâ ſuſpenſus eſt, dum Iezabel poſtmodum, quamvis regi„nam, tamen mulierculam fugit. Perpendo quippè hunc miræ vir„tutis virum, ignem de cœlo trahere, & ſecundò quinquagenarios „cum ſuis omnibus petitione ſubditâ concremare, verbo cœlos à plu„vijs claudere, verbo cœlos ad pluvias aperire; ſuſcitantem mortuos, „ventura quoq; prævidentem: Et ecce rurſus animo occurrit, quo pa„vore ante vnam mulierculam fugerit. Conſidero virum timore per„cuſſum, de manu Dei mortem petere, nec accipere; de manu mulie„ris mortem fugiendo vitare. Quærebat enim mortem dum fugeret, „dicens: *Sufficit mihi, tolle animam meam: neque enim melior ſum quam pa-* 3. Reg. 19 „*tres mei.* Vnde ergo ſic potens, vt tot illas virtutes faciat? Vnde ſic 4.
„infirmus, vt ita fœminam pertimeſcat: niſi quia *aqua appenduntur* „*menſura*: vt ipſi ſancti Dei homines, & multùm valeant per poten„tiam Dei, & rurſum quâdam menſurâ moderati ſint per infirmita„tem ſuam? In illis virtutibus Elias, quid de Deo acceperat; in iſtis „infirmitatibus, quid de ſe eſſe poterat, agnoſcebat. Illa potentia „virtus fuit, iſta infirmitas cuſtos virtutis. In illis virtutibus oſtende„bat, quid acceperat; in iſtis infirmitatibus, hoc quod acceperat cu„ſtodiebat. In miraculis monſtrabatur Elias, in infirmitatibus ſer„vabatur. Sic Paulum video, fluminum & latronum, civitatis & ſoli„tudinis, maris ac terræ pericula ſuſtinentem; frænantem ieiunijs ac „vigilijs corpus, ſuſtinentem frigoris & nuditatis ærumnam, ad Ec„cleſiarum cuſtodiam vigilanter ſe ac paſtoraliter exerentem, ad ter„tium cœlum raptum, rurſumq; in paradiſum raptum, & audiſſe ar„cana verba quæ non licet homini loqui: Et tamen ſatanæ angelo „ad tentandum conceditur, orat vt eximi debeat, & non exauditur. „Cuius cùm ipſa initia converſionis aſpicio, perpendo, quòd ei ſuper„na pietas cœlos aperit, ſeſeq; illi Ieſus de ſublimibus oſtendit: qui „lumen corporis ad tempus perdidit lumen cordis in perpetuum ac„cepit: ad Ananiam mittitur, vas electionis vocatur: Et tamen de „civitate eâdem, quam poſt viſionem Ieſu ingreſſus fuerat, fugiens re„cedit; ſicut ipſe teſtatur, dicens: *Damaſci præpoſitus gentis Aretha regis* 2. Cor. 11. „*cuſtodiebat civitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fene-* 32. „*ſtram in ſporta demiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.* Cui li„center dicam: O Paule, in cœlo iam Ieſum conſpicis, & in terra ad„huc hominem fugis? In paradiſum duceris, ſecreta Dei verba agnoſ„cis: & adhuc à ſatanæ angelo tentaris? Vnde ſic fortis, vt ad cœle-

ſtia

Digitized by Google

,ſtia rapiaris? Vndè ſic infirmus, vt in terra hominem fugias, & ad-
,huc à ſathanæ angelo adverſa toleres: niſi quia ipſe qui te ſublevat,
,rurſum ſubtiliſſimâ te menſurâ moderatur; vt & in miraculis tuis
,nobis prædices virtutem Dei, & rurſum in timore tuo reminiſci nos
,facias infirmitatis noſtræ? Quæ tamen infirmitas, ne in deſperatio-
,nem nos pertrahat cùm pulſat, dùm de infirmitate tua Dominum ro-
2. Cor. 12. ,gares, quia auditus non es, nobis quoq; locutus es quid audiſti: *Suf-*
9. ,*ficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Apertâ ergo vo-
,ce Dei oſtenditur, quia cuſtos eſt virtutis infirmitas. Tunc quippè
,benè interiùs cuſtodimur, cùm per diſpenſationem Dei tolerabiliter
,tentamur exteriùs, aliquando vitijs, aliquandò preſſuris. Nam eis
,quoq; , quos viros novimus eſſe virtutum, tentationes atq; certami-
,na non defuêre vitiorum. Hinc eſt enim quòd ad conſolationem no-
,ſtram idem prædicator egregius de ſe quædam talia prodere dignatur,
Rom. 7. 23. ,dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &*
,*captivum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Ad ima
,quippè pertrahit caro, ne extollat ſpiritus: & ad alta ſuſtollit ſpiri-
,tus, ne proſternat caro. Spiritus levat, ne iaceamus in infimis: caro
,aggravat, ne extollamur ex ſummis. Si non ſublevante ſpiritu nos
,caro tentaret, pondere proculdubiò tentationis in ima deijceret: rur-
,ſum verò ſi non tentante carne ad ſumma nos ſpiritus ſublevaret, in
,ſuperbiæ caſu ipſa nos peiùs ſublevatione proſterneret. Sed
,ſit certo moderamine, vt dùm vnuſquiſque ſanctorum iam quidem
,interiùs ad ſumma rapitur, ſed adhuc tentatur exteriùs; ne deſpera-
,tionis lapſum, nec elationis incurrat: quoniam nec tentatio exterior
,culpam perficit, quia interior intentio ſurſum trahit: nec rurſum in-
,tentio interior in ſuperbiam elevat, quia tentatio exterior humiliat
,dum gravat: ſicq; magno ordine cognoſcimus in interiori profectu,
,quid accipimus; in exteriori defectu, quid ſumus: & miro modo agi-
,tur, vt nec de virtute quiſquam extolli debeat nec de tentatione deſ-
,perare: quia dum ſpiritus trahit, & caro retrahit, ſubtiliſſimo iudicij
,interni moderamine, infra ſumma, & ſupra infima, in quodam me-
Iob. 28. 25. ,dio anima libratur. Benè ergo dicitur: *Et aquas appendit menſurâ.*

Vide Greg. l. 23. Moral. c. 16. 17. 18. & 19.

3. Acris olim ac diuturna inter Auguſtinum & Iulianum ſuper carnis concupiſcentia ferbuit controverſia: contendente Iuliano, eam non eſſe malam, alioquin de renatorum carne extirpandam: vnde coactus eſt Auguſtinus rationem reddere, cur etſi mala ſit, in renatis relinquatur. Et quidem ſubinde ad occulta Dei iudicia quaſi ignorãs recurrit. Nam cùm alicubi dixiſſet, 'Adiutorium Dei tantùm va-
,lere, ſi velit, vt hodie nullas concupiſcentias malas habere poſſimus,
contra quas vel invictiſſimè dimicemus'; & ad Iulianum adieciſſet:
'Et tamen non fieri, nec tu negas': continuò ad occulta Dei iudicia
Rom. 11. 34. id referens, ſubdidit: 'Cur autem non fiat, *Quis cognovit ſenſum Domini?*
,Non parum ſcio, cùm ſcio, quæcunq; illa cauſa ſit, quòd nec iuſti-

1 Aug. l. 4. cont. Iulian. cap. 3.

,Dei sit iniquitas, nec omnipotentis infirmitas. Est igitur aliquid in ,eius abdito altoq; consilio, cur quamdiu vivimus in hac carne mortali, est in nobis contra quod mens dimicet nostra'. Nihilominùs capite proximè præcedente, salvâ hâc divini consilij inscrutabilitate, pro ratione assignat superbię cautelam, & humilitatis custodiam: 'Quia in ,ista humana miseria (inquit) peior hostis est cavenda superbia, idcò ,nimirum non penitùs extinguitur in carne continentium sanctorum ,ista concupiscentia: vt dum pugnatur adversùs eam, periculorum ,suorum animus admoneatur, ne securus infletur; donec humana fra,gilitas ad tantam perfectionem perveniat sanitatis, vbi nulla putredo lasciviæ, nullus tumor superbiæ formidetur'. Huic proposito ibidem subsequenter accommodat, quod Apostolo liberationem flagitanti responsum est, *Virtus in infirmitate perficitur*: 'In nobismetipsis (inquit) ,sola est infirmitas causa pugnandi, & rursus infirmitas admonitio est ,non superbiendi. Proinde *virtus*, hìc vbi superbiri potest, *in infirmitate perficitur*'. 2. Cor. 12. 9.

Modum porrò perficiendæ in infirmitate virtutis explicat author Commentarij in Pauli Epistolas Anselmo attributi, hisce verbis: [b] 'Virtus in infirmitate perficitur: quia infirmitatis actio fit ,virtutis perfectio, vt præsente infirmitate & tentatione reprimatur ,virtutis elatio: vt ad eius perfectionem pertineat, etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio'. Quam explicationem ille transcripsit ex Augustino lib. 3. ad Bonif. cap. 7. vbi eam iisdem tradit verbis. Qui rursus lib. de Gratia Christi cap. 12. de eadem Apostolica sententia differens: 'Si virtus (inquit) in infirmi,tate perficitur, quisquis se non fatetur infirmum, non perficitur'. Neque enim à seipso perfici potest; sed nec à Deo perficitur, cuius opem non implorat. Qui verò infirmitatem suam humiliter agnoscit, beneficium sanitatis à Domino exposcit: atque ita ei virtus in infirmitate perficitur, dum quod ei ex se deest, poscenti impenditur. Atq; hanc causam assignat Fulgentius non exirpatæ de carne sanctorum concupiscentiæ: [c] 'Vt suam animam (ait ille) vnusquisque nostrùm ,inter aduersitates & laqueos inimici versari cognoscat, nec in hoc sæ,culo noxiâ vnquam securitate torpescat, propheta dicit: *Tota die contristatus ingrediebar; quoniam anima mea impleta est illusionibus, & non est sanitas in carne mea.* Quid est autem, Tota die contristatus ingredi, ,nisi totius huius vitæ tempore, peccatorum recordatione tristari? ,In quo etiam anima illusionibus impletur, nisi cùm concupiscentia,rum carnalium frequenti tentatione concutitur? Quibus etsi con,sensione non cedit, fatigatione lassescit. Quamvis enim subinde suis ,Dominus, ne deficiant, adiutorium tribuat; permittitur tamen fa,tigari propriæ infirmitatis onere prægravata mortalitas: vt cùm in ,seipsa nullum virtutis invenit firmamentum, ad poscendum divinæ pietatis citò recurrat auxilium'. Neque verò Fulgentius, hanc reli-

[b] *Anselm. in capite 12. 2. ad Corinth. vers. 9.*

[c] *Fulg. Epist. 4. ad Probam c. 5.*

Psal. 37. 7.

Digitized by Google

ctæ in renatis concupiſcentiæ cauſam aſſignando, ab Auguſtino, repreſſionem ſuperbiæ pro cauſa aſſignante, receſſit: ſed mediatam cauſam, ſine excluſione intermediæ ab Auguſtino aſſignatæ, expreſſit. Etenim ſi propinquam relictæ in renatis concupiſcentiæ cauſam indages, repreſſio ſuperbiæ tibi ſtatim occurret: ſed quia ſuperbia idcircò reprimitur, vt diſcat homo, non in ſe, ſed in Domino confidere, eiuſque opitulationem precibus implorare; hinc ſi vlteriorem cauſam inveſtiges, eam eſſe deprehendes quam Fulgentius deſignat. Similiter nec Auguſtinus ſibiipſi adverſatur, dum vno loco cauſam iam ex ipſo præmemoratam aſſignat, & alibi ad occulta Dei iudicia quaſi ignorans recurrit. Nam vbi cauſam expreſſit, ad propinquam reſpexit; vbi autem ad occulta Dei iudicia recurrit, radicalem ſeu vltimatam cauſam conſideravit. Quemadmodum igitur idem ipſe Auguſtinus, contra impeccantiæ aſſertores dimicans, alicubi ait: [d] 'Cùm voluntate humanâ, gratiâ adiuvante diuinâ, ſine peccato in hac vita poſſit homo eſſe, cur non ſit; poſſem facillimè & veraciſſimè reſpondere, Quia homines nolunt: Sed ſi ex me quæritur, quare nolint: imus in longum': Ita & hìc dicere poſſet: Si propinqua relictæ in renatis concupiſcentiæ cauſa quæratur, ſuperbiæ repreſſio invenitur: Si verò vltimata cauſa indagetur, inſcrutabilis iudiciorum Dei altitudo pulſabitur. Etenim auditâ priori causâ ſupereſt adverſario adhuc ſubinquirendum, cur ipſius ſuperbiæ fomes de renatorum cordibus non extirpetur, vt ſic pro eius repreſſione non opus ſit relinqui fomitem concupiſcentiæ. Quoniam igitur huius rei ratio Auguſtinum latuit, ad occulta Dei iudicia quaſi ignorans recurrit. Sic etiam alibi adverſus Pelagium decertans, cùm ſubtractionem gratiæ in remedium aſſeruiſſet provideri ſuperbiæ, Pelagio in contrarium replicanti, [e] *'Sed Deus poteſt omnia ſanare'*, reſpondit: 'Hoc vtique agit vt ſanet omnia: ſed agit iudicio ſuo, nec ordinem ſanandi accipit ab ægroto'. Quibus verbis perſiſtit in propoſito de ſubſtractione gratiæ in medelam ſuperbiæ proviſa. Sed quia reſtabat inquirendum cur ipſam ſuperbiam Deus non radicitùs extirpet, vel ſaltem pro ea extirpanda fideles ſupplicantes non exaudiat; hanc ipſam quæſtionem inferiùs ibidem attingit, eiuſque ſolutionem ſibi incompertam agnoſcit: [f] 'Et hæc quidem (inquit) ita dixerim, vt altiùs Dei conſilium me fatear ignorare, cur etiam ipſam ſuperbiam, quæ in rectè factis animo inſidiatur humano, non citò Deus ſanet; pro qua ſananda illi piæ animæ cum lachrymis & magnis gemitibus ſupplicant, vt ad eam ſuperandam & quodammodò calcandam & obterendam, dextram conantibus porrigat. Ubi enim lætatus homo fuerit, in aliquo bono opere ſe etiam ſuperaſſe ſuperbiam, ex ipſa lætitia caput erigit, & dicit:

Vide Greg. l. 29. Moral. cap. vlt.

[d] *Aug. lib. 2. de Peccat. merit. cap. 17.*

[e] *Pelagius apud Aug. l. de Nat. & Grat. c. 27.*

[f] *Aug. l. de Nat. & Grat. c. 31.*

Vide Albredum Serm. 21. in caput 14. Iſaiæ.

Ecce

, Ecce ego vivo, quid triumphas? & ideò vivo, quia triumphas. Ante , tempus enim fortaſsè de illâ quaſi victâ triumphare delectat, cùm , extrema eius vmbra illo meridie, quantùm arbitror, abſorbebitur: , qui meridies, ſcripturâ dicente promittitur, *Et educet ſicut lumen* Pſal. 36.6. , *iuſtitiam tuam, & iudicium tuum ſicut meridiem*, ſi fiat quod ſuprà ſcrip- , tum eſt, *Revela ad dominum viam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet:* Pſal. 36.5. , non ſicut quidam putant, quòd ipſi faciant. Nullos enim videtur , attendiſſe cùm dixit, *Et ipſe faciet*, niſi eos qui dicunt, Nos facimus, id eſt, noſipſi noſipſos iuſtificamus'.

Ex his iam apparet, falſum eſſe illud, quod poſt Caſſianum ſub finem præcedentis capitis citatus aiebat Leſſius, ' Iuſtos omnes ora- , tionis interventu in omni eventu auxilium neceſſarium & ſufficiens , ad cætera omnia, ad vincendas tentationes, ad implenda mandata, & ad perſeverandum in iuſtitiâ, certiſſimè obtenturos'. Nam inprimis, vt ex Auguſtino iam retulimus, non ſanat Deus ſuperbiam, , ' Pro quâ ſananda illi piæ animæ cum lachrymis & magnis gemitibus ſupplicant'. Manente autem ſuperbiâ non expedit eis in omni eventu auxilium ad cætera ſufficiens obtinere, ' Ne facilitatem in , omnibus aſſecuti, ſuum putarent eſſe, quod Dei eſt. Qui error multum eſt religioni pietatiq; contrarius'. Vnde cùm Gregorius in Moralibus ſuis præmiſiſſet, ' Quid ſumus, ſi conditoris noſtri protectione deſeramur'? Continuò ſubtexuit quod ex Auguſtino didicerat: , ' Quæ nimirum protectio minus neceſſaria creditur, ſi ſemper habeatur. Sed vtiliter ſubinde ſubtrahitur, vt ſibimetipſi homo, quàm ſine illâ nihil ſit, oſtendatur'. Nunquid verò quod vtiliter ſubtrahitur, orantibus providè ac ſalubriter denegatur? ' De manſione huius ſæculi (ait Auguſtinus) nobis aliquando ſubrepit, vt hoc petamus, , quod nobis nõ expedire neſcimus. Sed abſit vt fiat nobis, ſi manemus , in Chriſto; qui non facit quando petimus, niſi quod expedit nobis'. Niſi igitur Leſſius ante omnia oſtenderit, expedire iuſtis in omni eventu auxilium obtinere ſufficiens, nunquam oſtendet, illud eis ab eo dari, qui non facit quando petitur, niſi quod petentibus expedit. Sed nec vnquam illud primum oſtendere poterit, niſi priùs Patribus hactenus allegatis omne robur authoritatis ademerit. Addo præterea, tantùm abeſſe quòd Leſſianum auxilium expediat iuſtis, vt ad nihil aliud ſervire eis videatur, quàm vt eos à iuſtitiâ excidentes reddat inexcuſabiliores. Nam de eo auxilio apertè loquitur Leſſius, quod Deus arbitrio hominis ſic committeret, vt ſi velit, vtatur; ſi nolit, repudiet. Cum tali autem auxilio pro hoc ſtatu poterunt quidem iuſti à iuſtitiâ excidere, ſed nullatenus poterunt in iuſtitiâ perſeverare: , ' Nam (vt Auguſtinus teſtatur) ſi in tantâ infirmitate vitę huius (in , quâ tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat) ipſis relinqueretur voluntas ſua, vt in adiutorio , Dei, ſine quo perſeverare non poſſent, manerent ſi vellent, nec Deus , in eis operaretur vt vellent; inter tot & tantas tentationes infirmitate

4.

Leſſius.

g Aug. lib. 2. de Peccat. merit. c. 19.

h Greg. lib. 23. Moral cap. vlt.

i Aug. Tract. 81. in Ioan.

k Aug. lib. de corrept. & grat. cap. 12.

, tate suâ voluntas ipsa succumberet: & ideò PERSEVERARE NON , POSSENT, quia deficientes infirmitate nec vellent; aut non ita vellent infirmitate voluntatis, vt possent'. Vnde nullum auxilium homini pro hoc statu sufficere Augustinus censet, præter illud de quo ibidem continuò subtexit: ' Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, vt divinâ gratiâ indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur'. Hoc porrò auxilium omnibus iustis interventu orationis in omni eventu suppetere qui dixerit, quid restat nisi vt dicat, omnes iustos perseverare, qui vel illud de oratione Dominicâ recitave-

Matt.6.13. rint, *Ne nos inducas intentationem?* [l] ' Dicat mihi quisquis audet (ait , Augustinus) vtrum Deus dare non possit, quod à se posci imperaverit? Hoc certè qui sapit, non dico desipit, sed insanit. Imperavit autem Deus vt ei sancti eius dicant orantes, *Ne inferas nos in tentationem*. Quisquis igitur exauditur hoc poscens, non infertur in contumaciæ tentationem, quâ possit, vel dignus sit, perseverantiam sanctitatis amittere'. Vbi signanter perpendenda est clausula, ' Quisquis exauditur hoc poscens, non infertur' &c. quâ apertè innuitur, non omnes id poscentes exaudiri. Quomodo igitur stare potest illud Lessij: ' Omnibus fidelibus, & maximè iustificatis' &c? Sed pergit ibidē Augustinus, & sibi ex adversarij personâ obijcit: *At enim voluntate suâ quisque deserit Deum, vt meritò deseratur à Deo.* Cui protinus respondens Augustinus adiungit: ' Quis hoc negaverit? Sed ideò petimus, *Ne inferamur in tentationem*, vt hoc non fiat. Et SI EXAVDIMVR, vtiq; non fit; quia Deus non permittit vt fiat'. Vbi notanda est illa conditionalis, ' Si exaudimur': quæ Augustiniano stylo indicat, non omnes exaudiri. Nam superiùs cap. 2. eiusdem libri expendens illa beati

1.Pet.3.17. Petri verba: *Melius est benefacientes, si velit voluntas Dei, pati, quàm malefacientes*, ex clausulâ illâ conditionali, *Si velit voluntas Dei*, duo colligit, nimirum & passionem martyrij esse donum Dei, & non omnibus donum istud impendi: ' Cùm dicit (inquit) *si velit voluntas Dei*, , ostendit hoc divinitùs donari, NEC OMNIBVS sanctis, vt pro Christo patiantur'. Quapropter cùm ipse dicit, ' Si exaudimur', iuxta eandē regulam ostendit, & exauditionem illam esse donum Dei, nec omnibus donari. Vnde & alibi absq; ambage ait: [m] ' Non est consequens, vt qui exquirit, inveniat'. Cui subscribens Prosper, Cassianum, Lessij hâc in parte magistrum, refellens, ait: [n] ' Quod pro omnibus petitur, non pro omnibus obtinetur. Nec est iniquitas apud Deum, qui SÆPE postulata non tribuit, quæ postulare donauit'. Ecce quàm contrarij sint Prosper & Lessius. Ille dicit, ' sæpè postulata non tribui': iste dicit, ' In omni eventu certissimè obtineri'.

[l] *Aug. l. de Bono persever. c. 6.*

[m] *Aug. Concione 29. in Psal. 118.*

[n] *Prosp. l. cont. Collat. c. 25.*

5. Sed esto, inquiunt, apud Deum iustis postulata denegantem non sit iniquitas, quia denegatione gratiæ non violatur iustitia: erit tamē infidelitas, quia non impletur promissio. Christus enim iustis in se-

Evasio.

Ioan.15.7. ipso manentibus promisit; *Quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* Sed hunc locum Augustinus superiori §. citatus, ad ea sola restringit quę petentibus

Præcluditur.

petentibus expediunt. Oſtendimus autem ibidem, non expedire iuſtis typho elationis obnoxijs, habere ſemper ad manum divinæ gratiæ auxilium, [o] Ne de ipſis probitatis augmentis (vt ait Proſper) mens, ſibi conſcia, & laudis auida, in ſuperbiæ rapiatur exceſſus; & fiat immunda vanitate, dùm ſibi videtur clara virtute'. Accedit quòd Auguſtinus iſtiuſmodi promiſſiones Dei ad eos ſolos reſtringat, qui quomodo & quantum poſcendum eſt poſcunt: [p] Admonemur (ait), *à Deo petere ſapientiam, qui dat omnibus affluenter*: vtiq; his omnibus, Iac. 1. §. , qui ſic petunt, & tantum petunt, quomodo & quantum res tanta petenda eſt'. Hinc mirum non eſt, multorum petitiones repelli, qui vel non ſic, vel non tantum petunt, quomodo & quantum quod petunt eſt petendum. Paulò diversè, ſed non adversè difficultatem expedit Hugo Victorinus: [q] 'Quotieſcunq; (inquiens) petimus quod eſt petendum, & vbi eſt petendum, obtinemus'. Nec minùs appoſitè martyr Cyprianus, ab Augûſtino allegatus pariter & laudatus: [r] 'Quando rogamus (ait ille) *Ne in tentationem veniamus*, admonemur, infirmitatis & imbecillitatis noſtræ; dum ſic rogamus, ne quis ſe, inſolenter extollat, ne quis ſibi ſuperbè arroganterq; aliquid aſſumat, , ne quis aut confeſſionis aut paſſionis gloriam, ſuam ducat; cùm Matth. 26. 41. , Dominus ipſe humilitatem docens dixerit: *Vigilate & orate, ne veniatis in tentationem*: *ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*: vt , dum præcedit humilis & ſubmiſſa confeſſio, & datur totum Deo, , quicquid ſuppliciter cum timore Dei petitur, ipſius pietate præſtetur'. Priùs ergo quàm Leſsius impetrandi certitudinem ſuis iuſtis interventu orationis addicat, doceat eos, humilem ſubmiſſamq; confeſſionem orationi præmittere, & totum Deo dare. Sed quomodo hoc ille docere poſſet, qui totum libero arbitrio dare conſuevit? Nec refert quod pediſſequantis gratiæ cooperationem non reſpuat. Nam nec Cyprianus pediſſequantis arbitrij coefficientiam excluſit. Si ergo pediſſequale arbitrij obſequium non obſtet quo minus ex Cypriani ſententiâ totum detur Deo, nec pediſſequale gratiæ obſequium obſtabit quo minus ex Leſsij ſententiâ totũ detur arbitrio. Nonne quod ſolis naturæ viribus fit, totum arbitrio aſcribitur, quamvis abſq; Dei concurſu fieri non poſſit? Et tamen Leſsius audet Deo dicere: 'Poſuiſti omnia in arbitrio noſtro, perinde ac ſi ſolis naturæ viribus regnum obtinendum eſſet'. Hoc certè non tam à priſcis Maſsilienſibus, quàm ab heſterno ſuo Molina Leſsius didicerat. Molinæ quippe vox eſt ſuperiori capite §. 1. relata: 'Dum ſumus in viâ, ſemper in manu liberi arbitrij noſtri poſita eſt ſalus noſtra': Maſsilienſes verò initium ſalutis libero ſuo arbitrio arrogabant, complementum tamen Deo aſcribebant: [s] 'Quaſi componat homo cum Deo (vt de eis ſcribit , Auguſtinus) vt partem fidei ſibi vendicet, atque illi partem relinquat: & quod eſt elatius, primam tollit ſibi, ſequentem dat illi; & in eo quod dicit amborum, priorem ſe facit, poſteriorem Deum'. Quòd ſi hunc veterum Maſsilienſium errorem Arauſicana Synodus can. 5. damnare

o *Proſp. Epiſt. ad Demetriad. cap. 16.*

p *Aug. l. de Nat. & grat. c. 17.*

q *Hugo Victor. q. 2. 58. in Epiſtolam ad Rom.*

r *Cyprian. de Orat. Dominica apud Aug. l. de Bono Perſever. cap. 6.*

Evaſio Præcluſa.

s *Aug. lib. de Prædeſt. ſanct. cap. 2. in fine.*

Digitized by Google

Chapter I

Psychology

Definition of Psychology

Its Phenomena

Mind and Body

Spiritualism

Materialism

Dualism

Parallelism

Double Aspect Theory

Psychology is the Science of Mental Life, both of its phenomena and their conditions. The phenomena are such facts as we distinguish by such names as feeling, desire, cognition, reasoning, decision, and the like; the conditions are, primarily, the relations existing between these phenomena and that matter with which they seem to be correlated, namely, the brain.

Mental phenomena are known to us only as they are part of the consciousness of individuals who feel and think. We shall assume as known to the reader what is meant by consciousness, and what by the existence of consciousness in others than ourselves. Nor shall we discuss the reality of the material world, or the existence of matter. Whether matter be only a mode of thought, or whether thought be only a function of matter, or whether they be two distinct orders of existence, are questions which we shall not raise. Enough that we are conscious, and that we have bodies.

Psychology, then, is the science of the correlation between two orders of facts, mental facts and cerebral facts. Its problem is to find out what mental facts correspond to what cerebral facts, and what cerebral facts to what mental facts. Or, in other words, it is the problem of finding out the mental concomitants of cerebral events, and the cerebral concomitants of mental events.

Spiritualism, materialism, dualism, parallelism, double aspect theory, are terms which denote various ways of conceiving the relation between mind and body. Spiritualism is the theory that mind is the only reality, and that matter is only a mode of thought. Materialism is the theory that matter is the only reality, and that thought is only a function of matter. Dualism is the theory that mind and matter are two distinct orders of existence, each having its own laws, and that neither can be reduced to the other. Parallelism is the theory that mind and matter are two distinct orders of existence, each having its own laws, and that neither can be reduced to the other, but that they run parallel to each other, like two lines which never meet. Double aspect theory is the theory that mind and matter are two aspects of one reality, which is neither mind nor matter, but something else.

Rom.8.26. ,debeat à medente concedi. Quia enim nos *quid oremus ſicut oportet neſ-*
,*cimus*,& vtile nobis eſt ne fiat plerunque quod volumus ; Deus iuſtus
,& bonus, quando ea quæ nocitura ſunt petuntur, negando miſeretur'. Sic Dominus miſertus eſt Apoſtoli; cui non ſemel, ſed iterum,
& tertiò ſupplicanti negavit ablationem ſtimuli vexantis, & ſatanæ
Pſal.6.4. colaphizantis : [z] 'Nonne tunc (inquit Auguſtinus) & ipſe dicebat, *Et*
,*tu Domine vſquequo* ? Sed nunquid quia differebat, inde non aderat; &
Iſa. 58. 9. ,falſum erit, *Adhuc te loquente dicam, Ecce adſum* ? Quid enim ? Medi-
,cus quando dat quod deſideras, adeſt; quando ſecat, non adeſt ?
,Nonne ſub medici ferramento clamas, vt parcat : Et quia magis
,adeſt, magis ſecat? Denique vt ſcias quia aderat, vide quid ter-rogãti
2.Cor. 12. 9. ,reſponderit : *Dixit*, inquit, *mihi* : *Sufficit tibi gratia mea* : *nam virtus in*
,*infirmitate perficitur*. Ego, inquit, novi, medicus optimus : ego novi
,in quem tumorem pergat quod volo ſanare. Quieſce, adhibeã quod
ſcio : *Sufficit tibi gratia mea*, non tibi ſufficit voluntas tua'. Advertit
porrò Bernardus, non ideò Apoſtolum carnis ſtimulum indeprecabiliter accepiſſe, quòd priùs extolleretur, ſed ne extolleretur. Nam cùm
dixiſſet, [a] 'Interdum ſubtrahitur gratia ſiue retrahitur, non pro ſuperbia quæ iam eſt, ſed quæ futura eſt niſi ſubtrahatur' : continuò
ſubiecit : 'Habes huius rei evidens documentum de Apoſtolo : qui
,ſtimulos carnis ſuæ ſuſtinebat, non quia extolleretur, ſed ne extolleretur'. Eòdem collimat Petrus Damiani, cùm ait : [b] 'Quamvis mens
,cuiuſlibet iuſti viri iam ad alta proficiat, tentatione tamen adhuc ad
,ima deprimitur, ne per tumorem ſuperbiæ de virtutibus extollatur:
,ſtimulus enim tentationis ad cuſtodiam adhibetur humilitatis. Vnde
2.Cor. 12. 7. ,dicit Apoſtolus : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi*
,*ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me colaphizet*'. Idcircò autem hęc
de ſeipſo Apoſtolus commemoravit, vt nemo iuſtorum ſimili tentatione pulſatus deſperaret, aut adversùs Dominum non exauditus
murmuraret : [c] 'Apoſtolus ſtimulatur (ait Abbas Gillebertus) ne ex-
,tollatur : & quomodò qui hæc audis, refugis ſtimulari ? Quomodò
,teipſum inter vbertatem donorum aut conterere deſinis, aut conteri
,non ſinis ? Moleſtus ſtimulus, ſed tamen vexatio præſtat humilitatem profectui'. Concludo caput iſtud verbis Bernardi, quibus vniverſi capitis ſcopus ſummariè perſtringitur : [d] 'Per gloriam & igno-
,bilitatem (ait ille) ſancti proficiunt, dũm inter ſingularia dona quæ
,recipiunt, communi hominum vanitate pulſari ſe ſentiunt : vt dum
,per gratiam ſupra ſe aliquid cernunt, non obliviſcantur quod ſunt'.

[z] *Aug. Serm.3. de Verbis Apoſt. c.8. Vide ibidem Serm.5. c.4. & 5. & l. de Nat. & Grat. c.27. & lib.3 ad Bonif. cap.7.*

[a] *Bernardus Serm. 54. ſuper Cantica.*

[b] *Petrus Damiani l.2. Epiſt. 7. vide Ephrem Syrũ Ser. in illud* Attende tibi-ipſi *c.3. & Baſil. in Regul. brevioribus c.261. & Baſil. Seleuc. Orat.35. in fine.*

Vide Paulinum Epiſt.49. & Macariũ Ægyptium Homil 7.

[c] *Gillebert. Ser. 15. ſuper Cantica.*

[d] *Bern. Tract. de Gradibus humilit. in 1. gradu ſuperbia prope finem.*

CAPVT

CAPVT XII.

Mortalitas corporis & incertitudo Novißimorum ad hoc divinitùs ordinantur, vt homines ſua fragilitatis admoneantur, & ad ſalutem ſuam cum timore & tremore operandum inducantur.

QVod ſuperiori capite de concupiſcentia carnis à Pelagianis motum fuiſſe memoravimus, hoc ipſum & de mortalitate corporis motum fuiſſe ab eiſdem conſtat. Eorum quippè apud Auguſtinũ nota cavillatio eſt: [e] 'Si primi hominis peccato factum eſt vt moreremur, 'Chriſti adventu fieret vt credentes in eum non morerentur. Nèque enim prævaricatoris tranſgreßio plùs nobis nocuit, quàm Incarnatio vel redemptio profuit Salvatoris'. Cuius paralogiſmi inanitatem per aliquot ſequentia capita Auguſtinus ibidem oſtendit, ſignanter cap. 33. vbi ait: 'Qui di-'cunt: *Si peccato mors iſta corporis accidiſſet, non vtique poſt remßionem pec-'catorum, quam Redemptor nobis tribuit, moreremur*: non intelligunt, 'quomodò res, quarum reatum, ne poſt hanc vitam obſint, Deus ſol-'vit, tamen eas ad certamen fidei ſinit manere; vt per illas eruditantur & exerceantur proficientes in agone iuſtitiæ'. Ad eruditionem itaq; & exercitationem renatorum relinquitur mortalitas in carne ipſorũ. Saluberrima autem hominis eruditio eſt fragilitatis propriæ agnitio, dicente alibi eodem Auguſtino: [f] 'Scientiam terreſtrium cœleſtiumq; 'rerum magni æſtimare ſolet genus humanum: in quo profectò me-'liores ſunt, qui huic ſcientiæ præponunt NOSSE SEMETIPSOS: lau-'dabiliorq; eſt animus, cui nota eſt vel infirmitas ſua, quàm qui cã non 'reſpectâ vias ſyderum ſcrutatur, etiam cogniturus, aut qui iam cog-'nitas tenet, ignorans ipſe quâ viâ ingrediatur ad ſalutem ac firmita-'tem ſuam. Qui verò iam evigilavit in Deum, ſpiritus ſancti calore 'excitatus, atque in eius amore coram ſe viluit, ad eumque intrare 'volens nec valens, eoq; ſibi lucente attendit in ſe, invenitq; ſe, ſuam-'que ægritudinem illius munditiæ contemperari non poſſe cognovit; 'flere dulce habet, eumque deprecari, vt etiam atque etiam miſerea-'tur, donec exuat totam miſeriam; & precari cum fiducia, iam accep-'to gratuito pignore ſalutis, per eius vnicum, ſalvatorem hominis '& illuminatorem. Hunc ita agentem & dolentem ſcientia non in-'flat, quia charitas ædificat: Præpoſuit enim ſcientiam ſcientiæ, præ-'poſuit ſcire infirmitatem ſuam, magis quàm ſcire mundi mœnia, 'fundamenta terrarum, & faſtigia cœlorum: & hanc *apponendo ſcien-'tiam, appoſuit dolorem*: dolorem peregrinationis ſuæ ex deſiderio patriæ ſuæ, & conditoris eius beati Dei ſui'. Interrogatus aliquando ab Alexandro papa 2. Petrus Damiani, Cur Romani Pontifices breviorem plerunque alijs Eccleſiæ præſulibus vel mundi principibus vitam ducant; adeò vt nullus poſterorum repertus ſit, qui beati Petri

I.

[e] *Pelagiani apud. Aug. l. 2. de Peccat. merit. c. 30. vide Aug. l. 13. de civit. cap. 4. Auguſtinus.*

[f] *Aug. lib. 4. de Trinit. in Prolog.*

Eccl. 1. 18.

annos

Digitized by Google

annos adæquaverit : reſponſum dedit hìc opportunè ſubdendum:
,[g] 'In quantum mortalibus (inquiens) divinæ diſpenſationis revela-
,tur arcanum, videtur nobis, quia idcireò hoc iudicij cœleſtis ordo
,diſponit, vt humano generi metum mortis incutiat; & quàm deſpi-
,cienda ſit temporalis vitæ gloria, in ipſo gloriæ principatu evidenter
,oſtendat: quatenus dum præcipuus hominum tam anguſti temporis
,compendio moritur, tremefactus quiſque ad præſtolandi ſui obitus
,cuſtodiam provocetur; & arbor humani generis, dum cacumen ac
,verticem ſuum tam facilè corruiſſe conſiderat, flatu concuſſa formi-
dinis, in ſuis vndique ramuſculis contremiſcat'. Non fortuito itaque
caſu, ſed providentiſſimo Dei nutu accidit, quòd ſummorum Præſu-
lum vita brevietur, vt ſubditis humana fragilitas intimetur. Qua-
propter etſi ex vna parte ſubditis noxium ſit ſummo ſuo Præſule tam
crebrò deſtitui, ex altera tamen parte eiſdem vtile eſt humanæ con-
ditionis tam crebrò admoneri. Quæ quidem admonitio multis etiam
alijs præbetur indicijs, ſed nullo tam illuſtri quàm ſummi occaſu Prę-
Mat. 9. 12. ſulis: [h] 'Novit ergo ille *medicus* (vt Auguſtinus ait) qui *non eſt opus*
,*ſanis, ſed agrotantibus*, quemadmodùm nos curando perficiat in æter-
,nam ſalutem: qui & ipſam mortem, quamvis peccati merito inflicta
,ſit, non aufert in hoc ſæculo eis quibus peccata dimittit; vt etiam
,cùm eius timore ſuperando ſuſcipiant pro fidei ſinceritate certamen:
,& in quibuſdam etiam iuſtos ſuos, quoniam adhuc extolli poſſunt,
Pſal. 142. 2. ,non adiuvat ad perficiendam iuſtitiam, vt dum *non iuſtificatur in con-*
,*ſpectu eius omnis vivens*, actionem gratiarum ſemper indulgentiæ ip-
,ſius debeamus: & ſic ab illa prima cauſa omnium vitiorum, hoc eſt,
à tumore ſuperbiæ, ſanctâ humilitate ſanemur'. De hac ſancta humi-
litate alibi idem loquens, totam refundit in cognitionem ſui: [i] 'To-
ta (inquit) humilitas tua eſt, vt cognoſcas te'. Et alibi diſtinctiùs re-
cenſens quænam potiſſimùm cognoſcenda cuique ſint in ſe, vt humi-
lietur in ſe: [k] 'Tibi (inquit) non dicitur, Eſto aliquid minùs quàm
,es; ſed, cognoſce quod es: cognoſce te infirmum, cognoſce te homi-
,nem, cognoſce te peccatorem; cognoſce te, quia ille iuſtificat; cog-
,noſce te, quia maculoſus es: appareat in confeſſione tuâ macula
,cordis tui, & pertinebis ad gregem Chriſti; quia confeſſio peccato-
rum invitat medicum ſanaturum'. Non ſatis ei fuit dicere, 'Cognoſce
te infirmum', &, 'Cognoſce te peccatorem'; niſi ſimul intertexeret,
'Cognoſce te hominem'. Quod quid eſt aliud, quàm, Cognoſce te
non ſolùm rationalem eſſe, ſed etiam mortalem? [l] 'Illud nos movere
,(ait ipſe alibi) maximè debet, quòd ipſe homo à veteribus ſapienti-
,bus ita definitus eſt: *Homo eſt animal rationale mortale.* Hìc genere po-
,ſito, quod animal dictum eſt, videmus additas duas differentias; qui-
,bus credo admonendus erat homo, & quò ſibi redeundum eſſet, &
,vnde fugiendum. Nam vt progreſſus animæ vſque ad mortalia lap-
,ſus eſt, ita regreſſus eſſe in rationem debet. Vno verbo à beſtijs, quod
,rationale; & alio à divinis ſeparatur, quod mortale dicitur. Illud

igitur

[g] *Petrus Damian. lib. 1. Epiſt. 17.*

[h] *Aug. lib. 3. de Peccat. merit. cap. 13.*

[i] *Aug. Tract. 25. in Ioa. Vide Bedam. in cap. 6. Ioann.*

[k] *Aug. Ser. 49. de Verbis Dom. cap. 4.*

[l] *Aug. lib. 2. de Ordine cap. 11. Vide lib. de Quantit. Animæ cap. 25.*

Digitized by Google

'igitur nisi tenuerit, bestia erit: hinc nisi se averterit, divina non erit'.

2. Quàm necessarium sit homini, suam præ oculis habere mortalitatem, indicat præter alios beatus Ambrosius, cùm ei ait: [m] 'NOSCE TEIPSVM: quod Apollini Pythio assignant Gentiles viri, quasi ipse 'author fuerit huius sententiæ; cùm de nostro vsurpatam ad sua transferant: & longè antiquior Moyses fuerit, qui scripsit librum Deuteronomij, quàm Philosophi qui ista finxerunt. Unde & Salomon 'oraculum divinum secutus scripsit in Canticis Canticorum: *Nisi scis te decoram inter mulieres*, hoc est, nisi cognoscas te MORTALEM, ra- Cant. 1. 8. iuxta 70. 'tionalem, & citò tua peccata fatearis, citò dicas iniquitates tuas vt 'iustificeris; nisi convertaris, & prior accuses delicta tua; venit dies 'mortis, & iam nullum conversionis remedium est, præveniris dùm non cogitas'. Huc spectat & illa Philosophiæ definitio à veteribus Tractatoribus post Platonem in Phædone decantata: *Philosophia est meditatio mortis.* De qua videri præter alios possunt Hugo Victorinus lib. 2. Didascal. cap. 1. & Rabanus Maurus lib. 15. de Universo cap. 1. post Isidorum Hispalensem lib. 2. Orig num cap. 24. Huiusmodi Philosophiæ vtilitatem & necessitatem fidelibus prædicat papa Leo, cùm ait: [n] 'Hæc sollicitissima meditatio debet esse sapientis, vt quo- 'niam breves dies istius vitæ & incerta sunt spatia, nunquam sit mors 'improvisa morituro; nec inordinatum incidat finem, qui se novit esse mortalem'. Hinc Gregorius Nazianzenus non solùm Epistola 70. aliàs 64. ad Philagrium approbat supradictam Philosophiæ definitionem ex Platonis Phædone desumptam, sed etiam alibi functiones sani hominis commemorans, inter eas statuit, [o] 'Summo studio mortē meditari'. Quam functionem quisquis in vita neglexerit, meritò timere potest illud Cypriani: [p] 'Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit moriturum'. Dormientibus quàm vigilantibus, imò lethargicis quàm sanis similiores sunt, quos quotidiana morientium exempla ad mortis meditationem non permovent. Neque de improvisa aut immatura morte excusationem vllam prætendere poterunt, qui tam frequentibus documentis edocti non evigilant: [q] 'De immaturitate mortis (inquit Prosper) non est ratio 'conquerendi, cùm semel in naturam nostram per peccatum ingressa 'mortalitas, obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Esset 'enim quando secundùm aliquem modum immortalis dici homo 'posset, si esset tempus intra quod mori omninò non posset. Sed 'nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, vt non semper 'obnoxium sit defectioni, quod debetur occasui. Vitæ huius princi- 'pium mortis exordium est, nec priùs augeri incipit ætas nostra, quàm 'minui. Cui si quid adijcitur spatij temporalis, non ad hoc accedit vt 'maneat, sed in hoc transit vt pereat. Quod ergo ab initij sui die 'mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis oc- 'cumbit; nec vnquam ei viciniùs est posse vivere, quàm posse defice-

[m] *Ambr. Serm. 2. in Psal. 118.*

[n] *Leo Serm. 5. de Ieiunio 7. mensis c. 4.*

[o] *Greg. Nazian. Orat. 28.*

[p] *Cypr. Epist. 52. ad Antonianum.*

[q] *Prosp. l. 2. de Vocat. Gent. cap. 21.*

rc.

Digitized by Google

,re. Quamvis autem ex vna cauſa omnium hominum ſit orta mortali-
,tas, non in vnam tamen, ſed in multiplicem imbecillitatem corrup-
,tibilis natura diſtrahitur: & ſive morbis, ſive debilitatibus, ſive
,vulneribus, non ſolùm anni, aut menſes, vel dies ætatis humanæ;
,ſed & omnes horæ, omniaque momenta ſubiecta ſunt: nec eſt ali-
,quod mortis genus, aut vllus obeundi modus, qui non intra vniver-
ſitatem mortalium in aliquam incidat portionem'. Videri in hanc rem poteſt idem Proſper in Pſalmum 109. ad v. 7. vbi humanæ mortalitatis curſum curſui torrentis ex aquis pluvialibus collecti aſſimilat. Qui rurſus in lib. Sententiarum capite poſtremo, mortalitatis conſiderantiam tam vivaciter ingerit, vt lethargicè obdormiſcat, qui ad eius tubam non evigilet: 'Divitiis flores (inquit) & maiorum nobili-
,tate te iactas; & exultas de patria, & pulchritudine corporis, & ho-
,noribus qui tibi ab hominibus deferuntur: reſpice teipſum, quia
Gen. 4. 19. ,mortalis es; & quia *terra es, & in terram ibis.* Circumſpice eos, qui
,ante te ſimilibus ſplendoribus fulsére. Ubi ſunt, quos ambiebant
,civium potentatus? Vbi inſuperabiles imperatores? Ubi qui con-
,ventus diſponebant, & feſta? Ubi equorũ ſplendidi nutritores, exer-
,cituum duces, ſatrapæ, tyranni? Nonne omnia pulvis? Nonne om-
,nia favillæ? Nonne in paucis oſſibus eorum vitæ memoria eſt? Reſ-
,pice ſepulchra: & vide quis ſervus, quis Dominus, quis pauper, quis
,dives. Diſcerne, ſi potes, vinctum à rege, fortem à debili, pulchrum
,à deformi. Memor itaque naturæ, non extollaris aliquando. Me-
mor autem eris, ſi teipſum reſpexeris'. Quæ ſententia iiſdem penè verbis habetur apud Baſilium Serm. in illud dictum, *Attende tibiipſi*: quem pauculis varietatis tranſcripſit Ambroſius lib. 6. Hexam. cap. 8. Ubi & illud non prætereundum obſervat, divitum cadavera ſolo maiori fœtore à pauperum cadaveribus diſcerni: 'Nulla diſcretio
,(inquit) inter cadavera mortuorum, niſi fortè quòd graviùs fœtent
divitum corpora diſtenta luxurie'. Sed Baſilio adiungamus Gregorium fratrem, mundanam iuventutem mortalitatis immemorem ad mortuorum ſepulchra pro concione remittentem:[r] 'Non erubeſcis
,(ait ille) terrea ſtatua, mox pulvis futura, qui in modum bullæ brevi
,duraturum in te tumorem contines, ſuperbiâ repleri, faſtu tumere,
,vano ſpiritu atque cogitatione mentem inflatam habere? An non reſ-
,picis ad vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde & initium ſumat,
,& in quid deſinat? Verùm ſuperbis, ac iactas te nomine iuventutis,
,& ad florem ætatis reſpicis, & gloriaris, & tibi places, propter de-
,corem & pulchritudinem: quòd tibi manus ſupra modum vigeant
,ad motum, quòd celeres & veloces ad ſaltum tibi ſint pedes, quòd
,capillus ventis diffundatur, quòd lanugo maxillas diſtinguat, quòd
,tibi veſtis purpuræ tinctu ſupra modum florida ſit, quòd panni tibi
,ſerici, prælijs, venationibus, aut hiſtorijs quibuſdam variegati, di-
,ſtincti, atque exornati ſint; aut forſitan ad talaria adhibitâ curâ in ni-
,gro nitentia, & ſuperfluo opere fibularum lineis oblectantia ſpectas.

Baſilius. Ambroſius.

[r] *Greg. Nyſſen. Orat 1. de Beatitudine. Vide Chryſoſt. Homil de fide & lege naturæ & Spiritu ſancto. Tomo 3.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

,Ad illa reſpicis, teipſum verò non intueris? Oſtendam tibi tanquã ,in ſpeculo qui ſis, & qualis ſis. Non vidiſti in loco publico ſepelien- ,dis hominibus deſtinato, naturæ noſtræ myſteria? Non vidiſti oſ- ,ſium, alijs ſuper alia temerè abiectis, congeriem? Calvarias carnibus ,nudatas, terribilem quendam ac deformem aſpectum, exhauſtis ocu- ,lis, præbentes? Vidiſti ora ringentia, reliquaq; membra, provt fors ,tulit, divulſa atque diſperſa? Si illa vidiſti, teipſum in illis ſpectaſti. ,Vbi ſigna præſentis floris? Vbi coloris bonitas in genis? Vbi flos la- ,biorum? Vbi truculenta ac torva oculorum pulchritudo, ſub vallo ,protegumentoq; ſuperciliorum elucens? Ubi rectus naſus, in medio ,genarum pulchritudinis collocatus? Vbi ad cervices vſq; demiſſæ co- ,mæ? Vbi circa tempora cincinni? Vbi ſagittariæ iaculatriceſque ma- ,nus, æquitatores pedes? Ubi purpura? Vbi byſſus? Vbi paludamen- ,tum? Vbi baltheus, calcaria, equus, curſus, fremitus, omnia per ,quæ nunc tibi faſtus augetur? Dic vbi hæc, quorum nomine nunc ,animos tollis, & ſuperbis, magnoſque tibi ſpiritus ſumis? Quod ,ſomnium adeò vanum, & non ſubſiſtens? Quænam ex ſomno talia ,viſa? Quæ vmbra adeò tenuis tactum ſubterfugiens, vt iuventutis ſomnium; ſimul & apparens, & protinus prætervolans'?

Sancta mater Eccleſia ſpiritus ſancti magiſterio edocta quàm ne- 3.
ceſſaria ſuis filijs ſit mortalitatis ſuæ in veritate agnitio & in humili-
tate confeſſio, ſaluberrimam ceremoniam ſolenniter in capite ieiunij
Quadrageſimalis iterandam inſtituit, de quâ in hunc modum ſcribit
[s] *Hugo Victor. l.2. de Sacram. p.9.cap.3. Vide Durandum in Rationali lib.6. c.28.n.18.*

[s] Hugo Victorinus: ' Eccleſiaſtica inſtitutio habet, vt per ſingulos ,annos in initio Quadrageſimæ, quod caput ieiunij dicitur, quartâ fe- ,riâ, quando ieiunium votivum ſuſcipitur; cinis conſecratus capiti- ,bus fidelium imponatur: ſcilicet OB RECORDATIONEM MORTA- ,LITATIS NOSTRAE: vt mortalis tunc homo, qui ex habitu pœni- ,tentiæ & recordatione peccatorũ ſuorum ad devotionem compun- ,gitur, etiã per memoriã ſuæ conditionis humilietur. Propter quod ei dicitur: *Memento quia cinis es, & in cinerem reverteris*'. His adden- *Gen.3.19.*
da ſunt quæ ſatis appoſitè ad ſcopum noſtrum de eâdem ceremoniâ
[t] *Rupert.l.4. de Divinis officijs c.10. Vide Hug. Vict. l.5. Erudit. Theol. ex t. Roſweid. c.28.*

[t] Rupertus: ' Si omnes (ait ille) lugendi ſcientiam habere- ,mus, cunctisq; æqualiter ſaperet illud, quod propheta deplorans, ,Cecidit, inquit, *corona capitis noſtri; væ nobis, quia peccauimus*: & om- *Thren.5.16.*
,nibus in promptu eſſet facere, quod item dicitur nobis: *Scindite cor-* *Ioel.2.13.*
,*da veſtra, & non veſtimenta veſtra*: tunc neq; cineribus capita noſtra ,aſpergere, neq; nudis pedibus opus eſſet ambulare. Nunc autem ,maxima pars noſtrûm neq; ſponte meminit qualem ornatum capitis ,id eſt, cordis ſui, Deum offendendo, perdiderit; neq; facilè poſſunt ,corda lapidea ſcindi, niſi extrinſecùs adhibitis adiuuemur inſtrumẽ- ,tis. Igitur vt noſtra nobis calamitas ad memoriam revocetur, & me- ,minerimus, *quia puluis ſumus* (quod oblitus fuerat pater noſter Adã, ,quando proiecit Deum coronam ſuam, & inde ſenſit nuditatem ſuã) ,idcircò & cinere capita noſtra aſpergimus, & ſummas partes corpo-

ris

, ris, id eſt, pedes nudamus: Hoc habitu confitentes, quia non Dij, , neq; de cælo ſumus; ſed homines ſumus, & de terrâ principium ha- , buimus: & quia per peccatum gloriâ noſtrâ ſpoliati, & inter hoſtes nudi conſtituti, ornatu gratiæ Dei indigemus'. Antiquior Ruperto & Victorino Rabanus in ſuo opere de Vniverſo exponens myſticam cinerum ſignificationem, ita ad præſens ſcribit propoſitum: [v] Cinis , humanæ fragilitatis inanitatem ſignificat. Vnde in Salomone ſcrip- *Eccli. 10. 9.* , tum eſt: *Quid ſuperbit terra & cinis?* Similiter & favilla: Vnde in *Iob. 42. 6.* , Iob dicitur: *Ago pœnitentiam in favillâ & cinere.* In favillâ etenim & , cinere pœnitentiam agere eſt, contemplatâ ſummâ eſſentiâ, nihil a- , liud quàm favillam ſe cineremq; cognoſcere. Vnde & civitati repro- *Mat. 11. 21.* , bæ in Evangelio Dominus dicit: *Si in Tyro & Sidone factæ fuiſſent vir- , tutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* In , cilicio quippè aſperitas & compunctio peccatorum, in cinere autem , pulvis oſtenditur mortuorum: & idcircò vtrumq; hoc adhiberi ad , pœnitentiam ſolet, vt in punctione cilicij cognoſcamus quid per cul- , pam fecimus, & in favillâ cineris perpendamus quid per iudicium facti ſumus'. In veteri lege ſacerdotes legales cinere & aquâ aſpergi iubebantur: quâ ceremoniâ (vt Philo Iudæus teſtatur) myſticè ſignificatum fuit, neminem ſacerdotij honore reputari dignum, niſi qui humanæ fragilitatis gnarus iam eſſet: [w] Terram aquâ ma- , ceratam (ait ille) proditum eſt, formatam eſſe ab hominis fictore in , corpus hoc noſtrum, non manufactum opus, ſed naturale. Eſt ergo , principium inviſibilis ſapientiæ NON OBLIVISCI SVIIPSIVS, & ha- , bere ſemper præ oculis ſuas origines. Sic enim ſuperbia, vitium cum , primis exoſum Deo, poteſt elui. Quis enim cogitans ſe aquam & , cinerem iam inde à creationis ſuæ primordijs, inflabitur, & criſtas , tollet per arrogantiam? Ideò ſacrificaturos etiam ad hunc modum , aſpergi legiſlator iubet, neminem cenſens dignum his munijs, qui ſi- , bi non ſit notus antea, & ignoret vilitatem hominis; quam ex ele- mentis quibus conſtat, coniectando intellexiſſe debuerat'. Intellexit hanc hominis vilitatem Patriarcha Abraham, quanquam tunc excel- ſus; & ideo Sodomorum deprecaturus exterminium aiebat commi- *Gen. 18. 27.* nanti: *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim pulvis & cinis*: memor vtiq; decretoriæ ſententiæ, quam læſa Maieſtas in protoplaſtum protule- *Gen. 4. 19.* rat: *Pulvis es* (inquiens) *& in pulverem reverteris.* Huic propoſito ac- commodat Papa Gregorius illud Pſalmographi ad Deum de ſuperbi- *Pſal. 103. 29.* entibus: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum reverte- tentur*: per *ſpiritum eorum* intelligens ſuperbiæ ſpiritum, quo ablato revertuntur in ſuum pulverem, per humilem videlicet ſuæ imbecilli- tatis agnitionem: [x] Qui *eorum ſpiritus* (inquit) niſi ſpiritus ſuperbiæ , nominatur? Tollatur ergo ſpiritus eorum vt deficiant, id eſt, ſub- , ducto ſuperbiæ ſpiritu, nihil ſe de ſe eſſe cognoſcant: Et revertan- tur in pulverem, id eſt, humilientur ex infirmâ conditione'. Quanta porrò ſit iſta humanæ conditionis infirmitas, ipſa *pulveris* & *cineris* vo-

[v] *Rabanus l. 9. de Vniverſ. cap. 24. Vide Hugō. Victor. l. 2. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. cap. 187*

[w] *Philo lib. de Somnijs prope finem.*

[x] *Greg. lib. 24. Moral. c. 12. Vide Ailredum Serm. 32.*

Digitized by Google

cabula ab Abrahamo vſurpata inſinuant: 'Loquentem ergo cum ,Domino (ait Richardus Victorinus) audiamus: *Loquar*, inquit, ,*cum Domino meo, cùm ſim pulvis & cinis.* Pulvis ad omnem flatum de ,ſuo loco excutitur, & quòcunq; deiectus, nunquam niſi alieno im- ,pulſu levatur. Ecce habes formam defectus humani, quantùm per- ,tinet ad conſiderationem mali: Subtractâ namq; gratiâ & protectio- ,ne divinâ, homo ad inimici ſuggeſtionem in quodcunq; malum de- ,ijcitur, & ſemel deiectus, ad ſtatus rectitudinem propriâ nunquam ,virtute roboratur. Cinis ex ſe nullum omninò germen producit; & ,aliunde ſuſceptum, non dico ad incrementum, ſed ad ſuſtentamen- ,tum nutrire vllâ ſuâ pinguedine omninò non ſufficit. Habes hìc itẽ ,formam defectus humani, quantùm pertinet ad conſiderationem ,boni. Nullum ſiquidem boni operis germen poteſt homo ex ſemet- ,ipſo ſine operante gratiâ producere; & cùm ex gratiâ operante ha- ,bere iam cœperit, per ſemetipſum omninò non poterit ſine eius co- operatione cuſtodire'.

y Rich. Victor. Tract. de Differentia ſacrificij Abrahæ & Mariæ. Videcundẽ l. 1. de Erudit. interioris hom. cap. 22.

Supereſt nunc dicendum de incertitudine Noviſſimorum, divinitùs in ſuperbiæ cautelam proviſa. Quia verò hæc incertitudo nititur incertitudine perſeverantiæ finalis, & hæc rurſus incertitudine æternæ prædeſtinationis; vbi oſtenderimus vtramque hanc in ſuperbiæ cautelam provideri, id ipſum patebit de incertitudine noviſſimorum. Supponimus autem ex Tridentina Synodo Seſſ. 6. cap. 12. & 13. item can. 15. & 16. neminem in hac vita abſque ſpeciali revelatione habere certitudinem ſuæ prædeſtinationis aut perſeverantiæ. Quam doctrinam Synodus ſumpſit ex Auguſtino lib. de Bono perſeverantiæ cap. 1. & 22. item lib. 11. de Civit. cap. 12. vbi ait: 'Quis hominum ſe ,in actione profectuque iuſtitiæ perſeveraturum vſque in finem ſciat, ,niſi aliquâ revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re, iuſto latentiq; iudicio, non omnes inſtruit, ſed neminem fallit'? Hoc ergo ſuppoſito, ſupereſt oſtendendum, idcircò hanc ſpecialem revelationem paſſim non fieri, ne revelatarij inde anſam ſuperbiendi arripiant: 'Si ,à me quæratur (ait alibi idem Auguſtinus) cur eis Deus perſeveran- ,tiam non dederit, quibus eam qua Chriſtianè viverent dilectionem ,dedit; me ignorare reſpondeo. Non enim arroganter, ſed agnoſcens ,modulũ meũ, audio dicentem Apoſtolũ: *O homo tu quis es, qui reſpon-* Rom. 9. 10. ,*deas* DEO? Et, *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ* DEI, *quam inſcrutabi-* Rom. 11. 33. ,*lia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles viæ eius!* Quantùm itaque nobis iu- ,dicia ſua manifeſtare dignatur, gratias agamus; quantùm verò ab- ,ſcondere, non adversùs eius conſilium murmuremus, ſed hoc quòq; nobis ſaluberrimum eſſe credamus'. Hinc inprimìs habemus, ſaluberrimum nobis eſſe, quòd divina iudicia circa iuſtorum perſeverantiam occultentur nobis. Quænam verò ſalubritas ex hac nobis occultatione proveniat, exprimit ipſe Auguſtinus Epiſt. 107. ad Vitalem: ,'Vtile eſt (inquiens) omnibus, vel penè omnibus, propter humili- ,tatem ſaluberrimam, vt quales futuri ſint, ſcire non poſsint. Ad

Trident. Synodus.

Augustinus.

z Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 8.

4

hoc

1.Cor. 10. 12. ,hoc dicitur : *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*, Propter huius timo-
,ris vtilitatem, ne regenerati & piè vivere incipientes, tanquàm ſe-
,curi alta ſapiamus, quidam non perſeveraturi perſeveraturis, Dei per-
,miſsione vel proviſione ac diſpoſitione, miſcentur; quibus cadenti-
Iob. 7. 1. iuxta 70. ,bus territi cum timore & tremore gradiamur viam iuſtam, donec ex
,hac vita, quæ *tentatio eſt ſuper terram*, tranſeamus ad aliam, vbi iam
,non ſit elatio comprimenda, nec contra eius ſuggeſtiones tentatio-
neſque luctandum'. Et lib. de Corrept. & Gratia cap. 13. poſtquàm oſtendiſſet ex divinis ſcripturis, numerum prædeſtinatorum Deo certum eſſe ac definitum, ſubiecit: 'Quòd autem etiam perſeveraturis
,ſanctis ſic iſta dicantur, quaſi eos perſeveraturos habeatur incertum,
Rom. 11. 20. ,non aliter hæc audire debent, quibus expedit *non altum ſapere, ſed ti-
mere*'. Et continuò hanc finalis perſeverantię incertitudinem ex prędeſtinationis incertitudine, ob eandem rationem provisâ, probaturus:
,'Quis enim (ſubdit) ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mor-
,talitate vivitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat? Quia
,id occultari opus eſt in hoc loco, vbi ſic cavenda eſt elatio, vt etiam
,per ſatanæ angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apoſto-
lus'. Et rurſus ab incertitudine prædeſtinationis ad incertitudinem perſeverantiæ regrediens, ſubdit continuò: 'Hinc & Apoſtolis dice-
Ioan 15. 7. ,batur, *Si manſeritis in me*: dicente illo, qui illos vtique ſciebat eſſe
Iſa. 1. 19. ,manſuros. Et per prophetam, *Si volueritis & audieritis me*: cùm ſciret
Philipp. 2. 13. ,ipſe, *in quibus operaretur & velle*. Et ſimilia multa dicuntur propter
Epheſ. 2. 9. ,huius vtilitatem ſecreti, *ne fortè quis extollatur*, ſed omnes etiam qui
,benè currunt timeant, dùm occultum eſt qui perveniant. Propter hu-
,ius ergo vtilitatem ſecreti, credendum eſt, quoſdam de filijs perdi-
,tionis, non accepto dono perſeverandi vſque in finem, in fide quæ per
,dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquandiu fideliter ac iu-
,ſtè vivere, & poſtea cadere, neque de hac vita priuſquam hoc eis
,contingat, auferri. Quorum ſi nemini contigiſſet, tam diu haberent
,homines iſtum ſaluberrimum timorem, quo vitium elationis oppri-
,mitur, donec ad Chriſti gratiam quâ piè vivitur pervenirent; dein-
,ceps iam ſecuri, nunquàm ſe ab illo eſſe caſuros. Quæ præſumptio in
,iſto tentationum loco non expedit, vbi tanta eſt infirmitas, vt ſuper-
biam poſſit generare ſecuritas'. Et rurſus lib. de Bono perſeverantiæ cap. 8. 'Hominibus videtur (inquit) omnes qui boni apparent fide-
,les, perſeverantiam vſque in finem accipere debuiſſe. Deus autem
,melius eſſe iudicavit, miſcere quoſdam non perſeveraturos certo nu-
,mero ſanctorum ſuorum; vt quibus non expedit in huius vitæ tenta-
,tione ſecuritas, non poſſint eſſe ſecuri. Multos enim à pernicioſa
1.Cor. 10. 12. ,elatione reprimit quod ait Apoſtolus, *Quapropter qui videtur ſtare, videat
,ne cadat*. Voluntate autem ſuâ cadit qui cadit, & voluntate Dei
Rom. 14. 4. ,ſtat qui ſtat: *Potens eſt enim Deus ſtatuere illum*: nõ ergo ipſe ſeipſum, ſed
Rom. 11. 20. Deus. Veruntamen bonum eſt, *Non altum ſapere, ſed timere*'. Et inferiùs cap. 13. eiuſdem libri, loquens de vocatione ſecundùm propoſi-

tum Dei, quæ propria est electis & finaliter perseveraturis: 'Ad quâ ,vocationem pertinere (inquit) nullus est homo ab hominibus certâ ,asseveratione dicendus, nisi cùm de hoc sæculo exierit: in hac autem ,vita humana, quæ tentatio est super terram, *qui videtur stare, videat ne ,cadat.* Ideò quippè (sicut iam suprà diximus) non perseveraturi perse-,veraturis providentissimâ Dei voluntate miscentur, vt esse discamus ,*non alta sapientes, sed humilibus consentientes*: & *cum timore & tremo-re nostram ipsorum salutem operemur*'. Rom. 11. 16. Phil. 2. 12.

Augustino hac in parte subscribunt alij Patres, inprimisq; Prosper, eius strenuus vindex, qui ait: [a] 'Non huius sed alterius vitæ est verè perfecta & secura fælicitas: In ,præsentis autem agonis incerto, vbi tota vita tentatio est, & ab insi-,diante superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non ,caretur'. Et rursus inferiùs in eodem libro: [b] 'Ob hoc (inquit) in ,remotissimo ab humana cognitione secreto, præfinitio huius ele-,ctionis abscondita est, & de nullo ante ipsius finem pronuntiari po-,test quòd in electorum gloria sit futurus; vt perseverantem humili-,tatem vtilis metus servet, & *qui stat, videat ne cadat*: & si fortè aliquâ ,victus tentatione corruerit, non absorbeatur tristitiâ, nec de eius ,miseratione diffidat, qui *allevat omnes qui ruunt, & erigit omnes elisos.* ,Dum enim in hoc corpore vivitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio'.

[a] *Prosp. lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 18.*

[b] *Prosp. ibid. c. 36. & 37.*

1. Cor. 10. 12. Psal. 144. 14.

Eandem causam abscondita mortalibus prædestinationis assignat post Prosperum & Augustinum papa Gregorius in explanatione illorum verborum Iob: *Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra*, ita scribens: [c] 'Ordinem cœli nosse, est supernarum dispositio-,num occultas prædestinationes videre. Rationem verò eius in terra ,ponere, est ante humana corda talium secretorum causas aperire. Ra-,tionem videlicet cœli in terra ponere est supernorũ iudiciorum my-,steria, vel considerando discutere, vel loquendo manifestare: quod ,vtique facere in hac vita positus nullus potest. Vt enim à parvis ad ,maiora veniamus, quis intelligat quæ esse secretorum subtilitas po-,test, quòd sæpè vir iustus à iudicio, non solùm non vindicatus, sed ,etiam punitus redeat; & iniquus eius adversarius, non solùm non pu-,nitus, sed etiam victor abscedat? Quis intelligat cur vivit alius insi-,dians mortibus proximorum, & moritur alius qui profuturus esset ,vitæ multorum? Alius culmen potestatis assequitur, qui non nisi læ-,dere studet; alius tantummodò læsos defendere concupiscit, & ta-,men ipse oppressus iacet. Alius vacare appetit, & innumeris nego-,tijs implicatur; alius negotijs implicari desiderat, & coactus vacat. ,Alius malè inchoans, vsque ad vitæ suæ terminum ad peiora protra-,hitur; alius benè incipiens, per longitudinem temporum proficit ad ,augmenta meritorum: At contrà alius malè vivens diu reservatur, vt ,se corrigat; alius verò benè quidem videtur vivere, sed in hac vita ,eòvsque durat, quò ad perversa prorumpat. Alius in errore infide-,litatis natus, in errore deficit; alius in catholicæ fidei rectitudine ge-

5.

[c] *Greg. lib. 29. Moral. cap. vlt. Videibid. superiùs c. 9. & 10. & 15. & lib. 15. Moral. cap. 32. & l. 20. c. 5. & l. 25. c. 8. & 13. & Hom. 8. in Ezechiel. ante medium & lib. 34. Moral. cap. 13.*

nitus

Digitized by Google

'nitus, in catholicæ fidei rectitudine conſummatur: E contrà verò 'alius catholicæ matris ventre editus, iuxta vitæ terminum erroris 'voragine devoratur; alius autem vitam ſuam in catholica pietate 'conſummat, qui ortus in perfidia cum lacte matris hauſerat virus 'erroris. Alius celſitudinem benè vivendi appetere & vult, & valet; 'alius nec vult, nec valet: alius vult, & non valet; alius valet, & non 'vult. Quis ergo iſta iudiciorũ cœleſtiũ ſecreta diſcutiat? Quis intelli- 'gat diſcretã lancem æquitatis occultæ? Ad cognoſcendos quippè iſtos 'iudiciorũ ſecretorũ ſinus, nullus aſcendit. Dicatur ergo homini, vt ſe 'neſcire cognoſcat: neſcientem verò ſe cognoſcat, vt timeat: timeat, vt 'humilietur: humilietur, ne præſumat in ſe: non præſumat in ſe, vt 'conditoris ſui auxilium requirat; & qui in ſe fidens mortuus eſt, au- thoris ſui adiutorium appetens vivat'. Ex Gregorij itaque ſententia mortalibus ſuperna iudicia abſconduntur, vt ea neſcientes ſalubri timore concutiantur, timore concuſſi humilientur, humiliati à propriarum virium præfidentia curentur, & in ſolo Deo fiduciam figere doceantur: [d] 'Timor ſine ſpe (inquit Beda) deſperatio eſt; ſpes verò 'ſine timore, præſumptio eſt: & ideò debemus ſperare, & timere: ti- 1. Cor. 10. 12. 'mere quidem ex humana infirmitate, ſcilicet vt *qui ſtat, videat ne cadat*: 'ſperare verò ex divina promiſſione: quia ſi in humano corde aliqua ſit conturbatio, non tamen deſerit nos divina conſolatio'. Huc ſpectat & illud papæ Leonis: [e] 'Dicente Apoſtolo, *Qui ſtat, videat ne ca- 'dat*; nemo eſt tantâ firmitate ſuffultus, vt de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus': quia nimirum, vt ſuperiùs ex Auguſtino retulimus, 'In 'iſto tentationum loco tanta eſt infirmitas, vt ſuperbiam poſſit gene- rare ſecuritas'. Inde eſt & illud Bernardi: [f] 'Quis poteſt dicere, Ego 'de electis ſum, Ego de prædeſtinatis ad vitam, Ego de numero filio- 'rum? Quis hæc, inquam, dicere poteſt; reclamante nimirum ſcrip- Eccle. 9. 1. 'turâ, *Neſcit homo ſi ſit dignus amore, an odio?* Certitudinem vtique non 'habemus; ſed ſpei fiducia conſolatur nos, ne dubitationis huius an- 'xietate penitùs cruciemur. Propter hoc data ſunt ſigna quædam & 'indicia manifeſta ſalutis, vt indubitabile ſit eum eſſe de numero ele- Rom. 8. 29. 'ctorum, in quo ea ſigna permanſerint. Propter hoc, inquam, *quos 'præſcivit Deus, & prædeſtinavit conformes fieri imagini filij ſui*: vt qui- 'bus certitudinem negat cauſa ſollicitudinis, vel fiduciam præſtet gra- 'tia conſolationis. Hoc enim eſt vnde ſemper ſolliciti, & in timore & 'tremore humiliemur neceſſe eſt ſub potenti manu Dei; quoniam 'quales ſumus noſſe poſſumus, vel ex parte: quales autem futuri ſu- 'mus, id noſſe, penitùs nobis impoſſibile eſt. Itaque *qui ſtat, vi- 'deat ne cadat*: & in forma quę ſalutis indicium eſt & argumentum prę- deſtinationis, perſeveret atque proficiat'. Perſeverabit autem & proficiet, ſi viam vitæ decurrenti prædatrix ſuperbia non obrepat, de qua Aëlredus Bernardi contemporaneus ait: [g] 'Cùm naturaliter ſin- 'gulis expulſis vitijs ſingulæ virtutes ſuccedant, ſuperbia vicinior vir- 'tutibus quàm vitijs, quantò magis quiſque profecerit, tantò adver- ſùs

[d] *Beda Præfat. in Pſal. 30.*

[e] *Leo Ser. 5. de Quadrageſima c. 3. Vide Hiero. Dialog. 2. cont. Pelagianos c. 9.*

[f] *Bern. Serm. 1. de Septuageſ.*

[g] *Aëlred. Serm. 21. Vide Leonẽ Ser. 4. de Quadrag. cap. 3. & Proſp. Epiſt. ad Demetriad. cap. 10. & 16.*

Vide Iſidor. l. 2. de Summo Bono c. 6. & Hugon. Vict. lib. 2. de Sacr. p. 17. cap. 24. 25. & 26.

Digitized by Google

,sùs eum acriùs convaleſcit. Eſt autem multiformis hæc beſtia, quæ ,vix caveri poteſt, extingui autem in hac vita nullo modo poteſt; ,quippè cùm mors ſua vitæ materia ſit; indeque robuſtiùs ſurgat, quò certiùs putatur extincta'. Et ſuperiùs de eadem, Serm. 12. 'Si ,laboras (inquit) ſi ieiunas, ſi vigilas, ſi bonis operibus miſericordiæ ,inſiſtis, omnium horum fructus ſola evacuat ſuperbia, ſola conſu- ,ſumit elatio. Unde nihil magis timendum eſt, quàm ne propter ſu- ,perbiam à Domino deſeramur, & veniat nobis dies Domini crudelis, ,& indignatione plenus, & iræ, furoriſque. Sentiat quiſque vt volet, ,ego nihil crudelius cuiquam arbitror poſſe contingere, quàm vt de- ,relictus à Domino *dimittatur ſecundum deſideria cordis ſui, & eat in ad-* Pſal. 80. 13. ,*inventionibus ſuis.* Quæ profectò crudelitas ex Dei indignatione pro- ,cedit; qui contra eos maximè qui de bonis operibus in ſe gloriantur, ,evigilat, ingratitudinem præ cæteris vitijs odiens, & deteſtans. O ,deteſtanda ſuperbia, ingratitudinis mater, virtutum tinea, parens ,vitiorum! Tu adversùs miſeros mortales crudelitatem provocas iu- ,dicis, indignationem excitas, iram acuis, accendis furorem. Ideò ,dies illa, quâ ob ſuperbiæ meritum homo à Deo deſeritur, dies profectò crudelis eſt, plenus indignationis atque furoris'. Et rurſus ibidem aliquantulùm inferiùs: 'Videte (inquit) quàm peſtiferum ,malum, quod à divinitatis cœpit iniuriâ, quod de angelo diabolum ,fecit, quod hominẽ expulit de paradiſo; dum ille divinæ potentiæ, ,iſte ſcientię æqualitatẽ affectat. Itaque *quicunque putat ſe aliquid eſſe,* Gal. 6. 3. ,*cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit*: Et, *quicunque putat ſe ſcire aliquid, nondum in-* 1. Cor. 8. 2. ,*telligit quomodò oporteat eum ſcire.* Vtinam quicunque tales ſunt, viſi- ,tet eos Dominus in virga correptionis ſuę, quieſcere faciens ſuper- ,biam infideliũ, & arrogantiã fortiũ humilians. Expedit itaq; ſuper- ,bis (vt ait quidã ſanctus) vt in aliquod manifeſtũ peccatum incidãt, ,vt humilientur; fiatq; illud quod ſcriptũ eſt, *Auferes ſpiritum eorum &* Pſal. 103. ,*deficient, & in pulverem ſuum revertentur.* Spiritus nempè hominis pro- 29. ,priè ſpiritus ſuperbiæ eſt: quo ablato, ad pulverem ſuum, id eſt, ad propriæ fragilitatis cognitionem revertitur'.

Vide Rich. Vict. in Explic. difficilium paſſuũ Apoſtoli dubio vltimo.

Vide Aug. l. 14. de Civit. c. 13.

Vide Greg. lib. 24. Moral. c. 12. & in Pſalm. 7. Pœnit. verſ. 7.

Sed antiquus ſuperbiæ princeps & ſeminator, non minùs dolẽs de firmitate ſtantium quàm gaudens de fragilitate labentiũ, vigilantiſſimè allaborat vt perſeverandi ſecuritatem iuſtis inſpiret, quò à propriæ eos fragilitatis agnitione divertat. Hinc olim in Eccleſiâ Manichæos ſuſcitavit, docentes, vt de eis Hieronymus teſtatur, [h] 'Electos ſuos, quos inter animas Platonis in cæleſtibus collocabant, omni carere peccato; nec, ſi velint, poſſe peccare: ad tanta enim eos virtutum culmina tranſcendiſſe, vt carnis operibus illudant'. His ſenſim deficientibus idem veterator Iovinianum ſurrogavit, cuius apud eundem Hieronymum ſecunda propoſitio eſt, [i] 'Eos qui fuerint baptizati, à diabolo non poſſe tentari': Vel vt Auguſtinus memorat in libro de Hæreſibus ad Quodvult Deum Hæreſi 82. 'Non poſſe peccare hominem lavacro regenerationis accepto'. Quia verò, vt Auguſtinus

6.

Manichæi.

[h] *Hier. Epiſt. ad Cteſiph. ni. c. 2.*

Iovinianiſtæ.

[i] *Hier. l. 2 adverſus Iovinian. cap. 1.*

Auguſtinus.

Digitized by Google

guſtinus ibidem ſubſequenter affirmat,' Citò iſta hæreſis oppreſſa & extincta eſt', idem ſuperbiæ princeps Pelagianos ſuſcitavit, quorum hæreſiarcham præfatus Hieronymus, [k] 'Hæredem Ioviniani' appellare non dubitat. Cuius appellationis rationem præcitato capite 2. Epiſtolæ ad Cteſiphontem aſſignans, ait ei: 'Ioviniani ſecunda quęſtio, tui ingenij diſciplina eſt'. Intereſt tamen nõnihil inter Iovinianum & Pelagium quoad præſens punctum: quòd ille impeccabilitatem baptizatis attribuerit, hic impeccantiam duntaxat volentibus arrogaverit. Vnde in libello fidei ſuæ, quem miſit Romam ad Papam Innocentium, ſe à Ioviniano perinde ac à Manichæo diſſidere profitetur: [l] *Liberum* (inquiens) *ſic confitemur arbitrium, vt dicamus, nos ſemper* DEI *indigere auxilio: & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt, hominẽ peccatum vitare non poſſe, quàm illos qui cum Iovin.ano aſſerunt, hominem nõ poſſe peccare: Vterq; enim tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus, hominem ſemper peccare & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij.* Proſtratis Pelagianis ſuſcitati ſunt Maſſilienſes, perſeverandi ſecuritatem omnibus volentibus attribuentes; non tamen ſine gratiæ poſſibilitantis auxilio; quod vniverſis ad manum iugiter ſuppetere dogmatizabant; ſi non ad perficiendum, ſaltem ad petendum, & petendo impetrandum. Atq; hoc ipſum eſt quod in *Recollectione* ſuâ *precatoriâ* ſuperiùs improbata Leſſius contendit. Sed intermedio tempore idem ſuperbiæ princeps Beguardos ſuſcitavit & Beguinas: quorũ primus articulus ab œcumenica Viennenſi ſynodo reprobatus ſic ſonat: [m] *Quòd homo in vitâ præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitùs impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit.* Secundus item ſic: *Quòd ieiunare non oportet hominem nec orare, poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet.* Quartus item ſic: *Quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem, ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata.* Quintus item ſic: *Quòd quælibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: quòdq; anima non indiget lumine gloriæ ipſam elevante ad* DEUM *videndum, & eo beatè fruendum.* Sextus item ſic: *Quòd ſe in actibus exercere virtutum, eſt hominis imperfecti: & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.* Exploſo per Eccleſiam hoc ſatanæ conamine ſuſcitati ſunt ab eodem Wicleffiſtæ & Huſſitæ, qui gratiam aſtruere conati ſunt inamiſſibilem. Quem errorem noviſſimè reſuſcitavit per Calviniſtas: de quibus videri poteſt Bellarminus lib. 3. de Iuſtificatione cap. 14. & ſequentibus: ſicut de iiſdem ac etiam de Wicleffiſtis & Huſſitis Andreas Vega lib. 12. in Tridentinum ferè per totum. Quibus omnibus à principe ſuperbiæ ſuſcitatis obviavit ſacroſancta Synodus Tridentina ſeſſ. 6. per aliquot canones, ſignanter per Canonẽ 16. qui ſic ſonat: 'Si quis magnũ illud vſque in finem perſeverantiæ donum ſe certò habiturum, abſolutâ & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali revelatione didicerit; Anathema

Pelagiani.

[k] *Hieron. Dialog. 2. adverſ. Pelag. c. 9.*

[l] *Pelagius in libello fidei ad Innocent. qui extat apud Aug. Ser. 191. de Temp. & apud Hieronymum ſub titulo Explanationis fidei ad Damaſum.*

Semipelagiani

Leſſius.

[m] *Beguardi c. Ad noſtrũ Clement. de Hæreticis ex Concilio Viennenſi.*

Wicleffiſtæ & Huſſitæ.

Calviniſtæ.

Bellarminus.

Andreas Vega.

Concil. Trident.

ſit'. Et rurſus per canonẽ proximè ſequentem: 'Si quis iuſtificationis ,gratiã nonniſi prædeſtinatis ad vitã contingere dixerit; reliquos verò ,omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiã non accipere, vtpote divinâ poteſtate prædeſtinatos ad malum; Anathema ſit'. Et rurſus inferiùs per canonẽ 23. 'Si quis hominẽ ſemel iuſtificatũ dixerit, am- ,pliùs peccare non poſſe, neque gratiam amittere; atque ideò eum ,qui labitur & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: aut contrà, ,poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, niſi ex ſpe- ,ciali Dei privilegio, quemadmodùm de beata Virgine tenet Eccle- ſia; Anathema ſit'. Porrò quẽadmodùm extraordinario privilegio cõ- ceſſa fuit Virgini immunitas à venialibus, ita non improbabiliter ſu- ſtineri poteſt, eam in hac vita accepiſſe ſecuritatem æternæ ſuæ ſalu- tis; idque ex ſpeciali revelatione divina. Ita docet Vega lib. 12. iam citato cap. 11. Vbi & alios ei in hoc privilegio ſocios adiungit: vt apud ipſum videre eſt. Neque hoc repugnat doctrinæ hactenus tradi- tæ de incertitudine Noviſſimorum in ſuperbiæ cautelam proviſa. Si enim Deo placuit ſpeciale eiuſmodi privilegium nonnullis ſanctis ex- traordinariè largiri; piè credi poteſt quòd eoſdem ſpeciali etiam privi- legio contra ſuperbiæ inflationem munierit. Verùm quæ à communi lege exorbitant, non ſunt trahenda in conſequentiam.

Vega.

Vide Soto lib. 3. de Nat. & Grat. cap. 10.

CAPVT XIII.

Superni verbi Incarnatio & novi Teſtamenti diſpenſatio ad hoc divinitùs proviſa, vt qui ſui obliviſcendo & præaltè ſapiendo ceciderant, ſeipſos noſcendo & humilibus conſentiendo reſurgerent.

MOyſaicæ legis munus Galatis deſcribens Apoſtolus: *Lex*, inquit, *pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Ex qua pædagogi metaphora Auguſtinus colligit Chriſti magiſterium: [n] 'Pædagogus (inquit) puerum non ducit ad ſeipſum, ſed ad magiſtrum'. Si ergo lex pædagogus fuit in Chriſto, proculdubiò magiſter fuit Chriſtus. Quod & ipſe de ſe apertiſſimè teſtatur, vbi ait diſcipulis: *Vos vocatis me, Magiſter, & Domine: & benè dicitis: ſum etenim.* Stabilito iam per hæc Chriſti magiſterio, videamus quæ huius magiſtri fuerit diſciplina: *Diſcite à me*, ait ipſe: *quia mitis ſum, & humilis corde.* Quo ſatis manifeſtat, diſciplinã ſuã in manſuetudinis ac humilitatis perſuaſione verſari. Quod ne fortè de parte tantùm, & non de tota eius diſciplina intelligendum putares, audi Leonem incunctanter pronuntiantem: [o] 'Tota Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina, non in abundantia verbi, ,non in ſtudio diſputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ; ſed in ,vera & voluntaria humilitate conſiſtit: quam Dominus Ieſus Chri- ,ſtus, ab vtero matris vſque ad ſupplicium crucis, pro omni fortitudine elegit & docuit'. Fuſiùs hoc ipſum proſequitur Baſilius: qui cùm alicu-

I.

Gal. 3. 24.

[n] *Aug. Ser. 13 de Verb. Apoſt. cap. 3.*

Ioa. 13. 13.

Matth. 11. 29.

[o] *Leo Ser. 7. de Epiphania c. 4.*

Digitized by Google

alicubi hoc generale theorema præmisisset: [p]' Vniversam Domini dispensationem ad humilitatem nos instruere deprehendimus': inductione quâdam id probaturus adiunxit: 'Cùm infans esset, mox in ,spelunca, nec lecto, sed præsepi imponitur: deinde in domicilio fabri ,& matris pauperculæ enutritur, subditus matri & illius sponso: ,Docetur, audiens quorum non egebat; interrogans verò, & interro-,gando admirabilem declarabat sapientiam: Subditur Ioanni,& bap-,tismum suscipit à servo Dominus. Nemini adversariorum resistit,ne-,que inenarrabilem suam potestatem in quenquam vibrat, sed quasi ,potentioribus cedit, & potestati temporariæ potentiam quam illa ,habebat permittit. Principibus sacerdotum in forma rei sistitur, ad ,præsidem ducitur, & iudicium illius sustinet: & cùm posset calum-,niatores suos arguere, silentio tolerat illorum calumnias. Conspui-,tur à servis ac vilissimis pueris. Morti traditur, eique hominum ,iudicio turpissimæ. Ita hominem omnia ab ipsa nativitate ad mortem vsque exercuerunt'. His consona sunt quæ in libro de Sancta Virginitate scribit Augustinus his verbis: [q]' Contra superbiam ma-,trem invidiæ maximè militat vniversa disciplina Christiana. Hæc ,enim docet humilitatem, quâ & acquirat & custodiat charitatem,de 1.Cor.13.4. ,qua cùm dictum esset, *Charitas non æmulatur*: velut si causam quære-,remus vnde fiat vt non æmuletur, continuò subdidit, *Non inflatur*: ,tanquam diceret; Ideò non habet invidentiam, quia nec superbiam. Philip. 2.7. ,Doctor itaque humilitatis Christus, primò *Semetipsum exinanivit*, ,*formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus* ,*vt homo; humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem* ,*autem crucis*. Ipsa verò doctrina eius quàm attentè insinuet humili-,tatem,atque huic percipiendæ vehementer insistat; quis explicare fa-,cilè possit, atque in hanc rem demonstrandam testimonia cuncta cõ-,gerere? Hoc facere conetur, vel faciat, quisquis seorsim de humilitate voluerit scribere'. Sed omnium exertissimè hoc ipsum tradit Papa Gregorius: qui cùm multa scripturarum testimonia in superbiæ detestationem congesta recensuisset, hæc subdidit: [r]' Contra huius ,languoris pestem audiamus cuncti,quod magistra veritas docet, di-Matth. 11. ,cens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*. Ad hoc namque vni-29. ,genitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit: ad hoc invi-,sibilis, non solùm visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc ,contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionumque tor-,menta toleravit; vt superbum non esse hominem doceret humilis ,Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam vera-,citer edocendam is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passio-,nem factus est parvus! Quia enim originem perditioni nostræ super-,bia præbuit diaboli, instrumentum redemptionis nostræ inventa est ,humilitas Dei. Hostis quippè noster, magnus inter omnia conditus, ,videri super omnia voluit elatus: redemptor autem noster, magnus ,manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Sed me-

[p] *Basil. Homil. 2. de Humilit.*

[q] *Aug. lib. de Sancta Virginit. cap. 31.*

[r] *Greg. lib. 34. Moral. cap. vlt.*

'liùs, & elationis cauſam detegimus, & fundamenta humilitatis ape-
'rimus, ſi brevi commemoratione perſtringimus, quid mortis author,
'quid vitę conditor dicat. Ille namq; ait, *In cœlum aſcendam*: Iſte autem *Iſa. 14.13.*
'per Prophetam dicit, *Repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno* *Pſal. 87.4.*
'*appropinquavit*: Ille dicit, *Supra aſtra cœli exaltabo ſolium meum*: Iſte hu- *Iſa. 14. 13.*
'mano generi à paradiſi ſedibus expulſo dicit, *Ecce venio citò, & habita* *Zach. 2.11.*
'*bo in medio tui*: Ille dicit, *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilo-* *Iſa. 14.13.*
'*nis*: Iſte dicit, *Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abie-* *Pſal. 21.7.*
'*ctio plebis*: Ille dicit, *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero* *Iſa. 14.14.*
'*Altiſſimo*: Iſte, *Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe æqua-* *Philip. 2.6.*
lem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens'.

Sed fortè reſpondebitur, prædictos Patres non de notitia ſui, ſed 2.
de humilitatis diſciplina fuiſſe locutos. Verùm, quod de charitate &
humilitate ſcribit Proſper, hoc de humilitate & ſui gnaritate rectiſſi-
mè dicitur: [s]' Ambarum tam indiſcreta connexio eſt, vt qui in vna
earum conſtruitur, ſimul vtrâque potiatur'. Quò ſpectat & illud
Auguſtini dictum, ſuperiori capite ex Tractatu 25. in Ioan. comme-
moratum: ' Tota humilitas tua eſt, vt cognoſcas te'. Vnde & Pauli-
nus Nolanus Antiſtes pro iſdem reputat, humilem eſſe, & ſui me-
morem ambulare: [t]' Dominus omnium (ait ille) qui omnes fe-
'cerat, dignatus eſt ad noſtra deſcendere, noſq; ſuſcipere in corpore
'ſuo; vt reficeret eâdem arte vel poteſtate quâ fecerat. Venit autem
'non in ſublimitate Domini, quod erat; ſed in forma ſervi, quod
'non erat. Factus eſt vt homo ſine adiutorio, qui eſt Dei virtus, &
'Dominus exercituum, adiutor & protector omnium. Pro liberan-
'dis eſt mortuus, qui erat inter mortuos liber. Inter iniquos deputa-
'tus eſt, qui iuſtificat impium per fidem. Sicut ovis ad interfectionem
'ductus eſt agnus ille, qui tollit peccata mundi. Paſſus eſt mortem, qui
'donat æternitatem. Sed in cauſa tanti huius conſilij & muneris, ani-
'madvertere ipſius lumen eſt, qui nos illuminat à montibus ęternis: in
'quos oculis allevatis videamus, iſdem nos quibus perieramus itine-
'ribus inventos; rurſus ex arbore, rurſus ex Virgine: ſed non rurſus
'ſuperbiâ præcipitandi, verùm è contrario humilitate redituri. Nam
'idcircò Rex gloriæ & Dominus maieſtatis exinanivit ſe, formam ſer-
'vi accipiens, & inviſibilem magnitudinem ſuam viſibili abiectione
'contexit; vt nos veteri illo malè conceptæ arrogantiæ morbo, foris
'altos, intus obtritos, in formam ſublimitatis ſuæ per formulam noſtrę
'in ſe humilitatis attolleret. In hoc enim operatus eſt, & operatur
'quotidie bonus Dominus, vt divinę conformationis gloriam conſe-
'quamur, ſi noſtræ in Chriſto conformationis exemplum ſequamur,
'cognoſcentes in Altiſſimi moderamine temperatum naturæ noſtræ
'modum: vt ſupra nos ipſius gratiâ provehamur, ſi iuxta nos NOSTRI
MEMORES AMBVLEMVS'. Et paulò inferiùs, quaſi exponens quod di-
xerat, 'Si iuxta nos noſtri memores ambulemus', ſubiungit: 'Vt cor-
'de humiles, animo ſublimes; à ſiniſtris, id eſt, peccatis quę in mor-
tem

Evaſio præcluſa.

[s] *Proſp. Epiſt. ad Demetriad. cap. 21.*

[t] *Paulin. Epiſt. 31. ad Amandũ.*

Digitized by Google

,tem trahunt, allevemur; & à dextris nimijs, id eſt, præſumptione ſu-
,perbâ, humilitatis lege revocati, teneamus ſalubrem mediocritatem;
,ne aut oculos noſtros declinantes in terram, comparemur iumentis
,quibus non eſt intellectus; aut altiora nobis ſcrutantes, evaneſcamus
in cogitationibus noſtris'. Unde mox ſalubrem hanc ſubinfert pare-
Rom.12. 16. neſim: 'Itaque *non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*, in menſu-
,ra quâ menſuravit nobis Dominus, NOSMETIPSOS METIAMVR; vt
anguſtemur in nobis, & in Domino dilatemur'. Et quibuſdam inter-
poſitis de ſuperbia Philoſophorum in vanitate ſenſus ſui ſupra ſemet-
ipſos ambulantium: 'Itaque (ſubdit) exultemus cum tremore in Do-
,mino Deo noſtro, qui eſt humilis corde, & maieſtate ſublimis; idem
,ſentientes in nobis, quod & in Chriſto: qui (vt ſuprà dixi) idcircò
,nobis ſalutis gratiam per humilitatis formulam contulit, vt qui exal-
,tationis ſpiritu cadere merueramus, cordis humilitate reſurgere diſ-
ceremus'. Hoc ipſum & Auguſtinus inſinuat, vbi ait: [v] 'Vitiorum
,omnium humanorum cauſa, ſuperbia eſt. Ad hanc convincendam
,atque auferendam talis medicina cœlitùs venit: ad elatum hominem
per ſuperbiam, Deus humilis deſcendit per miſericordiam'. Deſcendit
vtique, vt humilitatem non ſolùm verbo commendaret, ſed etiam
2. Cor. 12. 9. exemplo perſuaderet: quæ idcircò ab Apoſtolo *Virtus Chriſti* antono-
maſticè nuncupatur, dicente: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me* VIRTVS CHRISTI. Proximè quippè præceſſerat, quod
à Chriſto ipſi fuerat reſponſum: *Virtus in infirmitate perficitur.* [w] 'Quæ
,virtus (ait in ea verba Auguſtinus) niſi ad quam pertinet non extol-
1 Cor 1. 31. li'? Et lib. de Corrept. & Grat. cap. 12. 'Quæ virtus, niſi *vt qui gloriatur, in Domino glorietur*'? Hæc itaque eſt virtus Chriſti, quam tan-
topere Paulus vas electionis adamavit, vt eius vel adipiſcendę vel con-
ſervandæ ardore libenter in ſuis gloriaretur infirmitatibus: [x] 'Hanc
,habet perfecta anima (ait Richardus Victorinus) quæ tantò eſt
,humilior, quantò fuerit devotior; & quantùm creſcit in ſpiritu aut
,cognitione, tantùm proficit in humilitate. Vera enim gratia non ex-
,tollit, ſed humiliat; quia hominem ſibi plenius demonſtrat; & ſubli-
,mitatem eius intelligens, videt quàm exiguum ſit, quod de ea capere
,potuerit. Quantùm quiſque ſpirituales epulas edit, tantùm & eſurit;
,& quia ad plenum nunquam comprehendi poſſunt, nunquam deſi-
,deranti ſufficiunt. Vnde ſemper hanc humiliant, quia ſemper eius
,delitiæ minùs quàm deſiderantur abundant. Humiliat itaque talem
,animam deguſtata gratia, pariter & conſiderata bonorum exempla,
,conſideratio peregrinationis & multimodæ miſeriæ humanitatis,
Rom. 8. 21. ,amor ſupernæ fælicitatis, & deſiderium libertatis, quâ ſcilicet *libe-*
,*rabitur à ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Anima
,talis purgata terrenis delectationibus, ſpiritualia tantùm deſiderare
,novit, & tota in amorem horum atque in affectum virtutum tranſit:
,Humiliat amor Chriſti, qui pro ipſa humiliatus eſt: humiliat amor
,ipſius virtutis, quam ideò amplectitur, quia Chriſtus hanc ſpeciali-

[v] *Aug. lib. 2. de Peccat. merit. cap. 17.*

[w] *Aug. l. 3. ad Bonif. cap. 7.*

[x] *Rich. Victor. ſuper Cantica cap. 14.*

Vide eundem Rich. Vict. cap. 37. in Cantica.

,ter amavit & habuit: vnde & singulariter *Virtus Christi* dicta est. 2. *Cor.* 12. 9.
,Placent ei omnia humilia, quia intelligit hæc esse sublimia. Scit enim,
,quòd mox vt humiliatur, intus exaltatur, quia Christo assimilatur;
,qui *minimus* (id est humillimus) *erat in regno cœlorum*, id est, in præ- *Matth.* 11.
,senti Ecclesia; cùm esset maximus, & Altissimi filius. Spiritus Chri- 11.
,sti qui hanc accendit ad illius amorem, instituit etiam ad illius hu-
,militatem; quo quantùm plena est, tantùm abiecta esse eligit; quàm-
,que beata est, tam pauper est spiritu. Neque enim potest, quæ spiri-
,tum Christi habet, non amare quod Christus amat, & habet. Tanta-
,que est convenientia amoris Christi, & humilitatis; vt qui alterum
,horum habuerit, alterum necessariò habere comprobetur: & quan-
,tum habuerit vnum, tantum habeat alterum; vt si verè amas, verè
sis humilis; & si minùs sis humilis, minùs amare convincaris'. Hanc
eandem humilitatis cum charitate conuenientiam astruit Prosper in
Epist. ad Demetriadem: quam cùm nonnullis rationibus compro-
basset, subiecit ad extremum: [y]'Vnde quia in destructionem super-
,biæ, & humilitas tendit, & charitas; de vtraque habeatur dictum,
quicquid de vna est disputatum'. Hinc item Fulgentius in Epistola
ad Probam, alludens ad illud Christi dictum, *Ignem veni mittere in* *Luc.* 12. 49.
terram, etsi per *ignem* intelligat diuinum amorem, ita tamen eum des-
cribit, vt humilitatis affectum describere videatur: [z]'Hunc (inquit)
,Christus venit mittere in terram, vt omne superbiæ germen exurat,
,& humiliato cordi feruorem sanctæ compunctionis inijciat. Sic fit,
,vt in nostris peccatis nosmetipsos veraciter accusemus, & in bonis
,operibus nostris Deũ verâ cordis humilitate laudemus: illi assigne-
,mus, quæ nobis eius pietas donat; nobis imputemus, in quibus eum
nostra infirmitas exacerbat'.

[y] *Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 21.*

[z] *Fulg. Epist. 4. ad Probam cap. 10.*

Obiectio. Hìc fortè insurget quispiam, & opponet: Non videri per hæc satis discerni Novum Testamentum à Veteri. Nam cùm superiùs cap. 9. ostensum sit, Veteris Testamenti scopum fuisse detegere infirmitatem & ingerere humilitatem; si idem sit Testamenti Novi scopus, non ap-
Diluitur. paret in quo à Veteri discernatur. Si ex solo scopo seu fine desumenda foret excellentia mediorum, putari posset obiectio hæc alicuius esse valoris: sed cùm mediorum excellentia ex alijs etiam capitibus resultet, quàm debilis sit obiectio hæc facilè cuique apparet. Quis enim non videat, veterem ipsam legem fuisse excellentiorem fomite concupiscentiæ, & carnis mortalitate? Et tamen, vt in superioribus iam ostensum est, hæ diuinitùs ordinantur ad manifestationem infirmitatis & persuasionem humilitatis. Vnde fit manifestum, ex vnitate vel identitate scopi seu finis non benè concludi æqualitatem mediorum; maximè vbi sermo est de fine extrinseco, quem vocant operantis, distinguuntque contra finem operis, seu finem intrinsecum. Vsqueadeò enim lex vetus concupiscentiam mortalitatemque antecellit, vt cùm illa iuxta Apostolum fuerit *sancta & iusta & bona*, hæ tamen non du- *Rom.* 7. 12.
bitentur esse potiùs malæ, & nonnisi per omnipotentem medicum ordinari

3.

Vide D. Thom. 1. 2. q. 107. art. 1.

Digitized by Google

ordinari ad bonum. Et quidem concupiſcentiam eſſe de ſe malam, ex profeſſo Auguſtinus probat integris voluminibus adversùs Iulianum. De mortalitate idipſum aliquoties affirmat, ſignanter vbi eam cum lege ipſa confert, tanquam malum cum bono: [a] 'Apoſtolus (inquit) ,cùm vellet oſtendere, quantùm peccatum, gratiâ non ſubveniente, ,ad nocendum valeret, etiam ipſam legem quâ prohibetur peccatum, ,non dubitavit dicere, Virtutem eſſe peccati: *Aculeus*, inquit, *mortis ,eſt peccatum, virtus autem peccati lex.* Veriſſimè omninò. Auget e- ,nim prohibitio deſiderium operis illiciti, quando iuſtititia non ſic ,diligitur, vt peccandi cupiditas eius delectatione vincatur. Vt autẽ ,diligatur & delectet vera iuſtitia, nonniſi divina ſubvenit gratia. Sed ,ne propterea lex putaretur malum, quoniam *virtus* eſt dicta *peccati*: ,ideò ipſe alio loco verſans huiuſmodi quæſtionem, ita inquit: *Lex ,quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bo- ,num eſt*, inquit, *mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt appareat pec- ,catum, per bonum mihi operatum eſt mortem, vt fiat ſupra modum peccans pec- ,catum per mandatum.* Supra modum dixit: quia etiam prævaricatio ,additur, cùm peccandi auctâ libidine etiam lex ipſa contemnitur. ,Cur hoc commemorandum putavimus? Quia ſcilicet, ſicut lex non ,eſt malum, quando auget peccantium concupiſcentiam: ita nec mors ,bonum eſt, quando auget patientium gloriam: cùm vel illa pro ini- ,quitate deſeritur, & efficit prævaricatores; vel iſta pro veritate ſuſ- ,cipitur, & efficit Martyres. Ac per hoc lex quidem bona eſt, quia ,prohibitio eſt peccati: mors autem mala, quia ſtipendium eſt pec- ,cati. Sed quemadmodùm iniuſti malè vtuntur non tantùm malis, ,verùmetiam bonis; ita iuſti benè non tantùm bonis, ſed etiam ,malis. Hinc fit, vt & mali malè lege vtantur, quamvis ſit lex bonũ; & boni benè moriantur, quamvis ſit mors malum'. Hinc planè appa- ret quàm benè conſiſtat cum vnitate ſeu identitate finis diverſitas & diſparitas mediorum, atque adeò cum vnitate finis amborum Teſta- mentorum inæqualitas ipſorum inter ſe Teſtamentorum. Reſtat verò indagandum, vnde proveniat iſta inæqualitas. Tractat id Auguſtinus lib. de Spiritu & Litt. cap. 19. & aliquot ſequentibus, ſignanter cap. 25. vbi Veteris & Novi Teſtamẽti diſtantiam ſeu diſcrimen in eo cõ- ſtituit, 'Quòd lex ibi in tabulis, hìc in cordibus ſcribatur; vt quod ,ibi ſorinſecùs terret, hìc delectet intrinſecùs; ibique fiat prævarica- tor per *occidentem litteram*, hìc dilector per *vivificantem ſpiritum*'. Auguſtino ſubſcribit Proſper, cùm de eadem diſtantia vtriuſque Teſta- menti tractans ait: [b] 'Lex quod fieri aut non fieri iubet, non præſtat ,vt fiat aut non fiat; quoniam ſeveritati eius non libertate, ſed timore ,ſervitur. Dominus autem vt legem non ſolveret ſed impleret, per ,gratiæ auxilium efficax fecit legis imperium, & multiplicando cle- ,mentiam ſuſtulit pœnam; vt peccatum non vlciſcendo plecteret, ſed ,remittendo deleret. Vnde adulteram ex legis conſtitutione lapidan- ,dam, & veritate liberavit, & gratiâ; cùm executores præcepti de

[a] *Aug. l. 13. de Civit. cap. 5.*

1. Cor. 15. 56.

Rom. 7. 12.

Vide D. Thom. 1. 2. q. 164. ar. 1. ad 6.

Auguſtinus.

2. Cor. 3. 6.

[b] *Proſp. lib. 1. de Vocat. Gent. c. 8. in Additamento Cambron.*

conſcien-

,conſciētijs territi trementē ream ſub illius iudicio reliquiſſent, qui *venerat quærere & ſalvum facere quod perierat* : & ideò *inclinatus*, id eſt, ,ad humana demiſſus, & in opus noſtræ reformationis inflexus, *digito ,ſcribebat in terra*, vt legem mandatorum per gratiæ decreta vacuaret, ,& oſtenderet ſe eſſe qui dixerat, *Dabo leges meas in ſenſu ipſorum, & in ,corde ipſorum ſcribam eas.* Quod vtique quotidiè facit, dum cordibus ,vocatorū ſuam inſerit voluntatem; & ſtilo ſpiritus ſancti quicquid in ,animæ paginis diabolus invidendo falſavit, veritas miſerendo reſcribit. Quòd ſi quis obijciat, in vtroque teſtamento reperiri litteram occidentem, & ſimiliter in vtroque ſpiritum vivificantem : adeòque non apparere vnde oriri inter ea poſſit diſtātia vel inæqualitas. Hunc ſcrupulum ſibi movit Angelicus Doctor 1. 2. q. 106. & 107. vtrobique ar. 1. Et ſcitè eum diluit, obſervando, veterem legem principaliter conſtitiſſe in ipſa littera forinſecùs inſonante, novam verò in ſpiritu gratiæ intrinſecùs vivificante. Vnde fit conſequens, eos qui olim vel nunc ita audierunt vel audiunt verba legis ſeu Moyſaicæ ſeu Evangelicæ extrinſecùs quid agendum omittendumve ſit præſcribentis, vt non habeant auxilia gratiæ intrinſecùs voluntates ſuas movētia, ad Vetus Teſtamentum pertinere, non ad Novum : è contrario autem qui vel olim vel nunc intrinſecùs adiuti fuerunt vel adiuvantur, ad Novum Teſtamentum pertinere, non ad Vetus. Quâ de re ex profeſſo tractat Auguſtinus lib. 3. ad Bonifacium cap. 4. quem ſequitur Angelicus Doctor locis iam proximè ex ipſo citatis.

Luc. 19. 10.

Ioan. 8. 6.

Hierem. 31. 33.

Scrupulus.

Excutitur.

D. Thomas.

Quanquam itaque vtriuſque teſtamenti diſpenſatio ad agnitionem humanæ infirmitatis & inſitionem humilitatis ordinetur, nihilominus diſpariliter vtrumque operatur vtramque. Nam lex Moyſaica ſeu Vetus Teſtamentum ingenerat quidem infirmitatis ſcientiam, ſed Evangelica ſapientiam : rurſus Moyſaica coactam humilitatem ingignit, Evangelica voluntariam. Pro cuius diſcriminis pleniore intelligentia obſervandum eſt, ſapientiam vltra communem ſcientiam importare quandam ſapiditatem ſeu dulcedinem ; qualem de ſua infirmitate habebat Apoſtolus quando dicebat, *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Dicendo enim, *Libenter gloriabor in infirmitatibus*, indicavit ſibi ineſſe non tantùm notitiam infirmitatum ſuarum, ſed quandam etiam libentiam ſeu complacentiam de eiſdem; atque adeò ſapientiam iuxta ſenſum iam dictum, de quo Bernardus : [c] " Licet (inquit) & ſapientia potens, & virtus ſua- ,vis exiſtat; vt tamen proprias quibuſque reddamus vocabulis ſignificantias vigor virtutem, ſapientiam placiditas animi cum ſpirituali ,quadam ſuavitate demonſtrat; Hanc puto ab Apoſtolo deſignatam, ,vbi poſt multa hortamenta pertinentia ad virtutem, adiecit quod ſapientiæ eſt : *In ſuavitate, in ſpiritu ſancto.* Igitur ſtare, reſiſtere, vim ,vi repellere, quæ vtique in partibus virtutis deputantur, honor quidem, ſed labor eſt. Non eſt enim idipſum, honorem tuum laboriosè ,defendere, & quietè poſſidere : Non eſt idem, virtute agi, & virtute frui.

4.

2. Cor. 12. 9.

[c] *Bern. Serm. 85. ſup. Cant.*

2. Cor. 6. 6.

Digitized by Google

,te frui. Quicquid virtus elaborat, ſapientia fruitur: & quod ſa-
Eccli. 38. ,pientia ordinat, deliberat, moderatur, virtus exequitur. *Sapientiam*
25. ,*ſcribe in otio*, ait ſapiens. Ergo ſapientiæ otia negotia ſunt, & quò otio-
,ſior ſapientia, eò exercitatior in genere ſuo. E regione virtus exerci-
,tata clarior eſt; eòq; probatior, quò officioſior. Et ſi quis ſapien-
,tiam, virtutis amorem definierit, non à vero deviare videtur. Ubi
,autem amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. Et ſic fortè ſapientia à ſa-
,pore denominatur, quòd virtuti accedens quoddam veluti condi-
,mentum ſapidam reddat, quæ per ſe inſulſa quodammodò & aſpera
,ſentiebatur. Nec dixerim reprehendendũ ſi quis ſapientiam, Saporem
,boni definiat. Hunc ſaporem perdidimus in ipſo penè exortu gene-
,ris noſtri. Ex quo cordis palatum ſenſu carnis prævalente infecit vi-
,rus ſerpentis antiqui, cœpit animæ non ſapere bonum, ac ſapor no-
Gen. 8. 21. ,xius ſubintrare. Denique *proni ſunt ſenſus hominis & cogitationes in ma-*
,*lum ab adoleſcentia*, hoc eſt, ab inſipientia primæ mulieris. Ita inſipien-
,tia mulieris ſaporem boni excluſit, quia ſerpentis malitia mulieris in-
,ſipientiam circumvenit. Sed vnde malitia viſa eſt viciſſe ad tempus,
,inde ſe victam dolet in æternum. Nam ecce denuò ſapientia, mulie-
,ris cor & corpus implevit; vt qui per fæminam deformati in inſipien-
,tiam ſumus, per fæminam reformemur ad ſapientiam. Et nunc aſſi-
,duè ſapientia vincit malitiam, in mentibus ad quas intraverit, ſapo-
,rem mali, quem illa invexit, ſapore exterminans meliori. Intrans
,ſapientia dum ſenſum carnis inſatuat, purificat intellectum, cordis
,palatum ſanat & reparat: Sano palato ſapit iam bonum, ſapit ipſa ſa-
,pientia, quâ in bonis nullum melius. Quàm multa fiunt bona, &
,non ſapiunt facientibus! Quidam non ſapore boni ad illa, ſed aut
,ratione, aut qualicunque occaſione, ſeu neceſſitate impelluntur: Et
,è contrario multis quæ faciunt non ſapiunt mala, ſed ad hæc indu-
,cuntur aut metu, aut cupiditate rei cuiuſpiam, potiùs quàm ſapore
Pſal. 72. 7. ,mali. Qui autem *tranſierunt in affectum cordis*, aut ſapientes ſunt, &
,ipſo delectantur ſapore boni; aut maligni ſunt, & ipſa complacet
,ſibi malitia, etiam nullâ ſpe alterius commodi blandiente. Malitia
,verò quid, niſi ſapor eſt mali? Beata mens, quam ſibi totam vendi-
,cavit ſapor boni, & odium mali. Hoc reformari ad ſapientiam eſt,
,hoc ſapientiæ victoriam fæliciter experiri. Nam in quo evidentiùs
,ſapientia vincere malitiam comprobatur, quàm cùm excluſo ſapore
,mali, qui non aliud quàm ipſa malitia eſt, boni quidam intimus ſapor
,mentis intima occupare totâ ſuavitate ſentitur? Itaque ad virtutem
,ſpectat, tribulationes fortiter ſuſtinere: ad ſapientiam, gaudere in
tribulationibus'. Ex qua finali clauſula ſatis patet, Apoſtolum ſen-
2. Cor. 12. ſiſſe in ſe ſapientiæ dulcorem, cùm diceret: *Libenter gloriabor in infir-*
9. *mitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Quam Chriſti virtutem
ſuperiùs ex Auguſtino & Victorino oſtendimus, non aliam fuiſſe
quàm humilitatem: non vtique coactam, ſed penitùs voluntariam;

non ex littera forinsecùs terrente, sed ex spiritu intimè dulcorante, progenitam. De vtraque porrò hac humilitate lubet hìc audire præfatum Victorinum, ita differentem: [d] 'Coacta est, quando homo ,peccata, infirmitatem, ac imperfectionem suam ante oculos sibi re-,vocans, quasi invitam mentem, & bona sua ante oculos magis ha-,bentem demutescere facit, & sibi vilescere. In his, etsi coacta est, ,tamen perficitur, vt hanc mens aliquatenùs consequatur. Si tamen ,per negligentiam cesset cogendi magisterium, statim ab ea dilabetur, ,& ad pristinam superbiam sine remissione deducetur. In aliquibus ,verò nec cogi potest, mente semper sursùm ad alta & consueta ten-,dente; nec est aliquid quod mentem per humilitatis infima deprime-,re, & submittere valeat. Alta est enim superbis humilitas; & si ad ,eam aliquando conscendere conentur, illicò relabuntur. Ad quam ,ideò non conscendunt, quia infirmo desiderio ad hanc tendunt: Vo-,lunt enim & non volunt, sicut Salomon de pigro dicit, *Vult & non* Prov. 13.4. ,*vult piger*. VOLVNTARIA est humilitas cùm ex rationis ductu homo ,videt, quàm infirmus sit, & peccator: & quòd (iuxta Iob) *non sit* Iob. 6. 13. ,*ei auxilium in se*, & huic rationi consentit voluntas; & hoc iudicium ,diligit, & despectus esse eligit; quia sic nosse esse sic expedire novit. ,Lubens itaque se humiliat; quia illustratus per gratiam, humilitatem ,sicut & alia bona iam amat. Non autem est coacta hæc humilitas, ,quia excusso iam tepore, & debilitatis vitiorum passionibus, ad hanc ,libertatem spiritus pervenit anima, vt bonum eam delectet, eique sapiat'. Huius porrò humilitatis non coactæ sed voluntariæ tres gradus alibi idem author distinguit, provt eum cui inest humilem reddit, aut humiliorem, aut humillimum: [e] 'Humilis est (inquit) qui ,seipsum apud semetipsum veraciter contemnit: Humilior autem, qui ,se cõtemni etiam ab alijs non refugit: Humillimus verò, qui contẽp-,tum suum non solùm contemnit, sed & admodùm concupiscit'. Qui humilitatem in hoc postremo gradu consecutus est, propemodùm extra aleam superbiendi est; atque adeò etiam peccandi: dicente ibidem subsequenter Victorino: 'Quid quæso in illum superbia ,possit, cui despectus suus in despectum venit? Cùm igitur, attestan-,te Scripturâ, *Initium sit omnis peccati superbia*, quid quæso contra il-Eccli. 10. 15. ,lum possit peccatum, cui ex victoria superbiæ longè est omnis pec-cati initium'? Quem locum de graviori peccato intelligendum arbitror, non etiam de leviori; sine quo vtique in hac vita, secluso extraordinario privilegio, nemo quantumcunque provectus reperitur. Vnde idem author lib. 1. eiusdem operis cap. 22. apertissimè dixerat, gratiam posse semper homini pro hoc statu subtrahi: 'quia nunquam potest homo sine culpa inveniri'. Cui consonat & illud Papæ Leonis; [f] ,'Dicente Beato Ioanne, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos* 1. Ioan. 1. 8. ,*ipsos seducimus, & veritas in nobis non est*: quis invenietur ita immunis ,à culpa, vt in eo non habeat vel iustitia quod arguat, vel misericor-dia quod remittat'?

[d] *Rich. Vict. in Cant. Cantic. cap. 14. Vide Bern. Ser. 34. super Cant. & Basil. in Psal. 33. v. 19.*

[e] *Rich. Vict. l. 22. de Erud. interior. hominis. cap. 32.*

[f] *Leo Serm. 7. de Epiphan. c. 4.*

Ex

Digitized by Google

5. Ex his iam apparet, quàm diſpar ſit vtriuſque Teſtamenti excellentia, quàmvis in vnum ambo ſcopum conſpirent. Accedit quòd Novum Teſtamẽtum etiam pro Gentilibus ſit proviſum, quos Moyſaicæ legis auſteritas nè coactè quidem humiliaverat. Vnde & Pſalmographus hanc Novi Teſtamenti diſpenſationem expoſtulans aiebat: *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant Gentes quoniam homines ſunt.* Tanquàm hic ſit ſcopus novæ legiſlationis, homines ſibiipſis velut homines repręſentare: vt qui pridem putarant ſe aliquid vltra homines eſſe, à legiſlatore perdiſcant, nihil ſe niſi homines eſſe. Atque hæc ipſa eſt benedictio à legiſlatore impertienda, de qua alibi idem ait: *Benedictionem dabit legiſlator.* Non vtique Moyſes veteris illius legis promulgator, de qua ait Apoſtolus, *Quicunq; ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt:* ſed Novi Teſtamenti mediator, qui teſte ibidem inferiùs Apoſtolo, *Nos redemit de maledicto legis.* Et quomodò redemit, niſi dando benedictionem: ſicut de eo canit Eccleſia, *Qui ſolvens maledictionem dedit benedictionem?* De qua benedictione per eum impertienda Gentibus, prædictum eſt Abrahæ: *Benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ.* Quod quid eſt aliud, quàm quòd omnibus Gentibus terræ benedictionem daturus ſit qui de femore Abrahæ proditurus eſt legiſlator? Benedictionem vtique dulcedinis, quam recolens Pſaltes ait ei: *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Non ait, in maledictione amaritudinis, cui obnoxij erant qui veterem legem non iuſtitiæ amore, ſed pœnæ timore obſervabant: ſed *in benedictionibus dulcedinis*, quas expertus eſt Pſalmographus cùm legiſlatori decantaret: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo!* Vnde & ibidem ſuperiùs præmiſerat, *Concupivi mandata tua.* Et adhuc ſuperiùs: *Concupivit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.* Vbi eam intelligi vult concupiſcentiam, quâ *ſpiritus adversùs carnem*, non quâ *caro adversùs ſpiritum concupiſcit.* Quam bonam concupiſcentiam non litteræ legis, ſed benedictioni legiſlatoris aſcribens Auguſtinus: [g] 'Vbi ,ſanctus (inquit) non adiuvat ſpiritus, inſpirans pro concupiſcentia ,mala concupiſcentiam bonam, hoc eſt, *Charitatem diffundens in cordibus ,noſtris*; profectò illa lex, quamvis bona, auget prohibendo deſideriũ ,malum: ſicut aquæ impetus, ſi in eam partem non ceſſet influere, ,vehementior fit obice oppoſito; cuius molem cùm evicerit, maiore cumulo præcipitatus violentiùs per prona provolvitur'. Vnde tam pro tempore legis quàm pro tempore Evangelij verum eſt illud eiuſdem alibi: [h] 'Spiritus ſanctus operatur intrinſecùs, vt valeat aliquid ,medicina quæ adhibetur extrinſecùs. Alioquin etiamſi Deus ipſe ,vtens creaturâ ſibi ſubditâ in aliqua ſpecie humana ſenſus alloqua,tur humanos, ſive iſtos corporis, ſive illos quos iſtis ſimillimos habe,mus in ſomnis, nec interiore gratiâ mentem regat atque agat; nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis'. Patuit hoc olim in fratricida Cain, quem lex à Deo ei præſcripta non cohibuit à ſcelere. Patuit etiam noviſſimè in obſtinatione iudæorum: qui Deum in car-

Pſal. 9. 21. Gal. 3. 10. Gal. 3. 13. Gen. 22. 18. Pſal. 20. 4. Pſal. 118. 103. Pſal. 118. 40. Pſal. 118. 20. Gal. 5. 17. Rom. 5. 5.

[g] *Aug. lib. de Spir. & lit. c. 4.*

[h] *Aug. l. 15. de Civit. cap. 6.*

ne assumpta prædicantem & miracula perpetrantem audierunt & viderunt, sed non ei obediverunt : atque ita deficiente intrinsecùs operatione spiritus, in sua perfidia perstiterunt ; & sub legis maledicto remanserunt, quia benedictione legislatoris caruerunt, quâ concupiscentiam bonam pro mala inspiratam haberent : [i] 'Tunc bonum concupisci incipit (ait Augustinus) quando dulcescere cœperit : quando autem timore pœnæ, non amore iustitiæ fit bonum, nondum benè fit bonum; nec fit in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impunè. Ergo *benedictio dulcedinis* est gratia Dei, quâ fit in nobis, vt nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis : in qua si nos non *prævenit* Deus, non solùm non perficitur, sed nec inchoatur in nobis'. Mirum quibusdam videtur, cur novi testamenti legislator *benedictionem dulcedinis* non dederit eis omnibus quibus forinsecùs prædicationis munus impendit; & vice versâ prædicationem veritatis quibusdam denegaverit, quos credituros præsciebat, si eam illis impenderet. Verùm hæc omnia ab ipso providentissimè ordinata sunt, *vt sciant Gentes, quoniam homines sunt*: Sciant vtique, non inflante scientiâ, sed humiliante sapientiâ : [k] 'Demonstrare volens Dominus (ait Hugo Victorinus) quod ab ipso sit, & donum eius sit, & quando veritatẽ cognoscimus, & quando agnitam debita devotione veneramur : quibusdam veritatem prædicavit, quorum corda ad dilectionem veritatis non emollivit: quorundã verò corda affectu bonitatis emollivit, sed agnitione veritatis non illuminavit. In illis aravit, & non seminavit; duritiẽ frangens, sed verbũ non spargens: In istis verò seminavit, sed non aravit ; verbum spargens, & duritiẽ non frangens: vt & vtrumq; ab eo esse sciamus, & vtrumq; ab eo petere discamus; cùm neutrũ sine altero ad salutẽ sufficiens esse agnoscimus. Sic solvitur, quod ex Evangelio proponere solent: Cur Deus in carne veniens illis verbũ prædicavit, quos ipsum verbum non recepturos esse prescivit; & quibusdã alijs prædicationis verbum non impendit, quos credituros si docentem audissent agnovit. Quorundam enim duritiam increpans, quibus veritas prædicata fuerat, ait : *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, væ tibi Capharnaum : quia si in Tyro & Sidone hæc facta fuissent, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent.* Hoc ergo mirum videtur, quare Iesus qui futurorum omnium scientiam habuit, in Capharnaum prædicavit; cùm illorum duritiem tantam esse præsciret, vt veritatem etiam oblatam non reciperent : & quare item in Tyro & Sidone illa operatus non est quę operatus est in Capharnaum & Bethsaida; cùm istos tales esse non ignoraret, qui facilè veritatem reciperent si audire illam & agnoscere potuissent. Sicut enim impium videtur obedientes deserere, sic stultum videtur omninò rebelles docere. Sed illud iudicij fuit, hoc exẽpli. Ne enim homo solum affectum boni sine agnitione sufficere putet, ac per hoc affectum se habere sentiens bonitatis, verbum veritatis non requirat : illos compunxit, non docuit, nec salvavit. Rursum

i *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 9.*

Dubium.

Decisio.

Psal. 10. 4.

Psal. 9. 21.

k *Hugo Victor. lib. 1. Miscell. cap. 17.*

Mat. 11. 21.

Digitized by Google

'ſum ne ſolam veritatis cognitionem ſufficientem putet ad ſalutem, & 'legem audiſſe, non feciſſe, conſummatam iuſtitiam: iſtos docuit, non 'compunxit, & damnavit: vt dum alterum ſine altero viciſſim habe- 're cognoſcuntur reprobi, vtrumque neceſſarium ſibi fore intelli- 'gant electi: & qui alterum habere ſe cognoſcit, non de viribus ſuis 'præſumat, ſed ab illo humiliter poſtulet quod non habet, à quo qui- 'buſdam alterum accepiſſe non profuit, quoniam alterum diſtrictè iu- 'dicandis non impendit. Non enim accipere meretur quod non habet, 'qui à ſe habere ſe putat quod habet: & propterea viciſſim è duobus 'alterum à Deo tribuitur, & alterum ſubtrahitur: vt vbi vtrumque ſimul eſt, ab ipſo eſſe vtrumque demonſtretur'.

6. Extat ſub nomine martyris Cypriani Tractatus *De Cardinalibus Chriſti operibus*, Cornelij papæ rogatu conſcriptus: ex cuius decurſu luculentè perſpicitur, quàm vera ſint quæ hactenus hoc capite tradidimus. Nam inprimis Serm. *De Chriſti Natiuitate*, paulò antè medium occurrit illud: 'Pauperes electi, ſuperbi neglecti: nec faſtus, nec altus 'circa Chriſti diſcipulatum aliquem obtinet locum: Chriſtus pauper 'diſcipulos divites aſpernatur: pauper mater, pauper filius, inops hoſ- 'pitium, his qui in forma huius ſcholæ in Eccleſia militant, præbent efficax documentum'. Et paulò inferiùs ibidem: 'Ad parvulos venit 'Chriſtus, & cum parvulis converſatur; pauperes inſtruit, & creat, '& facit. Ipſe in Synagoga Iudæorum in Iſaiæ volumine cùm legiſ- 'ſet in ſabbatho, complicato libro prophetiam hanc in ſe completam Luc. 4. 18. 'edocuit, *quòd à Spiritu ſancto vnctus ſit, & ad evangelizandum pauperibus* Mat. 11. 25. 'pater eum miſerit. Item in Evangelio gloriatur, & *confitetur Domino* 'cœli & terræ, *gratias agens, quòd revelata ſunt divina myſteria parvulis, à* 'quorum intellectu ſublimitas huius mundi repulſa eſt; quæ Deo ſubijci non 'poteſt, dum ſecundùm carnem & ſanguinem inviſibile ipſius ſuis re- 'gulis inveſtigat. Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundum 'primus Chriſti ingreſſus: vt quicunque piè vult vivere, HVMILITER 'DE SE SENTIAT, neque ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. 'Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cœlo ſtare 'potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mun- 'dum noſter parvulus attulit: & à cunabulis nos ſibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in perſona'. Rurſus Serm. *De Ieiunio & tentationibus Chriſti*, cùm nonnulla de ſuperbiæ malo præmiſiſſet: 'Malum hoc (ſubdit) Adam in paradiſo pulſavit, & ſtravit; 'cùm ſubiectionem quam Deo debebat faſtidiens, appetijt domina- 'tum; & cùm vellet eſſe ſicut Deus, ſine Deo ſe vidit & novit: & 'conſpectam carnis Evæ abhorruit fæditatem, quam licet operiret, 'manens tamen perpes ibi contumelia ſtetit & adhæſit. Ad ſuaſionem 'diaboli animam vanitati ſubiectam deiecit ambitio; poteratque ex- 'terminio eius poſteritas didiciſſe, quàm miſera mutatio fuit, de deli- 'tijs ad ſpinas & tribulos emigraſſe; & raſtris ligonibuſque avaritiam 'condemnatam. Hoc modo reſtitit, & reſiſtere nos ſalvator edocuit,

Cyprianus.

,vt soli Deo subiectus sit homo quantumcunque profecerit; vt in ip-
,so, imò ipse, sit substantia nostra: & pateat nobis, quòd sicut peremp-
,toria est altitudo quæsita, ita & periculosissima est oblata: non quòd
,potestas quæ ex Deo est sit damnabilis, aut ordinatio divina peccato-
,rum sit obstetrix; sed quòd excellentiam, cuius Spiritus sanctus au-
,thor est, ita debet cõplecti humilitas, vt qui vocatus est superiùs, nes-
,ciat se sublimem; & per omnia agnoscat conditio conditorem, & gra-
tia largitorem'. Et pauculis interiectis admonet attendendum, 'Quòd
,*non in nobis, quasi ex nobis, sufficientes sumus; sed ex* DOMINO *sufficientia no-* 2. Cor. 3. 5.
,*stra est*; & contentos solo Deo necesse est ei esse omnes acclives, cui to-
tum debemus *quòd vivimus, quòd movemur, quòd sumus.*' Et Serm. *de Ab-* Act. 17. 28.
lutione pedum, Christum pedibus discipulorum lavandis inclinatum al-
loquens: 'Doces (inquit) quod facis, vt quanti quæstus hoc opus
,sit, ex tua bonitate discamus; & inclinata ad pedes nostros Altitudi-
,tudine tua, stans adversùs proximos & erigens se contra Deum cõ-
,fundatur superbia hominum, & ad humilitatem Dei noverit de se hu-
milia sapere lutum'. Et inferiùs ibidem, quàm necessaria vnicuique
sit iugis suiipsius discussio, edocens: 'Jugis retractatio (inquit) vsq;
,ad noviſſima veniens, omnia debet opera & cogitatus singulos per-
,scrutari; & affectus per vitia discurrentes vagam instabilemque ani-
,mam per inania evehentes corrigere & lavare; nec quicquam in vita
,prætermittere indiscussum, quod gemitibus & suspirijs non fuerit ex-
,piatum. Hoc, *cùm* DOMINUS *suos vsque in finem discipulos dilexisset*, in fi- Io. 13. 1.
,ne statuit, & dixit, Neminem posse habere perfectam ablutionem, nisi
hâc sollicitudine muniatur'. Rursus Serm. *de Passione Christi*: 'Oppro-
,bria (inquit) pertulit, vt improperia detrahentium non moverent
,electos. Deputatus inter impios, quorum alter assumptus alter re-
,probatus, est; vt daretur exemplum & forma indissolubilis manens
,in posteros; quia nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit;
,nec vlla hora sera est, cui compunctio districta occurrit; nec eos qui
,vitæ suæ quocunque articulo temporis veri sunt iudices, iterum iu-
dicari'. Quibus verbis finalibus alluſio fit ad illud Apostolicum, infe-
riùs discutiendum: *Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicare-* 1. Cor. 11.
mur. Ad quod rursus alluditur sub calcem Sermonis *de Ascensione Chri-* 31.
sti, in verbis: 'Ei igitur, ante cuius tribunal stabimus, qui nunc
,vultui Dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, vt pro no-
,bis vellet nasci & mori, in præsenti quæsumus, vt cura sit curandi
,nos, & nobis authoritatem & potestatem IVDICANDI NOSMETIP-
,SOS & corrigendi concedat: vt in illo terribili IVDICIO SVO inter
,electos asciti & congregati, liberi à servitute & captivitate, cœlesti-
bus civibus coniũgamur'. Hoc ipsum & Ecclesia solenniter in Colle-
cta deposcit, quâ ait: [1]'Omnipotens sempiterne Deus, qui humano
,generi, AD IMITANDVM HVMILITATIS EXEMPLVM, Salvatorem
,nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitiùs,
,vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia
merea-

1 *Ecclesia in Collecta Dominica Palmarũ. Vide Aug in Psal.* 18.

Digitized by Google

mereamur'. Huius humilitatis Christi, in exemplum eis propositæ qui ad resurrectionis consortia aspirant, meminit præfatus martyr Cyprianus Serm. *de Resurrectione Christi*, dicens de eo : 'Hucvsque per ,humilitatis gradus ascendens, modò gloriâ & honore coronatus, nil ,mortale, nil passioile retinens; impassibilitatis & immortalitatis dona- ,vit nos gloriâ, & resurgentes in beatitudine constituit sempiterna'. *Cyprianus.*

CAPVT XIV.

Scriptura Divina in hoc vniversa conspirat, vt homines consideratione suæ fragilitatis & divinæ supra se præcelsitatis humiliet; quatenùs nemo suam quærat gloriam, sed quisquis gloriatur, in Domino glorietur.

1. QVod superiori capite de æterni verbi Dei missione Noviq; Testamenti dispensatione tradidimus, id præsenti capite ad externi verbi Dei scriptionem sacrorumque voluminum digestionem extendemus : [m] 'Altissimo quippè (vt Augustinus ait) ac saluberrimo ,sacramento, vniversa facies, atque (vt ita dixerim) vultus sanctarum ,Scripturarum, benè intuentes id admonere invenitur, vt *qui gloriatur, in Domino glorietur*'. Quid aliud est autem in Domino gloriari, quàm agnitione conditionis suæ sub conditoris sui manu humiliari; illi assignando quicquid in se laude dignum conspexerit, sibi deputando quicquid in se reprehensioni obnoxium observaverit? Cui saluberrimæ humilitati quasi per diametrum adversatur perversa quorundam præsumptuositas, nonnisi in conditorem suum referre conantium si quid egerint mali, cùm sibi ascribi velint quicquid egerint boni : ,[n] 'Nihil est tam familiare peccantibus (ait alibi idem Augustinus) ,quàm tribuere Deo velle vndecunque accusantur: & hoc de illa vena ,superbiæ, vt quoniâ sic homo peccavit cùm vult esse par Deo, id est, ,liber esse ab eius dominio, sicut ille ab omni dominio liber est, quo- ,niam ipse est dominus omnium : quoniam in maiestate par illi esse ,non potuit, iam lapsus & iacens in peccato suo, parem sibi eum face- ,re conatur; vel potiùs illum vult ostendere peccasse, se autem esse innocentem'. Non sic humilis ille Dei servus Job, qui dicebat : *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam.* Quem locum in suis Moralibus papa Gregorius expendens, Augustini sententiam iam memoratam ita exprimit : [o] 'Hæc sunt veræ humi- ,litatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cog- ,nitam voce confessionis aperire. At contrà vitatum humani generis ,vitium est, & latendo peccatum committere, & commissum negando ,abscondere, & convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippè ,lapsu primi hominis hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam ,radicem traximus culpæ. Sic namque ille, dum lignum vetitum contigisset,

[m] *Aug. Enchir. cap. 98.*

1. Cor. 1. 31.

[n] *Aug. lib. 2. de Gen. cont. Manich. cap. 17. Vide lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 35.*

Iob. 31. 33.

[o] *Greg. lib. 22. Moral. cap. 9.*

Digitized by Google

,tigiſſet, *abſcondit ſe à facie Domini inter ligna paradiſi.* In qua abſconſio- Gen. 4. 8.
,ne, ſcilicet quia Deum latere non poterat, non latendi effectus deſ-
,cribitur, ſed affectus notatur. Qui cùm argueretur à Domino, quòd
,de ligno vetito comediſſet; illicò reſpondit: *Mulier, quam dediſti mihi* Gen. 4. 11.
,*ſociam, ipſa mihi dedit de ligno, & comedi.* Ipſa quoq; mulier inquiſita
,reſpondit, dicens: *Serpens decepit me, & comedi.* Ad hoc quippè re- Gen. 4. 13.
,quiſiti fuerant, vt peccatum quod tranſgrediendo commiſerant, con-
,fitendo delerent. Unde & ſerpens ille perſuaſor, qui non erat revo-
,candus ad veniam, non eſt de culpa requiſitus. Interrogatus itaque
,homo eſt, vbi eſſet; vt perpetratam culpam reſpiceret, & confitendo
,cognoſceret quàm longè à conditoris ſui facie abeſſet. Sed adhibe-
,re ſibimet vtrique defenſionis ſolatia, quàm confeſſionis elegerunt.
,Cùmque excuſare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per ſer-
,pentem; auxerunt culpam, quam tueri conati ſunt: obliquè Adam
,Dominum tangens, quòd ipſe peccati eorum author extiterit, qui
,mulierem fecit: & Eva culpam ad Dominum referens, qui ſerpen-
,tem in paradiſo poſuiſſet. Qui enim ore diaboli fallentis audierant,
,*Eritis ſicut Dij*: quia Deo eſſe ſimiles in divinitate nequiverunt, ad er- Gen. 3. 5.
,roris ſui cumulum, Deum ſibi facere ſimilem in culpa conati ſunt. Sic
,ergo reatum ſuum, dum defendere moliuntur, addiderunt; vt culpa
,eorum atrocior diſcuſſa fieret, quàm fuerat perpetrata. Vnde nunc
,quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem tra-
,hunt: vt cùm de vitio ſuo quiſque arguitur, ſub defenſionum ver-
,ba, quaſi ſub quædam ſe arborum folia abſcondat; & velut ad que-
,dam excuſationis ſuæ opaca ſecreta faciem conditoris fugiat, dum
,non vult cognoſci quod fecit. In qua videlicet occultatione non ſe
,Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippè ne omnia vi-
,dentem videat, non autem ne ipſe videatur. Quo contrà cuique pec-
,catori iam exordium illuminationis eſt humilitas confeſſionis: quia
,ſibimet ipſi iam parcere renuit, qui malum non erubeſcit confiteri
,quod fecit: & qui defendendo accuſari potuit, accuſando ſe celer-
,rimè defendit. Vnde & mortuo Lazaro, qui mole magnâ preme-
Vide Hug. Vict. in Pſalmos c. 5. ,batur, nequaquam dicitur, Reviviſce; ſed, *Veni foras.* Ex qua ſcili- Ioa. 11. 43.
,cet reſurrectione, quæ geſta in illius eſt corpore, ſignatur qualiter
,nos reſuſcitemur in corde: cùm videlicet mortuo dicitur, *Veni foras*:
,vt nimirum homo in peccato ſuo mortuus, & per molem malæ con-
,ſuetudinis iam ſepultus, quia intra conſcientiam ſuam abſconſus iacet
per nequitiam, à ſemetipſo foras exeat per confeſſionem'. Et paulò
inferiùs ibidem expendens clauſulam, *Quaſi homo*, à beato Iob inter-
poſitam: 'Quia igitur (inquit) hæc occultationis culpa in humano
,genere vehementer excrevit, benè beatus Iob cùm diceret, *Si abſcon-*
,*di peccatum meum*, interpoſuit, *Quaſi homo.* Hominis quippè eſſe pro-
,priũ conſpicit, quod ex parentis veteris imitatione deſcendit'. Plura
huc ſpectantia videri apud eundem poſſunt capite proximè ſequenti
ibidem. Vnde planè perſpicitur, veriſſimè ab Auguſtino fuiſſe ſcrip-
tum;

Digitized by Google

tum; [p] 'Superbia habet confusionis deformitatem, & non habet confessionis humilitatem'. Itaque superbia non solùm est stantibus causa labendi, sed etiam lapsis causa non surgendi: sicut è contrario humilitas est stantibus causa perseverandi, & iacentibus causa resurgendi. Hinc Augustinus superiùs cap. 5. eiusdem libri ait: 'Sanato su-,perbiæ tumore resurgitur, si voluntas quæ ante experimentum de-,fuit vt permaneretur cum Deo, saltem post experimentum adsit vt redeatur ad Deum'. Voluntas vtique non de seipsa præsumens, sed in Domino confidens, subdita ei humiliter, & orans eum suppliciter. Ad quam voluntatem hominibus inspirandam, inspiratamque fovendam, tota sanctarum scripturarum series conspirat, dicente Augustino cap. proximè sequenti: 'Mirum est, quantum ista humilitas quâ ,subdimur creatori, ne tanquam eius adiutorio non egentes de nostris ,viribus præsumamus, per scripturas OMNES divinas curâ continuâ omnibus commendatur'.

[p] *Aug. l. VI. de Gen. ad lit. cap. 35.*

2. Testis huius veritatis est Apostolus, vbi ait: *Quæcunque scripta sunt,* Rom. 15. 4. *ad nostram doctrinam scripta sunt.* Quæ est enim nostra doctrina, ad quam omnia esse scripta testatur, nisi quam recolit Augustinus, cùm ait: ,[q] 'Hæc est tota scientia magna, hominem scire, quia ipse per se nihil est; & quicquid est, à Deo est, & propter Deum est'? Nec obstat quòd Apostolus ibidem consequenter adiungat, *Vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus*: vbi videtur doctrinam nostram, ob quam omnia scripta sunt, ad spem potiùs quàm ad humilitatem referre. Non enim eam intelligi spem voluit, quâ quis de suis viribus Philip. 3. 3. fidit, sed quam quis in solo Deo refigit. Hinc alibi ait: *Gloriamur in Christo Iesu, non in carne fiduciam habentes.* Unde cùm Dominus per Hier. 17. 5. Prophetam dixisset, *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum*: Paulò pòst ostendens in quo figenda sit spes, subdit: Hier. 17. 7. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Huius porrò spei tam arcta est cum humilitate, quàm cum propriarum virium diffidentia societas. *Quæcunque* igitur *scripta sunt, ad nostram* quidem *doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*: sed spem benignitate Dei nostri humiliter subnixam, & propriarum virium diffidentiæ superstructam. Cuiusmodi diffi-Iob. 7. 16. dentiam habebat, qui dicebat: *Desperavi, nequaquam vltrà iam vivam.* Quem locum elucidans Richardus Victorinus: [r] 'Desperasse se dicit ,(inquit) sed dubitas fortè de quo: de Domino, an de seipso? Audi ,ergo quid alibi dicat, & agnosces quàm fortiter in Domini confidê-Iob. 13. 15. ,tia fixus manebat: *Etiamsi occiderit me*, inquit, *in ipso sperabo.* Sperabit ,itaque, sed de Domino: desperabat nihilominus, sed de seipso. O ,quanta perversitas, de seipso præsumere, & de Domini pietate des-,perare! Si multum de tua virtute confidis, ibi te in altum erigis, & Matt. 21. 23. ,quasi ad instar montis intumescis; vbi te submittere, & velut vallem ,facere debuisses. Bonum est ergo dicere huic monti: *Tollere, & mitte-*Psal. 45. 3. ,*re in mare.* Propter eiusmodi montes *conturbatur terra, & transferuntur*

[q] *Aug. Concion. 1. in Psal. 70.*

Obiectio.

Diluitur.

[r] *Rich. Vict. lib. 1. de Erudit. hominis interior. cap. 21. Vide Greg. l. 8. Moral. c. 15. & 16.*

montes

,*montes in cor maris.* E contrà, ſi de Domini protectione diffidis, ibi ,proculdubiò ſatis pravè atque perversè vallem efficis; vbi collem, ,imò montem, & montem excelſum valdè, facere debueras. Vt igi- ,tur *ſint prava in directa, & aſpera in vias planas*, eiuſmodi *omnis vallis* *Iſa. 40. 4.* ,*implebitur, omnis mons & collis humiliabitur*; & tunc temporis *elevabitur* *Iſa. 2. 2.* ,*mons domus Domini ſupra verticem montium.* O quanta mentis altitudo, ,ô quanta fortitudo vel firmitas, in ſola Domini pietate confidere, & in eiuſmodi confidentia fixum manere'! Qui rurſus in ſuis ſuper Cãtica Annotationibus cap. 21. eundem Beati Iob locum præſenti propoſito accommodaturus, cùm præmiſiſſet illud eiuſdem, *Ecce non eſt* *Iob. 6. 13.* *auxilium mihi in me*, continuò ſubiecit: 'Vnde & alibi, quòd in ſe fi- ,duciam non haberet manifeſtat, dicens: *Deſperavi.* Qui per hoc quòd *Iob. 7. 16.* ,de ſe deſperavit, meliùs in divina ſpe convaluit. Quantum fideles de ,ſe diffidunt, tantum in divinæ ſpei adiutorio confidunt; & quantum ,de ſe infirmantur, tantum fortes ſunt & potentes in Deo. Sicut ,enim *quod ſeminatur non vivificatur, niſi priùs moriatur:* ita proficere vo- *1. Cor. 15.* ,lens non roboratur, niſi priùs in ſe infirmetur, & ex hoc humilietur: *36.* ,nec in Deo proficit, qui non priùs in ſe deficit, & defectum ſuum ,cognoſcit. Impoſſibile eſt igitur quempiam de ſeipſo triũmphare ,poſſe, donec experimento didicerit, propriâ ſe virtute obtinere non ,poſſe triumphum. Itaque infirmitatem cognoſcentibus, & per hoc ,ſe humiliantibus, & in ſe non confidentibus, robur præbet Chriſtus; ,vt carnaliter eſſe fortes deſinant, & ſpiritualiter convaleſcant. Jta ,dum de ſe deſperant, & in Chriſto ſperant, *mutant fortitudinem, & aſ-* *Iſa. 40. 31.* ,*ſumunt pennas vt aquilæ, atque volant.* Qui enim fortes fuerant in quæ- *Vide Greg. l. 8. Moral. c. 14.* ,rendis terrenis, fortes fiunt in appetendis ſupernis & cœleſtibus. *Ele-* *Iob. 7. 15.* ,*git ſuſpendium anima mea*, ait Beatus Iob, *& mortem oſſa mea*: quia dum ,intentionem ad ſuperna ſuſpendit, fortitudinem carnalem in ſe mor- ,tificavit. Hæc autem carnalis fortitudinis mortificatio, non ſtatim, ,nec ſine labore obtinetur: nemo enim repentè fit ſummus, nec ſcalæ ſummitas volando, ſed gradatim aſcendendo ſcanditur'. De hac graduaria aſcenſione loquens idem author lib. 1. de Eruditione interioris hominis cap. 22. ait: 'Diſce homo, diſce confidentiam tui (ſi ſubitò ,& ſemel non potes) gradatim ſaltem, & per temporum intervalla de- ,ponere: ſtude, ſatage de te humiliora ſemper magis magiſque ſen- ,tire, vt ad veram perfectamque humilitatem poſſis vel ſerò pertinge- ,re. Hæc ſunt conſummatæ charitatis inconcuſſa fundamenta: hæc ,ſunt æternæ ſecuritatis regnantis animæ firma munimenta. Depone ,arrogantiam, deprime ſuperbiam, contere perverſam illam de tua ,virtute fiduciam, iacta in Domino curam tuam: omnem virtutem, ,omnem fortitudinem, omnem induſtriam tuam reputa velut cinerem ,& favillam. Quid aliud novit favilla, quàm omni turbini cedere, ,imò ad quemlibet vel tenuem flatum diſſilire, quietiſque ſuæ locum ,deſerere? Congrua ſatis corruptelæ noſtræ forma, & imago conve- ,nienter expreſſa, in cinere & favilla. Vide quiſquis es, ne fortè oportet,

Digitized by Google

,teat, velis nolis, quandoq; interiùs vel exteriùs talem fore; interiùs ,apud te in tua exiſtimatione, vel exteriùs etiam coram alijs in tua ,actione: Interiùs, inquam, ex propoſito & ſtudio voluntatis, vel ex-,teriùs ex defectu & fluxu humanæ corruptibilitatis. Quàm multi ,ſunt, qui nullo modo ab altitudine propriæ æſtimationis deſcendunt, ,niſi tunc primùm cùm exteriùs in actione turpiter cadunt. Ad hoc ,namque proculdubiò nonnulli permittuntur in actione deformiter ,cadere, & aurum ſuum in argentum, argentum in æs, æs in ferrum, ,ferrum in teſtam mutare; vt ex proprio defectu quaſi per experimen-,tum diſcant, quid de propria virtute & fortitudine ſentire debeant'. Nec illud hìc prætereundum, quòd iuſtâ Dei vlciſcentis animadverſione frequenter contingat, ſuperborum faſtum, obſcenæ, & coram ipſis hominibus infamis luxuriæ permiſſione humiliari. Qua de re videri poteſt papa Gregorius lib. 26. Moral. cap. 13. & poſt eum Aëlredus Serm. 21. in caput 14. Iſaiæ. 'Quis neſciat (inquiens) luxuriã ,æquè vt ſuperbiam, æternam animæ mortem inferre? Attamen pe-,riculoſior iſta, quæ vt expellatur admittitur illa. Vix enim ſuperbus ,libidinis evadit voraginem; quæ ei vel erroris mercede iuſtè attri-,buitur, vel ad peſſimum illud vulnus ſanandum miſericorditer ad-,hiberi permittitur. Quoſdam enim qui *evanuerunt in cogitationibus* ,*ſuis, dicentes ſe ſapientes, cum ſtulti fuerint, tradidit* DEUS *in paſſiones igno-*,*miniæ, in immundtiam.* David quoq; cùm fortè, ſubditis ſibi alienige-,nis, animum ab innata ſibi humilitate altiùs extuliſſet, in Bethſabee ,reſultans amorem, quaſi de cœlo in cœnum ruit; tantò fæliciùs erigendus, quantò fuerat propriam infirmitatem expertus'.

Gregorius. Aelredus.

Rom. 1. 21. & 22. *Rom.* 1. 26.

3. Divinarũ ſcripturarũ fructũ & vtilitatem Timotheo Epheſiorum Præſuli deſcribens Apoſtolus: *Omnis ſcriptura*, inquit, *divinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docẽdum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.* Ubi iſtæ clauſulæ, *Ad docendum, ad arguendum* &c. non ſolùm ad alios curæ noſtræ commiſſos, ſed primò & maximè etiam ad noſipſos referendæ ſunt; ne ſubiaceamus increpationi eiuſdem Apoſtoli alibi cuidam dicentis: *Qui alium doces, teipſum non doces.* Vbi quod de doctione ſignatè expreſſit, de argutione ſeu correptione ſubintelligendum reliquit. Sicut enim ordo docendi, ita ordo arguendi ſeu corripiendi ordinem imitatur diligendi, dicente Auguſtino: [s]' Proximum vis ,corripere? Nihil eſt tibi teipſo propinquius. Quid is longè? Te habes ante te. Quid enim Dominus ait per ſcripturam? *Diliges proximum tuum, tanquam teipſum.* Si ergo teipſum non diligis, proximum ,quomodo diligis? Regulam dilectionis in proximum ex te accepiſti'. Si regulam dilectionis, proculdubiò non ſolùm doctionis, verumetiam argutionis & correptionis: quæ vtique ipſius ſunt officia dilectionis. Videantur quæ hùc pertinentia commemoravimus ex Bernardo ſuperiùs in præfatione. Quibus addi poteſt & illud Eccleſiaſtici: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Hunc ordinem Apoſtolus Eccleſiarum præpoſitis obſervandum commendavit, cùm diceret: *Attendite*

Vide Aug. in Prologo ſuper Pſalmos, & Baſil. Proœmio in eoſdem.

Rom. 2. 21.

Matth. 22. 39.

[s] *Aug. lib. 50. Homil. Homil.* 5.

Eccli. 30. 24.

tendite vobis, & vniverſo gregi. Tanquam diceret: A vobiſmetipſis attentio veſtra incipiat, vt inde in gregem ordinatè redundet. Sic & Deus ab initio cùm dixiſſet protoplaſtis, *Attendite ab omni iniquo*: tum demum, *Mandavit illis vnicuique de proximo ſuo.* Hanc itaque attentionem Divina vbique Scriptura inculcat: quæ ad inſtar ſpeculi oculis obverſi hominem ſibiipſi repreſentat: [t] 'Scriptura ſacra (ait Papa ,Gregorius) mentis oculis quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt in,terna noſtra facies in ipſa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra no,ſtra cognoſcimus; ibi ſentimus quantum proficimus, ibi à profectu quàm longè diſtamus'. Ad eandem ſpeculi metaphoram referri poteſt quod in libro Iob legitur: *Viſitans ſpeciem tuam non peccabis*: Speciem vtique in ſcripturarum tibi ſpeculo allucentem, quarum præſcripto ſi conformaris, formoſus es; ſi diſformaris, deformis: [u] 'Scrip,tura ſancta (inquit Auguſtinus) ſit tibi tanquam ſpeculum. Specu,lum hoc habet ſplendorem non mendacem, ſplendorem non adulan,tem, nullius perſonam amantem. Formoſus es, formoſum te ibi vi,des: fœdùs es, fœdũ te ibi vides. Sed cùm fœdus acceſſeris, & fœdũ te ,ibi videris, noli accuſare ſpeculũ, ad te redi, non te fallit ſpeculũ, tu te ,noli fallere. Iudica de te, contriſtare de tua fœditate: vt cùm abie,ris & diſceſſeris triſtis, fœdus; correctus poſſis redire formoſus. Cùm ,ergo iudicaveris teipſum ſine adulatione, iudica & proximum cum dilectione'. Et Serm. 112. de Tempore: 'Bonum habemus ſolatium ,(inquit) divinarum lectionem ſcripturarum: quia ſacrarum lectio ,ſcripturarum divinæ eſt præcognitio non parva beatitudinis. In his ,enim quaſi in quodam ſpeculo homo ſeipſum conſiderare poteſt, qualis ſit, vel quò tendat'. Et Tractatu de Tempore Barbarico cap. 3. ,'Proferatur (inquit) ſpeculum ſcripturæ divinæ. Speculum hoc ne,minem palpat: qualis es, talem te tibi demonſtrat. Intende, & vide: & ſi eſt aliquid quod offendat, abi confuſus, & redi correctus'. Et Concion. 1. in Pſal. 103. alloquens humanam animam ſub perſona ſponſæ ad ſponſi ſui Chriſti oſculum anhelantis: 'Vis (inquit) ei ,placere? Non potes quamdiu deformis es. Quid facies vt pulchra ſis? ,Priùs tibi diſpliceat deformitas tua, & tũc ab illo ipſo cui vis placere ,pulchra, mereberis pulchritudinem: ipſe enim erit reformator tuus, ,qui fuit formator tuus. Ergo priùs attende quę ſis, ne audeas ire fœda ,in pulchri oſcula. Et quid intuens, inquis, me videbo? Poſuit tibi ,ſpeculum ſcripturam ſuam: legitur ibi, *Beati mundi corde, quoniam ,ipſi Deum videbunt.* Speculum in hac lectione propoſitum eſt. Vide ſi ,hoc es, quod dixit. Si nondum es, geme vt ſis. Renunciavit tibi ,ſpeculum faciem tuam. Sicut Speculum non ſentis adulatorem, ſic ,nec te palpes. Hoc tibi oſtendit nitor ille, quod es. Uide quæ es: & ,ſi tibi diſplicet, quære vt non ſis. Si enim cùm fœda ſis, tibimetipſi adhuc diſplices, pulchro iam places'. Eâdem ſpeculi metaphorâ vtitur Papa Leo, ſeriò vnumquemque fidelem exhortans, vt [w] 'Omnem ,conſuetudinem ſuam in divinorum præceptorum lance conſtituat: ,vbi cùm alia interdicantur ne fiant, alia iubeantur vt fiant; iuſto ſe

Act. 20. 28.

Eccli. 17. 10. & 11.

[t] *Greg. l. 2. Moral. cap. 1. Vide eundem Homil. 17. in Evang.*

Iob. 5. 24.

[u] *Aug. Serm. 237. de Temp. c. 5. Vide l. 22. cont. Fauſtum. c. 60. & 65.*

Matth. 5. 8.

[w] *Leo Serm. de Quadrag. c. 4.*

Digitized by Google

,trutinabit examine, qui vitæ ſuæ mores ex vtriuſque ponderis com-
,paratione penſaverit. Artifex enim miſericordia Dei ſplendidiſſimũ
,in mandatis ſuis condidit ſpeculum, in quo homo faciem ſuæ mentis
,inſpiceret, & quàm conformis imagini Dei, aut quàm diſſimilis eſſet
agnoſceret'. Leoni conſonat Abbas Bernardus Serm. de 7. panibus,
quibus à Chriſto turba refecta eſt: 'Evangelium (inquiens) ob hoc *Bernardus.*
,ſcriptum eſt, vt legatur: nec ob aliud legitur, quàm vt rationabilem
,conſolationem vel deſolationem exinde capiamus. Eſt enim ſæcula-
,ribus conſolatio vana de terrenarum affluentia rerum, vana nihilo
,minùs de earum penuria deſolatio. At Evangelium ſpeculum veri-
,tatis nemini blanditur, nullum ſeducit; talem in eo ſe quiſque repe-
,riet, qualis fuerit: vt nec ibi timore trepidet vbi non eſt timor, nec
lætetur cùm malefecerit'. Huic metaphoræ ſpeculi ibidem ſubſequẽ-
Iacob.1. ter Bernardus accõmodat illam Iacobi Apoſtoli parænefim: *Eſtote fa-*
22.&ſeqq. *ctores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis au-*
ditor eſt verbi, & non factor; hic comparabitur viro conſideranti vultum na-
tivitatis ſuæ in ſpeculo: conſideravit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt
qualis fuerit. Vbi obſervatione dignum eſt, non dixiſſe Apoſtolum,
comparabitur fæminæ; ſed, *Viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in*
ſpeculo. Etenim fæmina diu curioſèq; immorari ſolet conſiderando in
ſpeculo vultui ſuo, eluendiſque maculis è ſpeculo ſibi, in ſe repręſen-
tatis: vir autem ita curſim in ſpeculum ſolet inſpicere, vt ſubitaneæ
impreſſionis abſcedens mox obliviſcatur. Simili porrò metaphora quâ
Divina Scriptura *Speculum* dicitur, etiam *Regula* interdum nuncupa-
Gal.6.16. tur. Sic Hieronymus interpretatur illud Apoſtoli ad Galatas, *Quicun-*
que hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos: [x] 'Ad normam (ait ille) *x Hier. lib. 3.*
,omnia diriguntur; & vtrum prava rectave ſint, cùm regula appoſita *Comment. in c.*
,fuerit, arguuntur. Ita & doctrina Dei quædam quaſi norma ſermo- *6. ad Galat. v.*
,nis eſt, quæ inter iuſta iudicat & iniuſta: quam qui ſecutus fuerit, ha- *16.*
bebit pacem in ſemetipſo, quæ ſuperat omnem ſenſum'. Eòdem ſpe-
ctat & illud Auguſtini: [y] 'Sancta Scriptura noſtræ doctrinæ regulam *y Aug. lib. de*
Rom.12.3. ,figit, ne audeamus *ſapere pluſquam oportet ſapere, ſed ſapiamus*, vt ait, *ad* *Bono Viduitat.*
temperantiam'. Et Serm. 12. de Verbis Apoſtoli cap. 2. ex perſona *cap. 1.*
hominis infirmi & in via Dei claudicantis loquens Deo: 'Greſſus
,meos dirige (inquit) quos ipſe meo arbitrio depravavi. Dirige ſecun-
,dùm verbum tuum. Quid eſt, dirige ſecundùm verbum tuum? Vt re-
,cti ſint greſſus mei, quia rectum eſt verbum tuum. Ego diſtortus ſum
ſub pondere iniquitatis, ſed verbum tuum eſt regula veritatis'.

4 Sed fortè non deerit qui prædicta teſtimonia ad ſolas legales ſcrip- *Obiectio.*
turas reſtringat, ad hiſtoriales autem, vel Prophetales, vel ſapientia- *Diluitur.*
les, minimè extendenda contendat. Sed inprimis Apoſtolus ſub ini-
tium præcedentis §. citatus, de *omni ſcriptura divinitùs inſpirata* aper-
tiſſimè loquitur. Deinde Gregorius poſt verba ibidem ex ipſo cita-
ta, hæc de eadem ſcriptura ſubijcit: [z] 'Narrat geſta ſanctorum, & ad *z Greg. lib. 2.*
,imitationem corda provocat infirmorum: dumque illorum victri- *Moral. cap. 1.*

Vide eundem Homil. 15. in Ezech. post medium, & Chrysost. Homil. 29. in Gen. & Aug. l. 3. de Doct. Christ. c. 23.

'cia facta commemorat, contra vitiorum prælia, debilia noſtra confirmat; fitque verbis illius, vt eò mens minùs inter certamina trepidet, quò anteſe poſitos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnunquàm verò non ſolùm nobis eorum virtutes aſſerit, ſed etiam cauſus innoteſcit: vt & in victoria fortium, quid imitando arripere; & rurſum videamus in lapſibus quid debeamus timere. Ecce enim Iob deſcribitur tentatione auctus, ſed David tentatione proſtratus: vt & maiorum virtus ſpem noſtram foveat, & maiorum caſus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenus dùm illa gaudentes ſublevāt, iſta metuentes premant; & audientis animus illinc ſpei fiduciâ, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate ſuperbiat, quia formidine premitur; nec preſſus timore deſperet, quia ad ſpei fiduciam virtutis exemplo roboratur'. Gregorio quoad hoc conſonat Auguſtinus toto penè libro 22. adversùs Fauſtum Manichæum, ſignanter cap. 96. ita ſcribens: 'Quid vtilius atque ſalubrius piè legentibus vel audientibus Sacras Litteras conſuli ac proſpici potuit, quàm vt non ſolùm in eis laudabiles homines ad imitandum, & reprehenſibiles ad cavendum proponerentur; verumetiam quædam bonorum declinationes & lapſus in malum, ſive itidem denuò correcti in viam redeant, ſive irrevocabiles maneant; & rurſus quædam malorum mutationes & provectus in bonum, ſive perſeveraturi, ſive in priſtina iterum relapſuri: vt neque iuſti in ſuperbiam ſecuritate extollantur, nec iniqui contra medicinam deſperatione obdurentur? At illa quæ neque ad imitandum neque ad cavendum facta hominum pertinent, & tamen in ſancta ſcriptura reperiuntur; aut ad illam connexionem poſita ſunt, quibus occaſionibus ad res neceſſarias veniatur; aut eo ipſo quo videntur ſuperflua, ſatis admonent, in eis quæri oportere myſticæ alicuius ſignificationis oraculum'.

Auguſtinus.

Sed obijciet fortè aliquis eundem ipſum Auguſtinum alibi dicentem: [a] 'Quis ignorat, in ſcripturis ſanctis, id eſt, legitimis, Propheticis, Evangelicis, & Apoſtolicis, authoritate canonicâ præditis, quædam ſic eſſe poſita vt tantùm ſcirentur & crederentur; vt eſt quòd *In principio fecit Deus cœlum & terram*, & quòd *In principio erat verbum*; & quæcunque facta divina vel humana tantummodò cognoſcenda narrantur: quædam verò ſic eſſe iuſſa vt obſervarentur & fierent, vel prohibita ne fierent; vt eſt, *Honora patrem & matrem*, & *Non mœchaberis*'? Et augetur difficultas ex ipſo Auguſtini ibidem proceſſu: cui cùm propoſitum fuiſſet, ex toto ſcripturarum corpore ſpeculum fidelibus iugiter inſpiciendum confiçere; vſqueadeò tamen non omnes ſcripturarum apices in iſto ſuo ſpeculo congeſſit, vt etiam integra quædam volumina (vt Geneſim & alia quædam hiſtorica) prætermiſerit. Cenſuit igitur, ſpeculi metaphorā non toti ſcripturæ, ſed quibuſdā duntaxat eius partibus & quaſi fragmentis congruere. Verùm hæc obiectio facilè diluetur, ſi ſcopus ab Auguſtino in ſuo ſpeculo intentus perpendatur, quem in Præfatione iam citata expreſſit his verbis: 'De his quæ ita ſunt poſita in litteris ſacris, vel iubendo, vel vetando, vel ſinendo; vt etiam nunc, id

Obiectio.

[a] *Aug. Præfat. in Speculum.*

Gen 1. 1. *Ioan. 1. 1.*

Exod. 20. 12. & 13.

Diluitur.

Digitized by Google

,eſt, tempore Noui Teſtamenti ad vitam piam exercendam moreſque ,pertineant ; hoc opus quod in manus ſumpſi componere aggreſſus ,ſum, vt quantum me Deus adiuvat, omnia talia de Canonicis libris ,colligam, atque vt facilè inſpici poſſint, in vnum tanquam ſpeculum congeram'. Non ergo Auguſtino propoſitum fuit vniverſas ſcripturas ad morum inſtructionem quoquo modo ſpectantes in ſpeculum congerere; ſed eas duntaxat, quæ ita iubent, aut vetant, aut ſinunt, vt etiam nunc Chriſtianos reſpiciant. Vnde & paulò pòſt ibidem ſubiungit: 'In hoc opere nec infidelem vel adducimus vel ædifica-,mus ad fidem, nec exercemus quibuſdam ſalubribus difficultatibus ,ingenium intentionemq; diſcentium: ſed eum qui iam credens obe-,dire Deo voluerit, vt hic ſe inſpiciat, admonemus; quantumque in ,bonis moribus operibuſq; profecerit, & quantum ſibi deſit, attendat'. Non ergo pro quovis hominum genere vel ſtatu ſpeculum componere Auguſtinus intendit; alioquin nullum ſcripturæ apicem prætermiſiſſet, cùm nullus ſcripturæ apex exiſtat quin alicui hominum ſtatui medicinam ſalutarem ſubminiſtret; ſi non in ſenſu litterali, ſaltem in morali, vel allegorico, vel anagogico: [b] 'Omnes (inquit Ambro-,ſius) ædificat Scriptura Divina. In ea invenit vnuſquiſque, quo aut vulnera ſua curet, aut merita confirmet'. Cui conſonat Chryſoſtomus Homil. 29. in Geneſim, dicens: 'Nulla eſt in humana natura ,vel corporis vel animæ paſſio, quę medicinam hinc accipere nequeat'. Et Homil. 36. in caput 5. Ioan. ad illa verba, *Vis ſanus fieri?* 'Maxi-,mum (inquit) diuinarum ſcripturarum præmium, maxima vtilitas: ,quod Paulus teſtatur, inquiens: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram do-,ctrinam ſcripta ſunt, ad quos fines ſæculorum deuenerunt; vt per patientiam ,& conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.* Omnium enim medici-,narum theſaurus Diuinæ ſcripturæ ſunt: & ſive ſtultitiam exuere, ſi-,ve affectus ſedare, ſive pecuniarum cupiditatem expellere, ſive do-,lores contemnere, ſive fortem animum induere, ſive adverſa æquo ,animo tolerare velimus, quamplurima hinc remedia invenire poſſu-mus'. Similia habentur apud Baſilium Epiſt. 1. ad Gregorium Theologum, & apud Hieronymum Epiſt. 34. ad Iulianum, & apud Bernardum Serm. 67. ſuper Cantica. Quibus conſonat & illud Auguſtini: [c] 'Quicquid homo extrà didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur; ſi vti-,le eſt, ibi invenitur. Et cùm ibi quiſque invenerit omnia, quæ vtiliter ,alibi didicit; multò abundantiùs ibi inveniet ea, quæ nuſquam om-,ninò alibi, ſed in illarum tantummodò ſcripturarum mirabili altitu-dine & mirabili humilitate diſcuntur'. Scriptura itaque divina non ſolùm pro ea parte quâ rerum gerendarum cavēdarumq; regulas præ-ſcribit, ſed etiam pro ea parte qua rerum geſtarum hiſtoriam texit, & pro ea quâ rerum futurarum prophetiam continet, & pro ea quâ rerum contemplandarum abdita pandit; ſemper & vbique imbecillitatis noſtræ nos admonet, & vt *ſub potenti Dei manu humiliemur* inculcat: 'Nulla enim ferè pagina eſt (ait lib. 3. eiuſdem operis cap. 23. ,Auguſtinus) ſanctoū librorū, in qua non ſonet, quòd *Deus ſuperbis re-*

Ioan. 5.7.

Rom. 15.4.

1. Pet. 5.6.

Iac. 4.6.

b *Ambroſius in Pſal. 48. v. 1.*

Chryſoſtomus. Vide Baſil. in proœmio ſuper Pſalmos.

c *Aug. lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. vlt.*

Digitized by Google

sistit, humilibus autem dat gratiam'. Vnde & Prosper magistri vestigijs insistens : [d] 'Manifestissimè (inquit) & prophetica, & Evangelica, & Apostolica doctrina, nec superbos nos vult esse, nec desides'. Ac per hoc vult nos per humilitatis viam ita incedere, vt nostri semper memores, nec elatione ventilemur, nec desperatione frangamur.

[d] *Prosper Epist. ad Demetriad. c. 15.*

Nemini dubium est, scripturas vniversas ad hoc fuisse hominibus provisas cælitusq; missas, vt in mundano hoc deserto peregrinantibus indicarent, quid ab eis exigat qui scripturas eis misit. Hoc igitur cõperto, consequenter apparebit, quisnam sit scopus ipsarum scripturarum. Dignatus est autem ipse author scripturarum etiam hoc ipsum per easdem indicare, dicens per Prophetam : *Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid* Dominus *requirat à te: vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum* Deo *tuo.* Primum quod requirit est, *Facere iudicium* : secundum, *diligere misericordiam* : tertium *sollicitè ambulare cum Deo.* De primo sic scribit B. Fulgentius : [e] 'Iudicium dicitur conventus, vbi accusatio & defensio cuiuslibet hominis agitatur : vnde necesse est, vt adiudicatus exeat, qui fuerit reus; & victor abscedat, qui probatur innoxius. Revertere igitur ad te, homo : In te quære accusationem, in te quære defensionem, in te quære iudiciũ: imò tu esto & accusator, & defensor, & iudex. Intra in secretarium cordis tui, vbi soli te vident oculi Domini Dei tui : ibi te accusa, vt valeas accusatione defendi : ibi te convince, vt victoriam possis adipisci : ibi te condemna, vt merearis absolvi : ibi te puni, si vis ab æternæ punitionis supplicio liberari. Fac in te, Christiane, verum rectumq; iudicium; sollicitè secreta tui cordis attende : Facta tua mala tibi ante oculos tuos pone : quæcunq; deleveras, in intimo libro tuæ recordationis recense frequenter ac relege, sine connivenția teipsum discute tuipse, & cogitationum tormentis afflige : Tu in te iustam sententiam prome; quicquid mali feceras peccando, puni veraciter pœnitendo : & iudex effectus peccatorum tuorum, quod facere solent iudices capitalibus reis, hoc ipse fac iniquitatibus tuis. Noli accipere personam tuam, cùm iudicas causam tuam. Sed cum severitate mala tua discute, cum vigore in peccata tua condemnationis sententiam prome; & peccata quæ in te condemnas, occide. Hoc est autẽ peccata occidere, peccatis deinceps nullatenùs obedire. Noli ergo esse peccatorum factor, & eris occisor; si verò fueris in peccata tua iudex iustus, de iusto Dei iudicio exies absolutus. Vt autem in teipsum possis iustum celebrare iudicium, audi Apostolum Paulum, qui docet quæ in te debeas opera mortificare, vt ad vitam valeas pervenire. Dicit enim : *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiã, quæ est idolorum servitus : propter quæ venit ira* Dei *in filios incredulitatis.* Ecce habes, homo, quæ in te iudices, habes quæ condemnes, quæ in te mortifices. Ista iudica, & non iudicaberis : ista condemna, & non condemnaberis : ista mortifica, & non morieris. Hìc esto severissimus

[e] *Ful. Serm. super verbis Michea,* Indicabo tibi *&c.*

5.

Mich. 6. 8.

Colos. 3. 5.

Digitized by Google

,rissimus iudex, hìc esto vehementissimus carnifex: illa rectè consi-
,derando iudica, abijciendo mortifica. Si enim peccata tua rectè
,consideraveris, iudicasti: si abiecceris, occidisti. Vt ergo defendas te,
,accusa te; vt absolvas te, iudica te: & vt ad victoriam perducas cau-
,sam tuam, considera conscientiam tuam: Agnosce iniquitatem
,tuam, mortifica concupiscentiam tuam, corrige vitam tuam; & re-
,ctè iudicando liberabis animam tuam'. Paulò diversè, non tamen ad-
versè de hoc iudicio differit in suis Miscellaneis Hugo Victorinus:
,f'Ausculta (inquiens) quale sit iudicium, quod facere iuberis. Pri- f Hugo Victor. lib. 1. Miscell. cap. 99.
,mùm est tibi iudicium faciendum de teipso, deinde inter te & proxi-
,mum tuum, postremò de proximo tuo. In eo iudicio quo iudicas
,teipsum, esse debes districtus: in eo iudicio quo iudicas inter te &
,proximum tuum, debes esse iustus: in eo iudicio quo iudicas proxi-
,mum tuum, debes esse pius. Teipsum iudicare debes hoc modo:
,Considera diligenter quid facis, & quid non facis; quid facere debes,
,quid facere non debes: postèà hæc ad invicem conferendo perpende,
,an idem sit quod facis, & quod debes; & an idem sit quod non facis,
,& quod non debes. Quòd si ita inveneris, gaude: si autem idem esse
,perspexeris, quod facis, & quod non debes; aut quod non facis, &
,quod debes, time. Inter te & proximum tuum hoc modo iudicare
,debes: Vide quid facias proximo tuo, & quid tibi faciat proximus
,tuus. Si ille tibi bonum facit, & tu illi bonum reddis, malus non es:
,si ille tibi malum facit, & tu illi malum reddis, bonus non es: si ille
,tibi bonum facit, & tu illi malum reddis, malus es: si ille tibi malum
,facit, & tu illi bonum reddis, bonus es. De proximo tuo hoc modo
,iudicare debes: Vide quicquid facit, an certum bonum, an dubium
,bonum; an certum malum, an dubium malum. Si certum bonum
,est, parvum, magnum; magnum, maius existimes: si dubium bonum
,est, verum puta: si certum malum est, magnum, parvum; parvum,
,minus iudica: si dubium malum est, bonum puta. Hoc est iudicium
,verum, iudicium bonum, iudicium Deo placitum: quod si tu illi nõ
,solùm discernendo, sed etiam faciendo, in sacrificium obtuleris; pla-
cabis iram, & consequeris gratiam'. Hæc ibi Victorinus. Qui & in-
frà ibidem circa secundum prædictorum requisitorum observat, non
fuisse dictum, facere misericordiam, sed *diligere misericordiam*: vt ni-
mirum qui proximo misericordiam impendit, non timore, sed amore
eam impendat. De eodem secundo requisito tractat & Fulgentius
Serm. proximè citato cap. 5. De tertio verò, quod est, *Sollicitè cum Deo ambulare*, tractat subsequente cap. 6. 'Ambulat cum Deo (inquiẽs) Fulgentius.
,qui bonis moribus & operibus proficit; qui cœlestia terrenis, & æter-
,na temporalibus anteponit. Sed oportet vt vnusquisque *sollicitus am-*
Rom. 11. 20. ,*bulet*, id est, vt *non altum sapiat, sed timeat*; vt superbiam fugiat, &
,boni nihil suis meritis tribuat; sed in omnibus quæ benè egerit, Dei
,gratiam recognoscat. Ista sollicitudo facit hominem cum Christo
,per viam humilitatis incedere, & ad regni cœlestis altitudinem per-
venire'.

venire'. Via iſta humilitatis præcipitijs vtrinſecùs circundatur,& ideò per eam incedentibus ſollicitudo indicitur : [g] 'Poſtquam fecerit homo iudicium & iuſtitiam (inquit Hugo Victorinus) neceſſaria eſt ei ,vigilantia, ne laxetur per torporem , vel corruat per elationem : vt ,*ſollicitus ambulet cum Deo ſuo* , ſubditus ei , & orans eum'. Appoſitè Chryſoſtomus viam noſtram extento funi aſſimilat , per quem circulatores in theatris incedunt: [h] 'Omni ex parte (inquiens) nos componamus: & ſicut eos qui ſuper funem intenſum ingrediuntur , ne parum quidem licet eſſe ſocordes (nam quod parum eſt,magnum affert ,damnum : everſus enim præcipitatur , & ſtatim perit) ita nec fieri ,poteſt vt nos ſimus ſocordes & deſides. Anguſtam ingredimur viam, ,præcipitijs vndique circundatam , quæ ſimul duos non capit pedes. Vides quantâ ſit nobis opus diligentiâ'. Et pauculis interpoſitis inferiùs ibidem rurſus : 'Magnum eſt vitij profundum, magna præcipitia, ,magnæ inferiùs tenebræ : anguſtias obſervemus , cum timore & tremore ambulemus'.

[g] *Hugo. Vict. lib. 4. Erudit. Theolog. ex 2. Miſcell. c. 56.*

[h] *Chryſoſt. Homil. 9. in Epiſt. 1. ad Theſſalon.*

Hunc ſalubrem timorem Dominus per Prophetam ab vnoquoque requirit, in verbis : *Sollicitum ambulare cum Deo tuo* : [i] 'Vt nimirum (ſi- Mich. 6. 8.
,cut Hieronymus ait) nunquam ſecurus ſis , vt omni obſervantiâ cu- ,ſtodias cor tuum, vt conſideres quoniam in medio laqueorum ambu- ,las , & ſub murorum pinnis ingrederis; vt illud quotidie mediteris, ,*Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Superbis* enim *reſiſtit Deus, humilibus autem dat gratiam*'. Eundem timorem inculcat Pſalmographus, quibus ait : *Servite Domino in timore.* Eundem commendat & Apoſtolus vbi ait : *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* Vbi dicendo, *Operamini*, deſidiam præcidit; dicendo, *Cum metu & tremore*, ſollicitudinem ingerit. Quod itaque Prophetæ eſt, *Sollicitè cum Deo ambulare* , hoc ipſum Pſalmographo eſt, *Servire Domino in timore* ; hoc denique Apoſtolo eſt , *cum metu & tremore ſalutem operari.* Vis ſcire huius timoris ſollicitudiniſve rationem ? Audi quid ibidem ſubtexat Apoſtolus : *Deus eſt* ENIM (ſubdit) *qui operatur in vobis & velle & perficere.* Et ne putares Deum pro aliqua ſua neceſſitate vel vtilitate id facere , ſubdit continuò, *Pro bona voluntate.* Jdeò igitur cum timore & tremore, quia Deus eſt qui operatur ; non pro aliqua neceſſitate ſua vel vtilitate , ſed pro libera & gratuita ſua voluntate : [k] 'Tanquam ,ergo interrogaretur Apoſtolus (inquit Auguſtinus) & diceretur ei : ,Quare dixiſti , *Cum timore & tremore* ? Horum verborum rationem ,reddidit, dicens : *Deus eſt enim qui operatur in vobis.* Si enim timetis & ,tremitis , non extollimini tanquam de veſtris operibus bonis : quia *Deus eſt qui operatur in vobis*'. Et lib. de Natura & Gratia cap. 27. 'Cę- ,tera vitia (inquit) tantùm in malefactis valent , ſola autem ſuperbia ,etiam in rectè factis cavenda eſt. Vnde admonentur illi, ne dona Dei ,ſuæ poteſtati tribuendo ſeſeque extollendo graviùs pereant, quàm ſi ,nihil operarentur boni, quibus dicitur, *Cum timore & tremore veſtram ,ipſorum ſalutem operamini : Deus enim eſt qui operatur in vobis & velle & operari*

[i] *Hier. Dialog. 2. contra Pelag. c. 9.*

[k] *Aug. lib. de Grat. & libero arbit. cap. 9.*

6.

Pſal. 139. 6.
Iacob. 4. 6.
Pſal. 2. 11.
Philipp. 2. 12.

Digitized by Google

,operari pro bona voluntate. Quare ergo *cum timore & tremore*, & non po-
,tiùs cum ſecuritate, ſi *Deus operatur*; niſi quia propter voluntatem no-
,ſtram, ſine qua benè non poſſumus operari, citò poteſt ſubrepere ani-
,mo humano, vt quod benè operatur, ſuum tantummodò exiſtimet:
Pſal.29.7. & dicat in abundantia ſua, *Non movebor in æternum*? Et inferiùs ibi-
Rom.10. dem cap. 32. 'Finis legis Chriſtus (inquit) *ad iuſtitiam omni credenti*: qui
4. ,dixit: *Ego ſum via.* In qua iam ambulantes tamen terruit vox divina,
Ioã.14.6. ,ne quaſi de proprijs in ea viribus extollantur. Nam quibus propter
Philipp.2. ,hoc ait Apoſtolus, *Cum timore & tremore veſtram ipſorum operamini ſa-*
12. ,*lutem: Deus enim eſt qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volun-*
Pſal.2.11. ,*te*: eis propter hoc ipſum dicit etiam Pſalmus, *Servite Domino in timo-*
,*re, & exultate ei cum tremore: Apprehendite diſciplinam, nequando iraſca-*
,*tur Dominus, & pereatis de via iuſta, cum exarſerit in brevi ira eius ſuper vos.*
,Non ait, Nequando iraſcatur Dominus, & non vobis oſtendat viam
,iuſtam; aut non vos introducat in viam iuſtam: ſed iam il-
,lic ambulantes ſic terrere potuit, vt diceret: *Ne pereatis de via iuſta.*
,Vnde, niſi quia ſuperbia (quod toties dixi, & ſæpè dicendum eſt)
,etiam in ipſis rectè factis cavenda eſt, id eſt, in ipſa via iuſta: ne homo,
,dum quod Dei eſt deputat ſuum, amittat quod Dei eſt, & redeat ad
,ſuum'? Quid autem ſit homini ſem redire ad ſuum, exponit idem Au-
guſtinus Tract. 5. in Ioan. ſub initium, & ex ipſo Proſper Sententia
323. & ex vtroque Synodus Arauſicana cùm ait: [l]'Nemo habet de
ſuo, niſi mendacium & peccatum'. Et ſubſequenter exponens quid
homini ex Deo ſit, adjcit:' Si quid autem habet homo veritatis
,atque iuſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire in hac eremo'.
Quam fidei doctrinam luculentè ſuo more Papa Leo exprimit in ſuis
Sermonibus dicens: [m]' Cùm in ſingulorum fidelium profectibus di-
,vinorum elucet cuſtodia mandatorum, impleturque quod dictum eſt,
Matth.5. ,*Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & mag-*
16. ,*nificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt*: quis illic non præſentem intelli-
,gat maieſtatem, vbi veram videt apparere virtutem? Quæ vtique ſi-
,ne Deo nulla eſt; nec proprietatem obtinet dignitatis, niſi ſpiritu ſui
Ioã.15.5. ,vegetetur authoris. Dicente enim diſcipulis ſuis Domino, *Sine me*
,*nihil poteſtis facere*, dubium non eſt, hominem bona agentem, à Deo
,habere & effectum operis, & initium voluntatis. Vnde & Apoſto-
Philipp.2. ,lus, copioſiſſimus fideliũ cohortator: *Cum timore*, inquit, *& tremore ve-*
12. ,*ſtrã ſalutem operamini: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari,*
,*pro bona voluntate.* Et hæc ſanctis cauſa eſt tremendi atq; metuendi: ne
,ipſis operibus pietatis elati deſerãtur ope gratię, & remaneant in infir-
mitate naturæ'. Neſcio quid manifeſtius dici potuiſſet contra eos qui
contendunt, nunquam ita à Deo deſeri homines ſuperbientes, vt non
eis ſubminiſtret gratias ſufficientes. Ne igitur ob ſuperbiam deſeramur
ope gratiæ, & remaneamus in infirmitate naturæ, audiamus ſalva-
Matth.5. torem cuique noſtrum inſonantem: *Eſto conſentiens adverſario tuo citò,*
25. *dum es in via cum eo: ne forte tradat te adverſarius iudici, & iudex tradat te*

Vide Rich. Vict. in Beniamin minore cap. 50.

[l] *Synod. Araus. can. 22.*

[m] *Leo Serm. 8. de Epiphania cap. 2.*

Vide Proſp. Epiſt. ad Demetrad. cap. 16.

ministro; & in carcerem mittaris. Sed quis est iste adversarius, cui consentire in via iubemur? An fortè diabolus, de quo Petrus ait fidelibus, *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret?* 1. Pet. 5. 8. Sed quomodo diabolus potest dici adversarius cui consentire in via iubemur, cùm Petrus ibidem continuò subiungat: *Cui resistite fortes in fide?* 1. Pet. 5. 9. Rectè proinde & appositè ad præsentem nostrum scopum Augustinus cum suis discipulis, per *adversarium* intelligit scripturam divinam. Qua de re sic scribit Papa Gregorius: [n] 'Adversarius ,noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desiderijs in ,præsenti vita. A quo ipse liberatur, qui præceptis eius humiliter ,subditur. Alioquin adversarius iudici,& iudex tradet exactori: quia ,ex Sermone Domini contempto reus peccator tenebitur in examine ,iudicis. Quem iudex exactori tradet, quia hunc maligno spiritui ad ,vltionem tradi permittet; vt compulsam animam ipse ad pœnam de corpore exigat, quæ ei ad culpam sponte consensit'. Eadem interpretatio ijsdem planè verbis habetur apud Bedam lib. 4. in caput 12. Lucæ ad vers. 58. Eadem quoad rem ipsam, licet alijs verbis, habetur apud Novatum Homil. de Humilitate & obedientia, paulò post medium: 'Non nos docet (ait ille) vt simus consentientes adversario ,nostro diabolo: sed docet vt consentientes simus adversario præcep-,to divino; quod adversatur malis nostris, & adversatur consuetudini nostræ, & adversatur iniquitatibus nostris'. Sed omnium accuratissimè hanc *Adversarij* pro Divina Scriptura vsurpationem Augustinus expendit lib. 1. de Sermone Domini in monte cap. 11. eamque cæteris præferendam censet, iuxta quas eo nomine intelligi posset vel diabolus, vel homo, vel caro, vel Deus. Eandem rursus astruit Serm. 1. de Verbis Domini, & lib. 50. Homiliarum Homil. 5. Atque hinc stabilitur quod de scripturarum scopo hactenus tradidimus. Ideò quippè Scriptura Divina vocabulo *Adversarij* à Christo expressa est, quia instar speculi oculis obversi vnicuique suam manifestat imperfectionem, *Arguens eum, & statuens contra faciem suam.* Psal. 49. 21.

[n] *Greg. Homil. 39. in Evangelia.*

Beda. Vide eundem Præfat. in Psalterium.

Novatus. Extat Tom. 2. Biblioth. SS. PP. nuperæ Editionis Paris.

Augustinus.

CAPVT XV.

Doctrina superiori capite tradita vberiùs elucidatur, & documentis de vnaquaque Scripturarum variè sectarum portione excerptis constabilitur.

PRo maiori elucidatione eorum quæ superiori capite de Scripturæ divinæ scopo tradidimus, operæ pretium fuerit eandē Scripturam per classes partiri, & inductione per singulas formandâ præassertam doctrinā stabilire. Varias porrò Scripturę partitiones Theologi comminiscuntur: quarum illa notissima est, quâ in Vetus & Novum Testamentum bipartitur. Horum præterea quodlibet in quatuor 1.

Digitized by Google

tuor partes dividitur, ijſdem reſpectivè vocabulis nuncupatas: vt nimirum Scripturarum tam Veteris quàm Novi Teſtamenti quædam dicantur Legales, quædam Hiſtoriales, quædam Sapientales, quædam Prophetales. Veteris Teſtamenti Legales Scripturæ cenſentur quinque libri Moyſaici, Pentateuchum conficientes; quanquam liber Geneſeos magis videatur Hiſtorialis quàm Legalis. Hiſtoriales, Ioſue, Iudices, Ruth, Reges, Paralipomenon, Eſdras, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, Machabæi; quanquam Iob non malè Sapientialibus annumerari queat. Sapientales, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus. Prophetales, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores. Novi Teſtamenti Legales cenſentur, quatuor Evangelia. Hiſtorialis, Actus Apoſtolorum: Sapientales, Epiſtolæ Paulinæ, cum Canonicis. Prophetalis, Apocalypſis. Aureolus in Prologo Breviarij Biblici art. 3. octimembrem totius Scripturæ partitionem inſtituit: ſeximembrē quidem Teſtamenti Veteris, bimembrem Novi. E ſex porrò partibus in quas Teſtamentum Vetus diſtribuit, prima ei politica eſt ſeu legiſlativa, continens Pentateuchum Moyſaicum: Secunda Chronica ſeu enarrativa, continens Ioſue, Iudices, Ruth, Reges, Paralipomenon, Eſdram, Tobiam, Iudith, Eſtherem, Machabæos: Tertia Hymnidica ſeu decantativa, continens Pſalterium, Threnos, & Canticum Canticorum: Quarta prophetica ſeu declamativa, continens Prophetas tam maiores quàm minores; exceptis Threnis, quos hymnidicis annumerat: Quinta dialectica ſeu diſputativa, continens Iob & Eccleſiaſten: Sexta ethica ſeu conſultativa, continens Proverbia, Sapientiam, & Eccleſiaſticum. E duabus partibus Teſtamenti Novi, prima ei teſtimonialis eſt ſeu atteſtativa, continens Tetrateuchum Evangelicum: Secunda epiſtolaris ſeu deſtinativa, continens Paulinas & Canonicas Epiſtolas, cum Actibus Apoſtolorum & Apocalypſi: quos duos poſtremos libros ex proprijs eorum exordijs probare conatur Epiſtolaribus annumerandos. Eſt & alia quædam ſcripturarum partitio, antiquioribus quibuſdam Tractatoribus vſitata: quâ Vetus Teſtamentum in Legem, Prophetas, & Hagiographos tripartitur: & Novum ſimiliter in Evangeliſtas, Apoſtolos, & Patres. De hac partitione videri poteſt Hugo Victorinus in *Speculo Eccleſiæ* cap. 8. & lib. 4. Didaſcalicarum cap. 2. nec non Richardus Victorinus (ſi tamen ipſe, & non Hugo vel alius operis author ſit) lib. 2. Exceptionum cap. 9. Vbi & illud circa tertium Novi Teſtamenti membrum rectè obſervat, 'Scripta Patrum in Textu divinarum ſcripturarum non computari'. Cùm verò eandem obſervationem ſuam etiam ad Hagiographos Veteris Teſtamenti, ſignanterque ad librum Sapientiæ extēdit, non tam ex ſua quàm ex Veterum quorundam ſententia loqui cēſendus eſt. Hugo porrò Victorinus in præcitato *Eccleſiæ ſpeculo* capite iam memorato, hanc ſuæ partitioni ſententiam præmittit, præſenti noſtro propoſito accommodam: 'Sicut oculus lumen appetit; ita

Aureolus.

Hugo Victor.

Rich. Victor.

Hugo Victor.

›anima verum videre, vt bonum proprium, desiderat: quod cognoscere ›& amare, eam facit fælicem. Sed fallitur dum quærit cognoscere ve›rum aliquod, cuius cognitio non facit beatum, nec ad esse beatum cō›ducit. Sunt enim diversa genera veri: vt est verum curiositatis, cu›piditatis, & iniquitatis; quorum nullum bonum est. Est autem quod›dam genus veri, vt in cognitione omnium artium liberalium, quod ›quidem bonum est, nec tamen summum bonum est, quia eius notitia ›nequaquam facit beatum. Huius autem veri verè boni cognitionem ›habendam Sacra ministrat Scriptura: quæ docet hominem, SEIPSVM COGNOSCERE, & creatorem suum. Se cognoscere præcedit, & ›via est: creatorem autem perfectè cognoscere, patria est: vnum, me*Aureolus.* ritum; alterum, præmium'. Aureolus superiùs hìc citatus octonas ibidem subsequenter extruit domos, quasi totidem scholas, Sacrarum Scripturarum studiosis frequentandas: Prima domus ei lapidea est, correspondens parti scripturarum politicæ seu legislativæ: Secunda lignea, parti chronicæ seu enarrativæ: Tertia eburnea, parti Hymnidicæ seu decantativæ: Quarta nubea, parti propheticæ seu declamativæ: Quinta aurea, parti ethicæ seu consultativæ: Sexta bellica, parti logicæ seu disputativæ: Septima cœlica, parti testimoniali seu attestativæ: Octava denique rorida, parti epistolari seu destinativæ. Et assignatis ibidem singulorum epithetorum rationibus subiungit Aureolus ibidem versùs finem: 'Sic igitur in octo scholis & octo ›domibus suprà dictis docet nos Dominus vias suas. De qua quidem ›inexplicabili doctrina in istis octo domibus comprehensa, & vijs in›scrutabilibus sapientiæ quæ in istis libris docetur, Hieronymus per ›modum cuiusdam brevis epilogi loquitur in Proœmio super Psal›mos, & ait: Quid hìc non inveniatur, quod faciat ad vtilitatem aut ›ad ædificationem humani generis, conditionis, sexus, ætatis? Habet ›enim hìc infans quid lactet, puer quid laudet, adolescens quid corri›gat, iuvenis quid sequatur, senior quid precetur. Hìc discet fæmina ›pudicitiam, pupilli invenient pietatem, viduæ iudicem, pauperes pro›tectorem, advenæ custodem. Hìc inveniunt Reges quid audiant, iu›dices quid timeant. Hìc tristem consolatur, lætum temperat, iratum ›mitigat, pauperem recreat, divitem VT SE AGNOSCAT, increpat; ›omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit: nec peccatorem ›despicit, sed remedium ei per pœnitentiam ingerit. Post hæc ›Deus ostenditur, simulachra irridentur, fides asseritur, perfidia repu›diatur, iustitia ingeritur, iniquitas prohibetur, misericordia laudatur, ›crudelitas abdicatur, veritas requiritur, mendacium damnatur, dolus ›accusatur, pœnitentia prædicatur, pax sequenda promittitur, spes ›certa nutritur: &, quod his omnibus est excellentius, Christi sa›cramenta laudantur'.

2. Duplici potissimùm nos morbo obnoxios reddidit primi parentis inobedientia: vni ignorantiæ, alteri infirmitatis: de quibus Augustinus in Enchiridio loquens ait: ° 'Ex his morborum non vbertatis

° *Aug. Enchir. cap. 24.*

sed

ſed indigentiæ fontibus omnis miſeria naturæ rationalis emanat'. Ignorantia porrò iſta non tantùm circa ea quæ extra nos ſunt, ſed primò & maximè circa noſipſos aciem mentis noſtræ obtenebrat: [p] 'Sic ,animus (vt canit Proſper) cui lumen erat de lumine ſummo, arbitriũ ,involvit tenebris: & luce relictâ, conſilio legit tetræ nigreſcere no-,ctis. Nec iam captivos oculos extollere in altum ſponte poteſt: quo-,niam hoc etiam, ſpoliante tyranno, perdidit; vt quanto iaceat ſub vulnere norit'. Et reſponſione ad Capitulum 6. Gallorum, de ipſo arbitrio tenebris involuto diſceptans: 'Priùſquam (inquit) à domina-,tione diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo iacet, in ,quod ſe ſuâ libertate demerſit. Amat ergò languores ſuos, & pro ,ſanitate habet, quòd ægrotare ſe neſciat; donec prima hæc medela conferatur ægroto, vt incipiat noſſe quòd langueat'. Primam hanc medelam Scriptura ægroto miniſtrat: vt in ſuis Didaſcalicis tradit Hugo Victorinus, ſic ſcribens: [q] 'Geminus eſt divinæ lectionis fru-,ctus: quia mentem vel ſcientiâ erudit, vel moribus ornat: docet ,quòd ſcire delectet, & quòd iuvari expediat. Quorum alterum, id ,eſt, ſcientia, magis ad hiſtoriam & allegoriam: alterum, id eſt, inſti-,tutio morum, ad tropologiam magis reſpicit. Omnis Divina Scriptura refertur ad hunc finem'. Verum eſſe hoc poſtremum Victorini dictũ, facilè perſpiciet, qui per ſingula membra præmemoratarum partitionũ decurret. Ac inprimis vt à Legalibus ſcripturis incipiamus, ſignanterque à Geneſi, quæ omnium prima eſt: præter ea quæ ſuperioribus capitibus inde excerpſimus, & præſenti propoſito ſparſim accommodavimus; occurrit nunc ipſa Noëticæ Arcæ hiſtoria, quâ admonemur & inſtruimur, vt ſi ſalvi eſſe velimus à mundanis diluvijs, cor noſtrum intremus per vigilem diſcuſſionem: [r] 'Arca (ait alibi ,idem Victorinus) eſt anima. In arca debemus ſalvari, ad ipſam re-
Iſa. 46. 8. deuntes: ſicut ſcriptũ eſt, *Redite ad cor prævaricatores*'. Extant ſub nomine eiuſdem authoris quatuor libri *de Arca* intitulati, & totidem alij *de Anima* inſcripti: in quibus non pauca huc ſpectantia ſtudioſus veritatis inveniet. Exhibeo hìc vnum locum ex lib. 4. de Arca cap. 8. deſcriptum: 'Nemo fidens conſcientiæ ſuæ dicat: Quid mihi cum hac arca? ,Exſiccatum eſt in me diluvium carnalis concupiſcentiæ. Qui foris eſt, ,neſcit quid intus agatur: ſed ſi redierit homo ad cor ſuum, inveniet ,ibi tempeſtuoſum ſalum ſævis inundantium paſſionum & deſiderio-,rum malorum procellis exagitari; quæ toties animum deorſum mer-,gunt, quoties eum per conſenſum ſibi ſubijciunt. In omni enim ho-
Gal. 5. 17. ,mine, quamdiu in hac vita corruptibili vivit vbi *caro concupiſcit adverſùs ſpiritum*, hoc diluvium eſt; vel potiùs omnis homo in hoc di-,luvio eſt: ſed boni in eo ſunt ſicut ij qui in mari portantur à navibus, ,mali verò in eo ſunt ſicut naufragi qui volvuntur in fluctibus. In bo-,nis quidem aquæ huius diluvij in hac vita minui incipiunt, & ſecun-,dùm differentiam gratiarum in ſingulis plùs minùſve decreſcunt: ,plenè tamen nunquam exſiccari poteſt terra humani cordis, quamdiu in

[p] *Proſp. lib. de Ingrat. c. 40. Vide eundem l. cont. Collat. cap. 8.*

[q] *Hugo Victor. lib. 5. Didaſc. cap. 6.*

[r] *Hug. Vict. l. 1. Allegor. in Geneſim c. 14.*

Digitized by Google

»in hac vita vivunt. Et ideò *columba emissa non invenit hic vbi requiescat* Gen. 8. 9.
» *pes eius*, sed semper ad arcam revertitur: quia mens pura, dum in hoc »mundo nihil reperire potest vbi affectionis suæ pedem securè figat, »diu extra custodiam internæ meditationis morari reformidat: sed si »fortè aliquando per cogitationem exiverit, citò, quasi columba avo»lans & elongans, ad solitudinem conscientiæ redit, ibique à strepitu exteriori quasi in arca à fluctibus requiescit'. Videri præterea potest Ambrosius in speciali opere quod *de Noë & Arca* conscripsit: & rursus in alio quod *de Isaac & Anima* intitulavit. Sed his pro nunc omissis transeamus ad Abraham, quem fidelibus in exemplum fidei ac devotionis Apostolus Paulus aliquoties proponit. Huic à Deo dictũ fuisse legimus, atque in eo cunctis fidelibus: *Ambula coram me, & esto* Gen. 17. 1.
perfectus. Quod quid est aliud, quàm quod superiori capite ex Michęę prophetia descriptum expendimus: vt nimirum vnusquisque invigilet, *sollicitè ambulare cum* Deo *suo*. Etenim perfectio, Abrahæ à Deo Mich. 6. 8.
commendata, ipsa est sollicitudo apud Michęam ab vnoquoque requisita. Testatur quippè Augustinus, [1] 'Virtutem quæ nunc est in homi»ne iusto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionem per»tineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio'. Sed quia de hac sollicitudine satis multa in præcedentibus dicta sunt, sufficiet nunc advertisse, hanc ipsam commendari Abrahæ etiam illis verbis, *Coram me*. Qui enim coram Deo ambulare se advertit, cordis sui sinus sollicitè perscrutatur, ne fortè aliquid ibi delitescat, quod Deo coram quo ambulat displiceat. Acquiescit ergo talis monito Papę Leonis, sapienter ac salubriter dicentis: [2] 'Scru»tetur quisque conscientiam suam, seque ante se statuat proprij censu»râ iudicij. Videat si in secreto cordis sui illam quam Christus dat in»venit pacem, si desiderium spiritus nulla concupiscentia carnis im»pugnat, si humilia non spernit, si alta non appetit, si iniquo non de»lectatur lucro, si immoderato rerum suarum non gaudet augmento: »si deniq; alienâ fælicitate non vritur, aut inimici miseriâ lætatur. Et »cùm harum perturbationum nihil in se fortè repererit, sincero disqui»rat examine, qualium cogitationum specie frequentetur; & vtrùm »nullis vanitatum imaginibus acquiescat, vel quàm citò animum ab »ijs quæ noxiè blandiuntur abducat: Nam nullis illecebris com»moveri, nullis cupiditatibus titillari, non est istius vitæ, quæ tota »tentatio est, & quâ nimirum vincitur, qui vinci ab eadem non vere»tur. Superbum est enim, de non peccandi facilitate præsumere; cùm hoc ipsum præsumpsisse, peccatum sit'.

[1] *Aug. lib. 3. ad Bonif. cap. 7.*

[2] *Leo Serm. 3. de Quadrag. c. 1. Videeundem Serm. 8. de Epiphan. cap. 2.*

Jn eadem Genesi post documentum Abrahæ datum, sequitur aliud 3.
Nepoti eius Loth de Sodomis egredienti exhibitum, dicentibus ei
Angelis eductoribus: *Salva animam tuam: Noli respicere post tergum, nec* Gen. 19.
stes in omni circà regione; sed in monte salvum te fac. Sed quis ille mons 17.
est, in quo solo salvare se iubetur egrediens de Sodomis, nisi de quo

Richar-

Digitized by Google

Richardus Victorinus ait: v'Magna altitudo ſcientiæ, ſeipſum per ,fectè cognoviſſe: Mons magnus & altus, plena cognitio rationalis ſpiritus'? Dum ergo Loth ſe in monte ſalvare iubetur, & in eius aſcenſu retroſpicere prohibetur; vnuſquiſque noſtrûm vt ſe noſcat admonetur, atque à curioſa exteriorum indagine cohibetur. Hunc montem cognitionis ſui idem Victorinus ſequentibus capitibus comparat monti excelſo, in quem Chriſtus cum diſcipulis transfigurandus aſcendit: 'Sequere Chriſtum (ait inferiùs cap. 77. & 78.) qui- ,cunque cupis aſcendere in montem iſtum. Docente Evangeliſtâ di- Mat. 17. 1. ,dicimus, *Quia aſſumpſit Ieſus diſcipulos ſuos, Petrum* videlicet, *Iacobum,* ,*& Ioannem, & duxit eos in montem excelſum ſeorſum.* Ducuntur ergo diſ- ,cipuli Ieſu ſurſum & ſeorſum, vt poſſint apprehendere montem iſtum ,excelſum. Via ardua, via ſecreta, & multis incognita, quæ ducit ad ,montis huius faſtigia. Illi ſoli (vt arbitror) ſine errore currunt, illi ,ſoli ſine impedimento perveniunt, qui Chriſtum ſequuntur, qui à ,veritate ducuntur. Quiſquis ad alta properas, ſecurus eas, ſi te præ- ,cedit veritas: Nam ſine ipſa fruſtrà laboras. Tam non vult fallere, ,quàm non valet veritas falli. Chriſtum ergo ſequere, ſi non vis er- ,rare. Sed ne te perterreat vel retrahat labor itineris, difficultas aſcen- ,ſionis; audi & attende quis ſit fructus perventionis. In huius mon- ,tis cacumine Ieſus transfiguratur: in ipſo Moyſes cum Elia videtur, ,& ſine indice vterque cognoſcitur: In ipſo vox Patris ad filium au- ,ditur. Quid horum non mirabile? Quid horum non deſiderabile? ,Vis videre Chriſtum transfiguratum? Aſcende in montem iſtum, ,diſce cognoſcere teipſum. Vis videre, & abſque vllo indice cognoſce- ,re Moyſen & Eliam: Vis abſque doctore, ſine expoſitore, intelli- ,gere legem & prophetiam? Aſcende in montem iſtum, diſce cognoſ- ,cere teipſum. Vis paterni ſecreti audire arcanum? Aſcende in mon- tem iſtum, diſce cognoſcere teipſum'. In vxore porrò Loth retrò contra documentum præexhibitum reſpiciente, documentum nobis datur ſollicitè ambulandi, nec curioſè in exteriora nos effundendi: ,w'Quando ſcatet tentationibus mundus (inquit Auguſtinus) velut ,pluviâ Sodomæ ſulphureâ, metuendum eſt exemplum vxoris Loth. ,Retrò enim reſpexit: & vbi reſpexit, ibi remanſit: in ſalem converſa eſt, vt prudentes condiret exemplo'. Et lib. 22. contra Fauſtum cap. 41. cùm dixiſſet, figuram electorum in Loth ſine retroſpectione montem aſcendente advmbratam fuiſſe: 'Sed aliud genus hominum (ſub- ,dit) in eius vxore figuratum eſt: eorum ſcilicet qui per gratiam Dei Phil. 3. 13. ,vocati, retrò reſpiciunt. Non ſicut Paulus, qui *ea quæ retrò ſunt obli-* ,*viſcitur, & in ea quæ antè ſunt extenditur.* Unde & ipſe Dominus: *Ne-* Luc. 9. 62. ,*mo*, inquit, *imponens manum ſuper aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt rego* ,*no cælorum.* Nec illud exemplum tacuit, quo nos tanquam ſale con- ,diret, vt non fatui negligeremus, ſed prudentes caveremus hoc ma- ,lum: vnde & illa, vt hoc admoneret, in ſtatuam ſalis converſa eſt. Nam ,cùm præciperet, vt ſe quiſque perſeverantiſſimâ anteriorum intentio-

v *Rich. Vict. in Benia. minore cap. 75.*

w *Aug. Serm. 29. de Verb. Dom. c. 5. Vide Hug. Vict. l. 2. Alleger. in Geneſ. c. 6. & Iſidor. in Geneſim cap. 15.*

,ne ab ijs quæ retrò ſunt eriperet: *Mementote*, inquit, *vxoris Loth*'. Et Luc. 17.
Enarratione in Pſalmum 75. ad verſ. 12. 'Quid enim (inquit) fecit 32.
,vxor Loth? Liberata eſt de Sodomis, & in via poſita retrorſum reſ-
,pexit: vbi reſpexit, ibi remanſit. Facta eſt autem ſtatua ſalis, vt il-
,lius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non ſint fatui,
,non retrò reſpiciant; ne malum exemplum dantes ipſi remaneant, &
alios condiant'. Et in Pſalmum 83. ſub initium, de eadem vxore Loth
differens: 'Vt quid enim (inquit) ſtatua ſalis effecta eſt, ſi non homi-
,nes condit, vt ſapiant? Ergo exemplum illius malum, tibi fit bonum,
,ſi caveris: *Mementote*, inquit, *vxoris Loth*. Reſpexit enim retrò vnde
,liberata erat à Sodomis: & ibi remanſit, vnde reſpexit: ipſa in loco
,manſura, & tranſeuntes alios cõditura. Liberati ergo à Sodomis præ-
,teritæ vitæ, non reſpiciamus retrò: nam hoc feſtinare eſt, non atten-
,dere quod promiſit Deus, quia longè eſt; & reſpicere ad id quod pro-
,ximum eſt, vnde iam liberatus es. De talibus quid dicit Apoſtolus
,Petrus? *Contigit illis res veri proverbij, Canis reverſus ad ſuum vomitum*'. 2. Pet. 2.
Quæ in eodem Geneſis volumine ſubſequuntur, de exortu Iſaac ex 22.
vtero ſenectutis & ſterili, de Iacob præ Eſau ad primogenituram aſ-
ſumpto, de filiorum Iacob procreatione & converſatione, de ſororis
eorum Dinæ raptu ac conſtupratione; plena ſunt omnia præſenti huic
propoſito congruentibus myſterijs. Vnde & Apoſtolus Rom. 9. prio-
ra illa duo pro ingerenda hominibus ſuæ imbecillitatis ac divinæ ſu-
pra ſe poteſtatis agnitione perpendit: vt ſequentibus libris copioſiùs
patefaciemus. De reliquis accuratiſſimè, huicque propoſito accom-
modatiſſimè differit Richardus Victorinus in vtroque ſuo Beniamin,
potiſſimùm in minore: cuius lectionem omnibus ad ſui notitiam aſ-
pirantibus, quantum poſſum ſuadeo: vtque eam perſuadeam, ſubij-
cio hìc teſtimonium Henrici Gandavenſis, de eodem Richardo hæc
[x] *Henr. Gand. lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. c. 26.* inter alia ſcribentis: [x] 'Scripſit de duodecim Patriarchis, ſumpto the-
,mate ab illo verſu Pſalmi, *Beniamin adoleſcẽtulus in mentis exceſſu*: docẽs Pſal. 67.
,quaſi expertus, qualiter ad contemplationis gratiam poſſit aſcendere 28.
,contemplativæ vitæ quilibet ſtudioſus. Scripſit & alios ſex libros de
,Contemplatione, ſumpto themate ab hoc verſu, *Surge Domine in re-* Pſal. 131.
,*quiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ*: tam propriè & expreſsè pro- 8.
ſequens vniverſa, quaſi qui omnia legiſſet in libro experientiæ'. De
Dina ſpecialiter, eiuſq; noxia curioſitate, breviter & appoſitè ſcribit
[y] *Hug. Vict. l. 2. Allegor. in Geneſ. cap. 14. Vide Iſidor. in Geneſim c. 28.* in hunc modum Hugo Victorinus: [y] 'Sicut ex Sanctorum verbis in-
,venimus, Dina ſignificat animam rebus exterioribus nimis intentam:
,Regio cuius mulieres Dina videre cupivit, mundum deſignat: Mu-
,lieres exprimunt animas diverſis vitijs emollitas: Sichem diabo-
,lum exprimit, qui animam mundanis rebus curioſiùs intendentem,
,per concupiſcentiam corrumpit. Dina igitur, anima: Regio illa,
,mundus: Exitus Dinæ, curioſitas animæ: Sichem, diabolus: Viola-
tio Dinæ, Corruptio animæ'. Bernardus præterea Tractat. *de Gradi-
bus Humilitatis*, differens de curioſitate, quam ſtatuit primum ſuperbiæ

gra-

Digitized by Google

gradum, ita in Dinam curiositate abreptam exclamat: 'O Dina, quid ,necesse est vt videas mulieres alienigenas? Quâ necessitate? Quâ vti- ,litate? An solâ curiositate? Etsi tu otiosè vides, sed non otiosè vi- ,deris: tu curiosè spectas, sed curiosiùs spectaris. Quis crederet tunc, ,illam tuam curiosam otiositatem, vel otiosam curiositatem, fore pòst ,sic non otiosam; sed tibi, tuis, hostibusque tam perniciosam'? Sed omnium, vt dixi, accuratissimè & vivacissimè historiam Dinæ expendit, & præsenti nostro proposito accommodat Richardus Victorinus in minore suo Beniamin cap. 49. & aliquot sequentibus. *Bernardus.* *Vide Barradium in Itinerario filiorum Israël l. 10. cap. 16.*

4. De reliquis quatuor libris Geneſim subsequentibus ac Pentateuchum complentibus, qui propriè Legales sunt, sufficere modò possent quę de legis scopo cap. 9. disseruimus: [z] 'In omnibus enim monitis ,Dei atque mandatis (vt ait Prosper) vna eademque ratio est & divi- ,næ gratiæ, & humanæ obedientiæ: nec ob aliud vnquam datur præ- ceptum, nisi vt quæratur præcipientis auxilium'. Ipsa proinde præceptorum impositio fuit quædam agnoscendæ imbecillitatis admonitio. Nam vt testatur Fulgentius: [a] 'Nemo deprecatur & rogat, qui ,non aliquid se cognoscit minùs habere; aut quod habet, sua tantùm virtute potest servare'. Ex qua sententia continuò ibidem Fulgentius subinfert: 'Quisquis igitur & beneficium rogat, & adiutorium flagi- ,tat, necesse est vt evidentiam suæ imbecillitatis & egestatis agnoscat'. Porrò quia in prædictis libris nonnulla etiam historica continentur, videndum superest, vtrùm etiam per hæc homines suæ imbecillitatis agnoscendæ admoneantur. Atque vt ab ipsis Ægypti plagis ordiamur, observatu dignum est, Deum non per leones aut vrsos, sed per minutissima & vilissima animalcula ranas, muscas, locustas, cyniphes, flagellasse Ægyptios, & ad populi sui dimissionem compulisse: [b] 'Ec- ,ce (inquit Rupertus) quales instruxit acies, quibus ex ordinibus sua ,castra complevit Dominus pugnando pro Israël: ranæ, cyniphes, ,muscæ, atque locustæ fuerunt castrorum eius acies; & ex eiusmodi ,cohortibus totas contra fortes Ægyptios composuit legiones. Sin- ,guli milites secundùm se breves quidem, & infirmi: verùm pro exer- ,citibus Pharaonis satis valentes fuére, duce imperio Dei. Nempè ,quod multus hominum exercitus facere non potuisset, istæ Phalanges locustarum strenuâ peregere militiâ'. Et pauculis interpositis subiungit inferiùs Rupertus: 'Satis eleganter cùm dixisset quodam loco ,per Prophetam Deus, *Reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus,* ,*& eruca*, continuò addidit: *Fortitudo mea magna, quam misi in vos.* For- ,titudo, inquit, mea magna, locusta, bruchus, & eruca: subauditur, ,Non supernarum virtutum & fortitudinum cœlestium, sed infir- ,morum, atque imbecillium comparatione hominum in infirmitate ,sua superbientium; qui cervicem erigunt contra Deum, quam pulici subijciunt'. Nec minùs appositè ad præsentem nostrum scopum dissert de hac re Hieronymus, cùm ait: [c] 'Quærimus cur eruca, *fortitudo* ,vel *virtus Domini* appellata sit; & non solùm virtus, sed *virtus magna*? Reſiduum Pentateuchi.

[z] *Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 15.*

[a] *Fulg. Epist. 3. ad Probam cap. 21.*

[b] *Rupert. lib. 1. in Exod. c. 38.*

Ioel. 2. 25.

Ioel. 2. 25.

[c] *Hier. incaput 2. Ioelis v. 25.*

Digitized by Google

Vide Rupertum in eundem Ioelis locum.

,Quomodò potentia Dei in Ægyptijs plagis oſtenſa eſt per parva ani-
,malia, & præcipuè cyniphes, qui tam parvi ſunt culices, vt vix cer-
,nantur oculis: ſic nunc in parvo tardoque vermiculo, qui vix mo-
,veri poteſt, & levi tactu conteritur, Dei potentia & humana fragili-
,tas demonſtratur. Non quòd Deus ad nutum ſuum & potentiæ ma-
,ieſtatem nequeat terras ſubvertere, & operire cuncta diluvio, vel ful-
,mine concremare: ſed per parva, & (vt ita dicam) puncta corporum,
,oſtendit humanam fragilitatem. Unde & illud ſolemus Marcioni &
,cæteris reſpondere hæreticis qui Vetus laniat Teſtamentum; quòd &
,pulices, & culices, & cimices, & huiuſmodi animalia idcircò fecerit
,Deus, vt fragilitatem & imbecillitatem noſtræ carnis oſtenderet: quę
,in tantum nihil eſt, vt ab his quæ parva ſunt vulneretur. Si autem e-
,ruca, parvuſque vermiculus fortior homine eſt, *quid gloriatur terra & cinis*: & elata per ſuperbiam (cùm ex humo ſit à quo homo appella-
tur) humana contemnit'? His conſentanea ſunt quæ ſcribit Philo
lib. 1. de Vita Moyſis, paulò ante medium: vbi propoſitæ quæſtioni,
,'Cur Deus tam vilibus animalibus ad vindictam vti maluerit, quàm
,vrſis, pardis, leonibus, cæteriſve feris carnivoris; aut ſi hæc non pla-
,cebant, ſaltem familiaribus Ægypto aſpidibus, quarum morſus fine
mora enecat'? Duplicem adhibet reſponſionem, quarum prima eſt,
'Deum voluiſſe incolas caſtigare, non tollere'. Secunda huic noſtro
propoſito accommodior: 'Homines quando bella gerunt, auxilia ſibi
,aſciſcere potentiſſima, quibus ſuam infirmitatem ſuppleant: Deum
,verò omnipotentem, & nullius egentem operâ, ſiquando vult tan-
,quam inſtrumentis quibuſdam vti ad exigenda ſupplicia, non valida
,eligere, quorum robur curat minimè; ſed vilia parvaque inſtruere
,invictis viribus, atque ita noxios plectere: quod nunc quoque acci-
,dit. Quid enim cyniphe vilius? Tamen tantum effecit, vt tota Æ-
gyptus deficiens exclamare cogeretur, *Hunc eſſe Dei digitum*'. Nunquã
etenim divina virtus tam manifeſtè ſe prodit, quàm vbi per abiectiſ-
ſimas & viliſſimas creaturas hoſtium ſuorum robur enervat. Atque
hinc eſt quòd erucam abiectiſſimum vermiculum (vt iam ex Ruperto
& Hieronymo retulimus) *Fortitudinem ſuam magnam* apud Ioelem
nuncupaverit: quia nimirum quùm tam fragilis inſtrumenti miniſte-
rio robuſtos hoſtes ſuos deprimit, quanta ſibi inſit fortitudo manife-
ſtat. Huic doctrinæ accommodari poteſt & illud Apoſtoli, faſtum re-
primentis: *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Porrò de prædi-
cta Ægyptiorum exclamatione, agnoſcentium in Moyſe digitum Dei
operantem, & per abiectiſſima animalcula ſeipſos debellantem, vide-
ri poteſt Tertullianus lib. 4. adversùs Marcionem cap. 26. & Iſido-
rus Comment. in Exodum cap. 14. & Hieronymus cum alijs Scrip-
turæ interpretibus in caput 12. Matthæi ad verſum 28. & Beda cum
alijs ſimiliter Scripturæ interpretibus in caput 11. Lucæ ad verſum
20. &

Philo. *Eccli.* 10. 9. *Exod.* 8. 19. 1. *Cor.* 1. 27. *Tertullianus. Iſidorus. Hieronymus. Beda.*

Digitized by Google

20. & Cyprianus Serm. de Spiritu ſancto, vbi ait: 'Hic eſt Spiritus ſanctus, quem Magi in Ægypto tertij ſigni oſtenſione victi, cùm ſua defeciſſe præſtigia faterentur, *Dei digitum* appellarunt; & antiquis Philoſophis eius intimarunt præſentiam defuiſſe. Et licet de Patre & Filio aliqua ſenſiſſent Platonici; ſpiritus tamen tumidus & humani appetitor favoris, ſanctificationem intellectus divini mereri non potuit; & vbi ad profunditatem ſacramentorum ventum eſt, omnis eorum caligavit ſubtilitas, nec potuit infidelitas ſanctitudini propinquare. Hic digitus Dei, mundanæ iudex & vindex perfidiæ, Novi tẽpore Teſtamẽti potenter expellit dæmonia; nec laborat agendo, ſed ſolo nutu perficit omnia: quod dicit, facit: quod iubet, implet. Secreta indicat, pandit occulta, revelat ignota, hebetat acutos, & perſpicaces confutat'. Cæterùm quæ in prædictis Pentateuchi libris de Peregrinatione Iſraëlitarum per deſertum memorantur, opportuniùs in tertio huius operis libro tractabuntur: quorum præcipua capita cùm Apoſtolus Corinthijs perſtrinxiſſet, adiecit: *Hæc autem omnia in figura contigerunt illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt*: & continuò ſubintulit, quod aliquoties in præcedentibus attigimus: *Itaque qui videtur ſtare, videat ne cadat.* Ubi quid aliud eſt, *Videat*; niſi vigilet, caveat, timeat? Vnde & alibi idem Apoſtolus oleaſtro in bonam olivam inſerto dicebat: *Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time.* Quem timorem incuſſit, qui Moyſi in Exodo reſpondit: *Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* Ex quo loco Apoſtolus conſectariè deducit: *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Et mox adverſario cauſanti, *Quid adhuc conqueritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit?* reponit: *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo?* In quem locum Auguſtinus: [d] 'Magnum habet pondus (inquit) quod dictum eſt, *O homo, tu quis es?* Et in talibus quæſtionibus ad ſuæ capacitatis conſiderationem revocat hominem': vt nimirum ſeipſum nonniſi hominem inveniens, deſinat ſe erigere adversùs Deum. [e] 'Non ſicut aliqui putant (inquit Fulgentius) Beatus Paulus in reſponſione defecit, ſed cordis obdurati ſuperbiam vtili ſatis increpatione compeſcuit. Dicens enim, *O homo, tu quis es?* admonuit, vt ſeipſum peccator ſuperbus attendens, nec aliquid in ſuis operibus quod Deo placeret inveniens; à quo ſibi videbat benè vivendi manare præceptum, ab ipſo in humilitate contriti cordis exoraret auxilium; ſciretque, ſibi tantummodò ſuccendendum, quicquid cogitatione vel operatione peccaret'. Atque hoc ipſum eſt, quod vnicuique homini in Deuteronomio præcipitur, cùm dicitur, *Cuſtodi temetipſum*: ſive, vt 70. Interpretes tranſtulerunt, *Attende tibiipſi.* Et iterùm inferiùs in eodem Deuteronomio: *Cave, ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio*: ſive, vt ijdem 70. verterunt: *Attende tibi, ne fiat verbum abſconditum in corde tuo, iniquum.* In quem locum extant multorum Patrum ſermones & tractatus, quorum nonnullos ſuperiùs in Præfatiuncula huius libri commemoravimus.

Cyprianus.

1. Cor. 10. 11.

Exod. 33. 19.

Rom. 9. 16.

Rom. 9. 19.

Rom. 9. 20.

[d] Aug. Enchir. cap. 99.

[e] Fulgentius lib. 2. de Verit. Prædeſt. c. 20.

Deut. 4. 9.

Deut. 15. 9.

5. Legislativam Veteris Testamenti partem subsequitur Chronica sive Historica, statum Iudaici populi sub diversis Ducibus, Iudicibus, Regibus, & Tyrannis commemorans, à primo ingressu in terram Chanaan vsque ad completionem Prophetiæ Iacob, *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Incipit hæc pars à libro Iosue, & finitur in historia Machabæorum. In libro autē Iosue prodigiosis victorijs Israelitę Chananæā subegisse memorantur: sed ne sibi eas tribuerent, & in corde suo dicerent; *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: mox ab initio principatus Iosue, dixit ad eum Dominus: *Surge, & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum, in terram, quam* EGO DABO *filijs Israel.* Non ait, quam in manu sua excelsa sibi acquirent filij Israël: sed, *Quam ego dabo filijs Israel.* Ego sum qui promisi eam Abrahæ, ego qui eam dabo posteris Abrahæ: [f] 'Habet namque aliquid rationis & veritatis (inquit Augustinus) vt homo promittat, & Deus faciat: vt autem homo se facere dicat, quod Deus promiserit, superbæ impietatis est reprobus sensus'. Vnde cùm Dominus ad Iosue ibidem subiunxisset, *Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ*: rationem huius irresistibilitatis assignans, subdidit: *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam te, neque derelinquam.* Sed quoniam, vt aliàs ex Gregorio retulimus, [g] 'Dei protectio minùs necessaria creditur, si semper habeatur'; post obitum Iosue afflicti sunt Israelitæ varijs servitutibus in libro Iudicum & Ruth commemoratis. Qua de re sic ad propositum scribit Richardus Victorinus: [h] 'Agitur hoc mirâ divinæ benignitatis dispensatione, vt per frequentem lapsum sua homini innotescat infirmitas, vt per multiplices hostium incursus & insidias inimica homini patefiat calliditas, vt per assiduam ereptionem divina homini manifestetur benignitas. Qui hęc pleniùs nosse desiderat, librum Iudicum paulò diligentiùs legat. Inveniet ibi proculdubiò quomodo filij Israël post suas prævaricationes ab hostibus impugnantur, superantur, servituti addicuntur: Afflicti ab hostibus item ad divinum adiutorium confugiunt, misericordiam petunt, quærunt, inveniunt; & ad priorem libertatem redeunt. Quid quæso isti signant hostium incursus, nisi quosdam (vt sic dixerim) vitiorum cum virtutibus spiritualis pugnæ congressus? Deo autem deserente, sive eodem protegente, nunc hæc, nunc illæ superant; modò hæc, modò illæ superantur: quemadmodum & ibi Israeli peccanti suscitatur hostis vt eos diripiat, & iterùm supplicanti suscitatur Salvator vt eos eripiat. In quo & illud diligenter attendendum, sed & firmiter retinendum; quòd non semper ab eisdem hostibus opprimuntur, sed modò ab his, modò ab illis diripiuntur; à quibusdam breviore, ab alijs autem prolixiore tempore affliguntur. Hoc vtique Deo dispensante intra nos actitari citò deprehendimus, si spiritualis illius pugnæ & internæ quæ intra nos geritur congressus non ignoramus. Fit namque vt ab vno quolibet vitio diutiùs impugnemur, quoadvsque omnem eius vim & naturam & impugnationis modum plenè

Iosue. Gen. 49. 10. Deut. 32. 27. Iosue 1. 2. Ioſ. 1. 5.

[f] *Aug. Epist. 105.*

[g] *Greg. lib. 23. Moral. cap. vlt.*

Iudices.

[h] *Rich. Victor. Annotat. in Psal. 98.*

,plenè erudiamur. Vno ſubacto aliud contra nos ſe erigit, illoque ſu-
,perato aliud ei in noſtra infectatione ſuccedit: & quantò cuique vio-
,lentia maior, tantò vtique eius erga nos fit infectatio gravior, vel
,pugna prolixior. Ad hoc autem divina miſeratio vult nos ab omni-
,bus impugnari, ad hoc nos permittit à ſingulis diutiùs exerceri: vt
,de omnibus quendam quaſi victoriæ triumphum reportemus, & ſin-
,gulorum (vt dictum eſt) vim, naturam, impugnationiſque modum,
,quandoque plenè perfectèque cognoſcamus. Vnde & in Libro Judi-
,cum, Hebræorum Salvatores non Reges nominantur, ſed Iudices.
,Regum quippè eſt pro voluntatis arbitrio quod placuerit imperare:
,Iudicum autem officium eſt, leges noſſe, cauſas examinare. Quaſi er-
,go quidam intra nos ſurgit Iudex ſeu Legiſperitus, cùm de quolibet
,vitio per multa argumenta poſt innumera experimenta animus fuerit
,plenè eruditus; quando non quod fieri velit (Regum more) cum
,authoritate præcipit, ſed cum quadam prudentia implere nititur,
,quod eum experientia docuit. Quoties mens per multa experimenta
,erudita ſapienter magis quàm violenter à periculo eripitur, quaſi to-
,ties Iudicum ſuorum prudentiam ex Dei munere experitur. Iudex
,itaque poſt Iudicem ſurgit, quia poſt vnius vitij ad alterius cognitio-
,nẽ mens proficit: vt quandoq; poſt omnes Iudices Iudex noviſſimus
,Samuel veniat, qui de ſingulis vitijs, de vniverſis tentatoris inſidijs
plenè eruditus exiſtat'. Iudicibus ſucceſſerunt Reges: quorum alter-
nantes cum proſperitatibus calamitates in libris Regum & Paralipo-
menon memorantur. Quanquam enim auguſtior fuerit Regum quàm
Iudicum poteſtas & maieſtas, quia tamen & ipſi ſuis circundati fuére
infirmitatibus, ideò ad eos divina illa dirigitur monitio: *Reges intel-*
ligite: erudimini qui iudicatis terram: ſervite Domino in timore, & exultate
ei cum tremore: apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur DOMINUS, *& pe-*
reatis de via iuſta, cùm exarſerit in brevi ira eius. Vt enim ſapientiſſimus
ipſorum teſtatur, non ſolùm *Excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoq; eminentiores ſunt alij*: ſed *Inſuper vniverſa terra Rex imperat ſervienti.* Huic
ergo *Servire* iubentur Reges cæteri, & quidem *in timore*; eique exulta-
re, ſed *cum tremore*: ne ab irato deſerantur, & inopinatis calamitati-
bus affligantur. Quantò autem auguſtior fuit Regum dignitas, tantò
arctior eis incubuit ſe noſcendi neceſſitas. Quò enim ſublimior eſt la-
bentis gradus, eò gravior & periculoſior eſt eiuſdem caſus. Vitium
præterea ſuperbiæ maximè inſidiatur ſublimibus: & ideò eis maxi-
mè neceſſaria eſt humanæ conſideratio fragilitatis, quę origo eſt & fo-
trix veræ humilitatis: alioquin *potentes potenter tormenta patientur.* De
hiſtoria porrò Regum & varijs populi captivitatibus eâ tempeſtate
incurſis, deque liberatione populi ab ijſdẽ captivitatibus, ſimili modo
ratiocinandum eſt quantum ad morum inſtructionem, quo de ſervitu-
tibus & liberationibus in tempora Iudicum incidentibus. De quibus
omnibus videri poteſt Hugo Victorinus in ſuis Allegorijs, poſt Iſido-
rum Hiſpalenſem in ſuis Commentarijs ſuper libris Regum & reli-
quis Hiſtoricis Veteris Teſtamenti vſque ad Machabæos inclusivè.

Reges.

Pſal. 2. 9. & ſeqq.

Eccle. 5. 7.

Sap. 6. 7.

De libro autem Job, quem quidam Hiſtoricis, alij Sapientalibus annumerandum cenſent, videri poteſt papa Gregorius totis 35. libris Moralium: in quibus ad ſingulas penè paginas nonnulla occurrunt, quæ ad notitiam ſui homines inſtigant.

Libri Sapientiales.

6. De Sapientiali & Prophetali Veteris Teſtamenti partibus breviter hìc diſſerendum reſtat, initio ſumpto à *Libro Pſalmorum*; de quo ita ſcribit Baſilius Cæſarienſis: [i] 'Scriptura omnis divinitùs inſpirata, & ,vtilis, hâc vnâ ratione à Spiritu ſancto conſcripta aſtruitur; vt ex ea, ,haud ſecùs atque è communi quapiam curandarum animarum officina, medelam ſuo quiſque morbo ſalutarem & accommodam queat ,ſeligere: *Medicina enim*, inquit Scriptura, *ſedabit magna delicta.* Alia Eccl. 10. ,proinde nos Prophetæ erudiunt, Hiſtorici perdocent alia, alia item 12. ,inſtruit lex, rurſus alia commonendæ Eccleſiæ ſpecies ex opere Pro,verbiorum eruitur. At vnus Pſalmorum liber quidvis ex omnibus: ,Futura certiſſimis præcinit oraculis, hiſtoricam continet narratio,nem, leges ſancit vitæ ſanctiùs inſtituendæ, cuique agenda præſcribit ,& ſubmonet; vtque ſemel omnia expediam, liber hic bonæ omnis do,ctrinæ vberrimum quoddam eſt & commune prōptuarium, ſuâ vnius ,providâ ac ſolerti curâ veluti comminiſcens & excogitans quid cu,iuſque noſtrûm ſaluti maximoperè conducat. Vulnera etenim ani,marum perſanat quantâlibet vetuſtate occalluerint: vulneri recens ,inflicto celerem citamque affert emendationem: morbo affectum ,priſtinæ aſſerit ſoſpitati; quod verò incolume eſt & integrum, id tue,tur interim & conſervat: denique omnem prorſus vitioſæ affectionis ,intemperiem, quoad eius fieri poteſt, ab animis noſtris revellit, ac ſubmovet'. Multa quidem ex Pſalterio hactenùs ſparſim adduximus, quibus ad ſui ſcrutinium quiſque noſtrûm remittitur. Sed quia exēpla plùsplerunque quàm verba inſtigant, Pſalmographi exemplum hìc imitandum offerimus; cum Richardo Victorino vnicuique inſonantes: [k] 'Diſce vel exemplo, quid facere expediat: Audi, David quomo,do tibi ſeipſum in exemplum proponat: *Meditatus ſum*, inquit, *nocte* Pſal. 76. 7. ,*cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.* Meditaba,tur ille cum corde ſuo, meditare & tu cum corde tuo: Scopebat ,ille ſpiritum ſuum, ſcope & tu ſpiritum tuum. Exerce agrum ,iſtum, attende temetipſum. Abſque dubio inſiſtens huic exer,citio, invenies theſaurum abſconditum in agro. Ex hoc exercitio creſcit auri copia, multiplicatur ſcientia, augmentatur ſapientia. ,Ex hoc exercitio cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intel,ligentia dilatatur. Nihil rectè æſtimat, qui ſeipſum ignorat. Neſcit ,quàm ſub pedibus ſuis omnis mundana gloria iaceat, qui conditionis ,ſuæ dignitatem non penſat. Neſcit omninò, neſcit quid de ſpiritu ,angelico, quid de ſpiritu divino ſentire debeat, qui ſpiritum ſuum ,priùs non cogitat. Si nondum idoneus es intrare ad teipſum, quo,modo ad illa rimanda idoneus eris, quæ ſunt intra, vel ſupra temetipſum'? Pſalterio Davidis in ordine Sapientialium ſuccedunt *Parabolæ Salomonis*: in quibus mox occurrit luculentum iſtud edictum, *Omni* Prov. 4. 23.

[i] *Baſil. Præmio in Pſalmos. Eadem habentur ſub nomine Auguſtini in Præmio Pſalterij.*

Pſalterium.

[k] *Rich. Victor. in Beniamin maiore l. 3. cap. 5. & 6.*

Vide librum de Interiori Domo apud Bernard. cap. 65. & librum 3. de Anima apud Hugonem Vict. cap. 43.

Proverbia.

Digitized by Google

cuſtodiâ ſerva cor tuum. In quem locum Gregorius: [l]'Dicturus (inquit) ,cuſtodiâ, præmiſit *Omni*: vt videlicet vnuſquiſque hinc inde ſe diligẽter inſpiciat'. Vnde & Richardus Victorinus verbis proximè ex ipſo citatis præmiſerat: 'Si cupis implere Dominicum præceptum, omni cuſtodiâ ſerva cor tuum'. Quæ ſententia cum multis alijs eòdem ſpectantibus habetur ſub nomine Bernardi Lib. *de Interiori Domo* cap. 65. & ſub nomine Hugonis Victorini lib. 3. *de Anima* cap. 43. Quò alluſiſſe videtur & Iſidorus Peluſiota, cùm diceret: [m]'Sexcentis oculis vitam tuam ac mores circumſpice'. Centum oculos Argo fabuloſa affinxit antiquitas, ſexcentos Chriſtiano Iſidorus exoptat. Jn ijſdem parabolis occurrit & illud: *Cogitationes iuſtorum iudicia.* Quem locum preſenti propoſito adaptat Gregorius lib. 19. Moralium cap. 13. & lib. 25. cap. 6. Videri præterea poſſunt quæ capite præcedente §. 5. ex Fulgentio & Hugone Victorino commemoravimus, expendentes locum ex Michæa ibi allegatum. Parabolas Salomonis ſequitur *Eccleſiaſtes*: qui cùm totus in eo ſit, vt curioſitatem compeſcat, quid aliud allaborat, quàm vt homines ab exterioribus ad interiora ſua redeant? Vnde mox ſub initium inter alia ait: *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur: ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem.* Quæ verba huic propoſito accommodans Richardus Victorinus, ait homini: [n]' Priùs redi ad te, quàm rimari præſumas quę ,ſunt ſupra te. Priùs ſol ortus ſui confinia irradiat, quàm ad altiora ,conſcendat. Hinc enim per Salomonem dicitur: *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur*' &c. Et mox infrà ibidem: 'Sol oritur, ,quando veritatis intelligentia cordi inſpiratur: Idemque ſol occidit, ,cùm intelligentiæ radius ſubtrahitur. Sed poſt occaſum ſol ad locum ,ſuum revertitur, vt iterùm renaſcatur. Solis huiuſmodi locus ipſe eſt ,animus: ex ipſo animo enim intelligentia naſcitur, quando à divina ,gratia viſitatur. Quid ergo eſt Solẽ ad locũ ſuũ redire, niſi mentis in-,tuitum ad ſui conſiderationem reflectere? Poſt occaſum ergo ſol ad ,locum ſuum revertitur, quia per ſubtractionem gratiæ ad defectus ,ſui conſiderationem mentis oculus reverberatur: per hoc enim quòd ,divina gratia ſe ad tempus ſubtrahit, cogitur homo cognoſcere, quàm ,nihil ſit, & quàm per ſe nihil poſſit. Sed poſt loci ſui reverſionem ,iterum renaſcitur, quia per conſiderationem propriæ infirmitatis amiſſa intelligentia reparatur'. Eidem propoſito ſervit & illa ſententia, quâ liber Eccleſiaſtis concluditur: *Deum time, & mandata eius obſerva: hoc eſt enim omnis homo.* Quæ verba quoad ſenſum coincidunt cum eo, quod ſuperiori capite §. 5. ex Michæa retulimus inter requiſita ab homine: vt nimirum *Sollicitus ambulet cum Deo ſuo*: item cum Pſalmographi & Apoſtoli hortamentis, de quorum conſonantia cum Michæano illo requiſito diſſeruimus capite præcedente §. 6. Subſequitur nunc *Canticum Canticorum*: de cuius cum duobus præcedentibus libris ordine, fusè tractat Origenes in Prologo Canticorum: quẽ poſteriores imitati ſunt Patres, ſignanter Iſidorus Peluſiota lib. 4.

[l] *Greg. lib. 19. Moral. cap. 12.*

[m] *Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 387.*

Prov. 12. 5.

Eccleſiaſtes.

Eccle. 1. 5.

[n] *Rich. Victor. in Beniamin maiore lib. 3. cap. 6.*

Eccle. 12. 13.

Mich. 6. 8.

Canticum. *Origenes. Iſidor. Peluſ.*

Rich. Victor. Gregorius. Epiſt. 40. Et Richardus Victorinus in Prologo ſuper Canticis, poſt Papam Gregorium in Prologo ſuper ijſdem, dicentem: 'Nec vacat à ,myſterio, quòd liber hic tertius ponitur in operibus Salomonis. ,Poſt Proverbia enim Eccleſiaſtes, poſt Eccleſiaſten Cantica Canti-,corum, non caſu, ſed plenâ ratione poſuit. In Proverbijs moralis vi-,ta exprimitur, cùm dicitur: *Audi, fili mi, ſapientiam.* In Eccleſiaſte na- *Prov. 2.2.* ,turalis, vbi finis omnium conſideratur, cùm dicitur: *Vanitas vanita-* *Eccle. 1.2.* ,*tum, & omnia vanitas.* In Canticis verò Canticorum contemplati-,va vita exprimitur, cùm in eo ipſius Domini adventus & aſpectus de-,ſideratur, cùm ſponſæ voce dicitur: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quia *Cant. 1.1.* ,ergo naturalis ad conſiderationem non perducitur, niſi priùs mora-,litas teneatur, rectè poſt Proverbia Eccleſiaſtes ponitur: & quia ſu-,perna contemplatio non conſpicitur, niſi priùs hæc infrà labentia deſ-,piciantur, rectè poſt Eccleſiaſten Cantica Canticorum ponuntur. ,Priùs quippè eſt mores componere; poſtmodùm omnia quæ ſunt, ,tanquam non ſint, conſiderare; poſteà munda cordis acie ſuperna & interna conſpicere'. Ex quo patet, librum Canticorum ad contemplativam vitam principaliter inſtruere: cuius vitæ baſis eſt ſeipſum cognoſcere. Vnde mox ſub initium occurrit illud comminatorium, toties in ſuperioribus commemoratum, & à Patribus huic propoſito accommodatum: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere* &c. Super- *Cant. 1.7.* ſunt de Sapientialibus bini adhuc libri. Sapientia nimirum Salomonis, & Eccleſiaſticus: quorum vterque dum per aliquot finalia capita ſummam veteris hiſtoriæ perſtringit, quaſi ſpeculum quoddam legentibus exhibet, in quo ſe inſpiciant, & maculas ſuas eluere perdiſcant. Sapientia præterea vtrumque humanæ vitæ terminum cuilibet conſiderandum ingerens ait: *Vnus introitus eſt omnibus ad vitam, & ſi-* *Sap. 7.6.* *milis exitus.* Rurſus cùm ſuperiùs divinæ erga homines providentiæ occulta commemoraſſet, adiecit increpationem *populorum videntium, &* *Sap. 4.14.* *non intelligentium, nec ponentium in præcordijs talia.* Admonuit inſuper, vt ſub potenti Dei manu per omnia humiliemur: *In manu enim illius,* *Sap. 7.16.* inquiens, *& nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia & diſciplina.* Eccleſiaſticus, Noviſſimorum recordationem in peccatorum præcautionem inculcans: *Memorare*, inquit, *noviſſima tua, & in* *Eccli. 7.40.* *æternum non peccabis.* Signanter autem mortalitatis meditationem ingerens ait inferiùs: *Memor eſto quoniam mors non tardat.* Vilitatem inſu- *Eccli. 14.* per ſuam vnicuique repreſentat, & humiliationem ſub manu omni- *12.* potentis & cuncta ordinantis commendat, vbi ait: *Omnes homines de* *Eccli. 33.* *ſolo, & ex terra, vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinæ Dominus* *10. & ſeqq.* *ſeparavit eos, & immutavit vias eorum: Ex ipſis benedixit, & exaltavit; & ex ipſis ſanctificavit, & ad ſe applicavit: & ex ipſis maledixit, & humiliavit, & convertit illos à ſeparatione ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud, & diſponere. Omnes viæ eius ſecundùm diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius qui ſe fecit, & reddet illi ſecundùm iudicium ſuum.* Quem locũ accuratè pertractat Auguſtinus lib. 1. qq. ad Simplicianũ q. 2.

Sapientia.

Eccleſiaſticus.

Su-

Digitized by Google

7. Supereſt Prophetalis veterum ſcripturarum portio: in qua primo loco occurrit Iſaias; qui non ſolùm verbo, ſed etiam exemplo homines ad ſuæ imbecillitatis agnitionem inſtigat. Nam vt pridem Moyſes, omni alioqui ſapientia Ægyptiorum præinſtructus, imbecillitatem ſuam colloquente ſibi Domino agnovit, ei dicens: *Ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum*: ita Iſaias, etſi aliàs diſertiſſimus, cùm *vidiſſet Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum*, imbecillitatem ſuam agnoſcens aiebat: *Vir pollutus labijs ego ſum.* Ubi ſatis oſtendit, verum eſſe illud, quod Papa Gregorius ſuper ſimili confeſſione Beati Iob advertit: [o] 'Omnis humana ſapientia (inquiens) ,quantolibet acumine polleat, divinæ ſapientiæ comparata, nec iuſta, ,nec pulchra, ſed inſipientia eſt. Omnia enim humana, quæ iuſta, quæ ,pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ & pulchritudini comparata, nec iuſta, nec ,pulchra ſunt, nec omninò ſunt. Beatus itaque Iob, ea quæ dixerat, ,ſapienter ſe dixiſſe crederet, ſi verba ſuperioris ſapientiæ non audi-,ret, in cuius comparatione ſtultum eſt noſtrum omne quod ſapit: & ,qui ſapienter quidem locutus hominibus fuerat, divinas tamen ſen-,tentias audiens, ſapientiùs ſe cognoſcit non eſſe ſapientem. Hinc eſt ,quòd Abraham inter verba Dominica, nihil ſe niſi pulverem vidit, ,dicens: *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim pulvis & cinis.* Hinc eſt quòd ,Moyſes omni Ægyptiorum ſapientiâ inſtructus, ex quo loquentem ,Dominum audivit, impeditioris & tardioris linguæ ſe eſſe deprehẽ-,dit, dicens: *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ,ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum.* ,Hinc eſt quòd Iſaias, poſtquam ſedentem Dominum ſuper ſolium ,excelſum atque elevatum vidit, poſtquam Seraphim duabus alis faciem, duabus velare pedes, & duabus volare conſpexit, poſtquam id ,quod eſt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, alterum ad alterum clamare audivit, AD SEIPSVM REDIENS, ait: *Væ ,mihi quia tacui, quoniam vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi pol-,luta labia habentis ego habito*: moxque ipſam pollutionem vnde cognoverat ſubdens, ait: *Et Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* ,Hinc etiam Hieremias divina verba audiens, verba ſe non habere ,cognovit, dicens: *A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.* ,Hinc Ezechiel loquens de quatuor animalibus dicit: *Cùm fieret vox ,ſupra firmamentum, quod erat ſupra caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant ,alas ſuas.* Quid enim per volatum animalium, niſi Evangeliſtarum ,atque Doctorum ſublimitas deſignatur? Vel quid ſunt alæ animalium, niſi ſanctorum contemplationes, eos ad cœleſtia ſublevantes? ,Sed cùm fit vox ſupra firmamentum, quod ſuper caput eorum eſt, ,ſtantes ſubmittunt alas ſuas: quia cùm internâ vocẽ ſuperne ſapientię ,audiunt, quaſi volatus ſui alas deponũt, quia videlicet ipſam veritatis ,altitudinem minùs ſe contemplari poſſe cognoſcunt. Ad vocem ergo ,deſuper venientem alas deponere eſt, cognitâ ſupernâ potentiâ vir-

Prophetæ.

Exod. 4. 10.
Iſa. 6. 1.
Iſa. 6. 5.

[o] *Greg. lib.* 35. *Moral. c.* 2. *Vide eundem Homil.* 8. *in Ezechiel.*

Gen. 18. 27.
Exod. 4. 10.

Vide Orig. Homil. 3. *in Exodum, in principio, & Baſil. Seleuc. Orat.* 28. *& Baſil. Caſarien. in Caput* 6. *Iſaiæ.*

Iſa. 6. 5.
Hier. 1. 6.
Ezech. 1. 25.

Digitized by Google

, tutes proprias humiliare ; & consideratione creatoris , nihil de se a-
, liud quàm abiecta sentire. Sancti itaq; viri dum divinitatis arcana
, audiunt , quantò magis contemplando proficiunt , tantò ampliùs
despiciendo quod sunt , aut nihil aut prope nihil se esse cognoscunt'.
Habemus ex his Gregorij verbis non solùm de Isaiæ , sed de Hiere-
miæ etiam & Ezechielis prophetia documentum : quibus tribus si
addamus Danielem, integrâ maiorum Prophetarum quadrigâ prove-
hemur. Porrò idem Gregorius alibi locum ex Ezechiele iam citatum
p Greg. Hom. 8. in Ezechielē. explanans , etiam Danielem cæteris adiungit : p ' Daniel (inquiens)
, sublimem visionem videns, *per plurimos dies elanguit & agrotavit*: quia Daniel. 8.
, hi qui in virtutibus fortes sunt , cùm altiora Dei conspiciunt , in suâ 27.
sibimet æstimatione infirmi atq; imbecilles fiunt'. In Danielis præte-
reà prophetiâ refertur & explicatur prodigiosum Regis Nabuchodo-
nosor somnium,de quo tres libros huic proposito percommodos Ri-
chardus Victorinus conscripsit , *de Eruditione hominis interioris* intitula-
tos. In quorum secundo expendens illa verba, *Tunc Daniel , cuius no-* Daniel. 4.
men Balthasar, cepit intra semetipsum tacitus cogitare quasi horâ vnâ, & co- 16.
q Rich. Victor. lib. 2. de Erudit. hom. interior. c. 35. *gitationes eius conturbabant eum*; ita scribit ad propositum: q ' Puto quia
, ad Danielem pertineat , & quia veræ devotionis officium existat, ad
, semetipsum redire , exteriorum oblivisci , & interiora cogitare , eo
, maximè tempore cùm debet propriæ vel alienæ saluti consulere. Ali-
, ud est tempus investigandi quæ sunt supra se , atq; aliud est tempus
, discutiendi quæ sunt intra se : *Omnia* enim *tempus habent.* Tempus i- Eccle. 3. 1.
, taq; est contemplandi magnalia divina,& tempus est considerandi in-
, firma nostra. Istud est tempus flendi, illud est tempus ridendi : nam
, & *Ad vesperam demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia.* Cur enim nō Psal. 29. 6.
, sit tempus ridendi in matutino divinæ revelationis,& contemplatio-
, ne æterni luminis ? Cur non sit tempus flendi in vespertino horren-
, dæ visionis , in considerandis humanæ conscientiæ tenebris ? Ves-
, pertinum tempus est, quando lux contemplationis deficit, & animus
, ad semetipsum , & ad sui considerationem redit. Matutinum tempus
, est,quando ante contemplantis oculos lumen revelantis gratiæ emer-
, git, & in sui admirationem convertit , & sæpè extra semetipsum per
, mentis excessum rapit. *Exitus* , inquit , *matutini* , *& vespere delectabis.* Psal. 64. 9.
, Qui sunt isti matutini exitus , nisi ad veri solis irradiationem huma-
, næ mentis excessus ? Dicit ergo, quia *delectant exitus matutini* : cur nō
, & vespera , vel introitus vespertini ? Nam manè solemus ab interio-
, ribus ad exteriora exire , & vespere ab exterioribus ad interiora re-
, dire. Quis autem dignè miretur , quàm sit dulce , quàmve delecta-
, bile , fervente iam charitate , & quasi sub æstivo tempore , ad matu-
, tinam lucem radiantis divinitatis se à somno excutere , & extra hu-
, manæ mentis angustias in auram libertatis erumpere , & ad latum il-
, lum divinorum spectaculorum campum mentis alienatione transire?
, Delectant itaq; exitus matutini ; contristant autem introitus vesper-
, tini , eo proculdubiò tempore cùm animus revertitur ad considera-
tionem

Psal.41.7. tionem sui: *Ad meipsum*, inquit, *anima mea conturbata est.* Sed in horrore visionis nocturnæ, in consideratione horridæ conscientiæ, vnum est certum levamen animi, memoria videlicet Dei sui: & hoc est quod additur ibi, *Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui.* Hoc est quod aliàs dicit, *Memor fui Dei, & delectatus sum*: & hoc in loco: *Exitus matutini, & vespere delectabis.* Tu, inquit, delectabis; non ipsa hora, non ipsi introitus vespertini temporis. Nam quæ, quæso, poterit esse delectatio in considerandâ tenebrosâ illâ humani cordis abyssо? *Prævum* siquidem *est cor hominis, & inscrutabile: quis cognoscet illud?* Hoc est quod Daniel dum diu cogitat apud semetipsum, *cogitationes sua conturbant eum'*. Quare autem conturbant eum, nisi quia suam paupertatem manifestant ei, vt in hanc vocem cum Hieremiâ prorumpat, *Ego vir videns paupertatem meam?* ' Quia electi quique (inquit Gregorius) incessanter conspiciunt, quòd in præsentis vitæ penuriam ab illâ potestatis ingenitę facultate ceciderunt, benè dicitur: *Ego vir videns paupertatem meam'*. Sed quid de reprobis? Audi eundem ibidem inferiùs:' Sed hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt: quia dum sequuntur ea quæ conspiciunt, cogitare invisibilia negligunt quæ perdiderunt. Unde & egestas eorum propriè dicitur; quia dum replentur vitijs, virtutum divitijs vacuantur. Quibus sæpè evenit, vt per elationis dementiam sublevati, dum nequaquam ruinæ suæ damna considerant, esse se etiam à bonis actionibus inopes non cognoscant. Vnde voce Angelicâ prædicatori Laodiceæ dicitur: *Dicis quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Quia divitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur: sed pauper, cæcusque, & nudus arguitur: pauper vtiq; quia virtutum divitias non habet: cæcus, quia nec paupertatem quam patitur videt: nudus, quia primam stolam perdidit; sed peiùs, quia nec se perdidisse cognoscit'. De tali interpretatur ibidem adhuc inferiùs, quod de Ephraim scriptum est in Prophetiâ Oseæ, *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit.* Talibus occlamat Propheta Ioel, dicens: *Expergiscimini ebrij, & flete.* ' Ebrij quippe vocati sunt (teste alibi eodem Gregorio) qui mundi huius amore confusi, mala non sentiunt quæ patiuntur'. Vnde ad eos idem Propheta exclamat, *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*: tanquam diceret cum alio Prophetâ, *Redite prævaricatores ad cor.* Talibus dicit Propheta Amos: *Constituite in portâ iudicium.* In portâ vtiq; per quam ab interioribus vestris ad exteriora excurritis: Ibi, inquam, constituite iudicium, maturè discutiendo, an expediat morem gerere ei qui per Cain olim dixerat Abeli, *Egrediamur foras*: an potiùs ei qui per Isaiam clamat, *Redite prævaricatores ad cor.* Quòd si huic morem quis gerere noluerit, sed foras evolans in sublimibus nidificare maluerit, eveniet ei quod per Abdiam Dominus comminatur, dicens: *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris niduni tuum, inde detrahàm te.* Tam facile quippe Domino est, de

Vide Aug. in Psal.41.ad ver. 7.

r Greg. lib. 34. Moral. cap. 3.

s Greg. lib. 33. Moral. cap. 27.

vertice cœli deijcere, quàm de ventre inferi ſublevare, vnde eum ſublevavit qui inde ei ſuſpiravit, *Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum*: tanquam cum Pſalmiſta cantans illud ſuprà hìc expenſum, *Ad meipſum anima mea conturbata eſt, propterea memor ero tui.* Quam conturbationem ſeu anguſtiationem animæ Corinthijs commendans Apoſtolus: *Anguſtiamini*, inquit, *in viſceribus veſtris.* Hæc quippè animæ ſeu viſcerum anguſtiatio eſt quædam vindictæ de ſeipſo ſumptio: ac per hoc divinæ vindictæ præcautio: quoniam, ſicut alius Propheta teſtatur, *Non conſurget duplex tribulatio*: ſive, vt 70. Interpretes tranſtulerunt, *Non vindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione.* Vbi quid aliud innuitur, quàm quod ait Apoſtolus, *Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur?* Ad quod iudicium de nobiſipſis inſtituendum monemur illo Michæano oracullo: *Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique* FACERE IVDICIVM, *& diligere miſericordiam* &c. Quod oraculum alius item Propheta velut replicans, ait: *Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, & miſericordiam & miſerationes facite.* Nec refert quòd hìc addatur, *Verum*, priori loco omiſſum. Quia, ſicut Auguſtinus priorem locum tractans obſervat, [t] 'Vt oſtenderet Deus, perverſum iudicium non eſſe iudicium, non ait, Quid Deus quærit à te niſi facere rectum iudicium: ſed *Facere*, inquit, *iudicium.* Si enim rectum, tunc iudicium: ſi autem perverſum, non iudicium, ſed vitium'. Porrò quia huiuſmodi iudicium facere manſuetorum eſt, alius Propheta fiduciam talibus ingerens: *Quærite Dominum*, inquit, *omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati*: hoc eſt, qui tale de vobiſipſis & proximis veſtris feciſtis iudicium, quale Dominus ab vnoquoque homine requirit. Propoſuerat operari hoc iudicium, qui dicebat: *Super cuſtodiam meam ſtabo.* Vbi illa rectiſſimè intelligitur cuſtodia, quam Paræmiaſtes vnicuique commendat, dicens: *Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum.* Cui conſonat & illa Aggæi parenеſis, *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras*: & illa item Malachiæ, Prophetarum poſtremi: *Cuſtodite ſpiritum veſtrum.*

Leu. 2. 8. — Pſal. 41. 7. — 2. Cor. 6. 12. — Nah. 1. 9. — 1. Cor. 11. 31. — Mich. 6. 8. — Zachar. 7. 9. — Soph. 2. 3. — Habac. 2. 1. — Prov. 4. 23. — Agg. 1. 5. — Malach. 2. 15.

[t] *Aug. Serm. 236. de Tempore recap.* 2.

CAPVT XVI.

Proſecutio eiuſdem doctrinæ ex ſcripturis Novi Teſtamenti, tam Legalibus, quàm Hiſtoricis, Sapientialibus, & Propheticis.

Novum Teſtamentum.

I. QVod ſuperiori capite circa Veteris Teſtamenti libros per varias claſſes diſpertitos præſtitimus, id præſenti capite de Novi Teſtamenti ſcripturis per ſuas ſimiliter claſſes diſtributis præſtare conabimur: vt vel hinc appareat vtriuſque Teſtamenti conſonantia, atque in eundem ſcopum conſpiratio; *nec* Chriſtum *veniſſe ſolvere legem aut Prophetas, ſed adimplere.* Quemadmodum enim lex & Prophetæ, ita Chriſtus per ſe & ſuos amanuenſes notitiam ſuæ imbecillitatis & divinæ

Matth. 5. 17.

Digitized by Google

vinæ ſupra ſe præceliſitatis hominibus inculcavit, & in ſolo Deo gloriandum eſſe perdocuit. Liceat proinde nobis hìc vſurpare illud Apoſtolicum: *Abundantiùs oportet obſervare nos ea quæ audivimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt Sermo, factus eſt firmus; & omnis prævaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ cùm initium accepiſſet enarrari per* Dominum, *ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt; conteſtante Deo ſignis & portentis.* Porrò vt ab Evangelica hiſtoria incipiamus, opportunè inprimis occurrit Angelicum illud monitum, Ioſepho poſt Magorum receſſum, referente Matthæo, datum: *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi: Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Quem locum noſtro ſcopo accommodans Hugo Victorinus, per Ioſephum moraliter intelligit virum quemlibet iuſtum ſupernis contemplationibus deditũ; per puerum Ieſum, intelligentiam veritatis; per matrem pueri, munditiam cordis; per Iudæam vnde fugiendum eſt, contemplationem cœleſtium; per Ægyptum in quam fugiendum eſt, conſiderationem caliginis humanæ; per Herodem pueri perſecutorem, vitium ſuperbiæ contemplativis inſidians; per fugam de Iudæa in Ægyptum, tranſitum de ſupernorum myſteriorum contemplatione ad humanæ tenebroſitatis conſiderationem; per moram in Ægypto, huiuſce conſiderationis continuationem; per mortem Herodis, ſuperbię extinctionem; per reditum de Ægypto in terram Iſraël, priſtinæ & intermiſſæ contemplationis ſupernorum reſumptionem: [u] 'Herodes (ait ille) puerum perſequitur, cùm ex accepta veritatis intelligentia, ſpiritu elatio-,nis animus impugnatur. Multi enim cùm veritatis intelligentiam ,accipiunt, altiora ſeipſis quærentes, ſe deſerunt: Nunc de myſterio ,Incarnationis & Trinitatis, nunc de ſecretis cœleſtibus, & Spiritus ,ſancti chariſmatibus diſputant: & dum ſupra ſe rimantur, ſuæ infir-,mitatis neſcij, ſe eſſe homines obliviſcuntur. Qui ergo hanc Hero-,dianam impietatem cupit evadere, Angeli conſilio obediat: *Accipe*, in-,quit, *puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Ægyptus tenebræ ,interpretatur: Ad tenebras igitur noſtras conſiderandas ire præcipi-,mur, quando per ſpiritum ſuperbiæ impugnamur. Eſt autem puer ,aliquando apud Ægyptum, aliquando invenitur in Iudæa. Apud Æ-,gyptum eſt, quando docet me quantæ ſint tenebræ meæ, inſtruens ,me vera cognoſcere de meipſo: apud Iudæam eſt, quando oſtendit ,mihi quæ ſit claritas ſapientiæ ſuæ, erudiens me vera cognoſcere de ,Deo. In Ægypto dat cognitionem mei: in Iudæa cognitionem Dei, ,quia *Notus in Iudæa Deus.* Accipe puerum & matrem eius: cum vtro-,que fuge. Si Herodem non evitas, puer occiditur: quia ſi ſuper-,biam non declinas, veritatis lux extinguitur. Si cum vtroque non ,pergis, tutus non eris. Si priſtinos errores, præteritas delectationes ,ad memoriam reducis, in Ægyptum quidem veniſti, & moraris in ,ea, in tenebris tuis conſiderandis occupatus: ſed quia ſine puritate huc

Heb. 2. 1. & ſeqq.

Mat. 2. 13.

Evangelia.

[u] *Hugo Vict. l. 4. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. c. 28.*

,huc veniſti, raperis in turpem delectationem: & quia veritas tecum ,non eſt, cadis citò in errorem. Si enim antiquas voluptatis vias per ,concupiſcentiam reſpicis, ſine Virgine Matre pergis: Si mala tua ex- ,cuſas, vel mala eſſe diſſimulas, ſine puero in Ægypto moraris. Fu- ,ge ergo, ſed cum vtroque: *Et eſto ibi vſque dum dicam tibi.* Non ante ,tempus redeas, ſed neque vltrà quàm ſatis eſt moreris. Nam ſi mala ,tua nimis attendas, citò te in deſperationis foveam præcipitas: ſi ,ante tempus vel vltra modum de Dei miſericordia confidis, te nihi- ,lo minùs in præſumptionem erigis. Cùm igitur ex nimia conſidera- ,tione tenebrarum tuarum, tanquam ex multa mora Ægypti, in deſ- ,perationem traheris, & à triſtitia abſorberis; Angeli ſatanæ conſi- ,lium ſequeris. Hoc ipſum ſi ex Iudęę facias habitatione, per inanem ,lætitiam ad vanam gloriam & ſpem raperis. Si igitur diſcretus es, ,non ſolùm fugias; ſed *Eſto ibi vſque dum dicam tibi*, vt ait Angelus magni conſilij. Et pauculis interpoſitis rurſus adhuc ibidem inferiùs: 'Vtile eſt fugere in Ægyptum, & infirmitatis noſtræ tene- bras inſpicere; ne animus intumeſcat'. Et mox obiectionem propo-

Obiectio. Diluitur.

nens ac diluens: 'Sed fortè (inquit) dices: Tenebræ conculcabunt ,me, ſi in Ægyptum iero. Ideoque audi: *Nox nocti indicat ſcientiam.* *Pſal.* 18. 3. ,Tantùm ergo puer Ieſus & Mater ſint tecum: fiducialiter ibi & verè ,dicere poteris: *Si ambulavero in medio vmbræ mortis, non timebo mala;* *Pſal.* 22. 4. ,quoniam puer Ieſus & mater Virgo, id eſt, Veritatis intelligentia & ,cordis munditia mecum eſt: quinimò *nox facta eſt illuminatio mea* *Pſal.* 138. *in delicijs meis*'. Et rurſus paulò inferiùs ibidem: 'Si in Ægyptum va- 11. ,dis, & in ea moraris, quando infirmitatis tuæ tenebras agnoſcis, om- ,nis profectò arrogantia deficit. Defuncto Herode tempus eſt rever- ,tendi in terram Iſraël: *Iſraël* vir videns Deum interpretatur: ille Iſ- ,raël eſt, cuius mens in contemplatione levatur. *Ego vir videns pauper-* *Thre.* 3. 1. ,*tatem meam*: vſque hodie, quia nihil niſi tenebras video, in Ægypto ,ſum: qui verò per contemplationem gloriam Dei intuetur, in terra ,Iſraël moratur: ſi quis ſapientiam loquitur inter perfectos, & quæ ,corde contemplatur ore confitetur, in Iudæa converſatur. In Ægyp- ,to quiſque eſt per conſiderationem ſui, in terra Iſraël per contempla- tionem Dei, in Iudæa per ædificationem proximi'.

Quod Angelus Ioſepho in viſione nocturnâ, hoc Chriſti præcurſor 2. turbis in deſerto, hoc & Chriſtus ipſe in prædicationis ſuæ exordio mandavit. Vnde enim præcurſor Ioannes, vnde Chriſtus prædicatio- nem exorſus eſt, niſi ab ijs verbis: *Pœnitentiam agite?* Et hoc quid eſt, *Matt.* 3. 2. niſi fugite in Ægyptum, conſiderate tenebras veſtras, redite prævari- *& Matt.* 4. catores ad cor veſtrum? Sed ne fortè conſideratione tenebrarum ſua- 17. rum, velut ingreſſu Ægypti, in voraginem deſperationis inciderent, quibus dicitur, *Pœnitentiam agite*; eiſdem ab vtroq; prædicatore an- nuntiatur, *Appropinquans regnum cælorum.*[w] Pœnitentiam (inquit Hi- ,larius) regno cælorum propinquante pronuntiat, per quam eſt re- ,ditus ab errore, & recurſus à crimine, & poſt vitiorum pudorem

[w] *Hilar. Can. 2. in Matthæ.*

profeſſio

» professio definendi : vt deserta Iudæa meminisset, eum se susceptu-
» ram, in quo cælorum est regnum ; non vacuam deinceps futuram, si
» se à veteribus vitijs pœnitentiæ confessione purgasset'. Christus igitur
& Christi præcursor dum fugam in Ægyptum commendant, spem re-
deundi in terram Israel ingerunt : quia dum iniungunt considera-
tionem latentium in corde delictorum, annuntiant appropinquationem
coruscantis regni cælorum : dum hortantur ad pœnitentiam, polli-
Rom.14.17 centur indulgentiam ; promittunt pacem, gaudium,& iustitiam : *Non
est enim regnum Dei*, inquit Apostolus, *esca & potus : sed iustitia, & pax,
& gaudium in Spiritu sancto.* Hæc proinde sunt insignia terræ Israel, id
est, terræ virorum videntium Deum. Sed quoniam videre nemo po-
test Deum, nisi priùs viderit semetipsum ; idcircò non nisi post iniun-
ctionem pœnitentiæ delictorum, annuntiatur appropinquatio regni
cælorum : [x] ' O fructuosa (ait quidam) & virilis pœnitentia ! O vi-
» rago amplectenda, mediatrix peccatorum fidissima ! O secunda nau-
» fragij tabula ! O refugium pauperum, miserorum auxilium, exulum
» spes, debilium fomes, lumen cæcorum, solamen orbatorum, petu-
» lantium virga, vitiorum serra, virtutum apotheca ; quæ sola iudi-
» cem flectis, conditorem arguis, omnipotentem sternis : dum vince-
» ris vincis, dum cruciaris crucias, dum vulneras sanas, dum salubri-
» ter succumbis gloriosè triumphas ! Tu sola, cæteris silentibus, thro-
» num gratiæ audacter conscendis. David manu ducens reconcilias,
» Petrum restituis, Paulum illuminas, Publicanum sumptum de telo-
» neo Apostolorum fidenter inseris Choro, Mariam de prostibulo le-
» vas in æthera & iungis Christo, Latronem affixum patibulo adhuc
» vernantem sanguine inseris paradiso. Quid plura ? Tui iuris est cæ-
lestis curia'. Porrò vt ad alia transeamus, Christus in exordio Ser-
monis ad Discipulos in monte habiti, non alios prædicat beatos, quàm
Matt. 5.3. qui noverint semetipsos : *Beati*, inquit, *pauperes spiritu.* Quis est spiri-
Thren.3.1. tu pauper, nisi qui cum Propheta in Threnis exclamat, *Ego vir videns
paupertatem meam* ? Pergit porrò ibidem Christus, & adiungit : *Beati*
Soph.2.3. *mites.* Qui sunt autem mites, nisi quibus alius Propheta ait : *Quærite
Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati* ? Adiungit
præterea Christus ibidem, *Beati qui lugent.* Quis autem veraciter luget,
Tob.5.12. nisi qui cæcitatem suam agnoscens cum Tobia exclamat : *Quale gau-
dium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video* ? Pergit vlte-
riùs ibidem Christus, adiungens : *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.*
Qui sunt isti, nisi qui cum Publicano in templum cordis sui ascenden-
Luc.18.13. tes dicunt : *Deus propitius esto mihi peccatori* ? Sequitur porrò ibidem,
Eccli. 30. 24. *Beati misericordes.* Quis autem est veraciter misericors, nisi qui acquies-
cit Ecclesiastico monenti : *Miserere animæ tuæ placens Deo* ? Sequitur
rursus ibidem, *Beati mundo corde.* Quis est autem mundo corde, nisi
quem fæditatis suæ consideratione compunctum Dominus exaudivit
Psal. 50. 12. ad se clamantem : *Cor mundum crea in me Deus* ? Sequitur vlteriùs ibi-
dem, *Beati pacifici.* Qui sunt isti pacifici, nisi qui ab Ecclesiastico des-

[x] *Hugo Victor. in caput. 2. Ecclesiast. ad vers. 18.*

Octo Beatitudines.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Septima.

 cribuntur

cribuntur, *Homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis*? Vbi & interior animæ pulchritudo, & interiores intelligendæ ſunt domus. Notandum verò, non fuiſſe dictum, pulchritudinem habentes; ſed, *pulchritudinis ſtudium habentes*: vt nimirum attentio mentis ad interiora commendetur. Hæc quippè attentio ſeu vigilantia mentis neceſſaria eſt eis, qui cupiunt in domibus ſuis eſſe pacificantes: vt nimirum nunquam obliviſcantur iſtius Apoſtolici oraculi: *Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem vivamus.* Ex prima naturæ noſtræ conditione pacem vndequaque in domibus noſtris interioribus habuimus: ſed irrepſit domeſticum bellum poſtquam ſpiritus noſter adversùs eum inſurrexit de quo ſcriptũ eſt: *Quis reſtitit ei, & pacem habuit*? De hoc domeſtico bello ſeu interiori diſcordia loquens in ſuis Miſcellaneis Hugo Victorinus: [y] 'Huius (inquit) diſcordiæ, quia ſolus ſpiritus author eſt, neceſſe eſt vt ipſe prior ad pacem redeat, & cætera poſt ſe ſubſequenter ad pacem componat. Si enim ipſe & creatori debitam ſubiectionem, & carni iuſtum regimen exhibere ſtuduerit, perfecta & conſummata iuſtitia ſubſequitur: & reformatâ iuſtitiâ, concordia quoque & pax perfecta reparatur. Sicut enim ex eius iniuſtitia pax & concordia cunctorum ſolvitur, ita per eius iuſtitiam vniverſa reconciliantur'. Atque hæc eſt interna pulchritudo, cuius ſtudium Eccleſiaſticus iam memoratus commendat: quam diſturbare nititur caro adversùs ſpiritum rixans; cui Apoſtolus dicit nos non eſſe debitores, vt ſecundùm eam vivamus; admonens potiùs vt ſpiritu facta carnis mortificemus: 'Spiritus hominis (ait Hugo Victorinus ibidem cap. 119.) medio quodam loco conſtitutus, ſupra ſe creatorem ſuum habet, cui ſubiectus eſſe debet: ſub ſe carnem ſuam, cui debet eſſe prælatus. Aliud ergo debet creatori propter ſubiectionem, aliud carni propter prælationem. Creatori propter ſubiectionem debet, vt nunquam præter voluntatem eius ſe moveat: carni propter prælationem debet, vt eam ſecundùm arbitrium rationis divinitùs illuminatæ diſponat. Iuſtitia enim voluntatis humanæ eſt, voluntati divinę per omnia conformari; & quod illa ſtando habet, motu & appetitu boni deſiderij adipiſci: vt nec extra illam effluat, præſumẽs ea quæ non debet; nec infra illã ſubſiſtat, torpens ab ijs quę debet. Hoc eſt ergo debitũ ſpiritus ad creatorẽ, vt per omnia ſecundùm ipſius voluntatẽ moveatur. Debitũ autem ad carnẽ, vt illius appetitũ nec extra ſuũ iudiciũ effluere, nec infra ſubſiſtere patiatur. Quia enim ſpiritus ſeſſor eſt, & caro iumentum; frænũ ei debet, vt præcipitem à malo cohibeat; & calcaria, vt pigram ad bonum excitando exerceat; & pabulum, vt eius infirmitatem ſuſtentet, ne deficiat. In ſtabulo pabulum, in via calcaria, & frænum: hoc eſt, in quiete nutrimentum, in exercitatione cohibitionem & incitamentum'. Quiſquis vtrumque hoc debitum creatori ſuo & carni ſuæ reſpectivè perſolvere ſtuduerit, inter illos numerari merebitur, de quibus ſcriptum eſt: *Homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domi-*

Eccli. 44. 6.

Vide Aug. Ser. 13. de Verbis Apoſt. c. 6. & ſeqq.

Rom. 8. 12.

Iob. 9. 4.

[y] *Hug. Vict. l. 1. Miſcell. cap. 20.*

Eccli. 44. 6.

Digitized by Google

domibus ſuis : atque ita filiorum Dei prærogativam conſequetur, de
Matt. 5.9. quibus dictum eſt : *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Sequitur
poſtremò ibidem: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Qui- Octava.
nam ſunt autem qui perſecutionem pro iuſtitia veraciùs tolerant, quã
qui membra ſua pro iuſtitiæ in ſe conſervatione mortificant, acquieſ-
Coloſſ.3.5. centes Apoſtolo dicenti : *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper ter-*
rã? Arduũ quidẽ & heroïcũ eſt, mortẽ aut mutilationẽ à tyranno infe-
rendã acceptare; ſed magis arduũ & heroïcũ eſt, ſeipsũ morti aut mu-
tilationi pro iuſtitia adiudicare, & ſententiã à ſe in ſe latã executioni
mandare: Utrumque tamen à nobis Deus exigit; vnum quidem per
Mich.6.8. Prophetam Michæam, per quem requirit, *Facere iudicium* : alterum
per Apoſtolum iam citatum, dicentem: *Mortificate membra veſtra.* Quos
locos expendimus, & huic ſcopo noſtro accommodavimus cap. 14 §.
5. Sed cuinam generi mortis à ſe ſibi inferendæ ſeipſos adiudicant qui Dubium.
huiuſmodi perſecutionem pro iuſtitia tolerant? Vtique crucifixioni: Deciſio.
Gal.5.24. provt innuit Apoſtolus cùm ait : *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixe-*
runt cum vitijs & concupiſcentijs. Legitur in libro Iudicum, quòd cùm
tyrannus Adonibezec ſimili ſupplicio afficeretur quo pridem ipſe
Iudic. 1.7. alios affecerat, dixerit : *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Idem dicere
caro noſtra poſſet, quando à ſpiritu crucifigitur, cui crucifigendi ſe-
ipſum præbuerat anſam; quæ ob id tyranno perſecutionem moventi
comparatur : perſecutionem vtique tantò periculoſiorem, quantò oc- [2] Leo Serm. 9. de Quadrag. c. 1.
cultiorem : [2] 'Unum nomen eſt perſecutionis (inquit papa Leo) ſed
,nõ vna eſt cauſa certaminis: & plùs plerunq; periculi eſt in inſidiatore
,occulto, quàm in hoſte manifeſto. Beatus Iob alternantibus bonis ac
Iob. 7.1. ,malis mundi huius eruditus, piè veraciterque dicebat : *Nonne tenta-*
,*tio eſt vita hominis ſuper terram?* Quoniam non ſolis doloribus corpo- Vide Greg. l.8. Moral. cap.3.
,ris atque ſupplicijs anima fidelis impetitur, verumetiam ſalvâ inco-
,lumitate membrorũ, gravi morbo vrgetur, ſi carnis voluptate molli-
Gal.5.17. ,tur. Sed cùm *caro concupiſcit adversùs ſpiritũ, ſpiritus autẽ adversùs carnẽ*,
,præſidio crucis Chriſti mens rationalis inſtruitur : nec cupiditatibus
,noxijs illecta conſentit, quoniã continentiæ clavis & Dei timore trãſ-
,figitur'. Hanc itaq; perſecutionẽ qui pro iuſtitia patiuntur, Dominicâ
atteſtatione *Beati* dicuntur. Vnde Iacobus Apoſtolus, Dominicam
Iac.1.12. ſententiam velut replicans, ait : *Beatus vir qui ſuffert tentationem.*

3. Evangeliſta Lucas Matthæum quaſi recapitulans quatuor dumtaxat Quatuor Beatitudines cum oppoſitis reſpectivè miſerijs.
recenſet beatitudines, ſingulis reſpectivè ſuam contraponens miſe-
Luc. 6.20. riam. Nam cùm dixiſſet, *Beati pauperes* : inferiùs contrapoſuit, *Væ vo-*
Luc. 6.24. *bis divitibus* : tanquam diceret, Væ cuilibet veſtrûm, qui non poteſt
Thren 3.1. cum Propheta veraciter dicere, *Ego vir videns paupertatem meam.* Rur-
Luc. 6.21. ſus cùm dixiſſet, *Beati qui nunc eſuritis* : inferiùs contrapoſuit, *Væ vo-*
Luc. 6.25. *bis qui ſaturati eſtis* : tanquam diceret, Væ ijs qui non cum Publicano
quaſi famelici ſtipem mendicant, ſed cum Phariſæo quaſi ſaturi opu-
Luc. 6.21. lentiam ſuam iactant. Iterum cùm dixiſſet, *Beati qui nunc fletis* : infe-
Luc. 6.25. riùs contrapoſuit, *Væ qui nunc ridetis* : hoc eſt, qui aures non præbetis

Digitized by Google

Eccleſiaſti dicenti, *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum convi-* Eccle. 7. 3.
vij. Domus luctus eſt domus interior propriæ paupertatis, domus convivij eſt domus exterior alienæ curioſitatis. Poſtremò cùm dixiſſet, *Beati eritis cùm oderint vos homines, & cùm ſeparaverint vos, & exprobraverint* &c: inferiùs contrapoſuit, *Væ cùm benedixerint vobis homines.* Quia nimirum per illos exercebimini ad patientiam, & erudiemini ad fragilitatis veſtræ notitiam; per iſtos excitabimini ad ſuperbiam, & impediemini à fragilitatis veſtræ conſiderantia: Vtrique quidem à maligno ſpiritu in vos concitabuntur; ſed illi vobis proderunt humiliando, iſti oberunt inflando: atque ita illi erunt vobis occaſio ſtructuræ, iſti ruinæ. [a] 'Duobus modis (ait Hugo Victorinus) diabolus humi-
[a] *Hug. Vict. l. 1. Miſcell. cap. 172.*
'litatem in nobis oppugnat: per iniuriam videlicet, & per reveren-
'tiam. Aliquando enim inſtigat homines vt iniuriam nobis inferant,
'ac per hoc ad indignationem, & ad iram, & ad impatientiam nos per-
'trahere nititur. Aliquando facit illos nobis reverentiam exhibere, &
'ſic ad vanam gloriam, & inanem lætitiam nos inclinare conatur. Nos
'verò ſi contra hæc bella inimici humilitatem noſtram illæſam cuſto-
'dire volumus, mala noſtra iugiter ante oculos habere ſtudeamus.
'Mala autem dico, non ſolùm interiora, quæ ad iniquitatem & cul-
'pam pertinent; ſed etiam exteriora, quæ pertinent ad vilitatem: ſicut
'eſt ignobilitas generis; inopia, quæ eſt mater paupertatis; debilitas
'corporis; & ſiqua ſunt talia, quæ hominem humiliant. Nam ſi culpas
'noſtras & miſerias noſtras benè & attentè inſpicere volumus, tunc
'fortaſſis nec indignum iudicabimus ſi nobis inferatur iniuria, nec
'dignum ſi reverentia exhibeatur. Sæpè autem diabolus, quos per in-
'iuriam quaſi impingendo non valet proſternere, per reverentiam
'quaſi occultè ſuffodiendo nititur ſupplantare. Mens etenim hominis
'citiùs in laude ſui decipitur: quia quod libentiùs accipit, difficiliùs
'repellit. Nam dum bona ſua nonnunquam foris laudari audit, &
'quodammodo ad ſemetipſam reverſa verum eſſe conſiderat id quod
'dicitur, liberè iam & quaſi ſine culpa in adulatione ſui delectari ſe
'poſſe arbitratur: cùmq; ſe tantummodò teſtimonio veritatis conſen-
'ſum præbere exiſtimat, non ipſa eam veritas, ſed adulatio potiùs de-
'lectat. Ut autem prorſus ab elationis vitio innocens eſſe videatur,
'maiori adhuc calliditate ſe palliat: & poſtquam id quod dictum eſt
'de ſe, verum eſſe conſenſerit; ne vllo modo ſibi tribuere exiſtime-
'tur, ſtatim ſe ad gratiarum actionem convertit. Hæc autem confeſ-
'ſio modo mirabili non ad humilitatem, ſed ad elationis augmentum
'proficit: quoniam tantò iam fiducialiùs apud ſemetipſam extollitur,
'quantò manifeſtiùs bonum ſuum non à ſe, ſed à Deo eſſe confitetur;
'Phariſæi prorſus ſuperbiâ, dicentis: *Deus gratias ago tibi, quia non ſum* Luc. 18.
'*ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus:* 11.
'*Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.* Et vide quomodò
'virus peſtilentiæ paulatim ſe diffundit: Primùm fortaſſis aliquod
'vnum bonum in nobis laudatum fuerat, ſed dum mens ex eo incautè
extol-

Digitized by Google

„extollitur, continuò cætera quoque in memoriam veniunt, vt amplius in elationem accendatur: Replicat ſtudiosè cuncta bona ſua „præterita; atque in vnum omnia coacervans, dum quaſi per præteri„torum memoriam in præſenti beneficio gratiarum actionem am„plificare fallaciter ſatagit, veraciter in ſuis oculis ex conſide„ratione tantarum virtutum intumeſcit: dumque in ſui admira„tione occupata defigitur, paulatim iam & eum à quo hoc „habet obliviſci incipit; & quaſi ſibi iam ſufficiat quod eſt, mala ſua ampliùs ad memoriam reducere non dignatur'. Ecce in quantum inflationis tumorem & oblivionis ſui ſtuporem animus adulatione ſuffumigatus excreſcit. Meritò proinde Beda duo perſecutorum genera diſtinguit: [b] 'Vnum palàm ſævientium, alterum fictè fraudulenterque blandientium'. Et quamvis vtroſque; *perſecutorum* vocabulo comprehendat, ita tamen eos artificio perſequendi diſcernit, vt illos moneat minimè eſſe timendos, iſtos autem vigilanter cavendos. Vnde & ſalvator ſuo nos inſtruens exemplo, cùm ei maledici calumniarentur, quòd *Non niſi in Beelzebub principe demoniorum ejiceret dæmonia*: placidè reſpondit, *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij veſtri in quo ejiciunt?* Rurſus cùm ei à maledicis diceretur, *Dæmonium habes*: Simpliciter reſpondit, *Ego dæmonium non habeo.* Cùm verò adulatoriè à quopiam ei diceretur, *Magiſter bone*: continuò regeſſit: *Quid me dicis bonum?* Rurſus cùm ei aliàs à ſimilibus diceretur, *Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces?* confeſtim repoſuit: *Quid me tentatis hypocritæ?* Vbi quid aliud commendatum nobis voluit, quã vt tolerabiliùs feramus criminatores, quàm adulatores? Vnde & Pſalmiſta, qui alicubi ait, *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;*: alibi tamen dicit, *Ferant confeſtim confuſionẽ ſuã, qui dicunt mihi, Euge, Euge*: & iterum alibi, *Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, Euge, Euge.* Rationem diſcriminis iam ſuprà inſinuavimus: quia nimirum maledicus perſequitur palàm ſæviendo, adulatores autem fictè blandiendo. Quam fictam blanditionem Richardus Victorinus fraudulentam vocat tentationem, conſonè ad id quod adulatoribus Chriſtus repoſuit dicendo, *Quid me tentatis hypocritæ?* [c] 'Pro fraudulentâ „tentatione (ait ille) Domino ſupplicabat Propheta, quando dicebat, „*Domine libera animam meam à labys iniquis, & a lingua doloſa.* Lingua „doloſa tentatio fraudulenta, lingua doloſa opinio falſa, lingua do„loſa gloriatio vana. Quando de meritis tuis vel aperto ſermone, vel „tacitâ cogitatione gloriaris, linguam doloſam audis, & neſcis. Et „hæc quidem gloriatio vana quandoque ſurgit ex opinione humana, „quandoque ex ſuggeſtione diabolica: vtroque modo quidem à lin„gua iniqua, à lingua doloſa. Certè ſi eiuſmodi linguam libenter au„dis, non tantùm ſtultè, ſed etiam iniquè agis: *Quid enim habes quod „non acceperiſti? ſi autem acceperiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Cogita „ergo quàm ſit iniquum, gratis largienti ingratum fore; inſuper & in „ipſum rapinam exercere. Hoc ei conaris auferre, quod ſibi ſoli vult

[b] *Beda lib. 4. in caput 12. Lucæ v. 4.*

[c] *Rich. Victor. Annotat. in Pſal. 90.*

'reſervare : *Gloriam meam*, inquit, *alteri non dabo.* Si ergo tantum de- *Iſa. 42. 8.*
'ſipit, ſi tam iniquè agit, qui in ſe gloriatur de ſuis bonis ; quantum
'quæſo infatuatur, qui ad hoc vſque perducitur, vt glorietur de malis
'ſuis ? Quotieſcunque ergo perſtrepunt in te cogitationes vanæ, ac-
'clamantes tibi, *Euge, Euge*, ne ceſſes Domino Deo tuo proclamare, *Fe-* *Pſal. 39.*
'*rant confeſtim confuſionem ſuam qui dicunt mihi, Euge, Euge* : & illud, *Do-* *16.*
'*mine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa*'. His conſona *Pſal. 119.*
Hugo Victor. ſunt quæ ſcribit Hugo Victorinus loco proximè citato, ſubiungens in- *2.*
ferius : 'Quoties adulatione laudantium, ſive reverentiam exhibentiũ,
'pulſari exteriùs atque tentari mens ſe ſenſerit, non attendat neque
'cogitet vtrum verum ſit quod de ſe dicitur, aut dignum quod ſibi ex-
'hibetur : ſed ſtatim, ne decepta per inanem gloriam laudem quâ foris
'pulſatur introſuſcipiat, ex ipſo ſuo vitio ei opponere curet vnde
'potiùs erubeſcat, dicens cum Pſalmiſta : *Avertantur ſtatim erubeſcentes,* *Pſal. 69. 4.*
'*qui dicunt mihi, Euge, Euge*'.

Actus Apoſtolorum. Legalem Teſtamenti novi partem ſubſequitur Hiſtorica ; quæ Ac- **4.**
tuum Apoſtolicorum volumine comprehenditur : in quâ mox ſub ini-
tium occurrit illud, quod Chriſtus Apoſtolis in cælum iam aſcenſu- *Act. 1. 7.*
rus reſpondit : *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater po-*
ſuit in ſua poteſtate. Quibus verbis apertè ſatis eos ad propriæ conditio-
nis conſiderationem remiſit : vt non niſi ad ſobrietatem ſaperent, nec
curioſitate defluerent : [a] 'Cognitio negatur (inquit Hilarius) neq;
'ſolùm negatur, ſed & ſollicitudo cognitionis inhibetur ; cùm ſcire
hæc tempora non eſt eorum'. Cui conſonat Auguſtinus, cùm de hâc
ipſâ re loquens ait : [c] 'Omnium de hâc re calculantium digitos reſol-
'vit, & quieſcere iubet ille, qui dicit, *Non eſt veſtrum ſcire tempora, quæ*
Pater in ſua poſuit poteſtate'. Et Epiſt. 80. ad Hezychium : 'Quis no-
'ſtrûm (inquit) docere audeat, vel ſe ſcire præſumat, quod Deus
'ille magiſter nec eos diſcipulos docuit, à quibus præſentibus inter-
'rogatus eſt præſens : nec illi tam ſancti magniq; Doctores Eccleſiam
docere potuerunt'? Et rurſus ibidem aliquantò inferiùs : 'Noviſſi-
'mis diebus Dominus per Virginem venit : nec diceretur iſta *hora no-* *1. Ioan. 2.*
'*viſſima*, niſi regno propinquante cælorum : per quam totam horam *18.*
'fiunt, quæ Dominus propinquante ſuo regno futura prædixit. Sed
'hæc hora quanto ſpatio protendatur, ſi Apoſtolis dictum eſt, *Non eſt*
'*veſtrum ſcire* : quantò magis quilibet homo, qualis ego ſum, MODVM
SVVM DEBET AGNOSCERE, *ne plus ſapiat quàm oportet ſapere*'. Porrò *Rom. 12. 3.*
per denegationem notitiæ illius horæ, admonemur iugiter vigilare in
noſtram horam : 'In quo enim (vt ait Auguſtinus Epiſtola proximè
'citata) quemque invenerit ſuus noviſſimus dies, in hoc eum com-
'prehendet mundi noviſſimus dies : quoniam qualis in die iſto quiſ-
'que moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad hoc pertinet quod in
'Evangelio ſecundùm Marcum ita ſcriptum eſt : *Vigilate ergo, quia* *Marc. 13.*
'*neſcitis quando* DOMINUS *domus veniat, ſerò, an media nocte, an galli cantu,* *35. & ſeqq.*
'*an manè : ne cùm venerit repentè, inveniat vos dormientes* : QUOD AUTEM VO-
BIS

[a] *Hilar. lib. 9. de Trinit. prope finem.*
[c] *Aug. lib. 18. de Civit. c. 53.*

Digitized by Google

,*bis dico, omnibus dico: Vigilate.* Quibus enim omnibus dicit, niſi ele-
,ctis & dilectis ſuis, ad corpus eius pertinentibus, quod eſt Eccleſia?
,Non ſolùm ergo illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur, ſed
,etiam illis qui fuerunt poſt illos ante nos, & ad noſipſos, & qui e-
,runt poſt nos vſque ad eius noviſſimum adventum. Nunquid autem
,omnes inventurus eſt dies ille in hâc vitâ, aut quiſquam dicturus eſt
,quod ad defunctos etiam pertineat quod ait; *Vigilate, ne cùm repentè*
,*venerit, inveniat vos dormientes?* Cur itaq; omnibus dicit, quod ad eos
,ſolos pertineat qui tunc erunt, niſi quia eo modo ad omnes pertinet,
,quomodò dixi? Tunc enim vnicuiq; veniet dies ille, cùm venerit ei
,dies vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt die illo. Ac per hoc vi- *Vide Aug. lib. 50. Homil. Homil. 13.*
,gilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum eum inveniat Do-
,mini adventus. Imparatum autem inveniet ille dies, quem impara-
tum invenerit ſuæ vitæ huius vltimus dies'. Uſqueadeò igitur non
eſt noſtrum ſcire illum diem, vt potiùs noſtrum ſit neſcire eum: non
ſolùm quia ex nobis non valemus eum ſcire, ſed etiam quia nobis ex-
pedit eum neſcire: [f] 'Ideò (inquit Hilarius) extra definitionẽ dies po- [f] *Hilar. Can. 26. in Matthæum.*
,ſita eſt, vt largum licet Deus pœnitentiæ nobis tempus indulgens, in-
certi tamen metu ſemper nos ſollicitos detineret'. Et inferiùs ibidem
in finalibus verbis: 'Vt ignorantiam illam diei omnibus taciti, non ſi-
,ne vtilis ſilentij ratione eſſe ſciremus, vigilare nos propter adventum
,furis admonuit; & orationum aſſiduitate detentos omnibus præcep-
,torum ſuorum operibus inhærere. Furem enim eſſe oſtendit zabu-
,lum, ad detrahenda nobis ſpolia pervigilem, & corporum noſtrorum
,domibus inſidiantem: vt ea incurioſis nobis & ſomno deditis, con-
,ſiliorum ſuorum atque illecebrarum iaculis perfodiat. Paratos igitur
,eſſe nos convenit: quia diei ignoratio intentam ſollicitudinem ſuſ-
penſæ expectationis exagitet'. Vigilem hanc ac iugem ſollicitudinem
Paulus in ijſdem Apoſtolicis Actibus commendat, quando Eccleſiarum
Act. 20. 28. Præſulibus valedicens ait: *Attendite vobis, & vniverſo gregi.* Et
paulò infrà ibidem: *Vigilate.* Ad quam vigilantiam omnibus Eccle-
Act. 20. 31. ſiæ præpoſitis inculcandum Evangeliſta Lucas vigilantiam paſtorum
Luca. 2. 8. in ortu Salvatoris commemorat: *Paſtores*, inquiens, *erant in eadem regione vigilantes.* In quem locum Ambroſius: [g] 'Videte (inquit) Eccle- [g] *Ambroſ. lib. 2. in caput 2. Luca.*
,ſiæ ſurgentis exordium: Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cœ-
perunt'. Et mox infrà ibidem: 'Benè paſtores vigilant, quos bonus
paſtor informat'. Audivimus paulò antèà bonum hunc paſtorem pa-
ſtores ad benè vigilandum informantem, eiſque inſonantem, *Vigilate:*
& paulò pòſt ibidem ſubiungentem, *Quod vobis dico, omnibus dico: Vigilate.* Neque hoc mirum, cùm etiam omnes ſuo quodam modo ſint
paſtores, gregibus cogitationum & actionum ſuarum præpoſiti:
,[h] 'Cuſtodiendæ ſunt vigiliæ noctis (inquit Bernardus) ſupra gre- [h] *Bernard. Ser. 3. de Vigilia Nativ. Domin.*
,gem cogitationum & actionum noſtrarum: vt ſi in prima vigilia, vel
ſecunda, vel tertia Dominus venerit, paratos nos inveniat'. Hoc bo-
Luc. 17. 3. nus paſtor commendare volebat, quando dicebat, *Attendite vobis.*

Quod

Quod mandatum in Actibus Apoſtolicis Paulus ſuperiùs hìc citatus reſumens aiebat, *Attendite vobis, & vniverſo gregi*. Sed & Pauli Præceptor Gamaliel idipſum Phariſæis perſecutionem in Apoſtolos meditantibus inculcabat, dicens: *Viri Iſraëlitæ, Attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis.* Act. 5. 35. Ipſe etiam Petrus Apoſtolorum vertex in prima concione quam accepto Spiritu ſancto habuit ad populum, eandem attentionem, alijs licet verbis, ingeſſit, dicens: *Pœnitentiam agite.* Act. 2. 38. Quod nihil aliud eſt, vt ſuperiùs monuimus, quàm *Redite Prævaricatores ad cor.* Iſa. 46. 8. Petrum imitans Paulus, in Areopago perorans, cùm quædam de cæca gentilium ſuperſtitione præmiſiſſet, adiunxit: *Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant*: hoc eſt, vt omnes prævaricatores ad cor redeant. Act. 17. 30. Et vide quid adiecit: *Eò quòd* (ſubdit) *iudicaturus eſt orbem in æquitate.* Quæ eſt iſta æquitas, niſi quam alibi ipſe innuit, dicens: *Quòd ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur?* Tanquam diceret: Si *iudicium* quod per Michæam Dominus requirit in nos exerceremus, in finali ipſius Domini iudicio ſecundam tribulationem evaderemus: quoniam altero Propheta atteſtante, *Non conſurget duplex tribulatio.* 1. Cor. 11. 31. Mich. 6. 8. Nah. 1. 9. Ad hoc hominibus inculcandum & prædicandum teſtatur ſe ab eo fuiſſe miſſum qui ipſi apparuit appropinquanti Damaſcũ: *Non fui incredulus cœleſti viſioni* (ait ipſe ad regem Agrippam) *ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam, vt pœnitentiam agerent.* Act. 26. 19. Quod hìc ait, *Vt pœnitentiam agerent*, hoc ipſum ei Chriſtus alijs verbis iniunxerat, dicens ſe eum mittere, *Aperire oculos eorum.* Act. 26. 18. Ad quid aperire, niſi vt ſeipſos agnoſcerent, & ad cor ſuum redirent? Hoc eſt ergo quod ait, *Vt pœnitentiam agerent.* Non enim de oculis corporis, ſed de oculis cordis locutum ei fuiſſe Chriſtum, patet ex his verbis ibidem per eundem ſubiunctis, *Vt convertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum.* Huius converſionis initium eſt ſui agnitio, dicente Iſidoro: [i] 'Ex eo ,vnuſquiſque iuſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit. Multi ,autem è contrà, ſemetipſos peccatores fatentur, & tamen ſemetipſos à ,peccato non ſubtrahunt. Magna iam iuſtitiæ pars eſt, ſeipſum noſſe ,hominem, quòd pravus eſt: vt ex eo divinæ virtuti ſubdatur humiliùs, ex quo ſuam infirmitatem agnoſcit. Benè ſe iudicat iuſtus in hac ,vita, ne iudicetur à Deo damnatione perpetuâ. Tunc autem iudi,cium de ſe quiſque ſumit, quando per dignam pœnitentiam ſua pra,va facta condemnat. Amaritudo pœnitentiæ facit animum, & ſua ,facta ſubtiliùs diſcutere, & dona Dei, quæ contempſit, flendo commemorare'. Nemo itaque ad Deum veraciter convertitur, niſi qui ſemetipſum infirmitatemque ſuam priùs cognoverit, dicente Fulgentio: [k] 'Qui ſe hominem non intelligit, neque Dominum fabricatorem agnoſcit. Qui fragilitatem ſuam ignorat, quomodò divina noſſe poterit beneficia?

[i] *Iſidor. lib. 2. de Summo Bono c. 13.*

[k] *Fulg. Homil. 2. de Exodo, in principio.*

Sapientia-

5. Sapientialē Teſtamenti novi partem Paulinæ cum Canonicis Epiſtolæ complectuntur, terrenam vbique ſapientiam evacuantes, cœleſtem aſtruentes; vt noverint homines, *Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Clamat quippè Paulus in priori ad Corinthios: *Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſæculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.* Abſcondita vtique ijs, qui ſibi ſapientes videntur, *exiſtimantes ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſint.* Vnde & Salvator gratias agit Patri, *Quòd abſconderit hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelarit ea parvulis.* Hoc cùm non ignoraret Apoſtolus, vt nos ſuo etiam inſtrueret exemplo, Pauli nomen aſſumpſit, quod modicitatem ſeu parvitatem ſignificat: [1]'Paulus Apoſtolus (ait Auguſtinus) qui ,cùm Saulus priùs vocaretur, non ob aliud, quantum mihi videtur, ,hoc nomen elegit, niſi vt ſe oſtenderet parvum, tanquam *minimum ,Apoſtolorum*; multùm contra ſuperbos & arrogantes & de ſuis operi-,bus præſumentes, pro commendanda Dei gratia fortiter atque acri-,ter dimicans: quia revera in illo evidentior & clarior apparuit: qui ,cùm talia operaretur, vehementer Eccleſiam Dei perſequens, pro ,quibus ſummo ſupplicio dignus fuit, miſericordiam pro damnatione ,ſuſcepit, & pro pœna conſecutus eſt gratiam: meritò pro eius defen-,ſione præcipuè clamat atque concertat; nec in re profunda & nimis ,abdita, non intelligentium & verba ſua ſana in perverſum ſenſum ,detorquentium curat invidiam: dum tamen incunctanter prædicet ,donum Dei, quo vno ſalvi fiunt filij promiſſionis, filij beneficij divi-,ni, filij gratiæ & miſericordię, filij Teſtamenti Novi. Primùm quòd ,omnis eius ſalutatio ſic ſe habet, *Gratia vobis & pax à Deo patre, & ,Domino Ieſu Chriſto*: deinde ad Romanos penè ipſa quæſtio ſola verſatur, tam pugnaciter, tam multipliciter, vt fatiget quidem legentis ,intentionem, ſed tamen fatigatione vtili ac ſalubri: vt interioris hominis magis exerceat membra, quàm frangat'. Multa quidem in ſcopum noſtrum documenta ſparſim in præcedentibus ex Epiſtola Pauli ad Romanos adduximus, quæ pro hic repetitis haberi volumus. Quibus & illud modò adiungimus, quod pridem notarat Hugo Victorinus: duas nimirum eſſe ſuperbiæ ſpecies, totidemque humilitatis oppoſitæ: Prima ſuperbiæ ſpecies eſt, quæ ex conſideratione propriæ excellentiæ concipitur: Secunda quæ de aliena excellentia in nos quodammodò redundante progignitur. Priori opponitur illa humilitatis ſpecies, quæ ex conſideratione propriæ fragilitatis enaſcitur: poſteriori ea, quæ ex conſideratione alienæ vilitatis nos quoquo modo concernentis emergit. Priorem ſuperbiæ ſpeciem Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos impugnat, eique oppoſitam humilitatem inculcat: poſteriorem in Epiſtola ad Corinthios perſequitur, eique adverſam humilitatem ingerere nititur. Etenim Romani, præſertim Moyſaicæ legis zelatores, inde potiſſimùm ſuperbiebant, quòd Evangelicam gratiam proprijs ſuis meritis retribu-

Epiſtolæ Paulinæ.

[1] *Aug. l. de Spir. & Litt. cap. 7.*

Rom. 12. 3.

1. Cor. 2. 6. & ſeq.

Gal. 6. 3.

Matth. 11. 25.

1. Cor. 15. 9.

tam exiſtimarent: Corinthij verò de excellentia ſpiritualium ſuorum patrum, à quibus evangelizati ſacramenta perceperant, ſuperbiebant: invicem dicentes: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ.* Quia verò prior ſolet eſſe illa ſuperbia quæ de propria excellentia concipitur, quàm quæ aliunde attrahitur; ſiquidem nemo ad aliena merita recurrit, niſi poſtquàm ſua ſibi deeſſe conſpexerit: idcircò iuxta eundem Victorinum Epiſtola ad Romanos Epiſtolæ ad Corinthios præmittitur, etſi fuerit ſcriptione poſterior: [m] 'Duplex (ait ille) ſuperbiæ genus eſt: Primum, quando ex ijs quæ in nobis ſunt, vel eſſe credimus, ſuperbimus: & hanc ſuperbiam Epiſtola ad Romanos perſequitur: & ideò prima ponitur in corpore Epiſtolarũ. Eſt & alia, quando ex ijs quę in alijs ſunt, vel eſſe credimus; vt de nobilitate generis, ſuperbimus: quam ſuperbiã Epiſtola ad Corinthios perſequitur; & ideò ponitur ſecunda. Duplex eſt etiam genus humilitatis: Primum, vt nihil à nobis eſſe vnde gloriandum ſit credamus: Secundum, vt nihil eſſe ab alijs vnde gloriandum ſit credamus'. Scopus igitur Apoſtoli in hiſce Epiſtolis eſt, omnem gloriandi anſam ex ſeipſis vel alijs hominibus ſumptam fidelibus amputare, ſuamque eis vilitatem ob oculos collocare: vt in ſeipſos redeuntes, & nihil boni ex ſe vel alio homine ſibi ineſſe perſpicientes, in ſolo Deo gloriari diſcant: [n] 'Noverat Apoſtolus (inquit Bernardus) gloriam propriam eſſe creatoris, non creaturæ; ſecundùm illud, *Gloriam meam alteri non dabo*: &, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: itemque, *Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam.* Sed conſideravit, rationalem creaturam adeò affectare gloriam, vt aut vix aut nunquam ab hoc compeſci deſiderio poſſit: quippè quę ad imaginem facta eſt creatoris. Propterea ſecundùm datam ſibi à Deo ſapientiam, ſaluberrimum adinvenit conſilium, dicens: Quandoquidem perſuaderi vobis non poteſt non gloriari, ſaltem *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Et conſidera quantùm ſuperexcedit Pauli Philoſophia philoſophiam ſapientium huius mundi, quæ nimirum *ſtultitia eſt apud Deum.* Cùm enim nonnullos viderent Philoſophi alienis delectari laudibus, & gloriam ab invicem quærere: qui inter eos fuére præcipui, prudenter adverterunt, vanam eſſe huiuſcemodi gloriam, & penitùs contemnendam. Sed conſiderantes deinde ac ſtudioſiùs inquirentes, quęnam appetenda eſſet gloria ſapienti; hìc iam planè *evanuerunt in cogitationibus ſuis*, propriam cuique ſufficere gloriam arbitrantes: quaſi verò anima quæ à ſemetipſa eſſe non poteſt, à ſe poſſit eſſe beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ totâ ſollicitudine operâ dabant ea operari, quæ mirarentur homines & laudarent: ſic iſti ſola ea iudicabant ſectanda eſſe, quæ interior arbiter animus approbaret. Et hæc quidem ſumma philoſophia ſapientium huius mundi eſt; ipſa quoque minus habens, licet propinquior veritati. Vnde & vtramque gloriam ſublimi veritatis contemplatione tranſcendens Apoſtolus: *Qui gloriatur*, inquit, non in altero, non in ſe; ſed, *in Domino glorietur*'. Tota

1. Cor. 1. 12.

[m] *Hugo Victor. Præfat. Annot. in Epiſtolam 1. ad Corinthios.*

[n] *Bernard. Ser. de Triplici gloria.*

Iſa. 42. 8. Luc. 2. 14. Pſal. 113. 9.

1. Cor. 1. 31.

1. Cor. 3. 19.

Rom. 1. 21.

ita quo

itaque Apoſtoli diſſertatio, tam in his Epiſtolis, quàm in omnibus cæteris, eò collimat; vt hominibus perſuadeat, non in ſe, aut in alijs quibuſcunque hominibus; ſed in ſolo Domino ſibi eſſe gloriandum: Quod ad reliquos omnes, qui Chriſtianæ gratiæ myſteria panderunt, Auguſtinus extendit: [o] 'Nulla (inquiens) intentio tenetur Apoſtoli, ,& omnium iuſtificatorum, per quos nobis intellectus gratiæ demõſtratus eſt, niſi vt *qui gloriatur in Domino glorietur*'. Vnde martyr Cyprianus, ab eodem Auguſtino aliquoties cum laude citatus: [p] 'In nullo gloriandum (ait) quando noſtrum nihil ſit'. Ad quod probandum, aliquot ille ſcripturarum teſtimonia coacervat; & inter cætera illud, quo convictus Auguſtinus à Semipelagianiſmo reſipuit: *Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Huc ſpectat & illud ex poſteriori ad Corinthios: *Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Et illud item ad Galatas: *Qui exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit; ipſe ſe ſeducit.* Vbi & illud apertiſſimum noſmetipſos agnoſcendi præceſſit documentum: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis,* CONSIDERANS TEIPSVM, *ne & tu tenteris.* Eòdem ſpectat, quòd Epheſijs à Deo apprecatur *Illuminatos oculos cordis*: vt nimirum agnoſcant, non in ſe, ſed in Dño ſibi eſſe gloriandum. Vnde & inferiùs ait eiſdem: *Gratiâ eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt: non ex operibus, vt ne quis glorietur.* Illud item ad Philippenſes, in præcedentibus aliquoties allegatum: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* Illud item ad Coloſſenſes, etiam ſuperiùs perpenſum: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Hæc quippè mortificatio, vt aliàs oſtendimus, ab ijs ſolis ritè peragitur, qui ſe morti adiudicant, ne à Domino iudicentur. Quod vtique facere nequeunt ſine prævia cognitione ſui, quâ norint Chriſto debere ſe ita ſubijci, [q] 'Vt in omnibus cogitationibus, in omnibus voluntatibus, in omnibus ſermonibus atque actionibus ſuis, *ipſe teneat primatum*'. Rurſus commendans Theſſalonicenſibus vigilantiam: *Dies Domini*, inquit, *ſicut fur in nocte, ita veniet.* Vnde & paulò infrà ibidem adiungit: *Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus.* De qua vigilantia ſatis iam in ſuperioribus diſſeruimus: eamque commendans Timotheo in priori ad ipſum Epiſtola, ait: *Attende tibi, & doctrinæ.* Et item in poſteriori: *Tu verò vigila.* In Epiſtola item ad Titum non ob aliud Cretenſibus refricat illud Epimenidis, *Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtiæ, ventres pigri*, quàm vt ſpeculum eis obijciat, in quo ſe inſpiciant, & inſpiciendo emendent. In Epiſtola denique ad Philemonem, cùm dicit ſe, *Memoriam eius ſemper facere in orationibus ſuis*, ſatis eum admonet, vt ſit memor ſui. Nam pro quo alius tam eſt ſollicitus, quomodo pro ſe non erit ſollicitus? Unde & Ambroſius perpendens illud quod Evangeliſta Lucas de Chriſto commemorat, *Erat pernoctans in oratione Dei*, ait: [r] 'Species tibi Chriſtiane datur, forma præ-

1.Cor.4.7. 2.Cor.3. 4.&ſeq. Gal.6.3. Gal.6.1. Epheſ.1. 18. Epheſ.2.8. Philipp.2. 12. Coloſſ.3.5. Coloſſ.2. 18. 1.Theſſ.5. 2. 1.Theſſ.5. 6. 1.Tim.4. 16. 2.Tim.4.5. Tit.1.12. Philem.4. Luc.6.12.

[o] *Aug.l.1.qq. ad Simplic.q.2.*

[p] *Cyprian.l.3. Teſtim.ad Quirinum cap.4. Vide Aug.lib. de Prædeſt. ſanct.cap.3.*

[q] *Pœnit.l.com. Collat.10 Pet. 1.*

[r] *Ambr.l.5.in caput 6.Luca.*

,præſcribitur quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat' ? Simili penè modo Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos, ſubditis ſtudium ſibiipſis invigilandi ingerit, exemplo præpoſitorum pro eis vigilantium. Cùm enim præmiſiſſet, *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: protinus ſubdidit: *ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*: tacitè vtique ſubditos admonens, vt & ipſi pro ſeipſis vigilent, pro quorum ſalute etiam alij ſupervigilant. Si enim idcircò præpoſiti pervigilant, quòd pro ſubditorum animabus rationem ſint reddituri, quantò magis ipſi ſubditi vigilare pro ſe debent, qui potiori iure reddere pro ſeipſis rationem debebunt, dicente alibi eodem Apoſtolo, *Vnuſquiſque onus ſuum portabit*: & alibi, *Vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo?*

Hebr. 13. 17.

Gal. 6. 5. *Rom.* 14. 12.

6.

Epiſtolę Canonicæ.

Paulinis Epiſtolis in ordine Sapientialium ſuccedunt Canonicæ, numero ſeptenæ, quarum prima Jacobi eſt: in cuius mox limine monemur *Gaudere, cùm in tentationes varias inciderimus.* Quorſum hoc, niſi quia teſte Apoſtolo, *Virtus in infirmitate perficitur*: & teſte Prophetâ, *Sola vexatio dat intellectum auditui*? Vnde ait Auguſtinus: [1] 'Profectus ,noſter per tentationem noſtram fit: nec ſibi quiſquam innoteſcit, niſi tentatus'. Et rurſus lib. 16. de Civit. cap. 32. 'Neque enim (inquit) ,omnis eſt culpanda tentatio: quia & gratulanda eſt, quâ fit proba-,tio. Et plerunque aliter animus humanus ſibiipſi innoteſcere non po-,teſt, niſi vires ſuas ſibi, non verbo, ſed experimento, tentatione quo-,dammodo interrogante reſpõdeat. Vbi ſi Dei munus agnoverit, tunc ,pius eſt, tunc ſolidatur firmitate gratię, nõ inflatur inanitate iactãtię'. Et Serm. 72. de Tempore cap. 3. 'Noverit charitas veſtra (inquit) ,tentationem Dei non id agere, vt ipſe aliquid cognoſcat quod antè ,neſciebat; ſed vt illo tentante, id eſt, interrogante, quod eſt in homine ,occultum prodatur. Non enim ſibi homo ita notus eſt, vt creatori: nec ſibi æger ſic notus eſt, vt medico'. Et nonnullis in eandem rem interpoſitis, inquirit ibidem inferiùs: 'Quare hoc dicimus'? Et continuò interrogationi reſpondens adiungit: '(Quia neſcit ſe homo, niſi in tẽ-,tatione diſcat ſe. Cùm autem didicerit ſe, non ſe negligat. Si enim ſe negligebat latentem, non ſe negligat notum ſibi'. Auguſtino hac in parte ſubſcribit Papa Gregorius in ſuis Moralibus, cùm ait: [2] ''Mag-,num eſt animi turbati ſolatium, vt pulſatus vitijs, cùm ſe quaſi nu-,dari virtutibus conſpicit, ad ſolam miſericordiæ ſpem recurrat: & ,eò ſe nudari non ſinat, quò ſe à virtutibus humiliter nudum putat: ,qui etſi fortaſsè aliquâ virtute in tentatione detegitur, infirmitatem ,tamen propriam agnoſcens, ipsâ meliùs humilitate veſtitur; & val-,dè robuſtiùs quàm ſteterat iacet, cùm ſibi ſine divino adiutorio ceſ-ſat tribuere quòd habet'. Et lib. 23. eiuſdem operis cap. 16. 'Cùm in ,ea requie (inquit) quam nobis in hoc ſæculo præparamus, flagello ,tentationis afficimur; qui fortaſsè de virtutibus noſtris inflari potui-,mus, cognitæ infirmitatis noſtræ tædio extenuamur. Cùm enim ſi-

Iac. 1. 2. 2. *Cor.* 12. 9. *Iſa.* 28. 19.

[1] *Aug. in Pſal.* 60. *ad v.* 3.

[2] *Greg. l.* 2. *Moral. c.* 26. *Videtur eundem lib.* 26. *Moral. c.* 28.

cut

Digitized by Google

,cut cupimus ad Deum proficimus, ſrprofectum noſtrum tentatio ,nulla pulſaret, alicuius nos fortitudinis eſſe crederemus. Sed quia ,nobiſcum ſuperna diſpenſatione agitur, vt infirmitatis noſtræ quia ,proficientes obliviſcimur, tentati recolamus: vt in profectu noſtro, ,quid de diuino munere; & in tentatione cognoſcamus, quid de pro- *Vide Hug. Vict.* ,prijs viribus ſumus'. Et iterum cap. proximè ſequenti: 'Idcircò (in- *l. 3. de Arca* ,quit) moderamine occultæ diſpenſationis tentari permittimur: vt qui *Moral. cap. 10.* ,ex diuino munere in virtute proficimus, etiam quid ſumus ex pro- ,pria infirmitate memoremur: & qui ex perceptione muneris opera ,virtutis inferimus, ex infirmitatis noſtræ memoria ſacrificium hu- militatis offeramus'. Hæc quiſquis apud ſe maturè perpenderit, non *Iac. 1. 12.* mirabitur ab eodem Iacobo Apoſtolo inferiùs ibidem ſubiungi, *Beatus vir, qui ſuffert tentationem*: quinimò agnoſcet, verum eſſe quod ap- poſitè in hanc rem ſcribit quaſi expertus Richardus Victorinus, in ſuo Beniamin dicens: [v] 'Neſcit diſcretio per rerum detrimenta, per *[v] Rich. Vict. in* ,tentationum augmenta deficere, ſed proficere. Quantò enim acrio- *Beniamin min.* ,ribus tentationibus vrgemur, quantò crebrioribus periculis exerce- *cap. 68.* ,mur; tantò perfectiùs ad diſcretionem erudimur: & ſæpè aliarum virtutum damna, diſcretionis ſunt lucra'. Iacobo Apoſtolo conſo- *1. Pet. 4.* nat Petrus Coapoſtolus, in prima ſua Epiſtola fidelibus dicens: *No-* *12.* *lite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat; ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.* Vbi pro eo quod vulgata editio habet, *Peregrinari in feruore*, Cyprianus Epiſt. 56. *Cyprianus,* & lib. de Exhort. ad Martyr. cap. 9. legit, *Mirari ardorem*: Tertul- *Tertullianus* lianus verò in Scorpiaco cap. 12. *Expaveſcere vſtionem.* Monet itaque Petrus, vt fideles non mirentur vel expaveſcant feruorem, ſeu ardo- rem, ſeu vſtionem tentationum; quinimò gaudeant ſe dignos habitos, qui Chriſti paſſionibus communicent. Simili penè modo Hebræos *Hebr. 12.* ad tolerantiam paſſionum Paulus inſtigat, *Vt per patientiam currant ad* *1.* *propoſitum ſibi certamen, aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* Vnde & mox infrà ibidem *Hebr. 12. 3.* adiungit: *Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùm ſemet- ipſum contradictionem, vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Quia ve- rò hæc magis ſerviunt ad erigendum animum contra deſperationem, quàm ad deprimendum contra præſumptionem: idcircò Petrus ſub initium eiuſdem ſuæ Epiſtolæ, præſumptioni obviaturus præmiſerat: *1. Pet. 1.* *In timore incolatus veſtri tempore converſamini.* Vbi per *tempus incolatus* *7.* intelligit tempus humanæ in hac vita peregrinationis: tanquam cum *Vide Greg. lib.* *Philipp. 2.* Paulo aliàs citato peregrinantibus dicens, *Cum metu & tremore veſtram* *20. Moral. c. 5.* *2.* *ſalutem operamini.* Qua de re ſufficienter in præcedentibus actum eſt. Rurſus idem Petrus fideles ad ſtatus ſui conſiderationem exhortans: *1. Pet. 2.* *Obſecro vos*, inquit, *tanquam aduenas & peregrinos.* Et in ipſo Epiſtolæ *1.* *1. Pet. 1. 1.* exordio, *Aduenis* ſe eam deſtinare profitetur: quos & infrà hortatur, *1. Pet. 1.* Vt *ſuccincti lumbos mentis ſuæ, ſobrij perfectè ſperent in eam quæ eis offertur* *3.* *gratiam.* Vbi quia ad ſpiritualiter peregrinantes loquebatur, non corpo-

ris, ſed *mentis lumbos* ſuccingendos admonet. De qua ſuccinctione tractans Hugo Victorinus in Miſcellaneis ſuis, ait: [w] 'Succincti ad ,viam, à quatuor eius impedimentis caveamus. Eſt enim via, aſpera, ,ruinoſa, clivoſa, lutoſa: Aſpera lapidibus laborum, Ruinoſa vallibus defectuum, Clivoſa collibus ſucceſſuum, Lutoſa paludibus voluptatum'. Ne igitur in aliquod horum impedimentorum impingamus, & impingendo deficiamus, idem nobis Petrus inclamat: *Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus.* Et rurſus inferiùs: *Sobrij eſtote, & vigilate.* Præmiſerat ibidem paulò ſuperiùs, quod & apud Iacobum legitur: *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Vnde & mox commonitorium illud adiecit: *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.* Rurſus in poſteriori ſua Epiſtola, iugem vigilantiam ſollicitudinemque ingerens: *Adveniet*, inquit, *dies Domini, vt fur.* Qua de re ſat multa in præcedentibus dicta ſunt. Sequuntur Epiſtolæ Apoſtoli Ioannis: in quarum Prima ob oculos nobis conſideranda exhibetur vilitas noſtra, cùm dicitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus.* In Secunda item, ad conſiderationem noſtri manifeſtè remittimur, cùm dicitur: *Videte voſmetipſos.* Et ne leve quid aut adiaphorum monuiſſe putaretur Apoſtolus, adiecit: *Ne perdatis quod operati eſtis.* Vbi comminationem illam Sponſi ad Sponſam refricare videtur ex Canticis: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere* &c. In Tertia denique Epiſtola inter alia ait Caio: *De omnibus orationem facio proſperè te ingredi*: tacitè vtique eum admonens vt & ipſe pro ſe ſollicitudinem gerat, pro quo videt alium gerere ſollicitudinem. Supereſt vnica Judæ Epiſtola: in qua ſub initium ſimilis præcedenti admonitio adhibetur, cùm dicitur: *Omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute* &c. Vbi ſollicitudinem ſuam pro ipſis commemorando, tacitè ipſos ad ſollicitudinem pro ſeipſis habendam commonefacit. Et inferiùs eoſdem ad indefeſſam vigilantiam & iugem ſui cuſtodiam exhortans: *Vos*, inquit, *charißimi ſuperadificantes voſmetipſos ſanctißima veſtra fide, in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate.* Hoc vt quiſq; adimpleat, neceſſe eſt vt iuxta Papæ Leonis monitum, [x] 'Sincero ,examine cordis ſui interiora diſcutiat: & ſagaciter quærat, quâ hu,militate reſiſtat ſuperbiæ, quâ benevolentiâ reluctetur invidiæ, quàm ,non capiatur adulantium linguis, quàmq; bonis delectetur alienis: an ,pro malo non cupiat malum reddere; malitque inultas obliviſci in,iurias, quàm imaginem & ſimilitudinem ſui conditoris amittere'.

w *Hug. Vict. l. 3. Erud. Theol. & 2. Miſcell. c. 57.*

1. Pet. 4. 7.
1. Pet. 5. 8.
1. Pet. 5. 5. & Iacob. 4. 6.
1. Pet. 5. 6. 2. Pet. 3. 10.
1. Ioa. 1. 8.
2. Ioa. v. 8.
Cant. 1. 7.
3. Ioa. v. 2.
Iud. v. 3.
Iud. v. 20. & ſeq.

x *Leo Serm. 8. de Epiphan. c. 2.*

Apocalypſis. 7.

Supereſt iam Teſtamenti Novi pars Prophetalis, Apocalypſeos volumine comprehenſa. Vbi inprimis occurrunt ſeptena Epiſtolia ad totidem Aſiæ Antiſtites directa: in quibus ſingulatim attentio & vigilantia exigitur, cùm dicitur: *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.* In primo perterea Epiſtolio dicitur Antiſtiti Epheſino: *Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam.* Quibus verbis quid aliud ei ingeritur, quàm vt ſeipſum intuens recogitet annos ſuos in ama-

Apoc. 2. 5.

Digitized by Google

amaritudine animę ſuæ? In ſecundo Epiſtolio dicitur Antiſtiti Smyr-
Apo. 2. 10. nenſi, *Eſto fidelis vſque ad mortem.* Atque vt nunquàm à vigilantia ceſ-
ſet, tempus & hora mortis ſubticetur. In tertio Epiſtolio dicitur An-
Apo. 2. 16. tiſtiti Pergamenſi, *Pœnitentiam age:* & mox ſubditur comminatio: *Si quominus, veniam tibi citò.* Tanquam ei diceretur: Si temetipſum non dijudicaveris, à me citò iudicaberis. In quarto Epiſtolio ſimilis eſt monitio ſimiliſq; comminatio ad meretricem Pſeudopropheten cum ſeductitijs ſuis directa. In quinto Epiſtolio dicitur Antiſtiti Sardenſi:
Apoc. 3. 2. *Eſto vigilans, & confirma catera.* Quod quid aliud eſt, quàm Attende ti-
Apoc. 3. 3. bi, & tuis? Vnde mox ſubditur comminatio: *Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.* De qua comminatione ſatis in præcedẽtibus dictũ eſt. In ſexto Epiſtolio dicitur Phi-
Apo. 3. 11. ladelphienſi Antiſtiti: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*
Philipp. 2. 12. Ubi ſatis apertè vigilantia ei iniungitur, ne ſecurus infletur, ſed *cum metu* potiùs *& tremore ſalutem ſuam operetur.* In ſeptimo denique Epiſtolio Laodicenſis Antiſtes opulentiam ſuam iactans redarguitur: eiq;
Apo. 3. 18. inter alia ſuadetur, vt *Collyrio ungat oculos ſuos, vt videat.* In quem locum videri poteſt Papa Gregorius De *Cura Paſtorali* part. 1. cap. vlt: & Richard. Victor. lib. 1. in Apocalypſim c. vlt. Vbi *collyrij* nomine vel lectionẽ ſacrã, vel amaritudinẽ pœnitentiæ intelligi poſſe cenſet. Vtravis autẽ intelligatur, à ſcopo noſtro minimè aberratur; vt ex dictis in præcedentibus abundè ſatis conſtat. Sed nec minùs appoſitè in rem noſtram Rupertus per collyrium intelligit ſinceram humilitatem:
Gregorius.. Richard. Vict.

[y] 'Collyrium (ait ille) quo oculorum vitia purgantur, humilitatis
Matth. 11. 25. ,ſuavitatem ſignificat; quæ parvulos adiuvat, vt *ea quæ ſapientibus & prudentibus abſcondita ſunt, illis revelentur myſteria.* Collyrio ergo in-
,unge oculos tuos vt videas, id eſt, cor tuum verâ humilitate purifi-
,ca, vt paupertatem tuam videas, & veras divitias bonitatis Dei cog-
Thren. 3. 1. noſcas'. Hoc collyrio oculos ſuos inunxit, qui dixit: *Ego vir videns paupertatem meam.* Poſt ſeptem Epiſtolia totidem Eccleſiarum Præſulibus deſtinata, ſequitur in Apocalypſi viſio quatuor animalium, de
Apoc. 4. 8. quibus dicitur: *In circuitu & intùs plena ſunt oculis.* Ad quid tanta oculorum multitudo, niſi vt vndique ſibiipſis invigilent? De ijſdem por-
Apoc. 4. 6. rò animalibus paulò ſuperiùs ibidem præmittitur, quod *plena ſint oculis antè & retrò.* Ad quid hoc, niſi vt noverint vtrumque humanæ vitæ terminum: vnde nimirum veniant, & quò vadant: [z] 'Hoc (in-
,quit Rupertus) homines infideles animalia cæca atq; immũda diffe-
,runt ab hominibus pijs animalibus luminoſis atq; mundis, quòd illi
,nec attendere volunt, iſti autẽ ſciunt & diligenter attẽdunt, vnde ve-
,niant, aut quò vadãt: ac perinde *animalia antè & retrò oculis plena ſunt*'. Et nonnullis interpoſitis quibus ſignificat, per animalia plena oculis antè & retrò intelligi poſſe Chriſtũ, qui accuratiſſimè norat vnde venerat & quò vaderet: poſſe item intelligi quatuor Evangeliſtas, qui ſimiliter norũt vnde venerint & quò vaderent; reſumens denuò priorẽ intelligentiã, ad omnes Chriſti imitatores extensã: 'Cunctis (inquit)
[y] *Rupert. l. 2. in caput 3. Apoc.*
[z] *Rupert. l. 3. in caput 4. Apocal.*

imita-

,imitatoribus Christi magno studio semper cautum est, vt & ipsi pro ,modulo suo similiter animalia sint antè & retrò plena oculis, id est, ,sciant vnde veniant, & quò vadant. Scire namque vnde veniant, ,multùm valet illis ad profundæ humilitatis custodiam: scire autem ,quò vadant, proficit illis ad fortitudinem suam legitimè custodien- ,dam, iuxta illud Psalmistæ: *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Vnde *Psal.* 58. ,enim veniunt? Et quò vadunt? De nihilo veniunt, quia de nihilo 10. ,creati sunt: & hoc oculis retrò aspiciunt: Vadunt autem ad revela- ,tionem gloriæ filiorum Dei: & istud oculis ante se prospiciunt. Itē de peccatis & vitijs veniunt, & ad virtutum victorias vadunt'. His consona sunt quæ de eorundem animalium multiplicibus oculis scri- *Rich. Victor.* bit Richardus Victorinus lib. 2. in Apocalypsim cap. 2. 'Sancta (in- ,quiens) animalia plena sunt oculis per plenitudinem claritatis cogni- ,tionis: antè, per scientiam futurorum: retrò, per scientiam præteri- ,torum: in circuitu, per morum circumspectionem: intùs, per mun- dam & rectam cogitationum discretionem'. Et quibusdam interpo- sitis rursus inferiùs: 'Totum (inquit) quod de sanctis animalibus di- ,citur, de perfectis prædicatoribus intelligitur. Ipsi enim in medio se- ,dis sunt, alios sustentando; in circuitu, defendendo: Ipsi sunt ani- ,malia sancta, quia ad virtutes nos animant: oculis vndique plena, quia intùs & foris semetipsos diligenter considerant'. Apud Ezechie- lem descripta habentur quatuor animalia Apocalypticis hisce in pleri- sque similia. De quibus inter alia dicitur, quod *Totum corpus oculis* *Ezech.* 1. *plenum fuerit in circuitu.* Quæ verba explanans Papa Gregorius Homil. 18. 7. in Ezechielem non longè post initium, ita scribit ad propositum *Gregorius.* nostrum: 'Corpora animalium idcircò plena oculis describuntur, ,quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est; bona desidē- ,sabiliter providens, mala solerter cavens'. Et aliquantulùm inferiùs ibidem: 'Quia sancti viri (inquit) solerter invigilant, vt se vndique ,aspiciant, & vbique custodiant; ne aut mala propter ea ipsa appe- ,tant, aut hæc eadem sub specie bonorum agant; scilicet ne se eis vi- ,tia virtutes esse mentiantur, *Totum corpus plenum in circuitu oculis* ha- ,bent: quia omnis eorum actio providentiâ sollicitudinis & repletur & circundatur'. Et rursus inferiùs, quibusdam interpositis, quibus ostendit, frustrà custodiri civitatem animæ humanæ, si vel vna ri- ma incustodita relinquatur, quâ hostis ingrediatur: 'Quia ergo (sub- ,dit) sanctorum mentes vndique se circumspicientes invigilant, at- ,que in omni suo opere pavoris & sollicitudinis oculum circumdu- ,cunt; ne aut prava agant, aut recta quæ præcepta sunt non agant, ,aut bonis actibus expletis in suis cogitationibus intumescant, & tan- ,tò graviùs offendant quantò iusti videntur foris & occultiùs ,peccant: rectè dicitur *Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu*'.

CAPVT

CAPVT XVII.

Ecclesia suis ritibus atque cæremonijs potiß mùm intendit, filios suos ab exterioribus ad interiora retrahere, & ad sibi Deoque vacandum inducere.

1. Ecclesia Christi sponsa, provida Christianorũ mater ac magistra, probè sciens quàm necessaria cuique sit sui & Dei notitia; varios excogitavit ritus ac cæremonias, quibus suos ab exterioribus ad interiora retraheret; quò sibi ac Deo considerandis vacarent. Huc inprimìs spectat ipsa dierum hebdomadatim recurrentium appellatio: qui cùm priùs à Iudæis per ordinem ad sabbatum computarentur, à Paganis verò planetarum vel falsorum Deorum vocabulis insignirentur; ex Ecclesiastico instituto dicti sunt *Feriæ*: vt ipsâ voce monerent, ab exterioribus esse vacandum, & interioribus invigilandum: *Feriæ.*

„[a] 'Dies (ait Isidorus) dicti à Dijs, quorum nomina Romani quibus- *[a] Isidor. l. 5. Origin. c. 30.*
„dam syderibus sacraverunt. Primum enim diem à Sole appellaverunt, „qui princeps est omnium syderum, sicut & idem dies caput est cun- „ctorum: Secundum à Luna, quæ Soli & splendore & magnitudine „proxima est, & ex eo mutuat lumen: Tertium à stella Martis, quæ „Vesper vocatur: Quartum à stella Mercurij, quam quidam candi- „dum circulum dicunt: Quintum à stella Iovis, quam Phaetontem „aiunt: Sextum à Veneris stella, quam Luciferum asserunt, quia in- „ter omnia sydera plus lucis habet: Septimum à stella Saturni, quæ „septimo cœlo locata, triginta annis fertur explere cursum suum. „Proinde autem ex his septem stellis nomina diebus Gentiles dede- „runt, eò quòd per eosdem aliquid sibi effici æstimarent, dicentes, ha- „bere se à Sole spiritum, à Luna corpus, à Mercurio ingenium & „linguam, à Venere voluptatem, à Marte sanguinem, à Iove tempe- „rantiam, à Saturno humorem. Talis quippè extitit Gentilium stul- „titia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta. Apud Hebræos au- „tem dies prima, Una sabbati dicitur, quæ apud nos Dies Dominicus „est, quem Gentiles Soli dedicaverunt: Secunda sabbati, secunda „Feria, quã sæculares diem lunæ vocant: Tertia sabbati, tertia Feria, „quam illi diem Martis vocant: Quarta sabbati, quarta Feria, quæ „Mercurij dies dicitur à Paganis: Quinta sabbati, quinta Feria, id est, „quinta à die Dominica, quæ apud Gentiles Iovis vocatur: Sexta „Sabbati, sexta Feria, quæ apud eosdẽ Paganos Veneris nuncupatur: „Sabbatum autẽ, septimus à Dominico dies est, quẽ Gentiles Satur- „no dedicaverunt, & Saturni nominaverunt. Sabbatũ autẽ ex Hebræo „in Latinum requies interpretatur, eò quòd Deus in eo requievisset „ab omnibus operibus suis. Meliùs autem in vocabulis dierum de „ore Christiano ritus loquendi Ecclesiasticus procedit: tamen si quem *Vide Aug. in Psal. 93. super Titulo.*

,fortè consuetudo traxerit, vt illud exeat ex ore, quod improbat ,corde; intelligat, illos omnes de quorum nominibus appellati sunt hi ,dies, homines fuisse; & propter beneficia quædam mortalia, quia ,plurimùm potuerunt & invenerunt in hoc sæculo, delati sunt eis ab ,amatoribus suis divini honores, & in diebus, & in syderibus: sed ,priùs à nominibus hominum sydera nuncupata, & à syderibus dies sunt appellati'. Hæc omnia fusiùs & exactiùs prosequitur Beda lib. de Ratione Temporum cap. 6. Vbi & hæc addit: 'Ferias habere cle- ,rum primus papa Sylvester edocuit: Cui Deo soli vacanti nunquàm ,militiam vel negotiationem liceat exercere mundanam, dicente Psal- ,mographo, *Vacate & videte, quoniam ego sum* DEUS: itemque Apostolo, ,*Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* Et primum quidem ,diem, quo & lux in principio facta, & Christi est resurrectio cele- ,brata, *Dominicum* nuncupavit: quod illi nomen iam primis Eccle- ,siæ temporibus fuisse inditum testatur Ioannes, qui dicit in Apoca- ,lypsi, *Fui in spiritu in die* DOMINICO. Deinde secundam feriam, tertiam ,feriam, quartam, quintam, & sextam de suo annectens, sabbatum ex ,vetere scriptura retinuit: nihil veritus grammaticorum ferulas; qui ,sicut Kalendas, Nonas, & Idus, ita etiam Ferias plurali tantùm nu- mero proferendas esse decernunt'. Similia rursus habet lib. de Tem- poribus cap. 4. & Dialogo de ratione computus cap. 5. Vbi & illud observat, Feriam à Fando dici, quasi Fariam; eò quòd Deus fando seu dicendo creaverit sex primos dies cum suis respectivè operibus. Paulò aliter Isidorus post verba ex ipso proximè citata: 'A fando ,(inquit) Feriæ nuncupatæ sunt, quòd in eis nobis sit tempus dictio- nis, id est, in divino vel humano officio fari'. Non desunt qui à Fieri, Feriam dici putent; eò quòd Deus opera sua creaverit per verbum *Fiat*. Ab hac interpretatione non abhorret idem Beda in Poemate de Varijs Computus regulis. Vbi cùm præmisisset: 'Nostro more dies ,Feriæ sunt nomen habentes: A fando Feriam iam credimus esse vo- ,catam: Prima dies etenim fuit huius nominis olim, quâ fas est fari divina, simul feriari': continuò subdidit: 'Vel quòd *Fiat* ait Deus omnia quando creavit'. Videri præterea potest Rabanus lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 46. Vbi Feriam à fando dictam esse perhibet, Feriarumque constitutionem apud Romanos Sylvestro ascribit: de quo in Breviario Romano sic legitur: 'Sabbati, & Dominici diei no- ,mine retento, reliquos hebdomadæ dies, *Feriarum* nomine distinctos, ,vt iam antè in Ecclesia vocari cœperant, appellari voluit: quo signi- ,ficaretur, quotidiè clericos, abiecta cæterarum rerum curâ, vni Deo prorsus vacare debere'. Anteriorem istum Ecclesiæ vsum ante Syl- vestri constitutionem Baronius tom. 1. Annalium ad annum Christi 58. num. 87. astruere nititur authoritate Tertulliani & Hieronymi: non advertens inprimis Hieronymum Sylvestro fuisse posteriorem: deinde in locis ex vtroque notatis neutiquam haberi nomen *Feria*. Ba- ronium imitans Bartholomæus Gavantus Comment. in Rubric. Bre-

Beda. *Psal.* 45. 11. 2. Tim. 2. 4. *Apo.* 1. 10. *Isidorus.* *Beda.* *Rabanus.* *Breviar. Rom. de Sylvestro.* *Baronius.* *Gavantus.*

viarij

Digitized by Google

viarij ſectione 3. cap. 6. citat in eam rem illud Tertulliani : [b] 'Nobis omnis dies, etiam vulgata, conſecratione celebratur'. Verùm vbi de ipſo *Feria* nomine quæſtio verſatur, ſi nomen deſit, probatio deficit. Deeſt autem hìc nomen, vt legenti manifeſtum eſt. Accedit quòd Tertullianus de quotidiana Euchariſtiæ conſecratione ibi loqui videatur, vt in eum locum notat Pamelius. Neſcio autem vnde in mẽtem venerit Gavanto, vt Rabanum in teſtem anterioris huiuſce vſus adduceret libro & capite hìc ſuperiùs citatis : cùm Rabanus ne hilum ea de re habeat, vt patet ex integro eius textu, quem hìc ſubijcio : ,[c] 'Feriæ (ait ille) à fando dicuntur : ob quam cauſam Sylveſter Papa primus apud Romanos conſtituit, vt dierum nomina, quæ antea ,ſecundùm nomina Deorum ſuorum vocabant, id eſt, Solis, Lunæ, ,Martis, Mercurij, Iovis, Veneris, Saturni, Ferias deinceps vocarent, ,id eſt, prima feria, ſecunda feria, tertia feria, quarta feria, quinta fe,ria, ſexta feria : quia in principio Geneſis ſcriptum eſt, quòd Deus per ,ſingulos dies *dixerit*; id eſt, primâ, *Fiat lux* : ſecundâ, *Fiat firmamentum*: ,tertiâ, *Producat terra herbam virentem*, ſimiliter & cætera. Sabbatum ,autem antiquo legis vocabulo vocari præcepit, & primam feriam ,diem Dominicam, eò quòd Dominus in illa reſurrexit. Statuit au,tem idem Papa, vt otium ſabbati magis in diem Dominicam trans,ferretur, vt eâ die à terrenis operibus ad laudandum Deum vacare,mus, iuxta illud quod ſcriptum eſt, *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus*'. Hæc ille, de antiquiori vſu nominis *Feria* omninò ſilens. Cæterùm in veteri lege aliquoties fit mentio *Feriarum* : pro qua voce apud 70. Interpretes legitur, *Feſta*, ſeu feſtivitates. Rurſus in lib. 2. Machabæorum legitur de Apollonio, quòd *cùm veniſſet Hieroſolymam, pacem ſimulans, quievit vſque ad diem ſanctum ſabbati : & tunc* FERIATIS *Iudæi, arma capere ſuis præcepit.* In Decretalibus extat titulus *de Feriis*, id eſt, de diebus feſtivè celebrandis : de quibus ſimiliter agitur in Decreto Gratiani, de Conſecratione diſtinct. 3. Sed in his locis ſoli dies feſtivè etiam à populo colendi nuncupantur Feriæ : cùm tamen ex Sylveſtri conſtitutione ſæpiùs iam mentionata, clericis quotidiè feriãdum ſit, id eſt, ab externis negotijs abſtinendum, & ſibi ac Deo vacandum : [d] 'Nec feriari noſtrum (inquit Nazianzenus) quicquam eſt ,aliud, quàm animæ aliquid eorum aggerere, quæ firma & ſtabilia ,ſunt, ac manibus tenentur, non autem ſuffugiunt & dilabuntur, levi,terque duntaxat ſenſum demulcent, magna autem ex parte (meo qui,dem iudicio) labefactant, noxamque inferunt. Sufficit enim corpo,ri malitia ſua : quid flammæ ampliore materia opus eſt, aut belluæ ,copioſiori alimento, vt effrænatior reddatur, ac ratione violentior? Quocirca nobis ſpiritualiter feriandum eſt'. Ad hoc ipſum commendandum Eccleſia excogitavit feriarum nomen, vt iam hactenus oſtendimus.

[b] *Tertull. lib. contra Psychicos cap. 14.*

[c] *Raban. lib. 2. de Inſtitut. Clericis, cap. 46.*

Gen. 1. 3. *Gen. 1. 6.* *Gen. 1. 11.* *Pſal. 45. 11.* *Levit. 23. 2. & 4. & 34. & 37. & 39.* *2. Mach. 5. 25.*

Vide Durandũ in Rationale lib. 7. c. 1. num. 10. & ſeqq. & Polydor. Virgil. de Invent. rerum l. 6. c. 5.

2. Ob eandem rationem eadem Eccleſia Vigilias inſtituit, in præcipuis ſaltem ſanctorum profeſtis obſervandas. Qua de re ſic ad propoſitum

Vigiliæ.

[d] *Nazian. Orat. 44. Vide Greg. l. 5. Moral. c. 22.*

[e] *Isidor. l. 1. de Officijs Eccles. c. 22. Vide Polydor. Virgil. de Invent. rerum l. 6. c. 4. & Pseudo-Hieronymum Epist. 36. de Observat. Vigiliar. tomo 9.*

situm scribit Isidorus: [e] 'Antiqua est Vigiliarum devotio, familiare ,bonum omnibus sanctis. Isaias Propheta exclamat ad Dominum, ,dicens: DE *nocte vigilat spiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua* Isa. 26. 9. ,*sunt super terram.* Item David & Regio & Prophetico sanctificatus ,vnguento, ita canit: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudi-* Psal. 118. ,*cia iustitiæ tuæ.* Hoc namque tempore vastator Angelus transiens, *pri-* 62. ,*mogenita Ægyptiorum percussit*: Vnde & nos vigilare oportet, ne peri- Exod. 12. ,culo Ægyptiorum admisceamur. Isdem etiam horis se venturum esse 29. ,in Evangelio Salvator astruit: vnde ad vigilandum auditores exsuf- ,citans dicit: *Beati servi illi quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes:* ,*& si vespertinâ horâ venerit, & si media nocte, & si galli cantu, & inve-* Luc. 12. ,*nerit eos vigilantes, beati sunt: ideo & vos estote parati, quia quâ horâ non pu-* 37. & seqq. ,*tatis, filius hominis veniet.* Quis est primogenitus à mortuis siquidem ,nec verbis solùm docuit vigilias, sed etiam confirmavit exemplo. ,Nam testatur Evangelium, quia *erat Iesus pernoctans in oratione Dei.* Luc. 6. 12. ,Paulus quoque & Silas in custodia publica, *circa medium noctis oran-* Act. 16. ,*tes, hymnum audientibus cunctis vincti dixisse memorantur: vbi terræ motu* 25. & seq. ,*repentè facto, & concussis carceris fundamentis, ianua sponte aperta, & om-* ,*nium vincula sunt soluta.* Unde oportet his horis psallendi orandique ,frequentiam nos in sanctis habere officijs, finemque nostrum vel si ,advenerit sub tali actu expectare securos'. Eadem habentur apud Ra- banum lib. 1. de Institut. Clericorum cap. 9. Sed omnium accuratissimè & ad rem nostram accommodatissimè de Vigiliarum institutione differit Bernardus: [f] 'In sanctorum vigilijs (inquiens) necesse est ,vigilare hominem spiritualem, qui solemnitates eorum celebrare de- ,siderat in spiritu & veritate. Aliæ enim carnalium, aliæ spirituа- ,lium vigiliæ: Illi & nitidiores cultus, & epulas præparant lautiores, ,& fortassis in ipsis vigilijs operantur opera tenebrarum, lætantur cùm ,malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vos autem non ita didi- ,cistis Christum, qui Christum secuti estis, qui omnia reliquistis, qui ,vigilanti oculo *Vigiliarum* nomen debetis advertere. Ad hoc enim ,vigiliæ proponuntur, vt evigilemus si in aliquo peccato vel negli- ,gentia dormiamus, & præoccupemus faciem sanctorum in Confes- ,sione. Non sic filij huius sæculi, non sic *qui potentes sunt ad bibendum* Isa. 5. 22. ,*vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem*; qui obdormierunt in fla- ,gitijs & facinoribus suis. Illud vos non lateat, quia *qui ebrij sunt, no-* 1. Thess. 5. ,*cte ebrij sunt; & qui dormiunt, nocte dormiunt*: & frustrà sonat eis nomen 7. ,*Vigiliarum* sanctarum, cùm ipsi magis dormire studeant quàm vigi- ,lare. Vos non estis filij noctis, neque tenebrarum; sed lucis, & diei; ,vt non vos præoccupent natalitij sanctorum dies, & inveniant impa- ,ratos. Tria sunt igitur quæ in festivitatibus sanctorum vigilanter ,considerare debemus: auxilium sancti, exemplum eius, confusio- ,nem nostram. Auxilium eius; quia qui potens in terra, potentior ,est in cœlis ante faciem Domini Dei sui. Si enim dùm hìc viveret, ,misertus est peccatoribus, & oravit pro eis, nunc tantò amplùs quan-

[f] *Bern. Serm. de Vigilia Apost. Petri & Pauli.*

tò

,tò veriùs agnoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis patrem : quia bea-
,ta illa patria charitatem eius non immutavit, ſed augmentavit : neq;
,enim quia impaſſibilis omninò, ideò & incompaſſibilis factus eſt; ſed
,nunc potiùs induit ſibi viſcera miſericordiæ, cùm ante fontē miſe-
,ricordiæ exiſtit. Eſt & alia cauſa, quæ magis vrget ſanctos vt ſolliciti
Hebr. 11. ,ſint de nobis; quia iuxta vocē Apoſtoli, *Deus providet pro nobis, ne ſine*
40. ,*nobis conſummentur:* ſicut ait S. David, *Me expectant iuſti, donec retribuas*
Pſal. 141. ,*mihi.* Debemus etiam attendere exemplum eius, qui quàm diù in ter-
8. ,ris viſus eſt & cum hominibus converſatus, non declinavit ad dex-
,tram, neque ad ſiniſtram; ſed viam regiam tenuit, donec veniret ad
Ioa. 14.6. ,illum qui dicit, *Ego ſum via, veritas, & vita.* Intuemini humilitatem
,operum eius, authoritatem verborum eius; & tunc videbitis quo-
,modò tam verbo quàm exemplo luxerit inter homines; qualia no-
,bis veſtigia dereliquerit vt ambulemus per ea, & non erremus in eis.
Iſa. 26. 7. ,Verè iuxta Prophetam, *Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulan-*
,*dum.* Sed & diligentiori intuitu confuſionē noſtram inſpiciamus: quia
,homo ille ſimilis nobis fuit, paſſibilis, ex eodem luto formatus ex
quo & nos'. Et paulò inferiùs iterùm ibidem : 'Sic ergo in ſancto-
,rum feſtivitatibus, & gaudere, & confundi debemus : gaudere, quia
,patronos præmiſimus : confundi, quia eos imitari non poſſumus. Ita
,ſemper gaudium noſtrum in hac valle lachrymarum, lachrymarum
Prov. 14. ,pane condiri debet; vt ſemper non ſolùm *extrema*, ſed & prima *gaudij*
13. ,*luctus occupet:* quia etſi magna eſt gaudiorum materia, ſed maxima eſt
Pſal. 76 4. ,dolorum : *Memor fui Dei*, clamat iuſtus, *& delectatus ſum* : ſed & ſtatim
& 5. ſubiungit, *Defecit ſpiritus meus, turbatus ſum, & non ſum locutus'.* Quem
Dei memoria delectabat, ſui memoria conturbabat; iuxta id quod de
Pſal. 41.7. ſe alibi idem ait, *Ad meipſum anima mea conturbata eſt.* Qua de re ſupe-
Pſal. 76. 5. riùs cap. 15. §. 7. dictum eſt. Unde & hìc quaſi cauſam turbationis
ſuæ indicans præmiſit, *Anticipaverunt vigilias oculi mei* : ad conſiderandum vtique confuſionem propriam; cuius conſideratione *turbatus ſum, & non ſum locutus* : ipsâ nimirum turbatione mutum me reddente.
Huiuſmodi turbationem refugiebant garruli quidam hæretici, de quibus Iſidorus proximè citatus adiungit : 'Eſt quoddam genus hæreti- *Iſidorus.*
,corum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpirituali operi in-
,fructuoſas, dicentes, Iura temerari divina qui noctem fecit ad re-
,quiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone *Nyctage-*
,*nes*, hoc eſt, ſomniculoſi, vocantur'. Horum anteſignanus fuiſſe videtur Vigilantius, de quo ita ad Riparium ſcribit Hieronymus: & 'Quod *& Hieron. Epiſt. 53.*
Matth. 26. ,dicis, cum vigilias execrari : facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt
40. & ſeq. ,velit dormire Vigilantius, & non audiat Salvatorē dicentē, *Sic non*
,*potuiſti una horā vigilare mecū? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.:*
Pſal. 118. ,*ſpiritus promptus eſt, ſed caro infirma.* Et in alio loco Propheta decantat,
62. ,*Media nocte ſurgebam vt confiterer tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.* Dominum
Luc 6.12. ,quoque in Evangelio legimus *pernoctaſſe* : & Apoſtolos *clauſos carcere*
Act. 16. ,*totā nocte vigilaſſe*, vt illis Pſallentibus terra quateretur, cuſtos carceris
25. ,crederet, magiſtratus & civitas terrerentur. Loquitur Paulus, *Oratio-*

,ni inſiſtite, *vigilantes in ea.* Et in alio loco, *In vigilijs frequenter.* Dor- Coloſſ. 4. 2.
,miat itaque Vigilantius, & ab exterminatore Ægypti cum Ægyptijs 2. Cor. 11.
,dormiens ſuffocetur : Nos dicamus cum David, *Non dormitabit, neque* 27.
,*dormiet, qui cuſtodit Iſraël.*; vt veniat ad nos *ſanctus & Hir*, qui inter- Pſal. 120.
,pretatur vigil : & ſiquando propter peccata noſtra dormierit, dica- 4.
,mus ad eum : *Surge, vt quid dormitas Domine?* excitemuſque illum, & Daniel. 4.
naviculâ fluctuante clamemus : *Magiſter ſalvos nos fac, perimus*'. Plura 10.
huc ſpectantia videri apud eundem poſſunt lib. adversùs Vigilantiũ Pſal. 43.
cap. 4. Qui rurſus in caput quartum Danielis ad verba iam inde cita- 23.
ta, ita vigilias commendat, vt dicat, 'Nos crebris pernoctationibus Mat. 8. 25.
imitari Angelorum officia'. Extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum
Gemma Animæ. quadripartitum opus de divinis officijs, *Gemma animæ*, intitulatum: vbi lib. 3. cap. 6. 'Vigiliæ à paſtoribus cœpiſſe perhibentur, qui vigilias ſupra greges ſuos naſcente Chriſto cuſtodierunt'. Qua de re obiter ſuperiori capite locuti ſumus. Vbi & illud ex Bernardo notavimus, Non ſolùm Eccleſiarum præpoſitos, ſed ſingulos etiam homines ſuo quodam modo paſtores eſſe, & ſuper gregem cogitationum actionumque ſuarum vigilare debere. Quò ſpectat & illud Auguſti-
h *Aug. l. 22. de Civit. cap. 23.* ni : [h] 'Præter mala huius vitę bonis maliſque communia, habent in ,ea iuſti etiam proprios quoſdam labores ſuos, quibus adversùs vitia ,militant, & in talium præliorum tentationibus periculiſque verſan- ,tur. Aliquando enim concitatiùs, aliquando remiſſiùs, non tamen ,deſinit *caro concupiſcere adversùs ſpiritum & ſpiritus adversùs carnem*, *vt* Gal. 5. 17. ,*non ea quæ volumus faciamus*, omnem malam concupiſcentiam conſu- ,mendo ; ſed eam nobis, quantùm divinitùs adiuti poſſumus, non ei ,conſentiendo ſubdamus : VIGILIIS CONTINVIS EXCVBANTES, ne ,opinio veriſimilis fallat, ne decipiat ſermo verſutus, ne ſe tenebræ ali- ,cuius erroris offundant : ne quod bonum eſt malum, aut quod malum ,eſt bonum eſſe credatur ; ne ab his quæ agenda ſunt metus revocet, ,ne in ea quæ agenda non ſunt cupido præcipitet, ne ſuper iracundiam ,ſol occidat, ne inimicitię provocent ad retributionem mali pro malo, ,ne abſorbeat inhoneſta vel immoderata triſtitia, ne impartiendorum ,beneficiorum ingrata mens ingerat torporem, ne maledicis rumori- ,bus bona conſcientia fatigetur, ne temeraria de alio ſuſpicio noſtra ,decipiat, ne aliena de nobis falſa nos frangat, *ne regnet peccatum in no-* Rom. 6. 12.
,*ſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis eius*, *Ne membra noſtra exhi-* Rom. 6. 13.
,*beantur iniquitatis arma peccato*, ne oculus ſequatur concupiſcentiam, ,ne vindicandi cupiditas vincat; ne in eo quod malè delectat vel viſio ,vel cogitatio remoretur; ne improbum aut indecens verbum libenter ,audiatur ; ne fiat quod non licet, etiamſi libet; ne in hoc bello, labo- ,rum periculorumque pleniſſimo, vel de viribus noſtris ſperetur fa- ,cienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur ; ſed eius gratiæ ,de quo ait Apoſtolus, *Gratias autem Deo qui dat nobis victoriam per De-* 1. Cor. 15.
,*minum noſtrum Ieſum Chriſtum*'. Ecce quantus Grex cogitationum & 57.
actionum, ſuper quo in nocte huius ſæculi exiſtentes vigilare debe-
mus,

Digitized by Google

mus, si ad æternam festivitatem in cœlis celebrandam pervenire velimus: [i] 'Quid est enim (inquit Bernardus) quòd ieiunijs solemnia prę-
Act. 14. 21. ,venimus, nisi quòd *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum* ,Dei ? Indignus quippè solemni lætitiâ est, qui statutam vigiliæ ab-
,stinentiam non observat. Planè, inquam, si tenuis affligere animam ,tuam in vigilia, indignus iure censeris requie & exultatione festiva. ,Est autem vniversum præsentis pœnitentiæ tempus, vigilia quædam ,solemnitatis magni & æterni sabbati quod præstolamur. Nec cau-
,saberis vigiliam longiorem, si æternitatem festivitatis attendas. Li-
,cet enim habere præparationem soleant solemnia diurna diurnam, illa cùm æterna sit non exigit tamen æternam'.

[i] *Bern. Ser. de Vigilia S. Andreæ.*

3. Hinc nobis adhuc aliud suggeritur documentum præsenti proposito peræquè accommodum, ex diurnarum Festivitatum recurrentia desumptum. Quemadmodum enim vigiliæ ad hoc ab Ecclesia sunt institutæ, vt assiduæ vigilantiæ in hac vita gerendæ per temporum nos intervalla commoneant: ita solennes Festivitates quibus illę præmittuntur, idcircò institutæ sunt, vt discamus hìc vacare, qualiter post vitam hanc vacare intendimus. Intendimus autem post vitam hanc vacare ad eum modum quo Angeli, quibus coæquabimur, vacant. Vacant verò Angeli contemplationi Dei & sui, vt capite 7. §. 1. ex Dionysio Areopagita & Pachymera retulimus. Eidem ergo contemplationi in temporalibus festivitatibus vacare nos debemus, vt in æterna festivitate cum Angelis sabbatizemus: [k] 'Ibi (in-
Psal. 45. 11. ,quit Augustinus) vacantes videbimus, *quoniam ipse est* Deus: quod no-
Gen. 3. 5. ,bis ipsi esse voluimus, quando ab illo cecidimus, audientes à seducto-
,re, *Eritis sicut Dij*; & recedentes à vero Deo, quo faciente Dij essemus ,eius participatione, non defertione. Quid enim sine illo fecimus, nisi
Psal. 89. 9. ,quòd *in ira eius defecimus*? A quo refecti, & gratia maiore perfecti, va-
,cabimus in æternum, videntes *quia ipse est Deus*, quo pleni erimus,
1. Cor. 15. 28. ,quando *ipse erit omnia in omnibus*. Nam & ipsa bona opera nostra, quã-
,do ipsius potiùs intelliguntur esse quàm nostra, tunc nobis ad hoc ,sabbatum adipiscendum imputantur: quia si nobis ea tribuerimus,
Levit. 23. 7. ,servilia erunt, cùm de sabbato dicatur, *Omne opus servile in eo non* ,*facietis*. Propter quod & per Ezechielem prophetam dicitur: *Et sab-*
Ezech. 20. 12. ,*bata mea dedi eis in signum inter me & inter eos, vt scirent quia ego Do-*
,*minus qui sanctifico eos*. Hoc perfectè tunc sciemus, quando perfectè vacabimus, & perfectè videbimus, *quia ipse est Deus*'. Hoc itaque est temporales festivitates veraciter celebrare, quicquid boni agimus Deo magis quàm nobis imputare: & hoc quid est aliud quàm, agnitâ imbecillitate nostrâ & præcelsitate ipsius, sub eius nos manu humiliare? Sunt quidem & aliæ institutarum ab Ecclesia festivitatum causæ, sed quæ à nobis assignatam non solùm non excludunt, sed etiam accuratè perpensæ includunt: vt est illa quam apud Eusebium Smyrnensis Ecclesia assignat his verbis: [l] 'Eorum memorias qui priùs passi fuerant ,celebramus, vt sequentium animi præcessorum viam exemplis insig-
nibus

Festivitates.

[k] *Aug. lib. 22. de Civit. c. 30.*

[l] *Apud Eusebium lib. 4. Hist. cap. 15.*

nibus ſuſcitentur'. Inter exempla porrò nobis ad imitandum à præceſſoribus ſanctis relicta, vnùm eſt & quidem ex præcipuis, vt vigilanter noſmetipſos conſideremus. Nam vt cap. 7. §. 6. ex Bernardo oſtendimus, nemo vnquam ſanctorum ſine huiuſmodi conſideratione ad æternum ſabbatum pervenire meruit. Eandem cum Smyrnenſibus celebrandarum feſtivitatum cauſam Auguſtinus aſſignat, alias ei inſuper adiungens, à Smyrnenſibus quidem tacitas, ſed non ideircò negatas: [m] 'Populus Chriſtianus (ait ille) memorias martyrum religioſâ ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuvetur: ita tamen vt nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum ſacrificemus, quamvis in memorijs martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit: vt & ipſorum locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuvante poſſumus'. Præter has feſtivitates memorijs ſanctorum à Deo coronatorum dicatas ſunt aliæ quamplurimæ ipſi Deo ſanctorum coronatori cõſecratæ: vt inprimis Dominici dies quinquagies bis per annum recurrentes: deinde omnes ſolemnitates in honorem Verbi Incarnati, atque etiam Spiritus ſancti Paracliti ſpecialiter inſtitutæ: inter quas, & illas quæ ſanctis vel Angelis vel hominibus dicatæ ſunt, illud intereſt, quòd quamvis in omnibus ſacrificium à ſacerdotibus populo aſſiſtente offeratur, in his tamen non ei oblatio fiat cuius memoria feſtivè recolitur, in illis verò ſacrificium ei ipſi offeratur cui feſtivitas dicatur: [n] 'Huic nos ſervitutem (inquit Auguſtinus) quæ latria Græcè dicitur, ſive in quibuſque ſacramentis, ſive in nobiſipſis debemus. Huius etiam templum ſimul omnes, & ſinguli templa ſumus; quia & omnium concordiam, & ſingulos inhabitare dignatur, non in omnibus quàm in ſingulis maior; quoniam nec mole diſtenditur, nec partitione minuitur. Cùm ad illum ſursùm eſt, cuius eſt altare, cor noſtrum; eius vnigenito eum ſacerdote placamus: ei cruentas victimas cædimus, quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate certamus: ei ſuaviſſimum adolemus incenſum, cùm in eius conſpectu pio ſanctoque amore flagramus: ei dona eius in nobis, noſque ipſos vovemus, & reddimus: ei beneficiorum eius ſolemnitatibus, feſtis, & diebus ſtatutis dicamus ſacramuſque memoriam, ne volumine temporum ingrata ſubrepat oblivio: ei ſacrificamus hoſtiam humilitatis & laudis in ara cordis igne fervidæ charitatis. Ad hunc videndum, ſicut videri poterit, eique cohærendum, ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mundamur, & eius nomine conſecramur. Ipſe enim fons noſtræ beatitudinis, ipſe omnis appetitionis eſt finis. Hunc eligentes, vel potiùs religentes, amiſeramus enim negligentes: Hunc ergo religentes

[m] *Aug. lib. 20. contra Faust. c. 21.*

Sacrificium.

Vide Aug. l. 8. de Civit. c. 27. & Conc. Trid. Seſſ. 22. c. 3.

[n] *Aug. lib. 10. de Civit. cap. 4.*

Digitized by Google

,ligentes, vnde & Religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, vt perveniendo quiescamus'. Huius quam præstolamur quietis typum nobis quendam exhibent recurrentes Dei ac Sanctorum festivitates; in quibus ab opere servili feriari iubemur, vt illorum ac nostri contemplationi vacemus: Dei quidem contemplationi, vt eius supra nos præcellentiam & erga nos beneficentiam recolamus: Sanctorum verò, vt eorum exemplis stimulemur, meritis consociemur, & orationibus adiuvemur: Nostri denique, vt quid fuerimus, quid simus, quid esse debuerimus, & quid esse possimus, indagemus: quid fuerimus per naturam, quid simus per culpam, quid esse debuerimus per industriam, & quid adhuc esse possimus per gratiam. Sanctorum porrò festa in tres vniversim ordines distribuit Hugo Victorinus: vt alia sint festa virginum, alia confessorum, & alia martyrum: ad primum ordinem reduci possunt festa Angelorum, & ad tertium festa Apostolorum: [o] 'Festum virginum facit (ait ille) qui observantiâ ca-,stitatis conscientiam exhilarat: Festum confessorum facit, qui etsi ,gloriari non potest de integritate virginitatis, consolatur tamen in ,puritate confessionis: qui etsi bonum non fecit vnde gaudeat, accu-,savit tamen & improbavit malum quod fecit, vt consolationem in-,veniat: Festum martyrum facit, qui sub pressura tribulationis gaudet in spe retributionis'. Hæc ille: qui & mox salutarem hanc adiungit paræneſin: 'Considerate, fratres, conscientias vestras: Magnum ,festum facit qui gaudet de puritate: nec ille excluditur, qui consola-,tur in humilitate. Puritas ad virginitatem pertinet, humilitas ad ,confessionem: propterea qui non tenuistis virginitatem, amplecti-,mini humilitatem. Magna virtus est humilitatis: audacter dico, quòd ,nec ipsa virginitas sine humilitate placet. Humiliare ergo, & recognosce quod es'.

[o] *Hug. Vict. l. 1. Miscell. cap. 112. Vide eundem c. proximè sequentem ibidem.*

Vide eundem Serm. 53.

4. Cunctis fidelibus ratione pollentibus annualem confessionem Paschalemque communionem Ecclesia præcipit: vtroque præcepto volens eos reddere non solùm gratiæ sacramentalis participes, verumetiam suimetipsorum memores. Nam & confessioni præmittendum est conscientiæ scrutamen, & de communione ait Apostolus, *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat.* Qui & mox probationem hanc negligentibus comminans subdit: *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Vbi iudicium pro damnatione vsurpat. E contrario eiusdem probationis fructum commemorans subtexit inferiùs: *Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.* Tanquam diceret, Si nosmetipsos accuratè probaremus, non vtique æternæ damnationi addiceremur. Porrò qui hoc dijudicium in via negligunt, districtum Dei iudicium in termino subeunt: quando nimirum, vt beatus Iob ait, *Non vltra in hominis potestate est vt veniat ad Deum in iudicium.* In quem locum Gregorius: [p] 'Dum dici-,tur (inquit) *Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in ,iudicium*, profectò ostenditur, esse quoddam iudicium, quod quando-

Confessio & communio annua.

Vide Concil. Trid. Sess. 13. cap. 7.

1. Cor. 11. 28.

1. Cor. 11. 29.

1. Cor. 11. 31.

Iob. 34. 23.

[p] *Greg. lib. 25. Moral. c. 5. & 6.*

,que etiam à damnatis ac reprobis desideretur. Et quod est illud, nisi
,hoc de quo Paulus Apostolus dicit, *Si nosmetipsos dijudicaremus, non vti-*
Vide Hug. Vict. l. 1. Miscell. c. 112. in fine.
,*que iudicaremur*: & de quo per Prophetam dicitur, *Non est iudicium in* Isa. 59.
,*greßibus eorum*: & de quo David ait, *Honor regis iudicium diligit*: vt vi- Psal. 98.
,delicet qui iam Deum honorat ex fide, sollicitè iudicet quid ei de-
,beat in operatione? Vnde rursum scriptum est, *Iudicare coram Domino,* Iob. 35.
,*& expecta eum.* Coram Domino scilicet iudicatur, qui corde Domi- 14.
,num conspicit, & actus suos sub eius præsentia sollicitâ disquisitione
,discernit. Quem tantò quis securiùs expectat, quantò quotidie vitam
,suam suspectiùs examinat. Qui enim ad extremum eius iudicium ve-
,nit, non iam coram illo, sed ab illo iudicatur. De hoc quoque men-
,tis iudicio oblivisceuti animæ per Prophetam Dominus dicit: *Reduc* Isa. 43. 26.
,*me in memoriam, vt iudicemur simul: Narra si quid habes, vt iustificeris.*
,Debet enim vniuscuiusque mens, & causas suas apud Dominum, &
,causas Domini contra se, sollicitâ inquisitione discutere: debet cau-
,tè pensare, vel quæ ab eo bona perceperit, vel quæ malâ bonis illius
,perversè vivendo responderit. Quod electi quotidie facere omninò
Vide eundem l. 19. Moral. c. 12. & Hug. Vict. l. 4. Erud. Theol. ex 2. Miscell. c. 100.
,non cessant: vnde benè Salomon ait, *Cogitationes iustorum iudicia.* Ac- Prov. 12.
,cedunt enim ad secretarium iudicis intra sinum cordis: considerant 5.
,quàm districtè quandoque feriat, qui diù patienter expectat: me-
,tuunt in his quæ se egisse meminerunt; & puniunt flendo, quod per-
,perpetrasse se intelligunt: timent subtilia divina iudicia, etiam de his
,quæ in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Vident enim, videri
,divinitùs, quod ipsi in se per humanitatem non vident: conspiciunt
,districtum iudicem, qui quò tardiùs venit, eò severiùs percutit: San-
,ctorum etiam Patrum residere conventum cum eo pariter contem-
,plantur, eorumque vel exempla vel dicta se contempsisse reprehen-
,dunt: atque in hoc secreto interioris iudicij ipsa mentis suæ execu-
,tione constricti pœnitendo feriunt, quod superbiendo commiserunt.
,Ibi namque adversùm se quicquid se impugnat enumerant, ibi ante
,oculos suos omne quod defleant coacervant, ibi quicquid per iram
,districti iudicis decerni possit intuentur; ibi tot patiuntur supplicia,
,quot pati timent. Nec deest in hoc iudicio mente concepto omne mi-
,nisteriũ quod punire reos suos pleniùs debeat: nã cõscientia accusat,
,ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod iudicium eò certiùs
,punit, quò interiùs sævit: quia videlicet ab exterioribus non accedit.
,Vnusquisque enim cùm causam huius examinis contra se aggredi
,cœperit, ipse est actor qui exhibet, ipse reus qui exhibetur: audit se
,qualem fuisse se meminit, & ipse qui est per semetipsum insequitur
,illum qui fuit; atque ab ipso homine adversùs semetipsum fit quæ-
,dam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Hanc cordis rixam
,Dominus requirebat, cùm per Prophetam diceret: *Attendi, & auscul-* Hier. 8. 6.
,*tavi: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super*
,*peccato suo, dicens: Quid feci?* Istâ cordis humani rixâ placatus est, cùm
,Prophetæ suo de Achab rege semetipsum reprehendente loqueretur,
dicens:

3. Reg. 21. 29. ,dicens: *Vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei* ,*causâ, non inducam malum in diebus eius.* Quia ergo nunc in potestate ,est internum mentis nostræ contra nos subire iudicium, recognosce- ,do accusemus nosmetipsos, & quales fuimus pœnitendo torquea- ,mus: non cessemus dum licet iudicare quod fecimus: audiamus cau- Iob. 34. 23. ,tè quod dicitur, *Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad* DEVM ,*in iudicium.* Reproborum namque esse proprium solet, semper prava ,agere, & nunquam quæ egerint retractare: Omne enim quod faciũt ,cæcâ mente pertranseunt, factumque suum nisi cùm puniti fuerint ,non agnoscunt. At contrà electorum est, actus suos quotidie ab ipso ,cogitationis fonte discutere, & omne quod turbidum profluit ab in- ,timis exsiccare. Sicut enim non sentimus quomodò crescunt membra, ,proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum albescit in canis; ,hæc quippè omnia nobis nescientibus aguntur in nobis: Ita mens no- ,stra per momenta vivendi ipso curarum vsu à semetipsa permutatur; ,& non agnoscimus, nisi vigilanti custodiâ ad interiora nostra resi- ,dentes, profectus nostros quotidie defectusque pensemus. Hoc ip- ,sum enim in hac mortali vita consistere, quasi ad vetustatem ire ,est; & cùm indiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis so- ,pitur: quia sui negligens, & propositum robur insensibiliter per- ,dens, à forma prioris fortitudinis dum nescit senescit. Vnde & per Osee 7. 9. ,Prophetam sub Ephraim specie dicitur: *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignoravit*'. His itaque in- commodis ex oblivione sui emergentibus obviare volens mater Ec- clesia, omnibus suis filijs ratione pollentibus confessionem & com- munionem, adeoque suiipsorum discussionem, quotannis vt mini- mùm iterandam iniunxit.

Vide eundem Greg. lib. 34. Moral. c. 3.

5. Quanquam verò Ecclesia pro Paschali duntaxat tempore commu- nionem omnibus voluerit esse præceptam; pro singulis tamen festis ac Dominicis interesse eos iussit sacrificij oblationi, adeoque sacrificantis communioni: vt vel alieno eos exemplo ad sui discussionem & imbe- cillitatis suæ recognitionem permoveret. Totus denique ipse sacrifi- candi ritus & sacrarum ordo cæremoniarum id admonere dignoscitur, ne vel nostro conditori ingrati, vel nostræ simus conditionis ig- nari. Nam cùm iuxta Augustinum quatuor sint hominis ex vitiata origine descendentis ætates, q 'Prima ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta', sacrificandi ri- tus ita ordinatus est, vt singulis anni Ecclesiastici partibus singulæ æ- tates seu status repręsententur: r 'A septuagesima vsque ad Pascha (ait ,Hugo Victorinus) repræsentatur tempus ab Adam vsq; ad Moysen, ,in quo mors regnavit. Vnde quia tunc culpa contraria iustitiæ com- ue[illegible]4. ,memoratur, *Gloria in excelsis Deo* siletur, quod in testimonium pacis Psal. 84. ,auditum est, quando *veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit*: 2. ,& quia pœna, in quam homo cecidit per culpam, ad memoriam per ,scripturas reducitur, *Alleluia* cantus lætitiæ tacetur. Ab adventu vsq;

Missę interessendi obligatio.

q *Aug. Enchir. cap. 118.*

r *Hug. Vict. in Speculo Eccles. cap. 4.*

Digitized by Google

»ad Natalem Domini, à Moyſe vſque ad Chriſtum tempus eſt: in quo »peccatum regnavit, nõ propter ignorantiam, vt mors priùs, ſed prop»ter infirmitatem carnis. In hoc *Alleluia* canitur, quia Patres ſub lege »fuerunt: ſed *Gloria in excelſis Deo* ſiletur, quod eſt ſignum pacis & iu»ſtitiæ, quam lex dare non potuit. Tempus à primo Adventu vſque »ad ſecundum eſt inter Pentecoſten & Adventum Domini. In hoc »cantat Eccleſia *Alleluia* in ſpe Reſurrectionis, & *Gloria in excelſis* Deo »pro iuſtitia reddita. Quotidie canit *Alleluia*; quia ſpes eius firmatur: »*Gloria in excelſis Deo*, non quotidie, ſed tantùm in feſtis, quia quotidie »offendit: Sed in fide tamen, id eſt, in *de quam fecit Dominus*, ſemper »tenet iuſtitiam, quia ſemper in fide, etſi non ſemper in operibus lau»dat. Quartum tempus eſt inter Paſcha & Pentecoſten, & ſtatum æ»ternæ fælicitatis ſignificat: in quo *Gloria in excelſis* quotidie canitur, »& duplex *Alleluia*: ianuas Eccleſiæ etiam publicè pœnitentibus ape»rimus; genua non flectimus. Sed ad quid hoc cernimus, ſi myſteriũ »non intelligimus? *Gloria in excelſis* tunc canitur, quia in Reſurrectione »iuſtitia, id eſt, charitas perficietur, & pax plena dabitur: Duplex »dicitur *Alleluia*, propter duplicem ſtolam in albis, quia gloriâ incor»ruptionis erimus veſtiti: Pœnitentibus Eccleſiæ ianua aperitur, quia »nullius peccati tunc improperium erit, quia totum abſorptum erit à »gloria: ſtantes oramus, quia tunc nõ erit pro quo flectantur genua, ſed »domus Dei replebitur gloriâ. Sed quid eſt quòd non canimus in pri»vatis ferijs *Gloria in excelſis Deo*, nec duo *Alleluia*; niſi quòd nondum »habemus perfectam iuſtitiam, nec gloriam quam expectamus? Ta»men ſimplex *Alleluia* canitur, quia Eccleſia iam primam reſurre»ctionem habet: vnde ſemper *Alleluia* canitur, exceptâ Septuageſimâ. »Quia igitur hoc tempus figura eſt tanti gaudij, in Dominicis & feſtis »hoc cantat Eccleſia: ſed quia nondum ſumus in illo, in privatis ferijs »tacet. Ergo per quatuor tempora variatur ſtatus Eccleſiæ: Primum »culpam intulit, Secundum detexit, Tertium eam delevit per iuſti»tiam ſed reſervavit pœnam, Quartum perficiet iuſtitiam & abſorbe»bit pœnam. Primum fuit culpæ & pœnæ, Secundum pœnæ & pro»phetiæ, Tertium pœnæ & gratiæ, Quartum gratiæ & gloriæ". Extat ſub eiuſdem Hugonis nomine libellus *de Canone myſtici libaminis* inſcriptus: in quo ritus omnes ac cæremoniæ canonis Miſſæ non minùs eruditè quàm præſenti noſtro propoſito accommodè explanantur & elucidantur. Qui libellus cum multorum aliorum opuſculis eòdem ſpectantibus, vt Iſidori Hiſpallenſis, Albini Flacci, Amalarij Trevirenſis, Rabani Mauri, Walafridi Strabonis, Bernonis Augienſis, Petri Damiani, Micrologi, Ivonis Carnotenſis, Hildeberti Cenomanenſis, Ruperti Tuitienſis, Petri Cluniacenſis, Radulphi Tungrenſis, & aliorum, habetur in Bibliotecha SS. Patrum nuperæ editionis Pariſienſis Tomo 10. Quibus addi poteſt Durandus in Rationali divinorum officiorum lib. 4. per totum, & Gavantus Comment. in Rubricas Miſſalis. Ad hæc in præfatione quę Canoni Miſſæ præmittitur, *ſurſum corda* habere fideles admonentur, ſed *ad Dominum*: quia ſurſum

Pſal. 111. 24.

Digitized by Google

cor non ad Dominum, ſuperbia eſt. Rurſus quia hoc ipſum muneris eſt ipſius Domini magis quàm operis humani, mox pro tanto munere gratias ipſi Domino agere admonentur: Qua de re Auguſtinus: ,,'Quod in Sacramentis fidelium dicitur (inquit) vt *ſurſum corda habeamus ad Dominum*, munus eſt Domini: de quo munere ipſi *Domino Deo noſtro gratias agere*, à ſacerdote poſt hanc vocem, quibus hoc dicitur, admonentur; & *dignum & iuſtum eſſe* reſpondent. Cùm enim ,,'*Non ſit in noſtra poteſtate cor noſtrum*, ſed divino ſublevetur auxilio vt *Coloſ. 3. 1. & ſeq.* aſcendat, & *qua ſurſum ſunt ſapiat, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens, non qua ſuper terram*; cui de hac tanta re agendæ ſunt gratiæ, niſi hoc facienti *Domino Deo noſtro*: qui nos per tale beneficium liberando, de profundo huius mundi elegit, & prædeſtinavit ante conſtitutionem mundi'? Et rurſus lib. de Spiritu & Littera cap. 11. 'Theoſebeia (inquit) ſi ad verbi originem latinè expreſſam interpretaretur, Dei cultus dici poterat: qui in hoc maximè conſtitutus eſt, vt anima ei non ſit ingrata: vnde & in ipſo veriſſimo & ſingulari ſacrificio, *Domino Deo noſtro agere gratias* admonemur. Erit autem ingrata, ſi quod illi ex Deo eſt, ſibi tribuerit, præcipuèq; iuſtitiam, cuius operibus velut propriis & velut à ſemetipſa ſibimet partis, non vulgariter, tanquam ex divitijs, aut membrorum forma, aut eloquentia, cæteriſq; ſive externis ſive internis ſive corporis ſive animi bonis quæ habere etiam ſcelerati ſolent, ſed tanquam de ijs quæ propriè ſunt bona bonorum, quaſi ſapienter inflatur. Quo vitio repulſi à divinæ ſtabilitate ſubſtantiæ, etiam magni quidam viri ad idololatriæ dedecus defluxerunt'. Cæterùm ſicut in Miſſæ Præfatione admonemur cum gratiarum actione recognoſcere Dei in nos beneficentiam, ita in Miſſæ Collectis & Dominica Oratione admonemur agnoſcere noſtram indigentiã, imò etiam mendicitatem: [u]'Mendicos ſuos nos fecit Deus (ait alibi idem Auguſtinus) monendo nos & hortando, vt petamus, quæramus, pulſemus'. Et Sermone 15. ibidem cap. 2. in fine: 'Omnes (inquit) quando oramus, mendici Dei ſumus, antè ianuam magni patrisfamilias ſtamus, imò & proſternimur, ſupplices ingemiſcimus, aliquid volentes accipere'. Et Serm. 41. ibidem cap. 5. 'Quantumcunque habeas (inquit) quicunque dives es, Dei mendicus es, Venitur ad horam orationis, & ibi te probo. Petis. Quomodo non pauper es, qui petis? Plus addo: panem petis. An non es dicturus, *Mat. 6. 11.* *Panem noſtrum quotidianum da nobis*? Qui panem quotidianum petis, pauper es, an dives'?

Vide Aug. l. 14. de Civit. c. 13.

[f] *Aug. l. de Bono Perſever. c. 13. Vide Aug. Epiſt. 57. q. 1. in fine, & Epiſt. 120. c. 18. & Epiſt. 156. & Cyrill. Hieroſ. Catech. 5. Myſtag.*

[t] *Ambr. lib. de Fuga ſæculi cap. 1.*

[u] *Aug. Serm. 5. de Verb. Dom. cap. 6.*

6. Supereſt Eccleſiaſticorum ieiuniorum inſtitutio: de qua ita ad propoſitum ſcribit Papa Leo: [w]'Præſidia militiæ chriſtianæ ſanctificandis mentibus noſtris atque corporibus divinitùs inſtituta, ideò cum dierum temporumque curriculis ſine ceſſatione reparantur, vt infirmitatum noſtrarum ipſa nos medicina commoneat'. Quemadmodum igitur medicinalis diętæ præſcriptio latentis morbi intimatio eſt, ita ſolennium ieiuniorum indictio humanæ infirmitatis admonitio eſt.

Ieiunium.

[w] *Leo Ser. 7. de Ieiunio 10. miſis, in principio. Vide Aug. Tract. de Vtilitate Ieiunii Tomo 9. & Iſidor. lib. 6. Origin. c. 19. &*

l. 2. Synan. c. 4. & l. 2. Sent. c. 44. & l. 1. de Offic. Eccles. c. 36. & legg.

Hanc infirmitatem humano generi invexit gulæ intemperãtia, & ideò ad eam cognoscendam & curandam indicta est ieiunij abstinentia: ,x 'Vetus donum (inquit Basilius) est ieiunium: quod non veteras,cit, nec senescit; sed vsque renovatur, sed perpetuo vigore pubescit. ,Putasne me ieiunii antiquitatem à legis initio supputare? Etiam ip,sâ lege antiquius est ieiunium. Mane paulisper, & comperies verum ,esse quod dixi. Cave existimes diem propitiationis, qui designatus ,Israëlitis erat mense septimo, decimo die mensis, fuisse ieiunandi prin,cipium. Ades huc, ac per historiam decurrens vestiga ieiunij anti,quitatem: neque enim recens inventum est, sed prætiosus thesaurus ,à maioribus repositus ac traditus. Quicquid vetustate præcellit, idẽ ,venerabile est. Reverere igitur ieiunij canitiem. Tam vetus est, vt ,simul cum homine condito cœperit. In paradiso præscriptum est.

Vide Tertul. l. de Ieiunio adversùs Psychicos c. 2. & l. adversùs Iudaos c. 2. & Aug. l. 1. cont. Iul. c. 5. & Leonem Serm. 2. de Ieiunio 7. mẽsis c. 1. & Ser. 8. c. 2. & Aug. Ser. 6 & de Tẽpore, & Damas. l. 3. Parall. c. 2. & Greg. Homil. 16. in Evangelia.

,Primum illud præceptum accepit Adam, *Ne de ligno scientiæ boni & malì ederet.* Hoc autem verbum, *Non edetis*, ieiunij & abstinentiæ ,lex est. Si à ligno ieiunasset Eva, nequaquam hoc nunc ieiunio opus ,haberemus: *Neque enim qui valent egent medico, sed qui malè habent.* In ,morbum incidimus per peccatum, sanemur per pœnitentiam: sed pœ,nitentia sine ieiunio otiosa & infrugifera est'. Et pauculis interposi,tis rursus infrà ibidem: 'Quoniam non ieiunavimus, exulamus à pa,radiso: ieiunemus igitur, vt ad illum postliminio revertamur'. Re,vertemur autem si ieiuniorum nostrorum observantiam, comitetur ,fragilitatis nostræ considerantia: vt quos gula cum inconsiderantia ,depulit, ieiunium cum considerantia restituat: y 'Celebraturi igitur ,(vt monet Leo) verum & spiritale ieiunium, quod & corpus & ani,mum sui puritate sanctificet, cordis nostri secreta rimemur; & quibus ,rebus aut contristentur aut gaudeant, iusto discutiamus examine: ac ,si quis amor vanæ gloriæ, si qua radix avaritiæ, si quod inest virus ,invidiæ, nihil talium anima sumat escarum; sed virtutum intenta de,licijs, cælestes epulas terrenæ præferat voluptati. Agnoscat homo ,sui generis dignitatem, factumque se ad imaginem & similitudinem ,sui creatoris intelligat: nec ita de miserijs, quas per peccatum illud ,maximum & commune incidit, expaveſcat, vt non se ad misericor,diam sui reparatoris attollat. Ipse enim dicit: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*, hoc est, me diligite, & ab ijs quæ mihi displicent ab,stinete: facite quod amo, amate quod facio: & cùm videtur esse dif,ficile quod iubeo, ad iubentem accurrite; vt vnde datur præceptum, prẽstetur auxilium'. Et Serm. 1. de Quadragesima cap 5. 'In isto ie,iuniorum studio (inquit) non eo tantùm simus fine contenti, vt so,lam ciborum abstinentiam putemus esse sectandam. Parum enim ,est si carnis substantia tenuatur, & animę fortitudo nõ alitur. Afflicto ,paululùm exteriore homine, reficiatur interior; & subtractâ carni ,saturitate corporeâ, spiritalibus mens delicijs roboretur. CIRCVM,SPICIAT se omnis anima christiana, & severo examine cordis sui in,terna discutiat: videat ne quid ibi discordiæ inhęserit, ne quid cupi-

Mat. 9. 12.

Lev. 19. 2.

Vide Leonem Ser. 5. de Quadrag. c. 1.

Vide Leonem Ser. 3. de Quadrag. cap. 1.

diatis

'ditatis insederit: Incontinentiam castitas procul pellat, mendacij te-
Sap. 1. 11. 'nebras lux abigat veritatis: quia *os quod mentitur animam* mẽtientis *interficit*. Detumescat superbia, humilitas assumatur, resipiscat iracũ-
'dia, comminuantur iacula noxarum, & obtrectatio linguæ frænetur:
Matth. 15. 13. 'cessent vindictæ, & oblivioni mandentur iniuriæ: *Omnis* postremò *plantatio quam non plantavit Pater Cœlestis, radicitus auferatur*. Tunc e-
'nim in nobis benè virtutum semina nutriuntur, quando ab agro cordis nostri omne germen externum evellitur'. Non in sola itaque corporis per inediam castigatione, sed in vitiosorum maximè germinum extirpatione nostri sita est summa ieiunij: [z] 'Nam cùm ad hoc casti-
'gatio ista sumatur, vt carnalium desideriorum fomites subtrahantur;
'nullum magis sectandum est continentiæ genus, quàm vt semper simus ab iniustâ voluntate sobrij, & ab inhonesta actione ieiuni'. Leoni hac in parte consonat Paulinus Epistola 50. ad Celantiam, ita scribẽs:
'Quid prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbiâ? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si invidiâ lividi
'simus? Quid virtutis habet, vinum non bibere, & irâ atque odio in-
'ebriari? Tunc, inquam, præclara est abstinentia, tunc pulchra atque
'magnifica castigatio corporis, cùm est animus ieiunus à vitijs. Imò
'qui probabiliter ac scienter abstinentiæ virtutem tenent, eò affligunt
'carnẽ suam, quò animæ frangant superbiam: vt quasi de quodã fasti-
'gio contemptus sui atque arrogantiæ descendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maximè in humilitate perficitur'. Humilitas ista in hoc potissimùm sita est, vt voluntatem quisque suam ex divina voluntate suspendat; non quærens quod sibi, sed quod Deo placeat.
Isa. 58. 3. Vnde apud Prophetam redarguuntur quibus dicitur, *Ecce in die ieiunij vestri invenitur voluntas vestra*. Quem locum huic proposito accommodans Bernardus Serm. 3. de Ieiunio Quadragesimæ: 'Quòd si gu-
'la sola peccavit (inquit) sola quoque ieiunet, & sufficit: Si verò pec-
'caverunt & membra cætera, cur non ieiunant & ipsa? Ieiunet ergo
'oculus, qui deprædatus est animam: ieiunet auris, ieiunet lingua, ie-
'iunet manus, ieiunet etiam anima ipsa. Ieiunet oculus à curiosis as-
'pectibus, & omni petulantia; vt benè humiliatus coërceatur in pœ-
'nitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter
'pruriens, à fabulis, & rumoribus, & quæcunque otiosa sunt, & ad
'salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractatione & mur-
'muratione, ab inutilibus, vanis, atque scurrilibus verbis; interdum
'quoque ob gravitatem silentij & ab ipsis quæ videri poterant neces-
'saria. Ieiunet manus ab otiosis signis, & ab operibus omnibus quæ-
'cunque non sunt imperata. Sed & multò magis anima ipsa ieiunet à
'vitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc cætera à
'Domino reprobantur: sicut scriptum est, *Quia in diebus ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ invenientur*'.

Vide Leon. Ser. 3. de Ieiunio 10. Mensis, in principio.

[z] *Leo Ser. 6. de Quadrag. c. 2.*

Paulinus.

Vide Greg. Homil. 16. in Evang. prope finem, & de cura Pastorali p. 3. cap. 20. Bernardus.

CAPUT

CAPVT XVIII.

Ecclesiastici Tractatores per diversa sæcula post Apostolos à Christo suscitati, eandem cum præcedentibus prædicandi ac docendi normam tenuerunt: agnitionem humanæ fragilitatis & divinæ præcelsitatis vnicuique ingerentes.

I. ENumerans Apostolus præcones veritatis à Christo in Ecclesia suscitatos & suscitandos: *Ipse*, inquit, *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Cùm ergò in præcedentibus satis iam ostensum sit, *Apostolos, Prophetas, Evangelistas*, ipsamque Ecclesiam suis ritibus ac cæremonijs, in id potissimùm allaborasse & allaborare, vt homines ad suæ fragilitatis considerationem, & divinæ supra se præcelsitatis agnitionem manuducerent: restat vt ostendamus, *Pastores & Doctores* per diversa sæcula in Ecclesia suscitatos, eandem prædicandi normam tenuisse. Pro complemento tamen præcedentis capitis pauca priùs inserenda sunt de primitijs & decimis per fideles exoluendis: de quibus Isidorus pro morum instructione satis accommodè ad præsens propositum sic scribit: [a] 'Iubetur Israëlitico populo ,decimas frugum, cunctarumque primitias rerum offerre domino. Spi- ,ritualiter quippè primitiæ frugum vel primogenitorum, principia ,bonorum operum ostendunt, vel ipsam bonā voluntatem, quę prior ,est opere; quam Pelagiani sibi tribuendo offendunt. Deus autem, ,dum illa sibi à nobis iubet offerri, indicat, nos ad ipsius gratiam per- ,tinere. In decimis itaque Domino offerendis denarius numerus per- ,fectionem significat: quia vsque ad ipsum numerus crescit. Ideoq; ,sicut in primitijs principia voluntatum, ita in decimis consummatio- ,nes nostrorum operum ad Deum referre præcipimur; à quo & boni operis initium, & perfectionis percipimus effectum'. Eadem verbatim habentur apud Bedam tomo 4. in expositione Exodi ad caput 23. & rursus tom. 8. in lib. qq. super Exodum cap. 37. Qui præterea alibi de primitiarum oblatione differens: [b] 'Nos (inquit) primi- ,tias bonorum nostrorum Domino tollimus, quando si quid boni agi- ,mus, totum hoc divinę gratię tribuimus: veraciter, & intimo corde ,profitentes, quòd ne initium quidem bonę actionis aut cogitationis ,aliquod, nisi à Domino possimus habere: mala verò nostra semper à ,nobisipsis diabolo instigante, & cępta, & consummata; nec nisi Do- ,mino donante laxanda esse, fatemur. Pelagiani primitias bonorum ,suorum nolunt Domino tollere, sed sibimetipsis possidenda retinere: quia

Ephes. 4. 11. & seqq.

Primitiæ & Decimæ.

[a] *Isidor. Comment. in Exod. cap. 36.*

[b] *Beda lib. 1. de Tabernaculo cap. 3.*

Digitized by Google

,quia se boni aliquid à seipsis absque gratia Dei habere, stultâ præsumptione autumant'. Circa decimarum autem oblationem observat Isidorus, Quadragesimale ieiunium ad hoc fuisse institutum, vt per eius obseruantiam nos Deo quasi totius anni decimas offeramus: ,c 'Sacramenti mysterium (ait ille) exprimitur, quòd quadraginta ,diebus ieiunia celebrantur. Lege enim Moysaica vniuerso populo ,generaliter est præceptum, decimas & primitias Domino Deo offer-,re. Itaque dum in hac sententia principia voluntatum consummatio-,nesque operum nostrorum referre ad Dei gratiam admonemur, in ,supputatione Quadragesimæ summa ista legalium decimarum explе-,tur. Totum enim anni tempus triginta sex dierum numero decima-,tur: subtractis autem à Quadragesima diebus Dominicis, quibus ie-,iunia solvuntur, his diebus quasi pro totius anni decimis ad Eccle-,siam concurrimus, actuumque nostrorum operationem Deo in ho-,stiam iubilationis offerimus'. Hanc obseruationem Isidoro præfor-,mavit Papa Gregorius Homil. 16. in Evangelia, quem quibusdam ,demutatis transcripsit Gratianus cap. *Quadragesima*, de Consecrat. dist. 5. atque etiam Ivo in suo Decreto Parte 4. c. 34. ita scribens: ,'Quadragesima summâ obseruatione est obseruandâ, vt ieiunium in ,ea, præter dies Dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt, nisi ,quem infirmitas impedierit, nullatenus solvatur: quia ipsi dies Deci-,mæ sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimæ vsq; ad Pas-,cha Domini sex hebdomadæ computantur, quarum videlicet dies ,sunt quadraginta duo: ex quibus dum sex Dominici dies subtrahũ-,tur abstinentiæ, non plùs in abstinentia quàm triginta sex dies re-,manent: verbi gratiâ, si per trecentos sexaginta quinque dies annus ,ducitur, & nos per triginta sex dies affligimur, quasi anni Decimas ,Deo damus. Et vt sacer numerus quadraginta dierum adimplea-,tur, quem Salvator noster suo sacro ieiunio consecravit, quatuor dies ,prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierum tollun-,tur, id est, quarta feria quæ caput ieiunij subnotatur, quinta feria se-,quens, & sexta, & sabbatum. Nisi quatuor istos dies superioribus ,triginta sex adiunxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habe-,mus. Iubemur etiam ab omnipotente Deo, omnium bonorum no-,strorum Decimas dare. Quapropter vt omnis Decima à nobis Deo ,ritè persolvatur, tollamus Decimam anni; & in eâ peccata nostra, ,confitendo, nos corrigendo, ieiunando, vigilando, orando, eleëmo-,sinas dando, abstergamus; & carnem nostram decimemus, vt ad san-ctum Pascha securi pervenire possimus'.

c *Isidor. lib. 1. de Offitus Eccles. cap. 36.*

Gregorius. *Gratianus.*

Ivo Carnot.

2. His de ieiuniorum institutione prælibatis, veniendum est ad id quod in titulo monstrandum suscepimus. Ac inprimis vt ab Apostolorum discipulis incipiamus, Dionysius Areopagita luculentum seipsos cognoscendi documentum hominibus Angelos imitari cupientibus exhibet Lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap 2. à nobis transcriptum hìc superiùs cap. 7. §. 1. Nec minùs dilucidè martyr Ignatius

Dionys. Areop. pag.

consideratione humanæ fragilitatis commendat, Magnesianos in
Ignatius. Epistola ad ipsos sic alloquens: 'Cùm laudo vos, scio quòd rubore
,suffundamini: sicut scriptum est, *Iustus accusator est suipsius*: Et, *Di-* Prov. 18.
,cito tu primus peccata tua, vt iustificeris: Et, *Cùm feceritis omnia quæ* 17.
,*præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.* Nam quod apud homi- Isa. 45. 16.
,nes est eximium, abominabile est apud Deum: *Deus* enim, inquit ille, Luc. 17.
,*propitius esto mihi peccatori.* Ob hoc magni illi Patriarchæ, Abraham 10.
,& Iacob, *terram & cinerem seipsos* coram Deo nominaverunt: Et Da- Luc. 18. 13.
,vid: *Quis sum ego in conspectu tuo, Domine, quia evexisti me hucvsque?* Et Gen. 18. 27.
,Moyses ille *mitissimus super omnes homines*, dicit ad Deum, *Exilis vocis,* 1. Par. 17.
,*& tardiori linguâ sum.* Submissè itaque sentite & ipsi, vt exaltemini; 16.
Qui enim se humiliat, exaltabitur; & qui se exaltat, humiliabitur'. Idem Num. 12. 3.
rursus Trallianis in Epistola ad ipsos, seipsum in exemplum semetip- Exo. 4. 10.
sos noscendi ac metiendi proponit, dicens: 'Non vt Apostolus præ- Luc. 14. 11.
,cipio, sed MEIPSVM METIOR, ne gloriando pereã: porrò in Domino
,gloriari, bonum est. Quanquam enim in ijs quæ Dei sunt confirma-
,tus sim, attamen plus mihi timendum est: nec animus illis intendẽ-
,dus, qui frustrà me inflant: qui enim laudant, flagellant me'. Qua de re
videri possunt quæ cap. 16. §. 3. adduximus. Rursus idem Ignatius
in Epistola ad Philadelphienses: 'Quanquam (inquit) secundùm car-
,nem voluerunt me quidam seducere, at spiritus meus non seducitur;
,à Deo namque illum accepi: *scit* enim *vnde venit, & quò vadit*'. In quã Ioã. 8. 14.
rem videri possunt quæ cap. 16. §. 7. ex Ruperto adduximus. Idem
denique Ignatius in Epist. ad Polycarpum statim post initium hanc
ad eum inserit paræneſim: 'Vigila, insomnem spiritum habens'. Ubi
quid aliud quàm sui ei notitiam & vigilem sui custodiam ingerit? Hu-
ius porrò Polycarpi ad Philippenses extat Epistola, quâ eos ad sui no-
Polycarpus. titiam exhortans: 'Scitote (inquit) quia nihil intulimus in hunc mun-
,dum, neque auferre possumus. Armemur armis iustitiæ, & docea-
,mus nosmetipsos primùm ambulare in mandatis Domini; & post hoc
,etiam mulieres vestras in fide quæ data est eis, & dilectione, & casti-
,tate (amantes suos viros in omni veritate & charitate, diligentes om-
,nes æqualiter in omni continentia) & filios erudire in disciplina & ti-
,more Dei. Viduæ verò pudicæ circa fidem Dei interpellent incess-
,santer pro omnibus, elongantes se ab omnibus diabolicis detractio-
,nibus, & falso testimonio, & ab omni malo: COGNOSCENTES SE-
,IPSAS, quia sunt sacrarium Dei; quoniam omnia Deus prospicit, &
,nihil eum latet, neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod
,abditum cordis. Scientes ergo quia *Deus non deridetur*, debemus dig- Gal. 6. 7.
,nè in mandatis eius & gloria ambulare'. Et aliquantulùm inferius
ibidem: 'Ante conspectum oculorum Domini sumus, & *omnes oportet* Rom. 14.
,*astare ante tribunal Christi, & vnumquemque pro se rationem reddere.* 10. & 12.
,Sic ergo serviamus ei cum timore & omni reverentia, secũdùm quod
evangelizaverunt nobis Apostoli Domini'. Huius Polycarpianæ Epi-
stolæ meminit Hieronymus lib. de Scriptoribus Ecclesiast. cap. 17.

& ante

Digitized by Google

& ante eum Irenæus Polycarpi ipsius discipulus l. 3. adversùs Hæreses c. 3. his verbis: 'Est Epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima: ex qua & charactere fidei eius, & prædicationē veritatis, qui volunt, & curā habēt suæ salutis, possunt discere'. Idē porrò Irenæus c. 22. eiusdē libri, quod de cognitione sui à Polycarpo sine fictione didicit, posteris sine invidia cōmunicavit: 'COGNOSCAT SEIPSVM homo, (inquiēs) quoniā mortalis & infirmus est: intelligat autem & Dñm, quoniam in tantum immortalis & potens est, vt & mortali immortalitatem, & temporali æternitatem donet'. Paulò post Irenæum floruit Tertullianus, qui in Apologetico adversùs gentes cap. 48. Resurrectionem corporum nostrorum probans, animæque immortalitatem: 'Certè (inquit) semina non nisi corrupta & dissoluta fœcundiùs surgunt: omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo tantum nomen, si *intelligas te* vel de titulo Pythiæ discens, Dñs omnium morientiū & resurgentium ad hoc morieris, vt pereas? Ubicunque resolutus fueris, quæcunque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te'. Vbi evidenter alludit ad inscriptionem Delphicam, *Nosce teipsum*: & eum qui seipsum noverit, resurrectionem corporis sui agniturum contendit. Tertulliano synchronus fuit Clemens Alexandrinus: cuius in hanc rem nonnulla testimonia in præcedentibus commemoravimus, quibus & istud nunc adiungimus ex lib. 5. Stromatum paulò post initium: 'Illud, *Nosce teipsum*, multa indicat: vt quòd sis mortalis, & quòd homo natus es, & quòd si fiat collatio aliorum quæ sunt in vitâ præstantissima & excellentissima, nullam esse tui putes habendam rationem si dicas te gloriâ insignem, vel divitem: vel contrà, quòd cùm sis dives & gloriâ insignis, non de solis commodis quibus alios superas, te iactare oporteat: sed ad quid natus sis, inquit, cognosce; & cuius sis imago, & quænam sit tua essentia, & quod opificium, & quænam cum Deo coniunctio & affinitas, & quę sunt his similia'. Alexandrino vetustior Clemens Romanus principis Apostolorum discipulus & successor Epist. 4. ad Julium & Julianum: 'Debemus (inquit) aliquid ampliùs habere animalibus, vtpotè rationales homines & cœlestium sensuum capaces; quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire'. Idem rursus Epistola 1. de Apostolo Petro præceptore suo loquens: 'Instruebat (inquit) actus vitæ suæ omni horâ custodire, & in omni loco Deum respicere: firmiter scire, cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, & sacerdotibus Domini manifestare. Os suum à multo vel pravo colloquio custodire, & verba vana aut mendacia non loqui; quia *os quod mentitur occidit animam*: verba divina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedientes esse, docebat: prædicationi & orationi & lectioni frequenter incumbere, & eleemosynas veras perficere; desideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem: boni

Irenæus.

Tertullianus.

Clemens. Alex.

Clemens Romanus.

Sap. 1. 11.

,aliquid in se cùm viderit, Deo attribuere, non sibi; & malum à se factum cognoscat, & sibi imputet'. Minutius Felix Tertulliano & Clementi Alexandrino subsynchronus: 'Non recuso (ait in suo Octavio) ,quod Cæcilius asserere inter præcipua connixus est, Hominem *nosse* ,*se*, & circunspicere debere, quid sit, quare sit, vtrùm elementis ,concretus, an concinnatus atomis; an potiùs à Deo factus, formatus, ,animatus. Quod ipsum explorare & cruere, sine vniversitatis inquisitione non possumus, cùm ita cohærentia, connexa, concatenata sint, ,vt nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis: ,nec possis pulchrè gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem: præcipuè cùm à feris belluis hôc ,differamus, quòd illa prona, in terramque vergentia, nihil nata sint ,prospicere, nisi pabulum: nos quibus vultus erectus, quibus suspectus in cœlum datus est, sermo, & ratio, per quæ Deum agnoscimus, ,sentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingerentem sese oculis ,& sensibus nostris cœlestem claritatem. Sacrilegij enim vel maximi instar est, humi quærere, quod in sublimi debeas invenire'.

Minutius.

Vide Elmenhorsti Commentarium in hunc Minutij locum.

Vide Lactant. lib. 1. cap. 5.

Clementis Alexandrini discipulus Origenes, exponens illud Moysis ad Dominum, *Ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris & tardioris lingua sum*, ita scribit ad præsens propositum: 'Donec esset Moyses ,in Ægypto, & *eruditetur omni sapientia Ægyptiorum*, non erat gracili ,voce nec tardus linguâ, nec profitetur se esse ineloquentem: Erat enim quantum ad Ægyptios, & sonoræ vocis, & eloquentiæ incomparabilis. Ubi autem cœpit audire vocem Dei, & eloquia divina suscipere, tunc sensit exilem & gracilem vocem suam, tardamque & impeditam esse suam intelligit linguam: tunc se pronuntiat mutum, cùm ,cœpit agnoscere verum illud verbum, quod *erat in principio apud Deū*. ,Sed quò faciliùs quod dicimus possit adverti, vtamur huiusmodi similitudine: Mutis animalibus, quamvis sit imperitus & indoctus rationalis homo, si comparetur, videbitur eloquens ad comparationem ,eorum, quę rationis & vocis expertia sunt: si verò eruditis & eloquentibus viris atque in omni sapientia probatissimis conferatur, ineloquens & mutus videbitur: At si ipsum quis contempletur divinū ,verbum, ipsamque divinam respiciat sapientiam, quantævis sit eruditionis & quantæcunque sapientiæ, multò ampliùs quàm apud nos ,sunt pecudes, ipse apud Deum mutum se animal profitebitur. Hoc ,nimirum erat Moyses. Quod & beatus David intuens, & tali ordine semetipsum ad divinam sapientiam librans, dicebat: *Vt iumentum ,factus sum apud te*. Secundùm hoc ergo & Prophetarum maximus ,Moyses dicit ad eum, quòd *Gracili voce sit & tardus linguâ, & quòd non ,sit eloquens*. Omnes enim homines ad comparationem verbi divini, ,non solùm ineloquentes, sed & muti putandi sunt. Quia igitur in id ,intelligentiæ profecit Moyses, vt AGNOSCERET SEMETIPSVM, in ,quo est pars maxima sapientiæ, remunerat eum divina dignatio'. Origenis discipulus Gregorius Thaumaturgus, eundem Origenem pane-

Origenes.

3. *Exo.* 4. 10.

Act. 7. 22.

Ioan. 1. 1.

Psal. 72. 23.

Exo. 4. 10.

Digitized by Google

panegyricè deprædicans, etiam hoc in eo ſummopere laudat, quòd diſcipulos ſuos verbo & exemplo ad noſcendum ſemetipſos erudierit & inſtigaverit: [d] 'A multis nos vitæ curis (inquit) forenſiq; ſtrepitu ,penitùs abducebat; & noſmetipſos circumſpiciendos, ac verè ad ,res noſtras agendas attollebat. Hoc nimirum eſſe iuſtè agere, & hanc ,veram eſſe iuſtitiam, priſcorum etiam Philoſophorum nonnulli af- ,firmarunt; vitam privatam, vt mihi videtur, ad beatitudinem & ſibi- ,ipſis & alijs commodiorem atque vtiliorem eſſe ſignificantes: ſiqui- ,dem huius eſt virtutis, pro meritis ſuum cuiq́ue tribuere. Quid enim ,aliud animæ propriũ ſit, aut quid tam congruum dignumq́ue, quàm ,ſeipſam curare; non extrà circumſpectantem, nec aliena tractantem, ,neque (vt paucis dicam) maximam ſibiipſi iniuriam facientem: ſed ,intrò ad ſeſe converſam, ſua ſibi reddentem, ac iuſta omni ex parte ,præſtantem? Sic igitur ille (Origenes) iuſta facere vel coactos, ſi dici ,fas eſt, nos docebat. Prudentiam verò nihilo ſciùs: ſecum eſſe, & ,ſeipſos noſſe velle & conari: hoc videlicet præclariſſimum Philoſo- ,phiæ munus & officium, quod præſtantiſſimo dæmonum vati vt ſa- ,pientiſſimum præceptum tribuitur, NOSCE TEIPSVM. Hoc revera ,munus eſſe prudentiæ, & hanc eſſe divinam prudentiam, rectè ab an- ,tiquis dictum eſt, cùm eadem Dei atque hominum revera ſit virtus, ,animâ ipſâ tanquàm in ſpeculo ſeipſã videre ſatagente; & divinã mẽ- ,tem, ſi tali ſocietate atq; coniunctione digna ſit, in ſe repræſentante; & ,viam quandam verbis inexplicabilem, vt ad hoc divinæ naturæ con- ſortium pervenire poſſit, inveſtigante'. Thaumaturgo contemporaneus fuit martyr Cyprianus, qui in Sermonibus de Cardinalibus Chriſti Operibus multa huc pertinentia conſcripſit, quæ à nobis ſuperiùs cap. 12. §. 6. commemorata ſunt: quibus & illud modò adiungimus, quod in eorundem Sermonum Prologo habetur: 'Si me- ,ipſum neſcio, ſi animæ meæ ſubſtantiam & naturam ignoro, ſi eorum ,quæ intra me ſunt rationem non intelligo; quâ audaciâ ſupra me eri- ,gam oculos, vt videam principium ſine principio, & finem ſine fine attingam'? Et aliquantò ſuperiùs ibidem: 'Utinam (inquit) meipſum cognoſcam & ſciam'. Et lib. de Mortalitate paulò pòſt initium: 'Agnoſcere ſe debet (inquit) qui Deo militat'. Eodem penè tempore cum Cypriano floruit in Eccleſia Zeno Veronenſis, ſub cuius nomine varij extant ſermones Tom. 2. Bibliothecæ SS. Patrum nuperæ editionis Pariſienſis. Is igitur Serm. 2. de Geneſi ita ſcribit ad præſens propoſitum: 'Nihil eſt ante omnia homini timenti Deum tam ,neceſſarium atque conveniens, quàm vt SEIPSVM NOVERIT. Etenim ,genus inſaniæ eſt, cum rationem ſecreti naturæ diſquirere, qui vitæ ſuæ non poſſit reddere'. Eadem repetuntur inferiùs Serm. 4. Circumfertur ibidem ſub eiuſdem authoris nomine ſpecialis Sermo in illud Moyſis dictum, *Attende tibiipſi*: ſed verius eſt, Sermonem illum eſſe Baſilij Magni, de quo inferiùs. Lactantius in ſuis Divinarũ Inſtitutionum Libris eò potiſſimùm collimat, vt homines ſuæ conditionis conſcios,

[d] *Greg. Thaumat. Orat. panegyr. ad Origenẽ.*

Vide Notas Voſſij in hunc Thaumaturgi locum.

Cyprianus.

Zeno Veron.

ſcios, & ſui conditoris memores exhibeat. Et quidem notitiæ ſui neceſſitatem tantopere deprædicat, vt neminem ſine ea hominis vocabulo dignum cenſeat: [c] 'Anaxagoras (inquit) cùm ab eo quæreretur, cuius rei causâ natus eſſet, reſpondit: Cœli ac Solis videndi. Hanc vocem admirantur omnes, ac Philoſopho dignam iudicant. At ego hunc puto non invenientem quid reſponderet, effudiſſe hoc paſſim, ne taceret. Quod quidem ſecum, ſi ſapiens fuiſſet, commentatum & meditatum habere debuit: quia ſi quis rationem ſui neſciat, non homo ſit quidem'. Huius dicti quaſi rationem reddens Boëtius: [f] 'Humanæ quippè naturæ (inquit) iſta conditio eſt, vt cùm cęteris rebus cùm ſe cognoſcit excellat, eadem tamen infra beſtias redigatur, ſi ſe noſſe deſierit: nam cęteris animantibus ſeſe ignorare natura eſt, hominibus vitio venit'. Meritò proinde appellatione hominis indignus cenſetur, qui vitio ſuo infra beſtiarum conditionem redigitur.

[c] *Lactant. l. 3. cap. 9.*

[f] *Boet. lib. 2. de Conſol. Philoſ. Proſa 5.*

Antonius Eremita aſceticę vitę norma & exemplar in ſuis ad Arſenoitas Epiſtolis notitiam ſui aſſiduè eis commendat, eiuſque fructũ & vtilitatem deprędicat: [g] 'Qui (inquit) cognoverit ſemetipſum, vniverſos cognovit'. Et inferiùs ibidem verſùs finem: 'Filioli mei in Domino (inquit) quæſo creatorem meum die ac nocte, à quo & habeo ſpiritum commendatum, vt aperiat oculos cordis veſtri ad cognoſcẽdam dilectionem noſtram à vobis, quam habeo erga vos; & vt pateſiant auditus animæ veſtrę ad conſpiciendam confuſionem propriam. Quiſquis etenim cognoverit dedecus ſuum, hic demum requiret & electam gloriam ſuam: & quicunque cognoverit propriam mortem, iſte iterum cognoſcet etiam ſuam æternam vitam'. Et rurſus Epiſt. 6. ad eoſdem: 'Debet rationalis homo (inquit) paratus eſſe vt liberet ſemetipſum in adventu filij Dei, cognoſcens ſe eſſe ſecundùm ſenſualem ſuam extantiam: quia quicunque cognoverit ſemetipſum, cognoſcet diſpenſationem proprij conditoris, vel quæcunq; facit in propriis creaturis'. Et rurſus inferiùs ibidem: 'Chariſſimi in Domino (inquit) tanquam rationabilibus vobis ſcribo, & qui potuiſtis cognoſcere voſmetipſos: Scio enim quòd quicunque cognoverit ſemetipſum, agnoſcet & Deum. Qui verò cognoverit Deum, agnoſcet & diſpenſationes illius, quas effecit in propriis creaturis'. Et iterum Epiſtolâ proximè ſequenti ad eoſdem Arſenoitas: 'Dilectiſſimi (inquit) ſicut rationabilibus ſcribo vobis, & quaſi potentibus cognoſcere voſmetipſos: quia qui ſemetipſum cognoverit Deum, cognoverit. Qui verò cognoverit Deum, hunc adorare debet ſicut oportet. Et chariſſimi in Domino cognoſcite voſmetipſos: quia qui ſemetipſos cognoſcunt, tempus cognoverunt: qui verò cognoverint tempus, poterunt ſtatuere ſemetipſos immobiles à diverſitate linguarum'. Antonij diſcipulus Abbas Macarius, quod de cognitione ſui ab ipſo didicerat, poſteris & ipſe conſignavit, dicens: [h] 'Agnoſce nobilitatem tuam, ô homo, tuamque dignitatem; quàm pretioſus ſis, frater Chriſti, regis amicus, ſponſa ſponſi cœleſtis: Nam qui potuerit ingenuitatem

[g] *Antonius Abbas Epiſt. 2. ad Arſenoitas.*

[h] *Macar. Homil. 27.*

4

tem

,tem animæ ſuæ perſpicere, hic potentiam ac myſteria divinitatis poteſt cognoſcere, & inde humilior evadere'. Et ſuperiùs Homil. 4. in principio: 'Qui vitam Chriſtianam (inquit) exactiſſimè dirigere de,ſiderant, inprimis curare debent illam partem animæ, quæ facultatem intelligendi diſcernendiq́ue continet'. Quod paulò infrà ibidem illuſtrans exẽplo: 'Si mihi (inquit) ſtatuas quendã, per loca nemoroſa, ,ſpinis & luto plena tranſeuntem, vbi reverberet ignis, gladijq́ue ſint ,affixi, præcipitia, & aquæ non paucæ; nihilominùs acris ille & di,ligens atque imperterritus, habens oculum pro duce, attentè planè ,tranſgredietur illa loca difficilia, ex omni parte continens veſtem ,ſuam manibus pedibuſq́uo, ne inter nemora illa & ſpinas diſcerpatur, ,aut luto maculetur, aut diſcindatur à gladijs; & oculus vniverſum ,corpus ducit, cùm ſit lumen ipſius, ne per præcipitia dilabatur, aut ,aquis demergatur, aliquave alia iniuria afficiatur; alacris ille, ſibi di,ligenter attendens, & cum ſumma ſobrietate tranſiens, conſtricta ve,ſte ſua ab oculo rectà directus, ſeipſum etiam conſervat illæſum, ſimi,liter & veſtimentum ſuum non vſtum, neque fractum: ſi verò quiſ,piam piger, remiſſus, ſocors, tardus & ignavus per talia loca gra,diatur, veſtis eius hinc & inde defluens, in nemora & ſpinas dilapſa ,diſſipatur, aut ab igne exuritur, quia non vndique viriliter illam ,tenet, aut ab affixis enſibus ſcinditur, vel luto polluitur; &, vt ſemel ,dicam, citiſſimè perdit præclarum iſtud & novum veſtimentum prop,ter negligentiam, ignaviam, & incuriam ſuam: imò etiam, niſi re,ctè atque diligenter oculum adhibeat, ipſe in vallem præcipitabitur, ,aut aquis ſubmergetur. Ad eundem ferè modum anima, quæ corpus ,geſtat veluti quoddam præclarum veſtimentum, prędita facultate ,diſcernendi dirigente totam animam cum corpore tranſeuntem per ,nemora & ſpinas vitę, per lutum, ignem, & prępitia, hoc eſt, deſide,ria & voluptates & reliqua ſęculi huius abſurda; ex omni parte de,bet cum ſobrietate, robore, ſtudio, & diligentia cœrcere & conſer,vare ſeipſam, corporeumq́ue indũmentum; necubi diſſipetur ab hu,ius mundi nemoribus, & ſpinis ſollicitudinum, negligentiarum, & ,diſtractionum terrenarum, aut ab igne concupiſcentię exuratur: ea, ,inquam, velut induta oculum avertit, ne prava videat; ſimiliter & ,aurem ſubducit, ne detractiones audiat; & linguam, ne vana loqua,tur; & manus ac pedes, ab omnibus malis operationibus. Habet e,nim anima voluntatem avocandi & cohibendi membra corporis à ,peſſimis aſpectibus, à prava turpiq́ue auſcultatione, à ſermonibus pa,rũm decentibus, ab operibus ſęcularibus & perverſis. Avertit quo,que ſeipſam anima ab occupationibus malis, conſervans cor, ne cogitationes per mundum volutentur'. Huic porrò cogitationum volutationi per exteriora, obviare volens alter Antonij diſcipulus Pachomius, in regula quam Angelo dictante ſcripſiſſe perhibetur, iubet vt qui alijs verbo exemploq́ue inſtruendis pręponitur, [i] 'Semper dijudicet cogitationes ſuas'. Huius Pachomij diſcipulus Oreſiotis, libellum de

[i] Pachomius in Regula c. 124.

de institutis monasticis edidit, 'Divino sale (vt post Gennadium & Honorium Augustodunensem in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum testatur Trithemius) conditum'. Vbi inter alia pro præsenti nostro proposito hæc scribit: 'Scrutemur vias nostras, & gressus proprios dijudicemus'. Et paulò inferiùs ibidem: 'Memineri-
Oraciesit. mus nostri, nec contemnamus delicta quæ fecimus'. Et iterùm inferiùs paulò ante finem: 'Scrutemur vias nostras, & gressus dijudicemus; & sequamur odorem scientiæ, absconditos semper verba eius in cordibus nostris, vt simus immaculati in via, & in lege Domini ambulemus'. Ephrem Syrus paulò hisce posterior, integrum Sermonem duodecim capitibus constantem scripsit super illo Moysis dicto, *Attende tibipsi*. Qui rursus in Sermone Ascetico *de vita religiosa* hæc ait: *Deut.* 4. 9. iuxta 70.

Ephrem. 'Negotiator sæcularis damna & lucra quotidiè computat, & siquidem damna perpessus fuerit, ea resarcire sollicitè studet: Sic etiam tu seriò facias, ac cures: Diebus singulis vesperi & manè diligēter cōsidera, quo pacto sese habeat negotiatio tua, ac mercimonij ratio. Et vespere quidem ingressus cubiculum cordis tui, examina temetipsum, ac dicito: Putasne, hodie in aliquo Deum exacerbavi? Nunquid verba otiosa protuli? Num per contemptum negligentiamque pecvi? Num in re aliqua fratrem irritavi? Num alicuius famam detractionibus laceravi? Num quando ore psallebam, res sæculares mēte versabam? Num quando carnalis in me concupiscentia irruit, blādum virus ego lubens suscepi? Nunquid à curis & sollicitudinibus terrenis aliquando superatus sum? Quòd si in istis compereris te detrimenta perpessum, futuris lucris præterita damna sedulò resarcire cura: Ingemisce ex intimo corde, & plange, ac lachrymas funde; ne eadem rursus detrimenta atque incommoda sustineas'. Similia habet Basilius Magnus Sermone 1. *de Institutionibus Monachorum*, sub finem. Similiter & Chrysostomus Homil. 43. in Matthæum, post medium:

Chrysost. 'Sedeat mens atq; cogitatio tua (inquit) iudex in animam atq; conscientiā tuā, adducas omnia delicta tua in mediū, scrutare quæ animo commisisti, & sedulò rationem exigas, & dicas: Quare hoc atq; hoc ausus es? Quare illud & illud perpetrasti? Quòd si ab his quidem conscientia tua refugit, aliena verò curiosè rimatur, dic ad ipsam: Non ego iudex in alios, nec tu alios defensura iudicium subijsti. Quid enim ad te, si hic vel ille malè vivat? Tu cuius rei gratiā hoc atque illud deliquisti? Non defende: accusa tua vitia, non aliena. Sic assiduè ipsam ad hunc terrorem revoca: deinde si causam suam dicere non possit, sed subterfugiat & detrectet; quasi superbam ancillam & fornicatione corruptam cæde verberibus, ac flagellis dilania. Hoc iudicium quotidiè tibi diligenter constituatur'.

Sed inter omnes istius ævi Patres nemo hanc materiam luculentiùs & accuratiùs tractavit quàm Basilius Magnus, Serm. in illud Moysis dictū, *Attende tibipsi*: ex quo in præcedentibus obiter quædā memoravimus, quibus & illud in præsenti adiungimus: *Basilius.* 'ATTENDE TIBI-

§.

IPSI

IPSI, vt internoſſe poſſis, rectènе, an ſecùs valeas. Pleroſq; enim, cùm alioqui ægrotent non mediocri morbo nec medicabili, contingit per nimiam ſui incogitantiam neſcire hoc ipſum quia ægrotant. Sanè ex hoc mandato non leve eſt quod decerpitur emolumentum, vel iſtis quoque, qui ad obeunda quævis munia robore prævalent. Itaq; hoc idem, & ſanat ægrotos, & ſanis robur confirmat ac perficit. Quiſque enim noſtrûm qui hâc ſententiâ erudimur, adminiſter eſt vnius earum actionum, quæ iuxta Evangelij doctrinam in claſſes diſtinctæ nobis ſunt & diſpoſitæ. In magna etenim & illuſtri familia, in hac nempè Eccleſia, non vaſa modò conviſuntur omnigenæ ſpeciei, aurea, argentea, lignea, & teſtacea; ſunt inſuper & artes omnigenæ exercitationis. Habet enim domus hæc, quæ Eccleſia viventis eſt: Dei, venatores, viatores, architectos, ædificatores, agricolas, paſtores, athletas, milites. Hiſce omnibus breve hoc verbum nihil indecorè poſſit accommodari, ſingulo cuique ingerens & exactam operis obeundi cognitionem, & ad id abſolvendum ſtudium propenſæ voluntatis. Venator es à Domino emiſſus, qui dixit, *Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos ſuper omnem montem?* Attende igitur multa cum diligentia, ne fortè fugiat te præda; vt efferatos per improbitatem, verbo veritatis convictos Salvatori offeras. Viator es, ei aſſimilis qui orabat, *Greſſus meos dirige* Attende tibiipſi, ne quà exorbites, neu ad dexteram deflexeris aut ſiniſtram, progreditor viâ regiâ. Architectus ſolido tutove in loco iaciat & collocet fidei *fundamentum, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Ædificator quo pacto ædificet videat; vt ne ligna, non fœnum, neque calamum; ſed aurum, argentum, lapides pretioſos. Paſtor es? Attende, ne quid te prætereat eorum quæ ad obeundum munus iſtud Paſtorale attinent. Hæc porrò quæ tandem ſunt? *Tribulatum pecus & erraticum convertito; quod conquaſſatum eſt & contritum, colligato; quod ægrotum, ſanato.* Agriculturæne profeſſor es? Ficum, infructoſa ſi eſt, *circumfodito*, illiq; ingerito quæ conductura noveris ad edendos fructus. Miles es? *Collabora Evangelio*, milita bonam militiam contra ſpiritus nequitiæ, adversùs vitioſas carnis affectiones, induitor omnem armaturam Dei, vt probes te ei, ſiſque gratioſus duci tuo, qui huic te militiæ allegit; provide vt nullis implicere vitæ iſtius negotioſis & perplexis curis. Athleta es? Attende tibiipſi, ne quam ex legibus athletico agoni præſcriptis inveniare tranſgreſſus: nam *nemo coronatur, niſi qui legitimè certaverit.* Imitare Paulum, & curſu contendentem, & in palæſtra colluctantem, & in agone pugilari decertantem: Ut ſtrenuus pugil ipſe habeto animæ oculum nuſquam evariantem, ſed attentum ac pervigilem: præmuni ac tuere paſsis manibus partes, quarũ plaga lethalis ſit: In adverſarium immotum oculum intendito fixiùs: In ſtadiario curſu qui tibi præcurrunt, in eos te extendens fac aſſequaris; ſic currito, vt prævertas: In luctamine repugna inviſibilibus adverſarijs. Per vitæ iſtius curriculum talis vt perſeveres, hæc ſancit ſententia: nimirum animo vt ſis

Hier. 16. 16.

Pſal. 118. 133.

1. Cor. 3. 11.

Ezech. 34. 4.

Luc. 13. 8.

2. Tim. 1. 8

2. Tim. 2. 5

,non ſ pino aut concidente, ſed arrecto; non dormiturienti,ſed pervi-
,gili ac ſobrio, quique multa cum vigilantia præſens ſit, & norit ſibi
,præeſſe. Cupientem me ſingula percenſere, hic me deficiet dies, tùm
,eorum munia qui Evangelio Chriſti cooperantur, tùm etiam vim
,præcepti iſtius, vt in omnes omnium ordines nativam ſuam vim nõ
incongruè exerat'. Idem rurſus Epiſt. 42.'Animi humilitas (inquit)
,adeſſe debet Chriſtiano, de ſeipſo quæ decent ſentienti; nimirum in-
,telligenti, vnde prognatus ſit, & quò denique abibit. Naturæ enim
,perſpecta cognitio reprimit animi tumorem; eadem verò omnem ia-
,ctantiam & contumaciam prorſus exterminat: in ſumma, diſcipulum
,Chriſti conſtituit, qui dixit, *Diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis* Matth. 11.
corde'. Gregorius Nazianzenus, Baſilio coætaneus, & inter primos 29.
[k] *Gregor. Naz. Orat. 1.* familiaris: [k] 'Nihil (inquit) mihi tam optandum cuiquam eſſe vide-
,tur, quàm vt occluſis ſenſibus, atque extra carnem mundumque po-
,ſitus, & IN SEIPSVM COLLECTVS; nec, niſi quantum neceſſitas exi-
,git, quicquam humanarum rerum attingens, atque ſecum ipſe &
,cum Deo colloquens, ſuperiorem ijs rebus quæ in aſpectum cadunt
,vitam agat, divinaſque ſpecies puras ſemper, nec terrenis vllis & er-
,rantibus formis admixtas in ſeipſo circumferat, Deique ac rerum di-
,vinarum purum omninò ſpeculum ſit, in dieſque efficiatur; ac lucem
per lucem aſſumat, clariorem videlicet per obſcuriorem'. Idem rur-
ſus Orat. 26. 'Sapientiæ genus eſt (inquit) ſeipſũ noſſe'. Et aliquantu-
lùm inferiùs ibidem: 'Primùm (inquit) teipſũ cognoſce: quæ in ma-
,nibus ſunt, intellectu aſſequere: qui ſis, quomodò effictus, ita vt ſimul
& imago Dei ſis, & deteriori aſtringaris'. Nazianzeni frater Cæſa-
Cæſarius. rius, Dialogo 3. Reſp. ad Interrogationem 140. 'Conſidera obſecro
,(ait homini) teipſum, & neminis adhibens expoſitionem, qua de to-
,tius vniverſitatis opificio conditorem inveſtiges; in temetipſo, ve-
lut in parvo mundo, ineffabilem Dei ſapientiam perſpicies'. Conſo-
nam huic omninò Baſilij ſententiam videre licet ſuperiùs à nobis de-
ſcriptam cap. 4. §. 2. Vbi & alios magno numero Patres eidem do-
ctrinæ ſubſcribentes citavimus. Quibus nunc Athanaſium Alexandri-
num & Cyrillum Hieroſolymitanum antiſtites adiungimus: quorũ
Athanaſius. prior Orat. contra Idola, aliquantò poſt medium ita ſcribit: 'Verita-
,tis via ad eum, qui revera numen habendus eſt, ſcopum oſtendit.
,Cæterùm ad iſtius rei notionem & accuratam perceptionem non a-
,lijs opus eſt, quàm nobiſipſis. Neque, vt eſt ipſe Deus ſuper omnia,
,ita quoque & via quæ ad illum tendit, procul aut foris, extraque nos
,conſiſtit; ſed in nobis ſita eſt, & initium eius à nobis inveſtigari po-
,teſt, quemadmodum & Moyſes docuit his verbis, *Verbum fidei intra* Deut. 30.
,*cor tuum eſt*: quod & Salvator noſter ſignificavit ac confirmavit, di- 14.
,cens, *Regnum Dei intra vos eſt*. Quia enim in nobis habemus fidem, & Luc. 17.
,Dei regnum, ideò poſſumus celeriter intelligere & contemplari vni- 21.
,verſitatis Regem, Patris ſcilicet ſalutare verbum. Neque cauſam ali-
,quam prætendant ethnici qui idolis ſerviunt, aut alius quiſpiam te-
,merè ſibiipſi imponat, quaſi expers iſtiuſmodi viæ ac methodi ſit,

Digitized by Google

,ideoque impietatis ſuæ prætextum inveniat. Omnes enim eam viam ,inſiſtimus, ipſumque iter tenemus; etſi non omnes eâ ire, ſed præter- ,ire ſtudeant, eò quòd inde à vitæ voluptatibus abſtrahantur. Quid ,ſi ex me perconteris, quænam illa ſit via? Dico eam vniuſcuiuſque ,animam eſſe, & in anima ipſam mentem. Per eam enim ſolam Deus ſpectari & intelligi poteſt'. Poſterior Catecheſi 9. Illuminatorum, paulò ante finem ait homini: 'Intrò ad teipſum ingredere, & ex tua conſtitutione artificem cogita'. Qui videri præterea poteſt Catech. 4 Illuminat. §. *de Anima*: 'Poſt venerandæ (inquiens) glorioſæ & ſa- ,croſanctæ fidei notitiam, TE quoque deinceps NOSCE, quiſnam ſis'. Et mox infrà rurſus ibidem: 'NOSCE (inquit) tibi animum datum ,eſſe ſuæ poteſtatis liberique arbitrij, opus Dei præſtantiſſimum, qui ad ſuam eum imaginem fabricatus eſt'. Cæterùm ſicut Gregorio Nazianzeno Cæſarium fratrem adiunximus, ita par eſt vt Baſilio Magno Gregorium Nyſſenum fratrem adiungamus, dicentem: [l] 'Tutiſſi- ,ma nos conſervandi ratio eſt, SEIPSVM NON IGNORARE; neque ali- ,quid aliud quàm quod in ſe eſt videntẽ, exiſtimare ſeipſum aſpicere; ,quod quidem ijs accidit qui ſeipſos non conſiderantes, vires, aut pul- ,chritudinem, aut gloriam, aut potentiam, aut aliquas alias facultates, ,aut faſtum, aut corporis molem ac magnitudinem, aut formæ ele- ,gantiam, aut aliquid aliud in ſeipſis videntes, ſe tales eſſe exiſtimant: ,Propterea ſunt ſui non tuti cuſtodes, per habitudinem ad alienum, ,proprium negligentes incuſtoditum: Quemadmodum enim cuſtodie- ,rit quiſpiam id quod neſcit? Eorum ergo quæ ſunt in nobis bono- ,rum cuſtodiendorum tutiſſima ratio eſt, *ſeipſum non ignorare*, exactè- ,que & accuratè ſeſcire vnumquemque, quid ſit; & ſeipſum diſcernere ,ab ijs quæ ſunt circa ſe, ne imprudens alienum pro ſeipſo cuſtodiat. ,Qui enim aſpicit ad vitam quę agitur in hoc mundo, & quę hìc ſunt ,exiſtimat digna quæ cuſtodiantur, neſcit diſcernere proprium ab alie- no: nihil enim eſt noſtrum eorum quæ ſunt adventitia'.

[l] *Greg. Nyſſen. Homil. 2. in Cant. Vide Homil. 3. & 9. ibid. & Orat. de Mortuis non lugendis, & Dialogo de Anima & Reſurrectione ſub initium.*

6. Hilarius Pictavorum in Gallia antiſtes Athanaſio Alexandrino antiſtiti coæqualis, quem Hieronymus in Proæmio lib. 2. Comment. ad Galatas, 'Latinæ eloquentiæ Rhodanum' nominat; cognitionem ſui his verbis inculcat: [m] 'In omnibus vitæ noſtræ operibus circum- ,ſpecti, & ad Deum patentes eſſe debemus: Primùm vt liberis & per ,innocentiam patulis cordibus noſtris lumen ſuum dignetur infunde- ,re: deinde vt nos in divinitatis ſuæ ſinu agere credamus, neque eum ,abeſſe cùm iraſcimur, cùm cędimus, cùm contemnimus, cùm ma- ,ledicimus, cùm inebriamur, cùm libidinamur, cùm divina & huma- ,na negligimus: maiore contumeliâ eius, intra quem agimus, pec- cantes'. Et rurſus in Pſalm. 126. exponens illa verba, *Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris*: 'Seſſio (inquit) quieſcentium re- ,quies eſt: à qua ſurgere iubentur, qui ad perfectam civitatem ſunt ,comparandi. Et qui tandem ſunt iſti, qui ſurgere poſtquam ſederint ,iubentur? Nempe *Qui manducant panem doloris*. Panem doloris man-

[m] *Hilar. in Pſal 118. ad verſ. 151.*

Pſal. 126. 2.

,ducat, quisquis se hominem in vitijs natum ac vivere meminit. Cùm ,enim voluntas nostra per Dei metum & spem æternorum ad perfecta ,innocentiæ opera contendat, & contrà naturalis quædam nos con- ,suetudo vitiorum in illis ipsis è quibus emergere nitimur demoretur, ,vitæ dolorem per infirmitatem destitutę voluntatis accipimus, secun- ,dùm dictum Prophetę: *Qui apponit scientiam, apponit dolorem.* Cùm Eccl. 1. 18
Vide Aug. in Prologo libri 4. de Trinitate. ,enim veritatis cognitio voluntatem nostram ad profectum consequē- ,dæ vtilitatis instiget, & naturæ consuetudo voluntatem scientem se ,proficere oportere detineat; profectus scientiæ profectus doloris est'.

Ambrosius. Hilario aliquantò posterior Ambrosius Mediolanensis, Sermonem Basilij in illud Moysis dictum, *Attende tibiipsi*, pro magna parte transcripsit & suum fecit lib. 6. Hexameron cap. 6. & duobus sequentibus. Qui rursus Serm. 2. in Psal. 118. fusè de sui notitia disserit, provt in præcedentibus subinde insinuavimus. In librodeniq; *de Isaac & Anima* c. 2.' Jntuere (inquit) ô homo, qui sis, quò salutem tuam vitamque tuearis'. Ambrosij discipulus Augustinus Hipponensis, passim in suis operibus, præsertim adversùs hostes gratiæ elucubratis, notitiam humanæ fragilitatis & divinæ præcelsitatis inculcat: provt in præcedentibus sparsim insinuavimus, atque etiam in sequentibus libris monstrabimus. Hìc interim vnum eius locum describemus, quo fructum lectionis confessionum suarum recolit, ita loquens Deo suo:

n *Aug. l. 10. Confess. c. 3.* ,n 'Confessiones pręteritorum malorum meorum, quę remisisti & te- ,xisti, vt beares me in te, mutans animam meam fide & sacramento ,tuo, cùm leguntur & audiuntur, excitant cor, ne dormiat in despe- ,ratione & dicat, Non possum; sed evigilet in amore misericordię tuę, ,& dulcedine gratię tuę, quâ potens est omnis infirmus, qui sibi per ipsâ fit CONSCIVS INFIRMITATIS SVAE'. Hieronymus Augustino contemporaneus & amicissimus, idipsum de cognitione sui

o *Hieron. l. 2. Comment. in caput 4. ad Ephes. ad vers. 2.* perhibet quod præcedentes, cùm ait: o 'Qui terram & cinerem se esse ,novit & post paululum in pulverem dissolvendum, nunquam super- ,biâ elevabitur. Et qui Dei ętternitate perspectâ breve & penè ad ,puncti instar humanæ vitæ spatium cogitarit, ante oculos suos sem- ,per habebit interitum, & erit humilis atque deiectus: *Corruptibile e-* Sap. 9. 15.
,*nim corpus aggravat animam, & terrenum hoc tabernaculum, sensum oppri-* ,*mit multa curantem.* Propter quod cum omni humilitate dicamus: *Do-* Psal. 130. 1
,*mine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* Omnis autem ,humilitas non tam in sermone, quàm in mente est: vt humiles nos es- ,se conscientia noverit, & nunquam nos vel scire, vel intelligere, vel esse aliquid ęstimemus'. Diadochus Photicenus in Epiro Episcopus

p *Diadochus l. de Perfect. spir. cap. 74.* lib. de perfectione spirituali ita scribit de Cognitione sui: p 'Cùm ani- ,ma NOSCIT SEIPSAM, ex se etiam fervorem quendam & pudorem ,Deo amicum adfert: siquidem non confusa sollicitudinibus vitę hu- ,ius amorem quendam pacis parit quo Deum pacis quærit: tametsi ce- ,leriter ab hoc distrahitur, vel sensibus prodentibus, vel etiam naturâ ,bonum suum propter inopiam citò consumente. Unde sapientes Gē-

tilium

Digitized by Google

,tilium, quod per virtutem se assequi existimabant, hoc vt oportebat ,non habebant: quia scilicet eorum mens à perenni & vera sapientia non agebatur'. Cyrillus Alexandrinus Homil. 5. in Hieremiam, ex-
Hier. 4. 3. pendẽs illa verba, *Novate vobis novale, & nolite serere super spinas*, ita mo- *Cyrillus Alex.*
net hominem: 'Tuimetipsius cultor existe, ac noli serere super spinas, ,& novale fac agrum quem concredidit tibi Deus vniversorum. Con-
,SIDERA AGRVM, vide vbi sint spinę, vbi curæ temporales, & divitia-
,rum luxus; & vbi cognoveris spinas quę sunt in anima tua, quęre ara-
Luc. 9. 62. ,trum rationale, de quo Iesus ait: *Nemo mittens manum ad aratrum, &*
,*respiciens retrò, aptus est regno Dei.* Cùm quęsiveris, atque inveneris, à ,scripturis conducens boves, operarios integros ac sinceros, aratro su-
,bige, & innova terram; & ne ampliùs sit vetusta, fac ipsam novam,
Coloss. 3. 10. ,*exuens veterem hominem cum actibus suis, & induens novum, qui renovatus*
,*sit ad agnitionem*, facies tibimetipsi novale'. Huic monitioni similis est
illa Paulini Nolani antistitis ad Aprum: [9] 'Cùm in agro es, & rus tuũ [9] *Paulin. Epist. 30. ad Aprum. Vide Rich. Vict. in Beniamin maiorel. 3. c. 5. & 6. & Pet. Chrysol. Serm. 164. & Leonẽ Ser. 3. de ieunio 10. Mensis.*
,spectas, te quoque ipsum Christi agrum esse cogita, & in te sicut in a-
,grum tuum respice. Qualem agri tui speciem fieri à villico tuo po-
,stulas, talem Deo Domino cordis tui redde culturam; & intelli-
,ge, quicquid in agro tuo tibi displiceat aut placeat, idem in anima
,tua placere Christo aut displicere. Si vasta peccatis quasi dumis for-
,deat, neque Propheticis aut Apostolicis nubibus compluatur, in
,aridam solitudinem gratiâ deserente damnabitur: si verò sui diligens,
,orationibus crebris semet excolat, & sacris litteris opimetur, & in-
,timum cordi aratrum crucis imprimat, & rastro divini timoris spinas
,suas eruat, ignitoque Dei verbo vratur in culpis, luminetur in sen-
,sibus; tunc necesse est vt spatiari in tuo corde patremfamilias, & om-
,nes animæ tuæ regiones peragrare delectet; & pro te in suo aggaudẽs
Matth. 25. 21. ,tibi dicat, si diligens tui cultor appareas: *Euge serve bone, intra in gau-*
,*dium Domini tui: quia fidelis fuisti in paucis, super multa te constituam*'. Et
Epistola 26. ad Amandum, ostendens cum quanta sollicitudine & circumspectione gradiendum nobis sit per viam vitę, vt ad metam su-
pernę felicitatis pertingere possimus: 'Angustâ (inquit) viâ gradimur, *Vide Chrysost. huc suprà c. 14. §. 5. in fine, & Macar. huc capite §. 4. & Anselm. Meditat. 1. §. 10. & Leonem Serm. 1. de Quadrag. c. 3. & Serm. 4. c. 3. & Ser. 11. c. 1. & Ser. 3. de Ieunio 7 mensis c. 2 & Petrus Chrysolog. Serm. 22. Vide Lactant. huc suprà §. 3.*
, & quasi in fune suspenso ancipites ambulamus: & nisi certo libramine
,vestigia fixerimus, vt non declinemus dextrâ vel sinistrâ, facilè nos in
,huius aut illius partis ruinam inimicus impellet. Idcò nobis in Salo-
Eccli. 2. 7. ,mone Sapientia canit, *Non deflectatis à Domino, ne cadatis.* Ipse enim
Ioan. 14. 6. ,Dominus Christus *Via, veritas, vita est*, qui dicit: *Omni vigiliâ serva*
Prov. 4. 23. ,*cor tuum*; quia per ipsas virtutum vias in vitia delabi possumus: & ni-
,si certo, vt dixi, statu dirigentes animi momenta libremus, de ipsa humilitate capiemus superbiam'. Huiusce vigilantiæ neglectores Pe-
trus Chrysologus hominum vocabulo censet indignos, cùm ait: [r] 'Ho-
,mines sunt, qui more debitę servitutis indefessis excubijs adventum
,sui Domini pręstolantur: qui verò sic ventri serviunt, vt divinam ne-
,sciant servitutem; & de carnis voluptate solliciti sollicitudinem oc-
,cursus dominici perdiderunt, homines non vocandi sunt, sed iumen-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ta'. Neque verò iumentis duntaxat, sed potiùs dæmonibus eos comparandos esse censet Richardus Victorinus lib. 2. in Apocalypsim cap. 2. Vbi obiter expendens illa Ecclesiastis verba, *Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo*, sic ait: 'Quisquis Deum timet, & ,mandata eius observat, quia per æquitatem iustitiæ rectus est, homo ,est: quisquis hoc non facit, quasi nequaquam homo est; quia si scienter delinquit, propter contemptum diabolus esse dicendus est'. Non multum hinc abludit Paulinus Nolanus Epist. 26. mox memorata, dicens: 'Oremus Dominum, *qui illuminat omnem hominem venientem in ,hunc mundum.* Omnem hominem dictum puto; quia nemo homo, ni-,si agnoscens Deum, & qui potiùs meruerit agnosci à Deo. Quem ,non agnoscentes, *comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis*'. Rursus Chrysologus homini fragilitatis suæ considerationem alibi inculcans: [f] 'Cogitet homo (inquit) cordis mala, carnis vitia, ,voluptatum fluctus, desideriorum procellas, irarum scopulos, nau-,fragia criminum: & tunc quicquid in se est vtile, dabit Deo; sibi quicquid inutile est, deputabit'. Videri præterea potest idem Chrysologus Serm. 139. expendens illa Christi ad discipulos verba, *Attendite vobis.* Ubi inter alia ait: 'Ille attendit sibi, qui non alienis actibus ,importunus, impudens, curiosus intendit. *Attendite*, inquit, *vobis.* Va-,gus oculus, lascivus intuitus, improbus aspectus, suas non respicit ad ,ruinas, alienos currit & decurrit ad lapsus: sua cæcus ad crimina, ad ,aliena errata perlucet: malorum suorum nescius, alienorum est ac-,cusator & testis: suum tepidus ad reatum, ad alterius & inno-,centis flammatur & excandescit examen. Et ne multis, sicut dixit Dominus, *Oculus in se trabem non videns, videt in alio festucam*'. His consona sunt quæ scribit Prosper (vel, vt alijs magis placet, Iulianus Pomerius) lib. 2. de Vita contemplat. dicens: [t] 'Tamdiu quis pec-,cata sua, quæ nosse ac deflere debet, ignorat; quamdiu curiosè aliena ,considerat. Quòd si mores suos ad seipsum conversus aspiciat, non ,requiret quod in alijs specialiter reprehendat, sed in seipso quod lugeat'.

Rich. Victor. Eccle. 12. 13. *Paulinus.* Ioan. 1. 9. Psal. 48. 13. [f] *Chrysolog. Serm.* 161. Luc. 17. 3. Matt. 7. 3. [t] *Prosp. l. 2. de Vita Contempl. c. 6. Vide Thomam à Kempis l. 1. de Imitat. Christi c. 14. & lib. 2. cap. 5.*

7. Multa quidem in præcedentibus ex Papa Leone huc spectantia cõgessimus, sic tamen vt plura silentio præterierimus, quorum nonnulla hìc inferere non fuerit importunum: ac inprimis illud: [u] 'Agnoscat interior homo, exterioris sui se esse rectorem: vt mens divino ,gubernata dominatu, terrenam substantiam in bonæ voluntatis cogat obsequium'. Et illud item eiusdem Serm. 8. ibidem cap. 2. 'Si se-,ipsum sibi rationalis homo comparet, omnesq; suorum actuum qua-,litates verâ inspectione diiudicet, nunquid in intimis conscientiæ suę ,hoc delectationis inveniet de iniquitate commissa, quod de æquitate ,servata? aut tantum ei iucunditatis carnalis voluptas, quantum spiri-,talis pariet appetitus? Nihil prorsus de virtutum splendore attingit, ,nihil de pietatis suavitate gustat, qui magis vult sordescere in ijs quę immunda sunt, quàm in ijs splendere quæ sancta sunt'. Et illud item

[u] *Leo Serm. 2. de Ieiunio 7. Mensis c. 1.*

Serm.

Digitized by Google

Serm. 8. de Ieiunio 10. menſis cap. 1. 'Quamvis ſine anima nihil caro ,deſideret, & inde accipiat ſenſus, vnde ſumit & motus: eiuſdem ta-,men eſt animæ, quædam ſibi ſubditæ negare ſubſtantiæ, & interio-,ri iudicio ab inconvenientibus exteriora frænare: vt à corporeis cu-,piditatibus ſæpiùs libera, in aula mentis poſſit divinæ vacare ſapien-,tiæ; vbi omni ſtrepitu terrenarum ſilente curarum, in meditationibus ſanctis & in delitijs lætetur æternis'. Et illud item Serm. 1. de Quadrageſ. cap. 3. 'Vita hæc noſtra in medio inſidiatorum, in medio præ-,liorum eſt. Si volumus non decipi, vigilandum eſt; ſi volumus ſuperare, pugnandum eſt'. Et illud denique Serm. 5. ibidem cap. 1. 'Si-,cut in domibus manufactis laudabili diligentiâ providetur, vt ſi quid ,aut infuſione imbrium, aut turbine procellarum, vel ipſa fuerit an-,tiquitate corruptũ, in integrum cura reſtituat: ita iugi oportet ſolli-,citudine præcaveri, ne quid in noſtris animis incompoſitum, ne quid inveniatur immundum'. Iſidorus Peluſiota in ſuis paſſim Epiſtolis conſiderationem humanæ conditionis inculcat: vt videre eſt lib. 1. Epiſt. 99. & lib. 3. Epiſt. 127. & lib. 5. Epiſt. 111. vbi ait: *Iſidor. Peluſiota.*
,'Arbitror quòd qui ſe ipſe novit, hoc eſt, qui neque delicta ſua cùm ,eſt lapſus ignorat, imò illud ſcitè dictum ſervat, NOSCE TEIPSVM: ,neque in emendando, etſi aliquando nictans & connivens, in arro-,gantiã magnificè de ſe ſentiens effertur; ſed ſuę conſcius naturę atque ,imbecillitatis, neque ſupra humanam elatus conditionem reſipiſcit. ,Hic qui conſcius ſibi eſt, hoc eſt, qui ſecum perpendit, quòd reapſe ,palinodiam ipſe canat, ignoſcit illi, qui ſe ipſe novit. Qui verò con-,ſcius ſibi non eſt, non ignoſcit. Quare & hic quidem reprehenſione ,dignus eſt, ſeipſum non noſcens: ille verò nequaquam conſentiens, ignoſcens ei, qui ſeipſum novit'. Peluſiotę contemporaneus fuit Nilus Monachus, qui in ſuis Paræneticis cap. 1. ait: 'Initium ſalutis *Nilus.*
eſt ſuiipſius accuſatio'. Et rurſus inferiùs cap. 200. 'Noſipſos iudi-,cemus (inquit) & iudex placabitur: gaudet enim vt bonus, peccato-rem conſpicatus onus ſuum diſcutientem'. Refert Damaſcenus lib. 1. Parallel. cap. 66. hanc eiuſdem Nili ſuper hac ipſa re ſententiam: ,'Ante omnia TEIPSVM NOSCE: nihil enim difficilius, nihil laborio-,ſius atq; operoſius eſt. Cùm autẽ teipſum noris, tum demum & Deum ,agnoſcere & animo ac cogitatione res vt decet percurrere poteris'. Simeon Stylita Serm. de Meditanda iugiter morte: 'Animadvertite *Simeon Stylita.*
,fratres mei (inquit) quem metum, quod certamen, quam neceſſita-tem habeamus ſuſtinere in hora exitus noſtri ex hac vita'. Et paulò inferiùs ibidem: 'Expedit nobis (inquit) hìc ſatagere, & noſtri curam ,interiùs ſuſcipere: ac, quæ nos ab hac vita digreſſos aſſociare, in illiuſ-que neceſſitatis hora tueri debent, virtutes parare'. Claudianus Ma-mertus lib. 1. de Statu animæ cap. 25. 'Intrò (inquit) inſpice te de te- *Claud. Mamert.*
,ipſa, ô humana anima, ad te nitere: vide mentem tuam, vide verbum tuum, vide voluntatem tuam'. Nemeſius lib. de Natura hominis, propè finem capitis 1. 'Excellentiæ naturæ noſtræ conſcij (inquit) & *Nemeſius.*

ſtir-

,ſtirpem nos eſſe cœleſtem quandam ſcientes, ne dedecoremus natu-
,ram, neque tantis muneribus indigni iudicemur, aut pro caduca &
,brevi voluptate, ad omnem æternitatem duraturam lætitiam proij-
,cientes, tantâ nos poteſtate, tantâ gloriâ, tantâ beatitudine ſpolie-
,mus: imò potiùs per honeſtas & cum virtute coniunctas actiones,
,per fugam vitiorum, per propoſitum & voluntatem bonam, quam in-
,primis adiuvare Deus ſolet, & per preces, nobilitatem & dignitatem
noſtram tueamur'. Agapetus diaconus in ſuis ad Iuſtinianum Augu-
Agapetus. ſtum Parẽneticis, ita ſcribit cap. 3. 'Divinum documentum & potiſſi-
,mum, nos homines, vt COGNOSCAT SE QVISQVE, docemur. Qui
,enim ſeipſum cognovit, cognoſcet Deum. Deum verò qui cognovit,
,aſſimilabitur Deo: aſſimilabitur autem Deo, qui dignus factus Deo
,eſt: Dignus denique fit Deo, qui nihil indignum patrat Deo; ſed
,qui vt cogitat quæ ipſius ſunt, ita tã loquitur quę cogitat, quàm facit
quę loquitur'. Et mox cap. proximè ſequenti: 'Maiorum nobilitate ne
,quis delicietur: limum enim habent omnes generis authorem, & qui
,purpurâ byſſoque turgent, & qui paupertate & adversâ valetudine
,affliguntur, tam qui diademate redimiti ſunt, quàm qui per cubicu-
,la excubant. Ne igitur lutulentum iactemus genus, ſed morũ integri-
tate gloriemur'. Et adhuc inferiùs cap. 14. 'Si quis (inquit) purum
,habet cogitatum humanæ deceptionis, perſpicitque ſuæ naturæ vili-
,tatem, brevitatemque velocifato obnoxiæ præſentis vitæ, tum car-
,ni coniunctas inſitaſque ſordes; ad ſuperbiæ nunquam illabetur præ-
cipitium, quamvis in excelſo dignitatis faſtigio conſiſtat'. Fulgentij
in hanc rem teſtimonia ſparſim pro re nata in præcedentibus allegavi-
mus: quibus & nunc illud eiuſdem adiungimus: [w] 'Si volumus fru-
[w] Fulgentius Epiſt. 5. ad Probam cap. 5. ,ctus noſtrorum ſeminum capere, non deſinamus ſemina noſtra la-
,chrymis irrigare; quæ magis corde ſunt fundendæ, quàm corpore:
,ideò namque nobis dicitur per prophetam, vt *ſcindamus corda noſtra, &* Ioel. 2. 13.
,*non veſtimenta noſtra.* Quod tunc facere poſſumus, cùm ſcilicet recor-
,damur, noſmetipſos, etſi non in opere, ſaltem in cogitatione frequen-
,ter delinquere: quia *terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem deprimit;* Sap. 9. 15.
,& terra noſtra *germinare ſpinas nobis & tribulos* non quieſcit; nec poſ- Gen. 3. 18.
,ſumus pervenire ad *eſum panis noſtri*, niſi fuerimus *ſudore vultus* & fati-
Ioannes Climacus. gatione confecti'. Ioannes Climacus in Scala paradiſi Gradu 25. 'Iu-
,giter (inquit) noſipſos damnare & accuſare debemus, vt per vilitatẽ
,voluntariam lapſus non voluntarios abijciamus & diluamus: ſin au-
,tem aliàs, omninò in exitu noſtro à nobis horum exigetur ratio'.
Dorotheus Abbas in doctrinalibus ſuis ſermonibus multa paſſim huc
[x] Dorotheus Doct. 6. in principio. pertinentia congerit: vt eſt illud: [x] 'Si meminerimus dicta ſanctorũ
,Seniorum, ſi meditemur ea vſquequàque, non facilè noſipſos negli-
gemus'. Et illud item Doct. 9. 'Curemus noſipſos: invigilemus no-
bis. Quis enim nobis amiſſum tempus reſtituet'? Et inferiùs ibidem
versùs finem: 'Debemus non ſolùm nos per dies ſingulos diſcutere,
,ſed per quælibet tempora, per menſes, per hebdomadas, ac nobſipſis
dicere:

Digitized by Google

,dicere: Prima hebdomada huiuſcemodi paſſione affectus es, nunc quo-
,modo habes? Item per tempus quodq; anno tranſacto victus es &
,ſuperatus ab hac paſſione, nunc quomodo habes? Et ita quotidie di-
,ligéter inſpicere, ſi quid à nobis abſcindimus ex illis, an in iiſdem vol-
vimur, vel in deteriora delapſi ſumus'. Et iterùm Doct. 11. 'At-
,tendamus (inquit) nobiſipſis: vigilemus dum tempus habemus. Cur
enim nos negligimus'? Et ibidem inferiùs: 'Debet vnuſquiſque no-
,ſtrûm (inquit) à ſeipſo tanquam iudex rationem cuiuſlibet facti ex-
torquere'. Abbas Benedictus in ſua Regula, bonorum operum inſtru-
menta perſtringens, inter ea numerat, [y] 'Mortem quotidie ante ocu-
,los ſuſpectam habere: Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire: In omni
,loco Deum ſe reſpicere pro certò ſcire: Cogitationes malas cordi
ſuo advenientes mox ad Chriſtum allidere'. Et inferiùs rurſus cap. 7.
enumerans varios humilitatis gradus: 'Septimus (inquit) humilitatis
,gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem & viliorem non ſolùm ſuâ linguâ
,quis pronuntiet, ſed etiam intimo cordis credat affectu; humilians ſe,
Pſal. 21. 7. ,& dicens cum propheta: *Ego autem ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum & abiectio plebis*'. In quem Benedictinæ Regulæ locum videri poſſunt Diſquiſitiones Haefteni Affligenienſis lib. 6. Tract. 4. per totum, vbi multa de humilitate piè admodùm & eruditè diſſeruntur.

[y] *Benedict. Abbas in Regula cap. 4.*

CAPVT XIX.

Doctrina ſuperiori capite tradita proſecutio, ac per ſubſequentium ſæculorum Patres & Doctores in hac vſque tempora continuatio.

1. NOn defuêre inter huius ac ſuperioris ſæculi Sectarios, qui ad excuſandum ſuum cum orthodoxa Eccleſia diſſidium, & ad ſeducendum alios in conſimile transfugium, auſi ſunt effutire, Eccleſiam ſub finem ſexti à Chriſto nato ſæculi defeciſſe, atque à maiorum veſtigijs deflexiſſe: Similes vtique illi horologiario, qui reprehenſus quòd erroneè horologium gubernaret, reſpondit, horologium abs ſe ritè gubernari, ſed ſolem in cœlo decurrẽdo oberrare. Melanchthon Orat. de Corrig. ſtudijs, Gregorium Pontificem, re & nomine Magnum, qui finem ſexti & initium ſeptimi ſæculi ſuo pontificatu decoravit, *Pereuntis Theologiæ præſultorem* appellat. Sed qui libros Moralium Gregorij in Iob pervolverit, facilè animadvertet cur in eum tantopere Sectarij debacchentur. Nam amicorum Beati Iob mores voceſque perſtringens, hæreticos, quos figurarum, quaſi ad vivum depingit, eorumque in Eccleſiam machinationes diſtringit. Hinc ergo illa in eum Sectariorum dicteria; qui volentes videri quòd non ſunt, nolunt deſcribi quod ſunt. Quod verò ad præſens attinet inſtitutum, abundè ſatis ex præcedentibus conſtat, Gregorium in materia de Cognitione ſui, à maiorum doctrina non deſciviſſe; ſed eam omnium penè accu-

ratissimè prosecutum fuisse : signanter in ijs libris, quibus sub persona amicorum Iob subnascituros in Ecclesia hæreticos adeò vivaciter pinxit ac sculpsit, vt potiori iure, *Subnascentis hæreseologiæ præsculptor*, quàm *Pereuntis Theologiæ præsultor* dici possit ac debeat. Exhibeo hìc vnicum eius locum, vnde planè perspicitur, quàm consonè anterioribus Ecclesiæ Patribus hactenus commemoratis de hac materia senserit ac scripserit : [a] 'Quisquis (inquit) æternitatis desiderio anhelat, semetipsum ,subtiliter reprehendens, facta sua discutit : & ne quid in illo sit, in quo authoris sui faciem offendat, quærit'. Et mox infrà ibidem : 'Iste ,in hac vita iustorum labor est, vt semetipsos inveniant; & invenientes, flèdo atq; corrigendo ad meliora perducant'. Et iterùm infrà ibidem: ,'Quisquis æternitatis desiderio anxius, apparere venturo iudici desi-,derat mundus; tanto se subtiliùs nunc examinat, quanto nimirum co-,gitat, vt tunc terrori illius liber assistat : & ostendi sibi exorat vbi dis-,plicet, vt hoc in se per pœnitentiam puniat; seq; hìc diiudicans, in-,iudicabilis fiat. Sed inter hæc intueri necesse est, quanta peregrina-,tionis nostræ pœna nos perculit, qui in eam cæcitatem venimus, vt ,nosmetipsos ignoremus. Perpetramus mala, nec tamen hæc celeriùs ,deprehendimus vel perpetrata : excusa quippè mens à luce veritatis, ,nihil in se nisi tenebras invenit; & plerunque in peccati foveam pe-,dem porrigit, & nescit. Quod nimirum de sola exilij sui cæcitate pa-,titur : quia ab illuminatione Domini repulsa, etiam semetipsam vi-dere perdidit, quæ authoris sui faciem non amavit'. Isidorus Hispa-lensis lib. de Contemptu mundi paulò ante medium : 'Scito (inquit) ,ô homo, temetipsum: scito quid es, quid eris, & quare natus sis, & ,quâ conditione sis factus, & propter quid sis in sæculo procreatus. ,Memento conditionis tuæ, qualem te fecit Deus, qualem te factor ,condidit, qualem te creator instituit. Considera vnde venis, & eru-,besce : vbi sis, & ingemisce : quò vadis, & contremisce. Cor tuum quotidie discute, & examina mentem tuam'. Et rursus lib. de Norma vivendi : 'Discerne te (inquit) tuo, non alieno iudicio : Nec ex ,alieno sermone, sed ex tua te mente metire. Nemo meliùs & magis ,scire potest quid tu sis, quàm tu, cùm conscius tui es. Quid verò pro-,dest, si malus, si bonus prædiceris; aut quæ laus hominum pertinet ad te, si alius es, quàm laudaris'? Antiochus abbas Homil. 61. totus in eo est, vt homines ad sibimetipsis attendendum instiget. Qui videri præterea potest Homil. 45. & 46. & 70. & 101. Isaias item Abbas integrum habet sermonem in illud Moysis dictum, *Attende tibiipsi*, qui ordine est 26. Qui rursus Serm. 2. 'Attendamus (inquit) nobisipsis, ,& operam demus vt Deo pro viribus placeamus, bonis operibus incumbentes'. Et rursus Serm. 8 'NOSCE TEIPSVM, & quæ tibi pernicioſa sunt cave'. Et iterùm Serm. 10. Quantò se quisque negligen-,tiùs explorat, tantò se iudicat amiciorem Deo : at qui studet se à vi-,tiis & perturbationibus expurgare, erubescit in cœlum tollere oculos ,in conspectu Dei : se enim perspicit ab illo abesse quàm longissimè'.

[a] *Greg. lib. 11. Moral. cap. 21.*

Isidorus. Vide eundem lib. 2. Synonim. c. 1.

Vide eundem l. 2. Synonim c. 8.

Antiochus.

Isaias.

Deut. 4. 9. iuxta 70.

Et Serm.

Digitized by Google

Et Ser. 19. 'Si teipsũ noſti, ſi fons in te fluit Spiritus ſancti, cõſtat diſſipatos & perditos eſſe inimicos tuos'. Et Ser. 23. 'Magnum eſt periculũ, donec homo ſeipsũ noverit; & planè ſciat, in ſe nõ eſſe, vt ab interpellantibus & ad iracundiã impellentibus liberetur'. Et Ser. 25. 'Teipſum conſidera diligenter, ſenſus tuos expende: vt ſcias quinam ex illis aut Deo aut peccato fructũ ferat: vtrùm oculi tui rapiantur à voluptate, vtrùm lingua ſit ad petulantiam prona, vtrùm cor tuum humanæ gloriæ dulcedine capiatur, vtrùm aures adulatores & maledicos libenter audiant. Hæc omnia menti ſunt detrimento'. Venerabilis Beda lib. de Subſtantijs, paulò poſt medium: 'Quoniam omnis homo (inquit) probandus eſt in hac vita, vtrùm Deum magis diligat quàm creaturam decoram, vel æterna potiùs quàm temporalia bona; opponitur ei iugiter aliqua ſpecies decora & delectabilis, vel mulierum, vel veſtium, vel metallorum, ſeu aliarum rerum: vt in eis tentatus experimentum ſui capiat, qualiter ſcilicet Deum timeat & diligat. Nemo quippè certus eſſe valet quis ſit, niſi in huiuſmodi tentatione probatus fuerit'. Idem rurſus in cap. 6. Joannis: 'Anima (inquit) per humilitatem Dei ſubiecta gratiæ, nunquam ejicitur foràs, ſed intrat in gaudium Domini ſui. Igitur vt cauſa omnium morborum curaretur, id eſt, ſuperbia, deſcendit & humilis factus eſt filius Dei: Quid ſuperbis homo? Deus propter te humilis factus eſt. Puderet te fortaſsè imitari humilem hominem, ſaltem imitare humilem Deum. Venit filius Dei in homine, & humilis factus eſt: Præcipitur tibi vt ſis humilis, non tibi præcipitur vt ex homine fias pecus. Ille Deus factus eſt homo: tu homo COGNOSCE QVIA ES HOMO: Tota humilitas tua eſt, vt COGNOSCAS TE'. Damaſcenus in Parallelis quamplurima ſcripturarum Patrumque teſtimonia huc pertinentia congerit: ſignanter lib. 1. Parallel. cap. 8. ſub hoc titulo: DE *hominis creatione atque ſtructura.* Item cap. 10. ſub hoc titulo: *De inſtabili rerum humanarũ ſtatu: Et cui rei ſimilis ſit homo & vita ipſius: & quòd vana ſint præſentia, & vmbrâ imbecilliora.* Item cap. 37. ſub titulo, *De Otio & quiete.* Maximè verò cap. 66. cuius titulus eſt: *Quòd quiſque id ſtudere debeat, vt* SEIPSVM NOSCAT, *hoc eſt*, SIBIIPSI ATTENDAT: *& quòd quemque ſua circumſpicere, & non aliena curiosè inquirere oporteat.*

Beda.

Vide Aug. Tract. 25. in Ioan. propè fin.

Damaſcenus.

2. Proximo poſt Bedam & Damaſcenum ſæculo floruit Aponius qui lib. 2. Comment. in Cantica: 'Anima (inquit) Dei verbo commonetur, cùm dicitur: *Si ignoras te, ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Hoc igitur quàm maximè ad eruditam legis divinæ ſcientiã animam reſpicit, vt poſt illa introducta lætitiæ cellaria oſtenſa, AGNOSCAT SE; cur, vel à quo creata ſit: & quid eam maneat, ſi non circumſpectè per momenta pulchritudinem ſuam, quam à Dei filio ſuſcepit vel reparavit, ſervaverit'. Et aliquantò inferiùs ibidem: 'Hæc (inquit) à Deo præcepta ſunt, vt non ignoret plebs Chriſti, quam ſuo ſanguine decoravit, non in paſſione ignominiæ, ſed ad ſanctam poſteritatem homi-

Aponius.

Cant. 1. 7.

,nes disparis sexus, masculini & fœminini, in quibus imaginem suam & ,similitudinem posuit, esse creatos: Nec ignoret, similem quidem ha-,bere ordinem generationis & conceptus cum pecoribus secundùm ,carnem, sed in anima porrò sublimiore sensu & ratione præcellere, & ,eam iam formato corpore in vtero mitti; & non cum semine, sicut ,animalium animæ, de pravo viscere effundi: Nec ignoret, se imagi-,nem & similitudinem Creatoris, non in corpore, sed in anima pos-sidere'. Aponio subsynchronus Theodorus Studites, in Sermonibus
Theod. Studites. Catecheticis Serm. 105. ita scribit ad propositum: 'Sit animus no-,ster vigil semper ac intentus; qui timore divino, & assiduâ mortis de-,formatione imbuatur. Vbi is enim obitur labor, subeundi locum pec-,catum habet nullum. Sin reses stupidaque mens sit, tum verò subo-,lescere libido, quæ nos incitet ac conturbet, minimèque dimittat, ,dum in priorem statum postliminio revertamur. Ut inducendus sit ,animus quò pro virtute laboremus, quò vitam ineamus fælicem; ni-,tamur pro bono, quò perenni requiete potiamur; ploremus, quò ,gaudere queamus in DOMINO; arcto & afflicto itinere grassemur, quò ,hinc manantem alienam dolore vitam consequamur'. Et rursus Ser. proximè sequenti: 'Animus noster quasi quidam gubernator est, qui ,vbique vigilet intentus, vitiorum arceat procellas, minimùm cogita-,tis quæ ingruant aspersus: Sin defetiscatur reses, flagitium intromit-,tat seu inundans quoddam flumen, sentinâque gravatus, ingens nau-,fragium faciat peccati. Quod cùm triste est auditu, tum tristius co-,gitatu. Tam sollicita ac periculosa vitæ navigatio nostræ est, vt in-,tentè vigilanterque retinendum sit gubernaculum, & eminus profli-,ganda vitia, nec non confestim irruentes fœdæ cogitationes arcen-dæ; ne his immorati demergamur'. Olympiodorus in Ecclesiasten
Olympiodorus. cap. 12. sub initium: 'Rationem habeto tuæ salutis (inquit) eamque ,curato diligenter, donec vti potes libero voluntatis arbitrio, inte-,grumque tibi est ad virtutem accedere: post hanc etenim vitam tibi ,accidet non sicuti vis, sed torqueberis sicuti non vis. Rationem ita-,que tui habeto ante obitus diem, antequam scilicet tibi sol obtene-,brescat, & luna, & stellæ: huiusce modi enim tenebræ vnicuique cō-,tingunt in extremo vitæ obitu. Tu itaque curato salutem tuam, ,priusquam in aquam terramque solvaris: Corpus enim hoc nostrum, ,quod veluti nubes quædam videtur animæ superincumbere, ac super-positum esse, defunctis nobis in similia elementa resolvitur'. Author Anonymus, qui suppresso ex humilitate nomine suo proprio, Idiotæ nomen vsurpavit, Lib. 4. Contemplationum cap. 1. sic scribit in rem
Idiota. præsentem: 'O anima sceleratissima, non vitâ, sed morte perpetuâ ex ,tuis actibus digna, REDI AD TE, quæ longè fuisti à te: excita teipsam ,de somno mortis, surge à lecto in quo vulneribus sauciata diutiùs ia-,cuisti: require medicum, te valentem & volentem curare: labora vt ,illi placeas fugiendo curas & occupationes labiles, quas hactenus, ,eius præcepta doctrinam & consilium spernendo, totâ mentis inten-,tione amplexa es: surge de arida terra & sterili dilectionis carnis &

Digitized by Google

,mundi, respue illa quæ diu possidere non potes, abhorre ea quæ te ,præparant ad interitum; appete cum affectu illa quæ perpetuò possi- ,dere vales, & fælicem te facere possunt. Intra secretum cubiculum ,mentis tuæ, vt IPSAM valeas COGNOSCERE: ibi paululùm requies- ,ce, & exclude cætera præter Deum & te. Excute torporem, DISCV- ,TE CONSCIENTIAM TVAM, & diligenter examina odiosam Deo & ,horribilẽ vitam tuã. Scias te esse coram illo, cui nihil est incognitum, ,n hilq; impunitum remanet. CONSIDERA QVID ES, & QVID FVISTI. ,Namq, solâ Dei misericordiâ, ex nihilo creata, ad eius imaginem fa- ,cta, sacro fontis lavacro regenita, virtutibus & gratijs adornata, Dei ,filia, Iesu Christo desponsata, eius fide decorata, Sancti Spiritus ,amica, rationis capax, contra adversarios tuos armaturâ inexpugna- ,bili armata, socia Angelorum, particeps hæreditatis æternæ, tem- ,plum æterni Regis, habens ad tuam custodiam Angelum delegatũ: ,tantiq; pretij fuisti, vt totus mundus tibi comparari non posset: & ,vt tuo creatori, à quo facta es, & per quem facta es, ac ad quem fa- ,cta es, servires, effecta fuisti: & ideò cuncta tibi subiecit, vt tibi ser- ,virent. Adde quòd pretium tuum quo redempta es & à morte per- ,petua liberata, non fuit aurum & argentum, sed sanguis & mors Iesu ,Christi filij Dei, donum sine pretio, gratia sine merito. Ad tuum ,præsidium, sororem & sodalem tibi misericorditer concessit, scilicet ,innocentiam; per quam in periculis tuta fuisti, vbiq; secura, vbiq; li- ,bera, sancti Spiritus inspiratione ducta, Dei coniuncta consortio, à ,malis omnibus aliena, à terrenis actibus separata, charitate Dei & ,proximi illuminata. Per hanc sororem Deo placuisti, amicitias cum ,eo contraxisti, & gratum servitium exhibuisti. Ipse verò ex vnione ,amoris tecum assiduè mansit, te custodivit, exaudivit, donis spiri- ,tualibus dotavit, tibi opportuna & necessaria ministravit, & ab om- ,ni re siniſtra & adversa te illæsam preservavit. O anima ingratitudine ,plena, ARGVE TEIPSAM CORAM DEO, eò quòd hucvsq; de cunctis e- ,ius beneficijs ingrata fuisti, & eius misericordias quamplurimas agnos- ,cere renuisti'. Plura in eandem rem videri possunt apud eundem sequẽ- tibus eiusdem libri capitibus, atq; etiam libro 5. qui *de Contemplatione mortis inscribitur*. Fulbertus Carnotensis Epist. 1. ad Adeodatum, cu- riosam divinorum consiliorum vestigationem, vel ex eo capite censet improbandam, quòd ignoratione sui feriat sibi intentos: 'Incompre- Fulbertus. ,hensibilem (inquit) divini consilij altitudinem sapientia humana pu- ,ro cognitionis intuitu comprehendere non potest: quia dum mens ,nostra vltra se præcipitanter erigere vsque ad inaccessibilem secreto- ,rum Dei visionem appetit, infirmitatis suæ obstaculo reverberata & ,intra ignorantiæ suæ angustias coarctata, nec quod vltra se est valet Eccli. 3. 22. ,comprehendere, nec quod intra se est æstimare. Unde scriptum est: *Altiora te ne quæsieris, & profunda consiliorum eius ne investigaveris*'. Ful- berti successor Ivo Carnotensis Serm. de Capite Ieiunij: 'Attendat Ivo. ,quisque (inquit) quàm miser sit, & quàm beatus futurus sit: & non

,formidet in hoc tempore vilia quæque & dura pro Dei amore ſuffer-
,re; vt per hoc temporale purgatorium, æternum poſſit adipiſci reme-
dium'. Idem rurſus in Decreto Part. 15. cap. 67. allegat in hanc rem
Pimenes. illud Abbatis Pimenis: 'Hæc ſola eſt hominis iuſtitia, vt ſemetip-
,ſum reprehendat. Tunc enim iuſtus eſt, cùm ſua peccata condemnat'.
Marcus Exercitor. Marcus Eremita cognomento Exercitor, de Paradiſo & Lege ſpiri-
tuali cap. 63. 'De tuiipſius malis ſatage (inquit) & non de proximi:
ne vnà mentis tuæ ſedulitas intereat'. Et rurſus cap. 91. 'Curam co-
,gitationum tuarum (inquit) nunquam negligas: quoniam Deum
nulla conceptio latere poteſt'. Et iterùm cap. 187. 'Naturalis liber eſt,
,conſcientia: hanc quicunque ſtrenuè & gnaviter legerit, divini auxi-
lij non dubiam ſumet experientiam'.

Petrus Damia- Petrus Damiani Cardinalis Oſtienſis in ſuis Epiſtolis lib. 6. Epiſt.
no. 30. 'Si diſtricti (inquit) circa nos eſſemus, vt dignum eſt, iudices; 3.
non tam rigidos experiretur aliena culpa cenſores'. Et paulò infrà ibi-
dem: 'Sufficiat nobis conſiderare, quæ noſtra ſunt; ne dum aliena
,immoderatè perſequimur, à noſtri laboris fructu & digna mercede
vacuemur'. Et lib. 4. Epiſt. 9. 'Quæcunque humana mens (inquit)
,ſano viget fulta conſilio, ſi ſe ſubtiliter & ſolerter inquirit, vix in
,ſuis facultatibus invenit, vndè meritò ſperare præconium poſſit: Mor-
,talis quippè conditio vndique coarctata atq; conſtricta, quid novit,
vnde poſſit extolli? Et lib. 5. Epiſt. 3. 'Vnum eſt (inquit) quod mens
,cuiuſque fidelis debet aſſiduè ſolerter attendere, & intra ſemetipſam
,ſollicitâ ſemper inquiſitione verſare: ſcilicet, vtrùm placeat Deo
quod agit, & an in eius vita Deus vel operibus delectetur'. Anſelmus
Cantuarienſis, in ſuis meditationibus, animam ſuam, & in ea vnam-
quamque fidelem, ad propriæ conſcientiæ ſcrutamen inſtigat, dicens
b Anſelm. Me- ei, : [b] 'Diſtrictè temetipſam ſemper examina, ſecreta diſcute; & quic-
ditat. 1. §. 7. ,quid in te reprobum inveneris, rigidâ animadverſione percute, pro-
,ſterne, contere, extirpa, proijce, & ad nihilum redige. Non tibi par-
,cas, non tibi blandiaris; ſed *In matutino*, id eſt in contemplatione ex- *Pſal. 100.*
,tremi iudicij, quod nocti præſentis vitæ tanquam lux matutina 8.
,ſucedit, *Interfice omnes peccatores terræ*, id eſt, delicta atque peccata con-
,verſationis terrenæ: *vt diſperdas de civitate Domini*, quam in temetip-
,ſa illi ædificare debes, *omnes operantes iniquitatem*, id eſt, diabolicas ſug-
,geſtiones, odibiles Deo delectationes, mortiferos conſenſus, & ope-
,ra perverſa. Ab omnibus ijs tanquam civitas Dei debes emundari, vt
,placitam in te manſionem ſibi Creator inveniat, obtineat, poſſideat.
,Noli eſſe de illis quorum pertinaciam Deus ipſe videtur plangere, di- *Hier. 8. 6.*
cens: *Non eſt qui recogitet in corde ſuo; & dicat, Quid feci?* Anſelmi diſ-
cipulus Edinerus, vel quiſquis alius author eſt libri *de Similitudinibus*
ipſi Anſelmo attributi, ita in rem præſentem ſcribit cap. 99. & ſeq.
Edinerus. ,'Humilitas mons magnus eſt, in cuius ſummitate lux eſt non modica,
,& honeſtarum perſonarum, id eſt, ſanctarum virtutum pulcherrima
,turba. Sed quicunque ad hunc pervenire deſiderat, neceſſe eſt vt per
gradus

Digitized by Google

,gradus quoſdam aſcendat, ſi hunc montem agnoſcere & inhabitare ,affectat. Primus itaque gradus in monte humilitatis eſt COGNITIO ,SVI. Hunc vnuſquiſque ſic debet habere, vt ſe inferiorem omnibus iudicet'. Quòd ſi ab hoc authore ſciſciteris, quomodo humilitas tantam abiectionem præſcribat, cùm eiuſmodi iudicium plerunque ſit erroneum; humilitas autem non ſe teneat ex parte falſitatis, ſed veritatis, vt Auguſtinus lib. de Natura & Gratia cap. 34. agnoſcit? Reſpondebit inferiùs cap. 109. 'Si nos (inquiens) aliis volumus compa-,rare, ea tantùm debemus conſiderare, quæ à nobis ſunt in nobis, non ,à Deo quaſi præſtita nobis. Sic namq; agit, qui de bonis à Deo ſibi ,collatis & præſtitis ſuper alium extollitur, velut qui veſtibus alienis ,indutus gloriatur. Non ergo hæc aliorum bonis comparare debemus, ,ſed mala tantùm noſtra, quæ à nobis ſunt & in nobis habemus. Quod ,ſi fecerimus; mala videlicet noſtra bonis aliorum vt conferamus, nos inferiores eſſe cæteris omnibus nobiſipſis videbimur'. Qua de re videri poteſt Benedictus Haftenus lib. 6. Diſquiſ. Monaſt. Tract. 6. Diſquiſ. 6. vbi præſentem difficultatem accuratè pertractat. Paulò poſt Anſelmum floruit Goffridus ex Abbate Vindocinenſi Cardinalis ſanctæ Priſcæ, qui Tractatu ſeu Opuſculo 14. ita in hanc rem ſcribit: ,'Unicuiq; peccatori de magna Domini miſeratione indulgentiam ſpe- *Goffridus Vindocinenſis.* ,rare licet, ſi SE COGNOVERIT PECCATOREM, & ſuis proximis cõpatiens de peccato pœnitere voluerit'. Et rurſus Opuſculo proximè ſequente, alloquens animam peccato obnoxiam: 'Meminiſſe & cogi-,tare debueras (inquit) quis eſt qui te fecit, & quid te fecit, & quid ,tu feciſti, & qualem tu te feciſti: quatenus aut amore creatoris tui, ,aut timore inferni peccare deſiſteres; & quod à te actum eſt, pœnitendo defleres'. Et Serm. 1. de Nativit. Domini: 'Cum timore pari-,ter & amore admiremur, & admirando intelligamus collata nobis ,divinæ dilectionis & gratiæ munera pretioſa, & peccatis noſtris per-,fecto odio renunciemus. Perfecto odio peccatis renunciare eſt, ſe ,qualem illum Deus fecit diligere, & qualem ſe ipſe peccando fecit o-,diſſe. Ponamus ante faciem animæ noſtræ, & in memoria fixum te-,neamus, quàm admirabili gratiâ, antequam eſſemus, Deus nos con-,didit: de quanta miſeria, & quantâ eius miſericordiâ liberati poſtea ſumus'. Et Serm. 2. de eadem ſolemnitate: 'Vtinam (inquit) tam ,citò vnuſquiſque noſtrùm SE pœnitendo AGNOSCERET REVM, quàm citò Deus ignoſceret reatum'. Goffrido ſubſynchronus Abbas Rupertus lib. 3. in Geneſ. cap. 25. tractans de Dei in protoplaſtum prævaricatorem ſententia: 'Vide (inquit) quàm terribiliter hominem, qui *Rupertus. Vide eundem lib. 2. Comment. in caput 2. Nahũ v. 1. & lib. 2. in libros Regum cap. 32.* ,exiſtimavit iniquè quod eſſet Deo ſimilis, arguat, & ſtatuat con-*Gen. 3. 19.* ,tra faciem ſuam, dicendo, *Quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Huius ,ſententiæ perſecutionem adeò natura ſentit, vt hominibus antiquitùs ,in ſumma afflictione, pro maximo doloris inſtrumento, capita cinere ,aſpergere ſolenne fuerit. Verùm hæc proprię conditionis recorda-,tio tunc vtiliter ſe aperit, cùm ex ſapienti humilitate procedit, iuxta exemplum

,exemplum Patris Abrahæ,dicentis : *Loquar ad Dominum meum, cùm sim* Gen.18.27
,*pulvis & cinis*. Cùm enim hoc humiliter nos recordamur,misericordi-
,ter & ipse recordatur, sicut scriptum est : *Quomodo miseretur pater filio-* Psal.102.
,*rum, misertus est Dominus timentibus se : quoniam ipse cognovit figmentum* 13.
,*nostrum, & recordatus est quoniam pulvis sumus*'. Et rursus lib. 4. in caput
9. Oseæ ad vers. 7. 'Consilium sanum est dicentis, Scito te stultum,
,Scito te insanum, Scito te spiritualem, id est, amentem, post spiritua-
,lia nequitiæ euntem, spiritum erroris sequentem. Istud namque sci-
,re, via vel principium est sapientiæ. Hoc ille de semetipso scit, quem
,respexit, quem eruditione suâ dignum iudicavit spiritus timoris Do-
mini'. Et lib. 2. de Victoria verbi Dei cap. 3. expendens illud Domi-
ni ad Ezechielem : *Fili hominis leva planctum super Regem Tyri* :' Viden- Ezech.28.
,dum est (inquit) quis vel qualis ille planctus sit, de quo curare de- 11.
,ceat Deum,dicentem, *Fili hominis leva planctum*. Planctus iste humili-
,tas mentis & confractio cordis est,considerantis & videntis opera Do-
,mini, *quam terribilis sit in consiliis*, non solùm *super filios hominum*, ve- Psal.65.5.
,rùmetiam super ordines Angelorum. Ille revera vtiliter plangit, ille
,*planctum* rationalem *levat super Regem Tyri*,qui contrito corde & humi-
,li spiritu scrutatur & perpendit, quid sibi faciendum sit pulveri & ci-
,neri, cùm ille summus Angelus, tam magnus, tam sapiens, tam
,speciosus ; ita terribiliter proiectus sit,pro eo quòd creatori suo sub-
,ditus esse noluit; tamq; vilis, tam fatuus, tam deformis sit effectus,vt
,iuxta veritatem propheticam, *Omnes qui viderint eum obstupescant super* Ezech. 28.
,*eo : quia nihil factus est, & non erit in perpetuum*. Qui hæc perpendens hu- 19.
,*miliat* animam suam *sub potenti manu Dei*, verâ humilitate, vero humi- 1.Pet.5.6.
,litatis spiritu, qui vbi cor tetigerit, vtique excitat inenarrabiles ge-
,mitus ; ille revera *planctum levavit super Regem Tyri*, condolens sibimet,
,quòd vel de imitatione eius aliquid iniquum admisit, vel quòd fieri
,potest vt admittat si nondum admisit. Ad hoc pertinet quod Psal-
,mista dicit : *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*,& quic- Psal.2.11.
,quid huic simile personat in scripturis sanctis, per quod commone-
,tur homo, vt vigilans & valdè sollicitus sit; *nequando in superbiam ela-* 1.Tim.3.6
,*tus, in iudicium incidat diaboli*'. Sub idem tempus cum Ruperto floruit
Drogo, ex Abbate Laudunensi Episcopus & Cardinalis Ostiensis, qui
Libello *De Creatione & redemptione primi hominis* ita scribit ad præsens
propositum: 'Adam in paradiso positus,primò perdidit circumspectio-
Drogo. Vide Aug. lib. 14. de Civit. c. 13.
,nem Dei : testatur enim Beatus Augustinus, quòd nequaquam homi-
,nem tentator de paradiso eiecisset, nisi aliqua elatio in anima hominis
,præcessisset, cùm verissimè scriptum sit, *Ante ruinam exaltatur cor*. Se Prov.16.
,cundò perdidit iustitiam, quoniam vxoris voci plusquam diuinæ o- 18.
,bedivit : iustitia enim est virtus, quæ sua cuique reddit. Tertiò ami-
,sit iudicium, cùm post peccatum correptus, obliquè per mulierem
,retorsit propriam culpam in authorem, dicens : *Mulier quam dedisti* Gen. 3.12.
,*mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi*. Eisdem ergo virtutis gradibus
,redeundum est homini in exilio posito, quibus privatus expelli me-

ruit

Digitized by Google

,ruit de paradiſo. Primùm itaq; faciendũ eſt iudiciũ, deinde exercenda ,iuſtitia, tandem circũſpectio adhibenda. Et iudicium quidẽ nobis, vt ,NOSIPSOS IVDICEMVS, & accuſemus: Iuſtitiã proximo, Circumſpe-,ctionẽ verò debemus Deo. Hanc redeũdi viã oſtendit nobis Michæas
Mich. 6.8. ,propheta, dicens: *Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonũ, & quid Dñs requirat à* Vide hic ſupe-
,*te: vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiã, & ambulare ſollicitũ cum* DEO riùs c. 14. §. 5.
,*tuo*'. Et rurſus Libello de Septẽ donis ſancti Spiritus §. 3. 'Tertiũ do-
Iſa. 11. 2. ,nũ eſt (inquit) *ſpiritus ſcientiæ*, de qua legitur in Salomone, *Qui addit ſci-*
Eccle. 1. 18. ,*entiã, addit & dolorem*. Vera namq; ſcientia eſt, ſcire nos mortales, & ca-
,ducos, & fragiles eſſe: & in hoc exilio, in hoc ergaſtulo, in hac peregri-
,natione, in hac valle lachrymarum, in hoc loco miſeriarum, do-
,lere atque lugere. Vnde dicitur in tertia beatitudine, huic tertio do-
Matt. 5. 5. no congruente: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*'.

4. Drogoni contemporaneum fuiſſe Bernardum Clarevallenſem, indicat huius ad illum Epiſtola, præfixa eiuſdem Drogonis Opuſculis Tomo 2. Bibliothecæ SS. Patrum nuperæ editionis Pariſienſis. Ex Bernardo porrò tam multa in præcedentibus congeſſimus, vt ſupervacaneũ foret eius teſtimonijs hìc coacervandis immorari. Vnũ nihilominus aut alterum hìc ſubijciemus, & quidem ex indubitatis eius operibus: vt eſt illud ex lib. 1. de Conſideratione ad Papam Eugenium cap. 7. 'Ipſum fontem ſuum, id eſt, mentem de qua oritur, purificat Bernardus.
,conſideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus,
,componit mores, vitam honeſtat & ordinat, poſtremò divinarum pa-
,riter & humanarum rerum ſcientiam confert. Hæc eſt quæ confuſa
,diſterminat, hiantia cogit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera veſti-
,gat, veriſimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc eſt quæ
,agenda præordinat, acta recogitat; vt nihil in mente reſideat aut in-
,correctum, aut correctione egens. Hæc eſt quæ in proſperis adverſa
,præſentit, in adverſis quaſi non ſentit: quorum alterum fortitudinis,
alterum prudentiæ eſt'. Et Serm. 36. ſuper Cantica: 'Niſi ſuper humi-
,litatis ſtabile fundamentum (inquit) ſpirituale ædificium ſtare mini-
,mè poteſt. Porrò ad ſe humiliandum nihil anima invenire vivacius
,ſeu accommodatius poteſt, quàm ſi ſe in veritate invenerit: tantùm
,non diſſimulet, non ſit in ſpiritu eius dolus: ſtatuat ſe ante faciem
,ſuam, ne ſe à ſe avertere abducatur. Nonne ſe ita intuens clara luce
,veritatis inveniet ſe in regione diſſimilitudinis; & ſuſpirans miſera
,(quam iam latere non poterit quòd verè miſera ſit) nonne cum Pro-
Pſal. 118. ,pheta clamabit ad Dominum: *In veritate tua humiliaſti me?* Nam quo-
75. ,modò non verè humiliabitur in hac verâ cognitione ſui, cùm ſe per-
,ceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggravatam,
,terrenis intricatam curis, carnalium deſideriorum fæce infectam, cæ-
,cam, curvam, infirmam, implicitam multis erroribus, expoſitam mil-
,le periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam,
,mille ſuſpicionibus obnoxiam, mille neceſſitatibus ærumnoſam; pro-
,clivem ad vitia, invalidam ad virtutes? Vnde huic iam extollentia

,oculorum, vnde levare caput? Nonne magis *convertetur in ærumna ſua, cùm configitur ſpina*? Convertetur, inquam, ad lachrymas, convertetur ,ad planctus & gemitus; convertetur ad Dominum, & in humilitate ,clamabit: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Porrò converſa ad Do- ,minum recipiet conſolationem: quia *Pater eſt miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*'. Bernardo coævus Hugo Victorinus fuit, ſub cuius nomine extant quatuor libri *de Anima*, quorum primus coincidit cum *libro Meditationum* Bernardo aſcripto, & tertius cum libro *de Interiori homine* eidem Bernardo ſimiliter attributo: ſecundus verò coincidit cum 50. prioribus capitibus libri *de Spiritu & Anima* in appendice Tomi 3. Operum Auguſtini. Hugo itaque Victorinus (vel quiſquis alius author eſt) lib. 1. de Anima cap. 6. ita in hanc rem ſcribit: 'Integritatis tuæ curioſus explorator vitam tuam quotidianâ diſcuſſione exa- ,mina: Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias; ,qualis ſis in moribus, & qualis in affectibus; quàm ſimilis ſis Deo, vel ,quàm diſſimilis; quàm propè, vel quàm longè, non locorum inter- ,vallis, ſed morum affectibus. Stude cognoſcere te: quia multò me- ,lior & multò laudabilior es, ſi te cognoſcis, quàm ſi te neglecto cog- ,noſceres curſum ſyderum, vires herbarum, complexiones hominum, ,naturas animalium, & haberes omnium cœleſtium atque terreſtriũ ,ſcientiam. Redde ergo te tibi, etſi non ſemper, vel ſæpè, ſaltem in- ,terdum. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige greſſus, in te ni- hil remaneat indiſciplinatum: Pone omnes tranſgreſſiones tuas ante ,oculos tuos: ſtatue te ante te, tanquam ante alium: & ſic temetipſum plange'. Circunferuntur inter opera eiuſdem Hugonis Victorini quatuor libri *de Claustro animæ* inſcripti, quos Trithemius lib. de Scriptoribus Eccleſ. aſcribere videtur Hugoni de Folieto monacho Corbeienſi eiuſdem ſæculi. Is igitur lib. 3 de Clauſtro animæ cap. 6. ,'Sicut fratrum multitudo (inquit) vt errata corrigat, ſtatutis horis ,ad capitulum confluit: ſic mentis ratio cogitationes diverſas ad ſe- ,cretum cordis quandoque convocat, vt incorrigibiles ejiciat, corri- ,piat inquietas, negligentes emendet, erudiat ſimpliciores, mitiget ,iracundas, voluptuoſas reſtringat, pigras excitet, conſoletur puſilla- ,nimes, doceat indiſcretas. In hoc ſpirituali capitulo, Abbatis locum ,ratio poſſidet, conſcientia culpas accuſat, perverſitas excuſat, ſuper- ,bia reatum defendit, innocentia confitetur, humilitas ſeipſam iudi- cat, arrogantia verò alienos'. Verùm inter omnes ævi iſtius ſcriptores vix quemquam reperire eſt, qui in hac materia elucidanda Richardi Victorini ſolertiam & induſtriam adæquaverit, nedum tranſcenderit: cuius frequentia in eam rem teſtimonia paſſim in præcedentibus pro re nata recitavimus, quibus nunc vnum alterumve adiungemus: ,'Cogita frequenter (ait homini) conſidera vehementer, inveſtiga ,diligenter voluntatem, non ſolùm tuam, ſed & alienam, ſeu bonam, ,ſeu malam. Cognoſce tuam, vt ſcias quid corrigere, ſeu etiam vnde ,debeas gratias agere. Cogita etiam animos perfectorum, necnon &

Vide Aelredum l. 1. Speculi Charitatis c. 14

Hugo Vict. Vide ibid. ſuperiùs in Prologo, & inferiùs c. 13. & lib. 2. in Prologo & cap. 33. & l. 3. cap. 16. & 43. & l. 4. c. 13. & lib. de Modo orandi c. 1. & lib. 1. de Nuptiis c. 3. & l. 2. de Vanit. Mundi, & lib. 3. de Arca Moral. cap. 10. Vide Bern. in Meditat. cap. 5

Hugo de Folleto.

Rich. Vict. in Benjamin maiore lib. 3. c. 13.

'perverſorum; animos ſpirituum bonorum,& ſpirituum malignorum: 'vt ex contrariorum conſideratione eluceſcat, quid imitari, quid vi- 'tare expediat. Attende quid ſcias, attende quantum neſcias. Agnoſ- 'ce quantum emineas per ingenium ſpiritibus brutis, agnoſce quan- 'tum ſubiaceas per intellectum ſpiritibus angelicis. Si attendis quan-
Pſal.15.7. 'tùm præcedas ſenſu ſpiritum brutum, cantabis præcordialiter, *Benedi-*
'*cam Dominum, qui tribuit mihi intellectum* : Si cogites intelligentiam an-
Pſal.68.6. 'gelicam, clamabis profectò, *Deus tu ſcis inſipientiam meam.* Diſcutere er-
Pſal.38.5. 'go ignorantiam meam vtile valde & pernecessarium mihi, *vt. ſciam*
Iob.19.4. '*quid deſit mihi*; & cum Beato Iob dicere poſſim, *Si quid ignoravi, igno-*
'*rantia mea mecum eſt.* Sed quoties in memetipſo attendo, quonam mo-
Pſal.50.8. 'do, vel quàm ſæpè, *Incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtavit mihi,*
Luc.1.46. 'profectò *magnificat anima mea Dominum*, qui *erudit nos ſuper ſcientiam*
Iob.35.11 '*volucrum & iumentorum*, eò quòd ipſe ſit, *qui illuminat omnem hominem ve-*
Ioan.1.9. '*nientem in hunc mundum*'. Et paucis interpoſitis inferiùs ibidem: 'Cog-
'noſce quæſo homo dignitatem tuam, cogita excellentem illam animę
Gen.1.27. 'tuæ naturam; quomodò *fecerit eam Deus ad imaginem & ſimilitudinem*
'*ſuam*; quomodò ſublimavit eam ſuper omnem corpoream creaturam:
'& ſtatim mirari incipies, quomodò inclyta virgo filia Sion proiecta
Pſal.72. 'ſit de cœlo in terram: & pariter Domino clamare incipies, *Quid mihi*
25. '*eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram*? Quid mirum, quæſo, ſi in re-
'cordatione conditionis meæ, ſi ad conſpectum animæ meæ, ſubitò
Pſal.43.16. '& abſque mora, *confuſio faciei mea cooperuit me*? Quem enim non pu-
'deat, Dominam mundi, civem cœli, dilectam Dei, addixiſſe ſervi-
'tuti corporis, proſtituiſſe ſpiritibus immundis, diu tenuiſſe ſub iugo
'ſervitutis, ad faciendam carnis curam in deſiderijs? Mirabitur ſanè
'quiſque, cùm animæ ſuæ dignitatem cogitaverit, cùm benè atten-
'derit, quid ſit, vel eſſe debuerit; vndè, vel quò proicta ſit. Mirabi-
Thren.1.1. 'tur, inquam, quomodò *facta ſit quaſi vidua domina gentium, princeps pro-*
'*vinciarum facta ſit ſub tributo.* Ad hanc (vt arbitror) conſiderationem
Bar.3.10. & 11. 'revocare nos voluit qui dixit: *Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum*
'*es, inveteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum*
'*his qui in inferno ſunt*'? Et iterùm Tractatu de Differentia ſacrifici, Abrahæ & Mariæ, paulò poſt medium: 'Vaſa miſericordiæ (inquit) 'cùm incipiunt de ſuis meritis intumeſcere, piâ Dei diſpenſatione per- 'mittuntur cadere; vt diſcant humiliter ſapere, & de infirmitate ſuâ 'verum ſentire. Cognitio autem humanæ infirmitatis, vt plena ſit, in 'quatuor gradibus conſiſtit: duos habemus in conſideratione mali, 'duos in conſideratione boni. In conſideratione mali, primò vt ſcia- 'mus, nos nullum malum noſtrâ virtute poſſe cavere: ſecundò vt ſcia- 'mus, à nullo malo poſt lapſum noſtra nos virtute poſſe reſurgere. In 'conſideratione boni, primò vt cognoſcamus, nos ad nullum bonum 'noſtrâ induſtriâ poſſe convaleſcere: ſecundò vt cognoſcamus, nec in 'eo quod divinitùs accepimus noſtrâ nos induſtriâ poſſe perſeverare'. Præcedentibus ſynchronus fuit Guido Carthuſianus, ad quem duæ

extant Bernardi Epistolæ, 11ª. nimirùm & 12ª. Hic itaq; in lib. Meditationum suarum, cap. 13. ait in rem præsentem: 'Hoc semper intuendum, quid fiat in animo tuo; nec quid sive boni sive mali alij faciant, sed quid tu de ipsis eorum factis facias: quomodo scilicet vtaris bonis & malis eorum, quantumq; ex eis proficias sive favendo & adiuvando, sive compatiendo & emendando'. Et rursus cap. proximè sequente: 'Propitius tibi sit Deus, ne inveniat vbi requiescat pes mentis tuæ: vt saltem coacta, ô anima, redeas ad arcam, sicut Columba Noë'. Videri præterea potest idem author inferiùs ibidem cap. 19.

Guido Carthus.

Basilius Monachus Laurę Maleini, in Descriptione vitæ asceticæ: 'Spirituales cogitationes (inquit) ipsa Dei cognitio est, cuius causâ laborem omnem præmolimur: quæ quidem ex verâ & magnâ humilitate ducit originem; ex qua, & per quam (vt nonnulli sentiunt) Deum quispiam cognoscit. Cognoscit autem, si seipsum terram ac cinerem, & omnibus mortalibus etiam manifestè palamq; sceleratis, & omni generi vitiorum servientibus deteriorem ex animo reputat. Quòd si non ita de nobis sentimus, nostra nos fallit opinio'. Petrus Cellensis eiusdem sæculi scriptor, in libro de Conscientia cap. 1. sic scribit ad propositum: 'Pervtile est, conscientiam lentis & diuturnis confricationum meditationibus ad seipsam confovere: vt læta quiescat, vt fœcundè incalescat, vt sole lustrata & illustrata seipsam in seipsa recognoscat. Putas si se agnosceret *Pulchra inter mulieres*, quòd deinceps *post vestigia gregum* à se abiens, paludosa itinera incideret; & *hœdos* lascivæ carnis *pasceret*'? Et paulò inferiùs ibidem: 'Docet in Evangelio Dominus, quomodò claudere se debeat intra se conscientia, dicens: *Intra in cubiculum tuum.* Quod est cubiculum tuum, nisi conscientiæ secretum? Quod ostium, nisi os tuum? Cùm itaque oraveris, intra cubiculum tranquillæ & quietæ mentis, vbi est Dominus qui *habitat in Sion, & in pace factus est locus eius*: atque ibi *loquitur ad cor Hierusalem*'. Sub idem tempus floruit Petrus Blesensis: qui Tractat. de *Amore seu Dilectione Dei*, animam humanam ita ad sui cognitionem instimulat: 'Utinam TEIPSAM AGNOSCERES, & tui Creatoris gratiam in tuæ pulchritudinis inspectione probares. Porrò oculus cuncta videns, seipsum non videt: ideo faciem tui cordis quandoq; in speculo sacræ scripturæ, quandoque in speculo propriæ rationis attendas, nec facias iniuriam dignitati: Quod equidem facis, si vis tibi te abiectiora præponere, & ea quæ decorem imaginarium & vmbratilem habent, tibi (quæ in veritate *pulcherrima* es) coæquare. A tua dignitate nimis enormiter & ignominiosè te deijcis, si transitorias & inanes rerum pulchritudines appetis. Mundus nimirum propter te factus est, ideò mundum non ames, quia mundus non est te dignus; cùm sis eo longè dignior, & sole, & lunâ, & omnibus creaturis'.

Vide Aug. l. 83. qq. q. 71. & l. de Sancta Virgin. c. 43. & 44. & D. Tho. 2. 2. q 161. ar. 6. ad 1.

Petrus Cellensis. Vide Bern. Epist. 293.

Vide Philip. Bonæ-spemensem Epist. 13. & lib. 2. in Cantica cap. 3.

Petrus Blesensis.

Cant. 1. 7.

Matt. 6. 6.

Psal. 75. 3.

Osea 2. 14.

Cant. 1. 7.

5. Quanquam nõ sine causa à Trithemio lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Petro Abaylardo, qui authoribus proximè recensitis contemporaneus fuit, scriptum sit, *Ab hoc tempore Philosophia sæcularis sacram*

ſacram Theologiam ſuâ curioſitate inutili fœdare cœpit : nihilominus non defuére ſubſequentibus etiam ſæculis qui doctrinam de cognitione ſui à maioribus exceptam, poſteris communicaverint. Ac inprimis S. Edmundus Cantuarienſis Antiſtes, qui ſub initium 13. ſæculi floruit, ita in hanc rem ſcribit in Speculo Eccleſiæ cap. 3. 'Duo ſine pluribus faciunt hominem ſanctum : videlicet cognitio,& amor : hoc eſt, cognitio veritatis, & amor bonitatis. Sed ad cognitionem Dei, qui eſt veritas, non potes venire, niſi per cognitionem tuiipſius ; nec ad amorem Dei, qui eſt bonitas, potes pervenire, niſi per amorem proximi tui. Ad cognitionem tuiipſius potes pervenire per frequentem meditationem, ad cognitionem Dei per puram contemplationem. Ad cognitionem tuiipſius potes venire iſto modo : Cogita diligenter & frequenter, qualis tu es, qualis fuiſti, & qualis eris : primò quantùm ad corpus, poſtea quantum ad animam. Quantum ad corpus, cogita quòd tu es vilior ſterquilinio : fuiſti enim generatus in tanto fœtore, quòd eſt pudor dicere & nominare, & abominabile cogitare. Natus fuiſti in magno peccato, vitam tuam duxiſti in magna miſeria, & poſt mortem traderis buſonibus, vermibus, & alijs turpibus animalibus, vt te devorent & manducent. Qualis fuiſti, & qualis es, debes quantùm ad tuam animam cogitare: nam qualis eris, non potes benè ſcire. Cogita & recogita, quomodò tu feciſti magna mala,& multa:& qualiter dimiſiſti multa bona,& magna. Cogita, quamdiu vixiſti, quantum recepiſti, & quomodo in breve tempus tuum expendiſti : nam quamlibet horam in qua de Deo non cogitaſti, perdidiſti. Reddes etiam rationem de quolibet verbo otioſo, de omni cogitatione otioſa : & ſicut non habes vnum ſolum capillum capitis qui non erit glorificatus, ſi fueris ſalvatus ; ita nec evadet vna hora temporis tui, quæ non erit computata'. Videri poteſt & idem author inferiùs cap. 29. eiuſdem libri. Eodem ſæculo floruit Beatus Franciſcus Ordinis Minorum Patriarcha & legiſlator, qui in ſuis exhortationibus inter alia ait : 'Attende, ô homo, in quanta excellentia poſuerit te Dominus; qui creavit & formavit te ad imaginem dilectiſſimi filij ſui ſecundùm corpus, & ad ſimilitudinem ſuam ſecundùm ſpiritum : & omnes creaturæ quæ ſub cœlo ſunt, ſecundùm ſe ſerviunt, cognoſcunt, & obediunt creatori ſuo, meliùs quàm tu : & dæmones non crucifixerunt eum, ſed tu cum ipſis crucifixiſti eum, & adhuc crucifigis, delectando in vitijs & peccatis. Undè poteris gloriari? Nam ſi ita eſſes ſubtilis & ſapiens, quòd omnem ſcientiam haberes & ſcires interpretari omnia genera linguarum,& ſubtiliter de cœleſtibus rebus perſcrutari ; in omnibus his non potes gloriari : quia vnus dæmon ſcit de cœleſtibus magis, & ſcit de terrenis plus, quàm omnes homines ; licet aliquis fuerit qui ſummæ ſapientiæ cognitionem à Domino receperit ſpiritualem. Similiter ſi eſſes pulchrior & ditior omnibus, & faceres mirabilia, vt etiam dæmones effugares: omnia iſta tibi ſunt contraria, & nihil ad te pertinent. In his nihil potes gloriari ; ſed in hoc poſſumus gloriari, *In infirmitatibus noſtris*'.

Edmundus Cantuar.

B. Franciſcus.

2. Cor. 12. 9.

Digitized by Google

Robertus Sorbona. Vide Bern. in Meditat. c. 1. & Hug. Victor. in Prologo libro 1. de Anima.

Robertus Sorbona, Collegij Sorbonici in Academia Parisiensi erector & institutor, in libello *de Conscientia*, aliquantò post medium: 'Multi (inquit) multa sciunt, & seipsos nesciunt: quærunt Deum per exteriora, & derelinquunt sua interiora. Sed quid prosunt litteræ eruditionis Prisciani, Aristotelis, Iustiniani, Gratiani, Galeni, & sic de aliis, in pellibus ovinis & caprinis; nisi cicleas de libro conscientiæ tuæ litteras mortis? Quid prosunt hæc lecta & intellecta, nisi teipsũ legas & intelligas? Legere enim, & non intelligere, est negligere: legere scilicet in pellibus ovinis & caprinis, & non intelligere, est negligere: Ideò dementia est, cùm in isto tam districte debeamus examinari, & hoc non in alijs. Da igitur diligentem operam internæ lectioni: quia melior, & laudabilior, & sapientior es, si teipsum cognoscas, & teipsum legere facias; quàm si te neglecto cognosceres cursus syderum, fundamenta terrarum, vires herbarum, complexiones hominum, haberes etiam notitiam omnium cœlestium, terrestrium, & infernorum'. Vrbanus IV. Pontifex maximus, in Metaphrastica expo-

Vrbanus IV.

sitione Psalmi 50. ad vers. 12. ita loquitur Deo: 'O Deus cordis mei, qui intellectum das parvulis; da mihi intùs legere in meipso quod peto quando peto *vt cor mundum creet in me Deus*: ne si petiero quod ignoro, dicas mihi, quod dixisti matri filiorum & filijs Zebedæi, *Nescitis quid petatis*'. Sanctas Thomas Aquinas, præcipuum illius sæculi ornamentũ, Tractans de Humilitate in sua sũma Theologica, proprietatem virtutis istius in eo constituit, vt [d] 'Aliquis CONSIDERANS SVVM DEFECTVM, teneat se in infimis secundùm suum modum: sicut Abraham dixit ad Dominum Gen. 18. *Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis*'. Et rursus articulo proximè sequenti, in corpore: 'Ad humilitatem (inquit) propriè pertinet, vt aliquis reprimat seipsum, ne feratur in ea quæ sunt supra se. Ad hoc autem necessarium est, vt aliquis cognoscat id in quo deficit à proportione eius quod suam virtutem excedit. Et ideò COGNITIO PROPRII DEFECTVS pertinet ad humilitatem, sicut regula quædam directiva appetitus'. His cõsona sunt quæ scribit Seraphicus Bonaventura Tract. de perfectione vitæ cap. 2. vbi sororem suum, & in ea vnamquamq; animam fidelem alloquens, ait: 'Qui vult defectus proprios cordis oculo contemplari, necesse est verè humiliari sub potenti manu Dei. Ideo te famulam Christi admoneo, vt cognitionem tuorum defectuum adepta, valde humilies spiritum tuum, & tibiipsi vilescas: *Humilitas enim virtus est*, vt dicit Bernardus, *quâ homo verissimâ sui ipsius cognitione sibiipsi vilescit*'. Et superiùs ibidem cap. 1. 'Ad perfectionis vitæ fastigium (inquit) spontæ Christi conscendere cupienti, primùm necesse est vt à seipsa incipiat, itavt omnium exteriorum oblita ingrediatur in secretum conscientiæ suæ, ibiq; omnes defectus suos, omnesq; consuetudines, omnes affectiones, omnes operationes, omnia peccata tam præsentia quàm præterita, diligenti consideratione discutiat, examinet, & inspiciat'. Et quibusdam interpositis ibidem adhuc inferiùs: 'Discute (inquit)

Psal. 50. 12.

Matth. 20. 22.

[d] D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. ad 1.

Gen. 18. 27.

Bonaventura. Vide eundem l. de perfect. Conscient. c. 21. & 22. & lib. de Virtutum Gradibus capite 3.

Vide Bernard. Tract. de Gradibus Humilit. sub initium.

Vide Rich. Vict. in Beniam. Maiore lib. 3. c. 3.

Digitized by Google

,quit) quid ſis, quid fueris, quid eſſe debueris, & quid eſſe poteris,
,Quid fueris per naturam, quid modò ſis per culpam, quid adhuc eſſe
,poteris per gratiam. Audi adhuc ſorbr, audi Prophetam David, quo-
Pſal. 76. 7. ,modò ſe tibi in exemplum proponat: *Meditatus ſum*, inquit, *nocte cum* *Vide ſuprà hic*
,*corde meo, exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.* Meditabatur ille cum *cap. 15. §. 6.*
,corde ſuo, meditare & tu cum corde tuo: ſcopebat ille ſpiritum ſuum,
,ſcope & tu ſpiritum tuum: exerce agrum iſtum, attende ad teipſam'.
Et inferiùs in finalibus eiuſdem capitis verbis: 'Omnibus ergo poſt-
,poſitis (inquit) tuiipſius habe memoriam & notitiam. Hoc enim
,Beatus Bernardus orabat, dicens: *Deus det mihi non aliud facere & ſcire,*
,*quam vt meipſum cognoſcam*'.

6. Proximo poſt prædictos ſæculo floruit Henricus Suſo Ordinis Prædicatorum, quem Ludovicus Bloſius in Conclavi Animæ p. 4. cap. 8. n. 1. *Virum ſanctiſſimum*, deq; *charißimum* nominat. Qui apud eundem Bloſium in Conſolat. Puſillan. cap. 26. n. 1. ita in rem noſtrã ſcribit: 'Hoc fundamentum eſt ſalutis noſtræ, mortificare, abnegare, *Henr. Suſo.*
,reſignare, perdere, & annihilare noſipſos. Si vis eſſe quod non es, o-
portet te priùs deficere ab eo quod es'. Et ſuperiùs apud eundem cap. 24. n. 7. 'Afflictio (inquit) à gravi ſervat ruina: afflictio præſtat ho-
,mini vt SESE COGNOSCAT, intra ſeipſum ſe contineat, ſibiq; conſtet,
,ac proximis fidem accommodet: conſervat animam in humilitate,
,docetq; patientiam, tuetur caſtimoniam, æternæ beatitudinis affert
coronam'. Suſonis diſcipulus Ioannes Taulerus, ab eodẽ Bloſio in pe-
culiari pro eo Apologia adversùs Eckium capite finali tantòpere com-
mendatus, vbi cùm Eckius dixiſſet, *Vtinam Taulerus prorſus lateret, & non*
involaret in Monaſteria, non dubitaverit ei reponere: *Vtinam Taulerus*
vbique gentium ſeguitus eſſet, & à quamplurimis diligentißimè legeretur. Hic
itaq; Taulerus apud Bloſium citatâ iam Conſolat. Puſillan. cap. 16. *Taulerus.*
§. 3. n. 1. & 2. ita in hanc rem ſcribit: 'Plerunque in electiſſimis ami-
,cis ſuis aliquid ſemper vitij Deus reſidere permittit, & vt plurimùm,
,ad iram & vehementiam proniores ſint: quò & SEIPSIS INNO-
,TESCANT & aliis; atque per hoc gratia ſua, quam illis infudit, velut
,ignis ſub cineribus occultetur & conſervetur. Igitur vt nihilum ſuum
,ipſi penitiùs agnoſcant, Deo permittente, defectus quoſdam incur-
runt'. Eodem ſæculo floruit & Ioannes Rusbrochius, quem præme-
moratus Bloſius in Margarit. Spirit. p. 4. in Programmate, *Hominem*
,*planè divinum, & ſingulari modo à Deo illuminatum* vocat. Hic itaq; apud
eundem Bloſium ibidem §. 1. n. 2. ita ſcribit ad propoſitum: *Ruſbrochius.*
,'Humiles facti ingrediamur prætorium conſcientiæ noſtræ: ibiq;
,conſideremus, agnoſcamus, corrigamus, odio proſequamur quic-
quid in nobis vitij reſidet'. Et ibidem inferiùs n. 3. 'Explora (ait ho-
,mini) attende, & iudica modò temetipſum; ne poſteà à Domino iu-
diceris atque condemneris'. Et rurſus inferiùs §. 4. n. 4. 'Homo verè
,humilis (inquit) propriam indignitatem ac vilitatem, ſuumque nihi-
,lum, id eſt, quòd nihil ſit, funditùs agnoſcit: vt videlicet peccatis

ſuis

,ſuis indignum ſe fecerit omni gratiâ & beneficijs Dei, dignum verò ,atque obnoxium cunctis illis pœnis, preſſuris & afflictionibus, quæ poſſent illi à Deo & creaturis omnibus infligi'. Eodem ſæculo floruit & Birgitta, cœleſtibus revelationibus copioſè cumulata: quarum vnam alteramve lubet hìc inſerere, quibus hactenus dicta de cognitione ſui illuſtrantur. Refert itaque illa hanc inter alias ſibi à Chriſto factam revelationem: [c]'Vt homo intelligat infirmitatem quam habet à ,ſeipſo, & fortitudinem quam habet à me; neceſſe eſt vt quandoque ,permittatur pulſari pravis cogitationibus: quibus ſi non conſentit, illæ effiuntur ei purgatio animæ, & cuſtodia virtutum'. Refert item alibi hanc ſibi à B. Virgine Maria factam revelationem: [f]'Tu miraris cur in ſenectute tentationes tibi accreſcant, & eas modò ſentias, ,quas nec in iuventute, nec in coniugio experta es. Hoc ideò fit, vt ,cognoſcas, te nihil eſſe, & nihil poſſe ſine filio meo. Niſi enim ille te ,ſervaſſet, non eſt aliquod peccatum tam grave, quod non commiſiſſes'. Circa finem eiuſdem ſæculi floruit Gerardus Zutphanienſis: qui, vt in eius vita teſtatur Thomas à Kempis, *Licet brevi vixerit tempore, gratiſſimas tamen reliquit doctrinæ monumentas*: duos nimirùm libellos Bibliothecæ SS. Patrum nuper inſertos, quorum prior *de Reformatione virium animæ*, poſterior *de Spiritualibus Aſcenſionibus* inſcribitur: in quibus de Cognitione ſui potiſſimùm tractatur. Et quidem in priori ſic de ea re ſcribit: [g]'In his duobus, quicunque devotus es, quicunque rectam ,& directam viam in exercitijs ſpiritualibus obtinere deſideras, iugiter ,verſare, in his ſtude te iugiter exercitare: Primò, vt ſemper ante mentis oculos habeas, vnde cecidiſti, & quid fuiſti; vt inde intelligas ,quid eſſe debeas: Secundò, vt frequenter diſcutias, ſæpè revolvas, ,quid modò ſis, ſeu qualis ſis; vt inde perpendas, quantum ab eo ſtatu ,diſtes vnde cecidiſti, & ſcias quanta tibi reſtat via vt ad illum ſtatum proficiendo redeas'. Et rurſus inferiùs cap. 4. 'Si non ſentis (inquit) quomodo, & in quibus, vires, potentiæ, & affectiones animæ ,tuæ deformatæ ſunt, quomodò reformabis? Si ignoras quibus cupiditatibus cor tuum eſt ſordidum, quomodò quæſo purgabis, cùm nihil in te videas purgandum? Igitur ante omnia in hac parte TEIPSVM DISCE AGNOSCERE, & quid purgandum fuerit ſcire; vt ita in te verum eſſe probes, quòd cognitio propria initium ſit ſalutis'. Et iterũ in principio capitis 5. 'Ut teipſum per diligentẽ diſcuſſionem tui ,ipſius diſcas agnoſcere, eſto tui ipſius iuſtus iudex, & tui microcoſmi rigidus imperator: frequenter, vel ſaltem ſæpè, aſcende tribunal, accerſitis coram te quibus regimen regni tui, id eſt, tui ipſius commiſiſti'. Similiter in poſteriori libello, qui *de Spiritualibus Aſcenſionibus* inſcribitur, cap. 6. ſic ſcribit in eandem rem: 'Antequam aſcendas, ſtudioſè ,teipſum debes diſcutere, & omnibus modis quibus potes niti, vt ſenſum recuperes, quo deſcenſum tuum agnoſcas, & peccata tua deplores'. Et pauculis interiectis inferiùs rurſus ibidem: 'Debes teipſum ,diligenter diſcutere, & diſtrictè examinare; vt tandem oculos aperias,

[c] *Birgitta lib. 2. Revel. cap. 27.*

[f] *Eadem lib. 9. Revel. cap. 94.*

[g] *Gerard. Zutphan. lib. de Reform. virium animæ c. 2.*

&

,videre poſſis quò iaceas prolapſus. Diſtrictè igitur, etſi non ſemper, ,ſæpè tamen, teipsũ iudica; formans in te primò & pertractans, quantũ ,Deo vnũquodq; peccatũ diſpliceat, quantumq; horreat & deteſtetur. ,Ut autẽ hoc meliùs ſentire valeas, diligenter rumina, & donec ex affe- ,ctu ſentias ſtudiosè pertracta, quòd adeò diſplicuit Deo ſuperbia, vt ,nobiliſſimæ quondã creaturæ ſuæ non parceret, ſed luciferũ de cœlo proiecit. Cogita an tibi parcet, quia forſitã melior aut nobilior es'. Et inferiùs c. 63. poſtquã per aliquot præcedentia capita modũ debellãdi reliqua vitia capitalia præſcripſiſſet, ad ſuperbiã tranſiens: 'Nunc vlti- ,mò (inquit) ad thronum vbi ſuperbia ſibi ſedem collocavit, neceſſe eſt ,aſcenſiones diſponere, & inde ipſam ſuperbiam vitiorum reginam, ad ,modum Iezabel reginæ, deorſum præcipitare. Oportet autem contra ,eam aſcendere per gradus humilitatis: quorum primus eſt, quòd ho- ,mo in veritate cognoſcat, ſeipſum eſſe infirmum, inopem boni, vitio- ,ſum, & ſi quos habet alios defectus: & non elevet ſe ſuper ſe. Quòd ,ſi interdum tentatione victus fuerit, ſeipſum redarguat & caſtiget'. Et nonnullis interpoſitis de ſuperbia carnali, ſubiungit inferiùs de ſu- perbia ſpirituali: 'Eſt alia ſuperbia, ſpiritualis, quæ mentem intumeſ- ,cere facit, & ſupra ſe elevat, quaſi de multis ſuis virtutibus & mag- ,nis meritis, quę ſibi attribuit, vel ſe ſpiritualiter habere gloriatur, ,vel ſibi à Deo propter ſua merita data arbitratur. Et hæc eſt multò ,periculoſior quàm vitia carnalia: nullum eſt enim aliud vitium quod ,ita omnes virtutes exhaurit, cunctâque iuſtitiâ ac ſanctitate hominem ,ſpoliet atque denudet, quemadmodum hoc ſuperbiæ malum, & in ,virtutum iam faſtigio collocatos graviſſimâ ruinâ deijcere ac truci- ,dare ſoleat. Sed vt hunc tumorem interdum deprimas, & ad præfa- ,tum humilitatis gradum aſcendas, debes in omnibus virtutibus, in ,omni profectu, in omnibus bonis operibus, ex toto corde & ex ſen-

1. Cor. 15. ,tentia dicere & ſentire: *Non ego, ſed gratia Dei mecum*: &, *Gratiâ Dei*
10. ,*ſum id quod ſum*: &, *Deus eſt qui operatur velle & perficere pro bona volun-*
Idem. ,*tate*: Item diligenter conſiderare propriam vilitatem, diligenter per-
Phil. 2. 13. ,pendere quòd bona mentis tuæ non ſunt tua, ſed Dei dona; & de ip- ,ſis rationem redditurus ſis: mala verò tua, ipſa ſunt tua, & purè ma- ,la, & ex pluribus circunſtantijs gravia, & graviſſimis ſupplicijs digna: Bona noſtrâ non ſunt purè bona, ſed multipliciter imperfecta'.

7. Sub initium ſequentis ſæculi floruit Pariſienſis Academiæ Cancel- larius Ioannes Gerſon: qui Serm. de Spiritu Sancto Conſiderat. 1. ita ad præſens ſcribit propoſitum: 'Vult aliquis repleri Spiritu ſancto? *Gerſon.* ,Vult exiſtimo. Aſcendat, exemplo ſanctorum, in ſuperiora domus, in

Luc. 22. 12. ,*cenaculum grande ſtratum*, hoc eſt, in apicem mentis ſuæ: claudat fores,
Exod. 9. 21. ,oſtia, & feneſtras ſenſuum, *per quas mors aſcendit*: colligat in vnum vi-
Eſa. 38. 15. ,res ſuas omnes, ſedeat quieſcens, perſeveret orans: *Recogitet* cum Pro- ,pheta *omnes annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ*, cum ſpe ſalutis conſe- ,quendæ'. Et rurſus Serm. de Quatuor domibus, tractans de tertia do- mo, quæ eſt domus propriæ conſcientiæ, eique accomodans illud E-

vangelicum, *Vade in domum tuam*: 'Veterum (inquit) tradit authori- Matt. 9.6.
,tas, divinum illud fuisse Apollinis oraculum, NOSCE TEIPSVM. Inde
,est illud Iuvenalis, *E cælo descendit γνῶθι σεαυτὸν figendũ & memori tra-*
,*dendum pectori*. Huic conformis est Persij monitio: *Tecum habita, vt noris*
,*quàm sit tibi curta supellex*. Et iterùm: *Nec te quæsiveris extrà*. Hanc eam-
,dem sententiam, thema nostrum, si ad mores deflexeris, insinuat. Nem-
,pè quid aliud est dicere, *Vade in domum tuam*, quàm, Habita tecum, te-
,que ipsum cognosce. Sunt itaque plurimi qui à semet longè peregri-
,nantur: &, vt histrionum parasitorumque mos est, nullibi rariùs quàm
,in domo propria moram faciunt, nullibi molestiùs. Mirabile dictu,
,eos citiùs in alia quavis regione quàm apud seipsos reperies. Modò
,per curias discursant, cum adulatione, ambitione, detractione: nunc
,inter mulierecularum greges volutantur, cum libidine: frequentissimè
,verò inter auri argentive cumulos incedunt: ductrice cupiditate na-
,vigant maria, aera pervolant, humi repunt, prout stimulantium cu-
,rarum varietas transversos præcipitaverit. Qui apud se si quærantur,
,illud habebitur responsi, Proverb. 7. *Non est vir in domo sua*. Horum Prov. 7.19.
,quilibet, vt in domum suam eat, nec se deserat, monendus est per vo-
cem Christi salutiferam, *Vade in domũ tuam*'. Gersonis magister Petrus Matt. 9.6.
de Alliaco, ex Cancellario Parisiensi Episcopus Cameracensis, Car-
dinalis S. Chrysogoni, Prologum libri quem *de Anima & eius acciden-*
tibus scripsit, his verbis orditur: 'Veterum tradit authoritas, divinũ
,illud fuisse Apollinis oraculum, NOSCE TEIPSVM. Nimis ergò errat,
qui seipsum ignorans, alia noscere desiderat'. Videri præterea idem au-
thor potest in *Speculo Considerationis* p. 1. c. 6. Hos eodem sæculo sub-
secuti sunt Antoninus Archipræsul Florentinus; & Laurentius Iusti-
nianus Protopatriarcha Venetus, ambo sanctitate & eruditione con-
spicui: quorum prior in Summa Theologica p. 4. tit. 2. cap. 3. ita in
hanc rem scribit: 'Consistit perfectio singularis prudentiæ in consi-
,deratione sui. Unde Helinaldus dicit, quòd in templo Apollinis tale
,oraculum fuisse legatur datum: γνῶθι σεαυτὸν, id est, NOSCE TEIP-
,SVM. Quæ sententia Iob 5. scribitur his verbis: *Visitans speciem tuam* Iob. 5.24.
,*non peccabis*. Idem enim est seipsum cognoscere, quòd speciem suam
,visitare: species quippè hominis est anima, ad Imaginem Dei facta:
quæ tunc visitatur, quando qualis sit in vita indagatur'. Et interposi-
to in eam rem Bernardi testimonio, subdit author inferiùs ibidem:
,'Ista cognitio sui, quam facit prudentia, inducit tria magna bona:
,videlicet iudicium cognitionis divinæ, principium salvationis huma-
næ, fastigium perfectionis æternæ'. Et singulis hisce tribus subsequè-
ter per ordinem probatis, subdit adhuc infrà de contraria ignoratione
sui: 'E contrario ex ignorantia suiipsius consequuntur hominem tria
,mala seu detrimenta. Est enim fundamentum infirmitatis, nutrimen-
tum iniquitatis, complementum fatuitatis'. Quæ tria subsequenter
vsque ad finem capitis singulatim prosequitur author & confirmat.
Sed nec minùs dilucidè Laurentius Justinianus, tum alibi passim, tum
in

Vide Hug. Vict. l. 1. Didasc. c. 2. & Rich. Vict. in Beniamin Minor. c. 78. & Bern. de Septem Gradibus Confess. in Gradu 1.

Petrus de Alliaco. Vide Cassiod. in Prologo libri de Anima.

Antoninus.

Digitized by Google

in ſpeciali Libro *de Humilitate* inſcripto, eandem cognitionis ſui vtilitatem & neceſſitatem inculcat, ita ſcribens cap. 2. 'Humilitatis virtus diſcretionis limites non excedit, propriæ infirmitatis optimo erudita magiſterio: nam humilitatis definitio eſt, ſuimet hominis certa cognitio. Hæc profectò ſui cognitio eſt fundamentum ſolidiſſimum & ſtabile, ſupra quod humilitatis ſtructura locata eſt, augetur, atque perficitur. Hæc, inquam, eſt ad ſalutem homini prorſus neceſſaria, ſine qua delictorum contritio eſſe non valet'. Et paulò infrà ibidem: 'Qui ignorat ſe, neſcit compungi, ſe humiliare dedignatur: & cùm ſit delictorum vlceribus plenus, incolumem ſe eſſe arbitratur: medicum non quærit, ſanitatis remedia ſpernit, charitatis monita non admittit: & tamdiu læthali morbo deprimitur, quamdiu in ſui cæcitate perdurat'. Et adhuc infrà ibidem: 'Profectò qui ignorat ſe, ignorat Deum, & ab eodem ipſe ignorabitur'. Et poſt multa in eam rem ſubſequenter ibidem congeſta, concludit capitulum hacce coronide: 'Quamobrem, beatum eſſe dixerim, qui de ſe non qualemcunque, ſed veram cognitionem habere meruerit'. Eodem cum his ſæculo floruit Thomas Malleolus, vulgò à Kempis: qui in omnibus ſuis lucubrationibus id penè vnicè agit, vt humanæ fragilitatis & divinæ præcelſitatis notitiam mortalibus ingerat. Eius Opuſcula paſſim in manibus ſunt, & ideò paucula duntaxat ex eis teſtimonia hic commemorabo. Inter illa extat ſpeciale Opuſculum *de Recognitione propriæ fragilitatis* inſcriptum: in cuius 5. capite hæc habentur: 'Caſtigatur ſæpè iuſtus, interno ſolatio occultè ſubtracto: eruditur tamen animus flagellis, ne de ſe præſumat in bonis. Novit ergo Dominus, quid tibi ſit vtilius. Sæpè obeſt ſaluti, quod tu vehementer affectas. Eſt etiam ſæpè pro te, quod tu æſtimas tibi adverſari. Placita ſibi cupit infirmus, ſed medicus dat quod illi novit ſalubrius eſſe. Sanùs iaces humi proſtratus, quàm ſtabas intùs elatus. Liberior eſt pauper in modicis, quàm dives in opibus multis. Nulla res prodeſt exteriùs, ſi interior gratia deſit & virtus. Si Deus dulcedinem ſuam tibi ſubtrahit, ne mireris: quia multis ſic accidit, ne ſibiipſis hanc gratiam aſcribant'. Qua de re ſatis fusè in præcedentibus actum eſt, præſertim cap. 10. & aliquot ſequentibus. Rurſus idem author cap. 6. eiuſdem Opuſculi, ita ſcribit de cognitione propriæ fragilitatis: 'Fælix humiliatio animæ dolentis, quæ cognitionem propriæ infirmitatis ſibi aperit; vt plangat intensè, quòd propriâ iniquitate commiſit. Suppleat ſemper humilitas, vbi deficit perfecta charitas. Citò illi ignoſcendum eſt, qui reatum ſuum humiliter confitetur'. Qualiter porrò ad ſalubrem hanc reatus proprij confeſſionem pervenire quis poſſit, indicat idem author Meditat. 21. quæ *de Cuſtodia humilitatis, & Conſideratione propriæ fragilitatis* inſcribitur, dicens homini: 'Reduc ad memoriam mala præterita, vitia præſentia, pericula futura: & nequaquam elatè ſenties; ſed magis timebis, & vilem atque invtilem te pronuntiabis. Non indiget Deus ſervitio tuo, etiamſi rectè egeris; nec ei dignè placebis, niſi te

Laurent. Iuſtin. Vide ibid. c. 5. & 12. & 16. & l. de Gradib. perfect. c. 8. & de ligno vitæ fructu 11. c. 1. & 4. & lib. de Caſto Connubio c. 17. & in Faſciculo amoris. c. 16. & lib. de Triumphali agone c. 12. & l. de Conflictu interioris c. 8. & l. de Vita ſolitaria c. 18. & lib. de Contemptu mundi c. 2. & 19. & lib. de Obedientia cap. 20.

Thomas à Kempis.

in ignum & invtilem ſervum cognoveris'. Quam cognitionem extollens, & omni exteriorum perſcrutationi præferens idem author lib. 1. de Imitatione Chriſti cap. 2. 'Hæc eſt (inquit) altiſſima & vtiliſſima ,lectio, ſuiipſius vera cognitio & deſpectio. De ſeipſo nihil tenere, & ,de alijs ſemper benè & altè ſentire, magna ſapientia eſt & perfectio'. Et rurſus lib. 2. cap. 5. 'Internus homo (inquit) ſuiipſius curam om-,nibus curis anteponit: & qui ſibiipſi diligenter intendit, faciliter de ,alijs tacet. Nunquam eris internus & devotus, niſi de alienis ſiluëris, ,& ad teipſum ſpecialiter reſpexeris: ſi tibi & Deo totaliter intendis, ,modicum te movebit, quod foris percipis. Vbi es, quando tibi præ-,ſens non es? Et quando omnia percurriſti, quid te neglecto profeciſti'?

Sub initium ſæculi proximè ſequentis floruit Trithemius Abbas Spanhemenſis: qui Lib. 1. Sermonum ad Monachos Serm. 4. ita de Cognitione ſui & Dei ſcribit: 'Utraque cognitio, Dei videlicet & ſui, vnicuique mortalium neceſſaria eſt ad ſalutem'. Rurſus lib. 2. de Regione Clauſtralium art. 7. enumerans radices divini timoris, poſtquam tres priores radices commemoraſſet, meditationem videlicet divinæ maieſtatis, meditationem humanæ redemptionis, & meditationem divinæ in nos beneficentiæ, ita ſcribit de radice 4.' Quarta ,radix divinum producens timorem, COGNITIO SVIIPSIVS dicitur: ,vtilis valdè, ſi ad præcedentes radices referatur. Enimverò ſi quanta ,nobis tantillis Dominus tantus fecerit ad mentem conſiderando re-,ducimus, quàm ſimus indigni, viles, & prorſus immeriti ad omnia ,cognoſcemus. Ad cognitionem verò ſui hominem quatuor debent in-,ducere, ex quorum conſideratione nos Deum maximè convenit ama-re'. Primum horum quatuor conſtituit Trithemius, conſiderationem humanæ creationis de nihilo: Secundum, conſiderationem vilitatis materiæ ex qua homo ſecundùm corpus plaſmatur: Tertium, conſiderationem humanæ conceptionis in peccato parentali: Quartum, conſiderationem frequentium lapſuum in peccata actualia. Quibus omnibus ſingulatim perſtrictis ſubdit author inferiùs ibidem: 'Eſt & ,alius cognitionis propriæ modus, qui Dei reſpectu aſſumitur, quo-,ties inter Deum & hominem comparatio incomparabilis cogitatur. ,De hoc modo clarus in contemplatione dicit Bernardus: *Nunquam ſe ,melius deprehendit modus imperfectionis humanæ, quam in lumine vultus Dei, & ſpeculo viſionis divinæ*'. Idem rurſus lib. 1. de Tentationibus Religioſorum cap. 11. 'Ad magnam (inquit) vtilitatem fidelium materia eſt ,reſervata certaminum, vt non ſuperbiat ſanctitas, dum pulſatur in-,firmitas. Hoc eſt quòd Iſraël Iebuſæum tolerat, vt humana mens de ,ſe humilia ſentiat, & agnoſcat ſe eſſe infirmam, dum ſuæ imbecillita-,tis exercitatorem portat. Et idcircò Deus hominem tentari permit-,tit, vt dum animus contrarijs percutitur, infirmitate ſuâ agnitâ in Deo fortiùs ſolidetur'. Et paulò infrà rurſus ibidem: 'Sunt plerique (in-,quit) qui priuſquam tententur, fortes ſe exiſtimant: qui tentati, quan-

Trithemius.

Vide Proſp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 3. in Addita-mento Cambre-menſi ſuprà hoc cap. 11.

ta

ta sit infirmitas sua experiuntur, quàm antèà ignorabant'. Et rursus infrà ibidem: 'Prodest ergo tentatio ad experientiam, vt sciat homo ,infirmitatem suam, mundi malitias, diaboli astutias & artes eius no-
Eccl. 34. 9 ,cendi innumeras, quas non expedit ignorare. Vnde scriptum est, *Qui non est tentatus, quid scit*? Antonius Guevara Episcopus Mondinien-
Anton. Guevara. sis, Caroli V. Imperatoris Ecclesiastes, Dissertatione *de Humanæ vitæ miseria*, ita in rem hanc scribit: 'Inter ea quæ inter filios vanitatis in- ,venit vanissima, non vltimum hoc est, quòd operam in considerandis ,syderum proprietatibus, planetarum influxibus, orbium cœlestium ,motibus ponunt; seipsos verò considerare, vnde vtilitates percepturi ,essent plurimas, recusant. Ex eo quippè quòd homo studium in ,consideratione ponit alienorum, oblivio nascitur propriorum. Si per- ,penderemus corruptionem ex qua formati, immunditiam de qua ge- ,nerati sumus, molestias innumeras cum quibus nascimur, laborem ,infinitum quo educamur, dolores innumeros cum quibus vivimus; ,&, quod caput est, periculum ingens cum quo moriendum est: fu- ,turum (ita me Deus amet) esset, vt in hac meditatione mille causas ,mortem optandi, ac ne vnam quidem prolongandi vitam invenire- ,mus. Versentur sanè multos in Academijs annos filij vanitatis, atque ,ibi Rhetoricen discant, in Philosophia se exerceant, Platonem legant, ,audiant Aristotelem, ediscant Homerum, versent Ciceronem, scru- ,tentur Ptolomeum, occupētur in Xenophonte, auscultent Titum Li- ,vium, Aulum Gellium non obliviscantur, Ovidium noverint: Ego ,verò aio atque affirmo, non parum didicisse, qui SEIPSVM NOSSE ,didicit. Æschines dicebat, & rectè quidem, *Non minimam, sed maxi- ,mam potius Philosophiæ partē esse, si cognoscat homo ad quid natus sit.* Si enim ,penitiùs quis inspiceret, quid rei sit homo; plura intra sese inveniret, ,quibus ad humilitatem invitaretur, quàm quibus ad superbiam inci- taretur'. Paulò post prædictos floruit Ludovicus Blosius Abbas Læ- tiensis: cuius omnia penè opera, perinde ac Thomæ à Kempis, ad notitiam sui & Dei eruditi homines: 'Si verè Deo vis placere (ait *Lud. Blosius in Sacello animæ p. 1. §. 3. n. 1.* ,ipse quodam loco) atque ad eximium eius amorem pervenire, OB- ,SERVA TEIPSVM iugiter ac vigilanter in cunctis operibus, verbis, co- ,gitationibus, affectibus, sensibus ac gestibus tuis: sedulò refrænans ac ,mortificans propter Deum vitia & pravas concupiscentias tuas; atque ,abstinens ab omnibus, quæ honori voluntatiq; Dei contraria esse nō- sti'. Et rursus inferiùs p. 3. eiusdem Opusculi cap. 13. n. 8. 'Amoro- ,sa (inquit) consideratio magnitudinis Dei & fidelitatis eius erga nos, ,nostræ item pravitatis & erga illum infidelitatis, vtilis admodum est ,& iucunda. Dum enim bonus homo, divinam celsitudinem attendens, ,in valle humilitatis residet, agnoscitque se nec esse, nec habere, nec ,posse quicquam ex seipso, & quòd suis viribus neque progredi neq; ,perseverare queat in virtutibus, in quibus etiam se multipliciter de- ficere, ac plurima negligere, variasque culpas in Deum admittere ,sentit: tum Christus sol iustitiæ in supremo cœli vertice ad dexteram

,Patris constitutus, radios gratiæ suæ in cor huiusmodi humilis homi-
,nis, tanquam in vallem depressam, immittit; & illud fertile ac sibi
gratum reddit'. Idem rursus in *Conclav. animæ* p. 1. cap. 6. §. 1. 'Legi-
,ter (ait homini) sollicitus esto pro puritate cordis servanda: nun-
,quam inordinatæ securitati te tradas, cùm hæc vita sit plena laqueis,
,tentationibus, & periculis: sed semper cum rationabili & sancto me-
,tu tuam salutem operare. Verissima enim sunt verba Sapientis, dicen-
,tis: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua*'. *Eccli.* 27. 4.
Et inferiùs ibidem cap. 7. §. 1. 'Si non potes (inquit) esse perfectus
,sicut optas, humilia teipsũ, & resignatus esto. Gratulare ex animo his
,qui perfecti sunt, Deumq; glorifica, & ei gratias age pro illorum per-
,fectione. Solet verò Dominus permittere, vt in plerisque electis suis
,sibi charissimis semper aliquid vitij atque imperfectionis resideat, quò
,sibiipsis vilescant, & humiles permaneant'. Et rursus inferiùs cap. 8.
ibidem: 'Itaque (inquit) habe cor humile ac submissum: Agnosce
,tuum nihilum, tuam infirmitatem & impotentiam; agnosce tuam er-
,ga Deum ingratitudinem, tuam malitiam ac vilitatem. Enimverò
,ex teipso nihil es; & sine adiutorio gratiæ Dei nihil boni velle, nihil
,boni agere, & nec vnam quidem piam cogitationem concipere potes.
,Ex teipso ad malum semper propensus es: & nisi Deus te servaret, nõ
,est aliquod tam horrendum scelus, quod non admitteres. Quare nul-
,li quantumvis flagitioso homini teipsum præferre debes. Si non ad-
,misisti gravia peccata, tu certè ob bonitatem Dei, quæ te in illa ruere
,non permisit & tibi virtutem benè vivendi præstitit, præclariorem
,habes causam te humiliandi, quàm habeat is qui post perpetrationem
,multorum criminum veniam obtinuit & in gratiam receptus est à
,Domino. Cùm nihil in te sit propriè tuum, nisi peccatum; tu quic-
,quid boni habes & agis, attribue Dei misericordiæ ac benignitati;
,non tuam, sed Dei laudem & gloriam quærens: ne pilum quidem ex
donis Dei tibi assumas'. His addi potest Georgius Venetus, eiusdem
sæculi scriptor, Tomo 6. *Problematum* sect. 3. Problem. 68. & rursus
Georgius Venetus. in *Harmonia mundi* Cantico 3. Tono 1. cap. 7. 'Extat (inquiens) mo-
,numentum à sapientibus celebratissimum, quo valeat homo corpus
,proprium, & omnia quæ intra corpus sunt, & quæ circa ipsum adia-
,cent, moderari. Id autem est propria SVI COGNITIO: non quidem
,quòd terra sit, aũt ex vili materia ortus, aut brevi in terram resol-
,vendus, ac vivens innumerabilibus quæstionibus immixtus: vt non-
,nulli monumentum illud interpretantur. Sed exquiritur, vt cognos-
,catur, quæ sit anima propria, vnde progrediatur, quantis & quot
,gradibus perfectionis referta, quâ intelligentiâ communita, quibus
,medijs in corpus diffusa, quâ harmoniâ cum ipso compacta, quam af-
,finitatem cum Deo, intelligentijs, cœlis, elementis, & rebus omnibus
,habeat, quorum imaginem & simulachrum tenet; quibusve influxi-
,bus compaginatum sit corpus, & quo vitæ curriculo terminandum,
,vltra quod non detur progressus. Hæc enim & huiusmodi exquirit
monu-

Digitized by Google

,monumentum; quod Græcia iactat se aboraculo Delphico in vetu-
,stissimo tripode ante omnes accepisse. Nec tamen loquenti in oracu-
,lo detur laus, tanquam illius documenti inventori; cùm ante Apol-
,linis oracultum, illud tradiderint qui à Spiritu sancto edocti fuerant:
Iob. 5. 24. ,ait enim Iob, *Visitans speciem tuam non peccabis.* Visitat namq; speciem
,suam, qui aliquando mente formam propriam, atq; seipsum contem-
,platur: Quod necesse est, si partes omnes suiipsius, tanquam totius in-
,strumenti chordas, suo loco disponere velit, & in suam dignitatem
restituere seipsum'. Prætermitto hìc Petrum Feburium Roberti Ci-
boli interpolatorem: quia eius de hac re lucubratio nondum est; quod
sciam, de Gallico in Latinum idioma translata. Ob quam etiam cau-
sam omitto Petrum Charronium, cuiusmodi super hoc eodem argumento
lucubratio iheunte hoc decimo sexto sæculo prodijt. Quem paulò post
subsecutus est Ludovicus Carbo, Latino alioqui idiomate excusus; sed
qui passim in manibus est, & Philosophicè magis quàm Theologicè
procedit: quemadmodũ & Diodorus Tuldenus, Lovanij Anno 1631.
de Cognitione sui editus. Quo etiam anno excusa est ibidem luculentissi-
ma Cornelij Iansenij *de interioris hominis Reformatione* Oratio, ex Au-
gustini verbis contexta, atque sui cognitionem vivaciter ingerens.
Quæ sufficere pro nunc videntur, quibus liquidò appareat, Quàm sit
inoccidua famâ celebrata per orbem Littera, COGNOSCI quę SIBI
quemque iubet.

Petrus Feburius, Rob. Ciboleus.

Pet. Charronius.

Lud. Carbo.

Diod. Tuldenus.

Corn. Iansenius.

CAPVT XX.

Vnde tanta cognitionem sui veraciter perdiscentium paucitas, cùm tanta sit ac semper fuerit eandem vivaciter ingerentium numerositas?

1. COronidis loco discutiendum hìc superest: vndenam proveniat, quòd cùm tanta sit & semper fuerit magistrorum cognitionem sui vivaciter ingerentium numerositas, tanta nihilominus sit & semper fuerit discipulorum veraciter obsequentium paucitas? Non deerit fortè, qui compendiariò respondendum censeat, Id provenire ex ipsa rei cognoscendi difficultate: [a] 'Rèvera enim (inquit Basilius) diffi-
,cillimum esse omnium videtur, SEIPSVM COGNOSCERE. Non solus
,enim oculus, ea quæ sunt foris conspiciens, in seipsum cernendum
,haud vtitur facultate videndi; sed ipsa mens etiam nostra peracutè
,perspiciens alienos errores, tarda est & cunctatior ad proprios suos
cognoscendos defectus'. Cui consonat & illud Abbatis Nili apud Da-
mascenum lib. r. Parallelorum cap. 66. 'Antè omnia teipsum nosce:
nihil enim difficilius, nihil laborioſius atque operosius est'. Et illud
item Abbatis Antiochi Homil. 61. in principio: 'Nullâ non in re at-
,tentam suiipsius gerere curam, res quidem perquàm ardua; sed salutà-
ris, Deoque vel inprimis accepta'. Illud denique Richardi Victorini:

[a] *Basil. Hom. 9. in Hexameron. Vide Greg. Nyssen. Orat. de non Lugendis in fide defunctis, sub initium. Nilus. Antiochus.*

Magna

[b] Rich. Vict. in Beniamin minore cap. 75.

'[b] Magna altitudo scientiæ, seipsum perfectè cognovisse: Mons magnus & altus plena cognitio rationalis spiritus'. Et rursus Tract. 1. de Exterminatione mali & promotione boni cap. 12. 'Durum, difficile, grande, seipsum relinquere, SEIPSVM BENE INSPICERE, & plenè despicere, perfectè probare, & penitùs improbare. Hìc labor, hìc gemitus: *Pravum est cor hominis, & inscrutabile: & quis cognoscet illud?* Hier. 17. Compendiaria hæc responsio quantumvis vera, erudito tamen lectori non plenè satisfacit: quia subinquirendum ei vlteriùs restat, Vndenam hominibus tam crebrò admonitis tanta se noscendi difficultas obvenerit. Hìc proinde locum mutatis terminis habet illud Augustini,

[c] Aug. lib. 2. de Peccat. merit. c. 17.

de impeccantia differentis: [c] 'Cùm voluntate humana, gratia adiuvante divinâ, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit: possem facillimè at veracissimè respondere, Quia homines nolunt. Sed si ex me quæritur, Quare nolint, imus in longum'. Ne tamen nimioperè in longum hìc eamus, recolenda sunt quæ de fontibus ignorationis sui, superiùs cap. 4. & duobus sequentibus allegavimus. Triplex etenim libido ibidem commemorata, omnibus hominibus ex vitiata origine descendentibus communis est, nisi in quantum inde per Dei gratiam liberantur; quæ non nisi paucis ad plenè se cognoscendũ, iusto Dei iudicio, in hac vita submiistratur: in reliquis libido ignorationem sui parsens dominatur: [d] 'Nimirum lapsus homo (ait quidam) ab excelsissima æternitate, & ab incommutabili sapientiæ veritate, & à fæliciissima spiritualium deliciarum dulcedine; dum sibi vult esse excellendi, sciendi, & gaudendi fons atque principium, Superbus, Curiosus, & carnaliter Voluptuosus, cum omni sua posteritate effectus est. Nam per ipsam boni maliqúe experientiam continuò in se demersus suam sensit indigentiam: ideoque tenebrosâ quâdam æmulatione divinæ excellentiæ, scientiæ, ac beatitudinis, quas gustaverat, & quibus mirabili suæ naturæ exaltatione & illustratione & gaudio conglutinatus fuerat, trium immundarum cupiditatum impetu ardentissimè nititur contemptæ felicitatis resarcire iacturam; vt amissâ tantorum bonorum veritate infelix animus saltem vmbrâ eorũ quoquo modo suam miseriam consoletur. Hi sunt etenim vulnerati hominis extremi conatus, & quasi semivivi cadaveris palpitatio, quâ non se penitùs extinctum esse testatur: hi tres denique fontes sunt, vnde omnium humanorum flagitiorum (vt constantissimè frequentissimèq; Augustinus docet) corruptela promanat. Et sanè nullum tentationis genus est, quo diabolus sive superatos proterit, sive stantes impellit, quod non vno istorum generum, sive Superbiâ, sive Curiositate, sive carnali Voluptate comprehendatur. Etenim quæ semel arma tantâ victoriæ facilitate in primis hominibus expugnandis expertus est, illa ipsa ad vniversum humanum genus superandum delendumq; dedicavit. Per illud namque, *In quocunque die comederitis ex eo*, infimarum pruritum voluptatum ipsis medullis inseruit: Per illud, *Aperientur oculi vestri scientes bonum & malum*, inquietissimam curiositatem

[d] Corn. Iansen. Orat. de Interioris hominis Reformatione.

Vide Laurent. Iustinian. de Triumphali Christi Agone cap. 18.

Vide Aug. lib. 3. Confess. c. 8. & l. de Vera Relig. c. 38. & Aelred. in Compendio Speculi Charit. cap. 51.

Vide Greg. Homil. 16. in Evang.

Gen. 3. 5.

Digitized by Google

,tatem inſpiravit: Per illud, *Eritis ſicut Dij*, occultiſſimum ſuperbiæ ,vulnus inflixit. Hinc ipſe Imperator noſter, qui confoſſum tribus vul-,neribus hominem ſanare venerat, tribus illis telorum generibus op-,pugnatus eſt, & eorum aciem ſcuto ſuæ veritatis fregit; ne imitato-,ribus eius arma, quibus victi fuerant, ampliùs tremenda viderentur. ,In pane voluptas carnis; in tentatione Dei (quâ, num ab Angelis ,ſuſciperetur, experiri iubebatur) ſciendi experiendique curioſitas; in ,promiſſione regnorum omnium Superbia propinabatur. Videlicet ,eodem penitùs ordine quo creaturâ anteà præcipitaverat, etiam crea-,torem impellere nitebatur. Quibus tentationibus finitis, tanquam ex-
Luc. 4. 13. ,hauſto diaboli armamentario, addit Evangeliſta: *Et conſummata omni ,tentatione diabolus receſſit ab eo.* Quod triplex cupiditatis genus divini-,tùs breviterque ab Apoſtolo comprehenſum eſt, dum omne omninò
1. Io. 2. 16. ,quod in mundo eſt, *Concupiſcentiam carnis, Concupiſcentiam oculorum, & ,Superbiam vitæ* eſſe teſtatur. Quicquid enim flagitiorum corpus huma-,num animumque contaminat, quicquid facinorum in hominum ſo-,cietate graſſatur, quiſquis ſagaciter attẽtèq; cõſiderarit, his tribus fon-,tibus ſcaturire comperiet; his obſtructis areſcere, & ſuffocari. Quid ,enim in toto homine, niſi corpus & anima? Quid in anima, niſi intel-,ligentia & voluntas excogitari poteſt? Voluntati ſuperbia, intelli-gentiæ curioſitas, corpori concupiſcentia carnis impreſſa eſt'. Per ſu-perbiam ſupra ſeipſum homo extollitur, per curioſitatem extra ſeip-ſum effunditur, & per carnis concupiſcentiam infra ſeipſum de-primitur. Atque ita dum varijs cupiditatibus quaſi quibuſdam fu-niculis in diverſa diſtrahitur, conſiſtere intra ſemetipſum non ſini-tur: [e] 'Temporalium enim ſpecierũ multiformitas (inquit Auguſti-,nus) ab vnitate Dei hominem lapſum per carnales ſenſus diverbera-vit, & mutabili varietate multiplicavit eius affectum'. Huc reſpexiſſe videtur Laurentius Iuſtinianus, cùm de homine prævaricationis ſuę ruinâ oppreſſo diceret: [f] 'Factus eſt in contradictionem ſibimet, cùm ,obedientiæ ſtatuta neglexit: Longè nimiùm abijt à ſe, cùm à patre ,receſſit: Se etiam cui noluit ſubdidit, quando cui debuit ſe ſubmitte-,tere parvipendit. Hinc libertatis privatus arbitrio, quò non vult ,ducitur, trahitur, catenatur. Hinc ſapientiæ & ſcientiæ cæcatus lu-,mine denſiſſimas ſpiritualis noctis tenebras patitur, & ignorat. O ,quàm ſæpè ponendo lucem tenebras, & tenebras lucem, dicit malum ,bonum, & bonum malum! Nempe tamdiu tali errore illuditur, quã-,diu gratificantis gratiæ irradiatus ſplendore ſe vbi ſit agnoſcat, & do-,leat. Vtrumque in hominis reformatione neceſſariũ eſſe affirmo. Por-,rò nec ſine cognitione dolor, nec abſq; dolore valet perfecta eſſe cog-,nitio. Poteritne non dolere, cui amiſſi ineſt ſcientia boni? qui oneroſi ,exactoris iugo non ignorat ſe premi? qui diaboli aſtutias & tentamẽta ,adverſũ ſe noverit eſſe innumera? qui in mortali corpore conſtitutus ,intelligit ſe peregrinari à Dño? qui propriæ infirmitatis certamina, ac ,pereuntis ſæculi indeficiẽter diſcrimina patitur? Horũ omniũ notitiã ,præſtat cęleſtis gratię lumẽ, & divinę ſapiẽtię iucũda ſerenitas: quibus

[e] *Aug. l. de Vera Relig. c. 21.*

[f] *Laurent. Iuſtin. l. de Triumphali Chriſti Agone c. 22.*

Vide Macarium Ægyptium Homil. 27. Interrogat. 1.

Digitized by Google

quicunq; caruerit, errare atq; cadere compellitur vel invitus'.

Obiectio. Verùm cùm homo ceciderit superbiendo, adeoq; seipsum immoderatè amando; dubitari non immeritò potest, quomodo sic cadendo incurrerit seipsum noscendi difficultatem, siquidem non incurrit seipsum amandi difficultatem, sed potiùs facilitatem. Quis enim nesciat, verum esse illud tritum, à Richardo Victorino in suo Beniamin vsurpatum: [g] 'Vbi amor, ibi oculus'? Quod & idem author ibidem continuò hac paraphrasi elucidat: 'Libenter aspicimus, quem multum diligimus'. Si ergo facilis sit homini lapso amor sui, facilis etiam erit & notitia sui. Responsio. Respondetur, quòd etsi amor omnis aliquam habeat adiunctam rei amatæ notitiam; tamen vbi amor est inordinatus, notitia præsertim æstimativa eum consequens delusoria est & fallax. Testatur hoc vel inter ipsos gentiles Plato apud Stobæum: [h] 'Revera (inquiens) nimius in seipsum amor, omnium peccatorum omnibus sẽper est causa: occæcatur quippe circa amatum qui amat'. Subscribit ex Christianis Isidorus Pelusiotes, cùm ait: [i] 'Amor sui rectum labefactat corrumpitq; iudicium, atq; ijsdem oculis nostra alienaq; considerare non permittit'. Hinc est quòd Bernardus, vel quisquis alius author est Meditationum ei ascriptarum, exhortans hominem ad sui ipsius discussionem, inter alia ait: [k] 'Statue te ante te, tanquam ante alium': Innuens vtiq;, eum qui se tanquam ante seipsum statuit, & non tanquam ante alium, facilè ex Philautia sibijpsi abblanditurum: iuxta illud quod Isidorus Pelusiotes verbis ex ipso iam citatis præmiserat: 'Ad nostra quidem cæcutimus vitia, ad aliorum verò res acutim cernimus. Contrà verò in rectè factis nobis evenit. Nostra enim, etsi parva sint & exilia, grandia nobis videntur; proximi verò bona, quamvis magna & admiranda, contemnimus'. Appositè in hanc rem scribit Richardus Victorinus his verbis: [l] 'Omnis homo naturaliter seipsum amat, & approbat: & sanè in quantum diligit, in tãtum & magni pendit. Semper autem ex magnitudine dilectionis pẽdet mensura æstimationis: & quia modus dilectionis est sine modo, sine mensura est æstimationis suæ magnitudo. O quàm rarum, vt homo inveniri possit, qui contra Apostoli sententiam non *se putet aliquid esse, cùm nihil sit*! Sed nunquid saltem aliquid parvum? Imò verò magnum, & valdè magnum supra modum, & (vt figuratè loquar) penè plusquam aureum, cùm veraciter sit vile lutum. Vt quid superbis terra & cinis? *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera celi posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Oportet itaq; eum qui adhuc apud se in immensum tumet, ab enormi illa æstimationis propriæ altitudine detumescere, & ad veræ humiliationis ima gradatim descendere, & tandem aliquando seipsum velut nihilum & inane reputare, velut vile lutum despiciendo calcare, & quasi favillam & cinerem omni hora aspicere, si æternæ stabilitatis regnum cupit in seipso consurgere. Concinit in hanc sententiam, cui non erat similis super terram: *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilla & cineri.*

2.

Gal. 6. 3.

Abdiæ 1. 4.

Iob. 30. 19.

Vultis

g *Richar. Vict. in Beniamin minore c. 13.*

h *Plato apud Stobæum Serm. 3.*

i *Isidor. Pelus. l. 5. Epist. 234. Vide Rich. Vict. in Psal. 25. sub initium.*

k *Bernard. in Meditat. c. 5. Vide Hug. Vict. l. 1. de Anima c. 6. supra cap. 19. §. 4. Isidor. Pelus.*

l *Rich. Victor. lib. 1. de Erudit. hominis interior. c. 21. Vide eundem Annotat. in Psal. 25. sub initium, & Thẽ. à Kempis Meditat. 17. & l. 3. de Imitat. Christi c. 27.*

Digitized by Google

, Vultis autem adhuc apertiùs audire, quàm omnino ab omni confi-
, dentiâ sui deiectus fuit ille, qui inter omnes orientales magnus appa-
Iob. 7. 16. , ruit? *Desperaui*, inquit, *nequaquam vltrà iam viuam.* Desperasse se di-
, cit: sed dubitas fortè de quo, de Domino, an de seipso? Audi ergo
, quid alibi dicat, & agnosces quàm fortiter in Domini confidentiâ
Iob. 13. 15 , fixus manebat: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Sperabit itaq;, sed
, de Domino: desperabit nihilo minus, sed de seipso. O quanta per-
, uersitas, de seipso præsumere, & de Domini pietate desperare'. Ex his
patet, tam difficile esse vt quis se veraciter noscat, quàm vt philautię
in se pruritum compescat. Porrò quia seipsum amando protoplastus
superbivit & cecidit, pruritum istum tam altè suis posteris ingenuit, vt
absq; omnipotentis medici ope compesci non possit: [m] Præcedit er-
, go (vt Augustinus perhibet) in voluntate hominis appetitus quidã
, propriæ potestatis, vt fiat inobediens per superbiam. Hic autem appe-
, titus etiam si non esset, nihil molestum esset: Et cùm hoc voluit ho-
, mo, sine difficultate noluisset. Secutum est autem ex debita iusta poe-
, na tale vitium, vt iam molestum esset obedire iustitiæ. Quod vitiũ
, nisi adiuuante gratiâ superetur, ad iustitiam nemo conuertitur: nisi
, operante gratia sanetur, iustitiæ pace nemo perfruitur. Cuius autem
Psal. 84 5. , gratiâ vincitur & sanatur, nisi illius cui dicitur, *Conuerte nos Deus sa-*
, *lutaris nostrarum, & auerte iram tuam à nobis?* Quod etsi facit, mise-
Psal. 102. , ricordiâ facit, vt dicatur, *Non secundùm peccata nostra fecit nobis, nec*
10. , *secundùm iniquitates nostras retribuit nobis*: Et quibus non facit, iudicio
Psal. 100. , non facit: Et quis dicet illi, quid fecisti, cui *misericordia & iudicium*
1. , pia sanctorum mente cantatur? Idcircò etiam sanctos & fideles suos
, in aliquibus vitijs tardiùs sanat, vt in his eos minùs, quàm implen-
, dæ ex omni parte iustitiæ sufficit, delectet bonum, siue cùm latet, si-
, ue cùm etiam manifestum est: vt quantum pertinet ad integerrimã
Psal. 142. , regulam veritatis eius, *non iustificetur in conspectu eius omnis viuens.* Nec
2. , in eoipso vult nos damnabiles esse, sed humiles; commendans nobis
, eandem gratiam suam, ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrum
, putemus esse, quod eius est. Qui error multùm est religioni pietatiq;
, contrarius. Nec ideò tamen in eisdem vitijs nobis permanendum esse
, existimemus, sed aduersùs ipsam maximè superbiam, propter quam
, in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipsum deprecemur
, ardenter, simul intelligentes, & quòd sic conamur, & quòd sic depre-
, camur, dono illius nos habere': vt in omnibus non ad nos respicien-
, tes, sed *sursum cor habentes*, *Domino Deo nostro gratias agamus*; & cùm
1. Cor. 1. *gloriamur, in illo gloriemur'*. Neq; verò vel ex hoc ipso gloriari in nobis
31. aut ex nobis possumus, quòd *in Domino gloriemur*: quia vt alibi idem
Augustinus asseverat, [n] Hoc præceptum obedienter audire, id est, vt
, *qui gloriatur, in Domino gloriatur*, similiter vt cætera, Dei donum est'.
Et vide quanta sit istius doni necessitas: Subdit enim continuò Au-
gustinus: ' Quod donum qui non habet, non dubito dicere, alia quę-
cunq; habet, inaniter habet'. Quisquis proinde vel in seipso vel in alio

[m] *Aug. lib. 2. de Peccat. meritis cap. 19.*

[n] *Aug. lib. de bono perseuer. c. 24.*

quopiam præterquam in Domino gloriatur, quæcunque habet, inaniter habet: ° ' Audi apertè (ait quidam) diligenter adverte, memoriter retine: Si in aliqua gratia, in aliqua industria, in aliqua virtute tua confidis, præsumis, gloriaris; divinum quidem satis improbè honorem ei impendis, ne dicam, Deum tibi facis. *Qui gloriatur in Domino glorietur. Maledictus homo qui confidit in homine.* Ergo qui in se confidit, vel aliqua sua virtute. *Gloriam meam*, inquit, *alteri non dabo, nec laudem meam sculptili*'. Quòd si fortè ignoras quandonam censendus sit quis in seipso vel ex seipso gloriari: audi super hoc Hugonem Victorinum: ᵖ ' In se (ait ille) vel ex se gloriatur, qui esse putat ex se, quod ex Deo est, & ideò laudem sibi attribuit: qui quantum in se est, Deo aufert quod suum est. Solus enim Deus author est bonorum: vnde consequens est, quòd quicunq; dicit aliquid boni esse ex se, quodammodo se facit Deum. In se etiam gloriatur, qui licet sciat esse à Deo quod habet, tamen finem illius, quem deberet ad Deum referre, ad se retorquet'. Duas sibi prærogativas reservavit qui dixit, *Gloriam meam alteri non dabo*: quas alibi distinctiùs expressit, vbi ait: *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.* Priorem prærogativam insinuatam voce *Principium*, invadunt, qui ex se putant esse, quod ab ipso est: posteriorem prærogativam indicatam voce *Finis*, vsurpant, qui quod ab ipso esse fatentur, in seipsos velut finem retorquent. Sed Apostolus cùm præciperet, vt *qui gloriatur in Domino glorietur*, paulò antè præmiserat, *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Vbi per *omnem carnem*, omnem hominem, sive iustum, sive iniustum, intelligi voluit: ᵠ ' Non enim (inquit Augustinus) gloriantur iniusti, quia non habent vndè: nec iusti, quia ex ipso habent vndè; nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt: *Gloria mea, & exaltans caput meum.* Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est, *Vt non glorietur omnis caro coram ipso*: Ad iustos autem illud, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*'.

Sed qui philautiæ prurigine inquietantur, non solùm in Domino gloriari dedignantur, verumetiam vanam vbique gloriam aucupantur, cuius fumo interni eorum oculi inflantur: atque ita ne semetipsos noscant occæcantur. Eorum propriè morbus vanitas est: ʳ ' Quæ vt facilius vitari possit (inquit Prosper, vel quisquis alius author est librorum de vita contemplativa) quid in se corruptionis habeat, breviter declaremus. Est enim vanitas, inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio: potiendi honoris avida, sumet nescia, morbo excellentiæ inanis afflata, cava, morbida, turbulenta: animorum levium domina, malè fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendis seductoria, captis invicta: simulatio quædam virtutum, anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum: dulcis miseris, amara perfectis, periculosa dubijs, imperiosa subiectis, infirma fundatis: facilè captivat, captivatos oblectat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos

° *Richard. Victor. l. 1. de Erudit. hominis inter. c. 37. Vide Laurent. Iustinian. l. de Instit. & Regimine Prælat. c. 12.*

Dubium.

Decisio.

ᵖ *Hugo Victor. q. 13. in 1. ad Corinthios.*

Vide Rich. victor. Annot. in Psal. 25. paulò ante finem.

ᵠ *Aug. lib. de Correp. & Gra. cap. 12.*

ʳ *Prosp. lib. 3. de Vita contemplativa c. 10. Videibidem superiùs c. 8. & Hailgarii Camerac. lib. 1. de vitiis & virtut. cap. 2. & 4.*

Apoc. 1. 8.

1. Cor. 1. 31.

1 Cor. 1. 29.

Psal. 3. 4.

30

Digitized by Google

, tos humiliat : cui ſerviunt tumidi , ſub quâ iacent elati , quam inve-
, niunt perditi, ad quam currunt lapſuri, in quâ ſibi videntur ſtare iam
, lapſi. Hæc eſt vanitas , quæ non aliquas virtutes, vt putatur , exan-
, tlat; ſed licentiam vitiorum, cùm fuerit à vitioſis recepta, corrobo-
, rat ; cæterùm mentes virtutum plenas omninò non penetrat. Va-
, cuos ergo , ac nullis fultos virtutibus tentat ; & ipſos faſtu ruinoſæ
, ambitionis inflatos, in occulta dedecora quadam publicè furendi de-
, lectatione præcipitat : ſicut vacuam navim tempeſtas in diverſa tu-
, midis fluctibus iactat , & in area frumentis ſua gravitate manentibus
, leves ex ea ventus paleas raptat. Quòd ſi ita eſt , non vitioſos facit
, vanitas, ſed oſtendit : quæ illos ſui afflatus vento circumfert , ac lu-
, bricis circumactos affectibus rotat , qui ſe ad omnes eius impulſus
, ſtudio propriæ voluntatis accommodant , qui ſe de operibus , quorũ
, ſibi conſcij non ſunt , turpiter iactant ; qui ſe ab omnibus prædicari
, per nefas affectant ; qui ſanctos viros ſui comparatione depretiant ;
, qui vitio auræ popularis elati, nihil ſibi deeſſe perfectionis exiſtimãt:
, Occurrentium ſalutationibus gaudent , ſuis adulatoribus favent, vo-
, luptatibus parent, omnibus turpibus placent : Geſtiunt docere quod
, neſciunt , credi de ſe ſublimia volunt , delectabilia gravibus antepo-
, nunt : execrantur verbo , quod animo concupiſcunt : appellationes
, virtutum vitijs ſuis imponunt : ſeipſos fallunt, faventes ſibi deſipiũt:
, In promiſſione honeſta veloces , in exhibitione mendaces : à bono
, mutabiles , mali tenaces : In verbo graves , in animo turpes , vbiq;
, fallaces : Læti ad proſpera , fragiles ad adverſa , inflati ad obſequia ,
, anxij ad opprobria , immoderati ad gaudia , faciles ad humana , dif-
, ficiles ſemper ad honeſta. His ergo & ſimilibus delinitos vanitas pre-
, mit, NEC EOS AVT SVVM MORBVM SENTIRE, AVT AD MEDI-
, CVM VENIRE PERMITTIT. Et quid eſt ad medicum venire , niſi
, infirmum ſuas infirmitates agnoſcere ; nec placere ſibi , ſed de factis
, quæ illi videbantur eſſe gloriosa , confundi ? Quod certè illi non fa-
, ciunt , qui deſiderio comparandæ opinionis incenſi , eis tantùm ope-
, ribus quibus emitur favor humanus inſerviunt , & morum bona cõ-
, temnunt : tantumq; eos ardor humanæ laudis inflammat , vt labo-
, rioſa opera, quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, ſine
, labore ſuſcipiant , & libenter exerceant. Horum typum geſſit *Sichem*
Gen. 34. 2. *filius Hemor Heuæi*, qui circumciſionis moleſtiam , quam pro Deo ſub-
ire neglexerat pro Dina in coniugem impetranda ſubivit : [1] O quàm
, multi (ait quidam) vſque hodie ſunt , qui quod pro Deo facere no-
, luerunt, ſæpè pro amore Dinæ efficere non differunt; & pudendorum
, ſuperflua , quæ pro Deo amputare debuerant, orta confuſionis occa-
, ſione , pro evitando verecundiæ detrimento amputare non tardant ;
, & malunt in amputandis vitæ ſuæ ſuperfluis circumciſionis moleſtiã
, ſubire , quàm impudentes videri , & ſine verecundia eſſe ! Sed quis
, eſt *Sichem*, vel quis pater eius? vel quid ſibi volunt eiuſmodi nomina,
, *Sichem*, quod interpretatur humerus, vel labor ; & *Hemor*, quod ſonat

[1] *Rich. Victor. in Beniamin minore c. 50.*

,asinus? Sed si eorum facta consulimus, qui sint, citiùs invenimus. Qui ,enim sunt, qui solent non tam pro Deo, quàm pro Dina; non tam pro ,conscientia, quàm pro verecundia, pudenda sua circumcidere? Qui, ,inquam, alij erunt, quàm amore propriæ excellentiæ, & amor vanæ ,gloriæ? Talis filius de tali patre, de amore propriæ excellentiæ a- ,mor vanæ gloriæ. Attende nunc ergo hunc *Hemor*, quàm sit stultus; ,& invenies, quàm rectè nuncupetur asinus. Videamus ergo vnde ex- ,tollitur, vnde gloriatur. Si de eo quod non habet, sed habere se cre- ,dit; hac quæso stultitiâ quid stultiùs excogitari potest? Si autem ,habet, audiat quid ei Apostolus dicat: *Quid habes, quod non accepisti?* 1. Cor. 4. ,*Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Et quidem accepis- ,se, non accipientis, sed veraciter est gloria dantis. Quid enim habet ,homo proprium, nisi peccatum? Et quale erit, gloriari de malo pro- ,prio, sive de bono alieno? Talis itaque gloriator, quàm verè est ,stultus, tam rectè appellatur & asinus. Sed & quòd Sichem, humc- ,rus, vel labor dicitur; ad idem pertinere videtur. Humeris enim o- ,nera portamus, & hoc agendo vtique laboramus. Supponit itaque ,*Sichem* humerum suum ad portandum, & libenter desudat, sed ad so- ,lum nomen sibi faciendum. Recolamus modò quod de Issachar le- ,gimus: *Issachar*, inquit, *asinus fortis, vidit requiem quòd esset bona, & ter-* Gen. 49. ,*ram quòd esset optima: & supposuit humerum suum ad portandum.* Ibi Issa- 14. & 15. ,char asinum se reputat, & humerum suum ad portandum inclinat: ,Hic *Hemor* asinus dicitur, & *Sichem* laboriosum humerum habere de- ,monstratur. Videtis quia quicquid agitur pro lætitia vera, totum ,exercetur pro lætitia vana. Issachar laborat pro requie, quam vidit; ,Sichem pro laudis vanitate, quam concupiscit. Rectè tamen non la- ,borioſus, sed labor appellatur: quia per suum laborem ad veram ,requiem non perducitur. Quòd autem rectè labor dicatur, te- ,statur labor hypocritarum, qui tantùm laborant pro adipiscendo va- no favore hominum'.

Quid adeò dissimile veritati, vt vanitas? Et tamen homo ad simi- 4. litudinem sui creatus opificis, qui est ipsa veritas; prævaricando evasit similis vanitati, quinimò ipsa vanitas: Non solùm enim scriptũ est, *Ho-* Psal. 143. *mo vanitati similis factus est*; sed etiam scriptum est, *Vniversa vanitas om-* 4. *nis homo vivens*: t 'Audi eum (ait Iuliano Augustinus) qui dicit in Psal- Psal. 38. 6. ,mo: *Ecce veteres posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihil ante te:* ,*verumtamen vniversa vanitas omnis homo vivens.* Cùm ergo sit imago Dei ,omnis homo vivens, dic vnde sit etiam vanitas omnis homo vivens'? Non dixit id Iulianus, dixit ipse Augustinus lib. 17. de Civit. cap. 11. ,'Omnis (inquiens) humana natura per peccatum primi hominis in vanitatem de veritate collapsa est'. Et Serm. 50. de Tempore cap. 1. ,'Facti quidem sumus (inquiens) manibus veritatis, sed propter pec- ,catum proiecti in dies vanitatis: Facti sumus ad imaginem Dei, sed ,detrivimus eam transgressione peccati. Ideò Psalmus nos admonet, ,quomodo facti fuerimus, & quò pervenerimus. Ait enim: *Quamquam* Psal. 38. 7. *in ima-*

t *Aug. l. 1. Operis imperfect. c. 63.*

,*in imagine Dei ambulet homo.* Ecce quod factus est. Quò pervenit? Au-
,di quod sequitur: *Tamen vanè conturbabitur omnis homo.* In imagine
ambulat veritatis, & conturbabitur in concilio vanitatis'. Appositè
satis in hanc rem scribit Aelredus: [u] 'Primus parens noster (inquiens)
,libero muneratus arbitrio, poterat quidem (Dei tamen adiutus gra-
,tiâ) ipsum Deum perpetuò amando, in eius memoria notitiaq; per-
,petuò delectari, perpetuòque beatus existere: potuit & ipsum amo-
,rem suum ad aliquid minus reflectere, sicque ab eius amore recedendo
,frigescere, sesèq; miseriæ addicere. Sicut enim rationalis creaturæ
,nulla alia est beatitudo, quàm Deo adhærere; ita hoc eius miseria,
Psal. 48. 13. ,à Deo recedere. Verùm ille *in honore positus non intellexit.* Quid? For-
,tassis id, quod quidam ingrediens sanctuarium Dei, & intelligens nõ
Psal. 72. 27. ,modò in præsentia, sed etiam in novissima, *Quoniam ecce*, inquit, *qui*
,*elongant se à te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Non intel-
,lexit quia qui fornicantur à Deo per superbiam, devolvuntur in insi-
,pientiam; & qui per rapinam Dei vsurpat. similitudinem, meritò
,iumẽtorum induit dissimilitudinem. Libero ergo malè vsus arbitrio,
,amorem suum ab illo incommutabili bono deflexit, & ad id quod
,minus erat, propriâ cupiditate cæcatus reflexit: sicque à vero bono
,recedens, & ad id quod ex se bonum non erat deficiens, vbi aucupa-
,batur profectum, invenit defectum; perversèque diligendo seipsum,
,& se perdidit, & Deum: sicque iustissimè actum est, vt qui contra
,Deum Dei appetebat similitudinem, quò voluit fieri curiositate si-
,milior, eò cupiditate fieret dissimilior. Corrupta est itaque in ho-
,mine Dei imago, non abolita penitùs. Proindè habet memoriam, sed
,obnoxiam oblivioni; scientiam quoque, sed subditam errori; nihilò
,minus & amorem, sed pronum cupiditati. Perseverat adhuc in ani-
,ma rationali, in hac trinitate etsi misera, ipsius beatæ Trinitatis im-
,pressio, quæ ad ipsam animæ relata substantiam, quæ & sui reminis-
,citur, se novit, se diligit; quæ ipsam sui memoriam diligit, novit, re-
,miniscitur; ipsam sui scientiam reminiscitur, novit, & diligit; item
,ipsam sui dilectionem diligit, reminiscitur, novit; & in substantia
,vnitatem, & in his tribus quæ perstrinximus vocabulis præfert tri-
,nitatem. Vnde Psalmista, *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed &*
,*frustrà conturbatur.* Breviter quidem sed expressè satis his verbis san-
,ctus David vtrumq; insinuat animæ non deesse humanæ, & ex natu-
,ra imaginem, & ex peccato corruptionem. Nam & memoriam cor-
,rumpit oblivio, scientiam error obnubilat, amorem cupiditas co-
,angustat'. Ecce quemadmodum homo ambulans in imagine veritatis
conturbetur in concilio vanitatis. Non parum alioqui proficit, quita-
metsi cõturbetur in cõcilio vanitatis, nõ tamẽ sedet in cõcilio vanita-
tis, sed in iudicio sibi complacet veritatis, dicens Deo cum Psalte, *Iu-*
dica me Domine: hoc est, provt Richardus Victorinus elucidat: [w] 'Vel-
,lem scire qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum.
,Amor namq; privatus, quem erga meipsum habeo, aufert mihi ve-
rum

[u] *Aelred. lib. 1. Speculi Charit. cap. 4.*

[w] *Rich. Vict. Annotat. in Psal. 25.*

Digitized by Google

,rum iudicium de meipso. *Iudica me* ergo *Domine*, qui veraciter nosti
,me. Tu mihi dicis de te, *Quia ego sum veritas*: & ego scio, *Quia omnis* Ioan. 14.
,*homo mendax*. Parum itaq; mihi de meipso credo, vtpote homini men- Psal. 115.
,daci; timens, ne si meipsum iudico, *mentiatur iniquitas sibi*. Tu rectiùs 11.
,hoc facis, qui verax es: tu meliùs hoc potes, qui veritas es. Intret Psal 26.
,ergo veritas in cor meum, verum contra me perhibeat testimonium,
,verum de me proferat iudicium'. De quo porrò affectu deprecatio ista
Psalmistæ processerit, indicat ipse ibidem inferiùs subiungens, *Com-* Psal 25.
placui in veritate tua. Ex qua complacentia illud insuper consecutus est,
vt *non sederet cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introiret,* Psal. 25.4.
& odisset Ecclesiam malignantium: hoc est, vt idem Victorinus inferiùs & segg.
ibidem explanat: 'Vanitatem vitare volens, *non sedi cum concilio vani-*
,*tatis*: & quia iniquitatem declinare studeo, *cum iniqua gerentibus non*
,*introibo*: malignitatem etiam amare non possum, & idcircò *odivi Ec-*
,*clesiam malignantium*. Fateri autem oportet, quod verum est, quia ve-
,niunt sæpè ad mentem meam cogitationes innumeræ, & surgunt af-
,fectiones multæ, & sollicitant me de cura corporis, & suggerunt
,multa de usibus necessitatis. Conveniunt ibi quasi ad consulendum,
,veraciter autem ad decipiendum: & congregantur consiliarij multi,
,& consiliatores vani, imò deceptores veri. Congregantur autem
,quasi in concilium vnum, & quasi ad quærendum consilium bonum;
,& dantur in commune consilia multa, sed invtilia & vana; quia con-
,cilium vanitatis est, & totum eorum consilium de vanitate est. Sua-
,dent sumere vinum propter stomachum, somnum extendere propter
,cerebrum, carnem fovere ne tabescat, corpus recreare ne deficiat, ab-
,stinentiam aliquantùm relaxare, quieti parumper indulgere: & in
,hunc modum agitur de cura corporis cura superflua, & de vanitate
,ventilatur quæstio vana, & super huiusmodi invtili negotio consu-
,mitur sæpè dies integra. Sed experimento multo iam didici non cre-
,dere concilio vanitatis: & ob hoc maximè, ne apponerem cor ad
,consilia vana, *non sedi in concilio vanitatis*. Quoties enim video huius-
,modi convenire consiliarios vanos, non sedeo, nec quiesco; sed mentem
,excutio, nunc ad operationē, nunc ad orationē confugio, dicens: *Averte* Psal. 118.
,*oculos meos, ne videant vanitatem*: &, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*: 37.
,nec priùs cesso, donec evanescat vanitas, & eluceat veritas. Bonum Psal. 42. 3.
,est ergo, Domine, *non sedere cum concilio vanitatis*: bonum nihilo mi-
,nus non introire, sed potiùs declinare consortia iniquitatis. Sed si
,priùs non vitetur vanitas, minimè declinatur iniquitas. Qui enim
,servit gulæ, serviat necesse est avaritiæ: quia qui amat delitias, op-
,tat citiùs habere pecunias. Sed si ad amorem pecuniæ animum meum
,semel appono, consiliarijs iniquis & iniqua gerentibus citiùs acquies-
,co, & eorum consilia libenter recipio. Adsunt subitò cogitationes
,pravæ, assurgunt affectiones perversæ, consulunt accrescere census,
,quærere reditus; docent extendere prædia, erigere palatia; monent
,tributa regum ambire, munuscula pauperum non despicere, copu-

lare

,lare agrum ad agrum, coniungere domum ad domum, manus ,habere ad prædandum porrectas, ad dandum aliquid contractas, ,omnia accipere, nulla erogare, hoſpitalitatem non amare, elcëmo- ,ſynas defraudare; monent dilatare fimbrias, magnificare phylacte- ,ria, extenuare faciem, extendere orationem, vt videatur ab omnibus, ,vt audiatur à tranſeuntibus; ſermonem ad populum proferre, in pu- ,blico lachrymas profundere, fallaciter quaſi ad animas lucrandas, ve- ,raciter autem ad pecunias congregandas. In hunc modum ſæpè poſt ,concilium quærentium vana, agitur odioſa collatio agentium iniqua, ,& loquentium perverſa: Sicque ſæpè dum internæ quietis ſecretiora ,deſero, dum ad exteriora cogitanda de intus exeo, circumſtat me ,ſubitò talium cogitationum copioſa multitudo: nec declinare licet ,confabulationes talium tam iniquorum, *donec intrem in ſanctuarium* ,*Dei, & intelligam in noviſſimis eorum.* Propter hæc & huiuſmodi, *non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non intro ba'.*

Pſal. 72. 17.

Pſal. 25. 4.

5. Sed cùm dicat Eccleſiaſtes, *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniver- ſa vanitas*, dubitari non immeritò poteſt, qualiter intelligenda ſit illa Pſalmographi precatio, *Averte oculos meos ne videant vanitatem.* Si enim vniverſa quæ ſub ſole fiunt, vanitas ſunt; quid aliud eſt oculos averti ne vanitatem videant, quàm eos occæcari ne quidquam eorum quæ ſub ſole fiunt videant? Hunc ſcrupulum ſibiipſi propoſuit aliquando Auguſtinus, & è varijs eum expediendi modis illum prætulit, quo *oculus* pro intentione poſitus intelligitur: iuxta illud Evangelicum, *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Quando igitur Pſalmographus oculos ſuos à viſione vanitatis averti poſtulat, intentiones ſuas à creaturis ad creatorem, hoc eſt, à vanitate ad veritatem deflecti exoptat: [x] 'Magni intereſt (inquit Auguſtinus) cùm ali- ,quid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quip- ,pe noſtrum, non officio, ſed fine penſandum eſt: vt ſcilicet non tan- ,tùm ſi bonũ eſt quod facimus, ſed præcipuè ſi bonũ eſt propter quod ,facimus, cogitemus. Hos oculos, quibus contẽplamur quare faciamus ,quod facimus, *Averti* poſcit, *ne videant vanitatẽ*: id eſt, ne hanc attendat ,propter quam faciat, cùm boni aliquid facit. In qua vanitate præcipuũ ,locũ obtinet amor laudis humanæ; propter quã multa magna fecerũt, ,qui magni in hoc ſeculo nominati ſunt, multùmq; laudati in civitati- ,bus gentiũ, quærentes non apud Deum, ſed apud homines gloriã; & ,propter hanc velut prudenter, fortiter, temperanter, iuſtè q; viventes: ad quã pervenientes *perceperunt mercedem ſuam*, vani vanam'. Quia igitur omnibus Adæ poſteris dominatur huiuſmodi vanitas, quos ab e- ius tyrãnide nõ liberaverit veritas, alibi idem Pſalmographus ait: *Vniverſa vanitas omnis homo vivens*: [y] 'Alia eſt vanitas (ait quidam) quam ,in rebus iſtis viſibilibus cernimus, alia quam in nobis inviſibiliter ſen- ,timus. Iſta exteriora vana ſunt, quia cùm in corruptionem labuntur, ,ſpeciem ſuam perdunt: anima autem quæ per iniquitatem defluit, ,magis miſerabili vanitate decorem iuſtitiæ amittit. *Vniverſa* ergo va-

Scrupulus.

Mat. 6. 22.

Executitur.

[x] *Aug. Conſion. 12. in Pſal. 118.*

Mat. 6. 16.

Pſa. 38. 6.

[y] *Hug. Vict. Annotat. eruditat. in Pſalmos cap. 47.*

uitas

,*nitas omnis homo vivens* : quia & foris per mortalitatem præterit, & in-
,tus per iniquitatem. Qui si saltem in altervtro persisteret, vniversa
vanitas non fuisset'. Paulò accuratiùs hoc ipsum tractat Richardus
z *Rich. Vict. l. 3. in Apoc. c. 7.* Victorinus, cùm ait: 'Tres sunt vanitates, sive mutabilitates: Pri-
,ma in homine, secunda in his quæ fiunt ab homine, tertia in his quæ
,facta sunt propter hominem. In homine est vanitas mortalitatis, in
,his quæ fiunt ab homine vanitas curiositatis, in his quæ facta sunt
,propter hominem vanitas mutabilitatis. Et quia homo est causa vni-
,versæ vanitatis, aptè scriptum est, *Vniversa vanitas omnis homo vivens.*
,Propter has tres vanitates dixit Salomon: *Vanitas vanitatum, & omnia*
vanitas'. Et rursus Annot. in Psal. 121. 'Propheta dicit (inquit) qui
,te non palpat: *Vniversa vanitas omnis homo vivens.* Non tantùm vanitas,
,sed *vniversa vanitas*: Vanitas mutabilitatis, vanitas mortalitatis, vani-
,tas iniquitatis: quia *vniversa vanitas omnis homo vivens.* In hac tri-
,plici vanitate homo servit vt in exilio, in hac diabolus regnat vt in
,propria domo. Iectus namque diabolus de domo æternitatis, erigit
,sibi fabricam de multiplicitate vanitatis. De vanitate mutabilitatis
,extendit sibi porticum, de vanitate mortalitatis erigit sibi domum, de
,vanitate iniquitatis collocat sibi thalamum. Vide homo cuius servus
,sis, si adhuc vanitatem diligis. Quid patriam facis de exilio? Quid
,carcere frueris pro domo? Educ domine de carcere animam meam
,ad confitendum nomini tuo: alioquin obsecro te Domine, tolle à
,me animam meam. Tædet etenim animam meam vitæ meæ, quia
,*vniversa vanitas omnis homo vivens. Expedit* ergo *Domine*, vt ait Tobias, *Tob. 3. 6.*
,*mori magis quàm vivere*: quia *vniversa vanitas omnis homo vivens.* Nonne,
,Domine, propter te est quòd tota die mortificamur, vt tandem ali-
,quando moriamur; quia *vniversa vanitas omnis homo vivens.* Moriatur
,ergo, obsecro Domine, anima mea morte iustorum, vt vlteriùs iam
,non sim homo vivens; quia *vniversa vanitas omnis homo vivens.* Reduc
,me Domine interim in domum meam, vt tandem introducas in do-
,mum tuam. Primò fige me in amore veritatis, postea subleva ad gau-
,dium æternitatis. *Averte oculos meos ne videant vanitatem*, & eripe me
,de domo aliena. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, & ero in
,domo mea: redde mihi lætititiam salutaris tui, & sum in domo tua.
,Si me revocas interim in domum meam, sperabo me quandoque in-
troire in domum tuam'. Differuerat ibidem superiùs author de tri-
plici domo, vna hominis, alia diaboli, tertia Dei: domum hominis
statuens veritatem, domum diaboli vanitatem, domum Dei æternita-
tem. Ex quo autem primus humani generis parens abductus fuit de
domo sua in domum diaboli hoc est, de veritate in vanitatem, omnes
eius posteri evaserunt diaboli vernaculi, tanquam in domo eius nati:
& inde reduci habent in domum suam, vt hinc vlteriùs transmigrent
in domum Dei, si in ea conscripti sunt velut domestici. Reducuntur
verò de domo diaboli in suam, quando de studio vanitatis retrahuntur
ad inquisitionem veritatis: transmigrant demùm in domum Dei,

quan-

quando poſt inventam veritatem rapiuntur per excessum in contemplationem æternitatis. Extant inter opera Bernardi Sermones aliquot ſuper *Salve Regina*, in quorum 2°. ita author ad propoſitum loquitur:

„Primus homo ad hoc conditus fuerat, vt ſi non peccaſſet, per con- *Bernardus.*
„templationis præſentiam vultui creatoris ſemper aſſiſteret, & ſolidũ
„veritatis agnoſceret, agnitum amaret, amatum teneret, tenendo frue-
„retur, ſemperque ei adhærendo qui immortalis eſt, etiam vitam ipſe
„ſine termino poſſideret: Verum enim & ſummum bonum hominis,
„plena eſt & perfecta agnitio creatoris. Sed circumſcriptus aſtutiâ ſer-
„pentis, & deceptus fuco vanitatis, ſpecie videlicet creaturæ viſibi-
Luc.10.30 „lis, *ab Hieruſalem in Iericho deſcendit*, fontem veritatis deſeruit, affectum
„pulchritudini rerum inclinavit; & ſtatim ignorantiæ cæcitate percuſ-
Gen.4.14. „ſus foras venit, & ab intima luce contemplationis *factus eſt vagus &*
„*profugus ſuper terram*: vagus ſcilicet per inordinatam concupiſcentiã,
„profugus per peccatricem conſcientiam; quia mentem quam divinũ
„auxilium deſerit, quæcunq; tentatio impetierit ſubvertit. Cor ergo
„hominis, quod priùs divino amori affixum ſtabile perſtitit, & v-
„num amando vnum permanſit, poſtquam per deſideria terrena defluere cœpit, quaſi tot ſibi in exilio manſiones ſtatuit, quot ſibi in eo delectationes invenit: ſicq; fit, vt mens quæ pulchritudinem, dulcedinem, pacem, ſecuritatem, ac perpetuitatem primæ lucis amare neſcit, nunquam valeat eſſe ſtabilis; quia gaudium permanens in his quæ in fuco vanitatis amplectitur non inveniens, dum ſe ſemper deſiderio extendit, ſequens quod aſſequi non valet, fluctuans in exilio nunquam requieſcit: modò valvis oculorum elapſa, curioſos intuitus paſcit, & rerum immenſitatem in maſſa & mole conſiderat: modò rerum pulchritudinem in ſitu & motu, ſpecie & qualitate inveſtigat: modò rerum vtilitatẽ per neceſſaria, commoda, apta, & grata pertentat. Nunc quoque naribus erumpit, & per olfactum odoris varij ſuavia oblectamenta requirit. His paſta, aurium per organa procedit, & dulce me- *Vide Aelredum l. 2. Speculi Charit. c. 23.*
„los harmonicæ, organicæ, arithmeticæ diſciplinæ capita per auditum
„introrſus trahit. Tactu quoque ſubtilia, lęvia, & lenia palpando diſcutit, & in aula memoriæ palpando deſiderata reponit. Nec minùs
Cant.1.7. „guſtu faucium prælibat varietatem ſaporum. Hos *hados ſuos* mens,
„quæ ſe ignorat & Deum, *paſcit iuxta tabernacula paſtorum*; per res tem-
1.Cor.7. 31. „porum & temporalium vanitatum, mendicans ex ea quæ *præterit figurâ huius mundi*, vnde ſuam famelicam curioſitatem aliquatenus
Pſal.48. 13. „conſoletur: *comparata eſt* enim *iumentis inſipientibus, & ſimilis facta eſt illis*: quia *cum in honore eſſet, non intellexit* quòd limus eſſet, honoris taſtigio delectata. Hinc naſcitur in exilio vanitatis motus ſine ſtabilitate,
„labor ſine requie, curſus ſine perventione; ita vt ſemper inquietum ſit
„cor, donec ad patriam veritatis redire cœperit: egens, & de ſiliquis
Luc.15. 17. „porcorum ſatiari deſiderans, quouſque ad patris domum ſuſpiraverit, vbi *mercenarius abundat panibus & omnes domeſtici veſtiti ſunt duplicibus*. Plura de hiſce hominum vanitatibus videri poſſunt apud Hu- *Hugo Victor.*
Prov.31. 21. gonem Victorinum Homil. 1. in Eccleſiaſten. Ex

Ex hactenus dictis facilè perſpicitur, cum quanta difficultate homo ad cor redeat: vt proinde non ſine cauſa exclamaverit Pſalmographus, *Filij hominum vſquequò gravi corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Sed vt iſta cordis gravedo & vanitatis dilectio pleniùs ex ſua origine perſpiciatur, notãda ſunt quę ſcribit in ſuis Moralibus Papa Gregorius: [a] 'Humana anima (inquiens) primorũ hominũ vitio à ,paradiſi gaudijs expulſa, lucẽ inviſibiliũ perdidit, & totã ſe in amorem ,viſibiliũ fudit: tantòq; ab interna ſpeculatione cæcata eſt, quantò fo,ras deformiter ſparſa. Vnde fit, vt nulla noverit, niſi ea quæ corporeis ,oculis, vt ita dixerim, palpando cognoſcit. Homo enim, qui ſi præcep,tũ ſervare voluiſſet, etiam carne ſpiritalis futurus erat, peccãdo factus ,eſt etiam mente carnalis; vt ſola cogitet, quæ ad animum per imagines ,corporum trahit. Corpus quippè eſt cœli, terræ, aquarum, animalium, ,cunctarumq; rerũ viſibiliũ, quas indeſinenter intuetur; in quibus dum ,totã ſe delectata mens projcit, ab internę intelligẽtię ſubtilitate groſ,ſeſcit: & quia iã erigere ad sũma ſe nõ valet, in his infimis libẽter ia,cet. Cũ verò miris conatibus ab his exurgere nititur, magnũ valde eſt, ,ſi ad cognitionẽ ſuam, repreſsâ corporali ſpecie, anima perducatur; vt ,ſemetipſam ſine corporea imagine cogitet, & cogitando ſe, viam ſibi ,vſq; ad conſiderandã æternitatis ſubſtantiã paret. Hoc autem modo ,quaſi quandã ſcalã ſibi exhibet ſemetipsã, per quã ab exterioribus aſ,cendendo in ſe tranſeat, & à ſe in authorẽ tendat. Cùm enim corpo,reas imagines deſerit, in ſemetipsã mens veniens, non modicùm aſcẽdit'. De huiuſmodi aſcenſu mentis ab exterioribus ad ſemetipsã diſſerens Hugo Victorinus: [b] 'In ſpiritualibus (inquit) & inviſibilibus, ,cùm aliquid ſupremum dicitur, non quaſi localiter ſupra culmen aut ,verticẽ cœli conſtitutũ, ſed intimũ omnium ſignificatur. Aſcendere ,ergo ad Deũ hoc eſt intrare ad ſemetipſum; & non ſolùm ad ſe intra,re, ſed ineffabili quodam modo in intimis etiam ſeipſum tranſire. Qui ,ergo ſeipſum, vt ita dicã, interiùs intrans & intrinſecùs penetrans trã,ſcendit, ille veraciter ad Deũ aſcendit: Quando autẽ homo per ſenſus ,carnis ad viſibilia iſta, quæ tranſitoria ſunt & caduca, concupiſcendo ,exit; tunc nimirum à dignitate conditionis ſuæ quaſi ad infima quæ,dam & abiecta deſcendit. Quod ergo intimum eſt, hoc eſt proximum, ,& ſupremum, & æternum: & quod extremum eſt, hoc eſt infimum, ,& longinquum, & tranſitorium. Ab extremo itaque redire ad inti,mum, hoc eſt ab imo aſcendere ad ſupremum, atque à diſperſio,ne confuſionis & mutabilitatis colligi in idipſum. Quia verò mun,dum hunc extra nos, Deum autem intra nos eſſe cognoſcimus; ob ,hoc à mundo ad Deum revertentes, & quaſi ab imo ſurſum aſcendentes, per noſmetipſos tranſire debemus'. Et quibuſdam interpoſitis inferiùs rurſus ibidem: 'Mundus (inquit) diluvium eſt, ,cor autem hominis, ſi per amorem mundanorum ſe deor,ſum inclinat, naufragatur inter fluctus ſæculi, & mutabilibus admixtum

6.

Pſal. 4.3

[a] *Greg. lib. 5. Moral. c. 25.*

[b] *Hugo Victor. lib. 2. de Vanitate mundi paulò ante medium.*

, admixtum inter labentia fluit, geminoq; ſalutis periculo & per affe-
,ctũ infimorum profundè mergitur, & per occupationem plurimo-
, rum latè diſſipatur. Si verò ſurſum ſe ab amore preſentium per de-
, ſiderium erexerit æternorum, ac per conſiderationem propriam co-
, gitationes ſuas ad ſemetipſum collegerit, iam quodammodo fluctí-
, bus rerum ſuperenatat & cuncta tranſitoria quaſi ſubterlabentia cal-
, cat; atq; in eo quòd ſe paulatim per gradus virtutum magis ſemper
, ac magis ſurſum erigit, & in vnum colligit, quandam arcæ formam
, ſpiritualiter in ſe expreſſam repreſentat. Quędam ergo corda ſurſum
, ſunt, quędam ſemetipſa deorſum demerſerunt: Deorſum ſunt illa
, corda, quę cõfigurantur huic ſæculo; ſurſum verò ſunt illa, quæ
, converſationem ſuam habent in cælo: Deorſum ſunt, quæ terrena
, ſapiunt; ſurſum ſunt, quę iugiter meditantur cæleſtia. Secundùm id
, ergò cui per amorem coniungitur cor hominis, ſurſum ac deorſum
, eſſe iudicatur: & rectè extra ſemetipſum eſſe dicitur, quando ad ex-
, teriora & tranſitoria hęc expetenda dilabitur. Tunc autem ad ſemet-
, ipſum revertitur, quando ea quæ ad ſuam ſalutem pertinent medita-
, tur. Sunt ergo quædam, quæ amando & cogitando, cor hominis de-
, orſum premitur, ſciſſumq; per varia diſſipatur: & ſunt iterum quę-
, dam, quę amando & meditando, ſurſum elevatur, & ad ſemetip-
ſum colligitur. Duo ſunt potiſſimùm humani cordis affectus, quibus
ſurſũ erigitur aut deorſũ deprimitur: Humilitas videlicet & ſuperbia.
Et quanquã ſuperbia videatur levare cor in altũ, revera tamen ad ima
illud deprimit: è contrario autem humilitas, quanquam videatur de-
primere ad ima, ſuſtollit tamen in ſumma: [c] "Eſt igitur (inquit Au-
, guſtinus) aliquid humilitatis miro modo, quod ſurſum faciat cor;
, & eſt aliquid elationis, quod deorſum faciat cor. Hoc quidem quaſi
, contrarium videtur, vt elatio ſit deorſum, & humilitas ſurſum: ſed
, pia humilitas facit ſubditum ſuperiori, nihil eſt autem ſuperius Deo;
, & ideo exaltat humilitas, quæ facit ſubditum Deo: elatio autem,
, quæ in vitio eſt, eo ipſo quo reſpuit ſubiectionem, cadit ab illo, quo
, non eſt quidquam ſuperius, & ex hoc erit inferius; & fit quod ſcrip-
Pſal. 72. , tum eſt, *Deiecisti eos dum extollerentur*. Non enim ait, cùm elati fuiſſẽt,
18. , vt priùs extollerentur, & poſtea deijcerentur; ſed, *cùm extollerentur*,
tunc deiecti ſunt: Ipſum quippe extolli iam deijci eſt". Fuſiùs hoc ip-
ſum proſequitur papa Gregorius in ſuis Moralibus. Vbi expendens
Iob. 33. quemadmodum is de quo dictum eſt, *Appropinquavit corruptioni anima eius*, poſtmodum audire meruerit, *Non deſcendat in corruptionem*, ſic
Iob. 33. 24. ſcribit: [d] "Quia cognoſcendo infirmitatem ſuam, eſſe ſe corruptioni
, proximum non ignorat, idcircò ad corruptionis interitum non deſ-
, cendat. Ad corruptionem enim iuſtè deſcenderet, ſi ſuis viribus lon-
, gè ſe à corruptione eſſe iudicaret: ſed quia corruptioni appropinqua-
, vit humiliter, debet ab ea miſericorditer liberari: vt eò contra im-
, pugnantia vitia fortis ſit, quò ſe ſuis meritis agnoſcit infirmum. Quiſ-
, quis enim ſupra ſe extollitur, ipſo elationis ſuæ pondere gravatur; &
, eò ſe in infimis mergit, quò in ſuperbiæ vitium proruens, ab eo, qui

[c] *Aug. lib. 14. de Civit. c. 13.*

[d] *Greg. lib. 24. Moral. c. 3.*

Digitized by Google

, verè excelſus eſt, elongavit; atq; inde magis ima appetit, vnde ſe cõ-
, iunctum ſummis æſtimavit: ſicut per Prophetam extollenti ſe ani-
, mę dicitur: *Quò pulchrior es, deſcende, & dormi cum incircumciſis.* Omnis Ezech. 32.
, enim qui fæditatem infirmitatis ſuę conſiderare negligit, ſed per ela- 19.
, tionis faſtũ virtutis ſuę gloriam aſcendit, vnde pulchrior eſt, inde deſ-
, cẽdit: quia extollendo ſe de ſuis meritis, inde in ima deteriùs corruit,
, vnde gloriosũ ſe eſſe iudicavit. Qui deſcendens *cum incircumciſis dormit*,
quia in ęterna morte cum ęteris peccatoribus deficit'. Et ſuperiùs lib.
18. eiuſdẽ operis cap. 8. ' Qui terrenarũ rerum amore vincitur (inquit)
, in Deo nullatenus delectatur. Eſſe quidẽ ſine delectatione anima nun-
, quam poteſt: nam aut infimis delectatur, aut ſummis: & quantò àltio-
, ri ſtudio exercetur ad ſumma, tantò maiori faſtidio torpeſcit ad infi-
, ma; quantòq; acriore cura inardeſcit ad infima, tantò torpore damna-
, bili frigeſcit à ſummis: vtraq; enim ſimul & æqualiter amari non poſ-
, ſunt. Vnde Ioannes Apoſtolus, ſciens inter ſpinas amorum ſęcularium
, ſuperną charitatis meſſem germinare non poſſe, priuſquã ęterni amo-
, ris ſemina proferat, de audientium cordibus ſanctã verbi manu amorũ
, ſęcularium ſpinas eradicat, dicens: *Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in* 1. Ioan. 2.
, *mundo ſunt*: moxq; ſubiungit: *Quia ſi quis diligit mundum, non eſt charitas* 15
, *patris in eo*: ac ſi apertè dicat, Vtriq; ſe amores in vno corde nõ capiũt;
, nec in eo ſeges ſuperną charitatis pullulat, in quo illam ſpinę delecta-
, tionis infimę necãt. Atq; illas ex hac infima delectatione naſcentes e-
, numerat punctiones, dicẽs: *Quia omne quod in mundo eſt, cõcupiſcẽtia carnis* 1. Ioan. 2.
, *eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ; quæ non eſt ex patre, ed ex mun-* 16.
, *do eſt: & mundus tranſit & concupiſcentia eius.* Delectari ergo in Deo hy-
, pocrita non valet; quia in eius mente deſideria ſuperna nõ prodeunt,
quam profectò ſpinę terreni amoris premunt'. Non ſola proinde ocu-
lorum aut carnis concupiſcentia, ſed ipſa etiam ſuperbia ſeu ſæculi am-
bitio clientes ſuos in ima deculcat: vſqueadeo quidem, vt non dubitet
[e] *Proſp. Epiſt. ad Demetriad. cap. 8.* Proſper aſſerere: [e] 'Inter omnes lapſus hominum, inter omnia commiſ-
, ſa peccantium, nulla eſt gravior quàm ſuperborũ ruina; maximè cùm
ipſa elatio in Dei tendit iniuriam'. Duobus autem potiſſimùm modis
in Dei iniuriam tendit elatio: ſive quia gloriam ſoli Deo debitam ſur-
ripere nititur, ſive quia ignominiam homini propriam Deo impingere
[f] *Rich. Victor. Annotat. in pſal 85.* molitur: [f] 'Neſcio (ait quidam) quo pacto nihil ſic animum delectat,
, quomodo vt gloriari queat: cùm tamen ſcriptum ſit, *Gloriam meam al-* Iſa. 42. 8.
teri non dabo. Illud ergo ſolùm præ cæteris ſibi mens humana vſurpat,
, quod alteri cuiquam Deus dare nolens ſibi ſoli reſervat. Nec ſufficiũt
, homini tot bona naturæ, tot donagratiæ, niſi addat etiam rapinam fa-
, cere; & vt ſe induat, ſuum dominũ gloriã ſuã ſpoliare. Hinc eſt, quòd
, ſemper eſt paratus ſua peccata excuſare, & in Deum ſuum illã declina-
, re: dicens cum Adam, *Mulier quam dediſti mihi decepit me*: putans totum Gen. 3. 12.
, quod peccat, de carnis vitio procedere, & idcirco in authorẽ eius cul-
, pam, qui eam talẽ fecit, reſpicere. E contrà autem dona Dei ſuis me-
, ritis aſcribit; & ex eis, non illius cuius dona ſunt, ſed propriam gloriã
, quærit: & quid quæſo tam impium? Mala ſua ſcilicet Deo velle im-

Digitized by Google

,pusari,dona Dei sibi velle ascribi : Quis non videat,hoc quàm sit impium, & quàm sceleratum'?

7. Quòd si quis scire aveat,quibusnã indicijs superbię typhus sese prodat:recolat inprimis ea,quę superiùs hìc §. 3. de Vanitate sese prodente, ex l. 3.de Vita Contemplativa descripsimus. Meminerit præterea ex eodẽ libro,in duplici differentia versari superbos: alios vtiq; in quibus superbia tam apertè regnat,vt nec dignetur se occultare,nec possit: alios verò quos sub hypocritico simulatę perfectionis velamine cadẽ superbia occultè captivat: & 'Hos ergo prætereo (ait ille) in quibus superbia tam apertè regnat,vt nec dignetur se occultare, nec valeat. Illos tantùm dolendos ostendo,atq; eorum exempla cavenda denuntio, quos iam conversos & aliquantulùm proficientes superbia occultè captivat : quos in profundũ malorum fraudulentâ dominatione præcipitat,& ne inde vnquam possint emergere,iugiter calcat. Ipsa in cordibus taliũ locũ diabolo facit : Ipsa ei advenienti immunitum pectus familiariter pandit: Ipsa introeũtẽ suscipit: Ipsa captis ius perditè vivendi constituit: Ipsa omnes virtutibus exarmat,quos semel invaserit: Ipsa quicquid in eis remanserit quod vitijs posset obniti, ne contra se fortè convalescat,interimit. Inde est,quòd hi quos superbę mentis tabes purulenta corruperit,seniorũ suorũ non observant imperata, sed iudicant: de suis negligentijs obiurgati, aut rebellant insolenter, aut murmurant:de loco superiori disceptant : præferri se etiã melioribus impudenter affectant : simplicitatem spiritualiũ fratrũ irridenter exagitant: suas sententias procaciter iactant: obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quęrunt : natales moribus anteponunt : iuniores suos elati despiciunt: conferri sibi aliquos posse non credunt : æquari senioribus dedignantur; super eos se solo animi tumore constituunt. Non servant in obsequio reverentiam, in sermone modestiã, in moribus disciplinam. Habent in intentione pertinaciã, in corde duritiã, in sermocinatione iactantiã: In humilitate fallaces, in iocatione mordaces,in odio pertinaces; subiectionis impatientes, potẽtiæ sectatores, omnibus bonis odibiles,ad opus bonũ pigri,ad cõmunionem feri, ad obsequium duri: ad loquendũ quod nesciunt prompti,ad supplantandum parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumani: temerarij in audendo,clamosi in loquendo,fastidiosi in videndo,præsũptuosi in docendo, efferati deformiter in cachinno;onerosi amicis, infesti quietis,ingrati beneficijs, inflati obsequijs, & imperiosi subiectis. Hęc sunt superbię grassantis indicia, quibus Deus offenditur,& recedit, ac superba corda destituit. His malis diabolus pastus exultat, invitatur vt veniat;superbas mentes intrat,vt teneat;erigit,vt elidat;fovet,vt perdat: qui inexplebiliter de ipsa perditorum captivitate tripudiat; vt captivos suos,quos superbiæ viribus sibi subiecit, iure possideat ;& omnia illa mala, quę superiùs cõprehendi, per illos exerceat'. Quoties igitur huiuscemodi symptomatibus quempiam agitari perspexeris, sublatentis superbiæ morbo correptum corruptumq; non ambigas. Ubi autem superbia regnat, ibi & sui ignorantia cæcat. Dic

§ Prof. lib. 3. de Vita Contempl. c. 8.

ergo ei quem taliter affectum deprehenderis, *Vade in domum tuam*, Intra in conſcientiam tuam, Agnoſce infirmitatem tuam: [h] 'Neceſſe eſt vt ,illuminet cor tuum radius humilitatis, & declaret quid à te ſit, quid ,à Deo, vt non altum ſapias: quoniam *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam*'. Ut autem humilitatis radius illuminet cor tuũ, non auſcultes eos qui te palpant, ſed eos potiùs qui te pũngunt: *Verba* enim *ſapientium ſicut ſtimuli*: quia vtique non palpando titillant, ſed pungendo percruciant: [i] 'Notandum eſt (inquit Hieronymus) quòd dicantur ,verba ſapientium pungere, non palpare; nec molli manu attrahere laſciviam, ſed errantibus & tardis pœnitentiæ dolores & vulnus infige,re. Si cuius igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit au,dientibus, iſte non eſt ſermo ſapientis: *Verba* quippè *ſapientium ſicut ſtimuli*'. E contrario autem ſermo ſtultorum Rhetoricalibus pigmentis fucatus radicem in corde non figit, nec interioris hominis affectum ad exteriores lachrymas promovet; ſed in muſicalem audientium cantilenam vertitur, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Sedent coram te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt illos*. In quem locum Hieronymus: [k] 'Iſtiuſmodi (inquit) mi,hi videntur eorum ſimiles, qui theatralibus luduntur carminibus, & ,vel tragædos audiunt, vel comædos; & ibi cum voluptate palpantur'. Et mox infrà ibidem: 'Tales ſunt vſque hodie multi in Eccleſiis, qui ,aiunt: Venite, audiamus illum & illum, mirà eloquentia prædicationis ſuæ verba volventem'. Cæterùm qui talibus vel audiendis vel imitãdis affueverũt, difficulter ad ſeipſos redire poſtmodum poſſunt: ,[l] 'Quoties enim mens (ait quidam) ad ſeipſam redire, ſuoſq; affectus ,& cogitationes pariter ad ſecretum internæ contemplationis retrahe,re nititur; tot obſiſtentes aditum ei ingredienti præcludunt, quot vitę ,veteris deſideria ad priſcæ conſuetudinis diſcurſus errorcſq; ipſam re,trahendo, ſtabilem eſſe non ſinunt. Sed expetenda eſt atq; imploranda ,divina miſericordia, quæ nos promoveat, quoties ab ingreſſu quietis intimæ noſtra miſeria nos retardat'. Hæc porrò miſericordia non niſi per eum impetratur, qui à Pſalmiſta dictus eſt *Subſtantia Iſrael*: [m] 'Niſi ,enim eſſet vnus filius hominis (inquit Auguſtinus) *Subſtantia Iſrael*, ,per quem filiũ hominis liberarentur multi filij hominum, vanè vtiq; conſtituti eſſent omnes filij hominum'. Et pauculis interpoſitis inferiùs ibidem ſubdit: 'Sed non vanè Deus conſtituit omnes filios hominum: ,quia & multos à vanitate liberat per mediatorem Ieſum; & quos libe,randos non eſſe præſcivit, ad vtilitatem liberandorum, & comparatio,nem duarum inter ſe à contrario civitatum, non vtiq; vanè in totius ,rationalis creaturæ pulcherrima atq; iuſtiſſima ordinatione cõſtituit'. Qua de re vberiùs Libro ſequenti.

[h] *Bernard. Ser. 3. de Circumciſione Domini.*

[i] *Hieron. in caput 12. Eccleſiaſtis ad verſ. 11.*

[k] *Hieron. l. 10. Comment in c. 33. Ezech. verſ. 31.*

[l] *Hugo Victor. lib. 2. de Vanitate mundi ſub medium.*

[m] *Aug. lib. 17. de Civit. c. 11.*

Mat. 9. 6.

Iac. 4. 6.

Eccle. 12. 11.

Ezech. 33. 31.

Pſal. 88. 48.

LIBRI PRIMI
FINIS.

Digitized by Google

PEREGRINI HIEROSOLYMITANI

LIBER SECVNDVS

Vnde Cives Sumus?

PRÆFATIVNCVLA.

SVperiori volumine Cognitionem ſui veluti abſtractim & genericè explanavimus: ſupereſt vt hoc ſecundo aggrediamur illud, quod è quatuor Noſcendis in Programmate memoratis Auguſtinus primo loco recenſuit: *Vnde* nimirum *cives ſimus?* Sed fortè non deerit qui Auguſtinum nobis opponat, alibi dicentem: [a] 'Debemus nos noſſe PRIVS captivitatem noſtram, ,DEINDE liberationem noſtram: debemus noſſe Babyloniam, in qua captivi ſumus; & Hieruſalem, ad cuius reditum ſuſpiramus'. Vbi ſatis apertè indicare videtur, priùs debere nos noſſe ſtadium peregrinationis noſtræ, quàm metam eiuſdem peregrinationis noſtræ. Hic ſcrupulus non adeò nos angere debet, vt ob eum à ſuſcepta methodo recſiliamus. Nam inprimis anteriora obiectionis verba, quibus captivitas liberationi præ noſcenda innuitur, ordini huius libri cum ſequentibus non obſtant, ſed ordinē libri tertij & quarti cum libro quinto aſtruunt, vt facilè intuenti apparet: Poſteriora autem verba ordinem omninò nullum important. Præterea etiamſi ibi dictum fuiſſet, debere nos priùs noſſe Babyloniam in qua captivi ſumus, & deinde Hieruſalem ad cuius reditum ſuſpiramus; poſſet equidem illud dictum intelligi non de ordine cognitionum inter ſe, ſed de ordine cognoſcendorum inter ſe: ita vt ordinales illæ voculæ, *Priùs*, & *Deinde*, non afficiant verbum *Noſſe*, ſed *Babyloniam* & *Hieruſalem*: Tanquam diceretur: Noſſe debemus, nos priùs eſſe cives Babyloniæ, deinde Hieruſalem. Cui intelligentiæ Auguſtinus alibi accommodat illud Apoſtolicum: *Non priùs quod ſpirituale eſt, ſed quod animale; deinde quod ſpirituale.* [b] 'A mortalitate enim (ait ipſe) & à malitia quiſque incipit, vt fiat bonus poſtea'. Huc etiam referendum ibidem ſuperiùs cenſet, quòd Hieruſalem ibi extructa ſit, vbi priùs fuerat vetus vrbs *Iebus*. 'Vt ædificaretur Hieruſalem (inquit) non ibi ædificata eſt vbi non erat civitas, ſed erat ,civitas primò quę appellabatur Iebus, vnde Iebuſei. Eâ captâ, devictâ, ſubiectâ, ædificata eſt nova civitas, tanquam deſtructa veteres ,& appellata eſt Hieruſalem, viſio pacis, civitas Dei. Vnuſquiſque ergo ,natus ex Adam, nondum pertinet ad Hieruſalem; portat enim ſecum traducem

Scrupulus.

Executitur.

1. Cor. 15.

[a] *Aug. in Pſal. 64. ſuperſcripto.*

[b] *Aug. in Pſal. 61. ad verſ. 4. Vide eundem l. 15. de Ciuit. cap. 1.*

,traducem iniquitatis, pœnamque peccati, deputatus morti; & perti-
,net quodammodo ad veterem quandam civitatem. Sed si futurus est
in populo Dei, destruetur vetus, & ædificabitur novus'. Hunc Augu-
stini sensum breviter quidem sed dilucidè expressit Hugo Victorinus
in suis Miscellaneis: [c] 'Hierusalem (inquiens) prius dicta est Iebus,
,postea Salem, inde Hierusalem. Iebus conculcata, Salem pax, Hie-
,rusalem dicitur Visio pacis. Prius fuimus conculcati in luto & fœ-
,ditate peccati, de qua exuimur per pœnitentiam: inde habemus pa-
,cem propter iustitiam, qualis haberi potest in præsenti: tandem ve-
niemus ad visionem pacis, *qua exuperat omnem sensum*'. Quamvis ita- Philipp. 4.
que vnusquisque de Adam concupiscentialiter natus, prius sit Iebu- 7.
seus vel Babylonius, quàm Hierosolymita, non tamen ideircò secundũ
disciplinæ ordinem prius nosse debet Iebus aut Babyloniam vbi pere-
grinatur, quàm Hierusalem ad cuius reditum suspirat. Quinimò hoc
ipso quo suspirat ad reditum, indicat se pridem ad Hierusalem perti-
nuisse: Nam quomodo eò rediret, nisi inde prius exisset? Quoniam
igitur ex primæva naturæ nostræ conditione cives fuimus Hierusa-
lem, nec nisi ob superveniẽtem culpam depulsi sumus in Babyloniam;
prius nosse debemus vnde excidimus, quàm quò deportati sumus. Ha-
bet quippe Hierusalem respectu peregrinorum suorum duplicem con-
sideratione: nam vel consideratur tanquam patria à qua peregrinan-
tur, vel tanquam meta quam peregrinando inquirunt. Secundùm
priorem considerationem prior est Hierusalem quàm Babylonia, tam-
etsi secundùm posteriorem considerationem sit eâdem posterior.

[c] *Hug. Victor. l. 1. Erud. Theol. ex 2. Miscell. c. 32. Vide eundẽ l. 7. Allegor. in libros Regum c. 21.*

CAPVT I.

Peregrinationis Hierosolymitanæ ratio expenditur, notio discutitur: ea electis propria esse ostenditur, vtpote civitatem manentem hic non habentibus, sed futuram sibi divinitùs paratam inquirentibus.

1. TEstatur Apostolus scribens ad Hebræos, *Non habere nos hic manentem civitatem, sed futuram inquirere*: vtique manentem, quia *Hebr. 13. 14.* non habemus hìc nisi transeuntem. Unde idem superiùs de patriarcha Abraham, peregrinantium cœligenarum typum præferente, præmiserat: *Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex & conditor Deus.* *Heb. 11. 9. & 10.*
Cùm Stephanus Protomartyr in Actis commemorasset, quemadmodum Deus eundem Patriarcham de Chaldæa in Charan, & inde in Chananæam transtulisset, adiunxit: *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis.* Huius Patriarchæ nepos Iacob ad Pharaonem Ægypti Regem introductus, & ab eodem interrogatus: *Quot sunt dies annorum* *Act. 7. 5.* *Gen. 47. 8.*

vitæ

Gen.47.9. *vita tua* ? Reſpondiſſe memoratur : *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſuni, parvi & mali ; & non pervenerunt vſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Ad hanc peregrinationis confeſſionem alluſiſſe videtur Apoſtolus, cùm de eodem Iacob & patribus eius loquens diceret : *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſ-*
Hebr.11. 13.&ſeqq. *ſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes ; & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriã inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent de qua exierunt, habebant vtique tempus reverrendi : nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem. Idèo non confunditur Deus vocari Deus eorum : paravit enim illis civitatem.* Civitatem vti-
Hebr.11. 10. que, provt ſuperiùs ibidem præmiſerat, *Fundamenta habentem : cuius artifex & conditor Deus.* Differens Rupertus de iam memorato Patriarchæ Iacob ad Pharaonis percontationem reſponſo : [d] 'Nunquid (inquit) nihil aliud rex ſapiens locutus eſt cum venerabili ſene, niſi quòd
Gen.47.8. ,interrogavit eum, *Quot ſunt dies vitæ tuæ?* Sed profectò ſolum hoc ſcri-
Gen.47.9. ,bi dignum fuit, propter memorabile reſponſum dicentis : *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parvi & mali ; & non pervenerunt vſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Vltrò pe-
,regrinum ſe confeſſus eſt : & hanc vitam miſeram, peregrinationem
,dicere maluit, melioris vitæ vel patriæ civis, id eſt, cœleſtis. Eo ſen-
,ſu percontationem Regis verâ correctione ſupplevit, cùm dicente il-
,lo : *Quot ſunt dies vitæ tuæ?* Reſpondit : *Dies peregrinationis vitæ meæ parvi*
,*ſunt & mali.* Parvos videlicet dies ſuos pro humili conſcientia dixit,
,malos pro continuatione tribulationis. Parumque illi viſum eſt, quòd
,peregrinum ſe confeſſus eſt, niſi etiam patres ſuos peregrinos fuiſſe aſ-
,ſereret. Nam protinus ſubiungit : *Et non pervenerunt vſq; ad dies patrum*
,*meorum, quibus peregrinati ſunt.* Adeò hominibus placere, vel ad pom-
,pam ſæcularium tam pater quàm filius ſe extendere, dedignati ſunt.
,Benè ergo Apoſtolus in laudem fidei patrum iſtorum inter cętera di-
Hebr.11. ,cit : *Et confitentes quòd hoſpites & peregrini ſint ſuper terram.* Eorum
13. ,confeſſio nuſquam clarior aut certior invenitur quàm hoc loco, vbi
,peregrinus iſte in aula Regis non oblitus patriæ cœleſtis, vltrò pere-
grinum ſe confitetur'. Teſtatur Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Geneſim, Iacobum ſuo iſto ad Pharaonis percontationem reſponſo [e] 'ſignificaſſe, hanc vitam incolatum eſſe ſuper terram, id eſt, peregrinationis habitationem' : Et mox limitationem quandam adiungit, dicens : 'Sed credo, ſanctis hoc convenire, quibus aliam patriam æternam Dominus pollicetur'. Quò ſpectat quòd cùm Apoſtolus de Patriarchis, hoſpites ſe & peregrinos ſuper terram confitentibus, præmiſiſſet ; *Idèo non confunditur Deus vocari Deus eorum*, ſubdiderit : *Paravit enim illis civitatem.*

[d] *Rupert. lib. 9. in Geneſim cap. 18.*

[e] *Aug. Quæſt. 156. ſuper Geneſim.*

2. Maiorum ſuorum veſtigijs inſiſtens David, regio licet honore ſublimatus, & terræ Chanaan poſſeſſione firmatus, dicebat tamen Deo :
al.38. *Advena ego ſum apud te, & peregrinus.* Nec hoc contentus eveſtigiò ſubtexuit, *Sicut omnes patres mei.* Recole iam illud quod ex Ruperto de

Iacob commemoravimus, 'Parum illi visum est, quòd peregrinum se confessus est, nisi etiam patres suos peregrinos fuisse asseroret': & mirare hìc potiùs è contrario, quomodo David non solùm patres suos, quibus *nec passumpedu* quidem in terra Chanaan Deus dedit hæreditandum; sed etiam seipsum, in terra nativitatis suæ regnantem, reputaverit advenam & peregrinum. Differit hac de re Hieronymus ad Dardanum occasione sumpta ex his eiusdem Psalmographi verbis: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* [f] 'Utique David (ait ille) quando ,hæc cantabat in spiritu, in terra repromissionis erat: & non solùm in ,Iudææ finibus morabatur, sed & multarum in circuitu nationum victor extiterat, quæ à torrente Ægypti qui est Rhinocorura, vsque ,ad Euphratem fluvium tendebantur; dicens in alio loco: *In Idumæam ,extendam calceamentum meum, mihi alienigena servient.* Quomodo ergo ,se credebat accipere, quod iam victoriâ possidebat? Et ne forsitan le- ,gentibus Iudæis ambiguum derelinquat, quæ sit illa terra quam vi- ,dere cupiebat, ipso sermone demonstrat, dicens: *Credo videre bona Do- ,mini in terra viventium.* Ergo terra Iudææ, quæ illius ditionis erat, ,non est terra viventium, id est, Abraham, Isaac, & Iacob; de quibus ,Dominus in Resurrectionis quæstione dicit, *Non est Deus mortuorum, ,sed viventium*; verùm terra & regio mortuorum, de quibus loquitur ,Ezechiel, *Anima quæ peccaverit ipsa morietur*: &, *Non mortui laudabunt ,te Domine, sed nos qui vivimus benedicimus Domino*; qui in resurrectione ,occursuri sumus Domino Salvatori, dicente Apostolo, *Hoc enim dico ,vobis in sermone Domini, quoniam nos qui vivimus, qui relinquimur, in adven- ,tu Domini non præveniemus eos qui dormierunt*: de quibus & Hieremias ,loquitur: *Derelinquentes te, super terram scribentur.* Quod igitur David ,promittit, *Credo videre bona Domini*, ad spiritalem nos perspicuè trahit ,intelligentiam. Quæ enim bona Rex alia requirebat, aut quo indi- ,gebat, qui tantæ potentiæ fuit, vt partis per illum opibus Salomon ,filius eius, quo nullus in orbe terrarum ditior fuit, contentus esset? ,Sed in terra viventium bona illa quærebat, quæ *nec oculus vidit, nec ,auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Dominus dili- ,gentibus se*'. Ideò ergo peregrinum se & advenam Psaltes regius reputavit, sicut patres suos: quia sciebat se *non habere hic manen- tem civitatem, sed futuram inquirere*; quam & patres eius inquirebant, qui peregrinos se & hospites super terram agnoscebant. Vnde cùm alibi idem Psaltes dixisset, *Incola ego sum*, protinus subdidit, *In terra.* Ad quę verba Prosper: [g] 'Ibi (inquit) quisque est peregrinus, vbi ab- ,sens est à patria sua. Iste ergo qui supernæ Hierusalem civis adscrip- ,tus est, peregrinum se profitetur in terra: quia certus est de hæredi- tate promissa'. Et alibi generaliùs de electis omnibus loquens: [h] 'Om- ,nis (inquit) qui ad supernam pertinet civitatem, peregrinus est mun- di: & dum temporali vtitur vita, in patria vivit aliena'. Fusiùs hoc ipsum prosequitur Augustinus exponens præmemorata Psalmographi verba: [i] 'Sive propter animam (ait ille) quæ absit vt putetur ex terra, meritò

Act. 7. 5.

Psal. 36. 13.

Psal. 107. 10.

Psal. 26. 13.

Matth. 22. 32.

Ezech. 18. 20.

Psal. 113. 17.

1. Thess. 4. 14.

Her. 17. 13.

Psal. 26. 13.

1. Cor. 2. 9

Hebr. 13. 14.

Psal. 118. 19.

[f] *Hieronymus Epist. 129.*

[g] *Prosp. in Psal. 118. ad vers. 19*

[h] *Prosp. Sent. 17.*

[i] *Aug. Concion. 8. in Psal. 118.*

Digitized by Google

,meritò dici potuerit, *Inquilinus* vel *incola* vel *advena ego ſum in terra*: ſi-
,ve ſecundùm totum hominem, quia paradiſi aliquando civis fuit, v-
,bi vtique non erat qui iſta dicebat: ſive, quod eſt ab omni contro-
,verſia liberius, non omnis homo poſſit hoc dicere, ſed cui patria pro-
Iob. 7. 1. ,miſſa eſt æterna in cœlis: Hoc ſcio, quia *tentatio eſt vita humana ſuper*
Eccl. 40. 1. ,*terram*: &, *Iugum grave ſuper filios Adam*. Verùm me plus delectat ſe-
,cundùm iſtam diſputare ſententiam, vt ideò nos *in terra inquilinos* vel
,*incolas* eſſe dicamus; quia ſupernam patriam, vnde pignus accepimus,
,& quò pervenientes nunquam inde migremus, invenimus. Nam &
Pſal. 38. ,ille qui in alio Pſalmo dicit, *Inquilinus ego ſum apud te & peregrinus,*
13. ,*ſicut omnes patres mei*: non ait, ſicut omnes homines; ſed dicendo, *Si-*
,*cut omnes patres mei*, iuſtos proculdubiò vult intelligi, qui eum tem-
,pore præceſſerunt, & in hac peregrinatione gemitu pio ſempiternæ
Hebr 11. ,patriæ ſuſpirarunt. De quibus ſcriptum eſt ad Hebræos: *Secundum*
13. ,*fidem mortui ſunt hi omnes, cùm non accepiſſent promiſſiones, ſed longè eas vi-*
,*dentes & ſalutantes, & confitentes quia hoſpites & peregrini ſunt ſuper ter-*
,*ram*'.

3. Ex dictis emergit non prætereunda hìc difficultas, An nimirum Hieroſolymitana iſta peregrinatio electis ſit propria. Id enim apertè indicare videntur Auguſtinus & Proſper locis iam commemoratis: ſed apertiùs adhuc Auguſtinus ſubſequenter ad verba proximè exip- Dubium.
2. Cor 5. 6. ſo deſcripta, ſubtexens: 'Et illud quod legimus, *Quamdiu ſumus in*
,*corpore peregrinamur à Domino*; poteſt intelligi hoc non eſſe omnium,
2. Theſſ. 3. 2. ,ſed fidelium: *Non enim omnium eſt fides*. Et videmus quid his verbis
,Apoſtolus iungat. Cùm enim dixiſſet, *Quamdiu ſumus in corpore pere-*
,*grinamur à Domino*: *Per fidem enim ambulamus*, inquit, *& non per ſpeciem*:
,vt intelligeremus, eorum eſſe iſtam peregrinationem, qui ambulant
,per fidē. Infideles autem, quos Deus non præſcivit nec prædeſtinavit
,conformes fieri imaginis filij ſui, non poſſunt veraciter dicere ſe in
,terra peregrinos, quādo ibi ſunt vbi ſecundùm carnem nati ſunt. Non
,enim habēt alibi civitatē: ac per hoc non ſunt in terra alienigenę, ſed *Vide Aug. l. 15. de Civit. c. 17.*
terrigenę'. Vbi terrigenarū nomine filios terrę intelligit, provt ipſe ſe exponit Concion. 1. in Pſalm. 48. Qui rurſus lib. 15. de Civitate cap. 22. terrenam civitatem cœleſti civitati adverſam vocat 'Terrigenarum ſocietatem'. Quos terrigenas ſuperiùs cap. 2. eiuſdem libri vocaverat 'Terrenæ civitatis cives': quibus ibidem contraponit ci-
Rom 9. 22. & 23. ves civitatis cœleſtis: illos nominans *vaſa iræ*, iſtos *vaſa miſericordiæ*: 'Parit cives terrenæ civitatis (inquit) peccato vitiata natura: cœleſtis ,verò civitatis cives parit à peccato naturam liberans gratia. Vnde illa vocantur *vaſa iræ*, iſta *vaſa miſericordiæ*'. Nulli verò dubium eſſe poteſt, per *vaſa iræ* Auguſtinianâ & Apoſtolicâ phraſi denotari reprobos, & per *vaſa miſericordiæ* electos. Accedit quòd alibi conſtantiſſimè aſſeveret, nullum Hieroſolymitanum civem finaliter eſſe perituram: [k] 'Satis fixum (inquiens) atque immobile debet corde retineri, ,Hieruſalem captivam ab huius ſæculi Babylonia decurſis temporibus [k] *Aug. l. de Catechiz. Rudib. cap. 11.*

Vide eund. Enchirid. cap. 29. & lib. 22. de Civit. cap. 1.

,liberari, nullumque ex illa esse periturum: quia qui perierit non ex ,illa erat: *Firmum enim fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Novit Dominus qui sunt eius*'. Cùm ergo indubitatum sit, de solis electis veraciter dici posse, nullum eorum esse periturum; cõsequens planè est solos electos esse cives Hierusalem, adeoque peregrinos Hierosolymitanos; siquidem peregrinus nihil aliud est quàm civis absens: [l] 'Incolatus (ait ipse alibi) peregrinatio est: Incola dicitur, qui habitat in terra aliena, non in ciuitate sua'. Quò spectat & illud §. præcedente ex ipso citatum Concione 8. in Psal. 118. 'Non omnis homo potest dicere, *Incola ego sum in terra*, sed cui patria promissa est æterna in cœlis'. Constat verò æternam in cœlis patriam solis electis esse promissam; qui ob id dicuntur *filij promissionis*, distinguunturque contra *filios perditionis*. Et per quid distinguuntur, nisi quòd illorum *nomina scripta sunt in cœlo*, istorum verò in terra; dicente Propheta ad Dominum, *Recedentes à te, in terra scribentur*? Hinc illi appellantur cæligenæ, isti autem terrigenæ: illi in terra accolæ sunt & peregrini, isti verò municipes & habitatores: de quibus ait Propheta, *Iudicium Domino cum habitatoribus terræ*. In quem locum Hieronymus: [m] 'Rectè (inquit) qui habitatores terræ sunt, & non incolæ, ad iudicium provocantur; quia *à facie aquilonis exardescunt mala super habitatores terræ*: & in Apocalypsi ,Ioannis, *Væ væ væ* dicitur *super habitatores terræ*. Qui autem potest cum ,Propheta dicere, *Advena sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei*, ,& pertransit mundum istum quasi incola & peregrinus; veritatem sequitur, & misericordiam, & scientiam Dei'. Consonat his Gaudentius Brixianus Serm. 18. qui *de Vilico iniquitatis* inscribitur, dicens: 'Quicquid in hoc sæculo est, alienum nobis est, qui retributionem futuram ,sperantes, *velut hospites & peregrini in hoc mundo conversari* iubemur, vt ,vnusquisque nostrùm securus Domino audeat confiteri: *Advena sum & peregrinus, sicut omnes patres mei*'. Consonat & Maximus Taurinensis Homil. *de Iuda traditore*, quæ circumfertur etiam inter Ambrosij Sermones ordine 51. *de Iuda Scarioth* inscriptus. Vbi differens de agro figulí empto in sepulturam peregrinorum pretio proditionis Christi: 'Peregrinis (inquit) qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe ,exules iactabantur, requies Christi sanguine providetur: vt quibus non est in mundo possessio, ijs in Christo detur sepultura'. Consonat & Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in caput 15. Ioannis ad vers. 14. dicens: 'Peregrini sunt & aduenæ in terra, qui cœlestem vitam ducunt, ,& terram affectu ac studio pietatis erga Deum relinquunt, supernæ mansionis desiderio'. Accedit Basilius in Psalmum 14. sub initium: 'Incolatus (inquieris) habitatio est temporaria, vitam nobis reipsa subindicans minùs constabilitam, sed deciduam ac transitoriam, ob spem ,hinc ad alteram tantò meliorem emigrandi. Sancti autem viri est, ,hanc vitam more hospitis transire, ac ad alteram properare. Ideò & ,David de seipso loquitur, *Incola ego sum & peregrinus, sicut omnes patres ,mei*. Incola quippe fuit Abraham, qui *ne terræ quidem vestigium propriè possedit;*

[l] *Aug. in Psal. 119. vers. 5. Vide eundem in Psal. 104. vers. 23.*

[m] *Hieron. in caput 4. Osee vers. 1. Vide eundem in cap. 26. Isaiæ v. 20. & in caput 7. Ezech. vers. 7. & in cap. 16. Ezech. v. 23.*

Gaudentius.

1. Pet. 2. 11

Psal. 38. 13

Maximus.

Cyril. Alex.

Basilius.

Vide Chrysost. & Theodoretum in Psal. 119. vers. 5.

Act. 7. 5.

,poſſedit; ſed vbi opus ei ſepulchro fuit, id argento mercatus eſt. Ex ,quo ſanè ſcriptura demonſtrat quemadmodum in carne viventem in- ,colam eſſe oporteat, migrantemque ex hac vita in locis proprijs re- ,quieſcere. Quocirca in hac vita alienigenis Abraham cohabitabat: ,terram verò quâ corpus tumulandum olim erat, pecuniâ ſuâ ſibi cõ- ,parabat. Beatus planè, qui ijs quę in terra ſunt, non vt proprijs ſe ad- ,dixit, neque iſti ſæculo tanquam naturali ſuæ patriæ acquievit: quin ,potiùs gravatur quòd incolatum hunc caſum novit eſſe à rebus po- ,tioribus, & quaſi proſcriptionis domicilium vitam hanc incolit, per- ,inde atque illi qui ob quæpiam delicta coguntur iudicum calculis ſolum vertere in quo nati ſunt, relégati in exilium'. Et aliquantulùm inferiùs ibidem: 'Rarus profectò (inquit) qui in corpore tanquam incola verſatur'. Conſonat & Ambroſius, cùm ait: [n] 'Qui eſt terræ ,accola, habitator cœli eſt: qui autem habitator terræ, poſſeſſor eſt mortis'. Et Serm. 3. in Pſal. 118. 'Ille eſt in hac terra advena (in- ,quit) qui poteſt dicere, *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt*: qui ſuam habet in Dño portionem'. Accedit Gregorius in expoſitione iſtorum verborũ Iob, *Lapidẽ caliginis & vmbrã mortis dividit torrens à populo peregrinante*: [o] 'Quis in hoc mundo (inquit) peregrinatur populus, niſi qui ,ad ſortem electorum currens, habere ſe patriam novit in cœleſtibus: ,& tantò magis ſe illic ſperat invenire propria, quantò hìc cuncta quę ,prætereunt, eſſe à ſe deputat aliena? Peregrinus itaque eſt populus, ,omnium numerus electorum; qui hanc vitam quoddam ſibi exilium ,deputantes, ad ſupernam patriam totâ cordis intentione ſuſpirant: de ,quibus Paulus dicit, *Confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere*'. Subſcribit denique Beda non ſolùm in commentario ſuper caput 11. ad Hebræos ad verſ. 16. vbi Auguſtini verba ex Quæſtione 156. ſuper Geneſim, & ex Concione 8. in Pſal. 118. ſuperiùs recitata tranſcribit & ſua facit: verumetiam in Commentario ſuper Pſalmo 119. ad verſ. 5. vbi ait: 'Quod dicit, *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus eſt*: id eſt, pere- ,grinatio mea nimis prolongata eſt. Incola enim, qui alienam ter- ,ram incolit, quaſi peregrinatur: velut omnes qui *hìc non habent manentem civitatem, ſed futuram inquirunt*'. Non ait, velut omnes omninò homines qui in hoc mundo vivunt: ſed, velut omnes qui *hìc non habent manentem civitatem, ſed futuram inquirunt*: futuram vtique ſuam, ſibique divinitùs repromiſſam. Vnde & idem alibi ait: 'Omnes ,qui ad populum Dei pertinent, etſi corpore incolant terram, mente ,in cœleſtibus habitant: quia *noſtra converſatio in cœlis eſt*, vt ait Apoſto- ,lus. Et ideò non cives ſunt hìc, ſed inquilini: quia *non hìc manentem civitatem ſe habere* deputant, *ſed inquirunt futuram*'. Vbi non ait, Omnes in hac vita degentes: ſed, Omnes ad populum Dei pertinentes. Pertinere porrò ad populun Dei nihil aliud eſt quàm civem eſſe civitatis Dei. Atque ita Beda hìc conſonat Proſpero ſuperiùs §. 2. dicenti: 'Omnis qui ad ſupernam pertinet civitatem, peregrinus eſt mundi: & dum temporali vtitur vita, in patria vivit aliena'. His

[n] *Ambroſ. l. 2. de Abrahã c. 7.*

Phil. 3. 20.

Iob. 28. 3. & 4.

[o] *Greg. lib. 18. Moral. cap. 19.*

Hebr. 11. 13.

Beda.

Hebr. 13. 14.

Phil. 3. 20.

Vide ſupr. l. 2. cont. Iul. c. 6.

Proſper.

Decisio. His Patrum atteſtationibus videtur evinci, Hieroſolymitanã peregrinationem electis eſſe propriam. Quod vt pleniùs perſpiciatur, diluendæ ſunt obiectiones, quibus contrarium poſſet putari verosimilius. 4.

Obiectio. P Aug. Quæſt. 91. ſuper Leviticum. Objcitur itaque inprimis illud Auguſtini: P 'Omnis homo advena eſt naſcendo, & incola vivendo: quoniam compellitur migrare moriendo'. Vbi non ait, Omnis electus, vel Omnis qui ad ſupernam pertinet civitatem, vel Omnis qui eſt de populo Dei: ſed, 'Omnis homo'. Deinde ratio quâ probat omnem hominem eſſe incolam vivendo, omnibus prorſus ſine exceptione communis eſt. Quis enim eſt qui non hinc migrare compellatur moriendo? Rurſus Enarrat. in Pſalm. 55. ſuper verſu 7. cùm præmiſiſſet: 'Jncolæ dicuntur, qui habitant in patria non ſua': continuò ſubdidit vnde nunc agitur: 'Omnis homo in hac vita peregrinus eſt', quorſum hoc, niſi quia nullus hominum habet hìc ciuitatem manentem, ſed moriendo tranſmigrat in aliam cui inſcriptus eſt? Nam vt Enarrat. in Pſalm. 145. ſuper verſu 2. idem ait: 'Jſta terra morientium eſt: hàc tranſimus; ſed intereſt quò: quoniam & malus homo peregrinatur hìc, & bonus homo peregrinatur hìc. Non enim bonus tranſit, & malus hìc permanet; aut malus tranſit, & bonus hìc permanet. Ambo tranſeunt'. Et Serm. 32. de Verbis Domini cap. 2. 'Vnuſquiſque hìc (inquit) & in domo ſua hoſpes eſt. Si non eſt hoſpes, non inde tranſeat. Si tranſiturus eſt, hoſpes eſt. Non ſe fallat, hoſpes eſt: velit nolit, hoſpes eſt'. Et in Pſalm. 60. ad verſ. 5. 'Jbi es inquilinus (inquit) vnde es auditurus vocem Domini Dei tui, Migra'. Sicut ergo nemo non eſt hanc Domini vocem auditurus, ita nemo non eſt in hac vita inquilinus, Verùm hæ authoritates aſſertioni noſtræ non obſtant. Non enim qualemcumq; peregrinationem ad electos reſtrinximus, ſed Hieroſolymitanam. Admittimus itaque omnes homines etiam reprobos eſſe hìc peregrinos, ſed negamus reprobos eſſe peregrinos Hieroſolymitanos: non enim ſunt inſcripti in ſuperna Hieruſalem tanquam cives. Vnde & Auguſtinus de eis loquens: 9 'Sunt autem & ipſi (inquit) peregrini & inquilini, non huic terræ, ſed populo Dei, à quo ſunt alienigenæ. Vnde credentibus, & ſanctam civitatem, quæ non eſt de hoc mundo, habere incipientibus Apoſtolus dicit: *Igitur iam non eſtis peregrini & inquilini, ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei.* Ipſi ergo ſunt cives terreni, qui ſunt in Dei populo peregrini: qui verò cives ſunt in populo Dei, ipſi ſunt in terra peregrini: quia totus idem populus *quamdiu eſt in corpore, peregrinatur à Do.*'. Omnes ergo homines ſunt hìc peregrini: quia terrigenis peregrini ſunt ſi ſint cœligenæ, & cœligenis ſi terrigenæ. Atque hinc conciliatur apparens diſſonantia Petri & Pauli in ſuis ad neophytos Chriſtianos Epiſtolis: dicente eis Paulo, *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ*; cùm è contrario dicat eis Petrus, *Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos.* Neophyti quippe Chriſtiani ſuâ ad fidem converſione deſierunt eſſe peregrini populo Dei, cui peregrini fuerant cùm foris eſſent. Atque hinc Paulus præcitatis ex ipſo verbis adiecit,

Vide Laur. Juſtinian. l. de Interiori Conflictu c. 13 ſalomonis.

9 Aug. Concio. 8. in Pſal. 118.

Eph. 2. 19

2. Cor. 5. 6

Præoccupatio.

1. Pet. 2. 11

Sed

Sed eſtis cives ſanctorũ, & domeſtici Dei. Quia tamen triumphantẽ Eccleſiã nondũ in re, ſed ſolùm in ſpe ingreſſi fuerant, rectè eis ait Petrus, *Obſecro vos tanquam advenas & peregrinos.* Sed ſupereſt difficultas quomodo cum Paulino oraculo iam memorato cohæreat illud Pſalmographi, vtique iam fidelis: *Advena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes Patres mei.* Non enim apparet quomodo ſit *domeſticus Dei*, qui ſe adhuc profitetur *peregrinum apud Deum.* Domeſticus quippe dicitur, qui in domo iam habitat; peregrinus autem, qui adhuc foris eſt. Et augetur difficultas ex Auguſtino, qui ait: [r] 'Multi peregrini ſunt cum diabolo: qui autem crediderunt & fideles ſunt, peregrini quidem ſunt, QVIA NONDVM AD ILLAM PATRIAM DOMVMQVE VENERVNT; ſed tamen apud Deum ſunt'. Quæ ſententia conſonat quidem dictis Pſalmographi, ſed diſſonare videtur dictis Apoſtoli. Nam ſi fideles 'Nondum ad illam patriam domumque venerunt', quomodo veraciter dici poſſunt *domeſtici Dei*? Quòd ſi quis reſpondeat, eos dici domeſticos non ab actuali inhabitatione domus Dei, ſed propter incommutabilem in eam Dei prædeſtinationem. Contrà facit illud, quod Apoſtolus præmiſerat, *Iam non eſtis hoſpites & advenæ*, ſive vt Auguſtinus legit, *Iam non eſtis peregrini & inquilini.* Vbi dicendo, *Iam non eſtis*, apertè innuitur, eos antea fuiſſe. Et tamen ſi divina prædeſtinatio attendatur, ſecundùm eam ſemper fuêre domeſtici, nunquam extranei: quoniam vt Proſper advertit, [s] 'Non eſt in Deo accidens motus, aut nova voluntas, aut temporale conſilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate variatur; ſed cuncta pariter tempora & tẽporalia, ſempiterno ac ſtabili comprehendit intuitu: & omnibus omnia iam retribuit, qui *quæ futura ſunt iam fecit*'. Et adhibito in eam rem Apoſtoli ad Epheſios teſtimonio, ſubdit inferiùs, Apoſtolum ibi docere, 'Donum atque opus gratiæ in æterno ſemper Dei manſiſſe conſilio, omneſque adoptionis filios non ſolùm eo tempore quo iam exiſtentes vocati ſunt, ſed etiam priuſquam mundus conderetur, electos'. Verùm hæc difficultas facilè expeditur, advertendo, domum Dei dici Eccleſiam, non ſolùm pro ea parte qua in cœlis regnat, ſed etiam pro ea qua in terris militat: *Hæc ſcribo*, ait Timotheo Apoſtolus, *ſperans me venire ad te citò. Si autem tardavero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi.* Eccleſia vtique, quæ teſte Hugone Victorino, [t] 'Partim eſt in cœlo, partim in mundo: ibi velut in patria, hìc vt in exilio: ibi regnans, hìc peregrinans'. Et paulò inferiùs rurſus ibidem: 'Licet ſanctam Eccleſiã (inquit) ita ſecundùm ſtatus diverſos, credulitatis ſcilicet & viſionis, ſpei & rei, iuſtificationis & beatitudinis, gratiæ & gloriæ, diſtinguamus: vt in exilio ſit filia, in regno mater, quemadmodum ſcriptũ eſt, *Illa Hieruſalem quæ ſurſum eſt, libera eſt* (videlicet à tẽtationibus, tribulationibus, & mortalitate) *quæ eſt mater omnium noſtrûm.* Licet, inquam, ſic diſtinguamus: vna eſt tamen vxor agni, ſponſa Chriſti: ſicut ſcriptũ eſt, *Vna eſt columba mea, perfecta mea*: vna prædeſtinatione, nondum vna glorificatione'.

Obiectio.

Pſal. 38. 13

r *Aug. in Pſal. 38. ad verſ. 13. Vide Bedam. ibidem.*

Præoccupatio.

Vide Aug. in Pſal. 136. v. 9.

s *Proſp. l. 2. de Vocat. Gentium cap. 33.*

Iſa. 45. 11. iuxta 70.

Solutio.

1. Tim. 3. 14.

t *Hug. Victor. Serm. 44. Vide eundem Serm. 84.*

Gal. 4. 26.

Cant. 6. 8.

Hausit hanc doctrinam Hugo ex Augustino, qui ait: [v] 'Omnes fideles, qui sunt domus Dei, non solùm qui modò sunt, sed & qui ante nos fuerunt & iam dormierunt, & qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis vsque in finem sæculi, congregati in vnum fideles innumerabiles, sed Deo numerati, de quibus dicit Apostolus, *Novit Dominus qui sunt eius*: grana illa quæ modò gemunt inter paleas, quæ massam vnam factura sunt *quando area in fine mundi fuerit ventilata*. Omnis ergo numerus fidelium sanctorum ex hominibus commutandorum vt fiant *æquales Angelis Dei*, adiuncti etiam ipsis Angelis qui modò non peregrinantur, sed expectant nos quando à peregrinatione redeamus, omnes simul vnam domum Dei faciunt, & vnam civitatem. Ipsa est Hierusalem'. Propter hanc itaque Ecclesiæ in seipsa vnitatem simulque penes diversos status diversitatem, illi qui per fidem in Ecclesia militante versantur, nunc *domestici Dei*, nunc *peregrini* nuncupantur: domestici quidem, quia in domo sunt; peregrini autem, quia in aliam domum, vel potiùs in aliam partem eiusdem domus finaliter migraturi sunt.

[v] *Aug. in Psal. 126. ad vers. 1. Vide eundem Tract. 124. in Ioan. post mediũ, & lib. de Catechiz. Rudibus c. 20.*

2. Tim. 2. 19.

Mat. 3. 12.

Luc. 20. 36

Obiectio.

Præassertæ doctrinę obstare videtur illa Augustini confessio, totius humani generis nomine ad Deum directa: [w] 'Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te'. Vnde consequens apparet, communem esse omnibus hominibus illam patriam de qua scriptum est, *Videbitur Deus Deorum in Sion*. Non enim apparet vnde ista humani cordis inquietudo consurgat, nisi quia commune est omni homini *civitatem manentem hîc non habere, sed futuram inquirere*: adeoq; hîc peregrinari, non qualicunque peregrinatione, sed Sionitana seu Hierosolymitana.

[w] *Aug. lib. 1. Confess. c. 1.*

5.

Pſal. 83. 8.

Hebr. 13. 14.

Confirmatio.

Confirmatur hic discursus ex eo, quòd apud omnes in confesso sit, humanam naturam ad hoc fuisse primitùs conditam, vt *videret Deum Deorum in Sion*. Vnde ait Anselmus: [x] 'Rationalem naturam à Deo factam esse iustam, vt illo fruendo beata esset, dubitari non debet'. Quò spectat & illud Augustini dictum: [y] 'Homo civis est Hierusalem, sed venditus sub peccato factus est peregrinus. De propagine ipsius natum est genus humanum, & implevit terras captivitas Sion'. Sicut ergo nullus est hominum qui non de propagine primi illius sit natus, ita nullus est hominum qui non ex prima conditione ciuis sit Hierusalem, & venditus sub peccato factus peregrinus. Nec satisfit dicendo, hominem ex prima cõditione civem Hierusalem fuisse, sed venditum sub peccato civitatem amisisse. Nam huic evasioni obstat illud Augustini: [z] 'Quoniam exulavimus ab incommutabili gaudio, nec tamen inde præcisi atque abrupti sumus, vt non etiam in istis mutabilibus & temporalibus æternitatem, veritatem, beatitudinem quæreremus: nec mori enim, nec falli, nec perturbari volumus: missa sunt nobis divinitùs visa congrua peregrinationi nostræ, quibus admoneremur, non hîc esse quod quęrimus, sed illuc ad ipsa esse redeundum, vnde nisi penderemus, hîc ea non quæreremus'. Ecce tria bona supernæ patriæ ac civitati propria, æternitatem, veritatem, beatitatem;

[x] *Anſel. lib. 2. Cur Deus homo cap. 1.*

[y] *Aug. in Pſal. 125. vers. 1.*

Evasio præcluſa.

[z] *Aug. l. 4. de Trinit. cap. 1.*

Digitized by Google

tatem; quibus omnes inhiant, etsi non omnes attingant. Ad illa itaq; illuc redeundum est, *vnde nisi penderemus, hîc ea non quæreremus.* Cùm igitur omnes tam electi quàm reprobi tria illa bona hîc quærant, consequens planè apparet quòd omnes inde pendeant. Si autem omnes inde pendent, nulli profectò indè præcisi aut abrupti sunt: Non enim pro præciso vel abrupto habendus est, qui quantillocunque adhuc funiculo pendet. Duobus porrò funiculis è cœlesti Hierusalem primitùs omnes pependimus: vno divinæ imaginis, altero divinæ similitudinis. Posteriorem hunc funiculum hostilis gladius discidit, sed priorem discindere non valuit, quamvis eum attenuaverit, multumque debilitaverit. Funiculum similitudinis diruptum redintegraturus, & funiculum imaginis attenuatum roboraturus Deus, ait per Oseam de
Osee 11. 4. filijs promissionis, *In funiculis Adam traham eos.* Tanquam diceret, restaurabo in eis funiculos, quibus è cœlesti patria pendebat & in eandem trahebatur Adam; retexendo diruptum, & roborando attenuatum: [a] 'Hostilis gladius (ait quidam) penitùs hominem non extin-
[a] *Hugo Victor. Serm. 7°.*
,xit, dum in eo naturalis boni dignitatem omninò delere non potuit.
Psal. 50. 12 ,Et huic sententiæ Psalmographus concinit, vbi dicit: *Cor mundum ,crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.* Per cor enim ,mundum divinam in se designans similitudinem, & per spiritum re-,ctum divinam imaginem, dum cor mundum in se creari, spiritum vero rectum petijt renovari, convenienter insinuavit, & divinam simi-,litudinem in toto posse corrumpi, & divinam imaginem nequaquam ,prorsus posse deleri. Ibi namque vbi nihil remansit, bonum si restau-,retur, creatur': & ibi vbi aliquid boni adhuc supersest, renovatur'. Cùm igitur divinæ imaginis funiculus quantumvis attenuatus maneat indiruptus, consequens apparet, neminem qui vel eo solo pendet, debere censeri à superna patria præcisum aut abruptum. Nec obstat quòd hoc discursu probari videatur, non solùm reprobos in via constitutos, sed etiam damnatos gehennæ mancipatos, pro civibus Hierusalem esse habendos: pendent enim inde per funiculum divinæ imaginis, qui nec ipsis gehennæ flammis exuritur aut abrumpitur, dicente Bernardo: [b] 'Similitudo quidem perit, veruntamen in imagine per
[b] *Bernard. Ser. 1. de Annunt.*
,transit homo. Imago siquidem in gehenna ipsa vri poterit, non exuri: ardere, sed non deleri'. Nam hoc ipsum supponi videtur ab Augustino, cùm adversùs Pelagium, innocentiæ parvulorum sine baptismo decedentium assertorem, ait: [c] 'Videris tibi misericors, quia non aufers
[c] *Aug. Ser. 14. de Verbis Apost. cap. 6.*
,parvulo vitam: damnas tamen, quem separas à regno cœlorum. Dam-,nas: non eum percutis; sed in exilium mittis. Nam & qui exulant, ,vivunt: si sani sunt, in doloribus corporis non sunt, nec torquentur, nó ,carceris tenebris affliguntur: hęc illis sola pœna est, NON ESSE IN PA-,TRIA. Si amatur patria, magna pœna: si autem non amatur patria, pe-ior est cordis pœna'. Ex quo Augustini discursu consequi videtur, imaginem Dei, etiam sententialiter exclusam à regno Dei, pro patria nihilominus habere regnum Dei. Nec refert quòd Augustinus ad ho-

Evasio præclusa.

Præoccupatio.

minem ibi argumẽtetur adversùs Pelagium. Nam equidẽ prẽsupponit tanquam ex vtriusque partis consensu, regnum cœlorum esse patriam parvulorum, etiam sententialiter ab eo excluſorum. Jnde enim colligit seclusionem à regno dei parvulis esse pœnalem, quia alienat eos à Patria, adeoque exilium est. Non tamen hinc inferas, damnatos peregrinari. Nam cùm non sint viatores, nec peregrinari dicendi sunt. Peregrinatio quippe vltrà absentiam à patria importat statum viatoris: ob cuius defectum nec animæ in purgatorio dicuntur peregrinari, quamvis à patria absint. Viatoribus autem quantumlibet excæcatis, & sempiterno exilio prædestinativè mulctatis, nihil deesse videtur quò minùs sint peregrini; cùm & viatorum statum habeant, & patriam alibi habeant. Illam nimirum ad quam primitùs fuére conditi, & ex qua sic pendent vt non sint penitùs præcisi.

Præoccupatio.

Solutio. 6. Non tanti momenti sunt istæ obiectiones, vt à præasserta sententia quemquam debeant dimovere. Ad illam igitur Augustini confessionem, communi humani generis voce expressam, 'Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te': Respondetur, non inde concludi Hierosolymitanam civilitatem, sed duntaxat appetitũ supernæ fælicitatis: de quo inferiùs lib. 4. Omnes quidem homines ex prima naturæ institutione Hierosolymitani cives fuerunt, sed ob læsæ maiestatis crimen civitate exciderunt; quamvis non idcircò eam desiderare desierint: [d] 'Nam vtique peccando (ait alibi idem Augustinus) ,nec pietatem nec fælicitatem tenuimus: voluntatem verò fælicitatis, nec perdita fælicitate perdidimus'. Quam fælicitatis voluntatem alibi beatitudinis appetitum vocat, dicens: [e] 'Natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum'. Remansit igitur in hominibus appetitus beatitatis, sed amissa est prærogativa pristinæ civitatis: quia licet culpa nequierit abolere naturæ propensionem, meruit tamen deleri pristinam civium inscriptionem. Constat verò, ad constituendum civem non sufficere primam naturæ conditionem peccato deperditam, nec remanentem in natura appetentiam civitatis, si desit inscriptio in Albo concivium. Album porrò civium Hierusalem est *Liber vitæ agni*, quem Augustinus interdum [f] 'Contemplationem artificis', interdum [g] 'Memoriale patris' appellat: quo memoriali iuxta Apostolum, *Cognovit dominus qui sunt eius*: quorum cœtum alibi idem Apostolus vocat *Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis*: de quorũ numero fuerunt quibus dictum est, *Nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Quicunque itaq; ex horum numero sunt, Hierosolymitani cives sunt: quicunque autem extra eundem numerum sunt, cives Hierosolymitani dicendi non sunt: quales sunt illi de quibus ait Psaltes, *Deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur.* Et alibi supernæ civitatis artificem alloquens, in cuius contemplatione est civium omnium numerus: *In civitate tua*, inquit, *imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Non igitur supernæ civitatis cives dicendi sunt, quorum in ea imagines ad nihilum redactæ sunt: 'Nonne digni sunt hæc pati (ait in eum Psalmi locum

[d] *Aug. l. 22. de Civit. cap. 30.*

[e] *Aug. Enchir. cap. 25.*

[f] *Aug. Enchir. cap. 29.*

[g] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 9.*

Apoc. 13. 8

2. *Tim. 2.* 19.

Hebr. 12. 23.

Luc. 10. 20

Psal. 68. 29.

Psal. 72. 20.

Digitized by Google

,locũ Augustinus) vt Deus in civitate sua imaginem illorum ad nihilũ ,redigat, quia & ipsi in civitate sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt' ? Neque his obstant quæ de funiculis imaginis & similitudinis divinæ obiecta sunt. Nam funiculo imaginis sine funiculo similitudinis nemo in supernam Hierusalem trahitur, nisi solo desiderio: Scriptũ est enim, *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium.* Ac per hoc non in eam intrabit aut trahetur imago sine similitudine, hoc est, natura sine gratia: Nam teste Prospero, [h] 'Sordet natura sine gratia'. Funiculus itaque divinæ imaginis seiunctus à funiculo divinæ similitudinis nulli tribuit prærogativam civis, tametsi vnumquenque angat desiderio civitatis. Quo vtique desiderio flagrant etiam ij, qui æternis supplicijs sententialiter mãcipati sunt: vt expressè tradit Scotus, cùm de eis loquens ait: [i] 'In ,eis est appetitus naturalis respectu beatitudinis, quia appetitus naturalis non addit aliquam perfectionem super naturam absolutam, sed ,solùm inclinationem ipsius naturæ ad suam perfectionem: & ideò manente naturâ manet ille appetitus. Et si dicas, quod tunc ille appetitus erit frustrà: ita dicas, quod damnati frustrà sunt homines vel Angeli; cùm appetitus naturalis non addat absolutum aliquid super naturam eorum'. Cæterùm nullo modo admittendum est, quod subsequenter in obiectione prætenditur, damnatos nimirum & æternis ignibus mancipatos esse cives supernæ Hierusalem. Nam vt §. 3. ex Augustino protulimus, nullus civium Hierusalem finaliter periturus est. Cives quippe Hierusalem sunt, vt alibi idem ait, [k] 'Omnes ,sanctificati homines, qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt: & ,omnes sanctificati spiritus etiam quicunque in excelsis cœlorum partibus piâ devotione obtemperant Deo, nec imitantur impiam Diaboli superbiam & angelorum eius'. Nec obstant quæ ex Serm. 14. de Verbis Apostoli in contrarium obiecta sunt. Nam in primis non de eis ibi agitur qui ob culpam deleri de Albo concivium meruerunt, sed de eis quos Pelagiani ab omni culpa puros esse contenderunt; quorum Pelagianorum hypothesin nullo modo Augustinus admittit, sed eâ tantisper dissimulatâ adversarios ab absurdo revincit. Deinde non loquitur ibi Augustinus de damnatorum patria in sensu composito, sed in diviso: de illa nimirum ad quam primitùs conditi fuerant, & quâ potituri fuissent nisi proscribi meruissent: non cui pro præsenti inscripti existant, aut cuius prærogativis civilibus gaudeant. Quæ responsio illustratur exemplo bannitorum, ibidem per Augustinum adducto. Banniti etenim seu capite diminuti ipsâ proscriptione desinunt esse cives, præsertim cùm in perpetuum exulare decernuntur. Quemadmodum igitur banniti etiam qui cives nati fuerant, ipsâ bannitione civitatem amittunt: ita omnes reprobi etsi ex prima naturæ institutione cives Hierusalem fuerint, ob communem tamen noxam civitate exciderunt. Amant banniti patriam vnde excidi meruerunt, amant reprobi patriam quam suâ culpâ amiserunt. Sicut autem illos non facit

[h] *Prosp. Epist. ad Ruffinum c. 7.*

[i] *Scotus in 4^m. dist. 40. q. 10. §. 11.*

[k] *Aug. lib. de Catechiz. Rudibus. cap. 20.*

Digitized by Google

cives amor patriæ terrenæ vnde ſunt exciſi, ita nec iſtos facit cives amor patriæ cœleſtis de cuius regiſtro ſunt deleti. Nec enim pro cive habendus eſt, qui & de Albo civium deletus, & omnibus corum prærogativis abdicatus eſt: 'Volo civem (ait quidam) partiſcipem publici muneris eſſe poſſe: aliter nec civem quidem habenſdum cenſeo. Nec placet per affinitatem civem vocari, nec per vicinitatem'.

1 Franciſc. Patricius lib. 1. de Repub. cap. 3.

CAPVT II.

Trina Difficultas ſuper humanâ peregrinatione proponitur & expeditur: Prima de infidelibus ad vitam præordinatis, Secunda de iuſtis ad interitum prædeſtinatis, Tertia de Chriſto pro ſtatu ſua mortalitatis. Difficultas de Animabus piorum in Limbo vel Purgatorio proponitur, ſed remittitur.

PRo pleniori præmiſſorum intelligentia aliquot ſuperſunt difficultates, quas hoc capite pro viribus expedire conabimur. Prima moveri poteſt de infidelibus ad vitam prædeſtinatis, An nimirum pro tempore infidelitatis ſuæ peregrinari dicendi ſint. Negativam partem innuere videtur Apoſtolus: qui cùm dixiſſet, *dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino*: continuò quaſi rationem ſui dicti aſſignans ſubdidit, *Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.* Ex quo ſequi videtur, infideles quamdiu tales ſunt, peregrinos non eſſe, quantumvis prædeſtinati ſint; cùm non ambulent per fidem, quâ vtique deſtituti ſunt. Atque ita Apoſtolum intellexiſſe videtur Auguſtinus cap. præcedente §. 3. ex Concione 8. in Pſalm. 118. allegatus: necnon Præfatione in Pſalm. 123. vbi ait: 'Mundantur corda noſtra per fidem, ,vt poſſint eſſe idonea capere ſpeciem: Ambulamus enim nunc per fi,dem, nondum per ſpeciem: ſicut Apoſtolus dicit, *Quamdiu ſumus in ,corpore peregrinamur à Domino.* Et quid eſt, peregrinamur? *Per fidem ,enim ambulamus*, inquit, *non per ſpeciem.* Qui ergo peregrinatur & per ,fidem ambulat, nondum eſt in patria, ſed iam eſt in via: qui autem non credit, nec in patria eſt, nec in via'. Ex mente igitur Auguſtini infideles non peregrinantur, quia cùm non per fidem ambulent, non ſunt in via: ac per hoc eis deeſt ſtatus viatoris; qui tamen neceſſarius eſt ad conſtituendum peregrinum. Addi poſſunt & alia eiuſdem teſtimonia, quibus idipſum non obſcurè inſinuat: vt eſt illud in Proœmio Enarrationis ſuper Pſalmo 86. 'Civitas quædam in iſto Pſalmo can,tata & commendata eſt: cuius cives ſumus in quantum Chriſtiani ſumus, & vnde peregrinamur quamdiu mortales ſumus'. Conſtat autem, civitatem iſto Pſalmo cantatam non aliam eſſe quàm ſupernam Sion ſeu Hieruſalem. Conſequens proinde apparet, ex mente Auguſtini, infideles quantumvis prædeſtinatos non eſſe cives Hieruſalem, cùm non ſint Chriſtiani. Si autem cives inde non ſint, profectò nec peregrini inde ſunt: Nam vt ſuperiori capite indicavimus, Peregrinus

I.

Difficultas 1. De Infidelibus ad vitam prædeſtinatis.

2. Cor. 5

Auguſtinus.

non

Digitized by Google

non eſt niſi civis abſens. Eòdem ſpectat & illud eiuſdem alibi: [m] 'Na-
,tus eſt prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, perti-
,nens ad hominum civitatem: poſterior Abel ad civitatem Dei. Sicut
Cor. 15. ,enim in vno homine quod dixit Apoſtolus experimur, *Quia non pri-*
6. ,*mum quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, poſteà quod ſpiritale*: vnde vnuſ-
,quiſque, quoniam ex damnata propagine exoritur, primò ſit neceſſe
,eſt ex Adam malus atque carnalis: quòd ſi in Chriſto renaſcendo
,profecerit, poſteà erit bonus & ſpiritalis. Sic in vniverſo genere hu-
,mano cùm primùm duæ iſtæ cœperunt naſcendo atque moriendo
,procurrere civitates, prior eſt natus civis huius ſæculi; poſterior au-
,tem iſto peregrinus in ſæculo, & pertinens ad civitatem Dei; gratiâ
,prædeſtinatus, gratiâ electus, gratiâ peregrinus deorſum, gratiâ civis
ſurſum'. Ex quibus Auguſtini verbis duo ad propoſitum formari
poſſunt argumenta: Primum ex Analogia Cain & Abel, quæ in quo-
libet homine ita reperitur, vt nemo fiat Abel niſi de Cain, id eſt, ne-
mo civis Hieruſalem niſi de cive Babylonis. Quod omninò falſum fo-
ret, ſi infideles quantumvis ad vitam electi pro peregrinis Hieroſoly-
mitanis habendi eſſent tempore infidelitatis: Sic enim nunquam fuiſ-
ſent cives Babylonis, ſed à prima nativitate cives Hieruſalem: nec
proinde quiſquam eorum fieret Abel de Cain, ſed ſemper ex quo eſſe
cœpiſſet, Abel fuiſſet. Alterum argumentum formari poteſt ex po-
ſtremis illis verbis: 'Gratiâ peregrinus deorſum, gratiâ civis ſurſum'.
Ex quibus ſequi videtur, hominẽ tum demum incipere eſſe peregrinũ
deorſum & civem ſurſum, quando incipit particeps eſſe gratiæ: adeo-
que infideles, vtpotè gratiæ exortes, non eſſe peregrinos deorſum aut
cives ſurſum. Huc referri etiam poſſunt authoritates Patrum cap. præ-
cedente §. 3. allegatæ: quibus indicari videtur, ſolos eos pro peregri-
nis habendos eſſe in terris, quorum converſatio eſt in cœlis. Quod
nullâ ratione congruit infidelibus, quantumvis ad vitam finaliter ob-
tinendam prædeſtinatis. Addi poteſt & illud Maximi Taurinenſis
ſubſequenter ad verba ibidem ex ipſo deſcripta: 'Iſtos autem peregri-
,nos, quos eſſe dicimus, niſi devotiſſimos Chriſtianos; qui renuntian-
,tes ſæculo, & nihil poſſidentes in mundo, in Chriſti ſanguine requie-
ſcunt'? Addi inſuper poteſt & illud Chryſoſtomi: [n] 'Quemadmo-
,dum inquilinus prædium aliquod ingreſſus, rurſus tranſit in aliud
,prædium ſi iubeat dominus: ita nos per baptiſmum in Eccleſiam in-
,greſſi, per mortem rurſus tranſimus: & inventâ Eccleſiâ, Eccleſiam
,dimittimus: & cùm in ea fuerimus inquilini, ex ea aſſumimur: & qui
,infrà eramus inquilini, ſuperni cives efficimur: & qui vt inquilini hîc
perſecutiones patiebamur, illic vt amici & hęredes requieſcimus'. Ad-
di poſtremò poteſt illa Viatoris ſeu Peregrini deſcriptio à Papa Gre-
gorio in Moralibus tradita: [o] 'Viator dicitur, qui præſentem vitam,
,viam ſibi eſſe, & non patriam attendit: qui in dilectione prætereun-
,tis ſæculi cor figere deſpicit: qui non remanere in tranſeuntibus, ſed
ad æterna pervenire concupiſcit'.

[m] *Aug. l. 15. de Civit. c. 1. Videeundem in Pſal. 61. ad v. 4. ſuperiùs in Præfatiuncula huius libri citatum.*

Vide Aug. in Pſal. 136. ad verſ. 9.

Maximus.

[n] *Chryſoſt. in Pſal. 14. ad verſ. 1.*

[o] *Greg. l. 15. Moral. c. 35.*

His

Decisio. His non obstantibus amplectenda videtur pars affirmativa, infideles ad vitam electos reputans peregrinos. Habét quippè alibi civitatem 2.
Præoccupatio. cui inscripti sunt, nec eis deest status viatorum. Nec refert quod peregrinando non suæ civitati appropinquent, sed ab ea se elongent, quamdiu manent infideles. Nam etiam in corporali peregrinatione duplex motus reperitur, vnus elongationis à patria, alter appropinquationis ad patriam. Neque enim eos solos peregrinari corporaliter dicimus, qui sunt in reditu, sed etiam qui in abitu. Favet huic decisioni Augustinus, cùm de numero civium supernæ Hierusalē loquens: P 'Sunt ,quidam (inquit) ex eo numero, qui adhuc nequiter vivant, aut ,etiam in hæresibus, vel Gentilium superstitionibus iaceant: & ta-,men etiam illic *Novit Dominus qui sunt eius.* Namque in illa ineffabili 2. Tim. 2.
,præscientia Dei, multi qui foris videntur, intus sunt; & multi qui 19.
intus videntur, foris sunt'. Eòdem spectat & illud eiusdem cap. præcedente §. 3. ex Conc. 8. in Psalm. 118. transcriptum: 'Infideles, quos ,non præscivit nec prædestinavit Deus conformes fieri imaginis filij ,sui, non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos, quando ibi sunt vbi secundùm carnem nati sunt'. Ubi satis apertè à contrario sensu subindicat, infideles quos præscivit & prædestinavit Deus conformes fieri imaginis filij sui, posse veraciter dicere se in terra peregrinos, etiam quando ibi sunt vbi secundùm carnem nati sunt. Quorsum enim addidisset illam restrictionem, 'Quos non præscivit nec prædestinavit Deus' &c. nisi ad indicandum, reliquos infideles posse se dicere in terra peregrinos? Hoc ipsum & ratio ibidem continuò per eum adiuncta manifestat. Addit enim pro ratione: 'Non enim habent alibi civitatem: ac per hoc non sunt in terra alienigenæ, sed terrigenæ'. Unde cùm infideles quos præscivit & prædestinavit Deus conformes fieri imaginis filij sui, alibi habeant civitatem, consequens est ex Augustini mente eos in terra veraciter esse peregrinos; atque adeo alienigenas, & non terrigenas. Testimonia verò Patrum in contrarium adducta non tam exprimunt quid sit peregrinus, quàm qualis esse debeat vt suo nomini correspondeat: quemadmodùm Ecclesiastes cùm ait, *Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo*; non quiddi- Eccle. 12.
tativam hominis notionem tradit, sed qualiter se gerere homo debeat 13.
perstringit. Qua de re videri possunt quæ lib. 1. cap. 18. §. 6. ex Richardo Victorino & Paulino memoravimus: quibus addi potest & illud Hugonis Victorini: q 'Si *omnis homo est*, qui *timet Deum, & mandata* ,*eius observat*, constat quod ille homo non est, qui hoc non facit. Si ,enim cognoscit Deum & mandata eius, & non timet nec observat, ,contemptor est, & magis est diabolus dicendus quàm homo. Si ve-,rò non cognoscit Deum & mandata eius, cæcus est, & magis bestia di-,cendus est quàm homo. Si autem cognoscit & timet & custodit, verè homo est, & tali nomine dignus appellari'. Ad hunc igitur modum Patres in contrarium adducti peregrinum descripserunt, non accuratam eius definitionem tradendo, sed congruentia ei munia exprimendo.

P *Aug. lib. 5. de Baptismo contra Donatist. c. 27. Videt ibidem lib. 4. c. 3. & 10. & lib. 7. c. 51. & Tract. 45. in Ioannem.*

q *Hug. Victor. Ser. 10. in fine.*

Digitized by Google

do. Quæ munia per analogiam ad corporaliter peregrinantes idem Hugo Victorinus lib. de Proprietatibus & Epithetis rerum cap. 14. recenſens : 'Peregrinus (inquit) quò tendat conſiderat, longitudinem ,viæ antè metitur, neceſſaria victui ſecum portat, quàm minimùm po- ,teſt ſe onerat, fortia calceamenta ſibi comparat, peram habet, bacu- ,lum gerit, pretioſis veſtibus non induitur, bonæ ſocietati ſe con- ,iungit, à perfectione iuſti itineris aliquâ moleſtiâ ponderis non impe- ,ditur, non retrahitur à tranſitorijs, per pericula ſe fidelibus commen- ,dat, timore & ſuſpicione non caret, amore patriæ laborem tolerat, ſua ,non multis oſtendit, divitem ſe non prædicat, de fine itineris ſemper loquitur, cogitat, ad illum ſuſpirat'. Hæc ille, ad litteram quidem de peregrinante corporaliter, ſed cum myſtica reflexione ad peregrinantem ſpiritualiter. Sicut autem cui vna vel etiam plures conditiones hìc recenſitæ deſunt, non ſtatim idcircò peregrinari negandus eſt : ita nec is cui vna vel plures conditiones à Patribus in contrarium adductis memoratæ defuerint. Non enim Patribus illis propoſitum fuit exactam peregrini definitionem procudere, ſed perfectum & omnibus numeris abſolutum peregrinum in exemplum alijs imitandum proponere : [r] 'Fælices (ait Bernardus) qui ſe præſenti ſæculo nequam adve- br. 13. ,nas & peregrinos exhibent, immaculatos ſe cuſtodientes ab eo : *Neq; ,enim habemus hìc manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.* Abſtinea- ,mus ergo à carnalibus deſiderijs quæ militant adversùs animam, tan- ,quam advenæ & peregrini. Peregrinus ſiquidem viâ regiâ incedit, ,non declinat ad dexteram neque ad ſiniſtram : ſi fortè iurgantes vide- ,rit, non attendit : ſi nubentes, aut choros ducentes, aut aliud quodli- ,bet facientes, nihilominus tranſit ; quia peregrinus eſt, & non perti- ,net ad eum de talibus. Ad patriam ſuſpirat, ad patriam tendit, ve- ,ſtitum & victum habens non vult alijs onerari. Beatus planè qui ſuum il. 38. 13 ,ſic agnoſcit, ſic deplorat incolatum, dicens Domino : *Quoniam advena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut ōnes patres mei*'. Sed ne quis ſuſpicaretur Bernardum prædicta omnia ad rationē & notionem peregrini requirere, mox ſubdidit : 'Magnum hoc quidē, ſed fortè gradus aliquis altior ,eſt. Nam peregrinus etſi non admiſcetur civibus, aliquando tamen ,delectatur videre quæ fiunt, aut audire ab alijs, aut ipſe narrare quæ ,viderit : & his & huiuſmodi etſi penitus non retinetur, detinetur ta- ,men & retardatur, dum minùs memor patriæ, minori accelerat deſi- derio'. Sed fortè nonnemo Aſſertioni noſtræ opponet quod ibidem **Obiectio.** Bernardus continuò ſubiungit, dicens : 'Nam & tanto tempore poteſt ,in his delectari, vt iam non ſolùm remoretur, & minùs citò ve- niat; ſed & remanens ex toto, ne tardè quidem perveniat'. Ubi in- nuere haud obſcurè videtur, quòd etiam ij qui nunquam in ſupernam patriam perveniunt, peregrini equidem hìc ſint. Huic obiectioni du- **Diluitur.** pliciter reſponderi poteſt : Primò, ſermonem ibi ad litteram eſſe de peregrinantibus corporaliter ; quibus non neceſſe eſt per omnia conformari peregrinantes ſpiritualiter. Secundò peregrinantium ſpirituali-

[r] *Bern. Serm. 7. de Quadrageſ. Vide Laur. Iuſtinianum l. de Contemptu mūdi cap. 21. Vide Chryſ. ſt. Hom. 7. moral. in Epiſtolam ad Hebræos.*

igitized by Google

ter quosdam dici tales in ordine ad nos homines, qui vtique peregrinorum appellationem his aut illis tribuimus secundùm præsentem statum eorum, nobis vtcunque notum; nescientes alioqui quid futurum sit, vel quid ab æterno divinitùs constitutum: Alios verò tales dici per ordinem ad Deum, adeoque secundùm rei veritatem: quia teste Apostolo, *Iudicium Dei est secundùm veritatem.* Bernardus itaque exponi potest de peregrinis priori modo vsurpatis, non posteriori. Nam vt præcedente capite §. 3. ex Augustino retulimus, 'Fixum atque immobile debet corde retineri, Hierusalem captivam ab huius ,sæculi Babylonia decursis temporibus liberari, nullumque ex illa esse ,periturum: quia qui perierit, non ex illa erat: *Firmum* enim *fundamentum* DEI *stat, habens signaculum hoc: Novit* DOMINUS *qui sunt eius*'. Rom. 2. 2. 2. Tim. 2. 19.

Difficultas 2ª. De Reprobis temporaliter iustis.

Ex his facilè expeditur altera difficultas, quæ formari potest de reprobis temporaliter iustificatis: An nimirum eo tempore quo per fidem in via iustitiæ ambulant, peregrini Hierosolymitani dicendi sint? Negativa quippe responsio clarescit ex dictis. Nihilominus pro vberiore veritatis intelligentia non abs re fuerit, obiectiones quasdam in contrarium militantes proponere ac diluere. 3.

Obiectio 1.ª

Prima formari potest ex statu primæ conditionis, pro quo angeli omnes & homines fuere cives Hierusalem, peregrinantes in patriam: cùm tamen indubitatum sit, multos eorum civitate excidisse, ac reprobos evasisse. Jgitur reprobi quamdiu in statu gratiæ sunt, peregrini Hierosolymitani sunt.

2.ª

Secundò in confesso apud omnes catholicos est, reprobos subindè veraciter iustos esse, & per fidem ambulare. Nihil ergo obstare videtur quominùs sint peregrini, & quidem Hierosolymitani; siquidem sunt cives absentes, atque in civitatem habitaculi viâ regiâ gradientes.

Præoccupatio.

Si dicas, eos non esse cives: redargueris ex eo quòd sint filij Dei: *Si autem filij*, ait Apostolus, *& hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Quis autem abnuat, filium ac hæredem potiri iure ac prærogativa civis? Rom. 8. 17. vide Gal. 4. 7.

3.ª

Accedit argumentum à contrario sensu, ex Augustini verbis præcedente §. ponderatis desumptum, quibus ait: 'Jnfideles, ,quos Deus non præscivit nec prædestinavit conformes fieri imaginis ,filij sui, non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos, quando ibi sunt vbi secundùm carnem nati sunt'. Quorsum enim Augustinus præmisisset, *Infideles*, nisi vt subindicaret à contrario sensu, fideles etiã non prædestinatos posse veraciter dicere se in terra nativitatis suæ peregrinos?

Confirmatio.

Confirmatur ex his eiusdem Augustini verbis ibidem immediatè præmissis: 'Jllud quod legimus, *Quamdiu sumus in corpore, ,peregrinamur à Domino*, potest intelligi hoc non esse omnium, sed fide- ,lium: *Non enim omnium est fides.* Et videmus quid his verbis Apostolus iungat. Cùm enim dixisset, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur* ,*à* DOMINO: *Per fidem enim ambulamus*, inquit, *& non per speciem*: vt in- ,telligeremus, eorum esse istam peregrinationem, qui ambulant per fidem'. Cùm igitur ambulare per fidem non sit electis proprium, sed reprobis etiam commune; consequenter apparet, peregrinationem 2. Cor. 5. 6. 2. Thess. 3. 2.

istam

Digitized by Google

iſtam eiſdem eſſe communem. Alioquin enim Auguſtinus addidiſſet hanc vel æquivalentem clauſulam: & prædeſtinati ſunt ad vitam. Notanda præterea eſt illa ratio quam Auguſtinus aſſignat ad probandum non omnes homines peregrinari, ſed fideles: *Non enim*, inquit, *omnium eſt fides*: Supponens proculdubiò omnes fore peregrinos, ſi omnium foret fides. Accedit præterea & illud eiuſdem Auguſtini hìc ſuperiùs §. 1. recitatum, 'Qui peregrinatur & per fidem ambulat, nondum eſt in patria, ſed iam eſt in via: qui autem non credit, nec in patria eſt, nec in via'. Vbi totum peregrinationis ſeu viationis momentum ex fide ſeu credulitate ſuſpendit, nullâ factâ mentione prædeſtinationis aut electionis. Hinc rurſus in verbis ex Enarratione Pſalmi 86. ibidem ſubiũctis, de prædeſtinatione electioneve omninò ſilet, ſolius autem Chriſtianiſmi meminit: 'Civitas quædam (inquiens) in iſto Pſalmo cantata & commendata eſt: cuius cives ſumus in quantum Chriſtiani ſumus, & à qua peregrinamur quamdiu mortales ſumus'. Ex quo planè apparet, reprobos Chriſtianos eſſe cives iſtius civitatis, & ab ea peregrinari durante ſuâ mortalitate. Signanter hìc ponderanda eſt reduplicativa illa, *Inquantum*: quæ iuxta receptam loquendi normam importat vniverſalitatẽ. Sicut enim qui dicit Hominem in quãtum rationalem eſſe riſibilem, virtute dicit, & hominem eſſe rationalem, & hominem eſſe riſibilem, & ideò hominem eſſe riſibilem quia eſt rationalis, & omne rationale eſſe riſibile: ita qui dicit Hominem inquantum Chriſtianum eſſe civem Hieruſalem, virtute dicit, & hominem eſſe Chriſtianum, & hominem eſſe civem Hieruſalem, & ideò hominem eſſe civem Hieruſalem quia eſt Chriſtianus, & omnem Chriſtianum eſſe civem Hieruſalem. Ac per hoc cùm reprobi nonnunquam ſint Chriſtiani, non videtur negandum quin ex Auguſtini mente ſint cives Hieruſalem. Hoc ipſum ſupponere videtur qui per Prophetam ait cuidam: *Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum: inde detrahàm te.* Quid eſt enim inter ſydera ponere nidum ſuum, niſi concivem fieri eorum de quibus ſcriptum eſt, *Fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates?* Et tamen inde detrahentur qui perſeverare neglexerint. Hinc in Apocalypſi de Dracone iuſtos ſeducente ſcriptum eſt: *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram.* Quod quid eſt aliud, quàm quòd de cœlicolis fecerit terricolas? Ac per hoc antequàm à Dracone ſeducerentur, cœlicolę fuiſſe perhibentur; ad eorum vtique ſocietatem ac civitatem pertinentes, de quibus dictum eſt Patriarchæ Abrahæ: *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes: ſic erit ſemen tuum.* Vnde non defuêre qui de Lucifero Calaritano, Luciferiani ſchiſmatis authore, pridem ſanctiſſimo, vſurparent illud propheticum: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris?* Quò alluſiſſe videtur Iſidorus Hiſpalenſis, cùm de Luciferi huius ſectatoribus ſcriberet: [1] 'A communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero authore ſuo, *qui manè oriebatur, cadere* meruerunt'. Quæ Iſidori verba tranſcripſit Gratianus cap. *Quidam autem* 24. q. 3. In eo tamen ab Iſidoro diſcrepans

4. §

5.

6.

Abdia. v. 4

Dan. 12. 3

Apoc. 12. 4

Gen. 15. 5.

Iſa. 14. 12

[1] *Iſidorus lib. 8. Originum c. 5.*

discrepans, quod Luciferũ schismatis authorẽ Isidorus statuat 'Sirmię Episcopum': Gratianus rectiùs 'Episcopum Sardiniæ', vbi est Calaris.

Ad 1.ᵐ Remissivè.

Prima harum obiectionum concernit materiam inferiùs à nobis expendendam: de discrimine nimirum Hierosolymitanæ peregrinationis pro statu primæ conditionis, & pro statu novissimæ reparationis. Negatur itaque obiectionis consequentia, ob disparem vtriusque peregrinationis rationem: de qua inferiùs suo loco. 4.

Ad 2.ᵐ

Ad secundam obiectionem similiter respondetur, negando consequentiam. Ad cuius probationem dicitur: Reprobos quantumvis temporaliter iustos, non esse in rigore cives Hierusalem, adeoque nec peregrinos Hierosolymitanos. Ad locum Apostoli in Præoccupatione allegatum respondetur, Apostolum ibidem continuò hanc subdidisse conditionem: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* In cuius conditionis impletione reprobi omnes finaliter deficiunt: & idcircò non sunt de numero civium aut peregrinorum, etiam quando temporaliter sunt in statu ipsorum. Nec valet consequentia à filiatione ad peregrinationem: quia ad constituendum Dei filium adoptivum sufficit interna adoptionis gratia, *divinæ reddens consortem naturæ*: ad peregrinum verò requiritur civitas alibi habita; qualem nulli habent æternaliter reprobati. Valeret autem consequentia à filiatione ad peregrinationem pro statu viæ, si filiatio sumeretur secundùm eum rigorem quo eam nonnunquam Augustinus vsurpat: vt cùm ait: [e] 'Quicunque in Dei pro-,videntissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, ,glorificati sunt: non dico iam nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filij Dei sunt'. Et aliquantò superiùs ibidem: 'Sunt filij Dei ,(inquit) qui nondum sunt nobis, & sunt iam Deo: de quibus ait ,Evangelista Ioannes: *Quia Iesus moriturus erat pro gente, nec tantùm pro* Io. 11.52. ,*gente, sed etiam vt filios Dei dispersos congregaret in vnum*: quod vtique ,credendo futuri erant per Evangelij prædicationem; & tamen antequàm esset factum, iam filij Dei erant, in memoriali patris sui inconcussâ stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam, qui filij Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis, nec sunt tamen Deo: de quibus ait idem Ioannes, *Ex nobis exierunt, sed non erant* 1. Io. 2.19 *ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum*'. Et rursus ibidem inferiùs: 'Cùm ergo (inquit) filij Dei dicunt de his qui perseverantiam non habuerunt, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis*: & ,addunt, *Quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum*: quid aliud ,dicunt, nisi Non erant filij etiam quando erant in professione & nomine filiorum? Non quia iustitiam simulaverunt, sed quia in ea non ,permanserunt. Neque enim ait, Nam si fuissent ex nobis, veram non ,fictam iustitiam tenuissent vtique nobiscum: sed, *Si fuissent*, inquit, ,*ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* In bono illos volebat proculdubiò permanere: erant itaque in bono; sed quia in eo non permanserunt, id est, non vsque in finem perseveraverunt, *Non erant*, inquit, *ex* ,*nobis, & quando erant nobiscum*: hoc est, Non erant ex numero filiorũ,

[e] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 9. Vide eundem in Psal. 136. vers. 9.*

Vide Aug. l. de Bono persever. c. 9 & lib. de Prædest. Sanct. cap. 16. in fine.

&c

& quando erant in fide filiorum'. Cui poſtremæ clauſulæ nihil omninò veritatis deperibit, ſi pro vocabulo *filiorum* ſubſtituatur vocabulum *peregrinorum*: vt dicatur de reprobis temporaliter iuſtificatis: Non erant ex numero peregrinorum, & quando erant in fide peregrinorum. Rationem reddiderat ibidem ſuperiùs Auguſtinus, cùm de temporalibus Dei filijs diceret: 'Non eos dicit filios Dei præſcientiâ Dei': præſcientiâ vtique quâ præſciti ac prædeſtinati ſint conformes fieri imaginis filij Dei; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: 'Apud eum enim (ſubdit ibidem inferiùs) hoc non ſunt, cui notum eſt quod futuri ſunt'. Futuri vtique non tranſeunter aut ad tempus, ſed permanenter & in æternum: vt proinde potiori iure tales appellandi ſint, quales totâ æternitate exiſtent, quàm quales in hac vita pro modico ſe tempore exhibent. Omne etenim vitæ huius ſpatium æternitati comparatũ, quaſi momentũ & penè nihilũ reputatur. Vnde ſi nobis conſtaret quales in æternũ ſinguli ſint futuri, ſolis electis appellationẽ filiorum Dei antonomaſticè appropriaremus; reprobos autem quantumvis temporaliter iuſtos eâ appellatione indignos cenſeremus: ſicut hominem tranſeunter duntaxat ex ſola paſſione pallidum ſed ex permanente ſuâ conſtitutione rubicundum, non ſolemus abſolutè pallidum appellare, ſed rubicundum. Vnde Auguſtinus immediatè ante verba proximè ex ipſo citata differens de illis Chriſti diſci-
Ioan.6.67. pulis, qui, Evangeliſta atteſtante, *Abierunt retrò*, ait: 'Nunquid non & ,iſti *diſcipuli* appellati ſunt, loquente Evangelio? Et tamen non erant ,verè diſcipuli, quia non manſerunt in verbo eius, ſecundùm id quod
1.8.31. ,ait, *Si manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eſtis*. Quia ergo non ,habuerunt perſeverantiam, ſicut non verè diſcipuli Chriſti, ita nec ,verè filij Dei fuerunt, etiam quando eſſe videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo eos, & electos Chriſti diſcipulos, & Dei ,filios: quia ſic appellandi ſunt, quos regeneratos piè vivere cernimus: ,ſed tunc verè ſunt quod appellantur, ſi manſerint in eo propter ,quod ſic appellantur. Si autem perſeverantiam non habent, id eſt, ,in eo quod cœperunt eſſe non manent, non verè appellantur quod appellantur, & non ſunt'. Super quibus Auguſtini verbis obſervanda ſunt quæ ſcribit Bellarminus lib. 3. de Eccleſia cap. 7. Vbi hanc Auguſtini doctrinam ab Huſſitarum, Wicleffiſtarum, aliorumque ſectatorum erroribus per Eccleſiam damnatis diſcernit: dupliciter quempiam *verè filium Dei* eſſe affirmans, vno modo ſecundùm veritatem eſſentiæ, altero modo ſecundùm veritatem permanentiæ. Videri præterea poſſunt quæ in eandem rem ſcribit Andreas Vega lib. 12. in Trident. cap. 8. & 9. Atque hæc pro ſecunda obiectione cum ſubiuncta ei Præoccupatione ſufficiant. Ad 3.^am reſpondetur, Auguſtinum Ad 3.^am
non ideò nominaſſe ibi *infideles*, quòd cenſeret reprobos temporaliter fideles peregrinari: ſed quòd ſermo ei ibi eſſet de peregrinationis etiã exercitio, vt patet ex contextu immediatè præcedente, qui ibidem in confirmatione obiectionis ſubiungitur. Viatorum itaque quidam ſunt

peregrini & iure civitatis, & exercitio peregrinationis; vt electi per fidem reipsa ambulantes: Quidam exercitio quidem peregrinationis, sed non iure civitatis; vt reprobi per fidem temporaliter ambulantes: Quidam iure civitatis, sed non exercitio peregrinationis; vt electi nondum per fidem ambulantes: Quidam denique nec iure civitatis, nec exercitio peregrinationis; vt reprobi infideles. Ex quibus omnibus soli primi & tertij veraciter obtinent nomen peregrinorum, quia soli habent alibi civitatem. In secundis locum habet illud superiùs memoratum: Non sunt ex numero peregrinorum, & quando sunt in fide peregrinorum. De quartis verissimè dicitur: Nec sunt ex numero peregrinorum, nec sunt in fide peregrinorum. Quia igitur Augustinus ibi egerat de primis, quibus per diametrum opponuntur quarti, idcircò signatè expressit *infideles*. Ne tamen putaretur à contrario sensu reprobos fideles, reputare peregrinos, rationem subiunxit quæ etiam ipsos excludat, subdens: 'Non enim habent alibi civitatem'. Quòd spectat, quòd q. 156. in Genesim cùm dixisset 'Hanc vitam incolatum esse super terram', continuò subdiderit: 'Sed credo Sanctis hoc convenire, quibus aliam patriam æternam Dominus pollicetur'. Ex quibus elisa manet confirmatio obiectioni subnexa. Agit quippe ibi Augustinus post Apostolum de peregrinis primi generis: vt iam indicavimus. Ad 4.^am similiter respondetur, Augustinum verbis in argumento obiectis duo peregrinorum genera distinguere: vnum eorum qui & iure civitatis & exercitio peregrinationis sunt peregrini, alterum eorum qui priori duntaxat titulo sunt tales. Utrisque communis est absentia à sua patria, postremis peculiaris absentia etiam à via in patriâ. Sed quænam illa via? An fortè illa à qua omnes hìc viventes denominantur viatores? Non vtique, sed ille de quo ibidem Augustinus subdit: 'Ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ nostræ Dominus ,Iesus Christus est ibi veritas, hìc autem via. Quò imus? Ad veritatem. Quà imus? Per fidem. Quò imus? Ad Christum. Quà imus? Per Christum. Ipse enim dixit: *Ego sum via, veritas, & vita*'. Quamvis autem Augustinus in verbis obiectis non faciat expressam mentionem prædestinationis, facit tamen implicitam; quatenus meminit patriæ, cui vtique per prædestinationem inscripti sumus. Ad 5.^am respondetur, Augustinum non qualemcunque Christianismum ibi intelligere, sed subnixum prædestinatione in supernam civitatem: 'Ad ,quam (vt ibidem continuò subdit Augustinus) tendimus per eius ,viam, quæ omninò quasi dumetis & sentibus intercluſa non inveniebatur. Rex ipsius civitatis se fecit viam, vt ad civitatem perveniremus'. Ad 6.^am respondetur, Abdiæ testimonium in argumento obiectum litteraliter intelligendum esse de rege Edom, vt contextus evincit: mysticè verò exponi posse vel de Philosophis Gentium, vel de Ecclesiæ hæreticis, vel de angelis apostatis: vt videre est apud Hugonem Victorinum in loci istius commentario. Et quia longum foret singulas eius expositiones hìc describere, eam quæ de hæreticis est

Ad Confirm.

Ad 4.^am

Ad 5.^am

Ad 6.^am

Ioan. 14.6.

solam

Digitized by Google

ſolam exhibebimus: 'Hæreticus (ait ille) eſt vt aquila, quando intel- *Hugo Victor.*
,lectus eius ſubtili irradiatur intelligentiâ: inter ſydera nidum ponit,
,quando meritis Sanctorum ſe comparat falsâ innocentiâ & ſimulatâ
,iuſtitiâ. Sed hunc Dominus detrahit in terram, quando ſubtilem eius
,intelligentiam iuſto iudicio cæcat ignorantiâ, & perfidam eius iuſti-
Pſal. 106. ,tiam apertâ detegit malitiâ. Hinc Pſalmiſta ait: *Effuſa eſt contemptio*
6. *ſuper principes: & errare fecit eos in invio, & non in via*'. Quod verò in ea-
dem obiectione ſubditur de ſtellis è cœlo cadentibus, facilè diluitur,
per *cœlum* intelligendo Eccleſiam militantem: de qua vtique multi
virtutum ſplendore priùs radioſi excidunt, & in extrema Antichriſti
perſecutione, quam *Draconis cauda* denotat, caſuri ſunt: [r] 'Cœlum [r] *Greg. lib. 32.*
,namque (ait Papa Gregorius) eſt Eccleſia: quæ in hac nocte vitæ *Moral. cap. 12.*
,præſentis dum in ſe innumeras Sanctorum virtutes continet, quaſi
per. 12. 4 ,radiantibus deſuper ſyderibus fulget. Sed *Draconis cauda* in terram
,ſtellas deijcit, quia illa Satanæ extremitas per audaciam aſſumpti
,hominis erecta, quoſdam quos velut electos Dei in Eccleſia invenit,
,obtinendo reprobos oſtendit. Stellas itaque de cœlo in terram cade-
,re, eſt relictâ nonnullos ſpe cœleſtium illo duce ad ambitum gloriæ
ſæcularis inhiare'.

5. Tractandam ſe hìc offert nova rurſus difficultas, de Spiritibus iu- **Difficultas tertia remiſſivè.**
ſtorum in Limbo Patrum vel ergaſtulo Purgatorij recluſis: An ni-
mirum peregrinari reſpectivè ibi dicendi ſint? Sed hæc difficultas op-
portuniùs expedietur Libro ſequenti, vbi ex profeſſo de humanæ pe-
regrinationis loco ac tempore diſſerendum eſt. Hâc igitur difficultate
in ſuum locum remiſsâ, ad quartam tranſiliemus, quæ de Chriſto via-
tore ſeſe offert: An nimirum ſicut viator, ita & peregrinus in via fue- **Difficultas quarta. De Chriſto peregrino.**
rit? Apparet autem quòd non: quia tametſi fuerit viator, ſimul ta-
men fuit & comprehenſor: vnde conſequens apparet, eum non fuiſſe
peregrinum: ſiquidem peregrinitas importat abſentiam à patria, cui
planè adverſatur conditio comprehenſoris. Comprehenſio enim im-
portat præſentiam ad patriam, ſi non corporalem ſeu ſubſtantialem, at
2. Cor. 5. 6 certè intentionalem; quam Paulus ad Corinthios *Speciem* nominat,
dicens: *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à* DOMINO: *Per fidem enim am-*
bulamus, & non per ſpeciem. Qui ibidem continuò, hanc ſpeciem qua-
ſi exponens, adjicit: *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis*
peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad DOMINUM: Eo ſcilicet modo
quo præſentes ad eum ſunt omnes, qui facie ad faciem vident ipſum.
Cùm igitur Chriſtus ab initio conceptionis ſuæ facie ad faciem intui-
tus ſit Deum, conſequenter fatendum eſt, eum ſemper ei fuiſſe inten-
tionaliter præſentem; adeoque nunquam à ſua patria abſentem. Hinc
Ioan. 12. 26. ipſe adhuc viator in terra exiſtens ait: *Vbi* EGO SVM, illic & miniſter
Ioan. 17. 24. meus erit. Et alibi ad Patrem ſuum: *Pater*, ait, *quos dediſti mihi, volo vt*
vbi EGO SVM, *& illi ſint mecum.* Sed vbinam? In cœlo vtique: ſic enim
Ioan. 3. 13. alibi Nicodemo ait ipſe: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœ-*
lo, filius hominis QVI EST IN COELO. Ubi *cœli* nomine ſinus ille Patris
intel-

intelligitur, de quo superiùs dixerat idem Evangelista Ioannes: *Vnigenitus filius* QUI EST IN SINV PATRIS, *ipse enarravit.* In terra existebat quando illa enarrabat, & tamen in sinu Patris fuisse memoratur: quia vtique intentionaliter præsens aderat Patri in cœlo, etiam tunc cùm dispensationem suam impleret in terra. Nunquam proinde à sua patria penitùs abfuit, qui etiam in terris constitutus, in sinu Patris semper remansit. Quò spectat & illud quod sub Christi persona Psaltes ait Deo: *Vt iumentum factus sum apud te,* & EGO SEMPER TECVM. Vbi in memoriam revocandum est *Samaritani iumentum*, cui teste Evangelistâ Lucâ, impositus est Hierosolymita, in descensu Jerichontino à latronibus sauciatus. Cùm igitur Christus officium iumenti in terra subiret, in illius sinu mansit, cui ait, *Ego semper tecum*: in illo vtique paradiso, quem latroni compatienti promisit dicendo, *Hodie mecum eris in paradiso*: Non quòd alteruter in supernâ Hierusalẽ fuerit eo die corpore vel animâ ascensurus, sed quòd latro in corde etiam terræ eo die cõprehensor cum Christo fuerit futurus: vt quemadmodum Christus ait Patri, EGO SEMPER TECVM; ita latro potuerit dicere Christo, Ego hodie tecum. Certè Angeli Sancti custodiæ hominum deputati, cùm circa clientes suos in terra occupantur, à cœlesti patria sua abesse non reputantur: [1] "Et mittuntur (ait de eis Papa Gregorius) & assistunt: quia per hoc quod circumscripti sunt, exeunt; & per hoc quod intùs quoque præsentes sunt, nunquam recedunt. Et *faciem* ergo *Patris semper vident*, & tamen ad nos veniunt: quia & ad nos spiritali præsentiâ foràs exeunt; & tamen ibi se vnde recesserant, per internam contemplationem servant". Similia rursus habet idem Gregorius Homil. 34. in Evangelia. Cui consonans Bernardus: [2] "Simul (inquit) & mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, & assistunt vultui maiestatis: Deo misericorditer providente, vt & nobis sit consolatio, & eis tribulatio nulla. Alioquin quando æquanimiter paterentur, ab illo vultu gloriæ, in quem semper prospicere desiderant, propter nos vel ad modicum separari? Denique ipsam audi in Evangelio veritatem: *Angeli eorum*, ait (haud dubium quin parvulorum) *in cœlis semper vident faciem Patris*: sic videlicet parvulorum custodiæ deputati, vt non privati vllo modo beatitudine suâ". Ecce quemadmodum iuxta Evangelium à Bernardo allegatum & elucidatum, Angeli dum apud nos sunt in terra, vident equidem in cœlis faciem Patris: ac per hoc ipsi quodammodo in cœlis sunt, hoc est, in patria sua; non quidem per essentiam, sed per præsentiam: quia non substantialiter, sed intentionaliter. Quod sanè æquali vel potiori iure locum habet in Christo, qui peculiari prærogativâ, *Angelus testamenti*, & *Angelus magni consilij*, dici meruit. Sicut igitur Angeli cùm apud nos sunt, peregrini non sunt; quia à patria non absunt secundùm præsentiam, etsi inde absint secundùm essentiam: ita Christus secundùm humanitatem in terris commorans peregrinus dici non debet; quia à patria nunquam abfuit secundùm intentionalem præsentiam, etsi

Io. 1. 18.

Psal. 72. 23.

Luc. 10. 34

Luc. 23. 43

Mat. 18. 10.

Malach. 3. 1. Isa. 9. 6. iuxta 70.

[1] *Greg. lib. 2. Moral. cap. 2.*

[2] *Bern. Serm. 5. in Dedicat. Ecclesiæ.*

Digitized by Google

etſi abfuerit ſecundùm realem eſſentiam ſeu ſubſtantiam. Cui ſententiæ ſatis apertè favere videtur Auguſtinus, cùm de eodem Chriſto loquens ait: [u] 'Nuſquam eſt peregrinus, qui condidit omnia'. Quomodo enim vſpiam foret peregrinus, qui præſentiâ intentionali eſt vbique diffuſus? Si enim ob huiuſmodi præſentiam Chriſtus dicitur fuiſſe in cœlo cùm moraretur in terris, cur non ob eandem dicatur eſſe vbique, cùm intuitivè perſpexerit quicquid eſt vbique? [w] 'Anima ,Chriſti (ait Angelicus doctor) in verbo cognoſcit omnia exiſtentia ſecundùm quodcunque tempus'. Quemadmodum igitur intuendo ipſum verbum cenſebatur præſens eſſe verbo, ita intuendo omnia in verbo cenſendus eſt omnibus præſens, perinde ac verbo.

[u] *Aug. in Pſal.* 145.

[w] D. Tho. 3. p. q. 10. art. 2. in corp.

6. Contraria nihilominus ſententia præferenda videtur, vt Eccleſiæ ac Patrum doctrinæ conformior. Nam in primis Eccleſia in Hymno veſpertino Venerabilis Sacramenti, de Chriſto inter alia canit: 'Et ,in mundo converſatus, ſparſo verbi ſemine, ſui moras INCOLATVS miro clauſit ordine'. Cùm igitur aliquoties in præcedentibus oſtenſum ſit, Jncolatum eſſe peregrinationem, & incolam peregrinum; dum Eccleſia Chriſto incolatum attribuit, proculdubiò cenſet eum fuiſſe peregrinum. Idipſum inter Patres tradit Nazianzenus, quando Chriſtianum hominem ad peregrinorum ſuſceptionem exhortãs ait: [x] 'Pe- ,regrinum ne contemnas; pro quo Chriſtus, cuius nos omnes hoſpites & advenæ ſumus, peregrinatus eſt'. Conſonat Auguſtinus, vbi ait: [y] 'Ideò Deus nobiſcum, vt & nos cum illo. Qui enim vt nobiſcum ,eſſet deſcendit ad nos, facit vt cum illo poſſimus aſcendere ad ſe. Interim ipſe peregrinationem noſtram non faſtidivit'. Et clariùs Serm. 146. de Tempore cap. 2. ita ſcribens: 'Hoſpes in terra eſſe voluit Dominus cœli, peregrinus in mundo per quem factus eſt mundus'. Subſcribit Auguſtino Hugo Victorinus: [z] 'Chriſtus (inquiens) paſtor, ,cuſtos, negotiator, miles, exul, PEREGRINVS, viator, pauper, iuſtus extitit'. Et poſtquam ſingulatim quatuor priora epitheta probaſſet, de quinto & ſexto ſubſequenter ibidem adiũxit: 'Chriſtus exul fuit, quia ,noſtrum exilium ſubijt; non tamen dignus, ſed dignatus; non coactus, ,ſed ſpontaneus; non amittendo propria, ſed aliena colligendo. Exul ,ergo extitit in eo, quòd noſtrum exilium tametſi libens intravit:

Decisio.

Eccleſia in Breviario Romano.

[x] *Nazian. Orat.* 43.

[y] *Aug. in Pſal.* 145.

[z] *Hugo Victor. Serm.* 48.

Iſa. 63. 14. ,*Ambulavit*, inquit, *verbum, & exivit in campum: Verbum caro factum eſt, &*
Ioan. 1. 14. ,*habitavit in nobis: Exivit à Patre, & venit in mundum; Non vt iudicaret mũ-*
Io. 16. 28. ,*dum, ſed vt ſalvaretur mundus per ipſum.* Peregrinus quoque fuit: De
Io. 3. 17. ,peregrinatione etenim eius, & actu peregrinationis eius ſcriptum eſt:
Iſa. 28. 21. ,*Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operaretur opus ſuum, peregrinum opus ab eo*'. Et rurſus inferiùs ibidem recapitulans quæ ſingulatim probaverat: 'Chriſtus ergo (inquit) paſtor, cuſtos, negotiator, miles, exul,
Pſal. 18. 6. ,PEREGRINVS, viator, pauper, iuſtus, in tabernaculo manſit, & *in ſole ,ſuum tabernaculum collocavit.* Tabernaculum eius humana converſatio ,eius. De hoc tabernaculo, id eſt, converſatione eius, Baruch ait: *Hic*
Bar. 3. 36. ,*eſt Deus noſter, non æſtimabitur alius adversùs illum. Hic adinvenit omnem*
& ſeqq.

viam

'viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hac in terris visus est, & cum hominibus conversatus'. Conversatio itaque filij Dei cum hominibus in assumpta natura peregrinatio fuit, & ob id metaphoricè tabernaculum nuncupatur: quia vt Augustinus perhibet, [a] 'Tabernaculum peregrinantium est, domus cohabitantium'. Vnde & Richardus Victorinus cùm apud Psalmographum legisset *Tabernacula iustorum*, subintulit dicens: [b] 'Habitant ergo iusti in tabernaculis, non in domibus: quia *non habent hic manentem civitatem, qui futuram inquirunt*'. Et ne fortè surrepat, vt hoc ad puros homines exclusoCHristo restringendum putes, audi eundem lib. 1. de Emanuele cap. 13. dicentem: 'Illud quoque non negligenter prætereundum, quòd Emanuel noster factus est nobiscum Deus, non solùm nostræ susceptione naturæ, verumetiam cohabitatione peregrinationis nostrę'. Et pauculis interpositis ibidem inferiùs: 'Habemus ergo (inquit) certissimum repatriandi signum, familiare illud in hac nostra peregrinatione divinæ cohabitationis contubernium'. Contubernium quid est, nisi commilitantium seu conperegrinantium cohabitatio? [c] 'Contubernales (ait Augustinus) dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes & habitantes'. Fuit igitur Christus commilito, seu conperegrinus noster, quamdiu in eodem nobiscum habitavit contubernio. Hoc ipsum apertè testatur Athanasius lib. de Jncarnatione Verbi & spiritali eius ad nos adventu, aliquantò ante medium, vbi de ipso ait: 'Rectum erat, ipsum vt hominibus opitularetur, in specie humana PEREGRINARI'. Consonat & Abbas Isaias, de eodem dicens: [d] 'Antequam ipse veniret in carne, homo erat cæcus, & mutus, & surdus, & paralyticus, & leprosus, & claudus, & in omnibus vitijs naturæ contrarijs mortuus: At postea quam humanâ pro nobis PEREGRINATIONE susceptâ misericordiâ suam ostendit, mortuum suscitavit, claudum fecit ambulare, cæcum aspicere, mutum loqui, surdum audire, & novum hominem constituit ab omni liberum infirmitate'. Subscribit Gerardus Zutphanensis lib. de Spiritualibus Ascensionibus cap. 24. dicens de eodem: 'Quàm magnum est gaudiũ videre illum in regno suo sublimem & glorioſum, qui pro nobis in hoc exilio quondam pauper venerat, exul pariter, & PEREGRINVS'! Subscribit & Ebrardus Bethunienſis adversùs Waldenses capite 12. dicens: 'Ne pudeat aliquem esse peregrinum, cùm ipse Dominus peregrinantibus se dignetur comparare: quia vt testatur Lucas, *Cuidam qui plantavit vineam, & peregrè profectus est, cuius servi interfecti sunt*, seipsum contulit: Et vt testatur Matthęus, *Cuidam qui tradidit talenta servis suis, & peregrè profectus est*, seipsum cõparavit: Et vt testatur Marcus, *Cuidam qui servis suis dedit potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilaret, & peregrè profectus est*, seipsũ assimilavit. Nec solùm peregrinantibus se comparari voluit; imò & ipse PEREGRINVS factus est, teste Cleopha, qui ait in Luca, *Tu solus peregrinus es in Hierusalem* &c. Ipse etenim verè PEREGRINVS extitit non'

[a] *Aug. in Psal. 43. v. 3.*

[b] *Rich. Victor. Annotat. in Psal. 117. Vide Hugonem Vict. l. 1. Erudit. Theol. cap. 2. Miscell. cap. 215.*

Psal. 117. 15. Hebr. 13. 14.

[c] *Aug. in Psal. 130. vers. 5.*

Athanasius.

[d] *Isaias Abbas Orat. 8.*

Gerardus Zutphan.

Ebrardus.

Luc. 20. 9. Mat. 25. 14. Marc. 13. 34. Luc. 24. 18

Mat. 8. 20. ,non habens propriam domum, ſicut ipſe ait: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos* &c. Ex quibus apparet, ſententiam hanc poſtremam & Eccleſiæ ſenſui & Patrum conſenſui conformiorem eſſe oppoſitâ. Unde ad rationes in contrarium adductas reſpondetur, eas non magis officere conditioni peregrini, quàm viatoris. Sicut ergo eis non obſtantibus pro indubitato habetur, Chriſtum fuiſſe in terris viatorem, ita & peregrinum. Si enim divinitùs fieri potuit vt ſimul eſſet viator & comprehenſor, fieri etiam divinitùs potuit vt ſimul eſſet peregrinus & inhabitator. Neque enim magis ad ſtatum peregrini neceſſaria eſt abſentia à patria, quàm ad ſtatum viatoris abſentia à termino viæ. Si dicas, eum fuiſſe viatorem quatenus tendebat ad corporis gloriam tanquam terminum adhuc diſtantem & meritis adipiſcendum: cur non ſimiliter agnoſcis, eum fuiſſe peregrinum quatenus ituriebat in ſuam Regiam adhuc abſentem, ſeſſurus ad dexteram maieſtatis in ex-
Pſal. 18. 6. celſis? Si enim viator fuit quando *exultavit vt gigas ad currendam viam:*
Io. 16. 28. cur non etiam peregrinus fuit cùm diceret de ſeipſo, *Exivi à Patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem?* De hac eius pe-
Gen. 2. 24. regrinatione prophetavit in paradiſo protoplaſtus, cùm diceret: *Relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ*: vxori vtiq; abſenti, & in terris peregrinanti: non enim patrem relinquere oportuiſſet, vt vxori apud eum habitanti adhæreret. Eandem ſuam peregrinatio-
Luc. 15. 4. nem ſatis ipſemet inſinuavit in parabola paſtoris, *relinquentis nonaginta novem oves in deſerto, vt reportaret in humeris ovem centeſimam errantem.* Neque verò hinc ſequitur, eum fuiſſe peregrinum vſque ad ſuam aſcenſionem. Nam ad conſtituendum peregrinum non ſufficit abſentia à patria ſine ſtatu viatoris; quo Chriſtus caruit ab inſtanti ſuæ Paſſionis. Ob cuius ſimiliter carentiam Angeli cuſtodes nullatenus peregrinantur, quando apud clientes ſuos in terris verſantur. Auguſtinus porrò, ad extremum obiectus, intelligi debet de Chriſto ſecundùm eam naturam quâ *condidit omnia*, vt ipſa verba indicant: non ſecundùm eam quâ conditus eſt inter omnia. Secundùm hanc enim, vt Auguſtinus immediatè præmiſerat 'Peregrinationem noſtram non faſtidivit'. Cui reſponſioni favet illud Origenis de eodem Chriſto: [c] 'Secundùm divinitatis ſuæ naturam non peregrinatur, ſed peregrinatur ſecundùm diſpenſationem corporis quod ſuſcepit'.

Ad argumẽta.

Præoccupatio.

[c] *Origen. Tract.* 33. *in Matthæũ ſub initium.*

CAPVT III.

De Ciuitate habitaculi, à qua & in quam peregrinantur electi : cuius felicitas perstringitur, & quantacunque terrena felicitati etiam paradisi terrestris anteponitur. Terrenorum ciuium exemplis Hierosolymitæ peregrinantes ad quæuis ardua gerenda & quæuis aspera ferenda pro sua patria cœlesti erudiuntur : pro qua & mundo mori præcipiuntur.

HIs de peregrinatione abstractim spectata discussis, superest de ciuitate quam peregrinando inquirimus differẽdum. Cuius quidẽ consideratio tantò debet esse peregrinantibus iucundior, quantò est eisdem peregrinatio ipsa molestior : f 'Fideli homini (ait Augustinus) ,& peregrino in sæculo nulla est iucundior recordatio, quàm ciuitatis ,illius vnde peregrinatur : Sed recordatio ciuitatis in peregrinatione non est sine dolore atque suspirio'. Hæc porrò est illa Deo sacra & dilecta ciuitas, *cuius* iuxta Psalmographum *participatio est in idipsum.* In quem locum idem Augustinus inquirit, 'Quid est *Idipsum* ? & continuò respondet : 'Quod semper eodem modo est : quod non modò ,aliud, & modò aliud est. Quid est ergo *Idipsum*, nisi quod est ? Quid ,est quod est ? Quod æternum est: Nam quod semper aliter atque aliter est, non est: quia non manet. Non omninò non est, sed non summè est. Et quid est quod est, nisi ille qui quando mittebat Moysen, ,dixit illi, *Ego sum qui sum.* Quid est hoc, nisi ille cui cùm diceret famulus eius, *Ecce mittis me, si dixerit mihi populus, Quis te misit ? Quid dicam ei?* Nomen suum noluit aliud dicere, quàm, *Ego sum qui sum* : & ,adiecit & ait, *Dices itaque filijs Israel, Qui est misit me ad vos.* Ecce idipsum'. Eandem ciuitatem Psalmographus ibidem superiùs *Domum Dei* nuncupauerat : quia, vt alibi idem Augustinus aduertit, g 'Sive domus Dei dicatur, sive templum Dei, sive ciuitas Dei, idipsum est'. Qui & superiùs lib. 11. eiusdem Operis cap. 1. quam dicat Dei ciuitatem exponens : 'Ciuitatem Dei dicimus (inquit) cuius ea scriptura ,testis est, quæ non fortuitis motibus animorum, sed planè summæ ,dispositione prouidentiæ, super omnes omnium gentium litteras omnia sibi genera ingeniorũ humanorũ diuina excellẽs authoritate subiecit Jbi quippè scriptũ est, *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*: & in alio ,Psalmo legitur, *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, dilatans exultationes vniuersa terra* : & paulò pòst ,in eodem Psalmo, *Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum* : item in alio: ,*Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum ,Altissimus, Deus in medio eius non commouebitur.* His atque huiusmodi ,testimonijs, quæ omnia commemorare nimis longum est, didicimus ,esse quandam ciuitatem Dei, cuius ciues esse concupiscimus illo amo-

1.

f *Aug. in Psal. 145. sub initium.*

Psal. 121. 3

Vide Aug. l. 3. de Trinit. c. 2. & Prosp. in Psal. 121. ad vers. 3.

Exod. 3. 14

Exod. 3. 15

Exod. 3. 14

g *Aug. l. 15. de Ciuit. c. 19.*

Psal. 86. 3.

Psal. 47. 2.

Psal. 47. 9.

Psal. 45. 5.

Digitized by Google

re, quem nobis illius conditor inſpiravit'. Quo amore repletus & quodammodo redundans quidam de numero civium eius adhuc in
Pſal.86.1. terra peregrinãs, eructabat: *Fundamenta* EIVS *in montibus ſanctis.* In quẽ locum Auguſtinus: 'Nihil (inquit) de illa adhuc dixerat; Pſalmus ,hinc incipit: & ait, *Fundamenta* EIVS *in montibus ſanctis.* Cuius ſun-,damenta? Non dubium eſt quia fundamenta, præſertim in monti-,bus, civitatis alicuius ſunt. Repletus ergo Spiritu Sancto civis iſte, & ,multa de amore & deſiderio civitatis huius volvens ſecum, tanquam ,plura intus apud ſe meditatus, erupit in hoc: *Fundamenta* EIVS *in mõ-,tibus ſanctis:* quaſi iam de illa dixerit aliquid. Quomodo de illa ni-,hil dixerat, qui nunquam de illa corde tacuerat? Quomodo enim di-,citur, EIVS; de qua nihil dictum eſt? Sed multa, vt dixi, ſecum in ,ſilentio de illa civitate parturiens, clamans ad Dominum, erupit etiã ,in aures hominũ: *Fundamenta* EIVS *in montibus ſanctis.* Et quaſi homi-,nes audientes quærerent, Cuius? *Diligit Dominus*, inquit, *portas Sion.* ,Ecce cuius fundamenta in montibus ſanctis, cuiuſdam civitatis Sion: ,cuius *Dominus portas diligit*, ſicut conſequenter dicit, *ſuper omnia taber-,nacula Iacob'*. Tabernacula incolatum denotant ſeu peregrinationem, civitas vero fixam habitationem: [h] 'Tabernaculum (ait quidam) ha-,bet tectum, ſed fundamento caret, & portatile eſt: quia iuſti in præ-,ſentibus non ſunt fundati, ſed inquirunt civitatem deſurſum funda-,menta habentem'. Quàm porrò ſtabilia & inconcuſſa ſint civitatis ſu-pernæ fundamenta, indicat ſtructuræ ipſius ſempiternitas: de qua Auguſtinus, [i] 'Illa civitas (inquit) ſempiterna eſt: vbi nullus oritur, ,quia nullus moritur: vbi eſt vera & plena fælicitas, non Dea, ſed do-,num Dei. Inde fidei pignus accepimus, quamdiu peregrinantes eius ,pulchritudini ſuſpiramus. Ibi non oritur ſol ſuper bonos & malos, ſed ,ſol iuſtitiæ ſolos protegit bonos. Ibi non erit magna induſtria ditare ,ærariũ publicum priuatis rebus anguſtis, vbi theſaurus communis eſt veritatis'. Et rurſus lib. de Cantico nouo cap. 10. exhortans peregrinos ad properandum in patriam: 'Rectos curſus (inquit) facite pedi-,bus veſtris; non declinetis neque ad dextram præſumendo, nec ad ſi-,niſtrã deſperando: Currite velociter rectã viã, ipſa enim vos perdu-,cet ad patriam: ad patriã illã, cuius cives Angeli ſunt, cuius templum ,Deus, cuius ſplendor Filius, cuius charitas Spiritus Sanctus: Civitas ,ſancta, civitas beata, civitas vbi nullus perit amicus, quò nullus ad-,mittitur inimicus: Vbi nullus moritur, quia nullus oritur: nullus ,infirmatur, quia incorrupta ſalute lætatur. Cùm illuc venerimus, ,non ibi eſuriemus aut ſitiemus; viſio ipſa ſatietas noſtra erit: Non ibi ,dormiemus, quia non ibi laborabimus: nulla cuiuſlibet rei neceſſaria ,erit refectio, vbi nulla erit defectio: Vivemus, regnabimus, lætabi-,mur. Si tantum delectat cùm de ea loquimur, quid erit & videre? ,Videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo. Vita enim erit noſtra
Pſal.83.5. ,laudare Deum, & ſine defectu amare: *Beati* enim, ait Propheta, *qui ,habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te'*.

[h] *Hug. Victor. l. 1. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. c. 115.*

[i] *Aug. lib. 5. de Civit. c. 16. Vide ibid. l. 22. c. 24. & Tract. 30. in Ioan. propè finem, & in Pſal. 105. verſ. 13.*

Vide Cypr. l. de Mortalitate in fine, & lib. de Exhortat. Martyrij cap. 12.

Ex quibus iam elucet, quàm congruè de illa patria Auguſtinus hìc ſuprà allegatus aiebat: 'Sive domus Dei dicatur, ſive templum Dei, ſive civitas Dei, idipſum eſt'. Dicitur Namque civitas à concivium cohabitatione, domus à domeſticorum Dei convictione, templum à iugi Dei laudatione: *Dominus*, ait Pſaltes, *in templo ſancto ſuo*. Atque vt noverimus de quo templo loquebatur, attexuit: *Dominus in cœlo ſedes eius*. An non Dei templum eſt, vbi vnica omnium occupatio eſt iugis Dei laudatio? [k] 'Quid enim factura es (ait Auguſtinus) ô Hieruſalem? Tranſiet certè labor & gemitus. Quid factura es? Aratura, ſeminatura, novellatura, navigatura, negotiatura es? Quid factura es? An in vllis operibus, quamvis bonis, & de miſericordia venientibus, exerceri te adhuc oportet? Conſidera numerum tuum, conſidera vndique ſocietatem tuam: Vide vtrùm aliquis eſuriat, *cui porrigas panem*? Vide ſi aliquis ſitiat, cui des *calicem aquæ frigidæ*: Vide vtrùm aliquis modò apud te peregrinus eſt, quem *hoſpitio recipias*: Vide vtrùm aliquis ſit æger, *quem viſites*: Vide vtrùm aliquis eſt qui litiget, quem concordes: Vide vtrùm aliquis moriatur, quem ſepelias. Quid ergo factura es? *Collauda Hieruſalem Dominum*. Ecce hoc eſt negotium tuum'. An fortè verendum eſt, ne iugi huius negotij exercitatione fatigemur, aut tædio aliquo obrepente laſſemur? Nullo modo: [l] 'Neque enim (vt alibi idem ait) indigebimus illìc veſtimento, vbi erimus immortalitate veſtiti: nec cibus nobis deerit, quando ipſe panis vivus, qui propter nos de cœlo ad terras vſque deſcendit, ſui præſentiâ noſtras animas ſatiabit: nec potus nobis deerit, præſente fonte vitæ: *Saturabit* enim *nos ab vbertate domus ſuæ, & torrente deliciarum ſuarum corda noſtra rigabit*. Æſtus illìc non patiemur: illìc eſt enim refrigerium noſtrum, qui nos *ſub vmbra alarum ſuarum protexit* & protegit. Frigus illìc non patiemur: eſt enim ibi ſol juſtitiæ, qui ſuo amore calefaciens corda noſtra, radijs divinitatis ſuæ illuminet oculos noſtros, vt videant divinitatem æqualitatemque Patris & Filij & Spiritus Sancti. Non ibi fatigabimur: nobiſcum enim erit virtus noſtra, cui nunc dicimus, *Diligam te Domine virtus mea*. Non ibi dormiemus: non enim ibi ſunt tenebræ, quæ excludere poſſint permanentem diem. Nulla erit ibi negotiatio, nulla ſervitus, nullum opus. Et quid illic acturi ſumus? Fortaſſe illud quod ſcriptum eſt: *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus*. Vacuitas iſta contemplationis erit opus noſtræ actionis; vt contemplantes delectemur, & delectabiliter contemplemur videre. Quid videre? Bona Domini. Quæ bona? Poſſumus exprimere, illud quod *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit*? Poſſumus explicare, quomodo *erit Deus omnia in omnibus*? Poſſumus explicare, quomodo ipſe filius, *cùm tradiderit regnum Deo & Patri*, id eſt, ſanctam congregationem fidelium, ita illum hominem ſuſceptum ampliuſque clarificatum non dimittat, vt tamen *claritatem quam habuit cum Patre antequam mundus fieret*, ipſis iam fidelibus demonſtrare non differat? Poſſumus explicare, quemadmodum *Sponſa* Eccleſia, quæ ex viris & fœminis conſtat, omnis

2.

Pſal. 10.5.

Pſal. 147.1.

Iſa. 58.7. Mat. 10. 42. Mat. 25.35. Mat. 25.36.

Pſal. 35.9.

Pſal. 60.5.

Pſal. 17.2.

Pſal. 45.11.

1. Cor. 2.9. 1. Cor. 15. 28. 1. Cor. 15. 24.

Ioan. 17.5.

Apoc. 21.

k *Aug. in Pſal. 147. v. 1. Vide eundem Serm. 118. de Diverſis. cap. 3.*

l *Aug. l. 2. de Symbolo ad Catech. cap. 2.*

Digitized by Google

Ephes. 4. 13. ,convertatur *in virum perfectum*; atque ita dignitatem virilem accipiat, vt tamen Sponsæ nomen non perdat ? Possumus explicare sanctorum ,corpora resuscitata, ex qua gloria in quam gloriam transeant ? Possu-,mus explicare, quò Christum sequantur virgines, quò eum sequi ne-,queant non virgines ; atque illas nescio quò vbique manens secum ,ducat, nec tamen eas quæ non sunt virgines deserat ? Quis audeat de Sap. 9. 15. ,his rebus, positus in hac mortali carne quæ *aggravat animam*, aliquid dicere; cùm Paulus Apostolus hoc non valuit explicare, qui in isto po-1. Cor. 12. 2. ,situs corpore vsque *in tertium cœlum* gratiâ operante valuit ascendere? ,Non simus curiosi ad vestigandum, quod Apostoli exprimere mini-,mè potuerunt. Certè ex me nemo scire quærat, quod me nescire scio; nisi fortè vt nescire discat, quod sciri non posse sciendum est'. Et lib. 3. eiusdem Operis cap. vltimo : 'Facilius (inquit) possumus dicere, in ,illa vita æterna, quid ibi non sit, quàm quid ibi sit. Non est ibi mors, ,non est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est ibi infirmitas, ,non est ibi fames ; nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla in-,digentia, nulla mœstitia, nulla tristitia. Ecce diximus quid ibi non 1. Cor. 2. 9. ,sit. Quid autem ibi sit vultis nosse ? Hæc *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se*'. Nihilominus idem ipse Augustinus alibi bona istius vitæ obiter saltem & ex parte perstringit, dicens: [m] 'Vera ibi gloria erit, vbi laudantis nec ,errore quisquam nec adulatione laudabitur : Verus honor, qui nulli ,negabitur digno, nulli deferetur indigno ; sed nec ad eum ambiet vl-,lus indignus, vbi nullus permittetur esse nisi dignus : Vera pax ibi ,erit, vbi nihil adversi nec à seipso nec ab alio quisquam patietur: Prę-,mium virtutis erit ipse qui virtutem dedit ; eique seipsum, quo me-,lius & maius nihil possit esse, promisit. Quid est enim aliud quod per Ezech. 36. 28. ,Prophetam dixit, *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs*, nisi, Ego ero ,vnde satientur, ego ero quæcunque ab hominibus honestè desideran-,tur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & ,omnia bona ? Sic enim & illud rectè intelligitur quod ait Apostolus, 1. Cor. 15. 28. ,*Vt sit Deus omnia in omnibus*. Ipse finis erit desideriorũ nostrorum, qui ,sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. ,Hoc munus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, sicut ipsa vita æterna, communis'.

Vide Aug. Orat. contra Iudæos, Paganos, & Arianos c. 21.

[m] *Aug. l. 22. de Civit. cap. 30. Vide Hug. Vict. l. 2. de Sacram. p. 18. c. 20. & Aug. l. 19. de Civit. cap. 10.*

Vide Aug. l. 22. de Civit. c. 24.

3. Admonet idem Augustinus cives civitatis cœlestis in terra temporaliter peregrinantes, vt exemplo Romanorum pro terrena patria infatigabiliter dimicantium insuperabiliterque tolerantium, semetipsos ad ardua quæque gerenda & aspera quæque ferenda pro superna sua patria & æterna gloria instigent : [n] 'Consideremus (inquit) quanta ,contempserint, quæ pertulerint, quas cupiditates subegerint pro hu-,mana gloria, qui eam tanquam mercedem talium virtutum accipere ,meruerunt ; & valeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiam: ,vt cùm illa civitas, in qua nobis regnare promissum est, tantum ab ,hac distet, quantum distat cœlum à terra, à temporali lætitia vita æter-

[n] *Aug. lib. 5. de Civit. c. 17. Vide eund. lib. de Opere Monach. cap. 25.*

,æterna, ab inanibus laudibus ſolida gloria, à ſocietate mortalium ſo-
,cietas Angelorum, à lumine ſolis & lunæ lumen eius qui fecit ſolem
,& lunam; nihil ſibi magnum feciſſe videantur tantæ patriæ cives, ſi
,pro illa adipiſcenda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua ſu-
,ſtinuerint: cùm illi pro hac terrena iam adepta, tanta fecerint, tanta
perpeſſi ſint'. Præmiſerat idem capite proximè ibidem præcedente,
Romanorum imperium providâ Dei diſpoſitione fuiſſe ad humanam
gloriam dilatatum, non ſolùm vt temporalis merces tam induſtrijs
civibus redderetur, 'Verumetiam, vt cives æternæ civitatis quamdiu
,hîc peregrinantur, diligenter & ſobriè illa intueantur exempla; &
,videant, quanta dilectio debeatur ſupernæ patriæ propter vitam æ-
,ternam, ſi tantum à ſuis civibus terrena dilecta eſt propter hominum
gloriam'. Quid eſt enim omnis hominum gloria æternæ ſanctorum
gloriæ comparata, niſi quod ait Iacobus Apoſtolus, *Vapor ad modicum parens*? ° 'Cur ergo (vt cum Anſelmo Cantuarienſi loquar) per mul-
,ta vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ, & corporis tui?
,Ama vnum bonum, in quo ſunt omnia bona: & ſufficit. Deſidera
,ſimplex bonum, quod eſt omne bonum: & ſatis eſt. Quid enim amas
,caro mea, quid deſideras anima mea? Ibi eſt, ibi eſt, quicquid amatis,
,quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo, *Fulgebunt iuſti ſicut ſol:*
,Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis cui nihil obſiſtere
,poſſit, *Erunt ſimiles Angelis Dei*; quia *ſeminatur corpus animale, & ſurget*
,*corpus ſpirituale*, poteſtate vtique, non naturâ: Si longa & ſalubris
,vita, ibi ſana eſt æternitas & æterna ſanitas; quia *iuſti in perpetuum vi-*
,*vent*, & *ſalus iuſtorum à* Domino: Si ſatietas, *ſatiabuntur cum apparuerit*
,*gloria Dei*: Si ebrietas, *inebriabuntur ab vbertate domus* Dei: Si melo-
,dia, ibi Angelorũ chori concinunt ſine fine Deo: Si quęlibet non im-
,munda ſed mũda voluptas, *torrente voluptatis tuæ potabis eos* Deus: Si ſa-
,pientia, ipſa Dei ſapientia *oſtendet eis ſeipſam*: Si amicitia, diligẽt Deum
,pluſquam ſeipſos, & invicem tanquam ſeipſos; & Deus illos pluſ-
,quam illi ſeipſos; quia illi illum, & ſe, & invicem per illum; & ille
,ſe, & illos, per ſeipſum: Si concordia, omnibus illis erit vna volun-
,tas; quia nulla illis erit niſi ſola Dei voluntas: Si poteſtas, omnipo-
,tentes erunt ſuæ voluntatis, vt Deus ſuæ; nam ſicut poterit Deus
,quod volet per ſeipſum, ita poterunt illi quod volent per illum; quia
,ſicut illi non aliud volent quàm quod ille, ita ille volet quicquid illi
,volent; & quod ille volet, non poterit non eſſe: Si honor & divitiæ,
,Deus *ſervos ſuos bonos & fideles ſupra multa conſtituet*; imò *filij Dei*, &
,*Dij* vocabuntur; & *vbi erit filius eius, ibi erunt & illi, hæredes quidem Dei,*
,*cohæredes autem Chriſti*: Si vera ſecuritas, certè ita certi erunt nun-
,quam & nullatenus iſta vel potiùs iſtud bonum ſibi defuturum, ſicut
,certi erunt ſe non ſua ſponte illud amiſſuros, nec dilectorem Deum
,illud dilectoribus ſuis invitis ablaturum, nec aliquid Deo potentius
,invitos Deum & illos ſeparaturum. Gaudium verò quale aut quan-
,tum eſt, vbi tale aut tantum bonum eſt? Cor humanum, cor indi-
gens,

Iac. 4. 15.

Mat. 13. 43.

Mat. 22. 30. 1. Cor. 15. 44.

Sap. 5. 16. Pſal. 36. 39. Pſal. 16. 15. Pſal. 35. 9.

Io. 14. 21.

Mat. 25. 21. Mat. 5. 3. Io. 10. 34. Io. 17. 24. Rom. 8. 17.

° *Anſelm. in Proſologio cap. 25. Eadem habentur apud Aug. in Manuali c. 34. & 35. in Appendice Tom. 19.*

Digitized by Google

,gens, cor expertum ærumnas, imò obrutum ærumnis, quantum gau-
,deres, si his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere pos-
,sint gaudium suum de tanta beatitudine sua. Sed certè si quis alius,
,quem omninò sicut teipsum diligeres, eandem beatitudinem haberet,
,duplicaretur gaudium tuum; quia non minùs gauderes pro eo, quàm
,pro teipso: si verò duo, vel tres, vel multò plures idipsum haberent,
,tantundem pro singulis quantum pro teipso gauderes, si singulos si-
,cut teipsum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium
,Angelorum beatorum & hominum, vbi nullus minùs diligit alium
,quàm seipsum, non aliter gaudebit quisque pro singulis alijs quàm
,pro seipso. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiet gaudiũ
,suum, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum? Et vtique,
,quoniam quantum quisque diligit aliquem, tantum de bono eius gau-
,det, sicut in illa perfecta fælicitate vnusquisque plus amabit sine com-
,paratione Deum quàm se & omnes alios secum, ita plùs gaudebit abs-
,que æstimatione de fælicitate Dei quàm de sua & omnium alio-
rum secum'.

Vide Rich. Vict. in Cantica cap. 10.

4. Lubet his Augustini Anselmique testimonijs subtexere quæ de ea-
dem superna patria eiusque fęlicitate scribit Petrus Damiani in Epi-
stola ad Blancam ex comitissa sanctimonialem: P'Erigatur spiritus
,(ait ille) ad ea quæ promittuntur in patria, vt exiliens parvipendat
,quidquid asperitatis horret in via. Cùm pondus auri radiantis atten-
,ditur, labor itineris levigatur. Vbi loco præmij corona proponitur,
,stadij cursus alacriter transilitur. Perpende igitur, quàm beatus sit,
,qui cùm tanta reproborum multitudo repellitur, ipse ad nuptiale con-
,vivium ingredi cum splendida electorum societate meretur: quantæ
,dignitatis sit adesse semper obtutibus conditoris, contemplari præ-
,sentissimæ speciem veritatis, facie ad faciem Deum cernere, choris
,angelicis interesse; vbi sic præsentibus quique gaudijs sunt re-
,pleti, vt de futura nunquam sint adversitate solliciti: vbi dum quie-
,ta mens incircumscripti luminis amœnitate perfruitur, de suorum
,quòque concivium præmijs inenarrabiliter gratulatur. Illic vitæ
,fontem & sitientes hauriunt, & haurientes sitiunt; quia ibi non po-
,test vel aviditas passionem gignere, vel satietas fastidire. Ex eo planè
,quòd Auctori vitæ semper assistunt, omnem vim beatitudinis tra-
,hunt. Hinc floridæ juventutis æterna viriditas, hinc venustas est
,pulchritudinis, & indeficiens vigor incolumitatis. Ex illo itaque
,æternitatis fonte percipiunt, vt æternaliter vivant, ineffabiliter gau-
,deant: &, quod est longè præstantius, ad eiusdem Conditoris simili-
1. Io. 3. 2. ,tudinem convalescant. Sicut enim Joannes Evangelista testatur: *Cùm*
,*apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Tunc
1. Cor. 15. ,*mors absumpta est in victoria*, omnisque humanæ naturæ funditùs cor-
54. ,ruit corruptela. De hac porrò civitate sanctus ille Tobias aiebat:
Tob 13. 21 ,*Porta Hierusalem ex Sapphiro & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pre-*
& 22. ,*tioso omnis circuitus murorum eius: ex lapide candido, & mundo omnes pla-*

P Petrus Dam. lib. 7. Epist. 19. prope finem.

tea eius sternentur; & per vicos eius Alleluia cantabitur. De hac & Ioan-
nes ait: *Quia singula portæ eius erant ex singulis margaritis, & platea ciui-* Apoc. 21.
tatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. De qua etiam mox ad- 21.
iecit: *Quia non eget sole, neque lunâ; sed claritas Dei illuminabit eam, & lu-* Apoc. 21.
cerna eius est agnus. Ibi præterea natura humana, quæ vitiata fuerat, 23.
cunctis passionum squalloribus defęcata tripudiat; & azima facta, in
suæ puritatis atque sinceritatis munditia perseverat. Cum spiritu si-
quidem & caro spiritualis facta concordat, ac totus homo sui Con-
ditoris arbitrio in nullo penitùs dissonat. Tunc impletur, quod Spon- Cant. 2.
sæ Sponsus eloquitur: *Veni Sponsa mea, tempus putationis advenit.* Sur-
culus enim cùm putatur, remanente quod vtile est, abscinditur quod
superfluum est: sic ex humana natura manet quidem omne quod
Conditor fecit, tollitur autem quod diabolus addidit. Illic arcana
singulorum patent oculis omnium: Illic omnium mentes in mutui
amoris vnione conflatæ, nullâ invicem varietate dissentiunt; sed in
communi voluntatis studio omnes vnanimiter fœderantur. Apud nos
cùm vna festivitas colitur, altera non habetur: Illic autem omnium
solennitatum semper est coacervata lætitia, quia illi præsentes assi-
stunt, qui solennitatum sunt proculdubiò causa. Deest illic ignoran-
tia, deest impossibilitas: quia in Sapientia, cui vniti sunt, cuncta
sciunt; in Omnipotente omnia possunt. Illic revelatâ facie contuebi-
mur, quomodo Pater ineffabiliter filium gignat, quomodo Spiritus
Sanctus ex vtroque procedat. Illic videbimus, quomodo is qui nus-
quam deest, non per partes, sed totus vbique est: quomodo etiam
fieri possit, vt & intendat singulis tanquam vacet ab vniversis, inten-
dat vniversis tanquã vacet à singulis: quomodo is qui cœlestibus prę-
eminet, abyssi fundamenta sustentet: qui mundi intima penetrat,
quomodo exteriora cuncta circumdat. Illic odoris suavitas cunctorũ
excedit vires aromatum, omnem superat fragrantiam pigmentorum.
Illic beatorum aures harmonicæ dulcedinis organa meloda per-
mulcent: Illic pratis iucundâ satis amœnitate vernantibus, can-
dentia lilia nunquam decidunt, rosæque purpureæ cum croceis flori-
bus non marcescunt. Et certè de illa cœlestis Hierusalem beatitudi-
ne sempiternâ incomparabiliter plus est in re, quàm mens possit hu-
mana concipere: plus mente concipitur, quàm vllis sermonibus ex-
plicetur'. Hanc exuberantiam deliciarum supernæ civitatis Augusti-
nus considerabat quando dicebat: [9] 'Tanta est pulchritudo iustitiæ,
tanta iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis atq;
sapientiæ, vt etiamsi non liceret ampliùs in ea manere quàm vnius
diei morâ, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni
delicijs & circumfluentiâ temporalium bonorum rectè meritòq; con-
temnerentur. Non enim falsò aut parvo affectu dictum est: *Quoniam* Psal. 83.
melior est dies vnus in atrijs tuis super millia'. Quæ sententia verbatim 11.
descripta habetur in Libello de Triplici Habitaculo cap. 4. apud eun-
dem Augustinum in Appendice Tomi 9. Vbi & hæc ei verba subte-
xuntur:

[9] *Aug. lib. 2. de Libero Arbitrio cap. 25.*

xũtur:'Nihil cõparandũ delectationi & gaudio quod naſcitur ex invi-
,ſibilibus & incorporeis, ex ſocietate Angelorũ & iuſtorum omnium,
,ex certa ſcientia & cognitione ipſius divinæ naturæ, & ex Dei ipſius
,facie ad faciem viſione : cuius pulchritudinem mirantur Angeli, cu-
,ius imperio ſuſcitantur mortui, cuius ſapientiæ non eſt numerus, cuius
,regnum finem neſcit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam ſolem
,obſcurat vt eius comparatione nullam habeat lucem, cuius dulce-
,do tam mel ſuperat vt ei comparatum velut abſynthium ſit amariſſi-
,mum : cuius faciem ſi omnes carcere Inferni incluſi viderent, nullam
,pœnam, nullum dolorem, nullamque triſtitiam ſentirent : cuius præ-
,ſentia ſi in Inferno cum ſanctis habitatoribus appareret, continuò In-
,fernus in amœnum converteretur paradiſum'. Extat in eadem Appẽ-
dice apud Auguſtinum liber Soliloquiorum, in cuius 35. capite hæc
de eadem ſuperna patria habentur : 'O regnum beatitudinis ſempiter-
,næ, vbi tu Domine ſpes ſanctorum & diadema gloriæ, facie ad faciẽ
Phil. 4. 7. ,videris à ſanctis, lætificans eos vndique in pace tua, *quæ exuperat om-*
,*nem ſenſum*. Ibi gaudium infinitum, lætitia ſine triſtitia, ſalus ſine
,dolore, via ſine labore, lux ſine tenebris, vita ſine morte, omne bo-
,num ſine omni malo : vbi iuventus nunquam ſeneſcit, vbi vita ter-
,minum neſcit, vbi decor nunquam palleſcit, vbi amor nunquam te-
,peſcit, vbi ſanitas nunquam marceſcit, vbi gaudium nunquam de-
,creſcit ; vbi dolor nunquam ſentitur, vbi gemitus nunquam auditur;
,vbi triſte nihil videtur, vbi lætitia ſemper habetur, vbi malum nul-
lum timetur, quoniam ibi ſummum bonum poſſidetur'.

Vide Aug. Enchir. cap. 63.

5. Fælicitatem primi noſtri parentis in terreſtri paradiſo delicijs af-
fluentis magnopere extollimus, & quodammodo indicibilem pro dig-
nitate prædicamus : [r] 'Quis enim (ait de illo Proſper, vel quiſ-
quis alius author eſt librorum de Vita Contemplativa) ſufficienter e-
,numeret, quæ & quanta bona illi abſtinentiæ contemptus ademerit?
,Quòd intellectualis mentis dignitate donatus, imaginem ſui Creato-
,ris accepit; quòd ſoli Deo ſuo ſubiectus, omnia viſibilia ſibi ſubiecta
,conſpexit; quòd ei ad vivendi vſus affatim lignorum omnium quæ
,erant in paradiſo feracitas, divinâ iuſſione ſervivit; quòd arbor vitæ
,myſticum cibum, non vnde viveret, ſed vnde vitam corporis non
,finiret, ſui creatoris munere miniſtravit; qui cibus quamdiu
,perciperetur, ita percipientem ſe in vno ſtatu, Sacramenti cu-
,iuſdam latentis figuratâ ſignificatione, ſervaret, vt eum nec vllâ
,infirmitate corrumpi, nec ætate mutari & ſeneſcere, nec diſſolvi mor-
,te permitteret. Non inquietabat moleſta ſollicitudo quietum, non fa-
,tigabat labor anxius otioſum, non ſomnus opprimebat invitum, non
,amittendæ vitæ timor angebat de immortalitate ſecurum. Habebat
,facilem victum, corpus ex omni parte ſanum, tranquillum motum,
,cor mundum, ignarus pœnalis mali, habitator paradiſi, expers pecca-
,ti, capax Dei. Poſtremò quid eo fœlicius fuit, cui erat orbis ſubiectus,
nullus infeſtus, liber animus, & viſibilis Deus'. His conſona ſunt quę
de eodem ſcribit Auguſtinus his verbis: [s] 'Vivebat itaque homo in

[r] *Proſp. l. 2. de Vita Contempl. cap. 18.*

[s] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 26.*

›paradiſo ſicut volebat, quamdiu hoc volebat quod Deus iuſſerat: Vi›vebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus: Vivebat ſine vlla ege›ſtate, ita ſemper vivere habens in poteſtate. Cibus aderat, ne eſuri›ret: potus, ne ſitiret: lignum vitæ, ne illum ſenecta diſſolveret. Ni›hil corruptionis in corpore, vel ex corpore vllas moleſtias vllis eius ›ſenſibus ingerebat: Nullus intrinſecus morbus, nullus ictus metue›batur extrinſecus: Summa in carne ſanitas, in anima tota tranquilli›tas. Sicut in paradiſo nullus æſtus aut frigus, ſic in eius habitatore ›nulla ex cupiditate vel timore accedebat bonæ voluntatis offenſio. ›Nihil omninò triſte, nihil erat inaniter lætum: gaudium verum per›petuabatur ex Deo, in quem flagrabat charitas ex corde puro, & con›ſcientia bona, & fide non ficta: atque inter ſe coniugum fida ex ho›neſto amore ſocietas, concors mentis corporiſque vigilia, & mandati ›ſine labore cuſtodia. Non laſſitudo fatigabat otioſum, non ſomnus premebat invitum'. Verùm quàm exigua ac penè nulla fuerit iſta fælicitas, beatitudini ſanctorum in ſuperna ſua patria triumphantium comparata, vel hinc conſtat, quòd alibi idem Auguſtinus eam vocet

[t] *Aug. Enchir. cap. 26.* [t] 'VMBRAM vitæ, vnde iuſtitia cuſtodita in meliora conſcenderet'. Ex quo apparet, cœleſtem beatitudinem primævæ illi fælicitati tantundem ſupereminere, quantum ſupereminet vera vita *vmbræ vitæ*. Vnde non dubitat idem Auguſtinus alibi aſſerere, beatiorem fore hominem quæcunque tormenta patientem cum certitudine perveniendi aliquando ad patriam cœleſtem, quàm fuiſſent ſine tali certitudine

[u] *Aug. l. 11. de Civit. cap. 12.* primi homines in paradiſo terreſtri: [u] 'Quis enim (ait ille) primos il›los homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatum, ›quàmvis de ſua beatitudine quàm diuturna vel vtrùm æterna eſſet ›incertos (eſſet autem æterna, niſi peccaſſent) cùm hodie non impru›denter beatos vocemus, quos videmus iuſtè ac piè cum ſpe futuræ ›immortalitatis hanc vitam ducere ſine crimine vaſtante conſcientiâ, ›facilè impetrantes peccatis huius infirmitatis divinam miſericordiâ? ›Qui licet de ſuæ perſeverantiæ præmio certi ſint, de ipſa tamen per›ſeverantia ſua reperiuntur incerti: quis enim hominum ſe in actione ›profectuque iuſtitiæ perſeveraturum vſque in finem ſciat, niſi aliquâ ›revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto latentique iudicio ›non omnes inſtruit, ſed neminem fallit? Quantum itaque pertinet ad ›delectationem præſentis boni, beatior erat primus homo in paradiſo, ›quàm quilibet iuſtus in hac infirmitate mortali: quantum autem ad ›ſpem futuri boni, beatior quilibet in quibuſlibet cruciatibus corpo›ris, cui non opinione ſed certâ veritate manifeſtum eſt, ſine fine ſe ha›biturum omni moleſtiâ carentem ſocietatem Angelorum in partici›patione ſummi Dei, quàm erat ille homo ſui caſus incertus in magna illa fælicitate paradiſi'. Quòd ſi tanta tamque beatifica ſit nuda tametſi certa in patriam illâ perveniendi ſpes, quis cogitare nedum enarrare ſufficiat, quanta quàmque beatifica ſit ipſa res? Tanti certè eam Auguſtinus præcedenti §. relatus æſtimandam cenſuit, vt non dubi-

dubitaverit dicere: 'Etiamsi non liceret ampliùs in ea manere quàm ,vnius diei morâ, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ ,pleni delicijs & circumfluentiâ temporalium bonorum rectè meritòque contemnerentur'. Tanti eandem author Libelli de Triplici Habitaculo ibidem subiunctus æstimavit, vt diceret, 'Quòd si Dei ,faciem omnes carcere Inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent'. Et rursus, 'Quòd si Dei ,præsentia in Inferno cum sanctis habitatoribus appareret, continuò Infernus in amœnum converteretur paradisum'. Atque hinc ex adverso nulla tormentorum etiam infernalium acerbitas jacturam divinæ fruitionis adæquat, dicente Chrysostomo: [w] 'Qui in gehenna vri- ,tur, cœlorum etiam regnum prorsus amittit: quæ certè pœna maior est quàm cruciatus ille flammarum'. Et rursus Serm. 13. in Epistolam ad Philippenses: 'Tantum mihi malum videtur (inquit) de ,tanta gloria decidisse, vt gehennam pro nihilo habeam præ hoc damno ac ruina'. Et inferiùs ibidem in digressione Morali: 'Intolerabilis ,res est gehenna, fateor, & valde quidem intolerabilis: attamen intolerabilius mihi videtur de regno decidisse'. Et in Epistola Parænetica priore ad Theodorum lapsum: 'Sunt quidam (inquit) absurdi iu- ,dicij, qui duntaxat amant effugisse gehennam: contrà ego multò ,durius esse tormentum quoddam assero quàm gehenna est, hoc est, ,non assecutum esse tantam gloriam, & illinc elapsum esse. Nec opi- ,nor equidem tanto dolore lugendum de malis gehennæ, quanto ne- ,cesse est casum deplorare, quòd de cœlis excidimus, qui est nimirum cruciatus omnium durissimus'.

[w] *Chrysost. Homil. 24. in Matthæum post medium*

6. Gentiles quosdam sæculari sapientiâ præcellentes, & immortalitatem humanæ animæ agnoscentes, spontaneam sibi necem conscisce- re impulit fiducia fæliciorem statum à morte adipiscendi: de quibus Lactantius: [x] 'Multi (inquit) ex ijs qui æternas esse animas suspica- ,bantur, tanquam in cœlum migraturi essent, sibiipsis manus intule- ,runt: vt Cleanthes, vt Chrysippus, vt Zenon, vt Empedocles, qui ,se in ardentis Ætnæ specum intempestâ nocte deiecit, vt cùm ,repentè non apparuisset, abijsse ad Deos crederetur: & ex Romanis ,Cato, qui fuit in omni sua vita Socraticæ vanitatis imitator. Nam ,Democritus in alia fuit persuasione: sed tamen sponte sua letho ca- ,put obvius obtulit ipse; quo nihil sceleratius fieri potest. Nam si ho- ,micida, nefarius est, quia hominis extinctor est; eidem sceleri obstri- ,ctus est, qui se necat; quia hominem necat. Imò verò maius esse id ,facinus existimandum est, cuius vltio Deo soli subiacet. Nam sicut ,in hanc vitam non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domi- ,cilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, eiusdem iussu ,recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tamdiu habitaturos, ,donec iubeat emitti: & si vis aliqua inferatur, æquâ mente ferendum ,est; cùm extincta innocentis anima inulta esse non possit, habeamus- ,que vindicem magnum, cui soli vindicta integra semper est. Homi-

[x] *Lactant. lib. 3. cap. 18.*

Vide Aug. l. 1. de Civit. c. 23. & l. 19. c. 4.

'cidæ igitur illi omnes Philosophi, & ipse Romanæ sapientiæ Prin-'ceps Cato: qui antequam se occideret, perlegisse Platonis librum di-'citur, qui est scriptus de æternitate animarum; & ad summum nefas 'Philosophi authoritate compulsus est. Et hic tamen aliquam mo-'riendi causam videtur habuisse, odium servitutis. Quid Ambra-

Vide Nazian. Orat. 3. propè medium, & Aug. l. 1. de Civit. cap. 22.

'ciotes ille, qui cùm eundem librum perlegisset, præcipitem se dedit; 'nullam aliam ob causam, nisi quòd Platoni credidit? Execrabilis 'prorsus ac fugienda doctrina, si abigit homines à vita. Quòd si sciisset 'Plato, atq; docuisset, à quo, & quomodo, & quibus, & quæ ob facta, '& quo tempore immortalitas tribuatur; nec Cleombrotum impe-'gisset in mortem voluntariam, nec Catonem; sed eos ad vitam & iustitiam potiùs erudisset'. Multa alia Gentilium spontaneè se perimẽtium exempla memorat Tertullianus lib. ad Martyras cap. 4. quibus

Tertullianus.

commemoratis subtexit ad propositum: 'Igitur si tantum terrenæ 'gloriæ licet de corporis & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, 'bestias, tormenta contemnant, sub præmio laudis humanæ: possum 'dicere, Modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cœlestis, '& divinæ mercedis. Tanti vitreum, quanti verum margaritum? 'Quis ergo non libentissimè tantum pro vero habeat erogare, quan-'tum alij pro falso'. Et mox capite proximè sequenti: 'Hæc (inquit) 'non sine causa Dominus in sæculũ admisit; sed ad nos & nunc exhor-'tandos, & in illo die confundendos, si reformidaverimus pati pro ve-'ritate in salutem, quæ alij affectaverunt pro vanitate in perditionem'. Alia præterea in eandem rem exempla memorat Augustinus lib. 5. de Civit. cap. 18. atque inter cætera exemplum M. Curtij in voraginẽ cum equo & armis desilientis: quod sic applicat ad propositum nostrũ:

Augustinus. Vide Orosium l. 3. c. 5. & Livium Decade 1. lib. 7.

'Si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terræ se præ-'cipitem dedit, Deorum suorum oraculis serviens, qui iusserant, vt il-'lic id quod Romani haberent optimum mitteretur; nec aliud intelli-'gere potuerunt, quàm viris armisque se excellere; vnde videlicet 'oportebat vt Deorum iussis in illum interitum vir præcipitaretur ar-'matus: Quid se magnum pro æterna patria feciſſe dicturus est, qui ali-'quem fidei suæ passus inimicum, non se vltrò in talem mortem mit-'tens, sed ab alio missus, obierit; quandoquidem à Domino suo, eo-'demque Rege patriæ suæ, certius oraculum accepit: *Nolite timere eos* Mat. 10. 28
qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere'. Et interpositis in eandem rem alijs Romanorum exemplis: 'Proinde (subdit inferiùs 'ibidem) per illud imperium tam latum tamq; diuturnum, virorum-'que tantorum virtutibus præclarum atque glorioſum, & illorũ inten-'tioni merces quam quærebant est reddita, & nobis proposita necessa-'riæ commonitionis exempla: vt si virtutes, quarum istæ vtcunque 'sunt similes quas isti pro civitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro Dei 'glorioſissima civitate non tenuerimus, pudore pungamur: si tenue-'rimus, superbiâ non extollamur: quoniam, sicut dicit Apostolus, '*Indignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in* Rom. 8. 18
nobis.

Digitized by Google

nobù'. Caveat tamen fidelis, ne talibus infidelium exemplis incitatus ſibiipſi mortem conſciſcat: ſiquidem eiuſmodi mors non eſt via ad patriam, ſed præcipitium ad perditionem: provt ipſi authores iam commemorati teſtantur. Eſt nihilominus aliud mortis genus, quod
Coloſſ. 3. 5. peregrinantibus in Hieruſalem Apoſtolus commendat, vbi ait: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam.* Unde & alibi idem ait:
Gal. 5. 24. *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* De hoc mortis genere loquens Auguſtinus: [y] 'Moriendum eſt mundo (inquit) vt Deo in ſempiternum viuamus'. Taliter mortuos Bernardus præferre videtur peregrinantibus: non quòd & ipſi non peregrinentur, ſed quòd communibus peregrinis eminentiorem gradum ſint adepti: [z] 'Quis eſt (ait ille) magis alienus ab actibus ſæculi, quàm peregrinus'? Et continuò interrogationi reſpondens ſubdit: 'Profectò
Coloſſ. 3. 3. ,quibus dicit Apoſtolus, *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt ,cum Chriſto in Deo.* Peregrinus nimirum poteſt facilè occaſione viati-
,ci pluſquam oporteat & detineri quærendo, & prægravari portan-
,do: Mortuus, ſi deſit etiam ipſa ſepultura, non ſentit: ſic vitupe-
,rantes, vt laudantes; ſic adulantes audit, vt detrahentes: imò verò
ec. 1. 27. ,nec audit, quia mortuus eſt. Omninò fœlix mors, quæ ſic *immaculatum ſervat*, imò penitùs alienum facit *ab hoc ſæculo.* Sed neceſſe eſt, vt
,qui non vivit in ſe, vivat Chriſtus in illo: hoc eſt enim quod ait
Gal. 2. 20. ,Apoſtolus: *Vivo autem iam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Ac ſi di-
,ceret: ad alia quidem omnia mortuus ſum, non ſentio, non attendo,
,non curo: ſiqua verò ſunt Chriſti, hæc vivum inveniunt & paratum,
,Nam ſi non aliud poſſem, ſaltem ſentio: placet quod ad eius honorem
fieri video, diſplicent quæ aliter fiunt'. Hoc itaque mortis genere non ſolùm inculpabiliter, ſed fructosè etiam ac laudabiliter quiſque ſe pro amore ſupernæ ſuæ patriæ interimit.

Vide Fulg. Ser. de Verbis Michea cap. 3.

[y] *Aug. Ser 49. de Tempore c. 9.*

[z] *Bern. Ser. 7. in Quadrageſ:*

CAPUT IV.

Multiplicia ſupernæ civitatis nomina recenſentur, & ſingulatim perpenduntur: vt Hieruſalem, Sion, Paradiſus, Regnum cœlorum, Sinus Abrahæ *&c.*

I. QVanquam ex iam dictis conſtare vtcunque poſſit, ſupernam civitatem, à qua & in quam peregrinamur, nominari *Hieruſalem*: operæ nihilominus pretium fuerit, de illo ipſo atque alijs eius nominibus paulò accuratiùs hoc capite diſſerere; vt ex vocabulorum intelligentia res ipſa plenius penitiùſque perſpiciatur. Duo itaque ſupernæ illius civitatis nomina, in Scripturis ſanctis ſparſim vſitata, Pſalmo-
Pſal. 64. 2. graphus vnico exprimit verſiculo, cùm ait: *Te decet hymnus Deus in* SION, *& tibi reddetur votum in* HIERVSALEM. Et rurſus alibi, ſed ordine inverſo

Hieruſalem & Sion

verſo : *Lauda* HIERVSALEM *Dominum, lauda Deum tuum* SION. Eòdem ſpectat quod alibi idem Pſalmographus vnico ſimiliter verſiculo iungit SALEM & SION, dicens de Deo: *Factus eſt in* SALEM *locus eius, & habitatio eius in* SION. Vbi vulgatus quidem Pſalterij interpres pro *Salem* ſubſtituit latinum *Pace* : ſed B. Hieronymus in ſua eiuſdem Pſalterij tranſlatione Hebraicum *Salem* retinuit ; quemadmodum & cum ipſo vulgatus interpres retinuit Hebraicum *Sion* in poſtrema verſiculi parte. Hieronymi tranſlatio ſic ad verbum ſonat : *Factus eſt in* SALEM *tabernaculum eius , & habitaculum eius in* SION. Chaldæus paraphraſtes ibidem ſubſtituit vocem *Hieruſalem*, hoc modo eum verſiculum efferens : *Fuit in Hieruſalem domus ſanctuarij eius, & habitaculum maieſtatis eius in Sion.* Huc denique referri poteſt illud Iſaiæ : *Dixit Dominus , cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Hieruſalem.* Et illud item eiuſdem alibi : *De Sion exibit lex , & verbum Domini de Hieruſalem.* Quem locum recitat ex ipſo Michæas cap. 4. v. 2. Ex quibus omnibus liquidò apparet, *Hieruſalem* & *Sion* eiuſdem vrbis eſſe vocabula. Vnde ait Hilarius in illud Pſalmographi, *In domum Domini ibimus* : [a] 'Domus Domini, quæ ſit, Pſalmo altero docuit, dicens : *Quoniam elegit Dominus Sion, praelegit eam in habitationem ſibi : Haec requies mea in ſaeculum ſaeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Non vtique hanc terrenam, & caducam, & pœnas luentem impietatis ſuæ ; ſed illam *liberam & cœleſtem Hieruſalem*, quæ eadem & Sion eſt : per cuius incolatum, quia domus Dei eſt, nos quòque *cives ſanctorum & domeſtici* DEI ſumus'. Eòdem alludit Auguſtinus vbi ait : [b] 'Si obſcurum eſt, *Ex Sion ſpecies decoris eius*, nunquid obſcurum eſt, *Incipientibus ab Hieruſalem* ? Ipſa eſt enim Sion, quæ Hieruſalem'. Et Enarratione in Pſalmum 64. ad verſ. 1. expreſsè alludens ad ſupernam Hieruſalem vnde peregrinamur : 'Patria illa (inquit) eſt Sion : ipſa eſt Hieruſalem, quæ Sion. Et huius nominis interpretationem noſſe debetis : Sicut *Hieruſalem* interpretatur viſio pacis, ita *Sion* ſpeculatio, id eſt, viſio & contemplatio'. Qui rurſus Enarratione in Pſalmum 149. ad verſ. 2. 'Sion (inquit) fuit quidem vna civitas, quæ cecidit : In eius reliquijs habitabant quidam ſancti temporaliter. Sed Sion vera & Hieruſalem vera, quia ipſa Sion quæ Hieruſalem, æterna eſt in cœlis , *qua eſt mater noſtra.* Ipſa nos genuit, ipſa eſt Eccleſia ſanctorum, ipſa nos nutrivit; ex parte peregrina , ex magna parte manẽs in cœlo. Ex parte quâ immanet in cœlo, beatitudo Angelorum eſt : ex parte qua peregrinatur in hoc ſæculo , ſpes eſt iuſtorum. De illa dictum eſt, *Gloria in excelſis* DEO : de hac dictum eſt, *Et in terra pax hominibus bona voluntatis.* Qui ergo in hac vita gemunt, & deſiderant illam patriam, currant dilectione, non pedibus corporis; non quærant naves, ſed pennas : duas alas charitatis apprehendant. Quæ ſunt duæ alæ charitatis ? Dilectio Dei, & dilectio proximi. Peregrinamur enim, ſuſpiramus, gemimus. Venerunt ad nos litteræ de patria noſtra, ipſas vobis recitamus : *Letetur Iſrael in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in Rege ſuo.* Quod dixit , *Qui fecit eum*, hoc dixit , *In rege*

Pſal. 147. 1.

Pſal. 75. 3.

Iſaiæ 31. 9.

Iſaiæ 2. 3.

[a] *Hilar. in Pſal. 121. ad v. 1. Vide Proſp. in eundem locum.*

Pſal. 121. 1.

Pſal. 131. 13. & 14.

Gal. 4. 26. & Hebr. 12. 22.

Epheſ. 2. 19.

[b] *Aug. lib. de Vnitate Eccleſ. cap. 10.*

Pſal. 49. 2. Luc. 24. 47.

Vide Hilarium in Pſal. 149. verſ. 1.

Gal. 4. 26.

Luc. 2. 14.

Pſal. 149. 2.

Digitized by Google

rege ſuo. Quod audiſtis *Iſrael*, id ſunt *filij Sion*: & quod audiſtis, *in eo qui fecit eũ*, hoc eſt, *in rege ſuo.* Filius Dei qui fecit nos, factus eſt inter nos: & rex noſter regit nos, quia Creator noſter fecit nos. Ipſe eſt tamen per quem facti ſumus, qui eſt per quem nos regimur: & ideò Chriſtiani, quia ille Chriſtus'. Hunc Auguſtini diſcurſum recapitulans Proſper in Commentario eiuſdem Pſalmi 149. ad verſ. 2. 'Qui ſunt veri Iſraëlitæ (inquit) ipſi ſunt filij Sion, ſive Hieruſalem: Vtrumque enim nomen vnius eſt civitatis, quæ conſtat ex Angelis & hominibus, ad eam ſocietatem per fidem, & ſpem, & charitatem de longinqua peregrinatione tendentibus'. *Proſper.*

2. Cæterùm quod de vnitate civitatis ex Angelis hominibuſque conſtantis hìc perhibet Proſper, ab Auguſtino varijs locis aſtruitur: vt cùm ait: [c] 'Omnis numerus fidelium ſanctorum ex hominibus commutandorum vt fiant *æquales Angelis Dei*, adiuncti etiam ipſis Angelis, qui modò non peregrinantur, ſed expectant nos quando à peregrinatione redeamus, omnes ſimul vnam domum Dei faciunt, & vnam civitatem: Ipſa eſt Hieruſalem'. Qui rurſus libro de Catechizandis Rudibus cap. 19. vniverſam creaturarum intellectualium multitudinem in duas civitates ſeu ſocietates diſtinguit: vnam malorum tam hominum quàm Angelorum, alteram bonorum tam hominum ſimiliter quàm Angelorum: 'Duæ (inquiens) civitates, vna iniquorum, altera ſanctorum, ab initio generis humani vſque ad finem ſæculi perducuntur: nunc permixtæ corporibus, ſed voluntatibus ſeparatæ, in die iudicij verò etiam corpore ſeparandæ. Omnes enim homines amantes ſuperbiam & temporalem dominationem cum vano typho & pompa arrogantiæ, omneſque ſpiritus qui talia diligunt, & gloriã ſuam ſubiectione hominum quærunt, ſimul vná ſocietate devincti ſunt: ſed etſi ſæpè adverſùm ſe pro his rebus dimicant, pari tamen pondere cupiditatis in eandem profunditatem præcipitantur, & ſibimorum & meritorum ſimilitudine coniunguntur. Et rurſus omnes homines & omnes ſpiritus humiliter Dei gloriam quærentes non ſuam, & cum pietate ſectantes; ad vnam pertinent ſocietatem'. Rurſus lib. 12 de Civit. cap. 1. demonſtrandum ſibi proponit, 'quàm non inconveniens neque incongrua dicatur eſſe hominibus Angeliſq; ſocietas: vt non quatuor, duæ ſcilicet Angelorum totidemque hominum, ſed duæ potiùs civitates, hoc eſt, ſocietates, meritò eſſe dicantur: vna in bonis, altera in malis, non ſolùm Angelis verumetiam hominibus, conſtitutæ'. Atque huc referendum eſt, quod Enchiridij cap. 111. ait: 'Poſt reſurrectionem facto vniverſo completoque iudicio, ſuos fines habebunt civitates duæ: vna Chriſti, altera diaboli: vna bonorum, altera malorum: vtraque tamen Angelorum & hominum'. Quas duas civitates nominatim exprimit Præfat. in Pſal. 136. auditores ſuos his verbis alloquens: 'Duas civitates, permixtas ſibi interim corpore, & corde ſeparatas, currere per iſta volumina ſæculorum vſque in finem, audiſtis & noſtis: vnam cui finis eſt pax æterna, & vo-

[c] *Aug. in Pſal. 126. ad verſ. 1.* *ac. 20. 36*

,& vocatur Hieruſalem : alteram cui gaudium eſt pax temporalis, & ,vocatur Babylonia. Jnterpretationes etiam nominum, ſi non fallor, ,tenetis : *Hieruſalem* interpretari viſionem pacis, *Babyloniam* confuſio- ,nem. Hieruſalem in Babylonia captiva tenebatur, non tota; cives ,enim eius & Angeli ſunt : ſed quod attinet ad homines prædeſtinatos ,in gloriam Dei, futuros per adoptionem cohæredes Chriſti, quos de ipſa captivitate redemit ſanguine ſuo'. Et iterum Enarrat. in Pſal. 61. ad verſ. 4. 'Vna civitas (inquit) & vna civitas; vnus populus, & vnus ,populus; rex, & rex. Quid eſt, vna civitas, & vna civitas ? Babylonia ,vna, Hieruſalem vna. Quibuſlibet alijs etiam myſticis nominibus ,appelletur, vna tamen civitas, & vna civitas : illa rege diabolo, iſta rege Chriſto'. Et paulò inferiùs rurſus ibidem : 'Omnes (inquit) *qui* ,*terrena ſapiunt*, omnes qui fælicitatem terrenam Deo præferunt, omnes ,qui *ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti*, ad vnam illam civitatem perti- ,nent, qnæ dicitur Babylonia myſticè, & habet regem diabolum. ,Omnes autem qui ea *quæ ſurſum ſunt ſapiunt*, qui cœleſtia meditantur, ,qui cum ſollicitudine in ſęculo vivunt ne Deum offendant, qui ca- ,vent peccare, quos peccantes non pudet confiteri, humiles, mites, ſan- ,cti, iuſti, pij, boni; omnes ad vnam civitatem pertinent, quæ regem habet Chriſtum'. His conſentanea ſunt quę de duabus civitatibus, duobus populis, duobuſque regibus ſcribit in ſuis Miſcellaneis Hugo Victorinus : [d] 'Duę (inquiens) ſunt civitates, Hieruſalem & Baby- ,lon : & duo populi, amatores Dei cives Hieruſalem, amatores mun- ,di cives Babylonis : & duo reges, Chriſtus rex Hieruſalem, & dia- ,bolus rex Babylonis. Inter has civitates, & duos populos, & duos ,reges, bellum eſt iugiter, & diſcordia, & pugna. Signat vterque mi- ,lites ſuos; Chriſtus ſuos, & diabolus ſuos, vt agnoſcant quique regem ,ſuum, & agnoſcantur ab eo, & ſequantur eum. Hieruſalem enim ,civitas eſt ſurſum in cœlo, Babylon deorſum in terra: Similiter Chri- ,ſtus iam ſurſum eſt, diabolus deorſum : Milites Chriſti ſequuntur re- gem ſuum, & milites diaboli regem ſuum'. Sed nec prætereunda hoc loco ſunt quę in hanc rem ſcribit abbas Rupertus in Opere de Victoria verbi Dei : [e] 'Sicut David (inquiens) rex terrenę Hieruſalem ,Chriſtum prefiguravit, regem ſupernę Hieruſalem : ſic Nabuchodo- ,noſor rex Babylonis diabolum ſignavit Principem mundi, ac poſſeſ- ,ſorem ęternæ confuſionis. Babylon illa & Hieruſalem terrena ima- ,ginem ſive ſimilitudinem nobis demonſtrant in ſemetipſis duarum ,partium vniverſę creaturę rationalis, quarum vna civitas Dei viven- ,tis, altera dicitur & eſt civitas diaboli : altera ex hominibus bonis & ,angelis bonis, altera conſtat ex hominibus malis & angelis malis. ,Propterea cùm audimus David dicentem in ſpiritu, *Super flumina Ba-* ,*bylonis illic ſedimus & flevimus*, veraciter illum de ſemetipſo quoque hoc ,dicere ſentimus : quia non quidem ad illius Babylonicę captivitàtis ,tempora pervenit, imò longè prœceſſit; ſed in illa erat captivitate, ſi- ,cut & omnes electi Dei, cuius ſimilitudinem in ea quam futurã prę- videbat illi populo ſpiritualiter intellexit'.

Vide Proſp. in Pſal. 124. verſo vltimo.

Phil. 3. 19.

Phil. 3. 20.

Coloſ. 3. 2.

[d] Hug. Vict. l. 1. Miſcell. c. 48.

[e] Rupert. lib. 6. de Victor. Verbi Dei c. 7. Vide Rabanum in Allegorijs, verbo Hieruſalem.

Pſal. 136.

Vide Hilarium in Pſal. 125.

Non

Digitized by Google

3. Non deerit fortè aliquis qui noſſe deſideret, cur ſuperna civitas dicta ſit *Hieruſalem*, cur item *Sion*? Sed facilis eſt ex dictis reſponſio. *Hieruſalem* quippe interpretatur viſio pacis, & *Sion* ſpeculatio ſeu contemplatio. Vnde rectè ea nomina in civitatem illam quadrant, in qua *pax Dei exuperans omnem ſenſum* videnda contemplandaque promittitur: [f] 'Poſſumus dicere (inquit Auguſtinus) finem bonorum noſtrorum ,eſſe pacem, ſicut æternam diximus vitam; præſertim quia ipſi civita-,ti Dei, de qua nobis eſt iſta operoſiſſima diſputatio, in ſancto dicitur ,Pſalmo: *Lauda Hieruſalem Dominum, Lauda Deum tuum Sion: quoniam ,confirmavit feras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te: qui poſuit fines ,tuos pacem.* Quando enim confirmatæ fuerint feræ portarum eius, iam ,in illam nullus intrabit, nec ab illa vllus exibit. Ac per hoc *fines eius* ,eam debemus hìc intelligere pacem, quam volumus demonſtrare fi-,nalem. Nam & ipſius civitatis myſticum nomen, id eſt, *Hieruſalem*, ,quod & ante iam diximus, Viſio pacis interpretatur'. Hæc de nomine *Hieruſalem*: alibi verò de nomine *Sion* ita ſcribit: [g] 'Civitas regis ,magni ipſa eſt Sion ſpiritaliter. Quod nomen latinè interpretatum ſpe-,culatio eſt: Speculatur enim futuri ſæculi magnum bonum: quoniam ,illuc dirigitur eius intentio. Ipſa eſt & Hieruſalem eodem modo ſpi-,ritaliter, vnde multa iam diximus. Eius inimica eſt civitas diaboli *Babylon*, quæ confuſio interpretatur'. Alibi tamen idem Auguſtinus inter *Sion* & *Hieruſalem* nonnihil diſcriminis ſtatuit, tanquam per *Sion* denotetur Dei civitas pro ea parte qua in terris adhuc militat, per *Hieruſalem* verò eadem civitas pro ea parte qua in cœlis regnat. Ait quippe in Enarrat. ſuper Pſalmo 9. ad verſ. 12. '*Pſallite Domino qui habitat ,in Sion*, his dicitur, quos *non derelinquit quærentes ſe* Dominus. Ipſe ha-,bitat in Sion, quod interpretatur ſpeculatio, & geſtat imaginem Ec-,cleſiæ quæ nunc eſt; ſicut Hieruſalem geſtat imaginem Eccleſiæ quę ,futura eſt, id eſt, civitatis ſanctorum iam angelicâ vitâ fruentium: ,quia *Hieruſalem* interpretatur Viſio pacis. Præcedit autem ſpeculatio ,viſionem, ſicut iſta Eccleſia præcedit eam quæ promittitur, civitatem ,immortalem & æternam. Sed præcedit tempore, non dignitate: quia ,honorabilius eſt quò pervenire nitimur, quàm id quod agimus vt ,pervenire mereamur. Agimus autem ſpeculationem, vt perveniamus ad viſionem'. Huic propoſito Rupertus accommodat propheticum illud oraculum, *Dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem*, ita ſcribens: [h] 'In Sion, id eſt, in præſenti Eccleſia, quantuluſcunque ignis eſt, *cognoſcere ex parte, videre per ſpeculum in ænigmate*. ,At in illa cœleſti Hieruſalem, *videre facie ad faciem*, caminus eſt, inæſtimabiliter magnum æterni amoris incendium eſt'. Et paulò inferiùs ibidem, de divino iſto amore ſermonem continuans: 'Et nunc quidem ,(inquit) in Sion, id eſt, in præſenti Eccleſia, ſicut iam dictum eſt, di-,lectio hæc, ſive amor iſte, ignis eſt, ſed nondum tantus, vt caminus ,iure dici poſſit. Caminus illic erit, vbi præ magnitudine amoris & torrente

Dubium. Deciſio.

Pſal. 147. 1 & ſeqq.

Pſal. 9. 12.

Pſal. 9. 11.

Iſai. 31. 9.

Zach. 13. & 12.

[f] *Aug. lib. 19. de Civit. c. 11. Vide eund. in Pſal. 124. v. 5. & in Pſal. 127. v. 6. & in Pſal. 147 v. 3. & Hugonem Vict. Ser. 53. & Bedam l. 3. in Cantica cap. 3.*

Vide Aug. lib. de Catechiz. Rudib. cap. 20. & 21.

[g] *Aug. l. 17. de Civit. cap. 16. Vide Hilarium in Pſal. 128. v. 5.*

[h] *Rupert. l. 14. in Matt. prope finem.*

,torrente voluptatis, illi beatæ Hieruſalem, ſcilicet ſanctorum atque ,electorum omnium vniverſitati, nihil aliud quàm Deum cogitare aut reſpicere vacabit'. Eodem planè modo inter *Sion* & *Hieruſalem* diſcernere videtur Hilarius Enarrat. in Pſal. 147. ad illa verba, *Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion*, ita ſcribens: 'Non differt ,Hieruſalem à Sion, nam ſecundùm locorum nomina vrbis ipſius lo- ,cus idem eſt: ſed nominum interpretatio geminam hanc eiuſdem vr- ,bis commemorationem neceſſariò deſiderabat. Hieruſalem enim eſt ,civitas pacis. Et quia Domini noſtri regnum in pace & vnanimitate ,ſanctorum eſt: *& factus eſt*, inquit, *in pace locus eius*; conventus ille ,beatorum, qui Dei regnum eſt, *Hieruſalem* tanquam civitas pacis eſt ,dictus. Civitatem verò hanc *vivis*, vt ait Apoſtolus, *lapidibus extru- ctam*, ſanctorum cœtus conformis gloriæ Dei ex reſurrectione con- ,ſummat. Qui ſe qualis futurus eſſet, per fidem in corpore Domini an- ,tè ſpeculatus eſt; & idcircò etiam *Sion* nuncupatur. Corpus quidem ,Domini ſecundùm interpretationis virtutem, quia in eo ſpem noſtrã ,fide contemplamur, in omnibus ſcripturis *Sion* nuncupari exiſtima- ,tur, quia Sion ſpeculatio eſt. Sed & civitas illa quæ Hieruſalem eſt, ,quæ propter vnanimitatem civitas pacis eſt, etiam propter conforma- ,tionem in ſe corporis Dei, in quo ſe antè ſpeculata eſt, *Sion* nuncupa- ,tur: & cuius gloriam adepta eſt, accepit quòque eius & nomen'.

Hilarius. *Pſal.147.1*

Pſal.75.3.

1.*Pet.2.5.*

His cõſona ſunt quę de vocabulo *Sion* ſcribit papa Gregorius in Pſalmum 4.^m Pœnitentialem ad verſ. 19. 'Sion (inquiens) ſpeculatio in- ,terpretatur: per quam ſancta ſignificatur Eccleſia, quæ eminentiori- ,bus virtutum & ſcientiæ locata veſtigijs, & cœleſtem patriam à longè ,proſpicit, & irruentes ſpiritalium inimicorum cuneos interiori intui- tu deprehendit'. Accedit & Bedã lib. 3. in Job cap. 7. 'Sion (inquiẽs) ,mons excelſus virtutibus atque ſublimis, Eccleſia eſt: in qua conſti- ,tuta eſt ſpecula contemplationis futura credentium. Unde & propter ipſam virtutem ſpei, *Sion* ſpecula interpretatur'. Sed & Origenes Tomo. 13. in Joannem, atque etiam Proſper in Pſal. 136. verſ. 1. eandẽ amplectuntur interpretationem vocis *Sion*: qua nimirum ſpeculam denotat, & militantem in terris Eccleſiam deſignat. Quamvis autem hæc ita ſe habeant, negari tamen nequit quin *Sion* perinde ac *Hieruſalem* promiſcuè vſurpetur pro civitate cœleſti: prout ex dictis §. 1. conſtat. Sed nec mirum eſt, *Sion* modò pro militante, modò pro triumphante Eccleſia vſurpari; cùm etiam *Hieruſalem* pro vtraque indifferenter vſurpata reperiatur: [i] 'Hieruſalem (ait quidam) intelligi- ,tur hiſtorialiter civitas terrena, allegoricè Eccleſia, tropologicè anima fidelis, anagogicè cœleſtis patria'. *Hieruſalem* quippe interpretatur viſio pacis: viſio autem illa vel eſt intuitiva & facialis, qualis habetur in Eccleſia triumphante: vel ænigmatica & ſpecularis, qualis habetur in Eccleſia militante: iuxta illud Apoſtoli, *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Sed quia de hiſce vſurpationibus vocis *Hieruſalem* & vocis *Sion* capite ſequenti tractaturi ſumus, ijs nunc

Gregorius.

Bedo.

[i] *Hug. Vict. in Speculo Eccleſ. cap. 8.*

1.*Cor.13.12.*

Digitized by Google

nunc prætermiſſis ad alia eiuſdem ſupernæ civitatis nomina tranſiiciemus.

4. Duo itaque alia ſuperne patriæ ſeu civitatis nomina vnico contextu memorat Martyr Cyprianus: quorum vnum eſt *Paradiſus*, alterum verò *Regnum cælorum*: [k] 'Conſiderandum eſt (ait ille) & identidem ,cogitandum, renunciaſſe nos mundo, & tanquam hoſpites & peregri-,nos iſthic interim degere. Amplectamur diem, qui aſſignat ſingulos ,domicilio ſuo; qui nos iſtinc ereptos,& laqueis ſæcularibus exolutos, ,*Paradiſo* reſtituit,& *Regno cæleſti*. Quis non peregrè conſtitutus propere-,raret in patriam regredi? Quis non ad ſuos navigare feſtinans, ventum ,proſperum cupidiùs optaret, vt velociter charos liceret amplecti? ,Patriam noſtram *Paradiſum* computamus, parentes Patriarchas habe-,re iam cœpimus: quid non properamus & currimus, vt patriam no-,ſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus. Magnus illic nos cha-,rorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos ,& copioſa turba deſiderat; iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc ,de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum ve-,nire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt! Qualis illic cœ-,leſtium regnorum voluptas, ſine timore moriendi, & cum æternitate vivendi! Quàm ſumma & perpetua fœlicitas'! Et quidē vtrumque præmemoratum nomen in ſcripturis legimus ſupernæ civitati attributum. Eam namque *Regni cælorum* nomine Chriſtus paſſim in Evangelijs expreſſit. Qui rurſus eandem *Paradiſi* vocabulo ſignificavit, vbi ait latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Similiter & Apoſtolus Paulus, vbi ſe dicit *raptum fuiſſe in paradiſum.* Conſonat Eccleſia cùm in Collecta pro defunctis orat Deum, vt eorum animas *iubeat à ſanctis angelis ſuſcipi, & ad patriam paradiſi perduci*: item cùm Deiparæ in cœlos aſſumptæ accinit, *Paradiſi porta per te nobis aperta ſunt*: quia vtique Chriſtum nobis protulit, de quo ait Hieronymus: [l] 'Sanguis Chriſti clavis paradiſi eſt, dicentis ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiſo*'. Eſt & aliud eiuſdem ſupernæ civitatis nomen, ab eadem Eccleſia nonnunquam vſurpatum, quo nimirum dicitur *Sinus Abrahæ*: in quem recipi geſtiebat Turonenſis Antiſtes Martinus, cùm moriturus diceret, *Abrahæ me ſinus excipiet.* Vnde & Eccleſia de eodem in Officio cantat, *Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur.* Quæ rurſus in formula Commendationis animæ præſcribit, vt animæ iam de corpore egreſſæ dicatur: *Suſcipiat te Chriſtus qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te.* Ecce hìc *ſinum Abrahæ* eam patriam nominat, quàm in Miſſa defunctorum *Patriam paradiſi* appellaverat. Videamus porrò quàm non incongruè cœleſtis civitas hiſce nominibus exprimatur. Ac inprimis quod ad *Paradiſi* appellationem attinet, Auguſtinus de Paradiſo loquens: [m] 'Propriè quidem (inquit) eſt nemoroſus lo-,cus, tranſlato autem verbo omnis etiam ſpiritalis quaſi regio, vbi animæ benè eſt, meritò paradiſus dici poteſt'. Quemadmodum enim *Gehennæ* vocabulum ex prima inſtitutione pœnalem quandam vallem

Paradiſus & regnum cœlorum.

[k] *Cypr. l. de Mortalit. prope finē. Vide eund. l. de Exhortat. Martyr. cap. 12.*

Vide Aug. l. de Prædeſt. ſanct. c. 14. & Serm. 46. de Sanctis

Luc. 23. 43

2. Cor. 12. 4.

[l] *Hieron. Epiſt. 129. ad Dardanum.*

Sinus Abrahæ.

Cur ſuperna civitas dicatur paradiſus?

[m] *Aug. l. 12. de Gen ad litt. cap. 34. Vide Iſidor. l. 2. Different. c. 10. & l. 14. Originum c. 3.*

Hieroſolymæ vicinam denotans, tranſlato verbo Jnfernum damnatorum ſignificat: ita *Paradiſi* vocabulum ex prima inſtitutione amœniſſimum locum humanæ habitationi deputatum ſignificans, tranſlato verbo cœleſtem patriam, torrente divinæ voluptatis redundantẽ, deſignat: [n] 'Nomen *Gehennæ* (inquit Hieronymus) in veteribus libris ,non invenitur, ſed primùm à Salvatore ponitur. Quæramus ergo ,quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum Baal fuiſſe iuxta Hieruſalem ,ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit, non ſemel legimus. ,Hæc vallis, & parva campi planities, irrigua erat & nemoroſa, plena- ,que delicijs, lucuſque in ea idolo conſecratus erat. Jn tantam autem ,dementiam populus Iſraël venerat, vt deſertâ templi viciniâ, ibi ho- ,ſtias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vincerent, filioſque ,ſuos dæmonijs incenderent vel initiarent. Et appellabatur locus ille ,*Gehenna*, id eſt vallis filiorum Hennom. Hoc Regum volumen, & Paralipomenon, & Hieremias ſcribunt pleniſſimè. Et comminatur Deus ,ſe locum ipſum impleturum cadaveribus mortuorum: vt nequaquam ,vocetur Topheth & Baal, ſed vocetur Polyandrium, id eſt, tumulus ,mortuorum. Futura ergo ſupplicia, & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi ſunt, huius loci vocabulo denotantur'. Jam vide quanta ſit ſupernæ civitatis amœnitas, vt ſcias quàm congruè ei *Paradiſi* appellatio conveniat: [o] 'O vita vitalis (ait de ea quidam) vita ,ſempiterna, & ſempiternè beata: vbi gaudium ſine mœrore, requies ,ſine labore, dignitas ſine tremore, opes ſine amiſſione, ſanitas ſine ,languore, abundantia ſine defectione, vita ſine morte, perpetuitas ſi- ,ne corruptione, beatitudo ſine calamitate: vbi omnia bona in cha- ,ritate perfecta: vbi ſpecies & viſio facie ad faciem: vbi plena ſcientia ,in omnibus & per omnia: vbi ſumma Dei bonitas cernitur, & lumen ,illuminans à ſanctis glorificatur: vbi præſens maieſtas Dei conſpici- ,tur, & hoc vitæ cibo ſine defectu mens intuentium ſatiatur; vident ,ſemper & videre deſiderant, ſine anxietate deſiderant, & ſine faſtidio ,ſatiantur: vbi verus ſol iuſtitiæ mirâ ſuæ pulchritudinis viſione om- ,nes reficit, & ita vniverſos cœleſtis patriæ cives illuminat, vt luceant ,ipſi, lumen videlicet illuminatum per Deum lumen illuminans, vltra ,omnem ſolis noſtri ſplendorem, atque cunctarum ſtellarum claritatem: immortali adhærentes deitati, ac per hoc immortales & incor- ,porales facti, iuxta promiſſionem Domini Salvatoris: *Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam; vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, & ipſi in nobis vnum ſint*'. Hinc patet quàm rectè patria iſta ab Auguſtino dicta ſit [p] 'Paradiſus paradiſorum': item alibi, [q] 'Originalis Regio beatitudinis animi'.

Videamus nunc cur iſta beatitudinis regio in ſcripturis dicta ſit *Regnum cœlorum*? Breviter dici poteſt: quia in eam admiſſi regnabunt in cœleſtibus: [r] 'Superna eſt enim (vt Auguſtinus perhibet) ſanctorũ ,civitas, quamvis hìc parjat cives, in quibus peregrinatur, donec reg- ,ni eius tempus adveniat; cùm congregatura eſt omnes in ſuis corporibus

[n] *Hier. in caput 10. Mat. v. 28.*

[o] *Anſel. in Manuali de ſalute animæ cap. 6.*

Io. 17. 24.

[p] *Aug. l. 12. de Gen. ad litt. cap. 34.*

[q] *Aug. l. 1. Retract. cap. 1.*

[r] *Aug. lib. 15. de Civit. cap. 1.*

Cur regnum cœlorum

5.

Digitized by Google

,bus reſurgentes, quando eis promiſſum dabitur regnum, vbi cum ſuo principe Rege ſęculorum ſine vllo temporis fine regnabunt'. Sed quiſnam ille princeps & Rex ſæculorum eſt, cum quo ſine temporis fine regnabunt? Reſpondet alibi idem Auguſtinus: [s]'Huius civitatis Rex ,eſt Dominus Ieſus Chriſtus, Verbum Dei, quo reguntur ſummi An ,geli; & Verbum hominem aſſumens, vt eo regerentur & homines: qui ſimul omnes cum illo in æterna pace regnabunt'. Sed quomodo 1.Cor.15. cum illo regnabunt, cùm non ſit ipſe regnaturus, ſed *traditurus regnum Deo & Patri*? Ad hoc reſpondens Petrus Damiani: [t]'Sic (inquit) 24. ,iuxta verbi ſonum aſſerit ſe quaſi neſcire, quod Pater; ſicut aliquando ſignificatur quodammodo non habere, quod Pater. Vnde eſt & ,quod dicit Apoſtolus, *cum tradiderit regnum Deo & Patri*, tanquam regnum donec ipſe tenuerat, Pater non habebat; & cùm Patri tradiderit, ,ipſe non teneat. Cùm tradere regnum Deo Patri nihil aliud ſit iuxta ſobrium intellectum, niſi perducere credentes ad contemplandam ,ſpeciem Dei Patris. Tunc quippè Deo Patri regnum à filio traditur, ,cùm per mediatorem Dei & hominum in contemplationem divinitatis æternæ fidelium multitudo transfertur'. Conſonat huic expoſitioni Auguſtinus, cùm de eodem Mediatore regnum Patri tradituro Ioan.14.2. ait: [v]'Cùm dixerit, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, quid pu- ,tabimus eſſe domum Dei, niſi templum Dei? Quod autem ſit, inter- 1.Cor.3. ,rogetur Apoſtolus: & reſpondeat, *Templũ Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos.* 17. ,Hoc eſt etiam regnũ Dei, quod filius traditurus eſt Patri: vnde dicit ,idem Apoſtolus: *Initium Chriſtus, deinde qui ſunt Chriſti in præſentia ,eius: deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri*: id eſt, quos redemit ſanguine ſuo, tradiderit contemplando etiam Patri ſuo. Hoc eſt Mat.13.24 ,regnum cœlorum, de quo dicitur, *Simile eſt regnum cœlorum homini ſe-* & 38. & ,*minanti bonum ſemen in agro ſuo. Bonum autem ſemen hi ſunt filij regni*: qui ſeqq. ,etſi nunc habent permixta zizania, *mittet* in fine rex ipſe *Angelos ſuos, & ,colligent de regno eius omnia ſcandala. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno ,Patris ſui.* Regnum fulgebit in regno, cùm regnum venerit in regnum: Mat.6.16. ,quod nunc oramus, & dicimus, *Veniat regnum tuum.* Nunc ergo iam ,regnum vocatur, ſed adhuc convocatur. Si enim regnum non voca- ,retur, *colligent de regno eius omnia ſcandala*, non diceretur. Sed nondum ,regnat hoc regnum: Proinde ſic iam eſt regnum, vt cùm de illo col- ,lecta fuerint omnia ſcandala, tunc perveniat ad regnum: vt non ſo- ,lùm regni nomen, ſed etiam regnandi habeat poteſtatem. Huic quip- Mat.25.34 ,pe regno ad dexteram ſtanti in fine dicetur, *Venite benedicti patris mei, ,percipite regnum*: id eſt, qui regnum eratis & non regnabatis, venite, reg- ,nate: vt quod in ſpe fueratis, etiam in re eſſe poſſitis. Hęc ergo do- ,mus Dei, hoc templum Dei, hoc regnum Dei, regnumque cœlorum ,adhuc ædificatur, adhuc fabricatur, adhuc paratur, adhuc congrega- ,tur. In illo erunt manſiones, ſicut eas adhuc parat Dominus: in illo iam ſunt, ſicut prædeſtinavit iam Dominus'. Hinc facilè perſpicitur, nihil aliud eſſe *cœlorum regnum*, quàm cœlicolarum regnãtium cœtum.

[s] *Aug. l. de Catechiz. Rudib. cap. 20.*

[t] *Petrus Dam. l. 2. Epiſt. 17. Vide Aug. l. 1. de Trinit. c. 8. & 10. & Hilar. l. 11. de Trinit. paulò ante finẽ, & Pſeudo-Anſelmum in caput 15. prioris ad Corinth. v. 24.*

[v] *Aug. Tract. 68. in Ioan. Vide eund. lib. contra Priſcill. & Origen. c. 7.*

Vide Driedonẽ, de Regulis & Dogmat. Scripturæ Tract. 2. l. 3. cap. 1.

Nam

Nam ſicut *Regnum* hìc vſurpatur pro regnantibus, ita *Cœli* pro cœlicolis. Vbi & illud obſervatu dignum eſt, ſupernam hanc civitatem interdum appellari *Regnum*, ſine addito: vt cùm ait Chriſtus gregi puſillo, *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*: interdum item *Cœlos*, ſine addito: vt cùm dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis*: interdum ſingulariter *cœlum*; vt cùm ibidem ſubdimus, *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.* Quemadmodum autem eadem ſuperna patria non ſolùm dicitur *Paradiſus*, verumetiam dici poteſt *Paradiſus paradiſorum*, vt ſuperiori §. ex Auguſtino memoravimus: ita non ſolùm dicitur *Cœlum*, ſed etiam *Cœlum cœli*, imò *Cœli cœlorum.* De ea quippe Auguſtinus intelligit illud Pſalmographi, *Cœlum cœli Domino*: & illud item eiuſdem, *Laudate eum cœli cœlorum*: [w] 'Nec invenio (ait ille Deo in ſuis ,Confeſſionibus) quid libentiùs appellandum exiſtimem *Cœlum cœli ,Domino*, quàm domum tuam contemplantem delectationem tuam ſi- ,ne vllo defectu egrediendi in aliud, mentem puram concordiſſimè ,vnam ſtabilimento pacis ſanctorum ſpirituum, civium civitatis tuæ ,in cœleſtibus ſuper iſta cœleſtia. Vnde intelligat anima, quantum ,peregrinatione longinqua facta eſt, ſi iam ſitit tibi, ſi iam *facta ſunt ,ei lachrymæ ſuæ panis, dum dicitur ei per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus? ſi ,iam petit à te vnam, & hanc requirit, vt inhabitet in domo tua per omnes dies vitæ ſuæ*'. Et inferiùs cap. 15. eiuſdem libri: 'Prior omnium creata ,eſt quædam ſapientia, quæ creata eſt, mens rationalis & intellectua- ,lis caſtæ civitatis tuæ, *matris noſtræ, quæ ſurſum eſt libera, & æterna in ,cœlis.* Quibus cœlis, niſi qui *te laudant cœli cœlorũ?* quia hoc eſt & *Cœlũ cœli Domino*'. Alibi rurſus eandem civitatem intelligit nomine *cœlorum*, de quibus dicitur Deo, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis*: [x] 'Sunt ,iam cœli (inquit) in quibus per ſpeciem habitat Deus, videntes eum ,facie ad faciem: omnes ſancti angeli, omnes ſanctæ virtutes, poteſta- ,tes, ſedes, dominationes; Hieruſalem illa cœleſtis, vnde peregrinan- ,do ingemiſcimus, & quam deſiderando oramus. Ibi habitat Deus'. Habitat vtique non ſolùm vt herus in domo ſua, & numen in templo ſuo, ſed etiam vt rex in regno ſuo. De quo regno dictum eſt Nicodemo, *Niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei.* De quo etiam ſcriptum eſt, *Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.* Ecce quod aliàs dictum fuerat *regnum cœlorum*, id eſt, cœlicolarum, hìc dicitur *regnum Dei*, & *regnum Patris.* Cui Patri gratias agit Apoſtolus, quòd *eripuerit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulerit in regnum filij dilectionis ſuæ.* Cui filio acclamabunt novi reges, *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram*: [y] 'Illam credo terram ,(ait Auguſtinus) de qua in Pſalmo dicitur, *Spes mea es tu, portio mea in ,terra viventium.* Significat enim quandam ſoliditatem hæreditatis per- ,petuæ, vbi anima per bonum affectum tanquam loco ſuo requieſcit, ,ſicut corpus in terra; & inde cibo ſuo alitur, ſicut corpus ex terra'. Quando ad hanc terram pervenerimus, *Deus erit omnia in omnibus*: ac ſic erit Rex in Regibus. Vt proinde mirum non ſit, terram illam viventium

Regnum.

Cœli.

Cœlum.

Cœlum cœli Cœli cœlorũ.

Regnum Dei.

Regnũ patris.

Regnum Filij.

Terra viventium.

Luc. 12. 32.

Matt. 6. 9.

Pſal. 113. 16.

Pſal. 148. 4.

Pſal. 41. 4. & 11.

Gal. 4. 26.

Pſal. 122. 1.

Ioan. 3. 3.

Mat. 13. 43

Coloſſ 1. 13

Apoc. 5. 10.

Pſal. 141. 6.

1. *Cor.* 15. 28.

[w] *Aug. lib.* 12. *Confeß. c.* 11.

[x] *Aug. in Pſal.* 122. *ad verſ.* 1.

[y] *Aug. lib.* 1. *de Serm. Dom. in monte cap.* 2.

Vide Rich. Vict. in Beniamin. min. c. 39.

ventium dici *regnum Dei*, & *regnum cælorum*, id eſt, cęlicolarum: item *regnum Patris*, & *regnum Filij*: [2] 'Regnum cœlorum, vel Filij (ait quidam) pluribus modis accipitur: ſcilicet pro futura gloria; vt ibi, *Adveniat regnum tuum*: vel pro præſenti Eccleſia; vt ibi, *Cùm tradet regnum Deo & Patri*: vel pro fide Chriſti; vt ibi, *Regnum Dei intra vos eſt*: vel pro Sacra Scriptura; vt ibi, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum*'. Verùm ex quatuor hiſce vſurpationibus *regni cœlorum*, vel *regni Dei*, vel *regni Filij*, ſola prima ad præſens noſtrum propoſitum propriè ſpectat. Idem rurſus lib. 3. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. c. 75. triplex ſtatuit Dei regnum: vnum potentiæ, aliud gratiæ, tertium gloriæ: 'De primo (inquit) dicitur, *Regnum tuum regnum omnium ſæculorum*: de ſecundo, *Regnum Dei intra vos eſt*: de tertio, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Regnum potentiæ eſt in omni creatura, regnum gratiæ in præſenti Eccleſia, regnum gloriæ in vita æterna'. De hoc poſtremo regno Anſelmus: [a] 'Regnum cœlorum (inquit) regnum fœliciſſimum, regnum carens morte & vacans fine, cui nulla tempora ſuccedunt per ævum: vbi continuus ſine nocte dies neſcit habere tempus: vbi victor miles poſt laborem donis ineffabilibus cumulatur, nobile perpetuâ caput amplectente coronâ'. Anſelmo accedat Martyr Cyprianus, qui cœleſtes milites ad ſtrenuè dimicandum exhortans, ait inter alia: [b] 'Si militibus ſæcularibus glorioſum eſt, vt hoſte devicto redeant in patriam triumphantes: quantò potior & maior eſt gloria, victo diabolo ad paradiſum triumphantem redire; & vnde Adam peccator eiectus eſt, illuc proſtrato eo qui antè deiecerat, trophęa victricia reportare: offerre Deo acceptiſſimũ munus, incorruptam fidem, & virtutem mentis incolumem, laudem devotionis illuſtrem: comitari eum, cùm venire cœperit vindictam de inimicis recepturus; lateri eius aſſiſtere, cùm ſederit iudicaturus: cohæredem Chriſti fieri: Angelis adæquari: cum Patriarchis, cum Apoſtolis, cum prophetis, cœleſtis regni poſſeſſione lætari'?

[2] *Hug. Vict. q. 4. ſuper 1 epiſt. ad Coloſſenſes.*

[a] *Anſelm. in Manuali de Salute animæ c. 7.*

[b] *Cyprian. l. de Exhort. martyrij cap. 12.*

6. Inter Patriarchas cœleſtis regni poſſeſſione iam olim lætantes eminet Abraham pater credentium: qui vt pridem in terris hoſpitio excipiebat peregrinantes, ita nunc in cœlis ſuo ſinu amplectitur patriantes. Amplectitur vtique velut pater filios ſuo gremio refocillandos: [c] 'Cùm apud Inferos (inquit Auguſtinus) diues ille in tormentis eſſet, leuauit oculos ſuos, & vidit pauperem, quem contempſerat, in Abrahę GREMIO quieſcentem'. Quod igitur aliis *Sinus* eſt, hoc Auguſtino *Gremium* eſt. Sed hæc, inquies, de Patrum Limbo, non de cælorum regno dicta ſunt. Fateor: ſed ſi limbus ille ob temporariam patriarchæ in eo demorationem, *ſinus Abrahæ* dici meruit; cur non æquali vel potiori iure cæleſtis ciuitas *ſinus Abrahæ* dicatur, ex quo in eam ille non emigraturus intravit? [d] 'Quid Abrahæ ſinus (ait papa Gregorius) niſi ſecretam requiem ſignat Patrum: de qua veritas dicit, *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum*'? Cui conſonans Hugo Victorinus: [e] 'Sinus Abrahæ (inquit) eſt requies bonorum pauperum, *quorum eſt regnum cœlorum*

Cur ſinus Abrahæ

[c] *Aug. Ser 110. de Tempore c. 2. Vide Ambr. l. 8. in caput 16. Luc. cap. 3.*

Gremium Abrahæ. *Vide Chryſol. Ser. 121. & 124.*

Scrupulus. Excutitur.

[d] *Greg. Homil. 40 in Evang. Vide Chryſol. Ser. 121. & 124.*

cœlorum. Quæ deſcriptio verbatim ſumpta eſt ex Auguſtino lib. 2. Quæſtionum Evangel. q. 38. Qui & alibi de eodem ſinu diſſerens, & cur Abrahæ dictus ſit explicans: [f] 'Si non iocaris (ait Vincentio Victori) & errare pueriliter non vis, *Sinum Abrahæ* intellige, remotam ſedem quietis atque ſecretam, vbi eſt Abraham: Et ideò Abrahæ dictum, non quòd ipſius tantùm ſit, ſed quòd ipſe *Pater multarum gentium ſit poſitus*, quibus eſt ad imitandum fidei principatum propoſitus: ſicut *Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob*, ſe Deus vocari voluit, cùm ſit innumerabilium Deus'. Eccleſia certè in formula Commendationis animæ, *Sinum Abrahæ* pro cœleſti civitate vſurpat, vt ſuperiùs hìc §. 4. advertimus: ſed quia non ita Abrahæ proprius eſt vt non ſit etiam aliorum Patriarcharum, in eadem Formula aliquantò ſuperiùs præſcribit vt inter alia dicatur moribundo: 'Egredienti animæ tuæ de corpore ſplendidus Angelorum cœtus occurrat, iudex Apoſtolorum ſenatus adveniat, candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obviet, liliata rutilantium te confeſſorum turma circumdet, iubilantium te virginum chorus excipiat, & beatę quietis in SINV PATRIARCHARVM te complexus aſtringat'. Eadem phraſi vtitur Ambroſius in Orat. Funebri de Obitu Valentiniani, vbi paulò ante finem inducit Gratianum Valentiniano fratri loquentem in hunc modum: 'Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas: hoc eſt, Veniſti eò, vbi diverſarum virtutum fructus pro ſingulorum meritis deferuntur, vbi abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum, in quo non vacuus labor, ſed fœcundus proventus eſt gratiarum. Quod in terris ſeminaſti, hìc mete: quod ibi ſparſiſti, hìc collige. Aut certè veni in illum agrum, qui eſt odor Iacob: hoc eſt, Veni in GREMIVM IACOB: vt ſicut Lazarus pauper in ABRAHAE SINV, ita etiam tu in Jacob Patriarchę tranquillitate quieſcas. SINVS enim PATRIARCHARVM, receſſus quidam eſt quietis æternæ'. Eſt & alia quædam *Sinus* vſurpatio, præſenti propoſito non minus accommoda, qua ſumitur pro procurrentia Pelagi inter promontoria in vicina littora: vnde dicitur ſinus Corinthiacus, ſinus Adriaticus &c. Ad quam vſurpationem alludit Gregorius Nyſſenus Orat. de Anima & Reſurrectione paulò ante medium, dicens: 'Bonum animæ ſtatum, in quo patientiæ athletam Sermo requieſcere facit, *Sinum Abrahæ* nominaſſe mihi videtur. Primus enim hic Patriarcha ex ijs qui olim fuerunt, cum ſpe futurorum, prę-ſentium commodorum vſum atque voluptatem commutaſſe memoratur. Qui quidem omnibus nudatus in quibus ei vita ab initio conſiſtebat, inter alienos converſabatur & domicilium habebat, per afflictiones & incommoda præſentis vitæ eam quæ ſperatur beatitudinem quærens. Ut igitur certam aliquam pelagi partem circumſcriptam, per abuſum quendam, *Sinum* nominamus: ita mihi Sermo nomine *Sinus* immenſorum illorum noſtrorum bonorum demonſtrationem ſignificare videtur: in quo ſinu bono omnes qui per virtutem

[f] *Hug. Vict. l. 4. Allegor. in Lucam c. 24. Vide Bedam in caput 16. Lucæ v. 22. & Hom. in Domin. 1. poſt Pentec.*

[f] *Aug. lib. 4. de Anima & eius origine c. 16. Vide Rabanum in Allegorijs, verbo* Sinus.

Sinus patriarcharum.

Ambroſius.

Gremium Iacob.

Vide Chryſoſt. Homil. 27. in Matth.

Greg. Nyſſenus.

Gen. 17. 5.

Exod. 3. 6.

Digitized by Google

,tutem præſentis vitæ curſum conficiunt, cùm hinc ſolverint, tanquã ,in portu non obnoxio fluctuum procellis, animas appulſas ac quaſi ſubductas ſtatuunt'. Quibus ille verbis duas nobis ſimilitudines ingerit conſiderandas, ob quas beatificus animarum ſtatus congruè *Sinus* dici queat: quarum prima conſiſtit inter immenſam divinitatis abyſſum cuius redundantiâ beantur animæ, & vaſtum huius mundi oceanum cuius procurſu replentur Sinuum alvei: Secunda inter quietem animarum de huius vitæ fluctibus in cœleſtem ſtationem appellentium, & quietem nautarum de tempeſtuoſo pelago ad tranquillum portum pertingentium. Cur autem ſupernus ille beatitudinis Sinus peculiariter Abrahæ appropriatus ſit, eleganter præter alios explicat Chryſologus: [g] 'Non immeritò (inquiens) ſua nunc omnes ſanctos ,ſuſcipit Abraham in requie, & in ipſa cœleſti beatitudine fungitur ,Diſpenſatoris officio: quia dum ſemper hìc ſuſcepit peregrinos & ,pauperes, ipſum cum Angelis ſuſcipere Deum, ipſum ſub tentorio ,ſuo videre hoſpitem meruit, quem ſemper habuit largitorem. Et re,verà parum ſe beatum credidit, ſi in ipſa ſuperna gloria ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio, & ſolis bonis frueretur divinis; qui hìc humana bona crudelem ſe credidit ſi cuiquam negaret'.

[g] *Chryſolog. Serm. 121.*

CAPVT V.

De terrena Hieruſalem typum ſuperna gerente diſſeritur: Cuius conditor inquiritur, & de varijs ei ſucceſſivè inditis nominibus diſceptatur.

1. PRo complemento doctrinæ hactenus de ſuperna Hieruſalem traditæ, opportunum fuerit hoc capite differere de terrena Hieruſalem, quatenus typum ſupernæ gerebat. Typum autem eam geſſiſſe ſupernæ, teſtatur præter alios Auguſtinus, cùm de veteri Hebræorum populo loquens ait: [a] 'Per multa & varia ſigna rerum futurarum, ,quas longum eſt omnes cõmemorare, & eas nunc in Eccleſia videmus ,impleri, perductus eſt ille populus ad terram promiſſionis, vbi tem,poraliter carnaliterque regnaret pro modo deſiderij ſui: quod tamen ,regnum terrenum regni cœleſtis imaginem geſſit. Ibi Hieruſalem cõ,dita eſt, famoſiſſima civitas Dei, ſerviens in ſigno liberæ civitatis, ,quæ cœleſtis Hieruſalem dicitur: quod verbum eſt Hebræum, & interpretatur Viſio pacis'. Conditor terrenæ Hieruſalem à pleriſq; ſtatuitur Melchiſedech, typum Chriſti conditoris ſupernæ Hieruſalem inſigniter præferens, vt videre eſt apud Apoſtolum cap. 7. ad Hebræos. De hoc Iſidorus lib. de Vita & morte Sanctorum cap. 5. 'Mel,chiſedech (inquit) rex Salem, ſacerdos Altiſſimi, primuſque iure ob,latorum ſacrificij, cuius origo ſecreta. Hunc eſſe aiunt Hebræi Sem ,primogenitum Noë, tritavum Abrahæ: ipſe eſt enim Pater Patrum,

[a] *Aug. l. de Catechiz. Rudib. c. 22. Vide eundẽ in Pſal. 61. v. 4 & in Pſal. 64. ſuper titulo, & in Pſal. 121. v. 2. & Præfat. in Pſal. 125. Vide Cyprian. Epiſt. 63. & Chryſoſt. Hom. 35. in Geneſim. Iſidorus. Vide Hier. l. de Traditi. Hebraicis in Geneſim.*

& lib. de Locis Hebraicis verbo Hieruſalem, & verbo Salem, & Epiſt. 126.

,Prophetarum & Apoſtolorum origo ipſe eſt qui paternæ pietatis be-
,nedictione Dominus fratris eſſe promeruit; qui verſis incedens veſti-
,gijs, patris genitalia texit, nec deriſit ebrium, vt procax & reprobus
,filius, ſed velavit vt verecundus: Vnde accidit in lege Judæorum,
,parentes à filijs nunquam videri nudatos. Hic Abraham revertentem
,poſt victoriam benedixit: idem in typo veri ſacrificij, de frugibus
,terræ primus panem & vinum Deo obtulit; quia ſacerdotium & reg-
,num iure primogenitis debebatur, antequam Aaron ſacerdotio fun-
,geretur. Hic etiam prior omnium poſt diluvium vrbem *ſalem* con-
,didit, in qua etiam & regnavit; quæ poſtea *Iebus* ſive *ſolyma*, & nunc
derivato vocabulo *Hieroſolyma* vocitatur'. Et lib. 15. Originum cap. 1.
'Iudæi aſſerunt (inquit) Sem filium Noë, quem dicunt Melchiſedech,
,primum poſt diluvium in Syria condidiſſe vrbem *ſalem*: in qua reg-
,num fuit eiuſdem Melchiſedech. Hanc poſtea tenuerunt Iebuſæi; ex
,quibus & ſortita eſt vocabulum *Iebus*: ſicque duobus nominibus co-
,pulatis, *Iebus* & *ſalem*, vocata eſt *Hieruſalem*: quæ poſtea à Solomone
,*Hieroſolyma*, quaſi *Hieroſolomonia* dicta eſt. Hæc & corruptè à Poëtis
,*ſolyma* nuncupata eſt: & poſtea ab Elio Adriano *Elia* vocitata eſt. In
,ipſa eſt & *ſion*, quæ Hebraicè Speculatio interpretatur; eò quòd in
,ſublimi conſtructa ſit, & de longè venientia contempletur. *Hieruſalem*
autem pacifica in noſtro ſermone transfertur'. Quanquam verò or-
thodoxi Tractatores Moyſaicâ Apoſtolicâque authoritate perſuaſi
concorditer agnoſcant, Melchiſedech fuiſſe *regem ſalem*; non tamen Gen. 14. 18
æquali concordiâ agnoſcunt, eum fuiſſe regem aut conditorem Hie- & Heb. 7.
ruſalem, vel etiam Sem primogenitum Noë. Etenim Hieronymus in 3.
Epiſt. ad Evagrium, Melchiſedechianam *ſalem* negat fuiſſe Hieruſa-

b Hier. Epiſt. 126.

lem, b 'Sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vſque hodie appellatur
,*Salem*: & oſtenditur ibi palatium Melchiſedech, ex magnitudine rui-
,narum, veteris operis oſtendens magnificentiam: de quo in poſterio-
,re quòque parte Geneſeos ſcriptum eſt: *Venit Iacob in Socoth, id eſt, in* Gen. 33. 17
,*tabernacula: & fecit ſibi ibi domos atque tentoria, & tranſivit in Salem ci-* & 18.
,*vitatem Regis Sichem, quæ eſt in terra Chanaan*'. Fatetur nihilominus ibi-
dem ſuperiùs Hieronymus, oppoſitam ſententiâ à cæteris paſſim Tra-
ctatoribus ſuſtineri. Poſtquam enim Origenis & ſectatoris eius Dy-
dymi dogma commemoraſſet, autumantium Melchiſedech fuiſſe non
hominem ſed Angelum, ſubdidit: 'Verti me ad Hippolytum, Irenęũ,
,Euſebium Cæſarienſem & Emiſenum, Apollinarium quoq; noſtrum,
,& Euſtathium, qui primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra
,Arrium clariſſimâ tubâ bellicum cecinit: & deprehendi, horum om-
,nium opiniones diverſis argumentationibus ac diverticulis ad
,vnum computum perveniſſe, vt dicerent, Melchiſedech homi-
,nem fuiſſe Chananæum, regem vrbis Hieroſolymæ, quæ primùm
Salem, poſtea *Iebus*, ad extremum *Hieruſalem* appellata ſit'. Cui quidem ſententię etiam ipſe ſubſcribit Hieronymus Epiſt. 17. quam ſub Paulę & Euſtochij nomine ſcripſit ad Marcellam vt in Hieruſalem ex

Italia

Digitized by Google

Italia commigraret : 'Recurre ad Geneſim (inquit) & Melchiſedech ,regem *Salem*, huius principem invenies civitatis : qui iam tunc in ty-,po Chriſti panem & vinum obtulit, & myſterium chriſtianũ in Sal-vatoris ſanguine & corpore dedicavit'. Et paulò infrà ibidem: 'Quã-,tos hæc vrbs Prophetas, quantos emiſerit ſanctos viros, longum eſt ,recenſere. Totum myſterium noſtrum iſtius provinciæ vrbiſque ver-,naculum eſt. In tribus nominibus Trinitatis demonſtrat fidem : *Je-,bus*, *Salem*, & *Hieruſalem* appellatur. Primum nomen calcata, ſe-,cundum pax, tertium viſio pacis. Paulatim quippe pervenimus ad fi-nem : & poſt conculcationem ad pacis viſionem erigimur'. Eidem ſententiæ ſuffragatur Auguſtinus, vt communi Doctorum calculo
Gen.14.18 comprobatæ, dicens : [c] 'Quis erat Melchiſedech ? *Rex Salem*. Salem ,civitas fuit antea, illa quæ poſteà, ſicut docti prodiderunt, Hieruſalem dicta eſt'. Confirmat eandem ſententiam Chaldæus paraphraſtes Geneſis 14. verſ. 18. pro eo quod vulgata editio habet, *Melchiſedech rex Salem*, legens, *Melchiſedech rex Hierusalem*. Qui rurſus Pſal. 75. verſ. 3. pro *Salem* legit *Hieruſalem*, vt ſupra monuimus.

[c] *Aug. Concion. 1. in Pſal. 33.*

2. Sex eiuſdẽ vrbis nomina velut vulgò vſurpata recenſet Driedo, de Regulis & dogmatibus ſacræ Scripturæ l. 3. Tract. 2. c. 1. 'Solet dici (in-,quit) quòd *Iebus*, *Salẽ*, *Sion Moria*, *Hieroſolyma*, *Hieruſalem*, eiuſdẽ vrbis ,ſunt nomina. Sed ſciendũ eſt, quòd quadriurbs potiùs fuit Regia Hie-,roſolyma, conſtãs ex Salẽ, Sion, Iebus & Moria. Salẽ erat iuxta vallẽ ,Joſaphat, Iebus in parte ſuperiori, quaſi arx, & hæc dicitur ſecunda ,vrbs 4. Reg. 22. in qua ſi peranda David vires adhibuit 2. Reg. 6. ,Tertia vrbis pars fuit arx Sion, quam cepit David, & ædificavit per
2. Reg. 5. 9 ,gyrum, & vocavit eam *civitatem David*. Quartam partem voluit Da-,vid in colle Moria ædificare cum templo, vt vrbem Hieruſalem fa-
1. Par. 22. 8. ceret tetrapolim; ſed *prohibuit eum Deus per Nathan*'. Abulenſis in cap. 4. Matthæi q. 32. eiuſdem vrbis nomina octo recenſet, his verſibus comprehenſa: *Solyma, Luza, bethel, Hieroſolyma, Iebus, Elia, Vrbs ſacra, Hieruſalem dicitur, atque Salem*. In quibus verſibus ſubticentur duo nomina à Driedone memorata, *Sion* videlicet & *Moria*; ſed eorum loco quatuor alia recenſentur, à Driedone prætermiſſa; *ſolyma* nimirum, *Luza*, *Bethel*, & *Elia*. Ex Eupolemi præterea Fragmento apud Euſebium apparet, eandem vrbem olim dictam fuiſſe *Algarizam*, quod interpretatur Mons Altiſſimi. Cùm enim ille quædam de prælio Abrahæ & victoria adverſus reges obtenta prænarraſſet, adiunxit : [d] 'Cùm ,ab eo bello Abraham rediret, in vrbe *Algariza*, id eſt latinè in mon-,te Altiſſimi, à Melchiſedech Dei ſacerdote, civitatiſque illius rege, hoſpitaliter ſuſceptus, magnificis fuit Donatus muneribus'. Ex quo apparet, hanc Eupolemi *Algarizam* fuiſſe eam vrbem quæ Geneſis
Gen. 14. 18 14. *ſalem* nominatur : quam ex communiori Tractatorum ſententia iam ſuprà diximus fuiſſe Hieruſalem. Et ſanè interpretatio vocis *Algariza* mox data, optimè quadrat in *ſalem* ſeu *Hieruſalem*, quippe ſublimiter ſitam, atque ab eo extructam qui *erat ſacerdos Dei Altiſſimi* : illius
ibid.

Driedo.

Abulenſis. *Vide Lyranum in Geneſ. c. 28.*

[d] *Apud Euſeb. lib. 9. Præparat. Evang. cap. 4.*

vtique, quem inter benedicendum ſolenni ritu invocabat, dicens : *Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram : & benedictus Deus excelſus, quo protegente* &c. De hoc *Excelſo* intelligi poteſt illud Prophetæ ad Hieruſalem iam dirutam & proſtratam, *Exurge Hieruſalem, & ſta in Excelſo* : illud item eiuſdem *Excelſi* de eadem, *Ædificabitur civitas in excelſo ſuo*: quanquam etiam vtrobiq; intelligi poſſint mõtes ſuper quibus Hieruſalem primitùs eſt extructa, de quibus in Pſalmo : *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Vnde non defuere, qui *Hieruſalem* interpretarentur *Altam ſalem* : quam idcircò ſic dictam rati ſunt, vt diſcerneretur ab altera *ſalem*, in Sichimis humiliori ſitu conſtitutâ: [e] 'Significat nomen Hieruſalem (ait Arias Montanus) idem quod alta, ,ſive conſpicua, conſpicienda pax atque perfectio : quæ vt ab altera ,Salem in eadem regione diſtingueretur, *Ieru* prænomen, magno futuræ amplitudinis myſterio accepit'. Non deſunt præterea qui eandẽ vrbem exiſtiment olim vocatam fuiſſe *ſedech*, quod interpretatur iuſtitia : vnde *Sedecias*, id eſt, Iuſtus Domini. Cui ſententiæ favere videtur agnomen regnantibus in ea inditum : quorum alter *Melchiſedech*, id eſt, rex *ſedech* ſeu iuſtitiæ, alter *Adoniſedech*, id eſt, Dominus *ſedech* ſeu iuſtitiæ dictus reperitur. Quod ſi ita eſt, myſterio non vacat quòd typica illa civitas iiſdem inſigniretur nominibus, quibus Apoſtolus Paulus civitatem cœleſtem ſeu regnum Dei expreſſit, vbi ait : *Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax* &c. Unde & idẽ Apoſtolus alibi terrenæ huius civitatis regem, tanquam typum Chriſti, in quo *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt*, exhibens, ait de Melchiſedech: *Primùm quidem interpretatur rex iuſtitiæ; deinde autem & rex ſalem, quod eſt rex pacis.* Favet præterea eidem ſententiæ relata ſuperiori §. Iudæorum traditio, quâ *Melchiſedech* creditur fuiſſe filius Noë, proprio vocabulo dictus *ſem*. Hinc quippe apparet, *Melchiſedech* non fuiſſe perſonæ iſtius nomen, ſed dignitatis aut dominij titulum. Niſi fortè cum Torneillo poſt Caietanum malit quis dicere, inditum ei fuiſſe cognomentum *Melchiſedech*, non quòd eius Regia vocaretur *ſedech*, ſed quòd in ea iuſtitiam inſigniter adminiſtraret: [f] 'Quæri ſolet (ait Torneillus) de vocabulo *Melchiſedech*, quod Apoſtolus ait interpretari ,*Rex iuſtitiæ* ; num proprium perſonæ nomen fuerit, an cognomen, ob ,inſignem eius iuſtitiam eidem poſtea à populis inditum ? Mihi profectò magis arridet opinio Caietani, qui putat non fuiſſe nomen proprium, ſed ex quo perſpecta & cognita fuit eximia eius iuſtitiæ virtus, in regenda præſertim vrbe *ſalem*, cognomento *Melchiſedech* fuiſſe ,appellatum : quemadmodum Octavianum Cæſarem poſt auctum ,imperium, Romani nuncuparunt *Auguſtum*; & beatus Joannes Antiochenus, ab aureo eloquentiæ flumine, *Chryſoſtomus* dictus eſt ; & ,ſanctus Gregorius Neocæſariæ Ponti Epiſcopus, propter miraculorum eius multitudinem ac magnitudinem *Thaumaturgus*, hoc eſt, admirabilium patrator, eſt appellatus ; & alter ſanctus Gregorius Nazianzenus, ex ſingulari divinarum litterarum ſcientia, *Theologi* cognomen

Gen. 14. 19.
Bar. 5. 5.
Hier. 30. 18.
Pſal. 86. 1.
Gen. 14. 18
Iſ. 10. 1. & 3.
Rom. 14. 17.
Pſal. 84. 11
Hebr. 7. 1.

[e] *Arias Montanus apud Serarium in caput 10. Ioſuæ q. 2. n. 2. in fine. Vide eundem in Chanaan c. 8. & Salmeronem Tomo 1. Prolog. 42.*

Vide Andream Maſium in caput 10. Ioſuæ, & Pererium l. 3. in caput 3. Danielis ad verſ. 28. & Serarium in caput 10. Ioſuæ quæſtione 2. n. 3. & Liberam in caput 7. ad Hebræos.

[f] *Torneill. Tom. 1. Annal. ad annum mundi 2118. n. 6. Vide Caietanum in caput 14. Geneſ. & in caput 10. Ioſuæ.*

Digitized by Google

men accepit; & alij permulti huiuſmodi nomenclaturas adepti ſunt'.

3. Hìc fortè quiſpiam ſcire deſiderabit, quodnam fuerit omnium primum terrenæ Hieruſalem nomen? Reſpondetur nihil certi hac de re ſtatui poſſe, præſertim cùm incertum ſit quis primus eius conditor extiterit; quibuſdam aſſerentibus fuiſſe Melchiſedech, alijs contendentibus fuiſſe Iebus filium Chanaan. Propheta Baruch innuere videtur à Deo ipſo nomen vrbi fuiſſe impoſitum: *Animæquior*, inquit, *eſto Hieruſalem: exhortatur enim te, qui te nominavit.* Idem rurſus capite ſequenti nomen illud exprimere videtur, dicens eidem: *Nominabitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum*: PAX IVSTITIAE, & HONOR PIETATIS. Verùm etſi Deus civitati nomen impoſuerit, non per hoc excluditur miniſterium hominis, de quo nunc quæritur. Deinde ſcripturæ allegatæ non tam de terrena quàm de ſpirituali & myſtica Hieruſalem intelligendæ videntur, vt contextus innuit. Nihilominus veriſimile eſt, alluſionem in eis fieri ad *ſalem* & *ſedech*, cùm dicitur *Pax iuſtitiæ.* Vnde multi opinantur, primum vrbis iſtius nomen fuiſſe *ſalem*: cui nonnulli addunt & *ſedech*, provt præcedenti § indicavimus. Fatetur Hieronymus §. 1. ex Epiſt. 126. citatus, Chriſtianos Tractatores communiter cenſuiſſe, 'Melchiſedech hominem fuiſſe ,Chananæum, regem vrbis Hieroſolymæ: quæ PRIMVM Salem, POSTEA Iebus, AD EXTREMVM Hieruſalem appellata ſit'. Pro eadem ſententia, quantum ad ordinem nominum, allegari poſſunt omnes, ſive Hebræi ſive Chriſtiani, qui primum Hieroſolymæ conditorem ſtatuunt Melchiſedech: ijs fortè exceptis, qui contendunt eam primitùs dictam fuiſſe *ſedech.* Quanquam enim diſcrepent ſuper perſona Melchiſedech, an nimirum fuerit Sem filius Noë, an dynaſta quiſpiam Chananæus; concorditer tamen cenſent, vrbem ab eo dictam fuiſſe *ſalem*, nec niſi poſt ſubſequentem Iebuſæorum occupationem cœpiſſe vocari *Iebus.* Eidem etiam ſententiæ ſuffragantur illi, qui primum vrbis nomen perhibent fuiſſe *ſolymam*: vt author Hiſtoriæ de Excidio Hieroſolymitano ſub Egeſippi nomine evulgatæ, cùm ait: [g] 'Vrbem ,Hieroſolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio ,ſermone vocaretur Rex iuſtus: quam primò *ſolymam* nuncupavit'. Quam ſententiam author penè verbatim deſcripſit ex Ioſepho lib. 7. de Bello Iudaico cap. 18. Neque enim hiſce authoribus, vel alijs conſimiliter loquentibus aliud eſt *ſolyma*, quàm Hebræorum *ſalem*, mutatis paululum vocalibus: cuiuſmodi mutatio in Hebraicis vocabulis facillima ac frequentiſſima eſt, præſertim cùm Hebræi vocalibus in medio ſaltem dictionum perrarò vtantur. Vnde idem ipſe Ioſephus pro *ſalomone*, qui interpretatur pacificus, paſſim ſcribit *ſolomonem*, perinde ac hìc pro *ſalyma*, *ſolymam.* [h] 'Nec refert (ait ad Evagrium ,Hieronymus) vtrum *ſalem*, an *ſalim* nominetur; cùm vocalibus in me,dio litteris perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque ,varietate regionum, eadem verba diverſis ſonis atque accentibus proferantur'. Addi præterea in confirmationem eiuſdem ſententiæ poſſunt,

Dubium.
Reſponſio.

[g] *Egeſippus l. 5. cap. 9.*

Vide Iſidor hic ſup. à § 1. & Lactan. l. 4. c. 13. & 18.

[h] *Hieron. Epiſt 126. Vide Primaſium in caput 7. ad Hebr. & Freculphum in Chronico Tomo 1. lib. 1. c. 42.*

Digitized by Google

ſunt, quæ ſuperiùs hìc §. 1. ex Iſidoro Hiſpalenſi deſcripſimus: vti & illud Suidæ in Lexico, verbo *Melchiſedech*: 'Melchiſedech ſacerdos ,Dei, rex Chananæorum, vrbem in Sione monte condidit, *Salem*que ,dixit, id eſt, pacificam. In qua cùm regnaſſet annos 113. obijt vir iu- ,ſtus, & per omnẽ ætatẽ virgo. Natione autem eũ fuiſſe Chananæum, ,tum ex eo clarum eſt, quòd in climate Chananæo regnavit, & quòd ,improbiſſimis Sodomitis vicinus fuit: tum etiam quòd *Salem*, cuius rex erat, celebris eſt illa Hieroſolyma'. Eidem ſententiæ novum robur accedit ex eo, quòd poſt ingreſſum Iſraëlitarum in Chananæam Hieroſolymitana civitas adhuc *Iebus* diceretur: vt conſtat Joſ. 18. & Judic. 19. & 1. Paralip. 11. Vnde cùm dudum anteà, hoc eſt, temporibus Abrahæ & Melchiſedech, dicta fuerit *Salem*, veriſimiliter appareret, eam non de *Iebus* in *Salem*, ſed è converſo de *Salem* tranſnominatã fuiſſe in *Iebus*. Nec obſtat quòd David eam in Pſalmo nominet *Salem*, dicens de Deo, *Factus eſt in Salem locus eius*. Quamvis enim David veterem ei nuncupationem reſtituerit, toto tamen intervallo à Melchiſedech ad Davidem nuſquam reperitur vocata *Salem*, reperitur autem ſa piùs vocata *Iebus*. Rationem inſinuat Iacobus Boulducus lib. 2. de Eccleſia ante Legem cap. 16. dicens: 'Mortuo Melchiſedech, ,Jebuſæi, qui prope Hieruſalem habitabant, civitatem eiuſque vicinias, quę ex patrimonio erant Eccleſię, armorum vi rapuerunt'. Simile quidpiam innuit Epiphanius in Anchorato his verbis: 'Paleſtina ,ſub ſortem Sem cecidit, & tota ipſius vicinia: avarus autem Chanaan ,filius Cham poſteà Paleſtinorum terram invaſit, hoc eſt, Judæam: ipſamque arripuit'. Vnde ſi vera eſt Iudæorum traditio, Sem fuiſſe Melchiſedech regem ac conditorem *Salem*, conſequenter apparet, vrbem quæ ſub ipſo & ab ipſo dicta fuerat *Salem*, poſt Chananæorum demum occupationem cœpiſſe nominari *Iebus*, vocabulo ſumpto à *Iebus* filio Chanaan, Jebuſęorum Patriarcha. Accedit poſtremò, quòd iuxta hanc ſententiam congruenter intelligi poſſit myſtica ſignificatio vrbis iſtius terrenæ: quippe quæ priùs dicta fuerit *Salem* ſeu pax, ad indicandum pacem quam ſupernæ Hieruſalem cives habuerant primitùs in terreſtri paradiſo: poſteà cœperit vocari *Iebus*, ad denotandum ſubſequentem eorundem civium conculcationem in limo profundi & luto peccati: poſtremò acceperit nomen *Hieruſalem*, ad prafigurandum pacis viſionem, quam finaliter adepturi ſunt in paradiſo cœleſti.

Suidas.

Præoccupatio.

Pſal. 75. b

Bouldutus.

Epiphanius.

Vide Hug. Vict. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 10.

4. Contrariam ſententiam tenent magni nominis Patres, & neoterici non ignobiles. Favet ei inprimis Auguſtinus vbi ait: [i] 'Vt ædifica- ,retur Hieruſalem, non ibi ædificata eſt vbi non erat civitas; ſed erat civitas primò quæ appellabatur *Iebus*, vnde Iebuſæi'. Vbi illud, *Primò*, afficere debet verbum, *appellabatur*; provt idem Auguſtinus in Proæmio ſuper Pſal. 64. indicat, dicens: 'Videte nomina duarum civita- ,tum, Babylonis & Hieruſalem: Babylon, confuſio interpretatur: ,Hieruſalem, viſio pacis. Intendite nunc civitatem confuſionis, vt in- ,telligatis viſionem pacis: iſtam toleretis, ad illam ſuſpiretis. Unde dignoſci

[i] *Aug. in Pſal. 61. verſ. 4. Vide Bedam lib. de Templo Salom. cap. 5.*

'dignosci possunt istæ duæ civitates? Nunquid possumus eas modò
'separare ab invicem? Permixtæ sunt, & ab ipso exordio generis hu-
'mani permixtę currunt vsque in finem sęculi. Hierusalem accepit
'exordium per Abel, Babylon per Cain: ædificia quippe vrbium po-
'stea facta sunt: Illa Hierusalem in terra Jebusęorum; nam PRIMÒ
'IEBVS DICEBATVR. Jnde gens Iebusęorum deleta est, quando po-
'pulus Dei liberatus est de Ægypto, & introductus in terram promis-
'sionis. Babylon autem condita est in intimis Persidis regionibus, quę
'diuturno tempore caput extulit super cæteras gentes. Duę ergo istę
'vrbes certis temporibus conditę sunt, vt manifestaretur figura dua-
'rum civitatum olim cœptarum, & vsque in finem in isto sęculo man-
surarum, sed in fine separandarum'. Ubi signanter ad propositum no-
tanda est illa clausula: *Primò Iebus dicebatur*: quâ satis perspicuè indica-
tur, primum istius vrbis nomen fuisse *Iebus*. Innuit & hoc ipsum Hie-
ronymus in Epitaphio Paulę, vbi peregrinationem matris Eustochio
filię describens, ait inter alia: [k] 'Ingressa est Hierosolymam, vrbem
'trinominem, *Iebus*, *Salem*, *Hierusalem*. Quę ab Elio postèà Adriano de
ruinis & cineribus civitatis, in *Eliam* suscitata est'. Qui rursus Epist.
17. quam sub Paulæ & Eustochij nomine ad Marcellam scripsit, de
provincia Palęstina eiusque Metropole Hierusalem ait: 'Totum my-
'sterium nostrum istius provinciæ vrbisque vernaculum est. Jn tri-
'bus nominibus Trinitatis demonstrat fidem: *Iebus*, *Salem*, & *Hierusa-*
'lem appellatur. PRIMVM nomen calcata, SECVNDVM pax, TERTIVM
'visio pacis. Paulatim quippe pervenimus ad finem, & post conculca-
tionē ad pacis visionem erigimur'. Sed omnium apertissimè in Epist.
129. ad Dardanum, sic scribens: 'Quid diversarum vrbium alienige-
'nas commemorem, quos populus Iudæorum non quivit expellere de
'vrbibus & sedibus suis: Cùm ipsa metropolis tua, PRIVS *Iebus*, PO-
'STEA *Salem*, TERTIÒ *Hierosolyma*, & nunc *Elia*, Iebusæos expellere
'non valuerit, sed manserit cum eis in scandalum exemplumque vi-
'cinorum: in tantum, vt ibi templum tuum conditum sit, vbi area
Orne fuerat Iebusæi'? Subscribit his Patribus Hugo Victorinus in
Miscellaneis: [l] 'Hierusalem (inquiens) PRIVS dicta est *Iebus*, POSTEA
'*Salem*, INDE *Hierusalem*. *Iebus* conculcata, *Salem* pax, *Hierusalem* di-
'citur visio pacis. PRIVS fuimus conculcati in luto & fæditate pecca-
'ti, de qua exuimur per pœnitentiam: INDE habemus pacem propter
'iustitiam, qualis haberi potest in præsenti: TANDEM veniemus ad
Phil. 4. 7. visionem pacis, *quæ exuperat omnem sensum*'. Subscribit his Arias Mon-
tanus in suo *Chanaan* cap. 8. ita dicens: 'Jebusæis maxima erat vrbs
'regia: quæ civitas fuit *Iebus* à conditore, Chanaan filio, dicta; in mō-
'tibus condita. Eadē etiam *Salē* appellata, quam posteriora tempora ob
'editiorem situm *Hierusalem* dixerunt; quòd altera eiusdem nominis
apud Chananæos esset *Salem*'. Consonat Volaterranus lib. 11. Geo-
graphiæ, vbi de civitate Hierosolymitana loquens: Priùs (inquit) *Ie-*
'bus vocata est, quòd Iebusæi eam incolerent: deinde *Salem*, postea *So-*

[k] *Hieron. Epist.* 27.

[l] *Hugo Vict. l.* 1. *Erud. Theol. ex* 2. *Miscel. c.* 2.

Arias Montanus. *Vide eundem in Ioseph. c.* 62.

Volaterranus.

ſyma, à Solymis (vt quidam putant) Lyciæ populis huc commigrantibus: *Hieroſolyma* deinde & *Hieruſalem*, ex ſacri nominis additione ,vocata: ſed & *Luza* & *Bethel*: poſtremò *Elia*, ab Elio Adriano, qui partem eius ædificavit'. Eandem ſententiam velut communi Tractatorum calculo comprobatam retulit in ſuum Dictionarium Carolus Stephanus, verbo *Iebus*: 'Iebus (inquiens) civitas metropolis, quæ ,POSTEA Salem, TERTIÒ Hieroſolyma dicta eſt. A Iebus dicti ſunt ,Iebuſæi, de quibus Hieronymus ad Dardanũ. Latinè conculcatio, aut volutatio, vel præſepiũ'. Et immediatè infrà, verbo *Iebuſæus*: 'Iebuſæus ,(inquit) filius Chanaan Geneſis 10. & 2. Reg. 5. à quo PRIMVM Hieruſalem, Iebus; & Hieroſolymitæ, Iebuſæi vocati ſunt'. His addi poteſt Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Gen. non longè poſt initium, vbi ex profeſſo docet, multos ante Melchiſedech regnaſſe in Salem: qui proculdubiò non alij ſunt, quàm Jebus & eius poſteri. Refutans quippe ibi Cyrillus errorem eorum qui contendebant Melchiſedech eſſe Spiritum ſanctum, inter alia ait: 'Si ſibi conſentanei eſſe velint, *Salem* ,civitatem & ipſi eſſe fatebuntur, cuius imperium non ſolus Melchiſe-,dech obtinuit, ſed complures etiam alij ANTE & poſt in ea regnarunt'. Pro eadem ſententia facere præterea videtur ipſa vocabuli *Hieruſalem* compoſitio ex duobus anterioribus eiuſdem vrbis nominibus, *Iebus* nimirum & *Salem*. Cenſent enim nonnulli, inter quos Lyranus in caput 10. Ioſue & Adrichomius lib. de Hieruſalem n. 1. Hieroſolymitanam civitatem dici *Hieruſalem*, quaſi Iebuſalem: mutato vtique, euphoniæ gratiâ, elemento B in R. Quod ſi verum eſt, veriſimiliter coniicitur, eundem fuiſſe ordinem vocabulorum ſeparatim vrbi ſignificandæ inditorum, qui coniunctim: Ac per hoc vrbem priùs dictam fuiſſe *Iebus*, quàm *Salem*. Accedit poſtremò, quòd hìc nominum ordo non vacet myſterio: provt in præcedentibus ex Hieronymo & Hugone Victorino retulimus.

Carolus Stephanus.

Cyrillus Alex.

Ex his opinionibus eligat lector quam voluerit. Neque enim temeritatis aut improbabilitatis redargui poterit, ſeu vnam, ſeu alteram amplectatur. Nobis ſuffecerit, vtramque ſuis authoritatum congruẽtiarumque fulcris vtcunque ſtabilitam commemoraſſe. Cæterùm cui prior opinio magis arriſerit, conſequenter ad ſuperiora dicat, eandem civitatem priùs dictam fuiſſe *Solymam*, quàm *Iebus*. Vt enim §. 3. indicavimus, *Solyma* idipſum eſt quod *Salem*, mutatis ſecundùm pronuntiationum varietatem vocalibus, quarum apud Hebræos in medio vocum perrarus eſt vſus: vt vel inde patet, quod ſive dicas *Melchiſedech*, ſive *Malchiſedech*, idipſum ſit. Hinc duo poſtremi libri Regum ab Hebræis indifferenter *Melachim* aut *Malachim* inſcribuntur: vtroque vocabulo *Reges* ſignificante. Vnde, quemadmodum teſte Chryſoſtomo Homil. 35. in Geneſim, & Homil. 12. in Epiſt. ad Hebræos, *Melchi* ſignificat regem: ita teſte Hieronymo in vita Malchi monachi *Malchus* ſignificat regem: 'Erat (ait ille ibi ſub initium) quidam ſenex nomine Malchus: quem nos latinè regem poſſumus dicere'. His itaque

Vide Ioſephum l. 7. Antiq. c. 2. vbi aſſerit, tempore Abrahæ dictam fuiſſe Solymam.

Hieronymus. Vide Martianum Victorium in Notis ad hunc locum.

Digitized by Google

que præmiſſis ſupereſt vt de voce *Hieruſalem* diſſeramus, & quem ordinem cum prædictis tenuerit pandamus. Communis & vera ſententia eſt, eam fuiſſe illis poſteriorem: provt variis authoritatibus hactenus allegatis evincitur, quas pro hîc repetitis haberi volumus. Sed à quonam vrbs iſta cœpit vocari Hieruſalem, non liquet. Iacobus A Valentia Epiſcopus Chriſtopolitanus Tract. adversùs Iudæos quæſt. 3. recenſet Rabbinorum traditionem, aſſerentium, à Melchiſedech rege & Abraham Patriarcha inditum vrbi fuiſſe nomen *Hieruſalem*: 'Notandum eſt (ait ille) ſicut dicit Rabbi Chambi, & multi magiſtri Hebræorum, quòd hoc nomen *Hieruſalem* non eſt impoſitum à caſu & præter intentum iſti civitati; imò ex divina providentia, & magno myſterio. Nam duo homines ſanctiſſimi & maximæ authoritatis impoſuerunt ipſi illud nomen: quorum primus fuit Melchiſedech, qui ſecundùm eos fuit Sem filius Noë ſacerdos Dei Altiſſimi, qui in illo loco obtulit Deo excelſo panem & vinum pro Abraham Gen. 14. Iſte autem Melchiſedech nominavit illam civitatem *Salem*, id eſt, pacem & iuſtitiam. Poſtea Abraham in alio monte ipſi iuncto, qui dicitur *Moria*, propoſuit immolare filium ſuum Iſaac: ſed quia prohibitus ab Angelo immolavit arietem loco filij, ideò appellavit montem illum *Dominus videbitur*; eò quòd ibi viſus fuit & apparuit Dominus Gen. 22. Sed quia *Hiere* Hebraicè idem eſt quod videre latinè, & *Hu* idem eſt quod ipſe Deus, ſive *Eſſe*, quod ſoli Deo competit: ideo *Hierhu* idem eſt quod Dominus videbitur: & ponitur ibi nomen Dñi tetragrammaton, quod ſoli Deo convenit. Et hoc nomen impoſuit Abraham illi monti propter viſionem Dei ibi oſtenſam. Sed quia altera pars montis iam dicebatur *Salem*, ideò tota civitas, quæ totum illum montem complexa eſt, dicta fuit *Hieruſalem*, id eſt, viſio pacis & iuſtitiæ, ſive viſio Dei pacis & iuſtitiæ; quia *Hierhu* idem eſt quod viſio Dei, & *Salem* pax & iuſtitia. Et ſic dicta eſt Hieruſalem per ſupradictos magnos & authenticos viros'. Eòdem collimat Franciſcus Georgius in Problematibus ſuis Tom. 1. ſect. 3. Problem. 114. vbi de Melchiſedech differens, inter alia ait: 'Hic erat rex Salem, id eſt, Hieruſalem: quæ priùs *Salem* vocabatur, ſed poſt viſionem Abrahæ factam fuit additum illud verbum *Ieru*, id eſt, viſio'. Eſt tamen inter hos nonnihil diſcrepantiæ, quòd prior cum aſpiratione, poſterior ſine ea proferendum cenſeat nomen *Hieruſalem*. Qua de re videri poteſt Lorinus in cap. 1. Actorum Apoſtolicorum verſ. 4 Verùm è contrario Beda innuere videtur, nonniſi demùm regnante Davide inditum eſſe vrbi nomen *Hieruſalem*: quando nimirum David flagrante peſtilentia emit aream Ornan Iebuſæi, atque in ea altare erexit, obtulitq; ſuper illud holocauſta & pacifica, vt habetur 1. Paralip. 21. [m] 'Ornan (ait ille) qui interpretatur illuminatus, erat natione Iebuſæus: natione Gentiles quidem ſignificat, nomine autem eoſdem illuminandos à Domino atque in filios Eccleſiæ commutandos oſtendit: quibus meritò dicit Apoſtolus, *Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in*

Iac. A Valentia.

Franc. Georg.

[m] *Beda l. de Templo Salomonis c. 5. in fine. Vide Hug. Vict. l. 3. de Clauſtro Animæ c. 17.*

Epheſ. 5. 8.

,Domino. Iebus eadem eſt civitas,quæ & Hieruſalem: & *Iebus* quidem ,interpretatur conculcata, *Hieruſalem* autem viſio pacis : in qua quã- ,diu Ornan Gentilis regnabat, *Iebus* dicta eſt; cùm verò David in ea ,locum holocauſti emeret, cùm Salomon in ea templum Domino æ- ,dificaret, non iam *Iebus*, ſed *Hieruſalem* vocata eſt: quia nimirum ,Gentilitas, quamdiu divini cultus neſcia permanebat, conculcabatur, ,& illudebatur ab immundis ſpiritibus, *ad ſimulachra muta, provt duce-* 1. Cor. 12 ,*batur, ſequens* : cùm verò illam gratia ſui conditoris reſpexit,continuò 2. ,*pacis* in ſe & locum invenit & nomen, dicente de ipſa Domino, *Beati* Matth. 5. ,*pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*. Cùm ergo Ornan in hac civitate ,regnum adhuc haberet, *Iebus* vocabatur; cùm autem locum areæ ſuæ ,cum bobus ac tribulis Davidi regi venderet,nomen *Hieruſalem* acce- ,pit : quia perſiſtens adhuc in ſua obſtinatione Gentilitas conculcaba- ,tur, quaſi vilis & abiecta, à malignis ſpiritibus; porrò cùm omnia ,ſua vendere, ac vero regi offerre didicit, non vltrà conculcari à dæ- ,monibus ac vitijs potuit, ſed internæ pacis, quam cum ſuo conditore haberet,magis compos effecta eſt.' Verùm quia dudum ante regnum Davidis reperitur vrbs dicta *Hieruſalem*, vt videre eſt paſſim in libris Ioſue & Judicum, apparet Bedam non tam litteralem quàm myſticum ſenſum præ oculis hìc habuiſſe. Quapropter vel priori opinioni inſiſtendum eſt, vel certè ſi ex *Iebuſalem* formata ſit *Hieruſalem*, vt ſuperiùs quoſdam opinari memoravimus, non improbabiliter dici poteſt, vrbem tunc cœpiſſe nominari *Hieruſalem*, quando eam Iebuſæi invaſerunt & ſuæ ditionis fecerunt: quod Pererius lib. 3. in caput 3. Danielis accidiſſe cenſet annis circiter octingentis quadraginta ante invaſionem Davidis.

Vide Iſidorum ſuprà hic §. 1.

6.

Sed nec minor eſt ſententiarum varietas ſuper indito civitati nomine *Hieroſolyma*. Profanorum aliquot ſcriptorum figmenta de extructione & appellatione Hieroſolymitanæ vrbis memorat Tacitus lib. 5. Hiſtor. ſub initium: 'Quia famoſæ vrbis (inquiens) ſupremum diẽ ,traduturi ſumus, congruens videtur primordia eius aperire. Judæos ,Creta inſula profugos, noviſſimâ Lybiæ inſediſſe memorant, qua tẽ- ,peſtate Saturnus vi Iovis pulſus ceſſerit regnis. Argumentum è no- ,mine petitur: inclytum in Creta Idam montem, accolas Idæos, au- ,cto in barbarum cognomento, Iudæos vocitari. Quidam regnante ,Iſide, exundantẽ per Ægyptũ multitudinem, ducibus Hieroſolymo ,ac Juda, proximas in terras exoneratam. Plerique Æthiopum pro- ,lem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare ſedes perpulerit. ,Sunt qui tradant, Aſſyrios convenas, indigum agrorum populum, ,parte Ægypti potitos, ac mox proprias vrbes, Hebræaſque terras, & ,propiora Syriæ coluiſſe. Clara alij Iudæorum initia: Solymos car- ,minibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi *Hieroſolymam* no- men è ſuo feciſſe'. Sed omiſſis his atque alijs ibidem ſubiunctis à Tacito Ethnicorum commentis, videamus quid Hebræi & Chriſtiani Scriptores hac de re ſenſerint. Flavius Joſephus, & eum ſecutus author

Cors. Tacitus.

Vide Ioſeph l. 7. Antiq. c. 3. & l. 1. cont. Appion. poſt medium.

Digitized by Google

thor Historiæ de Excidio Hierosolymitano sub Egesippi nomine vulgatæ, asserunt, à Melchisedech inditum vrbi esse nomen Hierosolymæ: non quidem à principio, sed post extructum in ea Deo excelso templum, quod Græcis *Hieron* est: [n] 'Primus conditor eius (ait de ea ,Iosephus) fuerat Chananæorum dynasta, qui patria lingua *Iustus* ap-,pellatus est *Rex*: erat quippe talis: ideoque sacerdotium Deo primus ,exhibuit, & fano primùm adificato, *Hierosolymam* civitatem vocavit, cùm antè *Solyma* vocaretur'. Quam Iosephi sententiam præfatus pseudo-Egesippus his verbis expressit: 'Urbem Hierosolymam Chana-,næorum quidam potens condidit, qui patrio sermone vocaretur *Rex* ,*iustus*: quam primò *Solymam* nuncupavit: postea templum addidit, vnde *Hierosolyma* dicta civitas est'. Idem tamen Josephus alibi, non Melchisedecho, sed posteriori ætati impositionem huius nominis ascribit. Cùm enim commemorasset, qualiter Abraham de cæde regum reversus, à Melchisedecho Solymæ rege exceptus fuisset, adiecit: [o] 'Sed *Solymam* posterior ætas vocavit *Hierosolymam*'. Idem rursus lib. 7. Antiquit. c. 3. videtur innuere, Davidem fuisse huius nominis inditorem: postquam scilicet superiorem vrbis partem Iebusæis ereptam muro cinxisset, & in ea principatus sui sedem fixisset. Isidorus §. 1. relatus, Solomonem authorem nominis fuisse ait: 'Duobus (inquiēs) ,nominibus copulatis, *Iebus*, & *Salem*, vocata est *Hierusalem*: quæ postea à Solomone *Hierosolyma*, quasi Hierosolomonia dicta est': vel à templo nimirum quod in ea Solomon extruxit, vel à muris quibus eam cinxit, vel à palatio regio quod in ea erexit. Isidoro hac in re præluisse Lactantius, vbi ait: [p] 'Solomon filius David, Deo templum ,ædificavit, & civitatem, quam de suo nomine *Hierosolyma* nuncupavit'. Et inferiùs cap. 18. eiusdem libri, loquens de Davide: 'Solomon ,(inquit) filius eius, qui *Hierosolymam* condidit, eam ipsam perituram esse in vltionem Sanctæ Crucis, prophetavit'. Sidonius Apollinaris inter *Hierusalem* & *Hierosolymam* videtur sic distinguere, vt *Hierosolymam* pro terrena iudææ metropole, *Hierusalem* verò pro superna civitate in cœlis regnante, vel saltem pro Ecclesia in terris militante vsurpare malit. Loquens quippe de quodam iudæo ad Christianismum converso, eumque Nonnechio Episcopo commendans: [q] 'Commē-,do (inquit) Promotum, gerulum litterarum, nobis quidem iam antè ,cognitum, sed nostrum nuper effectum vestris orationibus contribu-,lem. Qui cùm sit gente iudæus, fide tamen præelegit censeri Israë-,lita, quàm sanguine: & municipatum cœlestis illius civitatis affectans, ,occidentem q; litteram spiritu vivificante fastidiens, pariter hinc iustis ,præmia proposita contemplans, hinc (nisi faceret ad Christum de cir-,cumcisione transfugium) prævidens sese per æterna sæcula æquiterna ,supplicia passurum; patriam sibi maluit *Hierusalem* potiùs, quàm *Hierosolymam* computari'. Supersunt adhuc tria ex memoratis ab Abulensi & Lyrano vrbis sacræ nominibus, *Luza*, *Bethel*, *Elia*. Et quidem quin *Luza* & *Bethel* vnam eandemque vrbem denotaverint, dubitari

n *Iosephus l. 7. de Bello Iudaico cap. 18.*

Egesippus.

o *Iosephus l. 1. Antiquit. c. 11.*

Isidorus.

p *Lact. lib. 4. c. 13.*

q *Apollin. Sidon. lib. 8. Epist. 13.*

non poteſt, dicente Scriptura de Patriarcha Iacob, *Appellavit nomen ſſ-* Gen. 28. 19
bi Bethel, quæ priùs Luza vocabatur. Sed an vrbs iſta fuerit Hieruſalem, controvertitur. Negat Pererius in cap. 28. Geneſ. Diſp. 1. poſt Abulenſem in caput 12. & 18. Geneſ. qui tamen in caput 4. Matthæi q. 32. oppoſitæ ſententiæ ſubſcribere videtur, quæ Lyrani eſt, & Caietani, & Lippomani, & Volaterrani, & aliorum multorum neotericorum: quibus patrocinatur Auguſtinus q. 83. in Geneſ. vbi tractans illa verba Iacob, *Quàm terribilis eſt locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei*, ait: Gen. 28. 17

Auguſtinus. 'Hæc verba ad prophetiam pertinent, quia ibi futurum erat tabernaculum quod conſtituit Dominus cum hominibus in primo populo ſuo'. Similia habet inferiùs ibidem q. 85. Quibus locis manifeſtè alludit ad templum Hieroſolymitanum, in loco quem Iacob vocaverat *Bethel* ædificandum: *Bethel* quippe interpretatur domus Dei. Vnde quàmvis locus ille materialis, pernoctatione ac viſione Patriarchæ Iacob nobilitatus, diſtet fortaſſis à civitate Hieruſalem; veriſimile tamen eſt etiam hanc accepiſſe nomen *Bethel*, ex quo in ea ædificatum eſt templum Domini, ſeu domus Dei, quæ Hebraicè dicitur *Bethel*. Rurſus quia vrbi *Luza* nomen *Bethel* à Patriarcha inditum eſt, tranſlatâ voce *Bethel* ad ſignificandum Hieruſalem, etiam *Luza* ad ſignificandum eandem tranſlata reputabatur. De nomine *Elia* in præcedentibus aliquoties locuti ſumus: addimus & nunc illud Hieronymi: [r] 'Quomodo vas fictile & teſteum ſi fractum fuerit, in antiquam ſpeciem non poteſt reformari: ſic & populus Judæorum, & Hieruſalem ſubverſa, ſtatum priſtinum non habebunt. Deniq; caſſum eſt hodie nomen ipſius civitatis, & ab Elio Adriano, *Elia* dicitur; & cum habitatione priſtina, priſtinum quoque nomen amiſit'. Qui rurſus in caput 1. Sophoniæ ad verſ. 14. de Judaico populo per eundem Elium Adrianum vrbe priſtinâ ſic depulſo, vt nonniſi ſemel quotannis accedere ſineretur, idque pretio ſoluto, & duntaxat ad plorandum, ita ſcribit: 'Perfidi coloni poſt interfectionem ſervorum, & ad extremum filij Dei, excepto planctu prohibentur ingredi Hieruſalem: & vt ruinam ſuæ eis flere liceat civitatis, pretio redimunt: vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas: & ne fletus quidem eis gratuitus ſit. Videas in die quo capta eſt à Romanis & diruta Hieruſalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis anniſque obſitos, in corporibus & in habitu ſuo iram Domini demonſtrantes'.

r *Hier. in cap. 19. Hierem. ad verſ. 10.*

Vide Nazian. Orat. 12. & Dionem Caſſiũ lib. 69. & Oroſium l. 7. c. 13. & Hug. Vict. l. 7. Excerpt. c. 2. & Euſeb l. 4. Hiſt. c. 6. & Nicephor. l. 3. cap. 24.

CAPVT VII.

CAPUT VI.

Quadruplex vſurpatio nominum Hieruſalem *&* Sion *traditur, & vnaquæque expenditur: Hiſtorica pro Iudæa Metropole, Tropologica pro fideli anima vel vita Spirituali, Allegorica pro Eccleſia in terris peregrinante, Anagogica pro Eccleſia in cœleſtibus triumphante.*

1. QVemadmodum ſuperioribus capitibus varia Hieroſolymitanæ vrbis vocabula memoravimus & perpendimus, ita hoc capite varia vocis *Hieruſalem* ſignificata expendere allaborabimus: [a] 'Hieruſalem & Sion (inquit Hieronymus) quatuor modis in Scripturis ſanctis debere intelligi, ſæpè memoraviimus: vno iuxta Iudæos, quam
Mat 23.37 plangit Dominus in Evangelio, *Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis Pro-*
Luc. 21.20 *phetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt*; & alio loco, *Cum videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquavit deſolatio eius*: Secundò Sanctorum eſt congregatio, qui in pace Domini, & in vir-
Pſal. 86.1. tutum ſpecula conſtituti rectè appellantur *Sion*, de qua dicitur, *Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*: neque enim fundamenta Judaicæ Sion, quam videmus eſſe deſtructam, à Domino ſunt dilecta, aut quod à Domino dilectum eſt deſtrui potuit: Tertiò appellatur Hieruſalem multitudo Angelorum, dominationum, & poteſtatum, & omne quod in Dei miniſterio conſtitutum eſt; de qua Hieruſalem & Apoſtolus loque-
Gal. 4. 26. batur, *Quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrûm*;
Hebr. 12. & in alio loco, *Sed acceſiſtis ad Sion montem & civitatem Dei viventis Hieruſalem cœleſtem*: Quartò appellatur Hieruſalem, quam Judæi & noſtri Judaizantes, iuxta Apocalypſim Ioannis quam non intelligunt, putant auream atque gemmatam de cœleſtibus ponendam'. Paulò aliter idem Hieronymus vſurpationes quatuor eiuſdem vocis perſtringit lib. 4. Commentariorum in caput 16. Ezechielis ad verſ. 2. dicens: 'Quatuor modis intelligi poteſt Hieruſalem: Vel hæc quæ Babylonio & Romano igne ſuccenſa eſt; vel cœleſtis primitivorum; vel Eccleſia, quæ interpretatur viſio pacis; vel animæ ſingulorum, quæ fide cernunt Deum'. Prima intelligentia ad hiſtoriam pertinet, & dicitur litteralis: tres reliquæ ad myſterium ſpectant, & dicuntur ſpirituales: iuxta illud Hugonis Victorini: [b] 'Hieruſalem quatuor accipitur modis: hiſtoricè terrena illa civitas, allegoricè ſancta Eccleſia, tropologicè quæque fidelis anima, anagogicè æterna fœlicitas. De prima
Matt. 23.37 dicitur, *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas*: de ſecunda & ter-
Iſai. 60. 1. tia, *Surge, illuminare Hieruſalem*: de quarta, *Hieruſalem quæ ſurſum eſt,*
Gal. 4. 26. *libera eſt, quæ eſt mater noſtra*'. Et inferiùs ibidem cap. 62. 'Hieruſalem (inquit) quatuor modis dicitur: hiſtoricè, allegoricè, moraliter, anagogicè. Hiſtoricè civitas eſt conſtituta ſupra montem Sion in

[a] *Hier. in cap. 49. Iſaiæ v. 14.*

[b] *Hug. Vict. l. 1. Erud. Theol. ex 2. Miſcell. cap. 54.*

area

,area Orne Jebusæi, vbi rex David nebulosam constructurrim: A
,legoricè est vrbs in monte Christo constituta, cuius fundamentum
,montibus sanctis, vbi Christus regnat in æternum: Moraliter fide
,anima contemplationi dedita, quæ in virtutum eminentia ster
,fundamentum; hanc inhabitat verbum de corde Patris eructatu
,verbum enim Dei sumus in illo: Anagogicè supercœlestis illa cu
,Archangelica turba, quæ quotidie satiatur dum ei apparet glor
,quia in speculatione æternæ iucunditatis iugiter creditur constitu
Idem rursus lib.4.de Clausiro animæ cap.1.vel quisquis alius auth
illius libri est: 'Quatuor (inquit) civitates in divina Scriptura su
,perhibentur, quarum vnaquæque H *eruſalem* nuncupatur: id est, n
,terialis, mystica, moralis, & anagogica: Materialis Hierusalem
,quædam civitas in Iudæa posita, Mystica verò est Ecclesia, Mor
,quælibet fidelis anima, Anagogica cœlestis patria. Prima constat
,lapidibus & lignis, secunda ex iustis & iustificandis, tertia ex vir
,tibus, quarta ex Angelis & hominibus. Materialis aliquando destru
,tur, mystica transferetur, moralis ædificabitur, anagogica in æt
,num non commovebitur. Prima continet res gestas, secunda myst
,riorum figuras, tertia exempla morum, quarta diversitates cœ
stium mansionum'. His addi potest & quinta nominis *Hieruſalem* vi
patio, pro paradiso nimirum terrestri vnde primus homo prævarica
do descendit in hanc vallem lachrymarum, iuxta illud Evangelicu
Homo quidam descendebat ab Hierusalem *in Iericho*: [c] 'Id est (vt quid
,ait) de PARADISO in hunc mundum: Hierusalem enim Hebra
,dicitur, latinè autem visio pacis interpretatur. Rectè ergo in vis
,ne pacis paradisum dicimus: ante enim quàm peccaret homo, in
,sione pacis erat, hoc est, in PARADISO; vbi quicquid videbat, pax e
,& lætitia. Inde *descendens*, id est, humiliatus, & miser factus per p
,catum, *in Iericho*, in mundum videlicet: *Ieri cho* enim, in qua mund
,ponitur, luna interpretatur: quia sicut luna oritur & occidit, ita
,mundus; cùm in eo orta occidunt, & iterum oriuntur: *Incidit in*
,trones, id est, in diabolum & angelos eius: per inobedientiam en
,primi hominis, diabolus humanum genus dispoliavit, & vulnerav
,morum scilicet ornamentis, & bono possibilitatis liberi arbitrij p
dito'.

[c] *Author Hypognosticon l.3. cap.8. Vide Origen. Homil. 34. in Lucam, & Basil. Serm. in aliquot Scriptura locos, & Hieron. Epist. 128. & Aug. in Psal. 125. & Bedam in cap. 10. Luca, & Chrysost. & Theophilact. ibid. & Hugon. Vict. l.4. Allegor. in Lucam c. 12. & Bern. Serm. 1. de Annũciat. & Philip. Bonae-Spemsẽ Tract. de Salute primi hominis c. 27.*

Cæterùm quia tribus præcedentibus capitibus multa de *Hieruſal* historicè & anagogicè vsurpatâ diximus, hoc capite potissimùm morali & allegorica differemus. Rursus quia ex *Hieruſalem* morali vsurpata coalescit *Hieruſalem* allegoricè sumpta, id est, ex animab contemplationi deditis conflatur Ecclesia in terris peregrinans, idcir priùs de morali Hierusalem, postmodum de allegorica tractatum i stituemus: [d] 'Nobilis creatura (ait quidam) est anima: civitas nam ,que est Dei, de qua tam *gloriosa dicta sunt*, quòd ad imaginem & sim ,litudinem Dei facta est. Hæc civitas *Hieruſalem* meritò appellan ,est, quia ad fruendum visione illius summæ pacis, quæ *fecit vtra* vni

[d] *Apud Hugon. Vict. lib. 2. de Anima c. 23.*

Digitized by Google

,vnum, creata est. Mens eius paradisus est, in qua dum cœlestia medita-
,tur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus etiam summi pa-
,trisfamilias est anima, propter vnitatem morum: Sponsa Christi per
,dilectionem, templum Spiritus sancti per sanctificationem, civitas re-
,gis æterni propter concordiam civium. Et quia nulla est civitas absq;
,que populo, disposuit in ea conditor noster populum triplicis gradus,
,id est, sapientes ad consulendum, milites ad propugnandum, artifices
,ad ministrandum. Cives huius civitatis sunt naturales & ingeniti
,animæ vigores, tanquam indigenæ: quorum distincti sunt gradus,
,quia alij superiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidem
,sunt intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales: quorũ
,hæc differentia est: animalis sive sensualis appetit visibilia; rationalis
,discernit, & discretionis oculo aspernatur ea; intellectualis pertrahit
,ad divina. Intellectuales igitur sensus sunt tanquam animæ consilia-
cl. 12. 13 ,rij, dicentes ei, *Deum time & mandata eius observa, propter hoc enim est*
,*omnis homo*. Rationales sunt tanquam milites, qui hostes concupiscẽ-
,tiarum impugnant per arma iustitiæ. Animales sive sensuales sunt tã-
,quam rustici & artifices, qui corporalibus rudimentis insistunt, &
corpori necessaria ministrant'. Idem rursus (vel quisquis alius author
eius libri est) lib. 4. de Claustro animæ cap. 7. 'Quælibet fidelis ani-
,ma (inquit) *Hierusalem* dicitur, quę contemptis sæcularibus curis
,meditando cœlestia contemplatur. Hæc autem civitas abundat mul-
,titudine civium, id est, simplicium cogitationum copiâ, & abundan-
,dantiâ virtutum. Sunt etiam in hac civitate viri robustissimi, viriles
,scilicet affectus animi. Principatum huius civitatis obtinuisse dicitur
,David, manu fortis. Virtutem siquidem boni operis imitari solet mul-
Reg. 2. ,toties abundantia veræ pacis. Inde est, quod *post David Salomon in*
,*Hierusalem regnum obtinet*: quia animus qui bonis operibus abundat,
Reg. 1. ,in pace manere solet. *Vivente autem David Salomon in regem vngitur*; quia
,vigente boni operis affectu, animus quietæ mentis dominatur. *Vnxe-*
Reg. 1. ,*runt*, inquit, *Salomonem Sadoc sacerdos & Nathan Propheta regem in Gihon.*
,*Sadoc* iustus, *Nathan* donans, *Salomon* pacificus, *Gihon* lucta interpreta-
,tur. In Gihon Salomon in regem vngitur; quia cum magna diffi-
,cultate agitur, vt animus sibiipsi etiam in pace dominetur, vt regat in
,pace subiectum populum, id est, diversos motus carnis, & turbas mul-
,tiplicium cogitationum. Salomon non vngitur, nisi quando ad cul-
,men prælationis sublimatur: *Honores*, inquit, *mutant mores*. Tunc enim
,*Salomon*, id est pacificus animus vnctione indiget, quia locus præla-
,tionis aut vix aut nunquam elationis tumore caret. Necesse est igitur
,vt Salomon vngatur, ne pellis sicca rumpatur, id est, ne populus à
,rege separetur, sed regentis animus humilitatis oleo molliatur. *Salo-*
,*mon* in regem vngitur, quando pacificus animus gratiâ Spiritus sancti
,fœcundatur. Est autem locus sancti Spiritus animus humilis & quie-
,tus. Pellis peruncta absque lassione patitur vt in longum vel in altum
,sæpiùs extendatur. Sic pacificus animus ad quælibet opera misericor-

,die trahitur, ſi oleo veræ humilitatis aliquoties perungatur. *Vnxe-*
,*runt*, inquit, *Salomonem Sadoc ſacerdos & Nathan Propheta.* Sadoc & Na-
,than Salomonem in regem vngunt, quando iuſtitia & miſericordia
,animum cuiuſlibet potentis modeſtum reddunt, vt extendi valeat per
,diſpenſationem, ne ipſe vel per iram rumpatur, vel alios à ſeipſo ſe-
,paret per nimiam crudelitatis oppreſſionem. *Et impoſuerunt eum ſuper* 3. Reg. 1.
,*mulam regis*: Mula ex equa & aſino naſcitur: Vnde hoc animal ex velo- 38.
,citate equi & tarditate aſini naturaliter temperatur: & ideò per mu-
,lam intelligimus temperantiam. Super mulam ſedens Salomon in
,Gihon ducitur, quia neceſſe eſt vt qui ad luctam regiminis trahitur,
,per temperantiã moderetur. Vtinã tales eſſent qui in Eccleſia primatũ
,tenent, vt in Gihon luctãtes contra vitia laborarent, ad compaſſionem
,verò fratrũ vncti oleo ſancti Spiritus extẽdi poſſent, vt inter Sadoc &
,Nathan medij incederent: & ſic ex vna parte iuſtitiã, ex alia verò mi-
,ſericordiam haberent; ſederentque ſuper mulam regis, vt in omnibus
,tenerent modum temperantiæ & diſcretionis. Roboam filius Salo-
,monis poſt mortem patris populum non divideret, ſi ſuper mulam,
quam David Salomoni reliquit, humilis ſediſſet'.

His de morali ſeu tropologica *Hieruſalem* prælibatis, ſermonem cõ- 3.
vertamus ad *Hieruſalem* allegoricam, ſanctam nimirum Eccleſiam in
terris peregrinantem, ex animabus cœleſti Hieruſalem ſuſpirantibus
conſtantem, atq; ad eiuſdem imitationem Deum in terris laudantem:
cui dicitur in Pſalmo, *Lauda Hieruſalem Dominum.* In quem locum Hu- Pſal. 147.
go Victorinus: [a] 'Hieruſalem (inquit) civitas ſancta & civitas ſancti,
,ſancta Eccleſia eſt: quæ ſicut civitas ædificatur, & ædificata diverſis
,ornamentis ornatur. Habet hæc civitas ſancta, id eſt, Eccleſia,
,lapides ſuos, murum ſuum, turres ſuas, ædificia ſua, portas ſuas. Ha-
,bet lapides, ſcilicet fideles: qui ſicut per cœmentum lapis iungitur
,lapidi, ſic per charitatem iunguntur ſibi. Habet murum, per munimẽ
,virtutum, quibus ipſa contra vitia firmatur, ne vitia irruentia auſe-
,rant illi ſpiritualia bona. Habet turres, per illos qui ſunt in contem-
,platione ſublimes: quaſi namque turres in ſancta Eccleſia levantur,
,dum perfecti quique relictis terrenis ad cœleſtia per contemplationẽ
,ſublimantur. Habet ædificia minora, habet maiora, habet maxima:
,minora habet ædificia per vitam coniugatorum, maiora per vitam
,continentium, maxima per vitam virginum. Vita namque coniuga-
,torum per terrenorum actionem & generandi voluptatem circa ima
,ſubſiſtit: vita continentium per virtutum exercitationem & bonorũ
,operum exhibitionem ad altiora ſe ſubrigit: vita verò virginum per
,cordis puritatem & carnis integritatem ad cœleſtia ſe extollit. Ha-
,bet ædificia lapidea, habet & eburnea: lapidea habet per illos qui
,ſunt in fide firmi, eburnea per illos qui ſunt caſtitate nitidi: lapis
,namque per firmitatem ſignificat fidem, ebur verò per naturæ frigi-
,ditatem ſignificat caſtitatem. Habet portas diverſas, per quas diver-
,ſæ nationis & converſationis homines à ſe dudum remotos inducit, &
,cives ſuos ac domeſticos facit. Habet portas, portam gregis, portam

[a] *Hugo Vict. Serm. 3. de Dedicatione Eccleſiæ.*

Digitized by Google

piſcium, portam veterem, portam vallis, portam ſtercoris, portam fontis, portam aquarum, portam equorum, portam iudicialem. Quarum myſticam ſignificationem breviter provt Dominus dederit adnotabo. Porta gregis erat illa, vbi erat *probatica piſcina*, id eſt, ovilis piſcina; quia ibi abluebantur carnes ovium, quæ in ſacrificio ponebantur. Porta ergo gregis, eò quòd ovis innocens animal eſt, ſignificat innocentiam. Per hanc itaque portam inducuntur nocentes, & fiunt innocentes; nocentes per culpam, innocentes per iuſtitiam, per culpam foris, per iuſtitiam intus; foris lupi, intus oves; lupi per rapacitatem oves per ſimplicitatem. O quàm bona porta, in qua talia facit *dextera excelſi*! Porta piſcium vocabatur porta illa, per quam piſces de mari venientes inferebantur. Porta iſta ſignificat pœnitentiam, quæ quaſi vnam columnam habet hinc per compunctionem cordis, alteram inde per confeſſionem oris, tectum verò deſuper per ſatisfactionem operis. Per iſtam verò invehuntur inquietudine ſæculi præſentis agitati, ſale ſcilicet amaricati, fœtore corrupti, vndoſitate elati, ſquamis veteris hominis hiſpidi, cœno carnalis delectationis polluti, à luce veri ſolis alieni, rete beati Petri vel eius vicem gerentium de fluctibus mundanis educti, & in ſanctam *Hieruſalem*, id eſt, Eccleſiam, ſquamis peccatorum detractis inducti. Sunt tamen quidam, qui ad ſimilitudinem anguillarum pelle veteris hominis ſe ſtringentes, luto vitiorum inhærentes, vel ſæpè vel ſemper rete dominicum effugiunt, & ſurſum ad lucem veritatis non veniunt, vt ibi mortificentur ſibi, vivificenturque & vivant Deo. Porta vetus, charitas eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Charißimi, non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio.* Per hanc portam intrant, qui ſe de amore ſæculi transferunt ad amorem Dei. Per hanc intravit beata Maria Magdalene, quæ poſt tot & tanta carnis ſcãdala facta eſt ex lebete phiala, de vaſe contumeliæ in vas tranſlata gloriæ. Porta vallis, quæ erat contra vallem Ioſaphat, ſignificat humilitatem. Per hanc intrant illi, qui de ſuperbia diaboli reteunt ad humilitatem Chriſti: foris ſublimes, intus humiles; foris ſimiles cedro, intus hyſſopo; cedro per elationem, hyſſopo per humilitatem; per elationem averſi, per humilitatem converſi, id eſt, à Deo averſi, ad Deum converſi. Porta ſtercoris, quæ erat in inferiori parte civitatis, per quam purgationes eliminabantur, ſignificat excommunicationem. Per hanc non inducuntur, ſed ejiciuntur profani, qui ſunt ſtercora per culpam, & proijciuntur per vindictam; ſtercora proprio facto, proijciuntur verbo divino: Non enim decet vt accubet hædus cum agno, peccator cum iuſto, immundus cum mundo, adulter cum Chriſto; ne ſortè iuſtus provocatus exemplo peccatoris extẽdat ad iniquitatem manus ſuas. Porta fontis dicta eſt, quia erat contra fontem Siloë: *Siloë interpretatur miſſus*, & ſignificat Chriſtum, quem miſit Pater ad ſalutem generis humani. O quàm bonus fons! Fons ille ſapientiæ verbum Dei in excelſis, cuius rivulo potantur ſitibundi, ſatiantur famelici, revocantur abiecti, ſanantur ægroti, reconciliantur inimici, li-

Pſal. 76. 11.

1. Io. 2. 7.

Ioan. 5. 2.

Ioan. 9. 7.

›berantur captivi, iuſtificantur impij, beatificantur miſeri. Porta ergo *Siloë* fides eſt Chriſti. Qui extra hanc portam ſunt, ſunt infideles; ›qui intrà ſunt, ſunt fideles: Infideles membra diaboli, fideles membra Chriſti; Mẽbra diaboli diabolo vnita, cum diabolo dãnanda; vnita ›per culpã, dãnanda per pœnam: Mẽbra Chriſti Chriſto vnita per fidẽ, ›cum Chriſto beatificanda per gloriã. Porta aquarũ ſignificat cõpunctionem. Qui hanc ingrediuntur, in hac abluuntur: Extra hanc ſordidi, intra hanc mundi; extrà nigri, intra candidi; extrà hædi, intra agni. Porta equorum ſignificat vitiorum refrænationem. Qui per hanc ingrediuntur, cohibent fræno temperantiæ impetum iræ, hiatum avaritiæ, voracitatem gulæ, fluxum luxuriæ. Porta iudicialis ſignificat diſcretionem. Per hanc qui ingrediuntur, diſcernunt inter ſanctum & profanum, mundum & immundum, verum & falſum, bonum & malum, iuſtitiam & culpam, veritatem & mendacium, honeſtum & inhoneſtum. Habet itaque ſancta Eccleſia murum per munimen virtutum, turres per illos qui ſunt in contemplatione ſublimes, diverſa ædificia per diverſa benè viventium merita, portas diverſas per diverſas gratiæ cœleſtis operationes: portam gregis per innocentiam, portam piſcium per pœnitentiam, portam veterem per charitatem, portam vallis per humilitatem, portam ſtercoris per excommunicationem, portam fontis per fidem, portam aquarum per compunctionem, portam equorum per vitiorum refrenationem, portam iudicialem per diſcretionem. Beati qui ingrediuntur per portas iſtas.

Vide Ariam Montan. in Nehemia, ſive de veteris Hieruſalem Situ.

Sion.

De hiſce allegoricè Hieruſalem portis congruenter intelligitur dixiſſe Pſalmographus, *Diligit Dominus* PORTAS SION *ſuper omnia tabernacula Iacob.* In quem locum Auguſtinus: [f] 'Quaſi verò (inquit) & ›ipſa Sion non ſit inter tabernacula Iacob. Et vbi erat Sion, niſi in ›populo Iacob? Iacob enim nepos Abrahę, vnde populus natus Iudęorum dicitur populus Iſraël, quia ipſe Iacob appellatus eſt Iſraël. ›Sed quia erant quædam tabernacula temporalia & imaginaria: loquitur autem iſte de civitate quadam, quam ſpiritaliter intelligit, cuius ›vmbra & figura erant illa terrena: ait, *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*'. Sion etenim totidem modis vſurpatur, quot Hieruſalem: Hiſtoricè nimirum ſeu litteraliter pro Iudęæ metropole, vt precedente capite indicavimus: Tropologicè ſeu moraliter pro anima fideli ſeu vita ſpirituali: Allegoricè pro Eccleſia Dei in terris militante: Anagogicè denique pro cœleſti civitate quam peregrinando inquirimus, & de qua ſuperiùs capite 3. & 4. fusè diſſeruimus. Primam vſurpationem cum tertia breviter complexus eſt Auguſtinus vbi ait: [g] 'Sion quaſi patria eſt Iudęorum, vera *Sion* Eccleſia eſt Chriſtianorum'. Secundam rurſus vſurpationem cum tertia complexus eſt idem Enarrat. in Pſal. 98. ad verſ. 2. dicens: 'Eſt autem ›*Sion* omnis anima, ſi intendit videre lucem quæ videnda eſt: nam ſi ›adſuam attenderit, tenebratur; ſi ad lucem illius attenderit, illuminatur. Quia tamen manifeſtum eſt, *Sion* civitatem Dei eſſe; quæ eſt civitas Dei, niſi ſancta Eccleſia? Homines enim amantes ſe invicem,

4. Pſal. 86. 2.

[f] *Aug. in Pſal. 86. verſ. 2.*

Vide Tractatum de montibus Sina & Sion, apud Cyprian.

[g] *Aug. in Pſal. 75. verſ. 3. Vide Alredum Serm. 22. in caput. 14. Iſaiæ.*

,& amantes Deum ſuum qui in illis habitat, faciunt civitatem Deo,
,quia lege quâdam civitas continetur: lex ipſa eorum charitas eſt, &
1.Io.4.16. ,ipſa charitas Deus eſt: apertè enim ſcriptum eſt, *Deus charitas eſt*. Qui
,ergo plenus eſt charitate, plenus eſt Deo: & multi pleni charitate ci-
,vitatem faciunt Deo. Iſta civitas Dei vocatur *Sion*: ergo Eccleſia eſt
Sion'. Hoc ipſum & Hieronymus breviter inſinuavit, dicens: [h] 'Sion
non eſt alia, niſi populus Dei'. Et quamvis, vt iam monuimus, pro-
miſcuè vſurpetur *Sion* etiam pro populo Dei in patria iam triumphan-
te, ſpecialiter tamen appropriari ſolet populo peregrinanti, prout cap.
4. §. 3. ex multorum Tractatorum ſententia retulimus: quibus & il-
lud Iſidori nunc adiungimus: [i] 'Pro peregrinatione præſenti (ait ille)
,Eccleſia *Sion* dicitur, eò quòd ab huius peregrinationis longitudine
,promiſſionem rerũ cœleſtiũ ſpeculetur: & idcircò *Sion*, id eſt, ſpe-
,culatio nomen accepit. Pro futura verò patriæ pace *Hieruſalem* voca-
,tur: nam *Hieruſalem* viſio pacis interpretatur. Ibi enim abſorptâ om-
,ni adverſitate, pacem, qui Chriſtus eſt, præſenti poſſidebit obtutu'.
Porrò ſicut Eccleſia, & anima quæque fidelis, propter huius pacis
de longinquo ſpeculationem appellantur *Sion*; ita propter ſuam à ter-
renis abſtractionem, & ſupra illa elevationem, dicuntur *mons Sion*, vt
Abdiæ v.17 apud Abdiam; *In monte sion erit ſalvatio.* In quem locum Hugo Vi-
ctorinus: [k] 'Mons Sion (inquit) allegoricè eſt Eccleſia, tropologicè
,anima in ſpecula cœleſtium poſita, contemplationis gaudio ſubli-
,mata. Chriſto igitur ſuper nubem levem ingrediente Ægyptum, in
,Dothain deſcendente, dum lavacro aquæ ſalutaris per verbum Ec-
,cleſiam ſanctificat (qui eius revera eſt ſanctificatio) vt eam ſibi ſine
,macula & ruga exhibeat, *mons sion* ſanctificari dicitur: quia ei Sal-
,vator, eius ſanctificatio, per gratiam & myſterium coniungitur. Hinc
Io. 17.17. ,ipſe filius ad patrem: *Pater*, inquit, *ſanctifica eos in veritate: ſermo*
Io. 17.19. ,*tuus veritas eſt.* Item ipſe: *Ego*, inquit, *pro eis ſanctifico meipſum.* Vide,
,lector novum & admirabile genus ſanctificationis in forma noſtræ
,redemptionis: Cuius dignitatis fuerit hominis conditio, quantoque
,maioris momenti fuerit ipſius reparatio! Pater ſiquidem ſanctifi-
,cat, Verbum ſanctificat, Spiritus ſanctificat. Quid eſt enim ſanctifi-
,care, niſi ſanctum facere? Quid eſt ſanctum facere, niſi à ter-
,reno appetitu, à terreno affectu, à terreno intellectu, à terreno
,contagio liberare? *Agios* enim græcè *ſanctus*, latinè *ſine terra* dicitur.
,Sanè in vnoquoque homine naturaliter ſunt tria, quæ à terrenis
,contagijs preſſa, vitiorum ſordibus inquinata, ſuperbâ dæmonum
,tyrannide fuerunt ſubiugata. Hæc autem ſunt, Poſſe, Velle, Noſſe:
,potentia namque hominis erat infirmata, voluntas ſauciata, ſcientia
,turbata. Potentiam infirmatam ſenſerat Apoſtolus, quando dicebat;
Rom.7.22. ,*Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem; video autem aliam legem*
,*in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in*
Rom.7.23. ,*legem peccati, quæ eſt in membris meis.* Voluntatem ſauciatam noverat,
1.Cor. 13. ,cùm diceret: *Non quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud fa-*
9. ,*cio.* Scientiam quoque turbatam viderat, dicens: *Ex parte enim cognoſ-*

h *Hieron. in caput 51. Iſaiæ verſ. 16.*

i *Iſidor. lib. 8. Originum c. 1.*

k *Hugo Victor. Annotat. Elucidat ſuper Abdiæ verſ. 17. Vide Bern. Serm. de Verbis Pſalmi,* Quis aſcendet in montem Domini?

„cimus, & ex parte propheramus. Hoc etiam Psalmista breviter insinuat, „dicens: *Cor meum conturbatum est*: Ecce voluntas fauciata: *Et deseruit me virtus mea*: Ecce potentia infirmata: *Lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum*: Ecce scientia obscurata. Porrò *in monte sion*, id est, „in sublimitate speculæ, in perfectione Ecclesiæ, erit salvatio, per potentiam altissimi, per incarnationem Verbi, per adventum Paracliti. „*Et erit sanctus mons ille*, videlicet Ecclesia; actu, sensu, & affectu à terrenis omninò elevata: accipiens potentiam in sacramentis, sapientiam „in præceptis, fœcunditatem in donis: à Patre potentiam, sapientiam „à Filio, fœcunditatem à Spiritu per infusam ab ipso nobis charitatem. „Hæc dicens, non divinæ essentiæ vnitatem divido, nec propria per„sonarum confundo; sed in operatione divina, personarum discretionem & vnitatem essentiæ sanè & fideliter ostendo. Est igitur *mons „sion* sanctus in adventu Salvatoris: quia Ecclesia in adventu sponsi sui „ab ipso accepit sanctitatem sacramentorum, sanctimoniam præceptorum, sanctificationem donorum. Ab ipso, inquam, sanctificatur, id est, „elevatur à terrenis fide sacramentorum, ab ipso elevatur spe præceptorum, ab ipso sublimatur charitate donorum cœlestium".

Psal. 39. 13. — Abdias v. 17.

5.

Illa itaque Sion cuius *portas diligit Dominus*, ipse est *mons sion quem dilexit* Dominus. Vbi Augustino teste, [l] „Ecclesiam Christi meliùs intelligimus, non propter præsentis temporis beneficia carnalia Deum „colentem, sed futura & æterna præmia oculis fidei longè speculantem: „nam & *sion* speculatio interpretatur. Denique sequitur, *Et ædificavit „sicut vnicornium sanctificationem suam*: vel, sicut quidam interpretes verbum novum fecerunt, *sanctificium suum*. Vnicornij rectè intelligun„tur, quorum firma spes in vnum illud erigitur, de quo dicit alius Psal„mus, *Vnam petij à Domino, hanc requiram*. Sanctificium verò Dei est se„cundùm Apostolum Petrum intellecta *Plebs sancta & regale sacerdotium*". sanctificium porrò Dei quod hìc dicitur *ædificatum sicut vnicornium*, alibi dicitur *ædificari vt civitas*: [m] „Vivis nimirum (vt quidam ait) & rationabilibus ædificijs: Angelicis ordinibus quasi mœnibus, Apostolicis fortitudinibus quasi propugnaculis, Martyrum confessionibus „tanquam muris, Continentium castimonijs tanquam honestis domibus, Coniugatorum officijs quasi plateis negotiorum exercitatis. Huiusmodi ædificijs ædificatur, donec consummata dedicetur: Diebus „septem ædificatur, octavo dedicatur. Hæc autem non est civitas, sed „*ædificatur vt civitas*: non ratione nominis, sed ratione similitudinis. In „ædificatione enim tria concurrunt: Primò violenter extrahuntur lapides malleis & vectibus ferreis, cum multo labore: Secundò celte, „bipenni, regulâ, poliuntur, eruderantur, & quadrantur: Tertiò per „manum artificis in suis locis disponuntur permansuri. Ad hunc modum in ædificatione patriæ cœlestis tria considerantur: separatio, politio, positio. Separatio est violenta, politio purgatoria, positio æterna. Primum est in angustia & afflictione, secundum in patientia & „expectatione, tertium in gloria & exultatione. Per primum *cribratur „homo sicut triticum*, in secundo *examinatur sicut argentum*, in tertio *po-*

Psal. 86. 1. — Psal. 77. 68. — Psal. 77. 69. — Psal. 26. 4. — 1. Pet. 2. 9. — Psal. 121. 3. — Luc. 22. 31. — Psal. 11. 7.

[l] *Aug. in Psal. 77. v. 68.*

[m] *Hug. Victor. lib. 1. Erudit. Theol. ex 2. Miscell. c. 54. Vide Isidor. Clarom. in lib. 3. Regum cap. 2.*

Digitized by Google

rd. 8. ,*hitur in thesaurum*: siquidem vivi lapides sunt, quos *prævidit Deus con-*
,*formes filij charitatis sue*. Hi dum sunt in corpore, quasi in lapidea mas-
. 8.29. ,sa sunt: moles enim corporis tenacissimè premit & arctat, quia *corpus*
.9. 15. ,*quod corrumpitur aggravat animam*. Ab hac desiderabat abstrahi qui di-
.7.24. cebat, *Quis me liberabit de corpore mortis huius*? Multis concussionibus
.14.21. ,necesse est nos agitari, vt inde extrahamur idonei: *Per multas* enim
,*tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*: De quibus experto crede
Cor. 11. ,dicenti, *In vigilijs multis, in laboribus supra modum, in fame & siti* &c.
,De molestia autem separationis audite Psalmistam, *Circumdederunt me*
. 114. ,*gemitus mortis*. Quàm intolerabilis sit ista separatio, quando physi-
,cales nodi solventur & proportionalia vincula, in libro experientiæ
,legit, qui ab Antonio noluit suscitari, cùm oporteret iterùm mori.
,Post hanc separationem, qui statim inveniuntur idonei (sicut B. Bene-
,dictus, cui via ad cœlos visa est, quod rarum est) sublevantur: qui
Cor. 3. ,verò cum *ligno, fœno, & stipula* transeunt, in purgatorio poliuntur: vn-
,de, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic ta-*
Cor. 3. ,*men quasi per ignem*. Post politionem autem sustolluntur, suisque ap-
,tantur locis, per manum artificis disponuntur permansuri in ædificio.
,Sanè hæc tria singulis annis repræsentat Ecclesia: In vigilia omnium
,Sanctorum separationem, in festivitate positionem, in memoria mor-
,tuorum politionem. Dies enim ieiuniorum dies est afflictionis: vnde,
it. 16. ,*Decima die septimi mensis affligetis animas vestras*. Dies verò solennis quę
,sequitur, plenitudinem gaudij significat, in quo sancti, Domino
,scenopegizant. Tertiò memoria mortuorum agitur, vt ij qui in pur-
,gatorio poliuntur, pœnæ consequantur absolutionem, vel pœnæ mi-
,tigationem. Et sic tria repræsentat Ecclesia circa spem beatorum:
,Vnde transeunt, quà transeunt, & quò transeunt. Vnde transeunt,
,quia ab hac miseria: quà transeunt, quia per pœnam & purgatorium:
.121.3 ,quò transeunt, quia ad cœlestem Hierusalem, *Cuius participatio*, id est, *Vide lib. 4. de*
,habitatio, *est in id ipsum*, id est, invariabile: Omnium enim sub sole *Claustro Animæ*
,diversum esse est; habitatio verò Ecclesiæ cœlestis est in eo quod est *cap. 21.*
idipsum. Quid verò sit *Idipsum*, breviter indicavimus superiùs hìc cap.
. 101. 3. §. 1. Nimirum cui dictum est, *Anni tui non deficient*: [n] 'Qui sunt an- [n] *Aug. in Psal.*
,ni (inquit Augustinus) qui non deficiunt, nisi qui stant? Si ergo ibi *121. vers. 3.*
,anni stant, & ipsi anni qui stant vnus annus est, & ipse vnus annus qui
,stat vnus dies est; quia ipse vnus dies nec ortũ habet nec occasum, nec
,inchoatur ab hesterno nec excluditur à crastino, sed stat semper ille
,dies, & quod vis vocas illum diem; si vis anni sunt, si vis dies est:
,quodcunque cogitaveris, stat tamen. Ipsius stabilitatis participat il-
.121.3 la civitas, *Cuius participatio est in idipsum*'. Hæc participatio ijs solis cõ-
petit qui fiunt *Israel*, id est, videntes Deum: 'Israel (ait ibidem inferiùs
,Augustinus) videns Deum interpretatur: imò diligentiùs excusso ver-
,bo, sic interpretatur, Israël est videns. Vtrumq; est videns Deum, quia
,homo in se non est: mutatur enim & vertitur, si non participatio eius
,est qui est *idipsum*. Tunc est, quando videt Deum: tunc enim est,
,quando videt eum qui est; & videndo eum qui est, fit & ipsi pro suo

,modo vt sit: Ergo ipse est Israël, & videns Deum. Superbus ergò ,non est Israël, quia non est *participatio eius in idipsum*: quia ipse sibi vult esse *idipsum*. Qui sibi vult esse principium, non est Israël'.

Sed hìc vigilanter cavendum, ne quis existimet, tantò minorem fore singulorum participantium in superna civitate portionem, quantò maior est numerus comparticipantium. Nam vt post Augustinum Prosper advertit, [o] 'Hæreditas in qua cohæredes Christi sumus, non ,minuitur multitudine filiorum, nec fit angustior numerositate cohæredum: sed tanta est multis, quanta paucis; tanta singulis, quanta omnibus'. Addo præterea, tantum abesse vt singulorum portio ex cohæredum numerositate minuatur, vt potiùs augeatur penes gaudium accidentale. Patet hoc ex Anselmi verbis superiùs hic cap. 3. §. 3. relatis. Quibus consonat illud Richardi Victorini: [p] 'Laudabit Hierusalem, id est, visio pacis, id est, omnes videntes illam pacem laudabunt ,Dominum, qui est eorum pax & exultatio & æterna beatitudo, & in ,pace sua & concordia & charitate ita suos vnit in regno & coniungit, ,vt quidquid fœlicitatis & gaudij vnus habuerit, hoc etiam per charitem alterius fit, dum iste illi quod ipse habet optat, & ille istius bonum ita in ipso sicut in se suum amat.. Quot ergo electi regnabunt ,cum Christo, tot erunt ibi præmia, & de tot vniuscuiusque qui ,salvabitur erunt gaudia. Si quis computare possit numerum civium ,supernorum, etiam computare poterit gaudia singulorum: quia tot sunt electorum gaudia'. Richardo & Anselmo consonat Hugo Victorinus lib. 4. de Anima (si tamen eius est) cap. 15. vbi de supernæ Hierusalem inhabitatoribus differens: 'Amant (inquit) Deum incomparabiliter, quia sciunt vnde & ad quid eos provexit: Amant singuli ,singulos, sicut seipsos. Gaudent de Deo ineffabiliter: gaudent de tanta sua beatitudine. Et quia vnusquisque vnumquemque diligit sicut ,seipsum, tantum gaudium quisque habet de bono singulorum, quantum de suo: quoniam bonum quod non habet in seipso, possidet in ,altero. Constat igitur quod singuli tot gaudia habent, quot socios; ,& singula gaudia tanta sunt singulis, quantum proprium singulorũ'. Innuit hoc ipsum & Augustinus, vbi ait: [q] 'Quando cum multis gaudetur, in singulis vberius est gaudiũ: quia fervefaciunt se, & inflammatur ab alterutro'. Sed quæret fortè aliquis, si ex comparticipatione multorum non minuitur portio singulorum, quomodo stabit quod de cœlesti Hierusalem scriptum est, *Participatio eius in idipsum*? Quomodo enim dici potest *participatio*, vbi nulla est inter plures partitio? aut si est partitio, Quomodò non est inter plures diminutio? Respondetur, *participationem* non tam importare participati inter participantes sectibilitatem, quàm horum cum illo imparilitatem: [r] 'Particeps eius ,(ait de Deo Augustinus) quisquis ei adhæret: sicut scriptum est, *Mihi autem adhærere Deo bonum est*. Non enim existendo sunt homines dij, ,sed participando illius vnius qui verus est Deus'. Quam Augustini sententiam paulò aliter expressit Iacobus à Valentia Christopolitanus Episcopus, cùm exponens quemadmodum de Hierusalem cœlesti di-

6.

[o] *Prosp. sentent. 198. ex Aug. in Psal. 49. vers. 1. Vide Aug. in Psal 83. v. 5. & Ser. 118. de Diversis. c. 2. & Conc. 1. in Psal. 36. ad v. 11.*

[p] *Rich. Vict. in Cantico c. 10.*

Hugo Victor.

[q] *Aug. lib. 8. Confess. cap. 4.*

Dubium.

Decisio.

[r] *Aug. in Psal. 118. Confusus 16.*

Psal. 111.

Psal. 72.

Digitized by Google

ctum sit, *Partuipatio eius in idipsum*: [s]'Notanter (inquit) dicitur *participatio*: Nam Deus est sua fœlicitas per essentiam; & ideò non dicitur participatio respectu sui, seu respectu nostri, qui ipsum participamus'. Sed inquiret adhuc aliquis, quomodo participatur, ac non potiùs cõprehenditur, si totus & integer à participantibus possidetur? [t]'Conticescant humanæ voces (respondet Augustinus) requiescant humanæ cogitationes. Ad incomprehensibilia non se extendant, quasi comprehensuri, sed tanquam participaturi: participes enim erimus, non hoc quod capimus erimus, nec totum capiemus: sed participes erimus, quia dictũ est de Hierusalem, cuius dispersiones colligit, dictum est de illa quiddam magnum: *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* In idipsum quid ait, nisi quod mutari non potest? Cætera, quæ creata sunt, aliter & aliter possunt esse: qui autem creavit, aliter & aliter non potest esse. *Idipsum* ergo ille est: quoniam dictum est ei, *Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Igitur si ipse idem ipse est, & mutari ex nulla parte potest, participando eius divinitatem erimus & nos immortales in vitam æternam. Et hoc nobis pignus datum est de filio Dei, vt antequam efficeremur participes immortalitatis ipsius, fieret ipse prior particeps mortalitatis nostræ. Sicut autem ille mortalis, non de sua substantia, sed de nostra: sic nos immortales, non de nostra substantia, sed de ipsius. Participes ergo erimus: nemo dubitet, Scriptura hoc dixit. Et cuius rei participes erimus? Quasi partes sint apud Deum, aut per partes dividatur Deus? Quis ergo explicet quomodo sint participes vnius simplicis multi? Non ergo exigatis, quod apertè antè dici non posse puto quàm videatis: sed redite ad remedium Salvatoris, conterite cor, confringatur animi duritia, conteratur animi pertinacia, accusetur in malo, renascatur in bono. Diriget ipse, alligabit fracturam, consolidabit sanitatem: & non erunt iam impossibilia nobis, quæ modò impossibilia sunt. Bonum est enim vt confiteatur infirmitatem, qui vult pervenire ad divinitatem'.

[s] *Tac. à Valent. in Psal. 121. v. 3.*

Dubium.

Responsio.

[t] *Aug. in Psal. 146. v. 5.*

CAPVT VII.

De æterna præparatione cælestis Hierusalem, ex intellectualibus & rationalibus creaturis tanquam vivis lapidibus construendæ: Deque Albo civium in ea conscriptorum.

I. Apostolus ad Hebræos loquens de Patriarchis, figuram peregrinantium Hierosolymitarum gerentibus, cùm præmisisset, *Non confunditur Deus vocari Deus eorum*, mox subdidit: *Parauit enim illis ciuitatem.* Eandem civitatem sub *Regni* nomine expressam Salvator in Evangelio electis generaliter paratam testatur, dicens: *Venite benedicti Patris mei, possidete* PARATVM *vobis regnum.* Quid enim mirum si dilectoribus suis præparavit civitatem habitaculi, qui desertoribus suis

Heb. 11. 16

Matt. 25. 34

paravit ergastulum supplicij; quibus dicturus est in finali iudicio: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui* PARATVS *est diabolo & angelis eius*? Cùm enim pronus sit ex semetipso ad benefaciendum, nec nisi aliunde provocatus armetur ad vindicandum, quis ambigat, eum amicis præparasse domicilium, quem constat parasse inimicis supplicium? Etenim quod specialiter de hominibus ait Damascenus, ad omnes vniversim rationales creaturas veraciter extenditur: Mat. 25.

[a] *Damasc. l. 2. cap. 29.*

[a] 'Illud (ait ipse) nos ne fugiat, Deum, vt bonitate præstantem, primariè quidem omnes homines servari, ac regni sui compotes esse velle: neque enim supplicij ac cruciatus causâ, verùm ad hoc vt bonitatis ipsius participes simus, nos effinxit: vt iustum autem, ijs quòque qui peccant, pœnam inferri nihilominus velle. Ac prius illud, antecedens voluntas, seu beneplacitum dicitur, ex ipso manans: Secundum autem, insequens voluntas, atque permissio, à nostro vitio ortum ducens'. Consentaneè his scribit in Enchiridio Augustinus: [b] 'Quoniam (inquiens) causæ cognoscendæ sunt rerum bonarum & malarũ, quantum viæ satis est quæ nos perducat ad regnum, vbi erit vita sine morte, sine errore veritas, sine perturbatione fœlicitas: nequaquam dubitare debemus, rerum quæ ad nos pertinent bonarum causam nõ esse, nisi bonitatem Dei; malarum verò, ab immutabili bono desicientem boni mutabilis voluntatem, priùs angeli, hominis postèa'. Rerum porrò bonarum ad rationales creaturas pertinentium causam assignans Hugo Victorinus: [c] 'Deus (inquit) qui summum & verum perfectumque bonum est, ita ab æterno in se & per se beatus fuit, vt eius gloria & beatitudo, quia æterna & incommutabilis erat, non posset minui; & quia plena & perfecta erat, non posset augeri. Nullo igitur indigens, sed bonum quod ipse erat, & quo beatus erat, cum alijs participare, & alios in illo & per illud beatificare volens, nullâ necessitate, sed solâ charitate creavit rationalem creaturam, id est, Spiritus rationales: iussitque vt ipsi partim in sua puritate persisterent, partim vt carne vestiti corpus humanum ad vitam & sensum animarent. Illis ergo spiritibus qui corporibus sociandi erant, locum & habitationem in terra constituit: illis verò qui in sua puritate permansuri fuerant, mansionem in cœlo collocavit. Illos quidem per dignationem in summo constituens, istos per dispensationem in imo disponens; vt & istos quandoque per obedientiam ab imo ad summa proveheret, & illos per obedientiam in summo confirmaret'. Et rursus in Summa Sententiarum Tract. 2. cap. 1. 'Fides Catholica (inquit) vnum principium credit esse omnium rerum, Deum scilicet, cuius bonitas omnium rerum causa fuit. Cùm enim summè bonus & perfectè beatus æternaliter esset, voluit aliquos esse participes suæ beatitudinis. Et quia non potest eius beatitudo participari nisi per intellectum, & quantò magis intelligitur tantò magis habetur; fecit rationalem creaturam, vt intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur: & eam hoc modo distinxit, vt pars in sui

[b] *Aug. Enchir. cap. 23.*

[c] *Hug. Victor. Dialogo de Sacram. legis sub initium. Vide eundem l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 1.*

Vide Magistrum l. 2. Sentent. Dist. 1.

,in ſui puritate permaneret, ſcilicet Angeli; pars corpori iungeretur, vt animæ'. Et lib. 1. de Sacram. p. 2. cap. 4. 'Hinc ergo (inquit) primâ ,cauſam ſumpſit creaturæ rationalis conditio, quòd voluit Deus æternâ bonitate, ſuæ beatitudinis participes fieri; quam vidit & communicari poſſe, & minui omninò non poſſe. Illud itaque bonum, quod ,ipſe erat, & quo ipſe beatus erat, bonitate ſolâ, non neceſſitate trahebatur ad communicandum: quoniam & optimi erat prodeſſe velle, & potentiſſimi noceri non poſſe'. Hauſerunt poſteriores Patres & Scholaſtici doctrinam hanc ex vetuſtiſſimo Dionyſio Areopagita lib. de cœleſti Hierarchia cap. 4. quem ſecutus eſt Irenæus, vetus & ipſe Scriptor, l. 4. adversùs Hæreſes cap. 28. conſonatque Nazianzenus Orat. 38. nec non Gregorius Nyſſenus Orat. Catechetica cap. 5. vſqueadeò quidem, vt ambo hi videantur debitum quoddam hìc agnoſcere, vtendo verbo *oportebat*: 'Bonitati (ait ibi Nazianzenus) nequaquam ſatis erat ſuâ ipſius ſolùm contemplatione moveri, ſed bonum ,diffundi ac propagari OPORTEBAT, vt plura eſſent, quæ beneficio afficerentur: id enim ſummæ bonitatis erat'. Conformiter Nyſſenus: 'OPORTEBAT (inquit) neque lucem eſſe non aſpectabilem, neq; gloriam carere teſtibus, neque eò redire Dei bonitatem vt nemo eâ frueretur; neque alia omnia, quæ in divina conſpiciuntur natura, iacere ,otioſa; cùm nemo eſſet qui eorum eſſet particeps, iſſque frueretur'. Verùm in hiſce ac ſimilibus Patrum phraſibus non aliud intelligendũ eſt debitum, quàm cuiuſdam congruentiæ ſive decentiæ. Nam vt loco proximè citato ait Irenæus: 'Non quaſi indigens Deus hominis ,plaſmavit Adam, ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia. ,Non enim ſolùm ante Adam, ſed & ante omnem conditionem, glorificabat Verbum Patrem ſuum manens in eo, & ipſe à Patre glorificabatur: quemadmodum ipſe ait: *Pater, clarifica me claritate quam habui apud te priuſquàm mundus fieret*: nec noſtro miniſterio indigens ,iuſſit vt eum ſequeremur, ſed vt nobis ipſe attribueret ſalutem'. Eòdem collimat Hilarius, vbi ait de Deo: [d] 'Hominem, non quòd ,officio eius in aliquo eguerit, inſtituit; ſed qui bonus eſt, participem ,beatitudinis ſuæ condidit, & rationale animal in vſum largiendæ ſuæ æternitatis vitâ ſenſuque perfecit'.

Dionyſ. Areop. *Greg. Nazian.* *Greg. Nyſſenus.* *Irenæus.* Io. 17. 5. [d] *Hilar. in Pſal.* 2. v. 5.

2. Deus itaque de infinitæ bonitatis ſuæ oceano ſtillam aliquam ad extrà communicare volens, civitatem quandam extruere conſtituit de vivis & rationabilibus lapidibus, iſtemque civibus, ſibimetipſi velut regi & artifici, ſine temporis termino obſecuturis; non quòd eorum indigeret obſequio, ſed vt eius fierent fœlices participio. Quia verò, vt de ipſo Sapiens teſtatur, *Omnia* non ſolùm *in menſura & pondere*, ſed etiam *in numero diſpoſuit*; iſtorum civium numerum ſcopo ſuo congruentem determinavit: [e] 'Novit quippè ille (ait Auguſtinus) ,quid agat, & quantus numerus eſſe debeat primitùs omnium hominum, deinde ſanctorum, ſicut ſyderum, ſicut Angelorum'. Determinavit vtique, non perſonas in particulari deſignando, ſed multitudinis

p. 11. 21. [e] *Aug. Epiſt.* 106.

dinis ſummam definiendo: eâ quidem lege ac cautelâ, vt ſi qui ex eis caderent qui primi in via ad civitatem condendi vel conſtituendi forent, alij eis ſurrogarentur, ſive de novo creandi & in via ſimiliter conſtituendi, ſive ex ipſis præconditis & prælapſis reſtaurandi & in viam priſtinam reducendi. Primi itaque omnium creati, & congruente pro replendis vrbis manſionibus numero in via conſtituti ſunt angelici ſpiritus: [f] Sed eo qui diabolus factus eſt (inquit Auguſtinus) ,cum ſocijs impietatis elato, & ipſa cum eis elatione proſtrato, cæteri ,piâ obedientiâ Domino cohæſerunt; accipientes etiam, quod illi non ,habuerunt, certam ſcientiam, quâ eſſent de ſua ſempiterna & nunquâ ,caſura ſtabilitate ſecuri. Placuit itaque vniverſitatis Creatori atque ,moderatori Deo, vt quoniam non tota multitudo Angelorum Deum ,deſerendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remane-,ret; quæ autem cum Deo illa deſerente perſtiterat, de ſua certiſſimè ,cognita ſemper futura fœlicitate ſecura gauderet. Alia verò creatu-,ra rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque ſupplicijs & originalibus & proprijs tota perierat, ex eius parte reparata, ,quod angelicæ ſocietati ruina illa diabolica minuerat, ſuppleret: hoc ,enim promiſſum eſt reſurgentibus ſanctis, quòd *Erunt æquales Angelis* Luc.20.36 ,*Dei.* Itaque *ſuperna* illa *Hieruſalem, mater noſtra,* civitas Dei, nullâ ci- Gal.4.26. ,vium ſuorum numeroſitate fraudabitur, ſed vberiore etiam copiâ ,fortaſſe regnabit: Neque enim numerum, aut ſanctorum hominum, ,aut immundorum dæmonum novimus, in quorum locum ſuccedentes filij ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ *ſterilis* apparebat in terris, in ea Gal.4.27. ,pace de qua illi ceciderunt, ſine vllo temporis termino permanebunt. ,Sed illorum civium numerus, ſive qui eſt, ſive qui futurus eſt, in cõ-,templatione eſt eius artificis, qui *vocat ea qua non ſunt tanquam ea qua* Rom.4.17. *ſunt,* atque *in menſura, & numero, & pondere cuncta diſponit*'. Auguſtini Sap.11.21 veſtigijs inſiſtens Fulgentius: [g] Æternæ (ait) atque incommutabilis ,Trinitatis potentiâ creata ſunt omnia: ſed excellentiorem ac primam ,in creaturis ortam reperimus rationalem Angelorum naturam, de Dei ,ſui dono beatam, & per liberum arbitrium beatificatam non iugiter ,adhærentem. Ex quibus quædam pars Angelorum nolens ſui facere ,Creatoris voluntatem, & ab eius contemplatione deiecta, ſervatur in ,Iudicio punienda, Petro Apoſtolo dicente: *Deus Angelis peccantibus non* 2.Pet.2.4. ,*pepercit, ſed catenis Inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium reſer-,vari cruciandos.* Meritò quippè pœna ignis æterni in perpetuum pu-,nientur; quia ſi voluiſſent in ſua perſeverare beatitudine, ſuffragaba-,tur eis vtique voluntas libera. Per quam voluntatem ad ſeipſos, non ,ad Deum converſi, effecti per ſuperbiam tenebroſi, & in huius aëris ,ima detruſi, ſervantur in Iudicium puniendi, nullumque in eis volũ-,tatis bonæ remanſit veſtigium. Illi autem qui ſervaverunt id quod ,facti ſunt per idem liberum arbitrium, Deo ſcilicet Creatori ſuo in-,ceſſanter adhærentes, per id quòd ſteterunt gratiâ Dei beatiores effe-,cti ſunt; ſic etiam vt voluntas eorum nec velle habeat peccare, nec poſſe:

[f] *Aug. Enchir. c. 28. & 29.*

Vide Aug. l. 22. de Civit. c. 1. & Greg. lib. 31. Moral. cap. 19.

[g] *Fulgent. lib. de Trinit. ad Felic. c. 8. Vide eundẽ l. de Fide ad Petrum cap. 3.*

,poſſe : quoniam quamvis mutabiles facti fuerint per naturam,immu-
,tabiles ſunt facti per gratiam : ſtabiles etiam & certi de ſua beatitu-
,dine nullatenus amittenda fruuntur Deo, cuius contemplatione beati
ſunt'. Et pauculis interpoſitis ad homines ſermonem convertens,pro-
ximè ſequenti capite ſubtexit: 'Poſt lapſum malorum, & ſtabilitatem
,bonorum, placuit Omnipotenti Deo aliam condere creaturam ratio-
,nalem, libero arbitrio exornatam; per quam numerus ille Angelo-
,rum de cœlo labentium , qui perierat, ſuppleretur : hominum dico
,primorum, ſecundùm animam ex nihilo, ſecundùm corpus ex limo
ſubſtitutorum'.

3. Tractandam ſe hìc offert gemina difficultas : Prima, An hominum creatio poſterior fuerit dæmonum exitio? Secunda, An ſi Angeli omnes perſeveraſſent,Deus nullos homines conditurus fuiſſet ? Sed priorem difficultatem opportuniùs diſcutiemus lib. 3. de Loco & Tempore peregrinationis differentes. Poſteriorem ventilat Anſelmus lib. 1. *Cur Deus homo* cap. 18. Cui ventilationi author ſuperiùs ibidem cap. 16. præmiſerat pro fundamento theorema iſtud, præſenti noſtro propoſito conſentaneũ: 'Rationalẽ creaturã,quæ Dei contemplatione ,beata vel eſt vel futura eſt, in quodam rationabili & perfecto numero ,præſcitam à Deo, ita vt nec maiorem nec minorem illum eſſe deceat,non eſt dubitandum'. Probat id Anſelmus ſubſequenter adiungens: 'Aut enim neſcit Deus,in quo numero meliùs eam deceat conſti-,tui, quod falſum eſt : aut ſi ſcit, in eo illam conſtituet , quem ad hoc decentiorem intelliget'. His itaque præmiſſis differit Anſelmus de numero Angelorum primitùs conditorum, inquirens an fuerit prædicto modo perfectus. Si enim fuiſſe dicatur, conſequens eſt , homines ad hoc fuiſſe conditos vt corruentium angelorum ruinas reſtaurarent. Si verò non fuiſſe dicatur, conſequens è contrario eſt , homines non ſolùm ad reſtaurandum numerum lapſu dæmonum imminutum, ſed etiam ad complendum numerum imperfectum fuiſſe creatos. Fundamentum huius diſcurſus conſiſtit in eo quod idem author tradit lib. 2. eiuſdem Operis cap. 1. dicens; 'Rationalem creaturam à Deo factam eſſe iuſtam, vt illo fruendo beata eſſet, dubitari non debet'. Vbi tametſi non præmittat ſignum diſtributivum , tamen indefinita locutio ex ipſius mente habet vim vniverſalis, vt ſubſequens contextus perſpicuè indicat. Quapropter cùm omnis creatura rationalis ad hoc primitùs condita ſit, vt Deo fruendo beata eſſet, proculdubiò ſi Angelorum numerus correſponderit numero cœleſtium manſionũ diuinitùs præfixo, nulla alia creatura rationalis ad eaſdem manſiones poſſidendas creata eſt, niſi poſtquam Angeli ſuo iure exciderunt. Unde ſi Angeli omnes perſeveraſſent, humana creatura nullatenus condita fuiſſet'. 'Alioquin enim (vt præcitato cap. 18. Anſelmus advertit) neceſſe eſſet, vt aut homines, aut Angeli aliqui caderent : quoniam extra numerum perfectum ibi nullus manere poterat'. Author Elucidarij eidem Anſelmo aſcripti,interrogatus à collocutore ſuo, [h] 'Nonne caſus malo-

Difficultas. 1ª, 1ª. Remittitur. 2ª. *Anſelmus.*

[h] *Author. Elucid. apud Anſel. cap.* 10.

malorum Angelorum minuit numerum bonorum'? Reſpondet: 'Etiam,ſed vt impleretur electorum numerus,homo eſt decimus creatus'. Quæ reſponſio ex Papa Gregorio ſumpta eſt in Expoſitione Evangelij de *Decem drachmis*: [i] 'Nequaquam (ait ille) relinquere negligenter debemus, cur iſta mulier,per quam Dei ſapientia figuratur, *decem drachmas habuiſſe* perhibetur, ex quibus vnam perdidit,quam cùm quæreret invenit. Angelorum quippe & hominum naturam, ad cognoſcendum ſe Dominus condidit; quam dum conſiſtere ad æternitatem voluit, eam proculdubio ad ſuam ſimilitudinem creavit. Decem verò drachmas habuit mulier, quia novem ſunt ordines Angelorum; ſed vt compleretur electorum numerus, homo decimus eſt creatus'. Ex quo apparet hominem nequaquam creandum fuiſſe, ſi Angeli omnes ad beatitudinem pertigiſſent. Eidem ſententiæ ſuffragatur Bernardus,cùm de DEO loquens ait: [k] 'Novit in affectū malitiæ & nequitiæ tranſiſſe Angelos deſertores,nec ex ignorantia aliqua ſeu infirmitate peccaſſe, ideoque perire neceſſe eſſe pœnitere nolentes: Patris enim amor & *bonum Regis iudicium diligit*. Propter hoc enim & ipſe creavit homines ab initio, qui ſupplerent locum illum, & ruinas Hieruſalem reſtaurent'. Eandem ſententiam ſupponere videtur Rupertus, vbi ait: [l] 'Sobriè quærere, id eſt, mirari licet, cùm Deus poſſet ruinas Angelorum novis Angelis reædificare, & totidem quot cecidерant ſimul creare & in cœlum levare, vt vnius generis eſſet plebs cuncta, omniſque nobilitas cœleſtis patriæ: cur homines alterius naturę vel conditionis fecit, quos reponeret pro Angelis'? Idem rurſus lib. 3. de Glorificatione Trinitatis cap. 20. eandem ſententiā velut communē ſive pleriſq; probatā memorat, tametſi non vſquequaq; approbet. Cùm enim teſtimoniū Papæ Gregorij mox allegatū recenſuiſſet, addit infrà: 'Propter illa verba, *Sed vt compleretur electorū numerus, homo decimus eſt creatus*, ſolent PLERIQVE arbitrari, quod ſi omnes Angeli perſtitiſſent,nullaq; ruina in eis facta fuiſſet,non crearetur,neq; fuiſſet cauſa cur deberet homo creari'. Neque verò ſoli iſtius ſententiæ aſſertores, ſed etiā qui homines æque principaliter ac Angelos ad ſupernas manſiones cenſent fuiſſe conditos, noſtrā de præfinito civium numero ſententiam approbant,poſt Auguſtinum præcedente §. citatum. Qui rurſus alibi apertiſſimè perhibet, [m] 'Non defuiſſe Deo conſilium, quo CERTVM NVMERVM CIVIVM in ſua ſapientia PRAEDESTINATVM, etiam ex damnato genere humano ſuæ civitatis impleret'. Eòdem collimat cùm in libro de Bono viduitatis cap. 23. negat ob aliud differri conſummationem ſæculi, 'Niſi vt impleatur PRAEDESTINATVS NVMERVS ille ſanctorum'. Item cùm lib. 1. Retract. cap. 13. aſſerit, quòd ſi homines primævam innocentiam cuſtodiſſent, 'Vſque ad certum ſanctorum numerum, QVEM PRAEDESTINAVIT DEVS, naſcerentur homines, non parentibus ſucceſſuri morientibus, ſed cum viventibus regnaturi'. Porrò numerum iſtum ab Angelis beatis cognoſci teſtatur Enchiridij cap. 62. 'Et vtique (inquiens) noverunt ſancti Angeli

[i] *Greg. Homil. 34. in Evang.* Luc. 15. 8.

[k] *Bern. Serm. 1. de Advent. Vide eund. Serm. 5. de Dedicatione Eccleſiæ.* Pſal. 91. 4.

[l] *Rupert. l. 2. in Geneſ. c. 20.*

[m] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 26.*

Vide Aug. l. 14. de Civit. c. 10.

Digitized

ngeli, docti à Deo, cuius veritatis æternâ contemplatione beati nt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas il-is civitatis expectet'.

Sed nimis vile, ac humanę naturę excellentiâ indignum quibuſdam detur, vt occaſione duntaxat angelicæ ruinæ homo conditus exiſti-etur. Sed profectò non nimis vile, nec Angelicæ naturæ excellentiâ dignum videbatur Auguſtino, quòd novi Angeli occaſione eiuſ-em ruinæ conderentur, & pro lapſis ſubſtituerentur: [n] 'Etiamſi (ait Ille) omnes peccaſſent Angeli, nullam inopiam facerent ad regendum mperium ſuum Creatori Angelorum. Non enim vel bonitas eius quaſi aliquo tædio, vel omnipotentia difficultate deficeret ad creandos alios, quos in eis ſedibus collocaret, quas peccando alij deſeruiſ-ent'. Si igitur nec bonitatem nec omnipotentiam Dei dedecuiſſet, Angelos noviter creandos pro Angelis lapſis ſubſtituere; quomodo indignum reputabitur, quòd homines pro Angelis ſurrogaverit, & Angelicæ ruinæ occaſione condiderit? Videtur quidem Anſelmus lib. 1. *Cur Deus homo* cap. 17. innuere, non potuiſſe Angelos pro Angelis ſubſtitui: ſed eius argumenta non ampliùs evincunt quàm quòd decentius fuerit vt homines ſubſtituerentur: nec rationem in obiectione allegatam adducit, probè ſciens quàm ſit invalida. Enimverò ſi nec vile, nec excellentiâ Chriſti Domini indignum cenſeri debet, quòd occaſione duntaxat humanæ ruinæ incarnatus & paſſus ſit, quomodo vile vel humanâ excellentiâ indignum videri poteſt, quòd occaſione duntaxat Angelicæ ruinæ conditus homo aſſeratur? Quæ ratio preſſiùs in hunc modum vrgeri adhuc poteſt: Si non fuit indecens vt ſecundus homo conderetur pro Angelicæ ruinæ reſtauratione, quomodo indecens eſt, vt primus homo conditus fuerit pro eadem reſtauratione? An fortè & hoc ipſum vile nimis & ſecundi hominis excellentiâ indignum reputabitur, ideoque factum negabitur? Non ita cenſet Auguſtinus qui cùm in Enchiridio dixiſſet, [o] 'Non pro Angelis mortuus eſt Chriſtus', mox ſubdidit: 'Sed ideò etiam pro Angelis fit quicquid hominum per eius mortem redimitur & liberatur à malo, quoniam cum eis quodammodo redit in gratiam poſt inimicitias, quas inter homines & Angelos ſanctos peccata fecerunt: & ex ipſa hominum redemptione ruinæ illius Angelicę detrimenta reparantur'. Huic propoſito accommodat capite proximè ſequenti quod Apoſtolus ait, 10. *Inſtaurari omnia in Chriſto quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris*: 'In ipſo quippe inſtaurantur (inquit) quæ in cœlis ſunt, cùm id quod inde in Angelis lapſum eſt, ex hominibus redditur. Inſtaurantur autem quæ in terris ſunt, cùm ipſi homines, qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, à corruptionis vetuſtate renovantur'. Conſonat Gregorius dum 9.28. in ſuis Moralibus de *Præruptis filicibus* apud Iob memoratis diſſerens, ait: [p] 'Qui ſunt alij *prærupti filices*, niſi fortiſſimi illi Angelorum chori, qui quamvis non integri, ſed tamen in proprio ſtatu fixi, cadente cum ſuis Angelis diabolo, remanſerunt? *Prærupti* enim ſunt, quia pars eorum

Obiectio.

Reſponſio.

[n] *Aug. lib. 3. de Lib. Arb. c. 12. Vide Philip. Bonæ-Spemſim l. 3. in Cantica c. 11.*

Anſelmus.

[o] *Aug. Enchir. c. 61. Vide Bedã in caput 1. ad Epheſios v. 10. & Pſeudo-Anſelmum ibidem, & Bern. Serm. 2. de Vigil. Nat. & Serm. 1 de S. Michaele, & Serm. 1. de Adventu, & Serm. 5. de Dedicat. Eccleſ.*

[p] *Greg. l. 31. Moral. cap. 19.*

,rum cecidit, pars remanſit. Qui integri quidem ſtant per qua-
,litatem meriti, ſed per numeri quantitatẽ prærupti. HANC PRÆ-
Vide Philippum Bonæ-Spei ſem l. 3. in Cantica c. 11. ,RVPTIONEM RESTITVERE MEDIATOR VENIT;
,vt redempto humano genere illa angelica damna farciret, & menſu-
,ram cœleſtis patriæ locupletiùs fortaſſe cumularet. Propter hanc
,præruptionem de Patre dicitur: *Propoſuit in eo in diſpenſatione pleni-tudi-*
,*nis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt,*
,*in ipſo.* In ipſo quippe reſtaurantur ea quæ in terra ſunt, dum pecca-
,tores ad iuſtitiam convertuntur: In ipſo reſtaurantur ea quæ in cœlis
,ſunt, dum illuc humilitati homines redeunt, vnde apoſtatæ Angeli
ſuperbiendo ceciderunt'. Qui rurſus Homil. 21. in Evangelia: 'Re-
,demptoris noſtri reſurrectio (inquit) & noſtra feſtivitas fuit, quia
,nos ad immortalitatem reduxit: & Angelorum feſtivitas extitit, quia
nos revocando ad cœleſtia, eorum numerum implevit'. Inquirit
q Hugo Victor. in Epiſtolam ad Epheſios q. 5. Hugo Victorinus, q 'Cùm Chriſtus pro Angelis non ſit mortuus,
quomodo ea quæ ſunt in cœlis, per Chriſtum ſint reſtaurata'? Et
continuò reſpondet: 'Idcò hoc dicitur, quia qui per gratiam ſalvan-
tur ſupplent numerum Angelorum diminutum'. Verum quidem eſt,
ex mente huius authoris humanam naturam non occaſione duntaxat
Angelicæ ruinæ conditam primitùs fuiſſe, ſed ad integrandum nume-
rum ſupernorum civium, quem Angelorum ab initio multitudo non
adæquaverit: nihilominus ad rationem in obiectione adductam
non recurrit, probè ſciens quàm parùm ſit efficax: 'De Ordinibus An-
,gelorum (ait lib. 1. de Sacram. p. 5. c. 30.) hoc authoritas promulga-
,vit, novem in principio conditos à Deo Ordines Angelorum: id eſt,
,Angelos, Archangelos, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Domina-
,tiones, Thronos, Cherubim & Seraphim: vt addito homine dena-
,rius conſummaretur perfectionis cœleſtis. Non enim, vt quidam pu-
,tant, conditio hominis ita ad reſtaurationem Angelorum proviſa eſt,
,quaſi homo non fuiſſet factus niſi Angelus cecidiſſet: ſed idcircò ad
,reſtaurandum & ſupplendum lapſorum Angelorum numerum factus
,homo dicitur; quia cùm homo poſtmodùm creatus illuc vnde illi
,ceciderant ductus eſt, illius ſocietatis numerus, qui in cadentibus di-
minutus fuerat, per hominem reparatur'. Et in Summa Sentent.
Vide Magiſtrũ l. 2. Sentent. diſt. 9. §. 8. & 9 Tract. 2. cap. 5. 'Quamvis de hominibus reſtauretur quod lapſum eſt
,in Angelis; propter quod ait Apoſtolus, *Propoſuit Deus inſtaurare*
,*in Chriſto omnia quæ ſunt in cœlo, & quæ in terris*: non tamen intelligen-
,dum eſt quòd ſolummodò propter illos qui ceciderunt factus ſit ho-
,mo: Licet enim Angelus non cecidiſſet, homo non minùs factus eſſet.
,Vnde Gregorius dicit quod non ſunt homines electi iuxta numerum
,eorum qui ceciderunt, ſed iuxta eorum numerum qui permanſerunt'.
r Greg. Homil. 34. in Evangel. Vide Philip. Bonæ-Spei ſem l. 2. in Cantica cap. 31. Vbi alludit ad illud Gregorij: r 'Superna illa civitas ex Angelis &
,hominibus conſtat: ad quam tantum credimus humanum genus aſ-
,cendere, quantos illic contigit electos Angelos remanſiſſe, ſicut ſcri-
,ptum eſt: *Statuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei*'. Deut. 32.
Et pau- ſimus 70.

Digitized by Google

Et paulò inferiùs ibidem : 'Illuc (inquit) tanta aſcenſura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remanſit Angelorum'. Quam Gregorij ſententiam vnà cum alijs ſuper eodem ſalvandorum numero refert Angelicus Doctor his verbis : [s] 'De numero omnium prædeſtinatorum hominum quis ſit, dicunt quidam quòd tot ex hominibus ſalvabuntur, quot Angeli ceciderunt : quidam verò quòd tot ſalvabuntur, quot Angeli remanſerunt : quidam verò quòd tot ex hominibus ſalvabuntur quot Angeli ceciderunt, & inſuper quot fuerunt Angeli creati'. Quid porrò ipſe ? Adiungit & ait : 'Sed meliùs dicitur, quòd ſoli Deo eſt cognitus numerus electorum in ſuperna fœlicitate locandus'. Vbi excluſiva, *Sol*, viatores excludit, non comprehenſores, dicente Auguſtino : [t] 'Vtique noverunt ſancti Angeli, docti à Deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati ſunt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius civitatis expectet'. Poſſet alioqui dictum illud Sancti Thomæ intelligi cum excluſione omnium vniverſim creaturarum etiam beatarum, referendo illud ad electorum numerum tam formaliter quàm materialiter ſpectatum. Cæterùm præter tres ſententias à D. Thoma memoratas quartam refert ex Revelationibus B. Brigittæ Dionyſius Carthuſianus : [u] 'Sancta Brigitta (inquiens) ſibi aſſeruit revelatum, quòd quamvis homines vniverſi, qui vnquam fuerunt, ſunt, & erunt, eſſent actualiter ſimul collecti, adhuc cuilibet eorũ decem Angeli poſſent deputari : ita quòd decies plures ſint Angeli glorioſi, quàm homines cuncti ſimul accepti'. Sed nec deſunt alij, qui numerum prædeſtinatorum hominum cenſeant eſſe centeſimam duntaxat partem totius numeri civium ſupernorum : propter parabolam Evangelicam paſtoris, qui *relictis nonaginta novem ovibus in deſerto quæſivit ovem centeſimam aberrantem* : [w] 'Homo iſte (ait ex communi interpretum ſenſu Hugo Victorinus) eſt Deus : Oves, creaturæ rationales : nonaginta novem oves, novem Angelorum Ordines : Ovis centeſima, humana natura : Ovis centeſimæ requiſitio, divina Jncarnatio : Ovis relatio, humana redemptio'. Verùm non video cur potiùs ex hac parabola colligatur prætata ſententia, quàm ex parabola de *decima drachma perdita* colligi poſſit, numerum prædeſtinatorum hominum conſtituere decimam partem totius numeri civium ſupernorum. Nam Hugo Victorinus ex communi ſimiliter interpretum ſenſu : 'Mulier (ſubdit ibidem) Divina Sapientia eſt : decem drachmæ, novem ordines Angelorum cum adiunctione humanæ naturæ. Mulier enim decem drachmas habuit, cùm Deus homines & Angelos ad imaginẽ ſuã creavit : ſed vnam perdidit, cùm homo à ſimilitudine Creatoris receſſit. Sed ſapientia lucernam ad quærendum accendit, cum in carne apparuit : quia lucerna lux eſt in teſta, id eſt, Verbũ in carne : quę vbi inter homines claruit, *aenum everſit*, quia conſcientias hominum conſideratione reatus ſui perturbavit. Et ſic drachma reperitur, dum in homine ſimilitudo Creatoris repatur'.

[s] *D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 7. in Corp.*

[t] *Aug. Enchir. cap. 62.*

[u] *Dionyſ. Carthuſ. in 2. Diſt. 9. q. 6.*

Luc. 15. 4.

[w] *Hugo Vict. l. 4. Allegor. in Lucam cap. 21. Vid Greg. Homil. 34. in Evãgel. & Bedam in caput 15. Lucæ.*

Luc. 15. 8.

Ex hac ſententiarum varietate perſpicuum eſt, nihil certi à mortalibus ſtatui poſſe de totali numero civium Hieruſalem, vti nec de cõparatione prædeſtinatorum hominum ad Angelos ſanctos. Vtrumque enim hoc ſoli Deo notum eſt, aut certè etiam eis quos ipſe certificaverit: quales ex Auguſtini mente ſunt Angeli ſancti; veriſimiliter etiam ob paritatem rationis homines ſancti: maximè verò Sanctus Sanctorum, qui de ſeipſo veraciter ait: *Ego ſcio quos elegerim.* Scit, quia eorũ nomina legit in regiſtro civitatis ſanctæ: quod regiſtrum Auguſtinus nunc [x] 'Memoriale Patris', nunc [y] 'Contemplationem artificis vocantis ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt', appellat. Jn hoc regiſtro, vt teſtatur Apoſtolus, *Cognovit Dominus qui ſunt eius.* Quomodo enim numerum ſuorum ignoret filiorum, qui, Pſalmiſta atteſtante, *numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat?* [z] 'Quid ,magnum Deo (inquit Auguſtinus) numerare multitudinem ſtellarũ? ,Hoc & homines conati ſunt. Viderint vtrùm implere potuerint: nõ ,tamen conarentur, niſi ſe impleturos eſſe ſperarent. Illis dimittamus ,quid potuerint, & quouſque pervenerint. Deo autem non puto eſſe ,magnum numerare omnes ſtellas. An fortè numerum, ne obliviſca,tur, recenſet? Et magnum eſt Deo ſtellas numerare, cui *capilli capitum* ,*numerati ſunt*? Manifeſtum eſt, aliquid velle Deum intelligere in eo ,quod ait, *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* ,Sunt ſtellæ quædam lumina in Eccleſia conſolantia noctem noſtram, ,omnes quibus dicit Apoſtolus, *In quibus apparetis tanquam luminaria in* ,*mundo.* In iſta, inquit, natione tortuoſa & perverſa *apparetis tanquam* ,*luminaria, verbum vitæ habentes.* Jllas ſtellas numerat Deus: omnes ,ſecum regnaturos, omnes aggregandos corpori vnigeniti ſui numera,tos habet, & numerat eos. Qui indignus eſt, nec numerabitur. Et ,multi crediderunt, vel multi ſe qualicunque adumbrata ſpecie fidei, ,populo eius applicuerunt: novit tamen ille quid numeret, & quid ,ventilet. Nam tanta eſt celſitudo Evangelij, vt fieret quod dictum ,eſt, *Annunciavi & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.* Sunt ergo ,in populis & ſupernumerarij quodammodo. Quid eſt ſupernumera,rij? Plus quàm ibi futuri ſunt: Jntra parietes iſtos plures ſunt, quàm ,futuri ſunt in regno Dei, in illa Hieruſalem cœleſti: ipſi ſuper numerum ſunt'. Et Serm. 254. de Tempore cap. 2. 'In congregatione ,chriſtiana (inquit) quod pertinet ad participationem & communio,nem Sacramentorum, *Multiplicati ſunt ſuper numerum.* Alius eſt ergo ,numerus, alij ſuper numerũ. Numerus eſt, de quibus dicit Apoſtolus, ,*Novit Dominus qui ſunt eius.* Super numerum autem, *Quoniam in magna* ,*domo non ſolùm vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia; alia* ,*quidem in honorem, alia in contumeliam.* Numerus ergo, *vaſa in honorem*; ſuper numerum, *vaſa in contumeliam*'. Conſonat Origenes Homil. 1. ſuper Numeros, quam his verbis orditur: 'Divinis numeris non om,nes digni ſunt, ſed certis quibuſdam prærogativis deſignantur hi, qui intra numerum Dei debeant comprehendi'. Qui rurſus ibidem paulò inferiùs,

5.

Ioa. 13. 18.

2. Tim. 2. 19.

Pſal. 146. 4.

Mat. 10. 30

Phil. 2. 15.

Pſal. 39. 6.

2. Tim. 2. 19.

2. Tim. 2. 20.

[x] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 9.*
[y] *Aug. Enchir. cap. 29.*
[z] *Aug. in Pſal. 146. v. 4. Vide Proſp. ibidem, & Fulg. l. 3. de Verit. prædeſt. c. 4. & 5.*

Vide Aug. in Pſal. 39. v. 6. & in Pſal. 126 v. 1. & l. 1. de Civit. c. 35. & l. 14. c. 10. 23. & 26. & l. 5. de Baptiſ. cont. Donat. c. 27. & l. 9. de Gen. ad Lit. c. 3. & lib. de Cor. & Grat. c. 13. & lib. de Bono perſever. c. 13. & Tract. 122. in Ioan. & Ser. 148. de Tempore cap. 3. Origenes.

Digitized by

inferiùs *Supernumerarios* Auguſtini, *Innumeros* ex Salomone appellat: 'Innumeri (inquiens) apud Salomonem dicuntur eſſe qui pereunt, numerati autem omnes qui ſalvantur. Et vis tibi oſtendam quia ſanctorum numerus habetur apud Deum? Audi quomodò de aſtris quidem cœleſtibus dicit David, *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Salvator verò nõ ſolùm diſcipulos electos ſuos ſub numero ſtatuit, verùm & capillos capitis eorum dicit eſſe numeratos. Ait enim, *Veſtri autem etiam capilli capitis numerati ſunt*'. Eoſdem ſupernumerarios Papa Gregorius denotari cenſet vocabulo, *Innumerabiles*, cùm de Deo dicitur in libro Iob, *Conteret multos, &* INNVMERABILES, *& ſtare faciet alios pro eis*: [a] 'Notandum eſt (ait ille) quia dum alijs cadentibus ad ſtandum alij ſolidari perhibentur, electorum numerus certus ac definitus oſtenditur. Unde etiam Philadelphiæ Eccleſiæ per Angelum dicitur, *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Hâc ergo ſententiâ, quâ nãc [illegible] aliorum erigi, aliorum autem vita confringi, & ſpes nutritur humilium, & elatio premitur ſuperborum; dum & illi bona poſſunt amittere de quibus ſuperbiunt, & iſti ea percipere, quæ quia non habebant, contemnuntur. Formidemus igitur in his quæ accepimus, nec eos, qui illa necdum aſſecuti ſunt, deſpiciamus. Quid enim ſimus hodie, novimus; quid autem poſt paululum poſſimus eſſe, neſcimus. Hi verò quos fortaſſe deſpicimus, & tardè poſſunt incipere, & tamen vitam noſtram ferventioribus ſtudijs anteire. Timendum itaque eſt, ne etiam nobis cadentibus ſurgat, qui à nobis ſtantibus irridetur: quamvis ſtare iam non novit, qui non ſtantem novit irridere. Hunc autem ſupernorum iudiciorum metum Paulus Apoſtolus diſcipulorum cordibus incutiens, ait: *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Quod autem dicens, *Conteret multos*, illicò adiunxit, *Innumerabiles*, vel multitudinem ſtuduit exprimere reproborum, quæ humanæ rationis numerum tranſit; vel certè indicare voluit, quòd omnes qui pereunt, intra electorum numerum non habentur: vt eò ſint *innumerabiles*, quò extra numerum currunt. Vnde Propheta intuens, tantos hoc Eccleſiæ tempore ſpecie tenùs credere, quantos nimirum certum eſt electorum numerum ſummamque tranſire, ait: *Multiplicati ſunt ſuper numerum.* Ac ſi diceret, multis Eccleſiam intrantibus, etiam hi ad fidem ſpecie tenùs regni veniunt, qui à numero regni cœleſtis excluduntur: quia electorum ſummam ſuâ videlicet multiplicitate tranſcendunt'. Huic eidem propoſito Rupertus accommodat quod in Exodo ſcriptum eſt de *innumerabili multitudine vulgi promiſcui* aſcendente de Ægypto cum filijs Iſraël *ſexcentenario virorum numero* recenſitis: [b] 'Nomen *filiorum Iſrael* (ait ille) numeruſque perfectus, ſcilicet *centuplex ſenarius*, eos tantùm ſignificat, qui ſic ad Chriſtum veniunt, fugientes hunc mundum, vt & digni gratiâ vel adoptione filiorum Dei, & apud Patrem omnes numerati ſint: Cæterum *vulgus promiſcuum & innumerabile*, quod aſcendit cum eis, eo ipſo quod *innumerabile* fuit, typum eorum geſſit, qui quamplurimi ad

Iob. 34. 24.

Apoc. 3. 11.

1. Cor. 10. 12.

Iob. 34. 24.

Exod. 12. 37.

[a] *Greg. lib. 25. Moral. c. 8. Vide Aug. l. de Cor. & Grat. c. 13.*

[b] *Rupert. l. 2. in Exodum c. 19.*

'fidem nomine tenùs veniunt, & verbo tenùs confitẽtur se nosse Ch
'stum: de qualibus Propheta in Psalmo dicit: *Annunciavi & locutus su
multiplicati sunt super numerum*'. Qui rursus lib. 6. in Cantica ad i
verba: *Sexaginta sunt reginæ & octoginta concubinæ, & adolescentular
non est numerus*, per reginas intelligit sublimiores electos, per conc
binas autem minùs sublimes: vtrique etenim suis respectivè num
ris circumscribuntur, priores quidem numero perfecto, posterio
imperfecto. Per *adolescentulas* autem, quarum non est numerus, int
ligit reprobos, de quibus scriptum est, *Multiplicati sunt super numeru*
'Adolescentularum (ait ibi Rupertus) non est numerus, id est, Abu
'dant in Evangelio plures, quàm ad cœlestes pertineãt thalamos, iu
ta illud: *Annunciavi & locutus sum, multiplicati sunt super numerum*'.

Obiectio. Adversùs prædicta obijci inprimis potest, quòd si registrum civ
supernorum consistat in contemplatione supremi artificis, sive in M
moriali Patris æterni, provt ex Augustino hactenùs indicavimus, co
sequenter appareat, reprobos non minùs numeratos esse, quàm el
ctos. Neque enim vel reproborum numerus formaliter, vel perso
materialiter ignorari possunt à Deo, dicente Apostolo, *Non est v
creatura invisibilis in conspectu eius*. Tanquam diceret, nulla creatura a

[c] *Aug. l. 15. de Civit. c. 25.* creaturarum numerositas notitiam eius subterfugit: [c] 'Cuius est (
'Augustinus ait) de omnibus omninò rebus tam fixa sententia, quà
'certa præscientia'. Enimverò si homines eo fine condiderit vt Ang
lorum apostatantium ruinas impleret, proculdubio Angelorum ap
statantium numerum cognovit. Quòd si horum numerum novit, ce
tè nec reproborum hominum catalogo caret. Unde non ait Psaltes, I
libro tuo electi scribentur, sed *In libro tuo* OMNES *scribentur*. Quib

[d] *Hier. in Psal. 138 vers. 16.* verbis, interprete Hieronymo, datur intelligi, [d] 'Quòd nullus ab
'que voluntate nascatur Dei, nec quisquam eius notitiã subterfugia

[e] *Basil. in capat 4. Isaiæ v. 3.* Accedit apertissima Basilij Magni attestatio, dicentis: [e] 'In superi
'Hierusalem credibile est esse librum viventium, in quo cõscripti su
'Christi discipuli: *Gaudete* enim, ait, *quia nomina vestra scripta sunt in ce
'lis*. Cùm autem particulæ huic, *Qui scripti sunt in Hierusalem*, illa pra
'ponatur, *Ad vitam*; necessarium fuerit scire, vtrùmne sint quidam q
'scribantur quidem, non item ad vitam, sed iuxta sententiam Hiere
'miæ dicentis, *Recedentes à te*, sive desertores, *in terra scribantur*. Jux
'ta igitur sensum hunc duæ intelligi debent descriptiones: vna quider
'eorum est qui ad vitam, altera autem eorum qui scribuntur ad perd
tionem'. Nec minùs dilucidè Gregorius Nazianzenus eandem sen
tentiam astruit, cùm Iulianum tributorum Exæquatorem sic alloqui

[f] *Greg. Nazian. Orat. 9. prope finem.* tur: [f] 'Erit alia descriptio, & alius descriptor: nisi fortè de quodan
'vivẽtium pereuntiumque libro nihil vnquam audisti. Illic omnes in
'scribemur, vel, vt rectiùs dicam, iam inscripti sumus, pro merito quis
'que iam confecti vitæ curriculi. Illic non meliore conditione sun
'divitiæ, nec deteriore paupertas, non gratia, non odium, non deni
'que alia omnia, quibus iudiciorum fides ac religio hìc surripitur &

labe-

,labefactatur. Omnes Dei digito deſcripti ſumus: nobis in revelationis die liber aperietur'. Ille nimirum liber, de quo in Sequentia defunctorum canit Eccleſia: *Liber ſcriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur.* Mundus vtique non ſolùm ſalvandus, ſed
Apoc.20. 12. etiam damnandus. Unde in Apocalypſi legitur: *Iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera eorum.* Opera vtique ſive bona electorum, ſive mala reproborum. Vnde ſicut in electis nihil irremuneratum remanebit, ita in reprobis, provt in eadem Sequentia
Pſal.138. 16. canit Eccleſia, *Nil multum remanebit.* Quia nimirum *in libro* DEI non ſolum *omnes ſcribentur*, verùmetiam omnia ſcribentur. His non obſtantibus inſiſtendum eſt doctrinæ ſuperiore §. traditæ, iuxta quam ſoli electi dicuntur *numerati*, reprobi verò *ſupernumerarij* nuncupantur: non quòd Omnipotentis & cuncta ſcientis Dei notitiam ſubterfugiãt ſive eorum perſonæ, ſive eorum opera, ſive eorum quantacunque numeroſitas; ſed quod Dei de ipſis notitia non ſit approbativa, ſed reprobativa. Hinc Angelicus Doctor incunctanter ait: [g] 'Reprobationi non reſpondet liber mortis, ſicut prædeſtinationi liber vitæ'. Peculiari proinde quâdam ratione correſpondet prædeſtinationi liber vitę, quâ non correſpondet reprobationi liber mortis: atque adeò hâc ratione attentâ, rectiſſimè dicuntur electi eſſe numerati, reprobi verò
Pſal.39.6. *ſuper numerum.* Sed quęnam illa peculiaris ratio? Nimirum illa quam idem Angelicus Doctor aſſignarat 1. p. q. 23. art. 7. in corpore, dicens: 'Certus eſt Deo numerus prædeſtinatorum, non ſolum per modum cognitionis, ſed etiam per modum cuiuſdam principalis præ,finitionis: non ſic autem omninò eſt de numero reproborum: qui vi-
Rom.8.28. ,dentur eſſe præordinati à Deo in bonum electorum, quibus *omnia cooperantur in bonum*'. Vbi non qualemcunque notitiam aut certitudinem numeri reproborum abnuit, aut Deo ſubtrahit: Sed illam peculiarem, præfinitione principali ſubnixam. Quâ vtique peculiari notiti-
2.Tim.2. 19. tiâ, vt ait Apoſtolus, *Cognovit Dominus qui ſunt eius.* Et alibi, *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit.* Cuiuſmodi notitiam atque præ-
Rom.11.2. ſcientiam Deus non habet reſpectu ignorantium ſe, de quibus ait A-
1.Cor. 14. 38. poſtolus, *Si quis ignorat, ignorabitur*: reſpectu nimirum eorum quibus
Mat.25.12 dicturus eſt Iudex, *Neſcio vos*: & alibi exertiùs, *Nunqam novi vos.* Vbi
Mat.7.23. non eſt exiſtimandum, quòd Dei omnimodam notitiam ſubterfugiãt huiuſmodi operarij iniquitatis: [h] 'Non enim Deus (inquit Auguſti,nus) ſi ad ſcientiam referas, ignorat eos quibus dicturus eſt, *Neſcio vos*: ſed eorum improbatio hoc verbo inſinuata eſt'. Eâdem itaque ratione quâ reprobi dicuntur à Deo neſciri, dicuntur etiam non eſſe numerati, ſed *ſuper numerum multiplicati*; dicuntur non eſſe conſcripti in eo libro qui *Contemplatio artificis*, & *Memoriale Patris* intitulatur. Circa quam poſtremam intitulationem cavendum eſt ne quis ſuſpicetur, Deum ſcripſiſſe librum iſtum in ſubſidium memoriæ ſuæ ad prævertendum oblivionem. Nam vt Auguſtinus ait: [i] 'Non Deum liber ,iſte commemorat ne oblivione fallatur, ſed prædeſtinationem ſigni

Reſponſio.

[g] *D. Tho. 1. p. q. 24. ar. 1. ad 3m.*

[h] *Aug. Epiſt. 102. Vide Aug. Epiſt. 47. & Epiſt. 120. cap. 35. & Conc. 2. in Pſal. 34. verſ. 11. & in Pſal. 141. v. 4. & q. 152. in Exodum. & lib. 83. qq. q. 59. & Ser. 23. de Verbis Domin. cap. 10.*

[i] *Aug. lib. 20 de Civit. cap. 15.*

,ficat eorum quibus æterna dabitur vita. Neque enim neſcit eos ,Deus, & in hoc libro legit vt ſciat : ſed potiùs ipſa eius præſcientia ,de illis, quæ falli non poteſt, liber eſt vitæ, in quo ſunt ſcripti, id eſt, antè prægogniti'.

Obiectio. Supereſt adhuc alia obiectio, quæ adversùs præfinitionem numeri electorum formari poteſt ex Auguſtino : qui cùm in Enchiridio dixiſſet : [k] 'Superna illa Hieruſalem mater noſtra, civitas Dei, nulla civium ſuorum numeroſitate fraudabitur', mox ſubdidit : 'Sed vberiore etiam copiâ fortaſſe regnabit'. Non enim apparet quomodo illa civitas *vberiore copiâ* regnare poſſit, niſi civibus pridem conſcriptis novorum copia accedat. Ne verò ſuſpicio cuipiam ſuboriatur, Auguſtinum incidenter duntaxat & perfunctoriè prædictam clauſulam inſeruiſſe, ſciendum eſt, eundem in Opere quod ex profeſſo *de Ciuitate Dei* ſcripſit & inſcripſit, illam ipſam clauſulam æquivalentibus verbis poſuiſſe. Differens quippe ibi de ſupernæ civitatis Architecto, inter alia ait : [l] 'De mortali progenie meritò iuſtèque damnata tantum ,populum per gratiam ſuam colligit, vt inde ſuppleat & inſtauret par- ,tem quæ lapſa eſt Angelorum : ac ſic illa dilecta ac ſuperna civitas nõ ,fraudetur numero ſuorum civium, QVIN ETIAM FORTASSIS VBERIORE LAETETVR'. Auguſtinũ imitatus Papa Gregorius aſſerit Chriſtum idcircò in mundum veniſſe : [m] 'Vt redempto humano genere ,Angelica damna ſarciret, & menſuram cœleſtis patriæ LOCVPLETIVS FORTASSE CVMVLARET'. Confirmatio. Confirmatur hoc ipſum ex alia eiuſdẽ Gregorij ſententia ſuperiùs memorata, quâ docet, numerum ſanctorum hominum parem fore numero ſanctorum Angelorum. Ex quo principio ſic ratiocinari licebit : Si tot homines ſalvandi ſunt quot Angeli in cœleſtibus permanſerunt, plures homines ſalvandi ſunt quàm Angeli ceciderunt : Non enim mediam, ſed Tertiam duntaxat *partem ſtellarum cœli Draco ſuâ caudâ traxiſſe & in terram miſiſſe* perhibetur. Vnde & Eliſeus dicere non dubitavit, *plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis*. Atqui ſi dæmones cum reliquis Angelis perſtitiſſent, numerum ſupernorum civium à Deo primitùs præfixum compleviſſent, nec humanum genus pro reſtauranda Hieruſalem conditum fuiſſet ; vt ex multorum Patrum, ipſiuſque inter eos Gregorij, ſententiâ in præcedentibus retulimus. Conſequens proinde eſt, plures fore cives Hieruſalem ex Angelis & hominibus æquali numero aggregatis, quàm futuri fuiſſent ex ſolis Angelis nullo cadente pariter aſſociatis. Conſimili diſcurſu Magiſter Sententiarum colligit, maiorem fore hominum omnium numerum, quàm ſit omnium numerus Angelorum : [n] 'Cùm electi (inquit) ,tot ſint, quot boni Angeli ſunt, plures conſtat eſſe omnes ſimul bonos ,& malos homines, quàm boni Angeli ſunt : & cùm tot ſint electi, quot ,Angeli boni, & Angeli boni plures ſint quàm mali, pluresque ſint homines mali quàm boni ; non eſt ambigendum, plures eſſe bonos homines quàm ſint mali Angeli, & plures eſſe malos homines quàm ſint mali Angeli, vel boni Angeli'. Quem diſcurſum penè verbatim deſcripſit

7.

Præoccupatio.

[k] *Aug. Enchir. cap. 29.*

[l] *Aug. lib. 22. de Ciuit. cap. 1.*

[m] *Greg. l. 21. Moral. c. 19.*

Apoc. 12. 4

Vide Hug. Vict. l. 1. de Sacram. p. 5. c. 31.

4. Reg. 6. 16.

[n] *Magiſt. lib. 2. Sentent. Diſt. 11. §. 2.*

Digitized by Google

ſcripſit Magiſter ex Hugone Victorino lib. 1. de Sacramentis parte 5. cap. 31. Huic obiectioni facilè reſpondetur, nec Auguſtinum nec Gregorium quidquam de *vberiore* ſeu *locupletiore copia* ſupernorum civium definire, ſed vtrumque dubietatem ſuam aperire. Vnde cùm Magiſter Sententiarum lib. 2. Diſt. 9. §. finali, eundem Auguſtini locum allegaſſet, adiecit: 'Ecce apertè dicit, non minus de hominibus ſalvari, quam corruit de Angelis: SED PLVS NON ASSERIT'. Quia nimirum non decisivè, ſed dubitativè locutus eſt: quemadmodum & poſt eum locutus eſt Gregorius: vterque enim vtitur voce, *Fortaſſe*. Si quæras, quidnam eos impulit ad ſic dubitandum? Reſponderi poteſt, eos potuiſſe ad dubitandum impelli occaſione inprimis Chriſti Salvatoris, qui tanquam Rex in ſuperna Hieruſalem obtinet locum civis: quem locum non comprehendi intra numerum primitivum, credibile eſt. Deinde occaſione Virginis Deiparæ, quæ tanquam Regina ibidem omnibus etiam Angelis ſupereminet: dicente de ea Gregorio: o 'Omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ,ſuæ dignitate tranſcendit. An non MONS ſublimis Maria, quæ vt ad ,conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra ,OMNES ANGELORVM CHOROS, vſque ad ſolium Deitatis erexit'? Quia igitur Chriſtus & Chriſtipara vniverſos Angelorum choros & ordines in cœleſti Hieruſalem tranſcendunt, meritò dubitare Auguſtinus & Gregorius potuerunt, an eorum acceſſione numerus Hieroſolymitarum excreſceret, non ſolùm dignitate, verùmetiam multitudine. Nam ſi Angeli omnes in veritate ſtetiſſent, nullus homo conditus fuiſſet, ſed ſolis Angelicis ordinibus ſuperna civitas probabiliter conſtitiſſet. Rurſus ſi homines in reſtaurationem Angelicæ ruinæ conditi perſeveraſſent, ruinam illam ſecluſis Chriſto & Chriſtipara repleviſſent, dicente Auguſtino: p 'Vſque ad certum ſanctorum numerũ, ,quem prædeſtinavit Deus, naſcerentur homines, non parentibus ſucceſſuri morientibus, ſed cum viventibus regnaturi'. Dicente & Gregorio: q 'Si parentem primum nulla peccati putredo corrumperet, ,nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret: ſed hi, qui nunc per redemptionem ſalvandi ſunt, ſoli ab illo electi naſcerentur'. Ex quo plane apparet, Chriſtum in ſtatu illo non fuiſſe ex Adam naſciturum; ſiquidem non eſt de eis qui per redemptionem nunc ſalvantur, ſed omnium talium potiùs redemptor. Quod & ipſe Gregorius lib. 4. in libb. Regum cap. 1. indicat, dicens: 'Niſi Adam peccaret, redemptorem
Luc. 5. 31. ,noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oporteret: *Non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*. Si ergo pro peccatoribus venit, ſi peccata deeſſent, eum venire non oporteret'. Hoc ipſum ante Gregorium Auguſtinus tradiderat Serm. 8. de Verbis Apoſt. cap. 2.
Luc. 19. 10 dicens: 'Attende Evangelium: *Venit* enim *filius hominis quærere & ſalvare, quod perierat*. Si homo non periſſet, filius hominis non veniſſet'. Et rurſus Sermone proximè ſequente cap. 1. 'Nulla cauſa fuit venien-,di Chriſto Domino, niſi peccatores ſalvos facere. Tolle morbos, tol-,le vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ. Si venit de cœlo magnus me-

Solutio.

o *Greg. in caput 1. libri 1. Regũ ad verſ. 1.*

p *Aug. l. 1. Retract. cap. 13. Vide eundem lib. 9. de Geneſi ad litt. c. 3. & l. 14. de Civit. c. 23.*

q *Greg. lib. 4. Moral. cap. 28. Vide Rupert. l. 2. in Geneſ. c. 9. & l. 2. in Amos ſub initium, & Anſel. l. 2. cur Deus homo c. 18. & Hug. Victor. in Summa Sent. Tract. 3. c. 4. & l. 1. de Sacram. p. 6. c. 34. Vide Leonem Serm. 3. de Penteceſte cap. 2.*

,dicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Jpſe ægrotus genus humanum eſt'. Porrò ſi Chriſtus non veniſſet, profectò nec mater eius ſuper choros Angelorum tranſcendiſſet, quandoquidem nec ipſa matris Dei dignitate præcelluiſſet: ſed vel omninò non veniſſet, vel certè intra Angelorum ordines cum alijs locum habuiſſet. Quæ ratio fortaſſis etiam ad alios quoſdam ſanctos homines extendi poteſt, qui venturi non fuiſſent, aut non ita ſublimiter excelluiſſent, niſi Angeli & homines corruiſſent, & Dei filius carnem aſſumpſiſſet. Meritò proinde dubitarunt Auguſtinus & Gregorius, an cœleſtis civitas *vbertiore copiâ* regnaret propter acceſſionem huiuſmodi civium, qui vel non fuiſſent, vel non ſic ſupereminuiſſent, niſi poſt Angelos etiam homines cecidiſſent. Nec enim veriſimile eſt, quidquam de numero communium civium diminutum fuiſſe propter iſtos, qui ad extraordinarias & ſuperſublimes ſedes occupandas ſunt ordinati.

CAPUT VIII.

De prima creatura rationalis in regiſtro ſuperne civitatis inſcriptione differitur, & qualiter à noviſſima reſcriptione diſcrepet indagatur.

QVanquam non dubitemus, in omnibus creaturis rationalibus, ſeu Angelicis ſeu humanis, locum ſuo quodam modo habere illud Proſperi, [a] 'Omnes qui in regnum Dei de cuiuſlibet temporis vocatione venturi ſunt, in illa quæ ſæcula cuncta præceſſit adoptione ſignati ſunt': neceſſarium tamen fuerit de ipſa ſignatione ſeu inſcriptione differere; duaſque de ea extremas ſententias, conſtabilitâ mediâ, refutare. Extremarum vna eſt, quâ putantur Hieroſolymitæ vniverſi indiſcriminatim ſignati & in cœlis conſcripti efficaci Dei propoſito antecedenter ad futurorum operum præſcientiam: Altera, quâ ex adverſo vniverſi putantur ſignati ſubſequenter ad præſcientiam meritorum aut perſeverantiæ. Inter has mediat noſtra ſententia, quâ prima inſcriptio à noviſſima reſcriptione ſecernitur; & illa quidē ſubſequenter, hæc autem antecedenter ad meritorum aut perſeverantiæ præviſionem aſtruitur. Omitto commemorare aliam ſententiam huic noſtræ oppoſitam, quâ putari poſſet prima inſcriptio antecedere præviſionem meritorum aut perſeverantię, noviſſima verò reſcriptio eandē ſubſequi: Nam hanc à nemine hactenus ſuſtineri deprehēdi. Primę porrò ſententiæ aſſertores non parùm inter ſe diſcrepant, dum alij phyſicam prędeterminationem pro omni ſtatu aſtruunt, alij è contrario pro omni ſtatu renuunt: illi prędſcientiā conditionaliū vniverſim repudiāt, iſti ex adverſo vniverſim obtendunt. Sed nec ſecundæ ſententiæ aſſertores per omnia concordant, dum alij ex prævisione meritorum ſolius liberi arbitrij inſcriptionem ſuſpendunt, alij eidem libero arbitrio

I.

[a] *Proſp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 33.*

o adiutoriũ gratiæ possibilitantis adiungunt. Nostra sententia cum raq; extrema partim convenit, partim disconvenit. Cum prima connit, quatenus illa astruit inscriptionẽ gratuitã & prædeterminationẽ yſicã pro ſtatu naturæ per peccatũ corruptæ, disconvenit autẽ quaus hoc ipsũ ad ſtatũ naturæ institutę ac ſanę extendit. Cum ſecũdâ niliter convenit nostra, quatenus illa astruit inscriptionẽ prę visiona- ſine physica prędeterminatione pro ſtatu primę cõditionis; discõve- autẽ quatenus eandẽ providẽtiæ normã extẽdit ad ſtatũ noviſſimę parationis. Etenim Augustinus luculenter inculcat disparitatẽ prodentiæ pro illis ſtatibus, quando hominem primum viribus liberi bitrij integris pollentem dicit fuiſſe à Deo ſibi ipſi dimiſſum, poſteos verò eius infirmitate languentes, non ſibi dimiſſos, ſed Deo aſrit fuiſſe commiſſos: [b] 'Fortiſſimo (ait ille) dimiſit atque permiſit Deus facere quod vellet: infirmis ſervavit, vt ipſo donante invictiſimè quod bonum eſt vellent, & hoc deſerere invictiſſimè nollent'. luic propoſito accommodari poteſt illud Angelici Doctoris effatum: 'Voluntas divina non ſolùm ſe extendit vt aliquid fiat per rem quã ovet, ſed vt etiam eo modo fiat quo congruit naturæ ipſius'. Quoiam igitur naturæ hominis vel Angeli ſani ac robuſti congruebat vt bi dimitteretur ac permitteretur; naturæ autem hominis ſauciati iribuſque attenuati congruit vt à Deo in ſuis greſſibus peculiariter gatur, quinimò agatur: priori dimiſit atque permiſit Deus facere quod vellet, poſteriori ſervavit vt ipſo donante invictiſſimè quod onum eſt vellet, & hoc deſerere invictiſſimè nollet. Hinc idem Auſtinus ſuperiùs ibidem cap. 10. Saluberrimè confitendum rectiſſimèque credendum eſſe aſſerit, 'Deum ſic ordinaſſe Angelorum & honinum vitam, vt in ea priùs oſtenderet quid poſſet eorum liberum rbitrium, deinde quid poſſet ſuæ gratiæ beneficium, iuſtitiæque iucium'. Hanc Auguſtini ſententiam luculenter expreſſit diſcipulus us Fulgentius: qui cùm præmiſiſſet, [d] 'Non eſt natura quæ in æterum poſſit, ſive miſerè, ſive benè vivendo ſubſiſtere, niſi quæ poteſt e Deo, ipſius Dei munere cogitare': eveſtigiò ſubtexuit: 'Hæc autem natura intellectualis in Animabus eſt hominum, & ſpiritibus Angelorum: Deus quippè diligendi ac cognoſcendi ſe, non niſi Angelis & hominibus indidit facultatem. Quibus propter arbitrij libertatem, quæ maximè debuit intellectuali creaturæ Creatoris benignitate onferri, ita cognoſcendi ac diligendi ſe facultatem voluntatemque lonavit, vt eam vnuſquiſque & habere poſſet, & perdere: ſi quis tamen ſponte eam perderet, ſuo eam deinceps arbitrio reſumere non vaeret: vt illius eſſet ſanctæ cogitationis initia', gratuitæ dono bonitais, denuò revocandis quibus vellet infundere, cuius fuit in ipſo creaionis exordio, nullis præcedentibus meritis, ſpiritus & corpora loris atque affectionibus, provt ipſe Sapiens voluit, congruè & miraiiliter ordinare. Angeli ergo atque homines, pro eo quia rationales unt facti, æternitatis ac beatitudinis donum in ipſa naturæ ſpiritalis creatione divinitùs acceperunt: ita ſcilicet, vt ſi dilectioni Creatoris

[b] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 12.*

[c] D. Tho. 1. 2. q. 10. ar. 4. ad 1m.

[d] *Fulg. l. de Fide ad Petrum c. 3.*

,sui iugiter inhæsissent, simul æterni beatique mansissent: si verò pro-
,priæ voluntatis arbitrio contra summum Creatoris imperium sua
,niterentur facere voluntatem, protinus à contumacibus beatitudo
,discederet, & ad supplicium eis relinqueretur æternitas misera, erro-
,ribus deinceps doloribusque cruciandæ'.

Cæterùm cùm hìc audimus, vel alibi legimus, ANGELOS aut homi- 1.
nes ab initio sic conditos, vt beatitudinis donum in naturæ spiritalis
creatione acceperint, inchoatam beatitudinem viæ, non consumma-
tam patriæ debemus intelligere, dicente Augustino: [c] 'Diabolus &
,angeli eius, etsi beati erant antequàm caderent, & se in miseriam ca-
,suros esse nesciebant; erat tamen adhuc quod eorum adderetur beati-
,tudini, SI PER LIBERVM ARBITRIVM IN VERITATE STETISSENT,
,donec istam, SVMMAE BEATITVDINIS PLENITVDINEM, tanquam
,præmium ipsius permansionis acciperent, id est, vt magnâ per spiri-
,tum Sanctum datâ abundantiâ charitatis Dei, cadere vlteriùs omni-
,nò non possent, & hoc de se certissimè nossent. Hanc PLENITVDI-
,NEM BEATITVDINIS non habebant: sed quia nesciebant suam futu-
,ram miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine sine vllo vitio
,fruebantur: Nam si suum casum futurum nossent, æternumque sup-
,plicium, beati vtique esse non possent, quos huius tanti mali metus
,iam tunc miseros esse compelleret. Sic & hominem fecit Deus cum
,libero arbitrio; & quamvis sui futuri casus ignarum, tamen ideò bea-
,tum, quia & non mori, & non miserum fieri, in SVA POTESTATE
,ESSE SENTIEBAT. In quo statu recto ac sine vitio, SI PER IPSVM
,LIBERVM ARBITRIVM manere voluisset, profectò sine vllo mortis
,& infœlicitatis experimento acciperet illam, merito huius perman-
,sionis, BEATITVDINIS PLENITVDINEM', quâ & sancti angeli sunt
,beati, id est, vt cadere non posset vlteriùs, & hoc certissimè sciret'.
Hoc ipsum & Prosper de homine asseverat! [f] 'Rectum (inquiens) at-
,que omni vitio carentem creatum esse hominem primum, in quo om-
,nium hominum concreata natura est, dubitare fas non est; eumque
,tale accepisse liberum arbitrium, vt SI AVXILIANTEM SIBI DOMI-
,NVM NON DESERERET, posset in bonis, quæ naturaliter acceperat,
,perseverare, quia vellet: & merito voluntariæ perseverantiæ ad eam
,beatitudinem pervenire, vt nec vellet decidere in deteriora, nec pos-
set'. Eòdem collimat & Fulgentius, cùm ait: [g] 'Quisquis Christianæ
,Religionis non vult inaniter, imò damnabiliter portare vocabulum,
,credat firmissimè, Deum nostrum, id est, Sanctam Trinitatem, quæ
,vnus summus & verus Deus est, primo homini, quem ad suam ima-
,ginem gratuitâ bonitate bonum fecit, cui facultatem quòque suæ
,cognitionis ac dilectionis inseruit, non solùm bonæ voluntatis donũ,
,quin etiam ad habendam custodiendamque iustitiam, integrum sa-
,numque creasse libertatis arbitrium, vt facultas atque motus inditæ
,libertatis, SI IVVANTEM SE GRATIAM DEI NON DESERERET, præ-
,mium vitæ æternæ tribueret Dei bonitas homini: Si autem iustitiam
divinam

[c] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 10.*

[f] *Prosp. l. contra Collat. cap. 18.*

[g] *Fulg. l. de Incarn. & Grat. cap. 12.*

divinam contemnens à gratiâ excidisset, supplicia retribueret iustitia peccatori. Proinde à bono iustoque creatore illi homini, quem in corpore animali conditum ditavit intelligentiæ ac iustitiæ dono, iusta est VTRINQVE STATVTA CONDITIO: vt scilicet SI obedientiam, quæ prima virtus est, custodiret, ex animali, in qua creatus erat, corporis qualitate, ad spiritualem immortalemque statum, sine corporis morte, quia sine animæ iniquitate, transiret: accepisseteque divino munere, SI PRAECEPTA SERVASSET, non solùm perfectam atque inamissibilem corporis immortalitatem, verùmetiam in anima talem gratiam sanctè iustèque vivendi, vt peccare deinceps omninò non posset, si non peccaret donec peccare potuisset. Creatus ergo primus homo de terra terrenus, accepit quidem gratiam * quâ posset non peccare, si peccare nollet; nondum tamen tantam acceperat gratiam, quâ nec peccare vellet omninò, nec posset: vt scilicet à bono iustoque Domino pòst esset illud munere largiendum, SI VOLVNTARIE FVISSET HOC A SERVO PRIVS IN OPERE CVSTODITVM'. Et lib. de Trinitate ad Felicem Notarium cap. 9. Factus itaque homo rectus, & ad imaginem Dei sui secundùm rationem & intellectum fictus atque formatus, legem accepit, quam non transgrediendo beatus esset; quoniam habebat liberum arbitrium, vt posset bonus esse, si vellet: non quidem sine gratiâ Dei, quâ ipsa regebatur voluntas, vt vellet; & tamen in potestate eius erat ipsam gratiam deserere cùm voluisset'. Addi his potest & illud Papæ Leonis: [h] 'Primus homo carnis substantiam accepit è terra, & rationali spiritu per insufflationem creantis animatus est; vt ad imaginem & similitudinem sui authoris vivens, formam Dei bonitatis atque iustitiæ in splendore imitationis tanquam in speculi nitore servaret. Quam naturæ suæ speciosissimam dignitatem, SI PER OBSERVANTIAM LEGIS DATAE PERSEVERANTER EXCOLERET, ipsam illam terreni corporis qualitatem ad cœlestem gloriam mens incorrupta perduceret'. Optimè verò omnium tradit hanc doctrinam Augustinus in Enchiridio, cùm ait: [i] 'Primum hominem Deus in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisset; eumque opportuno tempore post genitos filios, sine interpositione mortis, ad meliora perduceret, vbi iam non solùm peccatum non cõmitteret, sed nec voluntatẽ posset habere peccandi; SI AD PERMANENDVM SINE PECCATO, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse PRAESCISSET'.

* *Aliàs* qua non posset peccare, si &c.

h *Leo Ser. 4. de Nativ. Christi cap. 2.*

i *Aug. Enchir. c. 104.*

Ex his paulatim sublucere iam incipit discrimen primæ inscriptionis & novissimæ rescriptionis supernorum civium in registro Hierosolymitano. Prima enim inscriptio ita conditionata fuit, vt conditionis impletio ex defectibili inscribendorum arbitrio principaliter penderit: novissima verò rescriptio ita est absoluta, vt nullam conditionem, quam non ipsa invictissimè impleat, involvat. Hinc illa fluxior & delebilior, ista fixior & ineblitterabilior: illa non transijt in absolutam, nisi prævisâ impletione conditionis: ista ex seipsa primordialiter

mordialiter absoluta est, ante prævisam impletionem conditionis. Priorem discriminis huius partem evincunt authoritates hactenùs allegatæ, posteriorem in sequentibus vberiùs confirmabimus. Atque vt non longiùs abeamus, Augustinus postquàm loco proximè citato dixisset, quòd Deus hominem primum 'opportuno tempore post genitos filios, sine interpositione mortis ad meliora perduceret, vbi iam non solùm peccatum non committeret, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse præsciisset' : continuò subtexuit : 'Quia verò eum malè vsurum libero 'arbitrio, hoc est, peccaturum esse præscivit, ad hoc potiùs præparavit voluntatem suam, vt benè ipse faceret etiam de malè faciente'. Et inferiùs ibidem cap. 106. 'Post illam ruinam maior est misericordia Dei, quando & ipsum liberum arbitrium liberandum est à servitute, cui dominatur cum morte peccatum : nec omninò per seipsum, sed per solam Dei gratiam, quæ in fide Christi posita est, liberatur; vt *voluntas* ipsa, sicut scriptum est, *à Domino præparetur*, quâ cætera Dei munera capiantur, per quæ veniatur ad munus æternum'. Et rursus capite proximè sequente: 'Sic ergo factus est homo rectus, vt & manere in ea rectitudine posset, non sine adiutorio divino, & suo fieri perversus arbitrio: & vtrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certè de illo. Proinde quia suam maluit facere quàm Dei, de illo facta est voluntas Dei, qui ex eadem massa perditionis, quæ de illius stirpe profluxit, *facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam* : in honorem per misericordiam, in contumeliam per iudicium : vt nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se'. Huius disparis œconomiæ rationem alibi assignans : [k] 'Vt ergo (inquit) non acciperet hoc donum Dei, id est, in bono perseverantiam primus homo, sed perseverare vel non perseverare, in eius relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine vllo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex seipsa concupiscentialiter resistebat, vt dignè tantæ bonitati & benè vivendi facilitati, perseverandi committeretur arbitrium : Deo quidem præsciente quid esset facturus iniustè, præsciente tamen, non ad hoc cogente, sed simul sciente quid de illo ipse faceret iustè. Nunc verò postea quàm est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuvanda remansit infirmitas. Placuit enim Deo, quo maximè humanæ superbiam præsumptionis extingueret, *vt non gloretur omnis caro coram ipso*, id est, omnis homo. Vnde autem non gloretur omnis caro coram ipso, nisi de meritis suis? quæ quidem potuit habere, sed perdidit; & per quod habere potuit, per hoc & perdidit, hoc est, per liberum arbitrium : propter quod non restat liberandis, nisi gratia liberantis. Ita ergo *non gloriatur omnis caro coram ipso* : Non enim gloriantur iniusti, quia non habent vnde : nec iusti, quia ex ipso habent vnde; nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt, *Gloria mea, & exaltans caput meum*. Ac per hoc ad omnem homi-

Augustinus.

Prov. 8. 35. secund. 70.

Rom. 9. 21.

[k] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 12.*

1. Cor. 1. 29.

Psal. 3. 4.

,hominem pertinet quod ſcriptum eſt, *vt non glorietur omnis caro coram*
1.Cor.1. *ipſo*: ad iuſtos autem illud, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*'. Hoc ip-
31. ſum non minùs dilucidè tradit lib. de Bono Perſever. cap. 7. dicens:
'Nihil nobis reliquit, in quo tanquam in noſtro gloriemur: ſiquidem
,& vt non diſcedamus à Deo, non oſtendit dandum eſſe niſi à Deo,
,cùm poſcendum oſtendit à Deo: Qui enim non infertur in tentatio-
,nem, non diſcedit à Deo. Non eſt hoc omninò in viribus liberi arbi-
,trij, quales nunc ſunt: fuerat in homine antequam caderet. Quæ
,tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præſtantia quã-
,tum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum ſuis cadente in
,veritate ſteterunt, & ad ſecuritatem perpetuam non cadendi, in qua
,nunc eos eſſe certiſſimi ſumus, pervenire meruerunt. Poſt caſum au-
,tẽ hominis, non niſi ad gratiã ſuã Deus voluit pertinere, vt homo ac-
,cedat ad eum; neque niſi ad gratiam ſuam voluit pertinere, vt homo
Eph. 1.11. ,non recedat ab eo. Hanc gratiam poſuit in illo, *quo ſortem conſecuti*
,*ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius qui vniverſa operatur*: Ac per
,hoc ſicut operatur vt accedamus, ſic operatur ne diſcedamus. Propter
Pſal.79.18 ,quod ei per Prophetam dictum eſt, *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ*
,*tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi: & non diſcedimus à te.*
,Iſte certè non eſt Adam primus, in quo diſceſſimus ab eo: ſed Adam
,noviſſimus, ſuper quem ſit manus eius, vt non diſcedamus ab eo'.
Hinc apertiſſimè patet quàm magna ſit diſparitas inter eam inſcri-
ptionem quæ humani vel Angelici arbitrij quantumvis ſani nutabili-
tate nitebatur, & eam quæ divinæ prædeſtinationis firmitate fulcitur:
De qua alibi idem ait: [1] 'Quando promiſit Deus Abrahæ in ſemine [1] *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. c. 10*
Gen.17.5. ,eius fidem Gentium, dicens: *Patrem multarum Gentium poſui te*: vnde
Rom.4.16. ,dicit Apoſtolus, *Idcò ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio Om-*
,*ni ſemini*, non de noſtræ voluntatis poteſtate, ſed de ſua prædeſtina-
,tione promiſit. Promiſit enim quod ipſe facturus fuerat, non quod
,homines: quia etſi faciunt homines bona quæ pertinẽt ad colendum
,Deum, ipſe facit vt illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt vt ip-
ſe faciat quod promiſit'.

4. Noviſſimæ reſcriptionis præ prima inſcriptione excellentiam Eccleſia deprædicat, dum in Actione Sacrificij miſcendo aquam vino ait: *Deus qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabiliùs reformaſti* &c. Inde eſt & illud Gregorij: [m] 'Quid magis memo-
Pſal.144.9 ,riale in Deo quàm miſericordia? De illa namque ſcriptum eſt', *Miſe-*
Pſal.102. ,*rationes eius ſuper omnia opera eius*: &, *Miſericordia Domini ab æterno vſq;*
17. ,*in æternum ſuper timentes eum*. Licet enim hominem mirabiliter condi-
derit, mirabiliùs tamen perditum per filij ſui mortem redemit'. Cui
conſonat & illud Papæ Leonis: [n] 'Mirabilior eſt ſecunda hominum
generatio, quàm prima conditio'. Et Serm. 4. de Nativitate Chriſti
cap. 2. 'Exultent (inquit) in laudem Dei corda credentium, & mira-
,bilia eius confiteantur filij hominum: quoniam in hoc præcipuè Dei
,opere humilitas noſtra cognoſcit, quanti eam ſuus Conditor æſti-

[m] *Greg. in Pſal. 5m. Pœnitent. 7. 13.*

[n] *Leo Serm. 13. de Paſſione c. 1.*

,marit. Qui cùm origini humanæ multum dederit, quòd nos ad ima-
,ginem ſuam fecit; reparationi noſtræ longè amplius tribuit, cùm ſer-
,vili formæ ipſe ſe Dominus coaptavit. Quamvis enim ex vna eadem-
Vide Anſel. l. 2. cur Deus homo. cap. 16. ,que pietate ſit quicquid creaturæ creator impendit, minus tamen
,mirum eſt hominem ad divina proficere, quàm Deum ad humana
deſcendere'. Et Serm. 1. de Aſcenſione Domini cap. 4. 'Ampliora
,(inquit) adepti ſumus per ineffabilem Chriſti gratiam, quàm per
diaboli amiſeramus invidiam'. Conſonat Bernardus lib. de Diligen-
Bernardus. do Deo, ſub finem capitis primi, dicens: 'Quod ſi totum me de-
,beo pro me facto, quid addam pro me refecto: & refecto hoc mo-
,do? Nec enim tam facilè refectus, quàm factus: ſiquidem non ſo-
,lùm de me, ſed de omni quoque quod factum eſt, ſcriptum eſt:
,*Dixit, & facta ſunt.* At verò qui me tantùm ſemel dicendo fecit, in re- *Pſal. 148.*
,ficiendo profectò & dixit multa, & geſſit mira, & pertulit dura; nec 12.
,tantùm dura, ſed & indigna. *Quid* ergo *retribuam Domino pro omnibus*
,*quæ retribuit mihi*? In primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe: &
,vbi ſe dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me
,debeo: quid ergo retribuam pro ſe? Nam etiamſi me millies repen-
dere poſſem, quid ſum ego ad Deum'? Et Serm. 46. de Paſſione:
'Nequaquam decuit nos per alium reformari, quàm per eum per quẽ
,formati eramus. Plus enim nos excitat ad charitatem reformatio,
,quàm formatio. Si ergo per alium quàm per ipſum per quem ſumus
,formati, reformati eſſemus, plus reformatori noſtro quàm formatori
,deberemus: & ſic plus diligeremus creaturam quàm creatorem:
,quod eſſet inconveniens. Vt ergo incitaret nos ad diligendum ipſum
,ex toto corde, & tota anima, ex omnibus viribus noſtris, impendit
,nobis quicquid debuit creando & recreando nos Optimus Deus'.
Propter excellentiam noviſſimæ reſcriptionis præ prima inſcriptione
cenſet Rupertus Dominicam diem ſeu primam ſabbati, Reſurrectio-
ni Chriſti conſecratam, maiore feſtivitate eſſe celebrandam, quàm
ſabbatum Iudæorum, conſummationi operum primæ creationis dedi-
catum: ° 'Quanto (ait ille) præponderet Primæ ſabbati ſanctificatio,
° *Rupert. l. 7. de Diviuis Officiis cap. 19.* ,quæ nobis data eſt, ſanctificationi illi quâ Iudæis ſabbatum ſancti-
,ficatum eſt, ex comparatione cauſarum vel temporum vtriuſque ſan-
,ctificationis advertere licet: diverſis enim ex cauſis longèque im-
,paribus, & ſabbatum Creator noſter benedixit, & primam ſabbati
,idem ipſe Salvator noſter dedicavit. Cauſa namque benedictionis
,ſabbato fuit hæc, quòd *Deus in illo ceſſavit ab omni opere quod patravit:* *Exod. 20.*
,Cauſa verò primæ Sabbati, quòd Deus homo factus in illa reſurre- 11.
,xit a mortuis. Quis hæc longiùs à ſe differre non videat? Si enim
,Dei requies, cauſa ſanctificationis diei eſt, conſequenter vbi maior &
,verior eius requies, illic ſanctificatio copioſior eſt. Itemque vbi ma-
,iorem in operante laborem attendimus, maiorem nihilo minùs in
,ceſſante requiem agnoſcimus. Conſtat verò quia Deus dum conde-
,ret mundum, fatigatus non eſt, vtpote qui omnia per verbum ſuum

operatus

Gen. 1. 6. ,opeaatus est; & vniversa componens, in singulis dixit, *Fiat, & factum* ,*est*. At ipse idem, cùm, vt mundum redimeret, homo factus, vnus* ,idemque Christus Deus & homo, passus, crucifixus, & sepultus est, ,proculdubiò fatigatione non parvâ fatigatus est. Quâ ergo die resur- ,rexit, veramque requiem gloriâ & honore coronatus introivit, lon- ,gè excellentiùs requievit, quàm cùm à mundi creatione cessavit. ,Deus enim non in mundanę creaturę mole visibili, sed in intellectua- ,libus cœlis, id est, in sanctis animabus requiescit. Nunc enim gaudet ,sponsus super sponsam, quam suo sanguine acquisivit: & gaudet su- ,per nos Deus noster, & delectant eum filiæ regum: imò quia vna est ,Ecclesia, illa delectat eum regina, quæ astitit à dextris eius, quam ,& in præsenti prępărat, & vocat amicam; & in futuro, torrente vo- ,luptatis suæ potabit eam. Nulli itaque dubium, quin Prima Sabbati ,tantò vberiùs sanctificata sit, quantò veriùs suam in requiem, quæ ,sanctificationis causa est, Deus & homo Christus resurgens intro- ivit'.

§. Vt primæ inscriptionis & novissimæ rescriptionis discrimen ple- niùs perspiciatur, & huius præ illa firmitas intelligatur, observatu dignus est Papæ Leonis locus, quo geminum Dei propositum memo- rat, & vnius præ altero stabilitatem insinuat: non quòd Deus in se- ipso mutationem vllam subeat, sed quòd vnum eius propositum mu- tationi sui obiecti non obviet, alterum autem eam omninò præpediat: P'Quia gloriabatur diabolus (ait ille) hominem suâ fraude deceptum, ,divinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram ,mortis subijsse sententiam, seque in malis suis quoddam de prævari- ,catoris consortio inveniisse solatium; Deum quòque, iustæ severitatis ,exigente ratione, erga hominem quem in tanto honore condiderat, ,ANTIQVAM MVTASSE SENTENTIAM: opus fuit secreti dispensatione ,consilij, vt incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest suâ be- ,nignitate privari, primam pietatis suæ dispositionem sacramento oc- ,cultiore compleret; & homo diabolicæ iniquitatis astutiâ actus in culpam, CONTRA DEI PROPOSITVM NON PERIRET'. Primum er- go Dei propositum quo humana creatura registro supernæ civitatis inscripta fuit, vsque adeò ex Leonis mente non erat fixum, vt reipsa fuerit mutatum: non quòd intrinsecè in semetipso nutarit, sed quòd ob deficientem in obiecto conditionem non obligarit. Atque hoc est quod ait Leo, 'Deum erga hominem, quem in tanto honore condi- derat, ANTIQVAM MVTASSE SENTENTIAM'. Alterum verò propo- situm, prævisione humani lapsus posterius, nulli existit mutationi obnoxium, quia nullâ conditione per defectibilem hominis voluntā- tem principaliter implendâ subnixum. De hoc Dei proposito extat rom. 8. 28. illud Apostoli oraculum, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundùm* PROPOSITVM *vocati sunt sancti.* Nam non hominis, sed Dei propositum intelligendum hìc esse, probat ex professo Augusti- nus lib. 2. ad Bonifacium cap. 9. & lib. de Corrept. & Gratia cap. 7.

P *Leo Ser. 1. de Nativit. c. 1.*

Vide Aug. l. 15. de Civit. c. 25. & lib. 17. c. 7. & l. 83. qq. q. 52. & Greg. lib. 20. Moral. cap. 21. & Chrysost. Homil. 22. in Gen. & Rupert. l. 4. in Genes. c. 15. & Bern. Ser. 1. de Annunciat. versùs finem, & Theodoret. q. 50. in Genesim.

Ex

Ex hocce Dei proposito prodit peculiaris electorum vocatio, quæ eodem Apostolo attestante, *sine pœnitentia est.* Et vide quantum interfit inter Dei propositum vnde prima hominis prodijt institutio, & vnde novissima eiusdem emanavit restauratio. In Genesi quippe legimus, *pœnituisse Deum quòd hominem fecisset in terra*: Apostolus verò alterius propositi immobilitatem inculcans: *Sine pœnitentia*, inquit, *sunt dona & vocatio Dei*: hoc est, vt Augustinus interpretatur, [q] 'Sine mutatione stabiliter fixa sunt'. Sine mutatione vtique non solùm ex parte ipsius propositi, sed etiam ex parte obiecti quod respicit. Vnde tanta disparitas antiqui & novissimi propositi, vt Leo Papa dicat, Deum erga hominem *antiquam mutasse sententiam*, & Scriptura ipsa testetur, *Deum pœnituisse quòd hominem fecisset in terra*; cùm è contrario Apostolus protestetur, *sine pœnitentia esse dona & vocationem Dei*; nisi quòd antiquum penderet ex cõditione per hominis voluntatem principaliter adimplenda, novissimum autem ab eiusmodi conditione fuerit prorsus independens? Peccante itaque homine deleta est antiqua inscriptio, sic tamen vt ei substitueretur indelebilis rescriptio: [r] 'Prudens Scriptor (ait quidam) Scripturam veterem sic vult delere, vt non membranam vel tabulam velit pariter abolere: sed vt salvâ basi quasi prioris & immobilis fundamenti, aliud ædificium imponatur stabilioris vtique firmamenti. Vnde quidam ethnicus cùm discipulum edoceret, & ad corrigendum priora diligentiùs admoneret, sic ait: *Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint scripturus.* Vult poëta sapiens, vt si quod scriptũ est congruere proposito non videtur, prudens scriptor delere non gravetur; vt cùm diligentiùs inconvenientia corrigetur, quod reliquum est convenientiùs reservetur. Sed quia non tam poëtarum quàm Prophetarum testimonia religiosis auribus æstimo complacere, locutus Deus in manu Prophetarum asserit etiam se delere, vt verso stylo tabula non destruatur, sed cùm illa plana fuerit, durabilior littera rescribatur: *Delebo*, inquit, *Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam crebriùs stylum super faciem eius.* Ac si dicat: Non placet quod scriptũ est, & ideò non mihi scripturam huiusmodi reservabo, sed stylo ducto crebriùs & prava dirigam & aspera complanabo, ibique scripturam meliorem explanans legibiliter exarabo. De quali scriptura dicit ad Habacuc: *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit.* Rectè ergo se delere Deus hominem asseverat, in quo, *quia caro est*, nequaquam eius spiritus perseverat: quia & eius spiritu scribuntur non delebili atramento, quicunque indelebiliter ascribuntur fixo fidei fundamẽto: sicut Paulus ad Corinthios ait: *Vos estis Epistola Christi, scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi*'. Hoc itaque spiritu velut stylo rescripti sunt in Hierusalem, quibus dictum est, *Nomina vestra scripta sunt in cœlis*: quorum cœtum Apostolus vocat *Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis.* Non enim de prima inscriptione omnibus indiscriminatim cõmuni, sed de novissimâ rescriptione prædestinatis ac secundùm

[q] *Aug. de Prædest. sanct. cap. 16.*

[r] *Philip. Bonespensis lib. de Obedientia Cleric. cap. 6.*

Horatius.

Rom. 11. 29.

Gen. 6.

Hab. 2.

Gen. 6.

2. Cor. 3.

Luc. 10.

Hebr. 12.

dùm propoſitum vocatis peculiari ſermo eſt: [s] 'Quorum cordibus (vt ,Proſper ait) Deus ſuam inſerit voluntatem; & ſtylo Spiritus Sancti ,quicquid in animæ paginis diabolus invidendo falſavit, veritas miſe-,rendo reſcribit'. Atque ita impletur quod Nazianzenus de fictore ac refictore noſtro ait: [t] 'Quemadmodum nos primùm creavit, ita crea-,tos inſtauravit ac refinxit; & quidem figmento diviniore, primumq; figmentum ſuperante'.

[s] *Proſp lib. 1. de Vocat. Gentium c. 8. in Additamento Cambronenſi.*

[t] *Nazian. Orat. 40. ſub initium.*

6. Si cui porrò mirum aut incredibile videtur, Deum erga hominem quem in tanto honore condiderat, antiquam mutaſſe ſententiam; Angelos attendat apoſtatas, qui quùm vniformi cum reliquis providentiâ ad cœleſtes ſedes occupandas creati fuiſſent, mutatâ in contrariũ antiquâ ſententiâ, ſempiterno exilio irreparabiliter ſunt mulctati: [u] 'De Angelis quidem (ait Fulgentius) hoc Deus diſpoſuit, & imple-,vit, vt ſi quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam ,divino munere repararet. Pars itaque Angelorum, quæ à ſuo crea-,tore Deo, quo ſolo bono beata fuit, voluntaria prorſus averſione ,diſceſſit, æquitatis ſupernæ iudicio initium ſuæ damnationis in ipſa ,averſione voluntatis invenit: vt non aliud ei eſſet incipere iam pu-,niri, quàm illius beatifici boni dilectione deſtitui: quam Deus in ,æterno ſic totam præcepit remanere ſupplicio, vt etiam ignem ei æ-,ternum præpararet: in quo omnes illi prævaricatores Angeli nec ma-,lâ poſſint vnquam voluntate carere, nec pœnâ; ſed permanente in ,eis iniuſtæ averſionis malo, permaneret etiam iuſtæ retributionis æ-,terna damnatio. Horum malorum princeps diabolus primos homi-,nes ad peccati præcipitium invidus duxit; nec eis tantùm, ſed & vni-,verſæ propagini eorum cum vitio peccati meritum mortis inſeruit. ,Deus autem miſericors & iuſtus, ſicut diabolo & Angelis eius pro-,priâ voluntate cadentibus cæteros Angelos in ſuæ dilectionis æterni-,tate firmavit: ſic etiam humani generis maſſam non totam in ſempi-,ternum perire permiſit; ſed quos voluit eius gratuita bonitas, repul-,ſis tenebris, in quibus omnis humana nativitas peccati originalis ,condemnatione verſatur, reducendos prædeſtinavit ad lucem: in eo ,præcipuè demonſtrans, quòd iſtos originalis peccati vinculis inde-,bita gratia liberatoris abſolveret; cùm alios, & quàm maximè par-,vulos, quibus nulla poſſunt vel bona vel mala ineſſe propria merita voluntatis, inſolubili nexu æterna damnatio retineret'. An fortè putabimus diſparis ſortis fuiſſe Angelos & homines ex vi primæ inſcriptionis, vt proinde Deus nequierit ſalvâ iuſtitiâ ac rectitudine primi ſui propoſiti perpetuo exilio homines vniverſos cum angelis apoſtatis mulctare? Non ita cenſet qui apertiſſimè ait: [w] 'Etſi quidem in ,melius hominum reformationem nullam prorſus eſſe Deus voluiſſet, ,ſicut impiorum nulla eſt Angelorum: nonne meritò fieret, vt natu-,ra quæ Deum deſeruit, quæ præceptum ſui Creatoris, quod cuſto-,dire facillimè poſſet, ſuâ malè vtens poteſtate calcavit atque tranſ-,greſſa eſt, quæ ſui in ſe Creatoris imaginem ab eius lumine contumaciter

[u] *Fulg l. de Fide ad Pet. c. 3.*

Præoccupatio.

[w] *Aug. Enchir. cap. 27.*

,citer averſa violavit, quæ ſalubrem ſervitutem ab eius legibus malè ,libero abrupit arbitrio, vniverſa in æternum defereretur ab eo, & pro ,ſuo merito pœnam penderet ſempiternam? Planè ita faceret, ſi tan-,tùm iuſtus, non etiam miſericors eſſet; ſuamque indebitam miſeri-,cordiam multo evidentiùs in indignorum potiùs liberatione mon-ſtraret'. Vniverſa igitur hominum maſſa cum Angelis defertoribus damnari iuſtè potuiſſet, & damnata fuiſſet, niſi gratuita & non debita miſericordia ſubveniſſet. Sed cur, inquies, miſericordia iſta homini potiùs quàm Angelo impenſa eſt? Reſponderi breviſſimè poſſet: Quia ita Deo placuit: qui, vt in ſimili ait Apoſtolus, *cuius vult miſe-* Rom. 9.
retur, & quem vult indurat. Nihilominùs Scholaſtici ex ſanctis Patri-bus congruentias quaſdam, etſi non convincentes, aſſignant: [x] 'Sicut ,homo (ait Anſelmus) non potuit reconciliari, niſi per hominem ,Deum, qui mori poſſet, per cuius iuſtitiam Deo reſtitueretur quod ,per peccatum hominis perdiderat: ita Angeli damnati non poſſunt ,ſalvari niſi per Angelum * Domini, qui mori poſſit, & qui per iuſti-,tiam ſuam Deo reparet, quod aliorum peccata abſtulerunt. Et ſicut ,homo per alium hominem, qui non eiuſdem generis, quamvis eiuſ-,dem eſſet naturæ, non debuit relevari: ita nullus Angelus per aliũ ,ſalvari debuit, quamvis omnes ſint vnius naturæ, quoniam non ſunt ,eiuſdem generis, ſicut homines: non enim ſic ſunt omnes Angeli de ,vno Angelo, quemadmodum omnes homines de vno homine. Hoc ,quoque removet eorum reſtaurationem, quia ſicut ceciderunt nullo ,alio ſuadente vt caderent, ita nullo alio adiuvante reſurgere deberent; ,quod eſt illis impoſſibile; aliter enim in dignitatem quam habituri ,erant non poſſent reſtitui; quoniam ſine alieno auxilio per poteſtatem ,ſuam quam acceperant, ſtetiſſent in veritate, ſi non peccaſſent. Qua-,propter ſi quis opinatur, Salvatoris noſtri redemptionem vſque ad il-,los aliquando debere extendi, rationabiliter convincitur, quia irra-,tionabiliter decipitur. Quod non dico, quaſi pretium mortis eius ,omnibus hominum & Angelorum peccatis ſua magnitudine non pre-,valeat, ſed quoniam perditorum Angelorum relevationi immutabi-lis ratio repugnat'. Sanctus Gregorius lib. 4. Moralium cap. 9. pro congruentia reſtaurationis hominum præ Angelis aſſignat maiorem infirmitatem hominum præ Angelis. Vbi tamen non tam privativa quàm negativa intelligi debet infirmitas: neque enim homo privati-vam infirmitatem habuit vt caderet. Idem rurſus ibidem capite pro-ximè ſequenti aliam aſſignat rationem: 'Quia nimirum (inquiens) Angelus ſuâ malitiâ cecidit, hominem verò aliena proſtravit'. Sed quanquam hæ rationes congruentiam quandam præ ſe ferant, non ta-men intentum evincunt: vtraque enim ſuo quodam modo locum ha-bet in dæmonibus inferioribus: qui vtique infirmiores ſunt ſuperio-ribus; non quidem ex geſtamine carnis, vt homines; ſed ex conditione naturæ: ac præterea ijdem proſtrati ſunt ex ſuggeſtio-ne ſuperiorum, vel ſaltem ſuperioris: vt tradit Angelicus Doctor

Dubium.

Deciſio.

[x] *A ſel. l. 2. cur Deus homo c. 21.*

* *Fortè Deum.*

Gregorius.

1. p.

. p. q. 63. ar. 8. & q. 64. ar. 2. ad 4.m Tertia congruentia ſtatuitur
i eo quod Dæmones ſinguli perſonaliter peccarint, homines autem
x Adam deſcendentes non niſi originaliter primum peccatum hære-
litarint. Verùm hæc congruentia in primis hominibus vacat, quos
amen miſericorditer redemptos fuiſſe vix dubium eſt. Quartam con-
;ruentiam ex Auguſtino Enchiridij cap. 29. aſſignat Magiſter Sent.
ib. 2. Diſt. 21. §. 6. 'Angelica natura (inquiens) quoniam non tota
perierat, ſed ex parte perſtiterat, non eſt redempta: Humana verò to-
ta perierat, & ideò ne penitùs repentè perderetur, ex parte redempta
:ſt, vt inde ruina ſuppleretur angelica'. Hanc congruentiam Ange-
icus Doctor in 2.m Diſt. 7. q. 1. ar. 2. infirmat ex eo, quòd pari ra-
:ione Angelicæ ſpecies, quæ totæ perierunt iuxta communem ſen-
:entiam aſſerentem ſingulos Angelos ſingulas conſtituere ſpecies, re-
parari debuiſſent: quod cùm factum non ſit, abſque vlla indecentia
non fieri etiam in hominibus potuit. Quintam congruentiam non-
nulli rimantur ex præcellentia Angelicæ naturæ præ humana. Cùm
enim Angeli ſint ſublimioris naturæ, eorum ruinas per homines ſub-
limatos ſuppleri congruum fuit: ruina verò hominum ſuppleri per
inferioris naturæ ſublimationem non potuit, eò quòd in genere in-
tellectualium & beatificabilium naturarum homo infimum ordinem
teneat. Sed huius congruentiæ inefficacia inde patet, quod Angelica
ruina reſtaurari potuerit per alios Angelos, ſive æquales, ſive inferio-
res ijs qui ceciderunt: vt ex Auguſtino lib. 3. de libero Arbitrio cap.
12. ſuperiùs indicavimus. Accedit quòd hæc congruentia non oſten-
dat cur ruina dæmonum ſuperiorum non fuerit reſtaurata per repara-
tionem dæmonum inferiorum miſericorditer ſublimandorum; & rui-
na infimi dæmonis per alium Angelum inferioris ſortis divinitùs
creandum: ſed nec oſtendat cur ruina hominum non fuerit reſtaura-
ta per alios homines noviter à Deo non ex ſtirpe Adami creandos;
vel ſaltem per inferioris ſortis creaturas, intellectuales quidem, ſed
hominibus ſenſualioreſ. Non enim conſtat an humanus intellectus
infimum gradum teneat intra ordinem intellectuum divinitùs crea-
bilium. Sexta congruentia petitur ex eo, quòd Angelus ſit magis in-
flexibilis quàm homo. Hanc innuit Angelicus Doctor, vbi ait:
y 'Diabolus non ſolùm non poteſt per ſeipſum reſurgere à peccato, ſi-
,cut nec homo: ſed vlteriùs ſecundùm modum naturæ ſuæ competit
,ei vt immobiliter inhæreat ei quod per propriam voluntatem elegit.
,Et ideò peccatum eius eſt magis irremediabile, quàm peccatum ho-
minis'. Septima congruentia petitur ex perfectione vniverſi, ad quam
magis cõducere videtur reparatio hominũ quàm Angelorũ: quia nimi-
rum, vt Gregorius Homil. 29. in Evãgelia teſtatur, homo quodãmodo
eſt omnis creatura: ac per hoc omnis creatura in homine quodãmodo
reparatur: Quod locum non habet in Angelis, qui ſunt puri ſpiri-
tus, nec quidquam de corporeis creaturis involvunt. Cæteras con-
gruentias commemorare omittimus, quæ facilè excogitari vltra prę-

y D. Tho. q. 16. de Malo ar. 5. ad 6.m Vide eundem 1. p. q. 64. ar. 2.

dictas possunt: & quæ perinde ac istæ non evincunt intentũ, sed plausibiliter suadent. Vnica itaque irrefragabilis ratio restaurandi homines potiùs quàm Angelos est Dei voluntas: qui teste Apostolo, *cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* Cui rationi insistendo faciliùs ostenditur quomodo gratis ac purè liberaliter sortem consecuti simus in Christo, cùm parẽ haberemus causã cum exortibus. Innuit hoc ipsum Apostolus, vbi ait: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* In quem locum inquirit Chrisostomus: [z] 'Cur non dixit, Suscepit; Sed vsus est hac dictione, Apprehendit'? Et respondet continuò: 'A metaphora eorum qui persequuntur aversos, & omnia faciunt vt fugientes comprehendant, & resilientes apprehendant'. Cùm itaque Angeli & homines à Deo per peccatum recessissent, homines insecutus est, & apprehensos reduxit: Angelos verò dimisit ingredi vias suas: imò verò, vt Petrus Apostolus perhibet, *Rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos.* Non ait, in pristinum domicilium retraxit, sed *Detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Homines ergo funiculis cœli ad se retraxit, Angelos autem rudentibus Inferni in tartarum detraxit. Cur ita fecit, nisi quia ita voluit?

Hebr. 2. 16.

2. Pet. 2. 4.

[z] *Chrysost. Hom. 5. in Epist. ad Hebræos. Vide Oecumenium in caput 2. ad Hebræos, & Greg. l. 4. Moral. c. 11. & 12.*

CAPVT IX.

Proponuntur argumenta quibus prima inscriptio civium Hierosolymitanorum existimari posset in omnibus esse gratuita & independens ab omni conditione per inscribendos principaliter implenda, idque pro omni statu creaturæ rationalis.

I. NVnc discutienda sunt motiva quibus nonnulli inducti sunt ad opinandum, electionem Angelorum & hominum ad beatitudinem antecessisse prævisionem tam Angelicæ perseverantiæ quàm humanæ inobedientiæ. Arguitur itaque inprimis ex Angelici Doctoris authoritate, apertissimè pronuntiantis: [a] 'Prædestinari convenit Angelis, sicut & hominibus'. Cùm igitur in Confesso apud Theologos omnes sit, prædestinationem importare non qualecunque Dei propositum, sed fixum & absolutum; consequenter apparet, Deum fixo proposito elegisse Angelos perinde ac homines ad gloriam cœlestem. Nec satisfit dicendo, Angelicum Doctorem loqui de prædestinatione præsupponente præscientiam meritorum & perseverantiæ. Nam inferiùs ibidem ar. 7. in corpore: 'Numerus prædestinatorum, (inquit) certus Deo dicitur non solùm ratione cognitionis, quia scilicet scit quot sint salvandi: sic enim Deo certus est etiam numerus guttarũ pluviæ, & arenæ maris: sed ratione electionis, & diffinitionis cuiusdam'. Hanc porrò diffinitionem non subsequi sed antecedere præscientiam futurorum, indicat inferiùs ibidem, eam vocans *præfinitionem*, & quidem *principalem*: 'Certus est Deo (inquit) numerus prædestinatorum, non solùm per modum cognitionis, sed etiam per

Obiectio. 1ª.

[a] *D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 1. ad 3.m*

Evasio.

Præcluditur.

Digitized by Google

per modum cuiuſdam PRINCIPALIS PRAEFINITIONIS'. Unde cùm ex altero eiuſdem teſtimonio priùs poſito conſtet, Angelos comprehendi in numero prædeſtinatorum perinde ac homines, conſequens omninò eſt, eos fuiſſe ad gloriam prædefinitè deſtinatos antecedenter ad præſcientiã meritorũ aut perſeverantiæ. Alioquin enim nõ aliâ ratione certus eſſet Deo prædeſtinatorũ, quàm reproborũ numerus: Nam etiam horum numerus ei certus eſt ex præfinitione pœnæ quâ præſcientialiter plexurus eſt ipſos. Et tamen verbis proximè citatis author adiungit: 'Non ſic autem omninò eſt de numero reproborum, ,qui videntur eſſe præordinati à Deo in bonum electorum, quibus *omnia cooperantur in bonum*': Quia vtique *ſecundùm propoſitum vocati ſunt:* propoſitum autem gratuitum & anteceſſorium, non futurorum præſcientiâ ſubnixum, ſed ex pura benevolentia conceptum. Quâ nimirum benevolentiâ, vt præcedente capite dictum eſt, decrevit creaturam rationalem certo ac præfixo numero condere, ac ſuæ beatitudinis participem reddere. Vnde & ipſa electorum creatio ex hoc propoſito prodiiſſe videtur. Ac per hoc non poteſt hoc propoſitum ſubniti præſcientiâ, ſiquidem hæc præſupponit futuritionem præſciendorum. Si autem futuritionem, proculdubiò & propoſitum creationis ipſorum. Neque verò dici hìc poteſt, Angelicum Doctorem loqui de electorum numero formaliter quoad quotam, non autem materialiter quoad perſonas. Nam ibidem ſuperiùs in corpore Articuli, cùm dixiſſet: 'Dicendum quod numerus prædeſtinatorum eſt certus: ſed ,quidam dixerunt, eum eſſe certum formaliter; vt puta ſi diceremus, ,certum eſſe quod centum vel mille ſalventur, non autem quod hi vel illi': mox ſubdidit: 'Sed hoc tollit certitudinem prædeſtinationis, de ,qua iam diximus. Et ideò oportet dicere quòd numerus prædeſtinatorum ſit certus Deo non ſolùm formaliter, ſed etiam materialiter'. Qui rurſus quæſt. 3. de Veritate ar. 4. in corpore, abſurdam aſſerit eſſe eorum ſententiam qui exiſtimant, prædeſtinatorum numerum non materialiter ſed duntaxat formaliter eſſe Deo certum: 'Si hæc opinio ,(inquit) loquatur de certitudine per comparationem ad cauſam pri- ,mam, ſcilicet Deum prædeſtinantem, ipſa apparet ABSVRDA. Ipſe ,enim Deus habet certam cognitionem de numero prædeſtinatorum ,formali & materiali: ſcit enim quot, & qui ſalvandi ſunt; & vtrumq; ,infallibiliter ordinat: vt ſic quantum eſt ex parte Dei reſpectu vtriuſ- ,que numeri inveniatur certitudo non ſolùm cognitionis, ſed etiam ordinis'. Quod hìc ait, *ſed etiam ordinis*, hoc in Summa ſuperiùs citata dixerat, *ſed per modum cuiuſdam principalis præfinitionis.* Vnde & inferiùs loco iam citato diſtinguens certitudinem numeri prædeſtinatorum à certitudine numeri reproborum: 'Hæ duæ certitudines (in- ,quit) differunt: quia certitudo prædeſtinationis eſt certitudo cogni- ,tionis & ordinis, certitudo autem præſcientiæ eſt certitudo cogni- ,tionis tantùm. Non enim Deus præordinat ad peccandum homines reprobos, ſicut prædeſtinatos ordinat ad merendum'. Et rurſus inferiùs

Evaſio.

Præcluditur.

feriùs in reſponſione ad 7.[m]: 'Bonitas divina (inquit) non communi-
,cat ſeipſam niſi ſecundùm ordinem ſapientiæ: hic eſt enim optimus
,communicandi modus. Ordo autem divinæ ſapientiæ requirit, vt
,*omnia ſint facta in numero & pondere & menſura*, vt dicitur Sapiẽtiæ 11. Sap. 11. 21.
,Et ideò convenit divinæ Sapientiæ vt ſit certus prædeſtinatorum
numerus'.

Obiectio. 2.ª Arguitur denuò ex authoritate eorum quos magno numero coacervavimus cap. 7. §. 1. & 2. aſſerentes, Deum idcircò rationales creaturas condidiſſe, vt ſuæ eas beatitudinis redderet participes. Hinc quippè apparet, earum creationem proceſſiſſe ex propoſito eas beatificandi. Quòd ſi reſpondeas, id verum eſſe de propoſito inefficaci, ſaltem quoad perſonas, etſi efficaci quoad numerum præfixum: Obſtabit tibi eorum Patrum authoritas, qui ſignatè affirmant, propoſitum illud vſqueadeò fuiſſe efficax, vt propter eius impletionem Deus hominem induerit. Ex his eſt Papa Leo, qui loquens de Dominicæ Jncarnationis Myſterio: [b] 'Opus fuit (inquit) ſecreti diſpenſatione con-
,ſilij, vt incommutabilis Deus, cuius voluntas non poteſt ſuâ beni-
,gnitate privari, primam pietatis ſuæ diſpoſitionem Sacramento oc-
,cultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis aſtutiâ actus in
culpam, CONTRA DEI PROPOSITVM NON PERIRET'. Quibus verbis apertè indicari videtur, quòd diabolus hominem ſeducendo tentaverit primam divinæ pietatis diſpoſitionem invertere, divinumq; propoſitum provehendi homines ad beatitudinẽ reddere irritum: ſed quod è contrariò Deus Incarnationem filij ſui decreverit ad complendam PRIMAM PIETATIS SVAE DISPOSITIONEM, ne aſtutiâ diaboli perirent, quos ad beatitudinem provehere conſtituerat: fixo vtique conſtituto ſeu propoſito, quod nullâ hoſtili machinatione infirmari poſſet. Nam ſi de conditionato duntaxat aut inefficaci propoſito ſermo eſſet, non magis ei adverſaretur hominum perditio quàm dæmonum damnatio: ſiquidem Deus conditionato & inefficaci propoſito ſtatuerat dæmones ad beatas ſedes provehere: ſi nimirum in veritate ſtare voluiſſent. Leoni hac in parte ſubſcribit Anſelmus, cùm loquens de diſpenſatione Dominicæ Jncarnationis ait: [c] 'Nonne ſa-
,tis neceſſaria ratio videtur, cur Deus ea quæ dicimus facere debue-
,rit: quia genus humanum, tam prerioſum opus eius, omninò pe-
,rierat: nec decebat, vt quod Deus de homine propoſuerat, penitùs
,annihilaretur: nec idem eius propoſitum ad effectum duci poterat,
niſi genus humanum ab ipſo creatore ſuo liberaretur'. Et lib. 2. eiuſdem Operis cap. 5. 'Non illum latuit (inquit) quid homo facturus
,erat, cùm illum fecit: & tamen bonitate ſuâ illum creando, ſponte
ſe vt perficeret incœptum bonum quaſi obligavit'. Et rurſus cap. proximè præcedente ibidem: 'Neceſſe eſt vt de humana natura perficiat quod incœpit'. Et inferiùs cap. 15. 'Rationabilis neceſſitas oſtendit, ex hominibus perficiendam eſſe ſupernam civitatem'. His conſentanea ſunt quæ ſcribit Jrenæus, vetus Scriptor, & Apoſtolorum tempo-

Evaſio. Præcluditur.

[b] *Leo Ser. 2. de Nativit. cap. 1.*

[c] *Anſel. l. 1. cur Deus homo c. 4.*

2.

temporibus vicinus:[d] 'Sicut Deus (inquiens) patienter sustinuit absor- [d] *Irenæus l. 3. cap. 22.*
,beri Ionam à ceto, non vt absorberetur & in totum periret, sed vt
,evomitus magis subigeretur Deo, & plus glorificaret Deum qui in-
,sperabilem salutem ei donasset, & firmam pœnitentiam faceret Ni-
,nivitis, vt converterentur ad Dominum qui eos liberaret à morte,
,cõterritos ab eo signo quod factum erat circa Ionam, quemadmodum
ion. 3. 8. ,Scriptura de his dicit, *Et reversi sunt unusquisq; à via sua mala & iniusti-*
79. ,*tiâ quæ erat in manibus eorum, dicentes: Quis scit si convertatur Dominus, &*
,*avertat iram suam à nobis, & non peribimus?* Sic & ab initio patiens
,Deus hominem absorberi à magno ceto, qui fuit author prævarica-
,tionis, non vt absorptus in totum periret, sed præstruens & præpa-
,rans adinventionem salutis quæ facta est à verbo per signum Ionę his,
,qui eandem cum Iona de Deo sententiam habuerunt, & confessi fue-
ma. 1. 9. ,runt, & dixerunt: *Servus Domini ego sum, & Dominum Deum cæli ego*
,*colo, qui fecit mare & aridam*: vt insperabilem homo à Deo percipiens
salutem, resurgat à mortuis, & clarificet Deum'. Quæ comparatio
non aliter videtur subsistere, quàm si astruatur in Deo efficax & abso-
lutum humanæ salvationis propositum antecedenter ad decretum
permittendi humanum lapsum; sicut in ipso fuit propositum efficax &
absolutum corripiendi ac corrigendi Ninivitas per Ionam, antece-
denter ad decretum permittendi devorationem Ionæ à ceto. Quod
quidem propositum astruere videtur idem Irenæus cap. 33. eiusdem
libri, dicens: 'Omnis dispositio salutis quæ circa hominem fuit, se-
,cundùm placitum fiebat patris; vt non vinceretur Deus, neque infir-
,maretur ars eius. Si enim qui factus fuerat à Deo homo vt viveret,
,hic amittens vitam, læsus à Serpente qui depravaverat eum non re-
,verteretur ad vitam, sed in totum proiectus esset morti; victus esset
Deus, & superasset serpentis astutia voluntatem Dei'. Quæ verba
omninò confirmant quod ex similibus Papæ Leonis verbis hìc suprà
deduximus: nec vllo modo exponi possunt de inefficaci aliquo aut
conditionato divinæ voluntatis proposito. Nam huiusmodi propositum facilè irritari potest præpediendo conditionem sub qua concep-
tum fuerat: vt patet ex casu dæmonum, quos Deus conditionatè
proposuerat beatificare; si nimirum in veritate stare voluissent. Quando igitur Irenæus asserit, Deum fuisse astutiâ diaboli vincendum si
homo non reduceretur ad vitam ad quam fuerat primitùs conditus,
satis apertè innuit, Deum primitùs proposuisse efficaciter & absolutè,
hominem salvare: idque antecedenter ad præscientiam diabolicæ ten-
tationis, aut humanæ prolapsionis. Quod & ipse Irenæus ibidem su-
m. 5. 14. periùs indicat, dicens: 'A Paulo *Typus futuri* dictus est Adam, quoniã
,futuram circa filium Dei humani generis dispositionem in semetip-
,sum fabricator omnium Verbum præformaverat, PRAEDESTINANTE DEO PRIMVM HOMINEM ANIMALEM, videlicet vt à Spirituali
SALVARETVR'. Nec satisfit, dicendo, sermonem hìc esse de prædestinatione præsupponente hominis lapsum à Deo prævisum. Huic Evasio.

quippe

Præcluditur. quippe evaſioni obſtant verba ibidem ab Irenæo ſubtexta, dicente: 'Cùm præexiſteret Salvans, oportebat & quod ſalvaretur fieri'. *Fieri*, inquit: non, *Redimi*. Ac per hoc loquitur de prædeſtinatione ex qua promanavit creatio ipſa hominis, & non ſola redemptio'.

Obiectio 3.ª Arguitur tertiò ex authoritate Auguſtini, vnde Papa Leo ſuam videtur hauſiſſe ſententiam præcedente §. relatam: [c] 'Quia Deus (ait ille) cuncta præſcivit, & ideò hominem quoque peccaturum ignorare non potuit: ſecundùm id quod præſcivit atque diſpoſuit, civitatem ſanctam debemus aſſerere, non ſecundùm illud quod in noſtram cognitionem pervenire non potuit, quia in Dei diſpoſitione non fuit. Nec enim homo peccato ſuo divinum potuit perturbare conſilium, quaſi Deum quod STATVERAT mutare compulerit: cùm Deus præſciendo vtrumque prævenerit, id eſt, & homo, quem bonum ipſe creavit, quàm malus eſſet futurus; & quid boni etiam ſic de illo eſſet ipſe facturus'. Vbi ſignanter notanda ſunt illa verba: 'Nec enim homo peccato ſuo divinum potuit perturbare conſilium, quaſi Deum quod ſtatuerat mutare compulerit'. Non enim hìc ſermo eſt de conſilio vel ſtatuto Dei præſupponente præſcientiam humani lapſus, ſed potiùs eam præcedente: quo nimirum diſpoſuit extruere civitatem ſanctam ex Angelis & hominibus tanquam vivis & electis lapidibus. Quod quidem conſilium ſeu ſtatutum Dei nihil aliud fuit quàm prædeſtinatio civium in ſupernam civitatem provehendorum. Unde & idem Auguſtinus capite proximè præcedente ibidem meminit expreſsè prædeſtinatorum ſanctorum qui perſeverante innocentiæ ſtatu provehendi fuiſſent: 'Quàm fœlices (inquit) erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommodis: tam fœlix vniverſa ſocietas eſſet humana, ſi nec illi malum quod etiam in poſteros traijcerent, nec quiſquam ex eorum ſtirpe iniquitatem committeret quæ damnationem reciperet. Atque iſta permanente fœlicitate, donec per iſtam benedictionem, quâ dictum eſt, *Creſcite & multiplicamini*, PRAEDESTINATORVM SANCTORVM NVMERVS COMPLERETVR, alia maior daretur, quæ beatiſſimis Angelis data eſt: vbi iam eſſet certa ſecuritas peccaturum neminem, moriturumque neminem: & talis eſſet vita ſanctorum, poſt nullum laboris, doloris, mortis experimentum, qualis erit poſt hæc omnia in incorruptione corporum redditâ reſurrectione mortuorum'. His verbis continuò ſubtexuntur ea quæ ex capite 11. ſuperiùs hìc commemoravimus: ex quibus iunctim colligi omninò videtur, Auguſtinum agnoviſſe prædeſtinatorium Dei propoſitum atque conſilium, antecedenter ad humani lapſus prævisionem. Neque verò locus iſte exponi poteſt de prædeſtinatione ipſius numeri formaliter; cùm non ſit dictum, prædeſtinatus ſanctorum numerus compleretur, ſed, 'PRAEDESTINATORVM SANCTORVM NVMERVS COMPLERETVR'. Ex quo patet, ſermonem eſſe de numero materialiter ſumpto pro numero numerato, non formaliter pro numero numerante: vt loquitur D. Thomas q. 6. de Veritate ar. 4. in Corpore. Auguſtino

[c] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 11.*

Vide Anſel. lib. 1. cur Deus homo. c. 18. & Rupert. l. 13. in Matth. propè finem.

hac in parte ſubſcribens Rupertus : [f] 'Sicut (inquit) quod dictum eſt, ,*Fiat lux*, ſolos electos Angelos creatori curæ eſſe innuit, & Angelos ,tenebrarum excludit, quanquam & ipſos creaverit : ſic & iſta dictio, 1.26. ,*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ſolos eos com- ,plectitur quos PRAEDESTINAVIT ad vitam ; nec illos admittit, qui ſuperfluè de vitiata poſtmodum radice ſuper numerũ naſcituri erant'. Huic eidem propoſito inferiùs cap. 32. eiuſdem libri accommodat 2.18. quod ſcriptum eſt, *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi* : 'Non conducit (inquiens) ad PROPOSITVM noſtrum, ,eſſe hominem ſolum..PROPOSVIMVS enim PRAESCITOS ET PRAE- ,DESTINATOS de primo homine propagare', ſanctos imagini ac ſimi- ,litudini noſtræ conformes futuros. Ergo VT PROPOSITVM ILLVD ,IMPLEAMVS, *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Adiutorium, inquam, ad multiplicandam PRAEDESTINATAM progeniem ſanctorum'. Et lib. 1. in Deuteronomium cap. 32. 'Generationis (inquit) vel origi- ,nis eorum qui ad vitam PRAEDESTINATI ſunt, cauſa efficiens bene- dictio Dei eſt, dicentis ante peccatum, *Creſcite & multiplicamini*'. Et lib. 2. in Amos ad capitis 2. verſum 4. 'Quos dicimus filios benedi- ,ctionis ? Nimirum illos, quos creatis primis hominibus benedicendo ,iuſſit naſci, ſicut ſcriptum eſt, *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ,ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & faminam creavit eos, bene- ,dixitque illis Deus, & ait : Creſcite & multiplicamini, & replete terram, ,& ſubjcite eam.* Solos nimirum electos ſuos tunc iuſſit naſci : & niſi ,peccatum incidiſſet, ſoli nati fuiſſent vel naſcerentur electi. Quicun- ,que naſcuntur ſuper numerum electorum, vt naſcantur, propter pec- ,catum fit, & peccatum cauſa eſt multiplicitatis eorum ſive multitu- 3.16. ,dinis : quia videlicet propter peccatum mulieri Dominus dixit, *Mul- tiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos*'. Conſona his ſunt quæ papa Gregorius ſcribit, vbi ait: [g] 'Si parentem primum nulla peccati putre- ,do corrumperet, nequaquam ex ſe filios gehennę generaret : ſed hi, ,qui nunc per redemptionem ſalvandi ſunt, ſoli ab illo ELECTI naſce- ,entur'. Quia nimirum ſoli electi, vel vt Rupertus loquitur, PRAEDES- TINATI, ſunt filij benedictionis protoplaſtis innocentibus impertitæ, cùm dictum eſt eis : *Creſcite & multiplicamini.* Vnde & Chriſtus in fi- 25.34 nali Judicio dicturus eſt electis : *Venite* BENEDICTI *Patris mei, poſſi- dete paratum vobis regnum.* Tanquam diceret, Venite filij primæ illius benedictionis, quam Pater meus protoplaſtis impendit innocentibus, vt etiam durante eâdem innocentiâ vos procreaturi fuiſſent : & poſſi- dete regnum quod vobis antecedenter ad prævisum lapſum fixo Dei propoſito fuerat præparatum : quod quidem propoſitum nulla dia- boli aſtutia potuit evertere.

[f] *Rupert. l. 2. in Geneſim cap. 4. Vide eund. lib 13. in Matth. paulò ante finẽ.*

[g] *Greg. lib. 4 Moral. c. 28.*

4. Arguitur quartò evertendo fundamentum oppoſitæ ſententiæ pre- cedente capite deſumptum ex eo, quòd pro primo ſtatu electi ſint Angeli & homines ſub conditione per ipſos principaliter implenda; pro noviſſimo autem ſtatu ſine tali conditione. Evertitur porrò fun- Obiectio 4.ª

damentum iſtud dupliciter: primò oſtendendo conditionis impletionem etiam pro primo ſtatu pependiſſe principaliter ex Deo: Secundò oſtendendo eiuſdem conditionis impletionem non minùs nunc quàm tunc pendere ex electorum arbitrio. Quapropter ſi ex temporali gratiæ donatione & cooperatione argumentari liceat ad æternã Dei prędeſtinationẽ nulla apparebit ratio aſtruendi prædeſtinationẽ pro ſtatu reparationis potiùs quàm pro ſtatu primæ creationis. Priorem modum evertendi dictũ fundamentũ hìc proſequemur, poſterioreẽ in ſubſequẽtibus proponemus. Ac inprimis Angelicus Doctor gratiam prædeterminantem pro omni ſtatu aſtruit neceſſariam cùm ait: [h] 'Nulla ,creatura rationalis poteſt habere motum voluntatis ordinatum ad beatitudinem, niſi mota à ſupernaturali agente'. Et 1. 2. q. 6. ar. 1. ad 3.[m]: 'Omnis motus (inquit) tam voluntatis quàm naturæ à Deo procedit ſicut à primo movente'. Et inferiùs ibidem q. 109. ar. 1. in Corpore: 'Quantumcunque (inquit) natura aliqua corporalis vel ſpi,ritualis ponatur perfecta, non poteſt in ſuum actum procedere, niſi moveatur à Deo'. Et mox infrà ibidem: 'Actio intellectus (inquit) ,& cuiuſcunque entis creati, dependet à Deo quantum ad duo: vno ,modo, in quantum ab ipſo habet perfectionem ſive formam per quã agit: alio modo inquantum ab ipſo movetur ad agendum'. Et rurſus inferiùs ar. 9. in Corpore: 'Nulla res creata poteſt in quemcunq; actum prodire, niſi virtute motionis divinæ'. Et 2. 2. q. 104. ar. 4. in Corpore: 'Sicut Deus eſt primus motor omnium quæ naturaliter moventur, ita etiam eſt primus motor omnũ voluntatum'. Et in 2.[m] Sent. Diſt. 37. q. 1. ar. 2. differens de creaturis liberis: 'Non à ſe (in,quit) habent quòd agant, ſed à primo agente: quod eis & eſſe, & poſſe, & agere confert'. Et q. 2. ar. 2. 'Si voluntas humana actionem aliquã ,poſſet producere cuius actor Deus non eſſet, voluntas humana rationem primi principij haberet'. Et mox ibidem: 'Cuius eſſentia ab alio eſt, oportet quòd virtus & operatio ab alio ſit'. Hoc poſtremum ex Auguſtino deſumptum videtur, qui expreſſiſſimè ait: [i] 'Quia natura ,noſtra, vt eſſet, Deum habet authorem; proculdubiò vt ſapiamus, ,ipſum debemus habere doctorem; ipſum etiam, vt beati ſimus, ſuavitatis intimæ largitorem'. Et ne fortè quis putaret hoc non de ſano, ſed de ſauciato homine eſſe intelligendum, ponderanda eſt illa ratio quam Auguſtinus aſſignat: 'Quia natura noſtra, vt eſſet, Deum habet authorem'. Cùm enim hominis etiam integri author ſit Deus, proculdubiò eiuſdem doctor & inſpirator non eſt niſi Deus. Vnde & idem lib. 19. eiuſdem Operis cap. 25. Cùm dixiſſet: 'Sicut non eſt à carne, ,ſed ſuper carnem, quod carnem facit vivere: ſic non eſt ab homine, ſed ſuper hominem, quod hominem facit beatè vivere': mox ſubdidit: 'Nec ſolùm hominem, ſed etiam quancunque poteſtatem virtutemq; cœleſtem'. Hinc lib. 12. de Civit. cap. 9. Bonam voluntatem cœleſtium Virtutum nequaquam ipſis, ſed Deo authori aſcribendam cenſet:

[h] *D. Th. 1. p. q. 62. ar. 2. in Corpore.*

[i] *Aug. lib. 22. de Civit. c. 24.*

Præoccupatio.

set : ne alioquin illud sequeretur absurdum, creaturam facere seipsam meliorem quàm à Deo facta fuisset : 'Si non potuerunt (inquit) seip-
,sos facere meliores quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quidquam
,facit : profectò & bonam voluntatem, quâ meliores essent, nisi
,OPERANTE ADIVTORIO CREATORIS habere non possent'.
Et paulò infrà ibidem de eadem bona voluntate seu volitione continuans sermonem : 'Istam (inquit) quis fecerat, nisi ille, qui eos cum
,bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhærent, creavit;
,simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam' ? Et adhuc inferiùs ibidem : 'Confitendum est igitur cum debita laude creatoris, non
,ad solos sanctos homines pertinere, verùmetiã de sanctis Angelis posse
.5.5. ,dici, quòd *charitas* DEI *diffusa sit in eis, per spiritum sanctũ qui datus est eis*'.
Vnde & in Confessionibus suis ait ipse Deo suo : [k] 'Quod in primis
.1.3. ,conditionibus dixisti, *Fiat lux, & facta est lux*, non incongruenter hoc
,intelligo in creatura spirituali : quia erat iam qualiscunque vita, quam
,illuminares. Sed sicut non te promeruerat, vt esset talis vita quæ il-
,luminari posset : ita nec cùm iam esset, promeruit te, vt illuminaretur.
,Neque enim eius informitas placeret tibi si non lux fieret, non exi-
,stendo sed intuendo illuminantem lucem, eique cohærendo : vt &
,quòd vtcunque vivit, & quòd beatè vivit, non deberet nisi gratiæ
tuæ'. Et rursus Concione 2. in Psal. 70. ad versum 19. 'In altis (in-
,quit) cœli sunt, in altis Angeli sunt, Sedes, Dominationes, Princi-
,patus, Potestates : tibi debent quòd sunt, tibi debent quòd vivunt,
tibi debent quòd iustè vivunt, tibi debent quòd beatè vivunt'. Et
Concione 2. in Psal. 32. ad versum 6. 'Omnia (inquit) indigent Do-
,mino, & misera, & fœlicia : sine illo miseri non sublevantur, sine illo
,fœlix non regitur. Ergo ne fortè de cœlis quæreres, cùm audires,
.32.5. ,*Misericordia Domini plena est terra* : audi quia Domino & cœli indigent:
,*Verbo Domini cœli solidati sunt*. Nam non à se sibi solidamentum fue-
.32.6. ,runt, nec ipsi cœli firmitatem sibi propriam præstiterunt : *Verbo* DOMI-
,*ni cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Non habuerunt
,aliquid ex se, & tanquam supplementum à Domino perceperunt. *Spi-
ritu* enim *oris eius*, non pars, sed *omnis virtus eorum*'. Eadem penè ad
verbum habet Beda super eodem Psalmo & versu. Consonat & Ba-
silius in Expositione eiusdem Psalmi & versus, dicens : 'Spiritu san-
,cto firmata est omnis virtus cœlestis : hoc est, firmitatem, soliditatem
,ac confirmationem in sanctitate & omni virtute, quę sacras deceat po-
testates, ex Spiritus sancti auxilio habuerunt'. Et lib. 3. contra Euno-
mium circa medium : 'Vt Deus verbum (inquit) creator cœlorum
,est, sic & Spiritus sanctus firmam ac stabilem virtutem cœlestibus
præbet potestatibus'. Accedit & Sophronius Serm. de Assumptione
B. Mariæ, qui circumfertur inter Opera Hieronymi tomo 9. sub titu-
lo Epistolæ 10. ad Paulam & Eustochium, vbi Mariam cum Ange-
lis cœlestibus conferens : 'Angelorum (inquit) quamvis celsior natu-
,ra sit, non tamen gratia maior : quia & ipsi gratuitâ gratiâ, ne corrue-

[k] *Aug. lib. 13. Confess. c. 3.*

Beda. Vide Bernard. Serm. 5. de Verbis Isaiæ. Basilius. Vide eundem l. de Spiritu sancto ad Amphil. cap. 16.

Sophronius.

,rent, ſunt ſalvati. Vnde David: *Verbo Domini*, inquit, *cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*'. Accedit denique Rupertus Ab-

Rupertus. bas lib. de Omnipotentia Dei cap. 6. dicens: 'Non niſi adiuvante ,gratiâ, non niſi dono Creatoris, bonam voluntatem habere, vel Crea-,torem diligere poterat creatura. Dedit quibuſdam donum iſtud bo-,næ voluntatis: & ſcimus, quia taliter, tam validè aliquibus & Ange-,lis & hominibus dedit, vt Angeli quidam, Seraphim, id eſt, ardentes ,vel incendentes, appellari meruerint: homines autem quidam item ,adhuc in terris poſiti, & in carne viventes, ita ardeant, vt multis ten-,tationum aquis, multis tribulationum fluminibus charitas in eis ex-tingui non poſſet'. Et lib. 1. de Victoria Verbi Dei cap. 27. loquês de Angelis ſucis: 'Hæc eſt (inquit) victoria Verbi Dei: quia contra ,principem malignitatis, ne cum illo caderent, ſunt præventi, & reten-ti per ipſum verbum, per quod & fuerant conditi'. Et cap. vltimo eiuſdem libri, de eiſdem diſſerens: 'Fortitudinem Creatoris (in-,quit) in magnæ creaturæ deiectione viderant: gratiam & ,miſericordiam Creatoris eiuſdem in ſemetipſis agnoverunt, quâ ſeſe ,ne & ipſi corruerent, præventos fuiſſe non ignorant. Eiuſdem quip-,pe conditionis cùm eſſent, ſuam in perditione illorum ſalutem, ſta-,tumque retentum, non leviter appendere potuerunt, aut poſſunt'. Quam ſententiam Rupertus didiciſſe videtur ex Gregorio Papa lib. 4.

Gregorius. in librum 1. Regum cap. 1. dicente: 'De Apoſtata primo Angelo ſcri-,bitur, *Ipſe eſt principium viarum Dei*: ſed qui ante omnia conditus eſt, Iob. 40. 14
,per ſuperbiam cecidit; & in eius ruina ſancti Angeli didicerunt, quâ virtute ſtare potuiſſent'. Non vtique virtute propriâ, ſed eius à quo conditi fuerant. In quo ſi primus parens noſter fiduciam ſuam fixiſ-ſet, nequaquam nos ſecum in miſeriam præcipitaſſet: dicente de eo

l Aug. l. 14. de Civit. cap. 27. Auguſtino: 'Si de adiutorio Dei fideret, bonus homo malum An-gelum vinceret'. Ex quibus omnibus confici videtur, in omnibus actibus bonis cuiuſcunque creaturæ pro quocunque ſtatu gratiam Dei tenere principalatum: adeoque omnia merita Angelorum & ho-minum pro quolibet ſtatu eſſe dona Dei. Quod ſi ita eſt, irrefragabi-liter ſequitur, vniverſos qui ad Dei regnum pro quovis ſtatu perve-nire meruerunt, prædeſtinatos ante meritorum ſuorum prævi ſionem

m Fulgent. l. de Incarn. & Gratia c. 31. fuiſſe: quia vt Fulgentius admonet, m 'Dona ſua Deus in æterna at-,que incommutabili habet voluntate diſpoſita: in qua præordi-,navit atque præparavit, & quæ daret, & quibus daret. Ipſe enim ,prædeſtinando præparavit gratiæ donum, qui gratiam donando implet prædeſtinationis effectum'. Et lib. 3. de veritate Prædeſtina-tionis & Gratiæ cap. 4. 'Omnis (ait) qui gratiæ illuminatur munere, ,& verum gratiæ donum ex æternitate prædeſtinationis intelligat, & ,æternam Dei prædeſtinationem ex dono gratiæ ſpiritalis agnoſcat'.

n Aug. l. de Prædeſt. Sanct. c. 10. Cui conſonat Auguſtinus, vbi ait: n 'Inter gratiam & prædeſtina-,tionem hoc tantum intereſt, quòd prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: gratia verò iam ipſa donatio'.

Arguitur

5. Arguitur quintò ex authoritate Apoſtoli, qui ad reprimendum ſuperborum faſtum ait cuidam de ſuis viribus præfidenti: *Quis te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quem Apoſtoli locum Anſelmus cenſet, Angelis accommodari poſſe ac debere, perinde ac hominibus peccato infirmatis. Nam Dialogum *de caſu* DIABOLI inſcriptum, ab hoc titulo auſpicatur: 'Quod etiam ad Angelos dicatur, *Quid habes, quod non accepiſti*'? Ex quo planè apparet, Anſelmum cenſuiſſe, Angelos lucis à Deo accepiſſe non ſolùm perſeverandi poſſibilitatem, ſed ipſam etiam perſeverandi voluntatem: alioquin enim aliquid habuiſſent, quod non accepiſſent, & de quo tanquam de ſuo gloriari potuiſſent; & quidem id quod præcipuum eſt in negotio ſalutis: [o] 'Tunc enim (Auguſtino teſte) vtile eſt velle, cùm poſſumus; & TVNC VTILE EST POSSE, CVM VOLVMVS: nam quid prodeſt, ſi quod non poſſumus, volumus; aut SI QVOD POSSVMVS, NOLVMVS'? Si ergo vel Angeli vel primi homines à ſeipſis habuiſſent perſeverandi voluntatem, & à Deo nudam perſeverandi poſſibilitatem, plus habuiſſent à ſeipſis quàm à Deo: quod Auguſtino abſurdum videtur: vt videre eſt lib. 2. de Peccat. meritis cap. 18. & Serm. 15. de Verbis Apoſt. cap. 11. & Concione 2. in Pſal. 58. verſ. 18. & in Pſal. 144. verſ. 7. Quæ incommoda vt evitentur, neceſſariò dicendum videtur, eos à Deo habuiſſe perſeverandi non ſolùm poſſibilitatem, ſed etiam voluntatem. Quod & ipſe Anſelmus ſine ambiguitate affirmat, cùm de Diabolo loquens, ait: [p] 'Deus dedit illi poteſtatem & voluntatem accipiendi perſeverantiam'. Si enim Deus illa duo dederit DIABOLO, proculdubiò dedit & Angelis ſanctis: quos Auguſtinus teſtatur, [q] 'Ampliùs adiutos, ad eam beatitudinis plenitudinem, vnde ſe nunquam caſuros certiſſimi fierent, perveniſſe'. Quo quidem ampliori adiutorio diſcreti ſunt Angeli lucis ab Angelis tenebrarum, quando DEVS dixit, *Fiat lux.* Vnde & alibi idem Auguſtinus ait: [r] 'Ille diſcernit, qui, cùm tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi, dixit, *Fiat lux, & facta eſt lux: & diviſit*, hoc eſt, diſcrevit *inter lucem & tenebras*'. Hoc ipſum & papa Gregorius aſtruit, vbi ait: [s] 'Omnipotens DEVS ANGELORVM merita diſcernens, alios in æterna luce ſine lapſu permanere conſtituit, alios ſponte lapſos à ſtatu ſuæ celſitudinis in æternæ damnationis vltione proſtravit'. Quò ſpectat & illud eiuſdem alibi: [t] 'Vnigenitus Patris, qui ſurſum eſt firmitas Angelorum, ipſe deorſum factus eſt redemptio hominum: illis fortitudo ne cadant, nobis adiutorium vt ſurgamus poſt caſum'. Conſonat Bernardus Serm. 22. ſuper Cantica, dicens: 'Qui erexit hominem lapſum, dedit ſtanti Angelo ne laberetur: ſic illum de captivitate eruēs, ſicut hunc à captivitate defendens. Et hâc ratione fuit vtrique æquè redemptio, ſolvens illum, & ſervans iſtum'. Et lib. de DILIGENDO DEO, non procul ab initio: 'Qui hominibus ſubvenit in tali neceſſitate, ſervavit ANGELOS à tali neceſſitate: & qui homines diligendo tales, fecit ne tales remanerent, ipſe æquè diligendo dedit & ANGELIS, ne tales fierent'.

Obiectio. 5.ª

Anſelmus. Vide Rich. Victor. l. 1. de ſtatu interioris hominis c. 20. & Cyrill. Alex. l. 1 in Ioan. c. 7. & 20.

[o] *Aug. lib. de Grat. & libero Arb. c. 15.*

[p] *Anſel. Dialog. de caſu Diaboli cap. 3.*

[q] *Aug. l. 22. de Civit. cap. 9.*

[r] *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 7.*

[s] *Greg. l. 15. Moral. c. 32.*

[t] *Greg. Homil. 14. in Exathiel.*

Bernardus.

fierent'. Vbi ſignanter expendenda eſt illa clauſula, *Æquè diligendo*: quâ indicari videtur quòd Deus æquali ſeu æquè efficaci benevolentiâ Angelos ad beatitudinem præordinaverit, ac homines. Alioquin enim ſi Angelos inefficaciter, homines autem lapſos efficaciter ad beatitudinem ordinaſſet, non æquè profectò vtroſque dilexiſſet. Quin imò alibi videtur Bernardus innuere, quòd Deus Angelos præ hominibus dilexerit:[u] 'Superioribus ſpiritibus (inquit) datum eſt ſine peccato & miſeria perdurare; Adæ autem abſque his quidem eſſe, ſed non permanere; nobis verò ne eſſe quidem abſque his, ſed ipſis tamen non cedere'. Vbi particula, *Datum*, in primo membro expreſſa, in reliquis repetenda ſubintelligitur. Ac per hoc ſicut nobis datum eſt, peccato miſeriæque non cedere; ita Adę datum primitùs eſt, abſque peccato miſeriâque ad tempus ſubſiſtere, ſed non perſiſtere; Angelis autē datum eſt, non ſolùm eſſe, ſed & perdurare. Quòd ſi *datum*, proculdubio prędeſtinatum; quia pręſcitum & præparatum. Porrò ſi ſanctorum Angelorum perſeverantia prędeſtinata eſt, ipſi profectò perſeveraturi prędeſtinati ſunt, dicente Fulgentio,[w] 'Dona ſua Deus ſemper in ęterna atque incommutabili habet voluntate diſpoſita: in qua prędordinavit, & quæ daret, & quibus daret'. Cui conſonans Auguſtinus ait:[x] 'Sua dona quibuſcunque Deus donat, proculdubio donaturum ſe eſſe præſcivit, & in ſua prędeſcientia præparavit'. Hanc porrò prędeſtinationem non aliud eſſe quàm prędeſtinationem, probat ex profeſſo ibidem inferiùs, ſubdens: 'Nam in ſua quę falli mutarique non poteſt prędeſcientia, opera ſua futura diſponere, id omninò nec aliud quidquam eſt prędeſtinare'. Hoc & Fulgentius apertiſſimè indicat, vbi ait:[y] 'Sicut ſemper omnia futura & bona & mala prędeſcivit, ſic omnia opera gratię atque iuſtitię ſuę incommutabili prędeſtinatione diſpoſuit'. An fortè Angelorum perſeverantia non fuit opus gratię Dei ex mente Fulgentij? Audi quid de hac re alibi ipſe ſcribat:[z] 'Profectò (ait ipſe de Angelis loquens ad Traſimundum) cognoſcitur, vniformi cunctos opprimi potuiſſe ruinæ conſortio, niſi quos vellet à caſu pravitatis virtus illa defenderet, quæ ſola naturaliter mutari depravarive non poteſt. Ipſa igitur etiam homini reparando fuit neceſſaria: quia non alia ſtantem Angelum à ruina potuit cuſtodire, niſi illa quæ lapſum hominem poſt ruinam potuit reparare. Vna eſt in vtroque gratia operata: in hoc, vt ſurgeret; in illo, ne caderet: in illo, ne vulneraretur; in iſto, vulnus ſanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non ſivit: illius eſca, huius medicina'. Et lib. de Fide ad Petrum cap. 23. de eiſdem Angelis lucis loquens: 'Hoc ipſum (inquit) quòd ab illo ſtatu beatitudinis, in quo ſunt, mutari in deteriùs nullatenus poſſint, non eſt eis naturaliter inſitum; ſed poſtquam creati ſunt, gratiæ divinæ largitate collatum. His conſentanea ſunt quæ ſcribit Franco Affligenienſis Abbas tomo 1. de Gratia Dei ſub initium: 'Nihil in omnibus invenio (inquiens) quod non iure gratiæ referat conditori ſuo: quia & ſapientiâ eius conditum eſt cùm non eſſet, & vt in accep-

[u] *Bern. lib. de Grat. & libero Arb. c. 7.*

[w] *Fulg. l. de Incarn. & Grat. cap. 31.*

[x] *Aug. l. de Bono perſever. c. 17*

[y] *Fulg. l. 3. de Verit praedeſt. cap. 2.*

[z] *Fulg. l. 2. ad Traſimundum cap. 2. & 3.*

Vide Bern. Ser. 5. de Verbis Iſaiæ.

Fran. Affligen.

Digitized by Google

,accepta conditionis ſuæ dignitate perſiſtat, ab ipſo habet. Nam & illa ,in creaturis Dei ſumma, beata beatorum ſpirituum agmina, in mini-,ſterium conditoris ſui miro & ineffabili nobis ordine diſtincta, nihi-,lo minus, imò multò magis & ipſa conditori ſuo procidunt: quòd ,ſunt, quòd ſapiunt, & quòd poſſunt, totum gratiæ eius aſcri-bunt'. Et pauculis interpoſitis ſubdit idem inferiùs: 'Summa il-,la poteſtas & incomparabilis virtus, creatrix omnium, & gubernatrix ,cunctorum, vniverſa continens, & nullius indigens, ſola eſt quæ ſic omnibus omnia præſtat, vt à nemine mutuum quid recipiat'. Et rur-ſus ibidem paulò adhuc inferiùs: 'Quicquid in vniverſa creatura dig-,nitatis & vtilitatis, honoris fulget & gloriæ, iure totum gratiæ crea-toris aſcribitur'. Et iterùm inferiùs ſermonem convertens ad Lucife-rum Archiapoſtatam: 'O Lucifer, Lucifer (ait) quàm clarè fulſiſſes, ſi ,illuminatorem tuum agnoſcere voluiſſes: ſi collatam tibi claritatem ad eum retuliſſes qui contulerat'. Et adhuc inferiùs propè finem vo-luminis: 'Nec inutiliter (inquit) licet paulò prolixiùs, miſerabilem ,huius apoſtatæ lapſum, & prophetæ ſuper eo lamentum ex ordine ,digeſſerim; ſed vt evidentiùs è diverſo inſinuem, quantum gratiæ ,Dei beati ſpiritus debitores exiſtant; cuius munere, alijs è tanto cul-,mine dignitatis impulſu ſuperbiæ ruentibus, ipſi in æterna beatitu di-,nis ſuæ ſoliditate perſtiterunt. Si autem ſpiritus, quid caro? Si An-gelus, quid homo'?

6. Arguitur ſextò ex comparatione Angelicæ perſeverentiæ cum meritis temporarijs hominis innocentis, ſed in ſua innocentia non perſeverantis. Cùm enim par fuerit Angelorum & hominum primorum conditio quantum ad horum merita & illorum perſeverantiam; proculdubiò ſi horum merita fuerint divinitùs prædeſtinata, etiam illorum perſeverantia fuit ſimiliter prædeſtinata. Quòd autem horum merita fuerint prædeſtinata, vel inde ſatis evincitur, quòd fuerint Dei opera: [a] Nam in ſua (vt Auguſtinus ait) quæ falli mutariq; non ,poteſt, præſcientia, OPERA SVA FVTVRA DISPONERE, id omninò, nec aliud quidquam eſt prædeſtinare'. Quòd verò merita hominis in-tegri fuerint Dei opera apertè indicat Auguſtinus, cùm de illo pro ſtatu primæ integritatis loquens ait: [b] 'Tunc ergo dederat homini Deus ,bonã volũtatẽ: in illa quippè EVM FECERAT, qui FECERAT rectũ'. Nec ſatisfit, dicendo, Deum quidem operatum fuiſſe in primo homi-ne bonam voluntatem, ſed ipſo homine non ſolùm cooperante ſed etiam principalatum in operando tenente. Nam huic ſubterfugio ob-ſtat illud eiuſdem Auguſtini Serm. 11. de verbis Apoſtoli cap. 2. 'Creatus eſt primus homo in natura ſine culpa, in natura ſine vitio: creatus eſt rectus, NON SE FECIT RECTVM'. Vſque adeò igitur bona voluntas ſive rectitudo hominis integri fuit opus Dei & non humani germen abitrij, vt Auguſtinus non dubitaverit de homine ipſo dicere, *Non ſe fecit rectum.* Alibi rurſus idem Auguſtinus ſine vllo verborum involucro apertiſſimè aſſerit, bonam primi hominis volũ-

Obiectio 6.

[a] *Aug. l. de Bonò perſever. c. 17.*

[b] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 11.*

Præoccupatio.

tatem

[c] *Aug. l. 14. de Civit cap. 11. Vide Prosp. l. 1. de Vocat. Gent. cap. 6.* Præoccupatio.

tatem fuisse opus Dei: [c] 'Fecit itaque *Deus* (ait ille) sicut scriptum est, *hominem rectum*, ac per hoc bonæ voluntatis: non enim rectus esset ,bonam nõ habens voluntatem. Bona igitur voluntas OPVS EST DEI'. Quòd si fortè quis hunc Augustini locum vel alios consimiles ad exordium bonæ voluntatis velit restringere, non verò ad continuationem seu perseverantiam in eadem pro eo tempore quo duravit, extendere: redarguet eum ipse Augustinus, cùm tractans illa Geneseos verba, *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum*, præmissis varijs eorum verborum interpretamentis, adiungit: [d] Est alius in his verbis sensus, QVEM PVTO ,NON IMMERITÒ PRAEPONENDVM: VT IPSVM HOMINEM OPERARETVR DEVS & custodiret'. Quod non tam de substantia, quàm de iustitia seu rectitudine hominis intelligendum esse, perspicuum est ex his eiusdem verbis inferiùs ibidem subiunctis: 'Deus idem qui creat ,hominem, vt homo sit; ipse operatur hominem atque custodit, vt etiam bonus beatusque sit'. Et rursus inferiùs cap. 12. eiusdem libri: 'Neque enim (inquit) tale aliquid est homo factus vt deferente eo qui ,fecit, possit aliquid agere bene, tanquàm ex seipso: sed tota eius actio ,est converti ad eum à quo factus est, & ab eo iustus, pius, sapiens, beatus SEMPER FIERI'. Et adhuc infrà ibidem: 'Ille itaque (inquit) ,operetur hominem bonum, atque custodiat, qui incommutabiliter ,bonus est: semper ab illo fieri, semperque perfici debemus, inhærentes ei, & in ea conversione quæ ad illum est, permanentes, de quo ,dicitur, *Mihi autem adhærere Deo bonum est*: & cui dicitur, *Fortitudinem ,meam ad te custodiam.* Ipsius enim sumus figmentum, non tantum ad hoc vt homines simus, sed ad hoc etiam vt boni simus'. Atque huic proposito ibidem subsequenter eos Scripturæ sacræ locos accommodat, quibus Christianæ gratiæ insuperabiliter & indeclinabiliter præoperantis & inoperantis energiam aliàs adversùs Pelagianos & eorum assecias propugnat. Vt proinde non videatur ambigendum, quin censuerit, Deum pari efficaciâ gratiæ in homine integro operatum fuisse initium & continuationem bonæ voluntatis & operis pro statu innocentiæ, quâ nunc operatur pro statu nocentiæ. Quod ipsum & Richardus Victorinus haud obscurè indicat, vbi ait: [e] 'Nunquid potuit ho,mo aliquid boni de seipso etiam ante peccatum, & cùm adhuc esset ,in paradiso? Quid enim habuit, quod non accepit? Nihil sanè habuit ,quod ab alio non acceperit; & nihil omninò potuit, nisi ex eo, & secundùm id quod accepit'. Cui consonans Cyrillus Alexandrinus, illud Apostolicum, *Quid habes quod non accepisti?* Omni prorsus creaturæ pro quolibet statu dictum esse arbitratur: [f] 'De plenitudine filij ,(inquit) tanquam ex perenni fonte divinarum gratiarum donum scaturiens, in vnamquamq; animam eo munere dignam illabitur. Quòd ,si filius quasi de naturali plenitudine dona largitur, ista verò creatura ,excipit, quomodo non dissimilem alijs gloriam possidere censebitur; ,illam nimirum, quæ Dei vnigenitum decet: qui vt naturæ propriæ fructum

Ecclı. 7. 30

Gen. 2. 15.

[d] *Aug. lib. 8. de Genes. ad litt. c. 10.*

Psal. 72. 28

Psal. 58. 10

[e] *Rich. Vict. l. 1. de statu interioris hominis cap. 10.*

1. Cor. 4. 7.

[f] *Cyrill Alex. l. 1. in Ioan. ad capitis 1. versum 16. Vide ibidem superiùs ad versum 4.*

Digitized by Google

,fructum habet omnem dignitatem atque eminentiam, quamſin ſe pa-
,ter habere intelligitur ? Quibus adductum ego quòque Paulum arbi-
,tror, vt cùm de vniverſa natura differeret, verè pronunciarit illud,
,quaſi creaturam compellans, *Quid enim habes quod non acceſiſti ?* Non
,enim Eſſe ſolùm, ſed etiam benè, & hoc aut illo modo eſſe, datum eſt
,à Deo creaturæ, nihilque à ſe habet, ſed ſolâ benignitate largientis'.
Accedit quòd Auguſtinus virtutes Angelorum dicat eſſe Dei dona,
perinde ac virtutes hominũ lapſorum: [g] 'Veræ virtutes (inquit) Deo
,ſerviunt in hominibus, A QVO DONANTVR HOMINIBVS: Deo ſerviunt
in Angelis, A QVO DONANTVR ET ANGELIS'. Vbi cum loqui de ho-
minibus etiam lapſis, perſpicuum eſt ex toto contextu. Si autem ange-
lorum virtutes ſint dona Dei, perinde ac virtutes hominum lapſorum,
præcluitino prædeſtinatæ ſunt à Deo, perinde ac iſtæ. Vnde cùm
Maſſilienſes viderentur agnoſcere, reliquas virtutes à fide diſtinctas
donari à Deo, Auguſtinus invictè adversùs eos colligit, eas prædeſti-
nari à Deo: [h] 'An fortè (inquit) nec ipſa dicunt prædeſtinata ? Ergo
,ſic donantur à Deo, aut certè daturum eſſe neſcivit. Quòd ſi & dantur,
,& ſe daturum eſſe præſcivit, profectò prædeſtinavit'.

Supereſt ſeptima & poſtrema obiectio, quæ formari poteſt pro a-
lia Molinæ ſententia, qui gratuitam & anteceſſoriam cœlicolarum
prædeſtinationem propugnant, eamque efficacem, ſed tamen
per decreta conditionalium ſuſtinxam. Huius ſententiæ meminimus
ſupra in capitis 8. eamque ſecrevimus ab altera opinione, gratuitã
quidem prædeſtinationem ſimiliter aſſruente, ſed prædeterminationem
phyſicam ſine conditionalium præſcientiã ad omnem creaturarũ ſta-
tum irrogente. Arguitur ergo ſeptimò pro hac ſententia in hunc mo-
dum: Deus antecedenter ad decretum creandi Angelos aut homines
ſub hac conditionata quoſdam fore perſeveraturos & ad beatitudi-
nem perventuros, ſi in talibus eos circumſtantijs conderet ac gratiæ
efficacis auxilijs muniret. Igitur eo ipſo quòd eos ſic condere
ac talibus auxilijs munire ſtatuit, beatitudinem eis efficaciter præ-
parat, ac eò ipſos veraciter prædeſtinavit. Antecedentis veri-
tatem probant quàm ſupponunt doctores, cùm inquirunt,
cur Deus creaverit Angelos aut homines, quos præſcierat peccaturos
& miſerè perituros ? [k] 'Moventur quidam (ait Magiſter Sententia-
rum) dicentes, Cur creavit Deus quos futuros malos præſciebat'? Et
paulò poſt ibidem: 'Fruſtrà (inquit) dicitur, Non deberet Deus crea-
re quos præſciebat malos futuros: ſciebat enim bonis profuturos'.
Hanc ſanam Magiſter ex Auguſtino lib. 11. de Genesi ad
litteram, qui rurſus ibidem cap. 11. adiungit: 'Cùm eos vitijs
ſuis malefacturos eſſe præſciret, non continuò creare deſtitit;
ſciebat ſiquidem eorum quos in hoc genere naturæ condebat, vt ad bonum
ordinem rerum malorum cooperatione non poſſent. Si enim non eſſent,
nec eſſe poterant prædeſtinati'. Et mox infrà ibidem: 'Prævidet Deus
quos creat; prævidet malos futuros, & creat: ipſorum ad ſanen-

g *Aug. l. 4. cont. Iulian. c. 3. Vide eundem lib. 2. de libero Arbit. c. 19. in principio.*

h *Aug. l. de Bono perſever. c. 17.*

Obiectio 7.ª

k *Magiſter l. 2. Sent. Diſt. 23. §. 1.*

Auguſtinus. Vide eundem l. 14. de Civit. c. 27. & lib. 22. c. 1. & lib. de Catechiz. Rudibus cap. 15. & l. 2.

de Nupt. & Concup. c. 16. & Greg. lib. 9. Moral. c. 16. & Nazian. Orat. 42. versùs finē, & Greg. Nyss. Orat. Catech. c. 7. & 8. & Cæsarium Dialog. 3 interrog. 125. & Theodoret. q. 36. in Genesim, & Damascen. l. 4. cap. 22. & in Dialogo contra Manichæos ante medium, & Ruper. l. 1. in Genes. c. 17. & l. de Voluntate Dei cap. 24. & lib. 3. de Glorif. Trinit. c. 10. & l. 3. de Divinis Offic. cap. 14.

,dum præbens bonis, multa munerum ſuorum largiens & malis; mi-
,ſericorditer ignoſcens, iuſtè vlciſcens; itemque miſericorditer vlciſ-
,cens, iuſtè ignoſcens; nihil metuens de cuiuſquam malitia, nihil in-
,digens de cuiuſquam iuſtitia; nihil ſibi conſulens nec de operibus
bonorum, & bonis conſulens etiam de pœnis malorum'. Et ſuperiùs
ibidem cap. 7. 'Num quia præſciti ſunt, ideò creari minimè debue-
runt'? In his & ſimilibus Patrum locutionibus non eſſe Sermonem de
abſoluta, ſed de conditionata præſcientia, ſatis inde apparet, quòd
aliàs ridiculæ forent eorum diſceptationes: Nam abſoluta præſcien-
tia ſupponit rerum præſcitarum futuritionem; adeoque divinæ volū-
tatis ad eas ſuo modo producendas determinationem: ac per hoc præ-
ſcientia Angelici humaniq; lapſus præſupponit ipſius lapſus futuritio-
nem, atque adeò ipſorum labentium prædecretam creationem. Ridi-
culum verò foret de eorum diſceptare creatione, qui iam præſuppo-
nuntur creandi. Proinde cùm futuritio Angelorum & hominum dam-
nandorum pependerit ex libero Dei decreto quo ſtatuit eos condere,
circa hoc decretum verſatur tota diſceptatio Patrum: tanquam inqui-
rerent, cur decrevit Deus eos condere quos præſcierat peccaturos? Vbi
indubiè præſcientia illa intelligenda eſt, quæ decreto creationis rerū
anterior eſt. Hæc autem non eſt præſcientia abſoluta, quippe quę fu-
turitionem iam decretam præſupponit, ſed præſcientia conditionata,
quæ futuritionem abſolutam cum decreto eam ſtatuente antecedit.
Vnde Auguſtinus ſubinde ipſius decreti expreſsè meminit, tanquam
ex quo futuritio rerum vltimatè dependeat: 'Cur omninò creati ſunt
,(ait Epiſt. 106.) quos Deus ita peccaturos, vt æterno eſſent igne
,damnandi, ſine dubitatione præſcivit? quamvis enim peccata non fe-
,cerit, naturas tamen ipſas, quæ per ſeipſas ſine dubio bonæ ſunt, qui-
,bus tamen ex arbitrio voluntatis futura eſſent vitia peccatorum, &
,in multis talia quibus eſſet æterna pœna reddenda, quis niſi Deus
,creavit? Quare, niſi quia VOLVIT? Quare autem VOLVERIT? *O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo*'? Vnde planè apparet, quæſtionem de damnandorum creatione reſolvi in quæſtionem de Dei decreto ſeu volitione: ac per hoc præſcientiam de qua ibi ſermo eſt, non tantùm antecedere rerum creationem, ſed ipſam etiam divinam eas creandi volitionem. Porrò quod hìc quæritur de decreto creandi, quæri etiam poteſt de decreto permittendi:[1] 'Si ergo quæritur (ait alibi Auguſti-
,nus) cur Deus tentari permiſerit hominem, quem tentatori conſen-
,ſurum eſſe præſciebat? Altitudinem quidem CONSILII eius penetra-
,re non poſſum, & longè ſupra vires meas hoc eſſe confiteor. Eſt ergo
,aliqua cauſa fortaſſis occultior, quæ melioribus ſanctioribuſque re-
,ſervatur, illius gratiâ potiùs quàm meritis eorum. Sed tamen quan-
,tum vel donat ſapere, vel ſinit dicere, non mihi videtur magnę laudis
,futurum fuiſſe hominem ſi propterea poſſet benè vivere, quia nemo
,malè vivere ſuaderet: cùm in natura poſſe, & in poteſtate habeat vel-
,le & non conſentire ſuadenti, adiuvante tamen illo qui *ſuperbis reſiſtit, humilibus*

[1] *Aug. l. 11. de Geneſ. ad litt. c. 4. Vide eundem l. 14. de Civit. cap. 26. & 27.*

Iac. 4. 6

humilibus autem dat gratiam'. Cæterùm si Deus conditionatè præscierat futuram damnationem malorum, proculdubio præscierat conditionatè futuram salvationem bonorum in talibus circumstantijs constituendorum, talibusq; auxilijs instruendorum. Ac per hoc volendo eos hic & nunc condere ac talibus auxilijs instruere, eorum salvationem efficaciter voluit, ac sic volendo ipsos prædestinavit. Vnde si & reprobos in alijs circumstantijs condere voluisset, eisque auxilia opportuna contulisset, proculdubio etiam ipsi ad salutem pervenissent, & ita ipse eos præscijsset ac prædestinasset: [m] 'Quis enim (inquit Augustinus) audeat credere, aut dicere, vt neque Angelus neque homo [m] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 27.* creatus fuit, in Dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestati maluit Deus tribuere: atque ita & quantum mali eorum superbia, & quantum boni Dei gratia valeret, ostendere'. Et lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 10. 'Potuit (inquit) etiam ipsorum voluntatem in bonum convertere, quoniam omnipotens est. Posset planè. Cur ergo non fecit? Non fecit. Cur noluerit, penes ipsum est. Debemus enim *non plus sapere quàm oportet sapere*'. Quam Augustini doctrinam improbare videtur Hieronymus lib. 13. in Matthæum post medium: 'Vtrùm (inquit) in potestate Dei fuerit, quatenus nec Angelus de cœlo, nec Adam peccatum admittans caderet sive ejiceretur de paradiso, dicat ipse filius Dei Omnipotens ex Omnipotente, Deus de Deo: *Non possum, non sum facere quidquam; sicut audio, judico.* Vnde sciendum, quòd omnipotentis filius est, qui à seipso facit, id est, qui aliter judicat quàm fecerit, sive intelligit. Hoc facere Deo impossibile est: iniustus enim judex potest. & proinde sicut audivit, sic illũ iudicare debuit, quia gratiam non communicaret aut impertiretur creaturæ illi, quæ sibi ipsam sufficere sibi'. Verùm hac in re Augustinum Hieronymo anteponendum esse, & Respecto auditu assentiendum est, prout passim cæteri omnes assentiuntur; non potestatem, sed voluntatem Deo defuisse perseverandi damnatos à lapsu, vel erigendi eosdem post lapsum. Vnde è contrario apparet consequens, Angelos lucis ex Dei voluntate perseverasse atque ad finem præstitutũ pervenisse: Ex illa scilicet Dei voluntate quâ decrevit ac statuit, eos in talibus circumstantijs condere, talibusque gratiæ præsidijs munire, quibus eos sciret in veritate permansuros, atque ad civitatem eis præparatam venturos.

CAPVT X.

Ex dictis multiplici Diuinæ Prædestinationis notioni explicationibus transitur ad argumentorum præcedente capite obiectorum solutionem.

Per hanc præfatæ veritatis elucidationem, & faciliore argumentorum præcedente capite obiectorum solutione, quædam præ-

præmittenda ſunt de multiplici prædeſtinationis vſurpatione ac notione, quibus perſpectis, Tractatorum ſententiæ in ſpeciem diſſonantes concordare deprehendentur. Ac inprimis ſciendum eſt ex Hugone Victorino, [a] 'Quòd ſapientia Dei propter diverſos affectus pluribus appellatur nominibus: vt ſunt, ſcientia, providentia, præſcientia, prædeſtinatio, diſpoſitio. Scientia eſt exiſtentium, præſcientia futurorum, providentia gubernandorum, diſpoſitio faciendorum, prædeſtinatio ſalvandorum'. De ſingulis tractat idem author lib. 1. de Sacramentis p. 2. cap. 14. & ſequentibus. Et quidem cap. 21. de Prædeſtinatione ſpecialiter diſſerit, duaſque eius vſurpationes commemorat: 'Prædeſtinatio (inquiens) eſt gratiæ præparatio. Propoſitum ergo Dei, in quo gratiam electis ſuis dare diſpoſuit, ipſa eſt prædeſtinatio. Quæ idcircò prædeſtinatio vocatur, quoniam in ea, quod faciendum fuit, diſpoſitum eſt priùſquam fuit. Poteſt autem prædeſtinatio generaliter aliquando intelligi ipſa faciendorum diſpoſitio, vt dicatur Deus, quicquid ſic facturus fuit ab æterno, prædeſtinaſſe, quod autem facturus non fuit, ſed permiſſurus; non prædeſtinaſſe, ſed præſciſſe ſolùm'. Ex hoc loco duplicem habemus divinæ prædeſtinationis notionem, vnam ſtrictiorem, alteram laxiorem. Ad pauciora quippe extenditur *Gratiæ præparatio*, quàm *faciendorum diſpoſitio*. Nam hæc reſpicit etiam pœnas à Deo peccatoribus infligendas; quarum tamen infligendarum præmeditatio non eſt gratiæ præparatio, ac per hoc nec ſtricta prædeſtinatio. Vtraque porrò iſta prædeſtinationis notio ex Auguſtino deſumpta eſt: qui cùm alicubi dixiſſet, [b] 'Inter gratiam & prædeſtinationē hoc tantùm intereſt, quòd PRAEDESTINATIO EST GRATIAE PRAEPARATIO; gratia verò iam ipſa donatio': alibi generaliorem deſcriptionem tradens, ait de Deo: [c] 'In ſua, quæ falli mutarique non poteſt, præſcientiâ, OPERA SVA FVTVRA DISPONERE, id omninò nec aliud quidquam eſt PRAEDESTINARE'. Hinc quia æterna reproborum pœna opus eſt Dei culpas iuſtè punientis, etiam ipſa eis ante mundi conſtitutionem parata, hoc eſt, prædeſtinata fuiſſe non dubitatur: [d] 'Hæc ſunt (ait alibi idem) *magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*: & tam ſapienter exquiſita, vt cùm Angelica & humana creatura peccaſſet, id eſt, non quod ille, ſed quod voluit ipſa feciſſet; etiam per eandem creaturæ voluntatem, quâ factum eſt quod creator noluit, impleret ipſe quod voluit: benè vtens & malis, tanquàm ſummè bonus, ad eorum damnationē quos IVSTE PRAEDESTINAVIT AD POENAM, & ad eorum ſalutem quos BENIGNE PRAEDESTINAVIT AD GRATIAM'. Nec intereſt vtrū reprobi ad pœnam dicantur prædeſtinati, an ipſa pœna reprobis prędeſtinata: ſicut è contrario non intereſt vtrùm electi dicantur ad gratiam gloriamve prædeſtinati, an gratia vel gloria electis prędeſtinata: [e] 'In ſanctis (ait Fulgentius Auguſtini ſectator) perfecturus eſt Dominus, quod vt eſſent boni, gratis dedit. Quod autem daturum ſe præſcivit, in æterna bonitatis diſpoſitione prędeſtinavit: Ipſa enim eſt

[a] *Hug. Vict. in Summa Sent. Tract. 1. c. 12.*

[b] *Aug. l. de Prædeſt. ſanct. cap. 10.*

[c] *Aug. l. de Bono perſever. c. 17.*

[d] *Aug. Enchir. cap. 100.* *Pſal. 110.*

[e] *Fulg. lib. 1. ad Monimum c. 26*

Digitized by Google

,est prædestinatio Dei, sempiterna scilicet dispositio futuri operis Dei. ,Porrò autem in iniquis puniturus est, quod vt essent mali, non dedit, ,nec eos ad iniquitatem aliquam prædestinavit: quia vt iniquè vellent, ,hoc eis dicturus ipse non fuit. Et quia malæ voluntatis perseverans ,iniquitas multa remanere nō debuit, TALES AD INTERITVM PRAE-,DESTINAVIT, quia TALIBVS IVSTAE PVNITIONIS SVPPLICIVM ESSE PARAVIT'. Ecce quemadmodum Fulgentio promiscua sunt, Reprobos ad interitum supplicij prædestinari, & reprobis interitum supplicij præparari. Subdit porrò ibidem continuò Fulgentius: 'Quod ,,per manifestò Dominus ipse sermone perdocuit, in eo quod à se ,,dicendi paratum, non solùm regnum, vbi lętentur boni; sed & ig-,,nem æternum, vbi crucientur mali. Bonis etenim dicturus est, *Venite ,,benedicti Patris mei, percipite regnum, quod* VOBIS PARATVM EST *a con-,,stitutione mundi*: Malis autem dicturus est, *Ite maledicti in ignem æter-,,num, qui* PARATVS EST *diabolo & Angelis eius*'. Vbi tametsi Scriptu-,,ra docuerit bonos ad regnum, aut malos ad ignem æternum esse prę-,,destinatos; sed regnum bonis, ignem malis esse paratum: quia tamen ,,quibusdam iisdemque sunt personas ad regnum vel supplicium prædesti-,,natas regnum vel supplicium personis præparari, hinc quasi expo-,,nendam sententiam adiungit: 'Ecce AD QVOD Dominus ini-,,micos PRAEDESTINAVIT: id est, AD SVPPLICIVM IVSTVM, ,,AD QVOD opus iniustum: AD POENAM, non ad culpam: AD ,,MORTEM, non ad transgressionem'.

Duas prædestinationis notiones iam memoratas superest ter-,,tiam ab Augustino assignata in hunc tenorem: [f] 'Præscientia ,,sanctorum beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur qui-,,cumque liberantur'. Verùm pro definito hìc statui non debet divina ,,prædestinatio ea amplitudine sumpta, sed *prædestinatio sanctorum*: ,,sic enim dixit. Sed quorumnam sanctorum? vtique de cap-,,tatione eorum: ac per hoc hominum, non Angelorum. Simi-,,liter vbique mente, in definitione prædestinationis primo loco ,,posita definitum non est prædestinatio amplè sumpta, sed *prae-,,destinatio sanctorum*. Vnde ipse Augustinus paulò postquàm eam ,,definierat: 'Prædestinatio Dei QVAE IN BONO EST, gratia est, ,,quæ non præcedit'. Quod testamento haud obscurè indicat, aliam ,,esse prædestinationem Dei, quæ in bono non sit: quam præ-,,destinationem ad interitum sive ad supplicium nuncu-,,pat. Nec obstat quod Prosper alicubi dicat: [h] 'Prædestinatio Dei ,,nemo nisi bono est'. Nam continuò subtexit: 'Aut ad retributionem ,,meritorum, aut ad donationem pertinens gratiæ. *Vniversa* enim *viæ Do-,,mini misericordia & veritas*'. Augustinus proinde loquitur de prædesti-,,natione, quæ præmia respicit prædestinatos: Prosper verò per ordinem ,,ad præmium. Atque ita eadem prædestinatio quæ bona est præ-,,destinatio, quia iustitiæ congrua: mala est prædestinatio, quia incōmo-,,da & noxia. Hinc ait alibi Augustinus: [i] 'Vbi dicitur, *Ergo cui vult mi-*

[f] *Aug. l. de Bono persever. c. 14.*

Præoccupatio.

[h] *Prosp. Resp. ad cap. 14. Gallorum.*

[i] *Aug. lib. 1. ad Bonif. cap. 7.*

sericordiam

...à captivi? Hinc contra Pelagianos redemptionem par-
... Iapturno fieri fatentes, invictè concludit liberationem
... vinculo servitutis: n 'Pro magnitudine sapientiæ vestræ
... paradoxes mirabiles dicitis: In sacramento Salvato-
... tur, sed non salvantur: REDIMVNTVR, sed NON LIBE-
... salvantur, sed non abluuntur: Exorcizantur & exsufflantur,
... liberantur. Hæc sunt sententiarum portenta,
... inaudita mysteria dogmatum novorum; hæc pa-
... Hæreticorum, mirabiliora quàm Stoicorum
... Vt enim hæc dicatis, timetis audire: Si salvantur,
... Si LIBERANTVR, quid in eis SERVITVTIS

n *Aug. l. 3. cont. Iulian. cap. 3.*

... quæritur: Multis reprobis impenduntur adeoque
... divina quibus de servitute peccati & captivi-
... tur: & tamen nulli reprobi veraciter prædestinati
... Nondum igitur definita est sanctorum prædestinatio,
... *quibus certissimè liberantur qui-*
... Respondetur, duplicem esse liberationem seu re-
... inchoatam & quodammodo imperfectam, aliam
... quoque perfectam: priorem in hac vita conse-
... dum omnes electi, sed multi etiam reprobi: posterior
... servatur vitam solis electis: quando nimirum, vt Apostо-
... *futura* LIBERABITVR *à servitute corruptionis, in* LIBER-
... *filiorum Dei.* o 'Baptismus (inquit Augustinus)
... peccata omnia: prorsus omnia, factorum, dictorum,
... sive originalia, sive addita, sive quæ ignoranter, sive
... admissa sunt: sed non aufert infirmitatem, cui regene-
... ratio, quando bonam agonem luctatur; consentit autem,
... homo in aliquo delicto præoccupatur: Propter illud
... tionem gratiarum, propter hoc autem gemens in allega-
... dicens, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ*
... *mihi*: hic dicens, *Dimitte nobis debita nostra*: propter illud di-
... *Delegam te Domine virtus mea*; propter hoc dicens, *Miserere mei Do-*
... *quoniam infirmus sum*: propter illud dicens, *Oculi mei semper ad*
... *quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos*; propter hoc dicens,
... *est pro nihilo oculus meus*: Et innumerabilia, quibus divinæ lit-
... sunt, quæ alternis vicibus, vel exultando de bonis Dei,
... malis, à filijs Dei dicuntur ex fide, quamdiu
... pro vitæ huius infirmitate; quos tamen
... non solum *lavacro regenerationis*, sed ipsius etiam,
... *fidei* probitate differunt; quia *Iustus ex fide*
... infirmantes, cum quo vsque ad corporis mortem
... alternante contentione; nam quid
... regeneratione à sordibus [illegible] Do-
... *in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis*
... *suæ.*

o *Aug. lib. 3. ad Bonif. cap. 3.*

Scrupulus.

Excutitur.

,*sua, sedebitis & vos super sedes duodecim.* Regenerationem quippe hoc lo-
,co, ambigente nullo, novissimam resurrectionem vocat, quam Pau-
,lus quòq; Apostolus, & adoptionem, & REDEMPTIONEM nuncupat,
,dicens: *Sed etiam nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi in nobisinetipsis* Rom. [illegible]
,*ingemiscimus, adoptionem expectantes*, REDEMPTIONEM *corporis nostri*.
,Nunquid non per lavacrum sanctum regenerati, adoptati, & RE-
,DEMPTI sumus? Et tamen restat regeneratio, adoptio, REDEMP-
,TIO, quam in fine venturam nunc patienter expectare debemus, vt
tunc filij huius sęculi ex nulla parte iam simus'. Hanc itaque redemp-
tionē etiā à peccatorum reliquijs, Augustinus in prædicta prædestina-
tionis notione liberationem appellat: quā Apostolus desiderabat cum
diceret, *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Vnde & alibi ait idem
Augustinus: [p] 'Sub lege peccati, hoc est, sub concupiscentia sua, [illegible]
,aliquantum teneretur caro nostra captiva, quomodo esset verū quod
,ait Apostolus, *Adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri*? [illegible]
,tantum igitur adhuc expectatur redemptio corporis nostri, [illegible]
,tum adhuc ex aliqua parte captivum est sub lege peccati. Vnde [illegible]
,hic exclamans ait: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis*
,*huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Vbi quid [illegible]
,lecturi sumus, nisi quia *corpus quod corrumpitur aggravat animam*? C[illegible]
,ergo idipsum corpus iam incorruptibile recipietur, plena erit libe-
,ratio à corpore mortis huius: à quo non liberantur, qui sunt ad pœ-
nam resurrecturi'. Et lib. 1. ad Bonifacium cap. 11. 'LIBERATIO [illegible]
,quit) est à corpore mortis huius, omni sanato languore concupiscen-
,tiæ carnis, non ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriam. [illegible]
,loco & illud satis consonat, *Etiam nosipsi primitias habentes spiritus,*
,*ipsi in nobisinetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes*, REDEMPTIO-
NEM *corporis nostri*'. Alibi rursus idem Augustinus hanc redemptionem
seu perfectam liberationem electis appropriat, vbi ait: [q] 'S[illegible]
,REDEMPTOS discernit à perditis, quos in vnam perditionis [illegible]
verat massam, ab origine ducta causa communis'. Hanc [illegible]
rationem [illegible] propriam [illegible], cùm orantes D[illegible]
mus, LIBERA NOS A MALO. [illegible] Augustinus lib. 2. de [illegible]
meritis cap. 4. [illegible]
[illegible]

[p] Aug. lib. 1. de Nup. & Concup. c. 31.

[q] Aug. Euchir. [illegible]

8.36. congruenter accipitur & illud Salvatoris: *Si vos filius* LIBERAVERIT, *verè liberi eritis.* Quod teſte Auguſtino lib. 14. de Civit. cap. 11. 'Id-,ipſum eſt,ac ſi diceret:ſi vos filius ſalvos fecerit,tunc verè ſalvi eritis'. Et Tract 41. in Ioannem: 'Quæ igitur (inquit) libertas plena atque perfecta'? Et mox reſpõdet: 'In Dño Ieſu,qui dixit:*Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis*'. Rurſuſque inquirit: 'Quando plena & perfecta libertas erit'? Continuoque reſpondet: 'Quando nullæ inimicitiæ:

1.15. quando *noviſſima inimica deſtruetur mors*'. Auguſtino ſubſcribit Bernardus, vbi ait [r] 'Liberatio plena atque perfecta ante diem ſepulturæ eſſe

1.40.1 ,non poterit, quòd maneat *iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium*'.

[r] Bern. Ser. 16. in Pſal. Qui habitat.

4. His de multiplici prædeſtinationis notione præmiſſis, ad argumenta ſuperiori capite obiecta tranſeundum eſt. Quorum primum nititur authoritate Angelici Doctoris, dicentis: 'Prędeſtinari convenit Angelis, ſicut & hominibus'. Cui reſpondendo dicimus, Angelicum Doctorem conſideraſſe ibi prædeſtinationem ſub ordine duntaxat ad metam ſeu terminum ad quem. Nam integer textus ita ſonat ad verbum: 'Prædeſtinari convenit Angelis, ſicut & hominibus; licet nunquam ,fuerint miſeri. Nam motus non accipit ſpeciem à termino à quo, ſed à termino ad quem'. Quia igitur æterna gloria eſt meta finalis ad quã homines & Angeli communiter præordinati ſunt, vtriſque quadantenus convenit prædeſtinari, attenta præcisè habitudine ad hanc metam. Nec tamen hinc ſequitur, vtrorumque prædeſtinationem per omnia eſſe vniformem, cùm aliunde quàm ex hoc capite naſci poſſit difformitas: ſignanter ex eo quòd vna nitatur præviſione meritorum, altera gratuito prædeſtinantis beneplacito. Quemadmodum enim cùm Synodi Valentinæ Patres dicunt, [s] 'Fidenter fatemur prædeſtinatio-,nem electorum ad vitam, & prędeſtinationem impiorum ad mortem': non intendunt aſtruere vtriuſque prædeſtinationis pariformitatem: ſiquidem eveſtigiò ibidem ſubtexunt, 'In electione tamen ſalvandorũ ,miſericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem perituroru meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium': Ita cùm Angelicus Doctor affirmat, 'quòd prædeſtinari convenit Angelis, ſicut & hominibus'; non vult vtrorumque prædeſtinationem in omnibus parificare, ſed communis prædicati de vtroque ſubiecto affirmationem aſtruere: Tanquam diceret, ſicut *prædeſtinandi* vocabulũ paſſivè expreſſum attribuitur hominibus, ita attribuitur & Angelis. Vnde illud, *ſicut*, non afficit verbum *prædeſtinari*; ſed verbum *convenit*. Neque enim dictum eſt, *prædeſtinari convenit Angelis* ſicut hominibus; ſed, *ſicut & hominibus*: vbi ad coniunctionem, Et, repetendum eſt verbum *convenit*: vt proinde non importetur pariformitas prædeſtinationis illorum cum prædeſtinatione horum, ſed pariformitas veritatis amborum aſſertorum, quibus *prædeſtinari* attribuitur hominibus & Angelis. Sed inſtabit quis, dicens: Angelicus Doctor loco obiecto non reſpicit ad primam aut ſecundam prædeſtinationis notionem ſu-

Ad obiectiones.

Ad 1.am

[s] Synod. Valent. 3.a Can. 3.

Inſtantia.

periùs ex Hugone Victorino relatas, quæ Angelis perinde ac hominibus adaptari possunt; sed ad eam quâ prædestinatio definitur *propositum miserendi*. Ergo cùm dicit, 'prædestinari convenit Angelis, sicut & hominibus', non intelligit prædestinationem generaliter aut specialiter sumptam, provt abstrahit à prædestinatione ad vitam & mortem, aut à prædestinatione gratuita & retributionaria; sed specialissimè provt competit ijs qui purè misericorditer à miseria eruuntur. Censet proinde prædestinationem specialissimè sic sumptam convenire Angelis pariformiter ac hominibus.

Responsio. Respondetur negando consequentiam. Quamvis enim ex professo respiciat ad prædictam prædestinationis specialissimè sumptæ notionem, eam tamen notionem ita amplè interpretatur, vt coincidat cum altera quâ prædestinatio definitur *Gratiæ præparatio*. Hinc in fine Responsionis adiungit, 'Dici posse quòd omnis collatio boni supra debitum eius cui confertur, ad misericordiam pertineat'. Juxta quam ampliationem satis liquidò appareret, *propositum miserendi* nihil aliud esse quàm *præparationem gratiæ*: siquidem gratia nihil aliud est quàm bonum alicui collatum supra debitum ipsius. Sicut ergo prædestinatio, quatenus definitur *Gratiæ præparatio*, abstrahit à prædestinatione purè liberali, & retributionali: ita etiam quatenus definitur *propositum miserendi*, iuxta amplam illam Angelici Doctoris interpretationem. Neminī quippe dubium est quin sub nomine *Gratiæ* in priori definitione comprehendatur etiam gloria, quæ vltimus est terminus prædestinationis ad vitam. Vnde cùm hæc gloria dupliciter præparari possit, vel antecedenter nimirum, vel subsequenter ad prævisionem meritorum; proculdubiò hâc prædestinationis notione comprehenditur prædestinatio tam Angelorum quàm hominum: etsi illa fuerit subnixa meritorum prævisione, hæc autem ab huiusmodi prævisione independens. Quòd si istâ notione ambæ comprehendantur, certè etiam illa ambas complectetur quâ prædestinatio describitur *propositum miserendi*, iuxta amplam interpretationem à D. Thoma perhibitam. Quod addo: quia sine dubio prædestinatio Angelorum non comprehendetur, si verba in propria significatione sumantur. Nam vt testatur Bernardus;[t] 'Iustitia meritum quærit, misericordia miseriam intuetur'. Vbi ergo nunquam propria infuit miseria, propria locum non habet misericordia. At verò Angelis sanctis nunquam propriam infuisse miseriam, vel inde perspicuum est, quòd nunquam demeruerint, vt aliàs ostendemus. Ac per hoc Angeli sancti nunquam fuère miseri: [u] 'Neque enim (vt Augustinus ait) sub Deo iusto miser esse quisquam, nisi mereatur, potest'. Instabit fortè quis denuò, & objiciet illud Angelici Doctoris ibidem: 'Nihil refert ad rationē prædestinationis, vtrùm aliquis prædestinetur in vitam æternā à statu miseriæ, vel non'. Vnde apparet consequens, prædestinationem hominū in vitā æternam à statu miseriæ pariformem esse prædestinationi eorundē, vel Angelorū, ad eandem vitam à statu primæ integritatis.

Bern. Epist. 11

u Aug. lib. 1. Operis imperf. cap. 39.

Instantia.

Responsio. Respondetur vt suprà, Angelicum Doctorem considerasse ibi prædestinationem sub habitudine præcisè ad metam quam respicit, abstrahē-

do à modis quibus illa præparatur, aut quibus in illam creatura deſtinatur. Sumit enim prædeſtinationem pro *propoſito miſerendi*, iuxta amplam interpretationem ex ipſo iam traditam, qua non aliud importat quàm *Gratiæ præparationem*. Ad prædeſtinationem verò ſic amplè acceptam impertinens eſt miſeria propriè dicta, quam in hac Inſtantia indubiè intelligit. Quando autem tractatur non tam de ſubſtantia, quàm de modo prædeſtinationis, multum refert à quo ſtatu prædeſtinetur creatura. Nam ſi à ſtatu integritatis, ſatis erit offerre ei ſufficientia auxilia, relicto eorum vſu ſub nutu voluntatis eius; ac prævifo bono vſu præparare ei mercedem: ſi verò à ſtatu miſeriæ, neceſſe erit ipſum etiam vſum ei præparari ac donari; adeoque antecedenter ad eius prævifionem decerni ei beatitudinem: vt partim ſuperiùs cap. 8. dictum eſt, partim ex alias dicendis conſtabit. Cætera Angelici Doctoris teſtimonia in confirmationem Obiectionis primę ſubiuncta, facilè diluuntur, dicendo ea intelligi de prædeſtinatione hominum lapſorum: quam fatemur gratuitam atque à meritorum prævifione independentem, per modum principalis præfinitionis, cum certitudine numeri tam numerati quàm numerantis. Quid enim apertius quàm eum de hominum prædeſtinatione loqui, cùm ait: [w] 'De numero omnium prædeſtinatorum HOMINVM, quis ſit, Dicunt quidam quòd tot ex HOMINIBVS ſalvabuntur, quot Angeli ceciderunt' &c. De eadem proinde hominũ prædeſtinatione intelligendum eſt quod paulò ſuperiùs ibidem præmiſerat: 'Certus eſt Deo numerus prædeſtinatorum, non ſolùm per modum cognitionis, ſed etiam per modũ cuiuſdam PRINCIPALIS PRAEFINITIONIS'. Nec minùs apertè de hominum prædeſtinatione ſe loqui indicat q. 3. de veritate ibidem à nobis citata, cùm ait: 'Certitudo prædeſtinationis eſt certitudo cognitionis & ordinis, certitudo autem præſcientiæ eſt certitudo cognitionis tantùm. Non enim Deus præordinat ad peccandum HOMINES reprobos, ſicut prędeſtinatos ordinat ad merendum'. Cæterùm quæ pro aſtruenda anteceſſoria Angelorum prędeſtinatione adduci poſſent ex aſſertione gratiæ prędeterminantis vt pro omni ſtatu neceſſarię, diluentur inferiùs in Reſponſione ad quartam obiectionem.

[w] D. Tho. 1. p. quæſtione 23. art. 7. in corpore.

5. Ad 2.[m] Obiectionem rectè ibi reſponſum eſt, divinum propoſitũ conſtruendi Hieruſalem cœleſtem ex creaturis rationalibus, non fuiſſe efficax quoad perſonas eò ſubvehendas ſingulariter & determinatè, tametſi fuerit efficax quoad numerum præfixum, abſtrahendo à particularibus perſonis eo numero comprehendendis, vt dictum eſt ſuperiùs cap. 7. §. 2. & ſequentibus. Ad authoritatem Papæ Leonis pro contrario adductam Reſpondetur, ex contextu patere Leonem patrocinari noſtræ ſententiæ, vt videre eſt ſuperiùs cap. 8. §. 5. vbi integrum locum deſcripſimus, & nobis favere oſtendimus; ſignanter quatenus ait, 'Deum iuſtæ ſeveritatis exigente ratione, erga hominem quem in tanto honore condiderat, ANTIQVAM MVTASSE SENTENTIAM'. Nec obſtant verba in obiectione citata. Nam *propoſitum Dei* ibi mentiona-

Ad 2.am Obiect.

tionatũ, non eſt propoſitũ prædeſtinativũ hominis inſtituẽdi, ſed reſtituendi: adeoq; non ſpectat ad primã Hieroſolymitarũ inſcriptionem, ſed ad noviſſimã reſcriptionẽ. Patet hoc ex contextu Leonis, hæc præmittentis: 'Deus Omnipotens & clemens, cuius ,volũtas potentia, cuius opus MISERICORDIA eſt; ſtatim vt nos diabo,lica malignitas veneno ſuæ mortificavit invidiæ, PRAEDESTINATA ,RENOVANDIS MORTALIBVS SVAE PIETATIS REMEDIA, inter ipſa ,mũdi primordia præſignavit, denunciãs ſerpenti futurũ ſemen mulie,ris, quod noxij capitis elationem ſuâ virtute contereret: Chriſtum ſcilicet in carne venturum, hominemq́ ſignans'. Ex quibus perſpicuum eſt, Leonem loqui de prædeſtinatione ſeu propoſito renovandi mortales per remedia pietatis, ſive miſericordiæ. Neque enim prædeſtinatur remedium, niſi præſcito morbo: nec renovantur homines, niſi de vetuſtate: nec opus eſt miſericordia, niſi vbi incurſa eſt miſeria: [x] 'Vtinam (ait Auguſtinus) non fuiſſet miſeria, ne iſta eſſet miſericordia neceſſaria'. Quis denique neſciat, non niſi peccati demerito homines factos eſſe MORTALES? [y] 'Conſtat (ait alibi idem Auguſti,nus) inter Chriſtianos veraciter catholicam tenentes fidem, etiam ip,ſam nobis corporis mortem, non lege naturæ, quâ nullam mortem homini Deus fecit, ſed merito inflictam eſſe peccati'. Et ſuperiùs cap. 3. eiuſdem libri: 'Fatendum eſt (inquit) primos quidem homines ,ita fuiſſe inſtitutos, vt ſi non peccaſſent, nullum mortis experirentur ,genus: ſed eoſdem primos peccatores ita fuiſſe morte mulctatos, vt ,etiam quicquid eorum ſtirpe eſſet exortum, eâdem pœnâ teneretur ,obnoxium: Non enim aliud ex eis, quàm quod ipſi fuerant, naſce,retur. Pro magnitudine quippe culpæ illius naturam damnatio mu,tavit in peius: vt quod pœnaliter præceſſit in peccantibus homi,nibus primis, etiam naturaliter ſequeretur in naſcentibus cæteris'. Vnde manifeſtum eſt, Leonem Sermone illo nobis obiecto, non de propoſito antecedente prævisionem humani lapſus, ſed de ſubſequente eſſe locutum. Vnde poſt verba obiecta continuò ſubtexuit: 'Advenientibus ergo temporibus, quæ REDEMPTIONI hominum ,fuerant PRAESTITVTA, ingreditur hęc infima Ieſus Chriſtus Dominus noſter'. Ubi audis tempora redemptioni præſtituta, agnoſce propoſitum liberandi de captivitate. Ad quam vtique captivitatem ſolvendam Jeſus Chriſtus hæc infima ingreſſus eſt: ne ſcilicet homo diabolicâ aſtutiâ actus in culpam, contra Dei propoſitum periret: propoſitum vtique reſtaurandi hominem lapſum, per vnigeniti ſui Incarnationem & mortem; quæ non niſi in remedium renovandis mortalibus prædeſtinata eſt: [z] 'Si enim homo (ait alibi idem Leo) ad imagi,nem & ſimilitudinem Dei factus, in ſuæ honore naturæ manſiſſet, ,nec diaboli fraude deceptus, à lege ſibi poſita per concupiſcentiam ,deviaſſet, creator mundi creatura non fieret: neque aut ſempiternus ,temporalitatem ſubiret, aut æqualis Deo Patri Filius Deus formam ſervi & ſimilitudinem carnis peccati aſſumeret'. Huic ſolutioni vnicum

[x] *Aug. l. de Nat. & Grat. c. 25.*

[y] *Aug. l. 13. de Civit. c. 15. Vide Concilium Milevit. Can. 1. & Concil. Arauſ. Can. 2.*

[z] *Leo Ser. 3. de Penteceſte c. 2.*

Scrupulus.

cum illud obstare videtur, quòd Leo, divinum illud propositum, contra quod homo perire non debuit, 'PRIMAM divinæ pietatis DISPOSITIONEM' appellet: vnde apparet eum loqui non de proposito liberandi hominem captivum, sed provehendi ad cœlestia hominem præciso etiam lapsu: Nam propositum liberandi non est prima, sed secunda divinæ pietatis dispositio. Respondetur, Leonem non appellare illud propositum primam dispositionem, sed 'primam divinæ PIETATIS dispositionem'. Vbi *pietatem* sumit pro affectu miserendi: qui vtique miseriam miserendorum præsupponit: vt iam in præcedentibus aliquoties indicavimus. Anselmi testimonia Leoninis subiuncta, aut eandem admittunt solutionem, aut certè exponi possunt de Dei proposito restaurandi Angelorum ruinas per homines: ita vt propositum illud non respiciat singulares personas, sed quotam numeri de hominibus supplendam. Huius propositi meminit Franco Affligemiensis, Anselmo penè synchronus, & eiusdem instituti professor, vbi ait: [a] 'Sapientia Dei à fine vsque ad finem attingens, omnia implens, omnia complectens; cui nihil latere, nihil potest perire; numerosam illã Angelorum multitudinem, in eam quæ in oculis eius placuerat integritatis summam concluserat: quæ etsi ruinâ superbientium immi-nuta fuerat, sua tamen Deo summa deperire non poterat. Ne ergo videretur aliquod creationis suæ incurrisse detrimentum, inijt secum reparationis mirabile CONSILIVM: vt viliorem quandam materiam arte sapientiæ suæ in eandem trasformaret gloriam'. Ad Irenæi testimonia ibidem obiecta accommodari potest vel prior vel posterior solutio indifferenter. Non enim aliud intendit quàm Leo vel Anselmus post ipsum intenderunt.

Excutitur.

Ad Anselmum

[a] *Franco Affligem. tome 2. de Gratia Dei in principio.*

Ad Irenæum

6. Ad 3.[am] Obiectionem §. 3. propositam, & Augustini authoritate primariò subnixam, facilis est ex iam dictis solutio. Neque enim Augustinus aliud docere ibi intendit, quàm quod ante eum Irenæus, vel post eum Leo Anselmusque docuerunt. Cùm ergo ait: 'Nec enim homo peccato suo divinum potuit perturbare consilium, quasi Deum quod statuerat mutare compulerit': vel loquitur de consilio seu statuto reparandi genus humanum per Incarnationem verbi, quod statutum nihil aliud est quàm propositum miserendi, ad rescriptionem potiùs quàm ad primam inscriptionem Hierosolymitarum spectans: vel certè loquitur de consilio aut statuto complendi ex hominibus numerum civium supernorum. Vtrumque quippe hoc statutum Deus habuit præformatum, non solùm antequam homo extitisset aut peccasset, sed & ab æterno: nec homo suo peccato alterutrũ potuit perturbare, quasi Deum quod statuerat mutare compulerit. Cæterùm quanquam vtraque solutio vim obiectionis elidat, posterior tamen videtur genuinior: vt innuunt illa antecedentia verba: 'Secundùm id quod præscivit atque disposuit Deus, civitatem sanctam debemus asserere': vtique in mensura & pondere & numero extruendam. Innuunt & illa quæ subsequenter obiecta sunt ex capite

Ad 3.[am] Obiect.

Scrupulus. præcedente Augustini ibidem. In quibus tamen obscurum est illud, 'PRAEDESTINATORVM SANCTORVM NVMERVS compleretur'. Vbi si pro, *prædestinatorum*, scriptum esset, *prædestinatum*; nullus ambigere posset quin præsens solutio Augustino congrueret, obiectionemque

Excutitur 1. elideret. Et reverà ex alijs Augustini phrasibus cap. 7. §. 3. congestis non levis subest ansa suspicandi, mendosum esse textum, & pro obliquo plurali legendum esse rectum singularem: vt prædestinatio illa respiciat numerum sanctorum formaliter, non sanctos ipsos numero comprehensos materialiter. Interim retenta vulgari lectione duplex

2. adhiberi potest responsio: prima est, locum illum intelligi de prædestinatione spectata præcisè sub habitudine ad terminum ad quem, abstrahendo à modo decernendi eum vt obtinendum, an scilicet antecedenter an subsequenter ad prævisionem meritorum: quemadmodum superiùs in solutione primæ obiectionis interpretati sumus Angelicum Doctorem asserentem, 'quòd prædestinari convenit Angelis,

3. sicut & hominibus'. Secunda responsio est, locum illum esse intelligendum non iuxta sensum compositum, sed iuxta divisum: Tanquam diceretur, quòd permanente innocentiæ statu multiplicandum fuisset genus humanum, quoadvsque compleretur tantus numerus, quantus est numerus sanctorũ de massa damnata nunc prædestinatorum'. Huic responsioni non obstant sed favent quæ subsequenter in obiectione ex Ruperto & Papa Gregorio allegata sunt. Nam verba Gregorij sensum divisum, à nobis expressum manifestè præ se ferunt, quibus ait: 'Hi ,qui nunc per redemptionem salvandi sunt, soli ab illo (Adam) electi nascerentur'. Non quòd tunc perinde ac nunc per redemptionem salvarentur, sed quòd tunc sine redemptione gloriam assequerentur, qui nunc per redemptionem de captivitate eruti salvantur. Rupertus verò vsqueadeò responsionem à nobis traditam firmat, vt in suę assertionis probationem adducat Augustini verba ex libro 14. de Civit. cap. 23. quibus nostra responsio tantùm non verbatim astruitur: [b] 'De ,omnibus sanctis & electis (ait ille) certum est, quia nati fuissent om-,nes & soli, si non accidisset illud peccatum primę prevaricationis'. Hoc vt probet, Augustini authoritatem ex dicto libro & capite de Civitate adducit, subdens continuò: 'Hinc Pater Augustinus in li-,bro 14. de Civitate Dei: Quisquis, inquit, dicit primos homines ,non coituros fuisse nec generaturos, nisi peccassent; quid dicit, nisi ,propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse pecca-,tum? Si enim non peccando soli remanerent, quia, sicut putant, nisi ,peccassent, generare non possent, profectò vt non soli duo homines ,iusti possent esse, sed multi, necessarium peccatum fuit. Quod si cre-,dere absurdum est, illud potiùs credendum, quòd sanctorum nume-,rus, quantus complendę illi sufficit beatissimę civitati, tantus exi-,steret, etsi nemo peccasset, quantus nunc per Dei gratiam de mul-,titudine colligitur peccatorum, quovsque filij huius sæculi generant & generantur'. Conferantur hęc Augustini verba, à Ruperto in confirmationem

[b] *Rupert. l. 13. in Matth. versus finem.*

firmationem ſui aſſerti adducta, cum poſtrema noſtra reſponſione de ſenſu diviſo iam data: & planè apparebit ſolutionem noſtram nonc ſle ab Auguſtini mente alienam: vti nec à mente Gregorij & Ruperti, qui Auguſtinum imitari ſtuduerunt.

CAPVT XI.

Diſſuuntur quatuor poſtrema obiectiones capite nono propoſitæ.

A. EX Obiectionibus c.9.propoſitis quatuor adhuc ſuperſunt hoc capite diluendæ: quarum prima, quam §. 4. illius capitis vtſimus, in neceſſitate gratiæ prædeterminantis pro omni ſtatu creaturæ rationalis fundatur. Ad Angelici itaque Doctoris authoritatem primo loco ibi obiectam Reſpondetur, rectè indè concludi neceſſitatem divinæ motionis ad actionem creaturarum pro quovis ſtatu earundem, ſed tamen eam motionem pro difformitate ſtatuum eſſe difformem; dicente Angelico ipſo Doctore alibi de Deo omnium motore:[a] 'Operatur in vnoquoque ſecundùm eius proprietatem'. Et 1. 2. q. 10. ar. 4. in corpore: 'Ad providentiam divinam non pertinet naturam rerum corrumpere, ſed ſervare: vnde omnia movet ſecundùm eorum conditionem'. Et inferiùs ibidem in reſponſione ad 1.[m]: 'Voluntas divina (inquit) non ſolùm ſe extendit, vt aliquid fiat per rem quam movet, ſed vt etiam eo modo fiat quo congruit naturæ ipſius'. Et ſuperiùs ibidem q. 9. ar. 6. ad 3.[m]: 'Deus (inquit) movet voluntatem hominis, ſicut vniverſalis motor, ad vniverſale obiectum voluntatis, quod eſt bonum; & ſine hac vniverſali motione homo non poteſt aliquid velle. Sed homo per rationem determinat ſe ad volendum hoc vel illud, quod eſt verè bonum, vel apparens bonum: ſed tamen interdum ſpecialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinatè volendũ, quod eſt bonũ; ſicut in his quos movet per gratiam, vt infrà dicetur'. Ecce hìc apertiſſimè agnoſcit difformitatẽ quãdam divinarũ motionum, quarum alias facit vniverſales, alias ſpeciales: inter quas poſtremas ſtatuit eas quæ per gratiam fiunt. Rurſus has ipſas inter ſe eſſe difformes, indicat inferiùs, quò lectorem remittit: hoc eſt, 1. 2. q. 109. ar. 2. ad 1.[n]: 'Mens hominis (inquiens) etiam ſani, non ita habet dominium ſui actus, quin indigeat moveri à Deo: & MVLTO MAGIS liberum arbitrium hominis infirmi poſt peccatum, per quod impeditur à bono per corruptionem naturæ'. Quamvis igitur pro vtroque ſtatu indigeat homo motione diviná ad bonè volendum aut meritoriè operandum, & quidem eâ motione quam ſuperiùs vocaverat *ſpecialem*, & diſcreverat à *motione vniverſali*; tamen in ſtatu naturæ lapſæ, impediente ipſâ naturę corruptione, ſpecialiori adhuc motione eget quàm in ſtatu naturæ incorruptæ egucrat. Et vide quid ibidem in corpore articuli Angelicus Doctor præmiſerat: 'Virtute gratuitâ ſuper-

Ad obiect. 4.[a m]

[a] D. Tho. 1. p. q. 83. ar. 1. ad 3.[m]

'superadditâ virtuti naturæ indiget homo in statu naturę integrę, 'quantum ad vnum; scilicet ad operandum & volendum bonum su-'pernaturale: sed in statu naturę corruptæ, quantum ad duo; scilicet 'vt sanetur, & vlteriùs vt bonum supernaturalis virtutis operetur'. Non quòd virtus quâ sanatur, & virtus quâ bonum operatur, sint duæ virtutes ab invicem distinctę; sed quòd vnica virtus homini lapso necessaria, debeat esse talis ac tanta, vt depravatam hominis voluntatem à noxijs retrahat, & ad salutaria impellat. Nec est quòd pro vniformitate motionum in vtroque statu requisitarum obijciatur illud quod ibidem subsequenter adiungit: 'In vtroque statu indiget homo auxilio divino, vt ab ipso moveatur ad benè agendum'. Nam licet in vtroque statu indigeat auxilio movente, pro difformitate tamen statuum diformi indiget auxilio; vt patet ex contextibus iam indidem citatis. Quibus addi potest & illud quod ait idem inferiùs q. III. ar. 2. in corpore: 'Est in nobis duplex actus: Primus quidem interior 'voluntatis: Et quantum ad istum actum, voluntas se habet vt mota, 'Deus autem vt movens: & PRAESUPPONITUR CUM VOLUNTAS INCIPIT BONUM VELLE, QUAE PRIUS MALUM VOLEBAT'. Hinc manifestè apparet, specialiori opus esse motione pro statu corruptionis quàm pro statu primæ institutionis: vt proinde divina motio ab Angelico Doctore ad operationes creaturæ rationalis iustificatas, triplex vniversim distingui debeat, subdivisa nimirum in specialem, specialiorem & specialiorem: vniversalis nimirum, ad vnumquemque & qualemcunque creaturæ actum necessaria: Specialis, ad actus supernaturales pro quovis statu eliciendos necessaria: & specialior adhuc, pro exercendo quocunque actu virtuoso in statu naturæ corruptę necessaria. Quarum quidem postremarum duarum motionum discrimen sufficienter stabilivimus cap. 8. ex Augustino præsertim ac discipulis eius. Addimus nunc & illud eiusdem Augustini testimonium, quo Angelici Doctoris interpretatio à nobis iam tradita roboratur: [b] 'Quid ergo? '(ait ille) Adam non habuit Dei gratiam? Jmò verò habuit magnam, 'sed DISPAREM. Ille in bonis erat, quę bonitate sui conditoris acceperat: neque enim ea bona & ille suis meritis comparaverat. Sancti 'verò in hac vita, ad quos pertinet LIBERATORIS GRATIA, in malis sunt, ex quibus clamant ad Deum, *Libera nos à malo*. Ille in illis Mat. 6. 13. 'bonis Christi morte non eguit: istos à reatu, & hereditario, & 'proprio, illius Agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat eo adiutorio quod implorant isti cùm dicunt, *Video aliam legem in membris meis* Rom. 7. 23. & seq. 'repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in 'membris meis: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 'Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: quoniam in eis *caro* Gal. 5. 17. 'concupiscit adversùs spiritum, & spiritus adversùs carnem; atque in tali 'certamine laborantes ac periclitantes, dari sibi pugnandi vincendiq; 'virtutem per Christi gratiam poscunt. Ille verò nullâ tali rixâ à se-'ipso adversùs seipsum tentatus atque turbatus, in illo beatitudinis lo-co,

Evasio.

Præcluditur.

[b] *Aug. l. de Corrup. & Grat. c. 11.*

Digitized by Google

,co, ſuâ ſecum pace fruebatur. Proinde etſi non interim lętiore nunc, verumtamen POTENTIORE GRATIA indigent iſti'. Et nonnullis de Incarnatione & impeccabilitate Chriſti interpoſitis, rediens ad diſcrimen gratiæ hominis ſani, & hominis ſauciati, quarum priorem vocat gratiam ſeu adiutorium primi Adam, poſteriorem verò ſecundi Adam, ſubtexit inferiùs ibidem de Adamo: 'Nec ipſum ergo Deus ,eſſe voluit ſine ſua gratia, quam reliquit in eius libero arbitrio: quo-,niam liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum autem nihil ,eſt, niſi adiuvetur ab omnipotente bono: quod adiutorium ſi ho-,mo ille per liberum non deſeruiſſet arbitrium, ſemper eſſet bonus: ſed ,deſeruit, & deſertus eſt. Tale quippe erat adiutorium, quod deſere-,ret cùm vellet, & in quo permaneret ſi vellet; non quo fieret vt vel-,let. Hæc eſt prima gratia, quæ data eſt primo Adam; ſed hæc PO-,TENTIOR eſt in ſecundo Adam. Prima eſt enim, quâ fit vt habeat ho-,mo iuſtitiam, ſi velit: Secunda ergo PLVS POTEST, quâ etiam fit vt ,velit, & tantum velit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem ,contraria concupiſcentem, voluntate ſpiritus vincat. Nec illa qui-,dem parva erat, quâ demonſtrata eſt etiam potentia liberi arbitrij, ,quoniam ſic adiuvabatur, vt ſine hoc adiutorio in bono non mane-,ret, ſed hoc adiutorium cùm vellet deſereret: Hæc autem TANTO ,MAIOR eſt, vt parum ſit homini per illam reparare perditam liber-,tatem, parum ſit denique non poſſe ſine illa, vel apprehendere bonũ, vel permanere in bono ſi velit, niſi etiam efficiatur vt velit'. Atque hinc orta eſt ipſorum adiutoriorũ apud Auguſtinum ibidem capite ſequenti difformis appellatio, quâ adiutorium hominis integri dicitur *Adiutorium ſine quo non*, adiutorium autem hominis lapſi *Adiutorium quo* fit aliquid: ſit vtique 'indeclinabiliter & inſuperabiliter', vt ibidem inferiùs ipſe ſubtexit. Rationem porrò huius diſparis œconomiæ erga hominem ſanum, & hominem lapſum, aſſignavimus ſuperiùs cap. 8. ſub initium.

2. Neque verò hiſce officiunt quæ ex Auguſtino in proſecutione obiectionis quartæ ſubiuncta ſunt. Nam inprimis quod ex libro 11. de Civit. cap. 25. allegatum ibi eſt, ſubordinationem creaturarum reſpectu creatoris, tam quoad ſuum eſſe, quàm quoad ſuum benè eſſe, aſtruit; ſed ſalvâ ſemper ipſius ſubordinationis difformitate pro difformi creaturarum ſubordinatarum ſtatu. Creatori quippe proprium eſt, ſeipſo non ſolùm eſſe, ſed etiam ſapientem ac beatum eſſe; nec hoc vlli creaturæ pro vllo ſtatu commune cum creatore poteſt eſſe: Nam ſi creatura à ſeipſa ſine alterius ope vel influxu poſſet eſſe, vel ſapiens atque beata eſſe, non iam creatura, ſed Deus eſſet. Hinc Auguſtinus alibi ait de homine, quod & de omni creatura veriſſimum eſt: [c] 'Non ,accepit hominis natura, vt per ſuam poteſtatem, Deo non regente, ,beata ſit: quia nullo regente, per ſuam poteſtatem beatus eſſe, ſolus Deus poteſt'. Hinc rurſus loco in obiectione citato præmiſerat: 'Si natura noſtra eſſet à nobis, profectò & noſtram nos genuiſſemus ſa-

[c] *Aug. lib. 2. de Geneſ. Contra Manich. c. 15.*

,pientiam, nec eam doctrinâ, id est, aliunde discendo, percipere cu-
,ramus: & noster amor à nobis profectus, & ad nos relatus, ad be-
,ne vivendum sufficeret, nec bono alio quo frueremur vllo indigeret'.
His continuò subtexuntur verba in argumento obiecta ex libro 11. de
Civit. cap. 25. Quæ proinde conformiter ad antecedentem contex-
tum intelligenda sunt: adeoq; subordinationem creaturarum ad Deum
tanquam principium primum & finem vltimum important, sed vni-
formitatem divinæ motionis pro omni statu non astruunt. Dixi, tan-
quam principium primum & finem vltimum. Quia textus iam cita-
tus vtramque subordinationem insinuat: Nam prior eius pars sub-
ordinationem nostram ad Deum vt primum principium effectivũ
tam nostræ essentiæ quàm nostræ sapientiæ innuit, posterior autem
alteram subordinationem nostram ad eundem, vt vnicum finem vlti-
mum quo beari possumus, indicat. Vnde & ille qui *non rapinam arbi-* Philip. 2. 6.
tratus est se esse æqualem Deo, veraciter de seipso ait: *Ego sum Alpha &* Apoc. 22.
Omega, primus & novissimus, principium & finis. Alter porrò locus sub- 13.
sequenter ibidem ex libro 19. de Civit. cap. 25. obiectus, de subordi-
natione creaturarum ad Deum velut finem vltimum, specialiter est
intelligendus. Nam integer textus sic ad verbum sonat: 'Quàmlibet
,videatur animus corpori, & ratio vitijs laudabiliter imperare; si ta-
,men Deo animus & ratio ipsa non servit, sicut sibi serviendum esse
,ipse Deus præcepit, nullo modo corpori vitijsque rectè imperat.
,Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina, veri
,Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis dæmonibus
,corrumpentibus prostituta? Proinde virtutes quas sibi habere vide-
,tur, per quas imperat corpori & vitijs ad quodlibet adipiscendum
,vel tenendum, nisi AD DEVM RETVLERIT, etiam ipsæ vitia sunt po-
,tiùs quàm virtutes. Nam licet à quibusdam tunc veræ & honestæ
,putentur esse virtutes, cùm ad seipsas referuntur, nec PROPTER
,ALIVD expetuntur, etiam tunc inflatæ ac superbæ sunt; & ideò non
,virtutes; sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim non est à carne, sed su-
,per carnem, quod carnem facit vivere: sic non est ab homine, sed su-
,per hominem, quod hominem facit beatè vivere: nec solùm homi-
nem, sed etiam quamlibet potestatem virtutemque cœlestem'. Ecce
integrum capitis obiecti textum: ex quo manifestè apparet, sermo-
nem esse de relatione omnium actionum nostrarum in Deum, vt vlti-
mum finem: non de divina motione in genere principij efficientis pro
vno vel altero statu creaturarum. Atque hunc Augustini sensum luci-
dissimè manifestant quæ fusè ipse prosequitur lib. 4. contra Iulianum
cap. 3. vbi inter alia ait ad propositum: 'Virtutes quæ carnalibus de-
,lectationibus, vel quibuscunque commodis & emolumentis tempora-
,libus serviunt, veræ prorsus esse non possunt: quæ autem nulli rei ser-
,vire volunt, nec ipsæ veræ sunt. Veræ quippe virtutes Deo serviunt
,in hominibus, à quo donantur hominibus: Deo serviunt in Ange-
,lis, à quo donantur & Angelis. Quicquid autem boni fit ab homi-
ne,

Digitized by Google

,ne, & non PROPTER HOC FIT, PROPTER QVOD FIERI DEBERE ,VERA SAPIENTIA PRAECIPIT, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est'. Qua de re videri possunt quæ scribit Angelicus Doctor 2.2.q.23. ar.7. Nec responsioni nostræ obstat illud quod ex Augustino iam relatum est, 'Veræ virtutes Deo seruiunt in Angelis, à quo DONANTVR & Angelis'. De Angelis quippe comprehensoribus sermo ibi est, non de viatoribus. Et quanquam de viatoribus esset, non tamen sententiæ nostræ præiudicaret: quia tametsi virtutes à Deo omnibus donentur, nihilominus in ipso donandi modo potest esse magna differmitas: quemadmodum etsi Deus dicatur
1.Cor.12.6 *operari omnia in omnibus*, in ipso operandi modo magna est differmitas: vt præcedente §. ex Angelico Doctore notavimus, & ex sequentibus lucidiùs apparebit. Ad ea quæ subsequenter obiecta sunt de bona Angelorum voluntate, ex libro 12. de Civit. cap. 9. facilis est ex dictis solutio. Scopus quippe Augustini eo loco est, influxum creatoris astruere in omnes actus Angelicos, quibus Angeli vel cœperunt esse boni, vel evaserunt meliores. Præmiserat quippe Augustinus ibidem: 'Si dixerimus, nullam esse efficientem causam bonæ voluntatis, ca-,vendum est ne voluntas bona bonorum Angelorum, non facta, sed ,Deo coæterna esse credatur. Cùm enim ipsi facti sint, quomodo illa ,non esse facta dicitur? Porrò quia facta est, vtrùm cum ipsis facta est, ,an sine illa fuerunt priùs? Sed si cum ipsa, non dubium quòd ab illo facta sit, à quo & ipsi'. Qui discursus evidenter fundatur in influxu creatoris in omnes creaturas. Ac per hoc coincidit cum altero discursu ex libro 11. de Civit. cap. 25. iam relato atque soluto. Sicut ergo illo non evincitur aliud quàm subordinatio creaturarum ad Deum, ita nec isto evincitur quòd bona voluntas Angelorum fuerit speciali illo modo opus Dei, quo opus eius est voluntas bona hominum lapsorum; sed saltem generaliori illo modo iuxta quem Augustinus alibi docet, [d] 'Non solùm magna, sed etiam mi-,nima bona non esse posse nisi ab illo, à quo sunt omnia bona, hoc est, Deo'. Et mox infrà ibidem singulorum exempla recensens: 'Virtutes (subdit) quibus rectè vivitur, magna bona sunt: species au-,tem quorumlibet corporum, sine quibus rectè vivi potest, minima ,bona sunt: potentiæ verò animæ, sine quibus rectè vivi non potest, media bona sunt'. Et lib. 1. Retract. cap. 9, 'In medijs (inquit) bonis ,reperitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè illo vti possu-,mus, sed tamentale est vt sine illo rectè vivere nequeamus. Bonus au-,tem vsus eius iam virtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus ,malè vti nullus potest. Et quia omnia bona, sicut dictum est, & mag-,na & media & minima ex Deo sunt, sequitur vt ex Deo sit etiam bo-,nus vsus liberæ voluntatis, quæ virtus est, & in magnis numeratur bonis'. Certè nunquid quia omnia bona ex Deo esse perhibentur, vniformi influxu prodire ab ipso putabuntur? Non vtique: sed quædam ab eo prodeunt per influxum duntaxat generalem, vt media & infima

[d] *Aug. lib. 2. de Lib. Arbit. cap. 19.*

Vide Magist. Sent. l. 2. Dist. 26. §. 10.

bona : quędam verò per ſpecialem,aut etiam ſpecialiorem: provt prę-
cedente §. perhibuimus. Atque hæc reſponſio ſufficienter enervat ob-
iectionem ex libro 12. de Civit. cap. 9. propoſitam. Cui etiam aliter
reſponderi poteſt, vt inſi à oſtendemus, Auguſtinum ibi loqui de bona
Angelorum voluntate ſpectata ſecundùm primam eius inſpirationem
ipſis Angelis coævam, non autem ſecundùm continuationem aut ite-
rationem : Quando enim operatio aliqua incipit cum re, potiori ra-
tione aſcribitur Deo quoad ſuam inchoationem, quàm quoad conti-
nuationem aut iterationem : [r] 'Quamvis enim (ait Angelicus Doctor)
,res aliqua in primo inſtanti quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit ope-
,rari: tamen illa operatio quæ ſimul incipit cum eſſe rei,eſt ei ab agen-
te à quo habet eſſe'. Reliqua teſtimonia in eodem argumento ſubſe-
quenter obiecta, partim ex iam dictis dilui poſſunt, partim in ſequen-
tibus diluentur. Nullam quippe peculiarem continent difficultatem
à præcedentibus & ſubſequentibus teſtimonijs extraneam.

[r] D. Th. 1. p. q. 63. ar. 5. in corpore.

Ad obiect. quintam.

Ad quintam obiectionem Reſpondetur, Anſelmum primo loco ibi
allegatum non aliud intendere quàm influxum creatoris generalem in
creaturas omnes aſtruere, abſtrahendo à particularibus modis quibus
pro diſformi rerum ſtatu diſformiter operatur in ipſis. Vnde ad probã-
dum quòd illud Apoſtolicum, *Quid habes quod non accepiſti?* locum ha- 1. Cor. 4.
beat etiam in Angelis,generaliter aſſumit : [s] 'Nulla creatura habet a-
liquid à ſe'. Atque hoc aſſumptum duplici argumento corroborat,
quorum primum eſt : 'Quod enim ſeipſum à ſe non habet, quomodo
habet à ſe aliquid'? Alterum eſt : 'Si non eſt aliquid, niſi vnus qui fe-
,cit, & quæ facta ſunt ab vno; clarum eſt, quia nullatenus poteſt ha-
beri aliquid, niſi qui fecit, aut quod fecit'. Quæ probationes omninò
coincidunt cum ijs quas ex Auguſtino lib. 12. de Civit. cap. 9. iam ſu-
periori §. commemoravimus : quibus ille evincit,voluntatem bonam
Angelorum ex Deo eſſe : quia nimirum creatura eſt, & non creatrix,
aut creatori coæterna. Vnde manifeſtum eſt, tam Auguſtinum, quàm
ei ſuccinentem Anſelmum, loqui de generali influxu Dei in omnes res
creatas. Nec obſtat quòd iuxta hanc interpretationem appareat con-
ſequens, etiam malam voluntatem quâ ſe dæmones ab Angelis lucis
diſcreverunt, à Deo fuiſſe; ſiquidem ſine generali creatoris influxu
eam dæmones elicere nequierunt. Etenim hoc veriſſimum eſſe cenſet
Anſelmus ibidem & alibi, ſi ſermo ſit de mala voluntate ſub ratione
actus creati,nõ ſub ea ratione quâ mala eſt. Quid enim apertius quàm
quod ait ibidem cap. 20. his verbis : 'Cùm diabolus convertit volun-
,tatem ad quod non debuit, & ipſum velle, & ipſa converſio fuit ali-
,quid : & tamen non niſi A DEO, & de Dei voluntate aliquid habuit:
,quoniam nec velle aliquid, nec movere potuit voluntatem, niſi illo
,permittente,qui FECIT OMNES NATVRAS SVBSTANTIALES ET AC-
,CIDENTALES,VNIVERSALES ET INDIVIDVALES. In quantum enim
,volũtas & cõverſio ſive motus voluntatis eſt aliquid,bonũ eſt,& Dei
,eſt:inquantũ verò iuſtitiâ caret,ſine qua eſſe non debet, non ſimplici-
ter

[s] Anſel. Dialog. de Caſu Diaboli. cap. 1.

Scrupulus.

Excutitur.

Vide Anſel. ibid. ſuperiùs c. 7. 8. 9. & 10.

ter malum, ſed aliquid malum eſt; & quod malũ eſt, non Dei, ſed volentis, ſeu moventis voluntatem eſt'? Et paulò infrà ibidem rurſus: 'Quid mirum (inquit) ſi dicimus, Deum facere ſingulas actiones quæ ,fiunt malâ voluntate, cùm fatemur eum facere ſingulas ſubſtantias quæ fiunt iniuſtâ voluntate & inhoneſtâ actione'? Et lib. de Conceptu Virgin. cap. 5. 'Omnis eſſentia (ait;) eſt à Deo, à quo nihil iniu-,ſtum. Quare nulla eſſentia eſt iniuſta per ſe: iniuſtitia enim omninò nihil eſt, ſicut cæcitas'. Et lib. de Concordia præſcientiæ prædeſtinationis & gratiæ cum libero ARBITRIO cap. 7. 'Omnis qualitas (inquit) ,vel omnis actio, & quicquid aliquam habet eſſentiam, A DEO EST, à ,quo eſt omnis iuſtitia, & nulla iniuſtitia. Facit igitur Deus omnia, ,quæ iuſtâ vel iniuſtâ voluntate fiunt, id eſt, bona opera & mala. In ,bonis quidem facit quòd ſunt, & quòd bona ſunt; in malis verò facit quòd ſunt, ſed non quòd mala ſunt'. Iuxta hoc poſtremum interpretandus eſt Auguſtinus dicto libro 12. de Civit. cap. 9. cùm in principio capitis ait: 'Malæ voluntatis efficiens naturalis, vel, ſi dici poteſt, ,eſſentialis, nulla eſt cauſa: ab ipſa quippè incipit ſpirituum mutabi-,lium malum, quo minuitur atque depravatur naturæ bonum: Nec ,talem voluntatem facit niſi defectio, quâ deſeritur Deus; cuius defectionis etiam cauſa vtique deficit'. Non enim entitatem peccaminoſi actus divinæ operationi aut influxui ſubtrahit, ſed malitiam; quæ nihil eſt, adeoque non efficientem, ſed deficientem cauſam habet. Vnde idem alibi vtramque partem ſententiæ ex Anſelmo relatæ tradit:

Vide ibid. c. 9.

Auguſtinus.

[g] 'Dixiſti mihi Domine (inquiens) voce forti in aurem interiorem, ,quòd omnes naturas, atque ſubſtantias, quæ non ſunt quod tu es, & ,tamen ſunt, tu feciſti: & hoc ſolùm à te non eſt, quod non eſt, ,motuſque voluntatis à te qui es ad id quod minus eſt; quia talis motus delictum atque peccatum eſt'. Neque enim hunc motum vt natura quædam eſt, ſed duntaxat vt delictum vel peccatum eſt, à Deo factum negat. Cùm itaque omnia ex Deo ſint pro quocunque ſtatu ſint, non omnia tamen vniformiter ab eo prodeunt: quia vt §. 1. ex Angelico Doctore retulimus, 'Divina providentia omnia movet ſecundùm eorum conditionem'. Diſparem porrò fuiſſe conditionem liberi arbitrii pro ſtatu primæ integritatis ab eo quem iam habet poſt incurſam infirmitatem, ſufficienter oſtenſum eſt cap. 8. Quam certè diſparitatem agnovit & aſſeruit Anſelmus: Nam in illo ipſo Dialogo de Caſu diaboli, vnde nobis obiectus eſt, apertiſſimè aſſerit, Angelum bonum ſuâ voluntate ſtetiſſe, & quidem ſolâ; quemadmodùm & malus ſolâ ſuâ voluntate cecidit: 'Sicut enim ille (ait ibi cap. 24:) iam ,redire non poteſt, quia SOLA MALA VOLVNTATE abijt; ſic iſte iam abire non poteſt, quia SOLA BONA VOLVNTATE permanſit'. Ubi excluſiva, *ſola*, non excludit Dei concurſum aut gratiæ poſſibilitantis obſequium, ſed voluntatis arbitrio aſſignat vtrobique primatum. Quẽ primatum è contrario in natura lapſa aſſignat gratiæ, cùm dicit, [h] 'Hominem bona facere per liberum arbitrium PRAEVALENTE GRATIA, & malum ſolâ ſuâ operante propriâ voluntate'. Hinc ibidem in-

[g] Aug. lib. 12. Confeſſ. c. 11.

[h] Anſel. lib. de Concordia præſcientiæ prædeſt. cum libero Arb. cap. 7.

Digitized by Google

feriùs cap. 15. negat libero arbitrio imputandum esse quòd homo velit aut currat, sed gratiæ : 'Cùm legitur (inquit) *neque volentis, neque* Rom. 9.
,*currentis, sed miserentis est Dei*; non negatur, in volente neque in cur-
,rente aliquid prodesse liberum arbitrium ; sed significatur NON ESSE
,IMPVTANDVM libero arbitrio quòd vult & quòd currit, SED GRATIAE'. Ecce qui dixit, Angelum solâ voluntate permansisse, hìc negat cursum hominis bonum libero arbitrio imputandum esse. Vnde hoc, nisi quia licet vtrobique gratia & liberum arbitrium cooperarentur, ibi tamen liberum arbitrium dominabatur, hìc autem ancillatur; ibi obtinebat primatum, hic non nisi secundatum? Hoc & Augustinus satis apertè indicavit, vbi dixit, [l] 'Deum sic ordinasse Angelorum
,& hominum vitam, vt in ea priùs ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium'. Vnde & capite proximè sequente ibidem, gratiam primi status vocat 'Gratiam quâ demonstrata est potentia liberi arbitrij'. Et lib. de Bono persever. cap. 7. 'Libertas voluntatis (inquit) in illius primæ conditionis
,præstantia QVANTVM VALVERIT, apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente in veritate steterunt'. Sed per quid steterunt, per gratiamne an per liberum arbitrium? Vtique per liberum arbitrium, quamvis non sine gratiæ obsequentis auxilio. Hinc cùm libro de Correptione & Gratia cap. 10. idem dixisset : 'Angeli quidam, quorum
,princeps est qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium à Domino Deo refugæ facti sunt' : paulò post subdidit : 'Cæteri autem PER IPSVM LIBERVM ARBITRIVM IN VERITATE STETERVNT'. Hoc ipsum non minus dilucidè asserit Prosper, vel quisquis alius author est librorum de vita contemplativa, his verbis : [k] 'Voluntatis sanctorum An-
,gelorum fuit, quòd malis sponte cadentibus ipsi in sua dignitate manserunt'. An fortè idem est de homine lapso? [l] 'Sed post illam ruinam
,(respondet Augustinus) maior est misericordia Dei, quando & ipsũ
,liberum arbitrium liberandum est à servitute, cui dominatur cum
,morte peccatum. Nec omninò per seipsum, sed PER SOLAM DEI GRATIAM, quæ in fide Christi posita est, liberatur'. De qua gratia loquens Prosper, inter alia ait : [m] 'SOLA ex immundis mundos facit'. Consonat Fulgentius, apertissimè scribens : 'SOLA GRATIA in nobis bonam voluntatem facit, SOLA fidem ipsi voluntati tribuit'. Sicut autem cùm Anselmus suprà hìc citatus dicit, Angelum bonum 'Solâ bonâ voluntate permansisse', non excludit cooperationem gratiæ, sed præsulatum : ita cùm Augustinus Prosper & Fulgentius liberationem arbitrij, mundationem immundorum, largitionem fidei aut bonæ voluntatis soli gratiæ asscribunt, non excludunt cooperationem liberi arbitrij, sed principalatum. Vnde cùm alibi idem Augustinus dixisset: [o] 'Totum ex Deo' : continuò subdidit : 'Non tamen quasi dormientes,
,non quasi vt non conemur, non quasi vt non velimus. Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei'. Et paulò inferiùs ibidem : 'Qui ergo fecit te sine te, nõ te iustificat sine te'. Cui consonans Prosper : [p] 'Si quis (inquit)

[l] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 10.*

[k] *Prosp. l. 1. de vita contempl. c. 3.*

[l] *Aug. Enchiridy. c. 106.*

[m] *Prosp. lib. de Ingratis cap. 17*

[n] *Fulg. l. 1. de verit. prædest. c. 18*

[o] *Aug Serm. 15 de verbis Apost. c. 11.*

[p] *Prosp. l. cont. Collat. cap. 21.*

Digitized by Google

,(inquit) de ærumnoſis vanitatibus & inſanijs fallacibus erubeſcens, ,tenebras eſſe & mortem, quicquid pro lumine & vita amplectebatur, ,intelligit, & ab his ſe conatur abſtrahere: NON EST AB IPSO, QVAM- ,VIS NON SINE IPSO SIT, iſta converſio; nec propriâ virtute ad prin- ,cipia ſalutis enititur: ſed agit hoc occulta & POTENS GRATIA DEI, ,quæ dimotis terrenarum opinionum & operum mortuorum favillis, ,torrem obruti cordis exagitat, & deſiderio veritatis inflammat: non ,vt invitum hominem ſubigat, ſed vt ſubiectionis cupidum faciat; nec ,vt ignorantem trahat, ſed vt intelligentem ſequentemque præcedat'. Similiter & Fulgentius cùm alicubi dixiſſet, [q] 'Oportere nos humili- ,ter ſalubriterque cognoſcere pariter & fateri, gratiâ Dei nos eſſe quod ſumus, ſi tamen aliquid ſumus': mox ſubtexuit: 'Quâ gratiâ humanũ ,non aufertur, ſed ſanatur; non adimitur, ſed corrigitur; non remo- ,vetur, ſed illuminatur; non evacuatur, ſed adiuvatur atque ſervatur ,arbitrium: vt in quo infirmitatem homo habuit, in eo habere inci- ,piat ſanitatem: quo errabat, eodem in viam redeat: in quo cæcus ,fuit, in eo accipiat lumen: & vbi fuit iniquus ſerviens immunditię & ,iniquitati ad iniquitatem, ibi gratiâ præventus atque adiutus ſerviat iuſtitiæ ad ſanctificationem'.

[q] *Fulg. l. de Incarn. & grat. cap. 20.*

Nec prædictis officiunt quę in proſecutione iſtius quintę Obiectionis ſubiuncta ſunt ex Anſelmo vel alijs. Nam inprimis quod de perſeverandi non ſolùm poteſtate, ſed etiam voluntate Angelis à Deo data aſſerit Anſelmus, præterquàm quòd de inchoatione voluntatis ipſis Angelis coæva ſit intelligendum, facilè exponi poteſt de datione conſiſtente in ſubminiſtratione ſimultanei influxus, libero arbitrio cum gratia poſſibilitante operanti præſtiti. Sed quoniam tam gratia ipſa quàm divinus influxus ſubdebantur nutui Angelici arbitrij, difformis omninò fuit illa datio ab ea quæ fit hominibus lapſis: quibus vtique Deus, Auguſtino atteſtante, [r] 'Non ſolùm dat adiutorium, quale pri- ,mo homini (idem eſt de Angelis viatoribus) dedit, ſine quo non poſ- ,ſint perſeverare ſi velint, ſed in eis etiam operatur & velle: vt quo- ,niam non perſeverabunt, niſi & poſſint & velint, perſeverandi ,eis poſſibilitas & voluntas divinæ gratię largitate donetur. Tantum ,quippe ſpiritu ſancto accenditur voluntas eorum, vt ideò poſſint quia ,ſic volunt, ideò ſic velint quia Deus operatur vt velint. Nam ſi in ,tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamen infirmitate propter elatio- ,nem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipſis relinqueretur vo- ,luntas ſua, vt in adiutorio Dei ſine quo perſeverare nõ poſſent mane- ,rent ſi vellent, nec Deus in eis operaretur vt vellent: inter tot & tantas ,tentationes infirmitate ſuâ volũtas ipſa ſuccumberet, & ideò perſeve- ,rare NON POSSENT, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ,ita vellent infirmitate voluntatis vt poſſent. Subventum eſt igitur in- ,firmitati voluntatis humanæ, vt DIVINA GRATIA INDECLINABILI- TER ET INSVPERABILITER AGERETVR.' Tãta proinde eſt diſparitas ac difformitas dationis voluntatis perſeverãdi in hoc & in illo ſtatu, vt cum

[r] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 12.*

cum adiutorio illius ſtatus nemo pro hoc ſtatu perſeverare poſſet, nedũ vellet; cùm è diverſo tam Angeli quã homines pro illo ſtatu potuerint, atque etiam omnes ad tempus voluerint, imò & boni Angeli perſeveranter voluerint; non gratiâ eorum arbitrium indeclinabiliter agente, ſed potiùs arbitrio gratiam ad agendum applicante. Vnde & Anſelmus eodem ipſo Dialogo de Caſu Diaboli cap. 3. ait de apoſtata Angelo: 'Non ideò non habuit bonam voluntatem perſeverantem aut ,non accepit, quia Deus non dedit: ſed ideò Deus non dedit, quia ille ,volendo quod non debuit, eam deſeruit; & eam deſerẽdo, non tenuit'. Rurſus inferiùs cap. 18. in titulo aſſerit, 'Quòd malus Angelus ſic debet Deo gratias pro bonis quæ accepit & deſeruit, ſicut bonus qui ſervavit accepta'. Et quid dico, pro bonis quæ accepit & deſeruit; cùm Anſelmus in textu eiuſdẽ capitis, id extendat etiã ad bona quæ acceptaturus fuiſſet ſi per ipſum non ſtetiſſet? 'Semper (inquit) debet Deo gratias agere malus Angelus pro beatitudine, quã ſibi abſtulit: ſicut bonus pro ea, quam ſibi ipſe dedit'. Quare hoc, niſi quia Deus ex parte ſua vniformiter erga ambos ſe geſſit in via, vniformiter geſturus ſe & in patria, ſi beneficijs impẽſis vniformiter vti ipſi voluiſsẽt? Hinc in SOLAS ipſorũ voluntates Anſelmus præcedente §. citatus amiſſionem & adeptionẽ beatitudinis reſpectivè refundit. Alia prorſus eſt ratio de hominibus lapſis: [s] 'SOLA enim gratia (vt Auguſtinus ait) redẽptos diſcernit ,à perditis, quos in vnam perditionis concreverat maſſam, ab origine ducta cauſa communis'. Vnde & lib. de Corrept. & Grat. cap. 11. libertatem beatificam Angelis perſeverantibus mercedem meriti fuiſſe affirmat, quæ donum eſt gratiæ hominibus lapſis: 'Quid erit liberius (inquit) libero arbitrio, quando non poterit ſervire peccato? ,Quæ futura erat & homini, ſicut facta eſt & Angelis ſanctis, MERCES ,MERITI: nunc autem per peccatum perdito bono merito, in his qui ,liberantur factum eſt DONVM GRATIAE, quæ merces meriti futura erat'. Meriti vtique humani, cuius ipſe meminit lib. de Prædeſt. Sanctorum cap. 15. 'Humana hìc merita conticeſcant (inquiens) quæ perierunt per Adam: & regnet quæ regnat Dei gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum'. Si per Adam perierunt merita humana, proculdubiò ſi non deliquiſſet Adam manſiſſent merita humana. An fortè ita merita illius ſtatus fuiſſent humana, vt ad ea non concurreret gratia divina? Non vtique: Quoniam vt alibi idem ait: [t] 'Sine ,gratia nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet. Quia etſi peccatum in ,ſolo libero erat arbitrio conſtitutum, non tamen iuſtitiæ retinendæ ,ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni divinum adiutorium præberetur'. Cur ergo (inquies) merita pro illo potiùs ſtatu fuiſſent humana, quàm pro hoc noſtro; ſiquidem vtrobique neceſſaria eſt gratia? Cur putamus, niſi quia ibi gratia obſequeretur arbitrio dominanti, hìc dominatur obſequenti? Hinc enim cùm Auguſtinus iam citatus dixiſſet: 'Humana hìc merita conticeſcant, quæ perierunt per Adam': mox ſubdidit: 'ET REGNET QVAE REGNAT DEI GRATIA per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum'. Ibi itaq;

[s] *Aug. Enchir. cap. 99.*

[t] *Aug. Enchir. cap. 106.*

Dubium.

Deciſio.

regnasset hominis arbitrium, & ideò merita dicta sunt humana: hìc autem regnat Dei gratia, & ideò merita sunt dona divina: [u] 'Tanta ,enim est (ait Papa Celestinus) erga omnes homines bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona'. Sed quid ad Augustini testimonium in Obiectione allegatum, quo bonos Angelos asserit fuisse *Ampliùs adiutos*? Duplex responsio est: vna, vt dicatur, quòd vocabulum *Ampliùs*, non importet augmentum perfectionis, sed durationis. Malis quippe Angelis in peccatum labentibus, ac per hoc gratiam priùs adiuvantem respuentibus, boni continuarunt cursum suum, ac sic diutiùs vsi sunt adiutorio Dei. Sicut enim congruè loquimur, cùm de duobus eodem lumine ad videndum, vel eodem alimento ad vivendum vtentibus, dicimus: Hic ampliùs adiutus est lumine ad videndum aut alimento ad vivendum, quam ille; siquidem diutiùs visionem ex lumine aut vitam ex alimento protraxit: ita boni Angeli *ampliùs adiuti* divino auxilio dici rectè possunt; quia simul cum reliquis eo vti cœperunt, & diutiùs quàm reliqui vsuram protraxerunt. Altera responsio est, vt dicatur, quòd vox, *Ampliùs*, importet augmentum etiam perfectionis; sed quòd augmentum illud non sit datum in via, sed in patria: vbi nimirum sic adiuti sunt Angeli lucis, [w] 'Vt magnâ (sicut Augustinus ait) per spiritũ Sanctũ datâ abundantiâ charitatis Dei, cadere vlteriùs omninò non possent, & hoc de se certissimè nossent'. Nemo enim ambigit quin ampliore seu perfectiore opus sit adiutorio vt constituatur quis extra peccabilitatis aleam, quàm intra peccandi & non peccandi potentiam. Vnde idem Augustinus cap. 12. eiusdem libri: 'Prima erat perseverantiæ potestas (inquit) bo-,num posse non deserere: novissima erit fœlicitas perseverantiæ, bo-,num non posse deserere. Nunquid quia erunt bona novissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima vel nulla vel parva'? Audi iam Prosperum (si tamen ipse author est librorum de vita contemplativa) exponentem qualiter boni Angeli ad potiora ista atque meliora bona pertigerint: [x] 'Voluntatis sanctorum Angelorum fuit (ait ille) quòd ,malis sponte cadentibus ipsi in sua dignitate manserunt: & divino iu-,stoque iudicio actum est, vt quæ fuit cum Deo suo manendi voluntas, fieret permanendi voluntaria fœlixque necessitas'. Sed dicet quis, Necessitas ista, quantumvis fœlix & voluntaria, nusquam ab Augustino vocatur adiutorium: adeòque non per eam boni Angeli dicuntur *Ampliùs adiuti*. Respondetur negando assumptum. Quid enim aliud est ista necessitas, quàm beatitudo seu eius inamissibilitas? Beatitudinem porrò ab Augustino vocari adiutorium, patet ex capite proximè citato, vbi verbis inde iam descriptis hæc continuò subtexuntur: 'Itemque ipsa adiutoria distinguenda sunt: Aliud est adiutorium sine ,quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium quo aliquid fit: Nam sine ,alimẽtis non possumus vivere, non tamen cùm adfuerint alimenta, eis ,fit vt vivat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum est, ,sine quò non fit, non quo fit vt vivamus. At verò BEATITVDO,

[u] *Celestin. Ep. ad Episc. Gall. cap. 12.*

[w] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 10.*

[x] *Prosp. l. 1. de vita contempl. cap. 3.*

Scrupulus.

Excutitur.

,quam non habet homo, cùm data fuerit, continuò fit beatus: AD-,IVTORIVM est enim non solùm sine quo non fit, verumetiam quo fit ,propter quod datur. Quapropter HOC ADIVTORIVM & quo fit est, ,& sine quo non fit: quia si data fuerit homini BEATITVDO, continuò fit beatus; & si data nunquam fuerit, nunquam erit'. Hoc itaque beatitudinis adiutorio, quo quisquis adiuvatur continuò fit beatus, adiuti Angeli sancti pervenerunt. Et notandum quòd Augustinus in argumento obiectus non dixerit, venerunt; sed, *pervenerunt*. Quæ perventio non importat itinerationem viæ, sed assecutionem patriæ. Vnde & idem ipse Augustinus alibi de se atque alijs viatoribus loquens: 'Adhuc (inquit) in via sumus: VENIMVS, sed nondum PERVENIMVS'. Huic responsioni vnicum illud obstare videtur, quòd Augustinus non dixerit, bonos Angelos ampliùs adiutos perveniſſe ad beatitudinis plenitudinem postquam mali cecidissent, sed malis CADENTIBVS: quod perinde valet ac si diceret, dum mali caderent. Vnde apparet eum loqui de adiutorio viæ, & non patriæ: siquidem malis Angelis cadentibus boni adhuc in via erant, nec nisi post eorum casum ad beatitudinem pervenerunt: vt libro sequenti ostendemus. Unde & ipse Augustinus libro de Correptione & Gratia cap. 11. perspicuè indicat concomitantiam inter casum malorum & meritum bonorum, dicens de primo homine: 'Quia noluit permanere, profectò ,eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere voluisset: sicut fe-,cerunt Angeli sancti, qui CADENTIBVS ALIIS per liberum abitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi'. Steterunt vtique statione meritoria, ac per hoc viatoria, nondum comprehensoria: sequitur enim continuò: 'Et huius MANSIONIS debitam mercedem recipere meruerunt; tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quâ eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros'. Vbi audis mercedem receptam pro mansione, agnosce meritoriam viatoriamque mansionem. Respondetur ex subiunctis Augustini verbis loco in obiectione allegato patere eius mentem. Statim enim post verba obiecta subtexit: 'Sicut iam etiam in libro, quem sequitur iste, tractavimus'. Hoc est, libro 11. quem liber iste 12. consequitur. Tractaverat autem ibi materiam istam cap. 13. vbi ventilatâ quæstione de malis ac bonis Angelis, concluserat dicens: 'Restat vt aut impares fuerint; aut si pares fuerunt, POST ,ISTORVM RVINAM illis certa scientia suæ sempiternæ fœlicitatis accesserit'. Quod igitur libro 12. dixit, *Illis malâ voluntate cadentibus*: hoc libro 11. ad quem lectorem remittit, explicatiùs dixerat, *post istorum ruinam*. Neque verò à scripturarum aut Tractatorum consuetudine abhorret ista interpretatio. Sic enim de Christo Domino legimus apud Matthæum: *Ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari.* Vbi illud, *Ascendente eo*, perinde valet ac si diceretur, postquam ascendisset. Similiter quod ait Psaltes, *In exitu Israël de Ægypto*, tametsi idem sonet ac si diceretur, *Exeunte Israël de Ægypto*: non tamen importat concomitantiam exitionis cum cæteris

y Aug. serm. 12. de Verbis Apost. c. 8. Videque lib. 2. de Consensu Evang. c. 10.

Instantia.

Solutio.

Vide Aug. Ench. cap. 28. in fine.

Mat. 8.

In Psal. 113.

cæteris quæ ſubſequenter ibidem commemorantur ; vt cum eo quòd
Pſal.113.3. *Iordanis converſus ſit retrorſum*, quod anno demum quadrageſimo poſt exitum accidit. Conſimili intelligentiâ canit Eccleſia in Hymno Laudum Dominicalium, *Gallo canente ſpes redit* &c. Qui Hymnus ex Ambroſio deſumptus eſt lib. 5. Hexam. cap. 24. vbi cùm priùs dixiſſet, 'Gallo canente, ipſa Eccleſiæ petra culpam ſuam diluit' : paulò poſt quaſi exponens apertiùs quod dixerat, ſubdit: 'Benè fortis in die Petrus, nocte turbatur : & ante galli cantum labitur, & labitur etiam tertiò; vt ſcias non inconſultâ effuſione ſermonis eſſe prolapſum, ſed mentis quoque mutatione turbatum. Idem tamen POST GALLI CANTVM ſit fortior, & iam dignus quem Chriſtus aſpiciat'. Sicut igitur Ambroſio eadem ſunt, *Gallo canente*, &, *poſt galli cantum* : ita Auguſtino eadem ſunt, Malis Angelis cadentibus boni ampliùs adiuti ad beatitudinem pervenerunt, &, poſt malorum Angelorum caſum boni adiutorium beatificum obtinuerunt. *Ambroſius.*

5. Ex his aperta eſt iam via interpretandi teſtimonia Patrum ibidem & præcedente §. obiecta, quibus bonorum Angelorum ſtabilitas Deo adſcribenda decernitur. Duplex quippe diſtinguenda eſt bonorum Angelorum perſeverantia ſeu ſtabilitas : vna quâ perſeverarunt ſeu ſteterunt in via, altera quâ perſeverant ſeu ſtant in patria. Et quanquam ad vtramque eguerint Dei adiutorio, tamen ipſa adiutoria vſque adeò diſformia ſunt, vt prius illud ab Auguſtino dicatur *Adiutorium ſine quo non fit*, poſterius autem *Adiutorium quo fit* propter quod datur: vt iam vidimus. Rurſus quamvis vtraque perſeverantia ſuo modo à Deo data ſit, non tamen idem aut vniformis fuit modus dandi vtramque : ſiquidem prior data eſt defectibiliter ſub nutu arbitrij dominantis, poſterior indefectibiliter ſupra nutum arbitrij obſequentis. Hinc illa aſcribitur principaliùs creaturæ annuenti, hæc autem creatori annuere facienti. De hac itaque beatifica perſeverantia, quam Auguſtinus ſuperiori §. citatus *perſeverantiæ fælicitatem*, & Proſper ibidem ſubiunctus *permanendi voluntariam fælicemq; neceſſitatem* appellat, intelligendæ ſunt Patrum ſententiæ in quarta & quinta obiectione allegatę, quibus firmitas & ſtabilitas & ſoliditas cœlorum ſeu ſanctorum Ange-
Pſal.32.6. lorum, *Verbo Domini*, & *ſpiritui oris eius* aſcribitur. Quam firmitatem ex multorum Patrum libro ſequenti referendorum ſententiâ Deus præſti-
Gen. 1.6. tit bonis Angelis cùm diceret : *Fiat firmamentum* : [z]'Poſt cœli ,creationem (ait Iſidorus) in principio repetitur, *Fiat firmamentum*, & ,*vocatum eſt firmamentum cœlum* : nimirum oſtendens, quòd poſt ruinam Angelorum malorum, hi qui permanſerunt, FIRMITATEM æternæ perſeverantiæ conſecuti ſunt : nullo iam lapſu averſi, nullâ ſuperbiâ cadentes, ſed FIRMITER in Dei amore & contemplatione manentes'. Hauſit hoc Iſidorus ex Papa Gregorio, vbi ait : [a]'Virtutes ,Angelicæ quæ in divino amore fixæ perſtiterunt, lapſis ſuperbientibus Angelis hoc in munere retributionis acceperunt vt nullâ iam rubigine furtipientis culpæ mordeantur: vt in contemplatione conditoris

[z] *Iſidor. lib. 7. Origin. c. 5. Vide eund. l. 1. de Summo Bono cap. 12.*

[a] *Greg. lib. 27. Moral. cap. 24.*

›ris ſine fœlicitatis fine permaneãt, & in hoc quod ſunt condite, æternâ ›STABILITATE ſubſiſtant. Quod benè apud Moyſen ipſa de mundi ›origine Hiſtoriæ verba teſtantur, cùm & priùs factum *cœlum* dicitur, ›& hoc idem poſtmodum *firmamentum* vocatur : quia videlicet natura ›Angelica & priùs ſubtilis eſt in ſuperioribus condita; & pòſt, ne vnquam potuiſſet cadere, mirabiliùs CONFIRMATA'. Confirmata vtiq; per vnigenitum Patris; qui vt idem, in obiectione quinta perperàm in contrarium allegatus, ait : 'Surſum eſt FIRMITAS Angelorum' : quia nimirum ipſe eſt *Verbum Dñi*, quo *cœli firmati ſunt*. Iuxta quem ſenſum intelligendi ſunt Auguſtinus, Baſilius, Sophronius, Rupertus, & ipſe Gregorius in quarta obiectione allegati. Certè enim firmitatem ſeu perſeverantiam bonorum Angelorum in via, Gregorius nõ minùs dilucidè quàm Auguſtinus arbitrio ipſorum aſcribit, vbi ait: [b] 'Mirè Omnipotens Deus naturam ſummorum ſpirituum, bonam, ›ſed mutabilem condidit : vt & qui permanere nollent, ruerent; & qui ›in conditione perſiſterent, tantò in ea iam digniùs, quantò EX ARBITRIO ſtarent : & eò maioris apud Deum meriti fierent, quò mutabilitatis ſuæ motum, VOLVNTATIS STATIONE FIXISSENT'. Et lib. 25. eiuſdem operis cap. 4. 'Angelici ſpiritus (inquit) mutabiles ›ex natura conditi ſunt, quatenùs aut ſua ſponte caderent, aut EX ARBITRIO ſtarent'. Hinc Homil. 7 in Ezechielem paulò poſt medium, Angelos in via conſtitutos comparat aquæ in vtramlibet partem fluxili, verbo autem Domini firmatos aſſimilat cryſtallo firmiter conſiſtenti : 'Natura Angelica (inquit) quando creata eſt, liberum arbi›trium accepit, vtrùm vellet in humilitate perſiſtere & in Omnipotentis Dei conſpectu permanere, an ad ſuperbiam laberetur & à beatitu›dine caderet; per ſimilitudinem AQVA fuit. Sed quia cadentibus ›aliis ſancti Angeli in ſua beatitudine perſtiterunt, atque hoc accepe›runt in munere, vt iam cadere omninò non poſſent; in eis natura ſua, ›quia iam deijci mutabiliter non poteſt, quaſi in ſimilitudinem CRYSTALLI durata eſt'. Conſonat Rupertus lib. 1. in Ezechielem cap. 14. 'Quia cryſtallum (inquiens) forte quidem nimis eſt, ſed ex AQVA ſo›lidatur, rectè per cryſtallum regnum illud intelligitur, vbi Angeli›ca natura ex mutabili immutabilis facta eſt, & ita SOLIDATA, vt iam ›ſolvi, vel ad vitium labi non poſſit, pro eo quod apoſtatis ſponte la›bentibus pars illa lapſum humiliter cavit, & cum ſuperbientibus pedem movere noluit'. Hâc itaque mutatione Angelicæ naturæ de AQVA in CRYSTALLVM *præventi* ſunt Angeli ſancti atque *retenti*, iuxta Rupertum in quarta obiectione allegatum, ne cum apoſtatis caderent. Non quòd hæc mutatio in eis facta ſit eodem momẽto quo apoſtatæ ceciderunt; ſed quòd ſubſequenter ad cadentium ruinam facta, eos omni periculo ſimiliter corruendi præripuerit. Vnde illud, *prævenit*, apud Rupertum non reſpicit lapſum qui eis obvenire poterat eo præciſè momento quo apoſtatæ ceciderunt, ſed quem fortè incurſuri fuiſſent ſi in via diutiùs relicti fuiſſent : vt proinde in eis locum ſuo modo

Ad Auguſtinũ, Baſilium, Sophronium, Rupertum, & Gregorium.

[b] *Greg. l. 5. Moral. c. 28.*

Rupertus.

Digitized by Google

Sap. 4. 11. modo habeat illud Sapientis, *Rapti ſunt ne malitia mutaret intellectum eorum.* Nec obſtat huic reſponſioni, quòd Rupertus dicat, 'Ne *cum* apoſtatis caderent'. Nam illud, *cum*, non importat concomitantiam temporis, ſed paritatem caſus: Tanquam diceretur, Ne pari ruinâ ſubverterentur, ac illi ſubverſi fuerant. Quam vſurpationem præpoſitionis, *cum*, interpretes communiter agnoſcunt ſuper illis verbis Do-

Iob. 40. 10. mini ad Iob: *Ecce Behemoth, quem feci* TECVM. Poſſet enim Deus conſimili ſenſu dicere Lucifero: Ecce Adam, qui cecidit tecum: Non quòd eodem tempore, ſed quòd pariter hic & ille ceciderint. Non obſtat etiam quòd Rupertus ibidem obiectus dicat, 'Deum taliter ac ,tam validè aliquibus Angelis donum bonæ voluntatis dediſſe, vt ob ,id, *Seraphim*, id eſt, ardentes vel incendentes appellari MERVERINT'. Nam verbum, *meruerint*, apud Rupertum non aliud importat quàm talis apellationis congruitatem ſeu condignitatem: Tanquam diceret, quòd dignè appellentur *Seraphim*, quia nimirum ita ardent, vt aptè in eos talis appellatio quadret. Non obſtat poſtremò, quòd Rupertus ibidem comparet donum illud dono perſeverantiæ martyribus in hac mortalitate imperito. Cõparat enim quantùm ad efficaciam incendendi, non quantùm ad ſtatum promerendi. Conformiter ad Rupertum exponendus eſt Bernardus in quinta Obiectione allegatus, ſive cùm dicit Deum *Dediſſe Angelo ne laberetur*; ſivè cùm dicit eundem *defendiſſe Angelum*, aut *ſervaſſe à captivitate*, vel *à neceſſitate*; ſive cùm dicit, *Superioribus ſpiritibus datum eſſe ſine peccato & miſeria perdurare.* His quippe phraſibus Bernardus alludit ad adiutorium beatificum Angelis ſanctis datum, quo ita firmati ſtabiliti ſolidatique ſunt, vt[c] 'Prorſus extra peccandi aleam', quemadmodum ait Nazianzenus, conſtituerentur. Atq; hoc ipſum eſt quod idem Bernardus alibi ait,[d] Deum Ange-

Præoccupatio.

Præoccupatio.

Præoccupatio.

Ad Bernardũ.

[c] *Nazian. Orat. 40. ſub initium.*

[d] *Bern. Ser. 11. in Pſal.* Qui habitat.

,los ſanctos IN TVTO POSVISSE: quippe ei qui in ſummo ſtat vicinius adhærentes, ac proinde CONFIRMATOS VIRTVTE EX ALTO'. Et Ser. 5. de verbis Iſaiæ: 'Excelſos (inquit) fecit eos natura conditionis,

Iſal. 32. 6. ,elevatos gratia CONFIRMATIONIS, de qua dicitur: *Verbo Domini cœli* FIRMATI *ſunt*'. Et quid eſt *Firmati*, niſi æternâ beatitudine ſolidati? Audi Eccleſiam Lugdunenſem lib. de Tenenda immobiliter Scripturæ Veritate & ſectanda fideliter Patrum authoritate cap. 3. lucidiſſimè ſcribentem: 'Si per *Verbum Domini*, id eſt, vnigeniti virtutem, ,*cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius*, id eſt, per virtutem Spiritus Sancti, ,*Omnes cœlorum virtutes* vel creatæ ſunt vt eſſent, vel firmatæ vt in ve,ritate perſiſterent; claret omninò, eos & ſpiritu Dei conditos, & eiuſdem gratiâ in AETERNA BEATITVDINE SOLIDATOS'. Et verò Bernardus Angelorum in via perſeverantiam non Verbo Domini nec ſpiritui oris eius, ſed liberæ eorum voluntati aſcribendam cenſet, vbi ait:[e] 'Nec enim prævaricante Diabolo & Angelis eius etiam alij prævaricati ſunt, non quia non potuerunt, ſed quia NOLVERVNT'. Qui igitur ſuâ voluntate, divinitùs quidem ſed declinabiliter adiuta, ſteterunt in via; *Verbo Domini* indeclinabiliter *firmati ſunt* in patria. Atque

Eccleſ. Lugdun.

[e] *Bern. lib. de Grat. & Lib. Arbit. cap. 6.*

ita, vt ex authore librorum de vita contemplativa superiùs memoravimus, 'Divino iustoque iudicio actum est, vt quæ fuit cum Deo suo, manendi voluntas, fieret permanendi voluntaria fœlixque necessitas'. Hoc ipsum & pridem Augustinus tradiderat, vbi de eisdem bonis Angelis loquens aiebat: [f] 'Cæteribus alijs per liberum arbitrium, PER IDEM LIBERVM ARBITRIVM steterunt ipsi: & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quâ eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros'. Cui subscribens Fulgentius, cùm quædam de dæmonibus per liberũ arbitrium cadentibus præmisisset: [g] 'Illi autem (subdidit) qui servaverunt id quod facti sunt PER IDEM LIBERVM ARBITRIVM, Deo scilicet creatori suo incessanter adhærentes, per id quòd steterunt, gratiâ Dei beatiores effecti sunt; sic etiam vt voluntas eorũ nec velle habeat peccare, nec posse: quoniam quamvis omutabiles facti fuerint per naturam, immutabiles sunt facti per gratiam'. Per gratiam vtique illam, quam ex Augustino superiùs vocavimus *Adiutorium beatitudinis*: Hæc namque sola gratia immutabilitatem eis præstitit, cùm toto tempore viæ fuissent mutabiles. Vnde & idem Fulgentius lib. de Fide ad Petrum cap. 23. 'Firmissimè tene (ait) & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem à Deo incommutabili factam; nec posse tamen quemlibet sanctorum Angelorum in deterius mutari: QVIA SIC ACCEPERVNT AETERNAM BEATITVDINEM, quâ Deo STABILITER PERFRVVNTVR, vt eâ carere non possint'. His verbis Fulgentius continuò subtexit ea quæ indidem in quinta obiectione adversùs nos adducta sunt. Vbi eum loqui non de gratia viæ, sed de gratia patriæ, contextus iam recitatus irrefragabiliter evincit. Locus porrò ex libro 2. ad Trasimundum nobis ibidem obiectus, nullo modo favet adversarijs: imò mirum est ab vllo contextus inspectore potuisse seriò pro adverso dogmate allegari: tum quia manifestè ibi agitur de gratia increata, quæ est ipsum *Verbum Domini*, quo *cæli firmati sunt*: tum denique quia loquitur de beatifica, non de viatoria Angelorum perseverantia, de qua reliquos Patres similiter obiectos iam interpretati sumus. Nam post verba in argumento obiecta continuò hæc subtexuntur apud Fulgentium: 'Hunc autem quisquis sanum sapit, FILIVM DEI ESSE NON ANBIGIT, qui est *virtus & sapientia Patris*: Sapientia, quæ cuncta disposuit; Virtus, quæ omnia creavit: Sapientia, quæ illuminat; Virtus, quæ adiutorium præstat: Sapientia, quæ immutabilis; Virtus, quæ insuperabilis: Qui omni creaturæ suæ per infinitam potentiam naturalem semper adest, & immensus nunquam deest: qui hoc in se naturaliter habet esse, quod Pater est: & ideò potuit ET ANGELVM IN SVPERIORIBVS STABILIRE, & pro reparatione hominis lapsi ad inferiora descendere'. Vide iam si Fulgentius his verbis aliud dixerit, quàm Gregorius & Bernardus ibidem superiùs obiecti dixerunt: 'Vnigenitus Patris, qui sursum est firmitas Angelorum, ipse deorsum factus

Prosper.

[f] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 11.*

[g] *Fulg. lib. de Trinit. cap. 8.*

Ad Fulgentiũ.

1. Cor. 1. 24.

factus est redemptio hominum': Item, 'Qui erexit hominem lapsum, dedit stanti Angelo ne laberetur'. Quod enim Gregorio est, *sursum esse firmitatem Angelorum*, hoc Bernardo est, *dedisse stanti Angelo ne laberetur*, hoc denique Fulgentio est, *Angelum in superioribus stabilire*: beatificâ vtique stabilitate, quam idem Fulgentius libro de Trinitate cap. 9. recolit, dicens de Angelis: 'Post lapsum malorum, & STABILITATEM bonorum, placuit Omnipotenti Deo aliam condere creaturam rationalem' &c. Supereſt Franco Affligenſenſis ad calcem obiectionis quintæ allegatus: ſed is nihil à præcedentibus diverſum aſſerit, & idcirco ad eundem modum quo illis reſponſum eſt, etiam Franconi reſpondendum eſſe non dubium eſt. Ad Franconē.

Ad ſextam Obiectionem §. 6. propoſitam, atque in comparatione Angelicæ perſeverantiæ cum meritis temporarijs hominis innocentis fundatam, Reſpondetur (ſalvâ alterâ ſolutione quam in ſimili dedimus ſuperiùs hìc §. 2. 3. & 4.) comparationem iſtam valere, ſi perſeverantia Angelica conferatur cum meritis hominis innocentis vt temporaliter durantibus, ſecus autem ſi conferatur cum ijſdem vt primordialiter cum homine incipientibus. Rationem diſparitatis ſuperiùs ex Angelico Doctore inſinuavimus: quia nimirum: [h] 'Operatio quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente à quo habet eſſe'; non ſic operatio quæ poſtmodum inchoatur vel præincepta continuatur. Vnde Angelicus Doctor ibidem ex iſto principio concludit, dæmones non potuiſſe primo inſtanti peccare; quos tamen poſtmodum peccaſſe non dubium eſt: 'Dicendum (inquit) quòd impoſſibile fuit Angelum primo inſtanti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrij. Quamvis enim res aliqua in primo inſtanti quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari; tamen illa operatio quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente à quo habet eſſe: ſicut moveri ſurſum ineſt igni à generante. Vnde ſi aliqua res habeat eſſe ab agente deficiente, quod poſſit eſſe cauſa defectiva actionis, poterit in primo inſtanti in quo incipit eſſe, habere defectivam operationem: ſicut ſi tibia', quæ naſcitur clauda ex debilitate ſeminis, ſtatim incipiat claudicare. Agens autem quod Angelos in eſſe produxit, ſcilicet Deus, non poteſt eſſe cauſa peccati. Unde non poteſt dici, quòd diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuerit malus'. Ex qua doctrina ſatis clarè apparet, liberum arbitrium creaturæ à Deo inſtitutæ determinari pro primo inſtanti ad actum bonum, ſaltem quoad ſpecificationem, quicquid ſit de exercitio: cùm tamen non ſic determinetur pro inſtantibus ſequentibus: vt dæmonum lapſus evincit. Dixi, creaturæ à Deo inſtitutæ: Quia alia eſt ratio de creatura deſtituta: vt innuit idem Angelicus Doctor 3. p. q. 34. ar. 3. ad 1.[m], vbi cùm præmiſiſſet, 'Liberum arbitrium creaturæ in primo inſtanti creationis poteſt moveri ad bonum merendo, non autem ad malū peccando': vigilanter adiunxit, 'Si tamen natura ſit integra'. Vnde nihil vetat, hominem in ſtatu naturæ corruptæ iam natum, primo inſtanti vſus rationis peccare: imò & primo inſtanti exiſtentiæ ſuæ, ſi compos

[h] *D. Th. 2. p. q. 63. ar. 5. in Corpore.*

Vide D. *Th. q. 16. de Malo ar. 4. ad 6.[m] & ad 20.[m] & q. 29. de verit. ar. 8. ad 2.[m]*

si compos rationis nascatur : quemadmodum de tibia clauda iam ex D. Thoma retulimus. Alia proinde est ratio de creatura primitùs instituta, alia de destituta seu per vitium depravata : illius enim peccatum primo instanti commissum redundaret in naturæ authorem, quia operatio quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse : huius verò peccatum non in naturæ authorem, sed in naturę languorem refundi debereţ. Quia igitur liberum arbitrium Angeli vel hominis primitùs instituti, sic fuit à Deo determinatum ad bonum pro primo instanti, vt non potuerit pro tunc se flectere ad malum ; pro sequentibus verò instantibus indifferens fuit ad bonum & malum: proculdubiò dispar est ratio Angelicæ perseverantiæ, & meriti hominis pro primo instanti quo cœpit cum ipso homine : sicut etiam dispar est ratio Angelicæ perseverantiæ, & meriti ipsorum Angelorum pro primo instanti Angelicæ creationis spectati. Nam Angeli sic fuerunt determinati ad merendum pro primo instanti, vt non potuerint pro tunc demereri ; non fuerunt autem sic determinati ad perseverandum pro sequentibus instantibus, vt non potuerint pro tunc delabi ; provt re ipsâ delapsi sunt dæmones. Dubitari autem hìc meritò potest, An liberum Angelorum vel hominum arbitrium pro primo instanti naturæ institutæ determinatum fuerit divinitùs non solùm quoad specificationem actus boni seu meritorij, sed etiam quoad exercitium ?

Dubium.

Quanquam verò pro solutione obiectionis prætactæ sufficere videatur determinatio quoad specificationem : nihilominus addimus, tanquam principijs Angelici Doctoris conformius, interveniſſe ibi determinationem etiam ad exercitium. Probatur, quia alioquin potuisset Angelus vel homo à Deo institutus peccare primo instanti : quod Angelicus Doctor constanter negat, vt iam vidimus. Sequela probatur, quia seclusâ determinatione ad exercitium potuisset omittere actum primo instanti præceptum : ac sic peccare peccato omissionis. Si ergo pro vitando peccato commissionis, in authorem naturæ alioquin redundante, agnoscenda est determinatio quoad specificationem boni pro primo instanti ; pro vitando peccato omissionis similiter in authorem naturæ alioquin redundante, admittenda est determinatio quoad exercitium pro eodem primo instanti. Sicut enim operatio, ita & omissio, quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse. Si ergo homo vel Angelus idcircò nequierit operari malum primo instanti, quia malitia operationis redundaret in Deum : certè nec potuit omittere bonum præceptum, quia malitia omissionis similiter redundaret in Deum. Ac per hoc si ad vitandam priorem redundantiam astruenda est determinatio liberi arbitrij ad specificationem, ad vitandam posteriorem astruenda est determinatio eiusdem ad exercitium.

Decisio.

Si dicas, operationem malam adversari præcepto negativo; quod cùm pro semper obliget, etiam pro primo instanti obligat: omissionem verò adversari præcepto affirmativo ; quod cùm non pro semper obliget, non necessariò pro primo instanti obligat. Respondetur,

Evasio.

Præcluditur.

Digitized by Google

tur, tametsi præcepta affirmativa non pro semper obligent, obligare tamen pro tempore & loco præstituto: signanterque obligasse Angelos & homines pro primo instanti, ex mente D. Thomæ. Nam inprimis, vt libro sequenti ostendemus, Angeli & homines sunt creati adulti ac rationis compotes. Præterea ex doctrina D. Thomæ 1.2. q. 89. ar. 6. homo etiam pro hoc statu obligatur se ordinare ad suum finem debitum primo instanti vsus rationis, mortaliter peccaturus si id omiserit. Quis ergo ambigat, Angelos & homines ad hoc ipsum obstrictos fuisse pro primo instanti, quo compotes rationis extiterunt? Discursus certè Angelici Doctoris articulo citato in solutione ad 3.^m, non minus in illis quàm in nobis locum habet: 'Ab alijs peccatis mor-
,talibus (inquit) potest puer incipiens habere vsum rationis, per ali-
,quod tempus abstinere: sed à peccato omissionis prædictæ non libe-
,ratur, nisi quàm citò potest, se convertat ad Deum. Primum enim
,quod occurrit homini discretionem habenti est, quòd de seipso cogi-
,tet, ad quem alia ordinet sicut ad finem: Finis enim est prior in in-
,tentione. Et ideò hoc est tempus pro quo obligatur ex Dei præcep-
Zach. 1.3. ,to affirmativo, quò Dominus dicit: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*'. Nec est quod quis alienet hanc conversionem ab Angelis aut hominibus primitùs institutis, sub prætextu quòd non fuerint antea aversi. Nam idem Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 2. conversionem huiusmodi attribuit Angelis, nunquam alioqui anteà aversis. Ex his iam claret, invalidum esse argumentum à primordiali voluntate meritoria hominis primi ad perseverantiam Angelorum: quasi hæc eodem modo ac illa proficisceretur ex Deo, aut prædestinaretur à Deo: cùm ad hanc Deus liberum Angelorum arbitrium non determinaverit sive quoad specificationem sive quoad exercitium, ad illam autem determinaverit liberum hominis arbitrium tam quoad specificationē quàm quoad exercitiū. Et sanè apparet rationi consentaneū, vt dicatur Deus Angelo & homini dedisse irrecusabiliter primum voluntatis actum meritorium, reliquisse autem ipsorum arbitrio vlteriorem progressum: sicut terreni principes magis astringunt clientes suos vt acceptent oblata munera, quàm vt conservent accepta. Vnde magis indignantur recusatoribus munerum, quàm dilapidatoribus acceptatorum. Nec prædictæ solutioni obstant quę in prosecutione sextæ istius obiectionis allegata sunt ex libro 8. de Genesi ad litteram. Nam ex contextu satis claret, operationem & custodiam de quibus
Gen. 2. 15. scriptum est, *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis vt* OPERARETVR ET CVSTODIRET *illum*, sufficienter ex Augustini mente verificari pro operatione & custodia consistentibus in impositione præcepti: [i] 'Nullo modo (ait ille) vacare arbitror, sed
,nos aliquid, & magnum aliquid admonere, quòd ab ipso divini li-
Gen. 1. 1. ,bri huius (Genesis) exordio, ex quo ita cœptus est, *In principio fecit*
,*Deus cœlum & terram*, vsque ad hunc locum, nusquam positum est,
,*Dominus Deus*; sed tantùmmodo, *Deus*: nunc verò vbi ad id ventum

Præoccupatio.

Exemplum.

[i] *Aug. lib. 8. de Genesi ad litt. c. 11.*

'eſt, vt hominem in paradiſo conſtitueret, eumque PER PRAECEPTVM OPERARETVR ET CVSTODIRET, ita Scriptura locuta eſt: *Et ſumpſit* DOMINVS *Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in Paradiſo* OPERARI EVM ET CVSTODIRE: non quòd ſuprà dictarum creaturarum DOMINVS non eſſet Deus, ſed quia hoc nec propter Angelos, nec propter alia quæ creata ſunt, ſed propter hominem ſcribebatur, ad eum admonendum, quantum ei expediat habere Dominum Deũ, hoc eſt, ſub eius dominatione obedienter vivere, quàm licentiosè abvti propriâ poteſtate. Nuſquam hoc priùs ponere voluit, niſi vbi perventum eſt ad eum in paradiſum collocandum, operandum, & cuſtodiendum; vt non diceret, ſicut & cætera omnia ſuperiùs, Et ſumpſit Deus hominem, quem fecit: ſed diceret, *Et ſumpſit* DOMINVS *Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo*, OPERARI *eum*, vt iuſtus eſſet, *Et cuſtodire*, vt tutus eſſet: ipsâ vtique DOMINATIONE SVA; quæ non eſt illi, ſed nobis vtilis'. Quid apertiùs quàm ex Auguſtini mente operationem & cuſtodiam Dei erga hominem in paradiſo poſitum conſiſtere in præcepti impoſitione, de qua mox ſequitur in Geneſi: *Præcepitq; ei, dicens: De omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas* &c. Et quoniam impoſitio præcepti actus eſt domini, idcircò Deus qui ab initio ſacræ hiſtoriæ vſque ad tranſlationem hominis in paradiſum dictus fuerat tantummodò *Deus*, tunc primùm cœpit dici etiam *Dominus*, quando per impoſitionem præcepti, per quod operari & cuſtodire hominem ſibi ſubditum voluit, dominationis ſuæ ſpecimen exhibiturus deſcribitur. Deum itaque *operari & cuſtodire* hominem, nihil aliud Auguſtino eſt, quàm Deum imperio regere hominẽ; ſicut habes alibi apud eundẽ, de primo ipſo homine in paradiſũ tranſlato ſcribentem:[k] 'Mortis ſuppliciũ Dñs ei comminatus fuerat, ſi peccaret: ſic eum munerans libero arbitrio, vt tamen REGERET IMPERIO, terreret exitio; atque in paradiſi fœlicitate, tanquam in vmbra vitæ vnde iuſtitia cuſtodita in meliora conſcenderet, collocavit'. Nec movere quemquam debet, quòd Auguſtinus verbis penultimò citatis dicat, Deum poſuiſſe hominem in paradiſo, *operari eum, vt iuſtus eſſet, & cuſtodire, vt tutus eſſet.* Nam operari hominem vt iuſtus eſſet, nihil aliud Auguſtino eſt, quàm regere eum imperio vt obediens eſſet: Nihil enim iuſtiùs quàm vt Creatori ac Domino creatura ac ſervus obtemperet: [l] 'Obedientia (ait idem alibi) commendata eſt in præcepto: quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium cuſtoſque virtutum'. Et rurſus in illo ipſo libro vnde obiectio deprompta eſt: [m] 'Oportebat (inquit) vt homo ſub DOMINO DEO poſitus alicunde prohiberetur, vt ei promerendi Dominum ſuum virtus eſſet ipſa obedientia: quam poſſum verißime dicere ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agenti ſub Dei poteſtate'. Quia igitur Deus imponendo homini præceptum, plantare in eo voluit hanc matrem cuſtodemque virtutum, idcircò ipſa præcepti impoſitio dicta eſt operatio hominis & cuſtoditio. Quod rurſus Auguſtinus ſine ambiguitate inſinuat eodem libro 8. de Geneſi ad lit-

Gen. 2. v. 16.

Præoccupatio.

[k] *Aug. Enchir. cap. 25.*

[l] *Aug. lib. 14. de Civit. c. 12.*

[m] *Aug. lib. 8. de Geneſi ad lit. c. 6. Vide ibid. c. 13. & l. 2. de pec. Merit. c. 21. & l. 13. de Civit. cap. 20. & D. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 3.*

Digitized by Google

teram c. 12. vnde nobis obiectus est, ita scribens: 'Non ita se debet ,homo ad Dominum convertere, vt cùm ab eo factus fuerit iustus, abs- ,cedat: sed ita, vt ab illo semper fiat. Eo quippe ipso cùm ab illo non ,discedit, eius ipse præsentiâ iustificatur, & illuminatur, & beatificatur; ,OPERANTE & CVSTODIENTE DEO, DVM OBEDIENTI SVBIECTO- QVE DOMINATVR'. Nec obstat quòd ad obediendum Domino præ- cipiéti, ac sic hominem operanti & custodienti, necessaria fuerit homi- ni etiam tunc gratia interna divinitùs subministrata. Nam non de hu- ius gratiæ operandi modo, sed de præcipientis Domini externo impe- rio differit isto loco Augustinus: vt ex contextu iam patefecimus. Vbi verò de ipsa interna gratia vel Angelorum in via perseverantium, vel primorum hominum in paradiso subsistentium, differit; eam exer- tissimè à gratia hominibus lapsis necessaria discernit: vt ad oculum vi- dere est lib. de Corrept. & Gratia cap. 10. 11. & 12. Cui vtriusque gratiæ discretioni nullo modo adversantur Richardus Victorinus & Cyrillus Alexandrinus ad calcem obiectionis allegati. Neque enim aliud dicunt quàm quod Anselmus in quinta obiectione allegatus aie- bat: cuius testimonijs nos suprà hìc respondendo, etiam horum testi- monijs satisfeciſſe censemur. Quòd denique ex Augustino subsequen- ter ibidem obiectum est de virtutibus Angelorum & hominum, non est ad rem: quia sermo est de Angelis comprehensoribus, non de via- toribus: vt aliàs insinuavimus.

Præoccupatio.

Ad Rich. Victorin. & Cyrill. Alexand.

Vide suprà hìc §. 2.

7. Ad postremam Obiectionem §. 7. propositam, atque in assertione præscientiæ conditionalium fundatam, Respondetur, Quicquid sit de antecedente, negando consequentiam, & retorquendo discursum in aduersarios hoc modo: Etiamsi Deus conditionatè præscierit dæmo- nes casuros & æternaliter perituros si eos in talibus circumstantijs cõ- dere talibusque auxilijs instruere vellet, non tamen idcircò volendo eos sic condere ac talibus auxilijs instruere, prædestinavit eos ad cadẽ- dum vel æternaliter pereundum. Ergo etiamsi conditionatè præscierit Angelos lucis perseveraturos ac beatitudinem adepturos si eos in tali- bus circumstantijs condere talibusq; auxilijs instruere vellet, non ta- men idcirco volendo eos sic condere ac talibus auxilijs instruere, præ- destinavit eos ad perseverandum vel beatitudinem adipiscendum. Cõ- sequentia huius retortionis manifesta est ex ipsa similitudine vtriusque discursus. Antecedens ex omnium Catholicorum consensu certissimũ est. Consequens proinde ab omnibus est admittendum. Nonnulli ad eludendum huius retortionis efficaciam recurrunt ad divisionem di- vinæ voluntatis in ordinativam & permissivam. Quam divisionem sic applicant ad propositum, expresè quidem de hominibus loquentes, sed non minùs Angelos comprehendere volẽtes: n 'Quòd ad voluntatẽ ,permittentem spectat, nihil absurdi in eo est, quòd Deus certò sciens, ,& prævidens fore vt servato tali providentiæ modo tot hominẽs ,damnentur, illud permittere voluerit; sed habet solùm illam admira- ,tionẽ ex qua Paulus dixit, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei:* m. 11. 33

Ad Obiect. septimam.

Evasio.

n *Suarez l. 3. de Auxilijs c. 14. n. 15.*

,*quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius!* Quòd verò spectat ad voluntatẽ ,ordinantem, Deus non elegit hunc modum providentiæ, neque ob-,servavit eam tempora, in quibus repugnaturos vocat; vt eos non salvet ,cum efficacia: id enim & indignum est voluntate Dei, & ab illa volun-

Præcluditur. tate alienum quâ *vult omnes homines salvos fieri*'. Verùm hæc distinctio 1. Tim. 2
non elidit vim retortionis antedictæ; quâ videtur evinci, agnoscendam esse vtrobique voluntatem ordinativam, vel sufficere vtrobique permissivam. Ordinativam vtrobique agnoscere ipsi etiam adversarij recusant. Restat ergò vt fateantur sufficere vtrobique permissivam. Ac per hoc sicut Deus volendo condere Angelos apostatas in talibus circumstantijs in quibus conditionatè præscierat eos casuros & perituros, non præordinavit eos ad cădendum vel pereundum, sed permisit eorum casum & perditionem: ita volendo condere Angelos lucis in talibus circumstantijs in quibus conditionatè præscierat eos perseveraturos & beatitudinem adepturos, non præordinavit eos ad perseverandum vel beatitudinem adipiscendum, sed permisit eorum perseve-

Confirmatio. rantiam & beatitudinis adeptionem. Confirmatur hic discursus illo ipso exemplo, quo ad probandum suum intentum adversarij vtuntur,

[o] *Bellarm. lib. 2. de Grat. & Lib. Arb. cap. 17.* dicentes: [o] 'Si Rex aliquis proponat bravium obtinendum per cursũ, ,& revelatione divinâ prænoscat, si cursu equorum certetur, talem ho-,minem obtenturum bravium; si bigis, talem; si pedibus, talem; si na-,vibus, talem: Deinde instituat, vt certetur bigis; & omnibus qui de-,certaturi accesserint, bigas aptissimas ipse præbeat: nonne iustum erit ,certamen, & iustè privabuntur bravio qui currendo victi fuerint; & ,ille iustè coronabitur qui alios currendo superaverit? Et tamen quis ,ambigere potest, quin Rex omninò gratis prædestinaverit ad bravũ ,illum qui victor evasit? Nulla enim causa reddi potest, cur voluerit ,cursu bigarum contendi, non alio genere pugnæ; cùm certò sciret, si ,bigis contenderetur, illum solum fore victorem qui re ipsâ fuit: nisi quia voluit eii gratificari'. Confirmatur, inquam, discursus nostet isto ipso exemplo in authores suos retorto in hunc modum: Si ambigi non potest, quin Rex illum prædestinaverit ad bravium, quem bigali cursu à se instituendo conditionatè præscierat fore victorem: ambigi certè non posse videtur, quin idem Rex reliquos prædestinaverit ad ignominiam, quos eodem cursu à se instituendo conditionatè præscierat fore vincendos. Si enim instituendo cursum quo hunc fore victorem præscierat, censendus est voluisse vt hic evaderet victor: cur

Evasio. non similiter instituendo cursum quo illos fore ignominiosos præscierat, censebitur voluisse vt evaderent ignominiosi? Vidit hanc difficultatem præcitatus author, & idcircò ibidem paulò superiùs premiserat distinctionem reprobationis negativæ, & positivæ: agnoscens Angelos pariter & homines fuisse negativè, non autem positivè, reprobatos, ante absolutam prævisionem futuri lapsus ipsorum: 'Prævidit ,Deus (inquit) Angelos, qui perierunt, infallibiliter perituros, si eam ,solam gratiam illis daret, quam re ipsâ illis dedit. Ergo cùm eam so-

lam

»lam gratiam illis dare voluit, simul voluit eos non prædestinare ad »gloriam, sed permittere vt excíderent à salute : Nam si eos Deus ab»solutè salvare voluisset, non defuisset eius sapientiæ ratio quâ id fa»ceret. Nulla igitur causa reddi potest, cur Deus alijs Angelis dare »voluerit gratiam, per quam videbat infallibiliter salvandos, »alijs verò per quam videbat infallibiliter non salvandos, nisi »quia voluit illos salvare ; istos non voluit salvare. Cur autem voluerit »Angelos malos positivè damnare, sine dubio causa fuit peccatum eo»rum prævisum : Non enim in illè pœna damnationis infligitur, nisi »vbi culpa præcesserit'. Verùm hæc distinctio non videtur admittenda in proposito : Nam inprimis iuxta Augustini principia (quibus in hac materia omninò insistendum esse author superiùs ibidem cap. 11. rectissimè monuerat) non potest regnum Dei denegari vlli imagini Dei, nisi ob violatam legem Dei : prout plenius patebit ex dicendis lib. 4. huius Operis. Ac per hoc non potest vlla creatura rationalis reprobari negativè priusquàm prævideatur violatura legem Dei. Hinc cùm Augustinus alicubi dixisset, [P] 'Non mihi videtur ab operibus Dei ab»surda sententia, si cùm *lux* illa prima *facta est*, Angeli creati intelligan»tur : & inter sanctos Angelos & immundos fuisse discretum, vbi di»ctum est, *Et divisit Deus inter lucem & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras noctem*' : mox subdidit : 'Sollicquippe ille ista discer»nere potuit, qui potuit etiam priusquàm caderent PRAESCIRE CASV»ROS, & lumine privatos veritatis in tenebrosa superbia remansuros'. Non ergo ante præscientiam futuri lapsus dæmonum discrevit Deus ipsos à reliquis, sed indifferenter se gessit erga vtrosque. Quod planè falsum foret, si quosdam prædestinasset, quosdam verò vel negativè reprobasset. Nunquid enim magno discerniculo separantur ij de quibus dictũ est, *Cognovit Dominus qui sunt eius*, ab eis quibus dicitur, *Nescio vos* ? Nec satisfit dicendo, reprobationem negativam importare puram negationem prædestinationis. Nam hoc sensu nihil speciale dæmonibus attribueretur potiùs quàm Angelis merè possibilibus, quàm bestijs, quàm plantis, quàm lapidibus, quàm denique omnibus rebus inanimatis ; quas certum est non prædestinari. Quòd si dicas, reprobationem negativam præsupponere capacitatem subiecti : iam non erit purè negativa, sed privativa. Porrò hæc videtur purè commentitia in proposito : quia non apparet quomodo Deus post decretum creandi Angelos fingi potest suspẽdisse omnem actum tam volitionis quàm nolitionis circa salutem singulorum, præsertim pro eo instanti rationis quo prætenditur prædestinasse Angelos lucis. Neque enim ex natura rei vllus subest ordo inter volitionem salvandi istos Angelos, & nolitionem salvandi illos. Quo ergo fundamento asseritur Deus priùs voluisse salvare Angelos lucis, quàm noluisse salvare Angelos tenebrarum ? Quòd si admiseris hanc nolitionem illi volitioni consimultaneam, consequens est vt admittas dæmones fuisse positivè reprobatos antecedenter ad absolutam præscientiam lapsus ipsorum. Quid enim est reprobatio positiva, nisi positivum non sal-

Præcluditur.

[P] *Aug. l. 11. de Civit. c. 19.*

Vide D. Tho. 1. p. q. 63. ar. 5. ad 2.m

Gen. 1. 3.

Gen. 1. 4.

2. Tim. 2. 19.

Mat. 25 12

Præoccupatio.

Præoccupatio.

Præoccupatio. vandi decretum? Si dicas eam insuper importare decretum puniendi reprobatum. Quasi verò ipsum non salvari non sit puniri: cùm nulla gravior pœna sit imaginis Dei, quàm alienari à regno Dei. Si ergo admittis in Deo decretum non salvandi dæmones, quomodo negare potes in eo decretum puniendi ipsos? Videantur quæ superiùs cap. 3. §. 5. de comparatione pœnæ damni cum pœna sensus retulimus: & quę inferiùs lib. 4. referemus. Certè negari non potest quin magna sit contumelia imaginis Dei, separari à regno Dei, sive non admitti ad regnum Dei. Non ergo putandum est, vllos Angelos vel homines fuisse huic contumeliæ divinitùs addictos antequàm præviderentur peccaturi, & peccando tantam contumeliam promeriturí: q 'Hæc mas-
q Aug. Epist. 106. ,sa (ait de humani generis massa Augustinus) si ita esset media, vt quē-
,admodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur; non frustrà videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliam'. Nunquid ergo iniquum non fuisset, ex massa Angelica facere vasa in contumeliam iam suprà mentionatam, antequàm prævisa est aliquid mali meritura? Neque enim illa massa pro tunc prævidebatur futura inter bonum & malum media, sed potiùs multis bonis sine vllis malis ornata. Si ergo iniquum foret, ex massa media addicere aliquos contumeliæ,
Præoccupatio. quantò magis ex massa bona? Quòd si dicant, ad salvandũ Dei æquitatem in reprobatione negativa seu privativa Angelorum sufficere potuisse demerita conditionatè prævisa, nos adversùs sic dogmatizantes
r Aug. Epist. 105. disputare dedignabimur: quia vt pridem Augustinus aiebat: r 'Dis-
,putando adversùs eos, qui vsquequaque convicti, etiam non com-
,missorum peccatorum Deum persuadere moliuntur vltorem, veren-
,dum est ne nos in eos ista fingere existimemur; illi autem nullo modo
,tam hebetes esse credantur, vt hæc vel sentiant, vel cuiquam persuadere conentur'. Et verò quis est è toto cœtu Angelorum primitùs conditorum, qui non in certis quibusdam circumstantijs Deo probè notis peccaturus præsciebatur sub conditione si taliter crearetur? Si ergo peccatum conditionatè prævisum sufficit ad reprobationem, cur potiùs dæmones quàm Angeli reliqui reprobati sunt antecedenter ad absolutam lapsus prævisionem? Nullus præterea dæmonum omnium est, qui non secundùm adversariorum principia in certis quibusdam circumstantijs Deo notis perseveraturus & salutem consecuturus fuisset, si in eis conditus fuisset. Cur ergo non fuere omnes dæmones ad gloriam electi & vasa honoris cum cæteris effecti? Neque enim credendum est, Deum propter demerita conditionatè prævisa reprobare, & non propter merita conditionatè prævisa prædestinare. Vt igitur quod res est breviter aperiamus, Deus omnes Angelos indifferenter ad salutem ordinare seu destinare voluit, voluntate tamen à conditione, per ipsos principaliter adimplenda, suspensâ: nec ante prævisionem implendæ per aliquos conditionis vllos absolutè salvare decrevit. Et quia non priùs viderat quòd hi essent conditionem impleturi, quàm quòd isti eandem essent neglecturi; idcircò non priùs hos prædestinavit

vit ad gloriam, quàm iſtos ad contumeliam. Vnde ſi reprobatio negativa ſit negatio ſeu privatio abſolutæ ſeu efficacis prædeſtinationis ſeu electionis ad gloriam, omnes omninò Angeli, ſeu lucis ſeu tenebrarum, fuerunt negativè reprobati vſque ad præviſionem abſolutam meritorum ac demeritorum reſpectivè. Et quia ſimul præviſa eſt bonorum Angelorum perſeverantia & malorum apoſtaſia, ſimul etiam iſti electi ſunt efficaciter ad gloriam & iſti abiecti ad contumeliam. Quemadmodum autem præſcientia conditionalium impertinenter ſe habuit ad reprobationem malorum, ita & ad electionem bonorum. Vnde quamvis Deus ſupponeretur cœcus & contingentiũ conditionatè futurorum omninò ignarus, ſi tamen Angelos in iiſdem circumſtãtijs condidiſſet, iiſdemque auxilijs inſtruxiſſet, quibus reipſa condidit & inſtruxit; ijdem reſpectivè ſalvati damnatique fuiſſent, qui modò ſalvati damnative ſuere. Sicut enim contingentia abſolutè futura non ideò futura ſunt, quia futura prævidentur, ita contingentia conditionatè futura non ideò conditionatè futura ſunt, quia conditionatè futura prævidentur. Ac per hoc ſicut præſcientia abſolutè futurorum non antecedit ſed præſupponit abſolutam rerum præſcitarum futuritionem, ſic præſcientia conditionatè futurorum non antecedit ſed præſupponit rerum ſic præſcitarum conditionatam futuritionem. Ex quo patet quàm impertinenter ad efficaciam divinæ gratiæ habeat ſe præſcientia futuræ ſub conditione cooperationis pro vno vel altero creaturarum ſtatu. Nam ſicut abſoluta futuræ cooperationis præſcientia non tribuit efficaciam cauſis quas prævidet cooperaturas, ſed eam præſupponit: ita conditionata futuræ cooperationis præſcientia non tribuit efficaciam cauſis quas prævidet conditionatè cooperaturas, ſed eam præſupponit. Ac per hoc ſi in ipſo cooperationis exercitio liberũ arbitrium ita gratiæ dominetur, vt ſuo nutu vel abnutu eam reddat efficacem aut inefficacem; profectò præſcientia conditionata futuræ cooperationis non adimit arbitrio hanc prærogativam, eamve in gratiam transfert; ſed merè gerit ſe inſtar teſtis eius quod ſub conditione eventurum eſt. Proinde aſſertores prædeſtinationis gratuitæ in præſcientia conditionalium fundatæ, velint nolint, relabuntur in ſententiam aſſertorum prædeſtinationis retributionariæ, quantum attinet ad gratiæ efficaciam: ac ſic totum ſalutis negotium ex cardine humani arbitrij principaliter ſuſpendunt. Quod animadvertens ſummus Eccleſiæ Prœſul Clemens VIII. in celebri congregatione *de auxilijs* nuncupata, interrogavit propugnatorem præſcientiæ conditionalium, *Quid per illam ſcientiam Deus prævideret?* Cùmq; ille reſpondiſſet, *Influxum liberi arbitrij:* Replicavit Pontifex: *Aut quem gratia facit, aut quem natura? Si primum, ſcientia illa non eſt ante decretum: Si ſecundum, idem dicit Caßianus.* Ita refertur in geſtis congregationis 21. habitæ die 27. Ianuarij 1604. Revera enim inter duas prędictas concauſas tota vertitur controverſia: & cùm in confeſſo ſit apud omnes Catholicos vtramque ad operationem meritoriam concurrere, de ſolo primatu *Clemens VIII.*

controver-

rorum, ſubtexit: 'Hoc ſi audirent Pelagiani, non iam laborarent ne- *Auguſtinus.*
,gando originale peccatum, quærere parvulis EXTRA REGNVM DEI, neſcio cuius ſuæ fœlicitatis locum'. De adultis fidei gratiâ deſtitutis ſimile quidpiam eoſdem ſenſiſſe indicat idem Auguſtinus lib. 4. adversùs Iulianum cap. 3. ita Iulianum alloquens: 'Saltem concedis, ,opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad ſalutem ſempiternam REGNVMQVE perducere'. Videntur itaque Pelagiani gratiam fidei agnoviſſe tandem neceſſariam vltra nudas liberi arbitrij vires ad promerendum regnum Dei, quamvis non ad exercenda opera ſteriliter bona ac naturalis cuiuſdam beatitudinis meritoria, de quibus ibi Iulianus adversùs Auguſtinum diſceptat. Sed hanc ipſam gratiam ex altera parte enervabant, meritis eam ſolius liberi arbitrij aſcribentes, iuxta illud Proſperi: [b] 'Si conſideremus Pelagianæ argu- [b] *Proſp. Reſp. ad tria prima Excerpta Genuenſium.*
,menta perfidiæ, quid magis nititur obtinere, quàm vt videatur gra- ,tia Dei ſecundùm merita noſtra dari: vt in eo ipſo in quo gratiam ,neceſſariam confitetur, meritis eam humanæ voluntatis enervet'? Porrò quia gratia & prædeſtinatio pariformi paſſu coambulant, Pelagiani hanc perinde ac illam meritis liberi arbitrij aſcribebant: illam quidem meritis re ipsâ in tempore poſitis, hanc verò meritis ab æterno præviſis. Inde eſt illa Pelagiani hominis apud Auguſtinum ſermocinatio: [c] 'Præſciebat (Deus) qui futuri eſſent ſancti & immacula- [c] *Pelag. apud Auguſtinum l. de Prædeſt. Sanct. cap. 18.*
,ti per liberæ voluntatis arbitrium, & ideò eos ante mundi conſtitu- ,tionem in ipſa ſua præſcientia, quâ tales futuros eſſe præſcivit, ele- ,git. Elegit ergo, inquit, antequam eſſent, prædeſtinans in filios, quos ,futuros ſanctos immaculatoſque præſcivit: vtique ipſe non fecit, nec ſe facturum, ſed illos futuros eſſe prævidit'. Inde rurſus illa communis Pelagianorum reſponſio de Iacob & Eſau apud eundem Epiſt. 105. ad Sixtum: 'Ideò nondum natorum alium oderat (Deus) alium diligebat, quia eorum futura opera prævidebat'. Inde denique illa Auguſtini in ipſos invectiva lib. 2. ad Bonifacium cap. 7.
Rom. 9. 12. 'Profectò deſipitis, qui dicente veritate, *Non ex operibus, ſed ex vocante* *Auguſtinus.*
,*dictum eſt*, vos dicitis, ex futuris operibus, quę Deus illum facturum eſſe præſciebat, Iacob fuiſſe dilectum'. His itaque Pelagianorum erroribus per Eccleſiam profligatis, alios aliquantulùm molliores ac catholicę veritati propiores commenti ſunt Semipelagiani; qui duce Caſſiano, Abbate Sancti Victoris iuxta Maſſiliam, excogitarunt mediam quandam viam inter Auguſtinum & Pelagium, tanquam in extrema vtrinſecus deflectentes. Et quidem ad gratiam & liberum arbitrium quod attinet, finxerunt iſti, ſupermanſiſſe in hominibus lapſis reliquias quaſdam primę integritatis, quibus poſſent cum adiutorio gratiæ poſſibilitantis, quale omnibus ad manum ſuppetere arbitrabantur, velle credere, atque in fide ſic concepta finaliter perſeverare. Originem huius erroris detegit Proſper loco proximè citato ſubtexens: 'Quam perverſitatem omninò incurrit, qui fidem ad Dei mu- *Proſper.*
,nera non putat pertinere; aut ideò eam ſe iactitat ad Deum referre,

,quia ab ipso sit creata natura, cui rationalem inseruit libertatem, per ,quam vnusquisque & credere & non credere in sua habeat potestate: ,& de hoc naturali bono, qui nullis præcedentibus meritis, cùm crea,retur, accepit, cætera dona mereatur. Hoc autem qui asserit, fatetur ,(credo) nobiscum, quod in primo Adam omnium hominum natura ,vitiata sit; nec negat eam in illo lapsu suas amisisse virtutes, quas nisi ,per gratiam recipiat, habere non possit. Quid est autem quòd eidem naturæ solam fidem non vult esse præreptam? Existimantes igitur Adam in sua prævaricatione fidem non amisisse, consequenter putarunt omnibus eius posteris catenus eandem fidem inesse, vt non alio indigerent auxilio ad credendum, quàm quo Adam ante prævaricationem eguerat: ad reliquarum autem virtutum actus, quas vtique per Adam perditas fatebantur, medicinalem gratiam ab Augustino prædicatam agnoscebant necessariam: [a] 'Solùm initium fidei (ait ,de eis Augustinus) & vsque in finem perseverantiam sic in nostra ,constituunt potestate, vt Dei dona esse non putent, neque ad hæc ,habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes & volũ,tates: cætera verò ipsum dare concedunt, cùm ab illo impetrantur credentis fide'. Huic ergo suo dogmati de Gratia & libero Arbitrio contemperabant suam de prædestinatione sententiam, asserentes prædestinationem propositumve saluandi subniti prævisione meritorum fidei tam inchoantis quàm perseverantis; non autem meritorum cæterarum virtutum, quas à Deo prædestinari, ac per gratiam medicinalem dari, profitebantur. Totum interim prædestinationis negotium originaliter ad prævisionem fidei referebant, in cuius exercitio primatum libero arbitrio attribuebant, perinde ac si natura quoad hoc integra mansisset: [c] 'Præscientiam, & prædestinationem (ait de eis Hi,larius) vel propositum, ad id valere contendunt, vt eos præscierit, ,vel prædestinaverit, vel proposuerit eligere, qui fuerant credituri. ,Nec de hac fide posse dici, *Quid habes quod non accepisti?* cùm in eadem 1.Cor 4.7. ,natura remanserit, licet vitiata, quæ priùs sana ac perfecta donata sit'. De eisdem Prosper in Epist. ad eundem Augustinum: 'Hæc ipsorum ,definitio ac professio est: Omnem quidem hominem Adam peccan,te peccasse, & neminem per opera sua, sed per Dei gratiam regenera,tione saluari: vniuersis tamen hominibus propitiationem, quę est in ,Sacramento Sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam; vt ,quicunque ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salvi esse ,possint. Qui autem credituri sunt, quive in ea fide, quæ deinceps per ,Dei gratiam sit iuvanda, mansuri sunt, PRAESCISSE ante mundi con,stitutionem Deum, & eos PRAEDESTINASSE IN REGNVM SVVM, ,quos gratis vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bono fine excessuros esse PRAESIDERIT'. Et ibidem inferiùs propè finem Epistolę ingerens mentionẽ veterũ Tractatorũ quibus se Semipelagiani cõsẽtire profitebãtur: 'Penè omniũ, inquit, par invenitur & vna ,sententia, quà propositũ & prædestinationẽ Dei secundùm præscientiã recepe-

[a] *Aug. l. de Bono persever. c. 17.*

[c] *Hilar. Epist. ad Augustinum.*

Prosper.

Vide eund. Resp. ad Dubiũ 8.m Genuensium.

,receperũt: vt OB HOC Deus alios vaſa honoris, alios cõtumelię fecerit ,QVIA finẽ vniuſcuiuſq; PRAVIDERIT,& SVB IPSO GRATIAE ADIV- ,TORIO in qua futurus eſſet voluntate & actione PRAESCIERIT'. Qui locus diligenter notandus eſt contra quoſdam Neotericos,qui vt ſuam de prędeſtinatione ſententiam à Semipelagianiſmi macula vindicent, fingunt Semipęlagianos ob id fuiſſe redargutos, quòd prędeſtinationem ex præſcientia meritorum nudi liberi arbitrij ſuſpenderint: reclamante apertè Proſpero, in verbis, *Sub ipſo gratiæ adiutorio* &c. Accedit quòd ipſi Semipelagiani apud Auguſtinum lib. de Prędeſt. Sanct. cap. 19. ſeipſos à Pelagianis penes hoc expreſsè ſecernant, quòd Pelagiani prædeſtinationem in præſcientia meritorum nudi liberi arbitrij fundarint, ipſi verò in præſcientia meritorum fidei. Quæ ſanè ſecretio ne vel apparenter ſubſiſteret, ſi merita fidei non procederent ex gratiâ liberum arbitrium ad credendum adiuvante. Ex quibus appareret, rectè à nobis ſuperiùs hìc dictum eſſe, quòd Semipelagiani pedetentim in peius profecerint. Cùm enim primitùs ſolum fidei initium & finalem in fide perſeverantiam divinę prędeſtinationi ſubtraherent, reliqua autem ſalutaria beneficia ex ipſa prędeſtinatione hominibus obvenire concederent; eò tandem in peius proficiendo devoluti ſunt, vt omnia omninò huius vitę merita eidem prędeſtinationi ſubtraherent, ipſamque prædeſtinationem ad ſola beneficia beatis in termino impertienda coarctarent. Atque ita cùm primitùs electionem ad gloriam ex pręviſione meritorum ſolius fidei incipientis & perſeverantis ſuſpenderent, nunc eam ex pręviſione meritorum totius vitę ac cuiuſcunque virtutis ſeu incipientis, ſeu proficientis, ſeu perſeverantis ſuſpendunt. Conſiderantes nimirum recentiores dogmatis iſtius patroni argumentum quod in primores ipſorum Auguſtinus retorquebat, & non invenientes exitum, auxerunt errorem. Movebantur quippe illi primores ad ſubtrahendum prędeſtinationi fidem & perſeverantiam, ne aliàs evacuaretur exhortationum vtilitas. Replicabat Auguſtinus, quòd ex ipſorum confeſſione non evacuaretur vtilitas exhortationum ad alias virtutes à fide diſtinctas conſimili prædicatione prædeſtinationis ipſarum. Ac ſic ex ipſorum confeſſis inferebat quod negabant: f "Neque iſti (inquit) propter quos hæc dicimus, qui præ- ,dicatione prædeſtinationis & gratiæ exhortationem clamitant impe- ,diri, ad ſola illa exhortantur dona, quæ non à Deo dari, ſed à nobis ,eſſe contendunt, ſicut ſunt initium fidei & in ea vſque in finem per- ,ſeverantia: quod vtique facere deberent, vt tantummodo infideles ,hortarentur vt crederent, & fideles vt credere permanerent: Ea ve- ,rò quæ nobiſcum Dei dona eſſe non negant vt nobiſcum Pelagianum ,demoliantur errorem, ſicut eſt pudicitia, continentia, patientia, & ,cætera quibus rectè vivitur & ex fide impetrantur, à domino oranda ,monſtrare, & orare ſolùm vel ſibi vel alijs debuerunt, non autem ,quemquam vt ea capeſſeret & retineret, hortari. Cùm verò & ad hęc ,exhortantur vt poſſint, atque exhortandos eſſe homines confitentur,

f *Aug. l. de Bono perſever. c. 17.*

›satis vtique oſtendunt, nec eâ prædicatione impediri exhortationes, ſi›ve ad fidem, ſive ad perſeverantiam vſque in finem, quia & iſta Dei ›dona eſſe, nec à ſeipſo cuiquam, ſed ab illo tribui prædicamus'. Efficax planè argumentum ad evertendum diſcrimen inter fidem & reliquas virtutes à Maſſilienſibus confictum; & ad oſtendendum, ipſos Maſſilienſes non ſatis conſequenter ad ſua ſenſa loqui vel practicare. Cuius argumenti vim & inconſequentiæ notam vt recentiores Semipelagianizantes effugerent, non ſolùm fidem incipientem & perſeverantem, ſed reliquas etiam viatorum virtutes prædeſtinationi ſubtrahendas cenſuerunt. Atque ita prædeſtinationem prævisioni meritorũ non ſolùm fidei, ſed reliquarum etiam virtutum, ſeu incipientium, ſeu proficientium ac perſeverantium, ſuperſtruxerunt: eligentes potiùs in alterum extremum deflectere, quàm ad Auguſtini partes accedere. Si enim ad Auguſtini partes accedere voluiſſent, non reliquas virtutes cum fide ſubtraxiſſent prædeſtinationi, ſed cum reliquis virtutibus fidem ſubiecciſſent prædeſtinationi.

Obiectio prima ex Scripturis.

Sed inſpiciamus attentiùs, quibuſnam argumentorum involucris velut foliis ficulneis nuditatem ſui dogmatis obvelent. Quadruplicis generis argumenta obtendunt, alia ex divinis ſcripturis deſumpta, alia ex Patrum teſtimonijs, alia ex ratione naturali, alia denique ex incommodis oppoſitam ſententiam conſequentibus. Ex Scripturis inprimis proferunt teſtimonia quibus æterna gloria ſub conditione promittitur: vt cùm dicitur, *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*: Item, *Si volueritis, & audieritis me, Bona terræ comedetis*: Item, *Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te*: Item, *Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit*: Item, *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur*: Item, *Si quis emundaverit ſe ab iſtis, erit vas in honorem*. Hinc Tridentina Synodus anathematizat eos qui dicunt, [g] 'Evangelium eſſe nudam & abſolutam promiſſionem vitæ æternæ, SINE CONDITIONE obſervationis mandatorum'. Ex quibus adverſæ ſententiæ patroni inferunt, neminem fixè conſcribi inſuperna Hieruſalem antecedenter ad prævisionem implendæ conditionis: Ac per hoc neminem efficaciter eligi ad gloriam niſi prævisâ priùs obſervantiâ perſeverante mandatorum: [h] 'Sanè (ait quidam) ›inſolens planè eſt inter homines, id ſub conditione promittere, quod ›iam voluntate abſolutâ decreverunt. Vnde cùm de divinis rebus non ›poſſimus iudicare niſi ex analogia rerum humanarum, rectè ex modo promittendi colligimus, in Deo non eſſe talem electionem'. Confirmari poteſt hic diſcurſus adversùs nos ex ijs quæ cap. 8. allegavimus ad probandum quòd prima inſcriptio Angelorum & hominum in ſuperna Hieruſalem non fuerit fixa aut abſoluta niſi poſt prævisionem implendæ conditionis propoſitæ. Probavimus enim iſtud allegatione teſtimoniorum quibus ſub conditione regnum eis promiſſum aſſeritur. Cùm ergò ex adductis iam teſtimonijs conſtet, idem regnum ſub conditione promitti hominibus lapſis, conſequens eſt vt diſcurſus

2.

Mat. 19. 17. *Iſa.* 1. 19. *Eccli.* 15. 16. *Mat.* 10. 22. *Rom.* 8. 17. 2. *Tim.* 2. 21.

g *Concil. Trid. ſeſſ.* 6. *Can.* 20. *Vide Fulg. l.* 1. *de Remiſſ. peccat. cap.* 11.

h *Leſſius de Prædeſt. & Reprob. Angel. & Homin. Sect.* 2. *n.* 12.

Confirmatio.

vtrobique

Digitized by Google

vtrobique ſubſiſtat, vel vtrobique deficiat. Si dicas, diſparem eſſe rationem vtriuſque promiſſionis, eò quòd promiſſio regni pro primo creaturarum ſtatu pependerit à conditione per promiſſarios principaliter adimplenda, promiſſio autem regni pro noviſſimo hoc ſtatu pendeat à conditione per promittentem principaliter implenda. Contra hoc militat diſcurſus Leſſij paulò infrà ibidem: quia nimirum hinc conſequens foret, quòd 'Cùm Deus ſalvandis promittit vitam æternam ſub conditione, ſi perſeverent; perinde faceret ac ſi dicat: Promitto vobis vitam æternam, ſi ego ex meo beneplacito vobis perſeverantiam decrevi: & cùm minatur gehennam non perſeverantibus, perinde ageret ac ſi dicat; Si ego vobis nolui decernere perſeverantiam, deturbabo in gehennam. Cùm enim conditio pendeat à promittente, vel vt cauſa principali, vel ſaltem vt cauſa ſine qua non, rectiſſimè in illius arbitrium totum negotium reſolvitur; & conditio in re idem valet ac ipſius beneplacitum. At nemo hoc modo intelligit illas conditiones, & abſurdè omninò ſic acciperentur. Omne enim ſtudium bonorum operum eluderetur', & deſperatio hominum mentibus injiceretur. Denique eſſent illuſoriæ potiùs quàm ſeriæ, & divinæ bonitati indecoræ'. Confirmatur denuò, quia eo modo Electi prædeſtinantur ad regnum', quo efficiuntur filij promiſſionis & æſtimantur in ſemine Abrahæ. Atqui efficiuntur filij promiſſionis & æſtimantur in ſemine Abrahę propter impletionem conditionis ex nutu ipſorum principaliter pendentis. Ergo propter eandem impletionem prædeſtinantur ad regnum. Minor probatur ex Hugone Victorino, dicente: [i] 'Sciendum, quòd promiſſiones Dei vel prophetiæ tribus modis fiunt: quandoque cum immutabili denuntiatione; vt illa, *Ecce virgo concipiet*: quandoque cum quadam comminatione; vt, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur*: vbi conditio etſi non apponitur, ſubintelligitur; vt, Niſi à via ſua convertatur Ninive, ſubvertetur: quandoque cum eorum, ad quos fit, libera voluntate; vt in proprio ſcilicet habeant arbitrio promiſſionem factam ſuſcipere vel reſpuere: vt hìc: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Quæ promiſſio omnibus oblata eſt, ſic vt eam PRO ARBITRIO SVO apprehendant vel reſpuant'. Sanè nullum eſt teſtimonium ex omnibus ſuperiùs cap. 8. memoratis, quo magis apertè impletio conditionis aſcribitur arbitrio Angelorum aut hominum primorum, quàm hìc à Victorino aſcribatur arbitrio hominum lapſorum. Secundò allegantur ea Scripturæ teſtimonia, quibus æterna gloria exprimitur nomine mercedis, bravij, coronæ, denarij diurni: vt eſt illud Dei ad Abraham, *Ero merces tua magna nimis*: Illud item Sapientis generaliter de electis, *Apud Dominum eſt merces eorum*: Illud item Salvatoris apud eoſdem, *Merces veſtra copioſa eſt in cœlis*: Illud item Apoſtoli: *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit bravium*: Et alibi de ſeipſo, *Ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſuperna vocationis Dei*: Et iterum, 'Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ: Illud item ejuſdem alibi, *Non coronabitur niſi qui legitimè certaverit*: Illud item Apocalypticum monitorium Philadelphienſi Epiſcopo datum, *Tene*

Præoccupatio.

Confirmatio.

[i] *Hugo Victor. in caput 9.m ad Romanos v. 9*

14. 3. 4. 12. 18. 5. 1. 3. 16. 12. 9. 14. 4. 8. 2. 5. 3. 11.

quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam: Illud denique patrisfamilias ad operarium vineæ, *Nonne ex denario conveniſti mecum?* Ex his & ſimilibus Scripturis ſic ratiocinantur: Nemini decernitur merces, bravium, corona, denariuſve diurnus, niſi intuitu meriti, curſus, certaminis aut laboris. Cùm igitur gloria decernatur electis vt merces, bravium, corona vel diurnus denarius, conſequenter apparet eam decerni intuitu meriti, curſus, certaminis aut laboris. Atque hoc ipſum innuere videtur Salvator, vbi ſe profitetur dicturum electis in finali iudicio: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſurivi* ENIM, *& dediſtis mihi manducare* &c. Mat. 25. 34

[k] *Leſſius de Prædeſt. & Repr. l. Sect. 2. n. 6.*

[k] 'Hìc apertè (ait Leſſius) inſinuatur regnum cœlorum ab æterno eſſe præparatum iuſtis ob prævisa eorum bona opera. Quod patet tum ex particula *Enim. Poſſidete*, inquit, *paratum vobis regnum*: quare paratum? *Eſurivi enim* &c. tum quia ſimiliter dicitur reprobis: *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.* Mat. 25. 41 Atqui hic ignis non eſt paratus Diabolo, niſi ob eius prævisa merita. Ergo nec regnum iuſtis eſt paratum, niſi ob prævisa merita. Eſt enim antitheſis electorum & reproborum, bonorum operum & malorum, regni & ignis æterni'. Quòd ſi quis contendat cauſalitatem importatam voculâ, *enim*, non reſpicere parationem ſignificatam participio, *paratum*; ſed poſſeſſionem ſignificatam verbo, *poſſidete*: Obſtabit Chryſoſtomi paraphraſis, ita ſonans: [l] 'Antequam nati eſſetis, quia ſciebam vos huiuſmodi futuros, hæc vobis à me PRÆPARATA fuére'. Vbi cauſalitatem prædictam diſertè refert ad ipſam præparationem, non ad poſſeſſionem ſeu præparationis executionem. Cui interpretationi favet illud propheticum, *Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* Iſa. 64. 4. Corroboraturque vlteriùs illo Chriſti reſponſo ad filios Zebedæi, *Sedere ad dexteram meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Mat. 20. 23 Quem locum hâc paraphraſi elucidat idem Chryſoſtomus Homil. 66. in Matthæum: 'Non eſt meum id dare, ſed quibus labore atque ſudore PRÆPARATUM eſt'. Quâ paraphraſi apertè ſatis indicat, laborem atque ſudorem eſſe cauſam præparationis. Idipſum & Epiphanius indicat vbi ait: [m] 'Si laboraveritis, erit vobis præparatum à Patre meo'. Conſonat Iſidorus Peluſiota, cùm eundem Scripturæ locum ſic explicat: [n] 'Non eſt meum ſimpliciter poſtulantibus dare, verùm ijs qui labores ſubierunt mercedem præbere: Neque enim iuſti iudicis eſt ſudores contemptui habere, ac ſegnibus & ignavis largiri. Quamobrem ſi huiuſmodi Seſſionis eos cupiditas tenet, certamina illa minimè ignorant, in quorum præmium ea, ijs qui legitimè certant, PRÆPARATA eſt'. Conſonat & Cyrillus Alexandrinus, cùm eundem Scripturæ locum ſic interpretatur: [o] 'Non eſt meum dare ſupremum honorem vobis petentibus, qui RESERVATUS eſt in PRÆSCIENTIA Patris illis quos exceſſus certandi commodabit'. Eandem interpretationem amplectitur Ambroſius lib. 5. de Fide cap. 2. Eamque Apoſtolico ſuffragio corroborans ſubdit: 'Vnde &

Præoccupatio.

[l] *Chriſoſt. Homil 80 in Matthæum.*

[m] *Epiphan. Hæreſi 69. poſt medium.*

[n] *Iſidor. Peluſ. l. 1. Epiſt. 137.*

[o] *Cyrill. Alex. l. 10 Theſauri cap. 5.*

Ambroſius.

Rom. 8. 29. ,de & Apoſtolus ait, *Quos præſcivit, & prædeſtinavit.* Non enim antè præ-
,deſtinavit quàm præſciret; ſed quorum merita præſcivit, eorum præ-
,mia prædeſtinavit'. Quam Apoſtolici teſtimonij interpretationem
præter Ambroſium amplexi ſunt Theodoretus, Theophilactus, Sedu-
lius, Oecumenius in caput 8. ad Romanos, item Chryſoſtomus Ho-
mil. 15. in Epiſtolam ad Romanos, poſt Origenem Tomo 7. in can-
dem Epiſtolam. Huc etiam referri poteſt illud Petri Apoſtoli moni-
2. Pet. 1. 10 tum: *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & ELECTIO-*
NEM *faciatis.* Quibus verbis Petrus innuere videtur, certitudinem
electionis noſtræ ſubmitti operibus per nos exercendis: 'Unde infi-
,nuat (ait quidam) non eſſe certam propter abſolutum immediatum
,decretum illam tribuendi ante meritorum prævisionem; alioquin
,enim non deberet ita exhortari, vt per bona opera noſtram ſalutem
,reddamus certam, cùm de illa tam eſſet conſtitutum in priori ſigno,
quàm viderentur opera'. Similem gloſſam adhibet Leſſius loco pro-
ximè citato; ſubinfertque inde hoc corollarium: 'Electio igitur di-
,vina, quamdiù durat hæc vita, quatenus antecedit prævisionem finis,
,non ita firmiter nos ordinat ad ſalutem, quin poſſimus fruſtrari even-
tu'. Præmiſerat ibidem ſuperiùs idem Leſſius Apoſtolicum illud te-
1. Tim. 2. 4 ſtimonium in eandem rem: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad*
agnitionem veritatis venire. Mirum cur omiſerit quod ibidem ab Apo-
1. Tim. 2. 5 ſtolo ſubtexitur: *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo*
& 6. *Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum* PRO OMNIBVS. Ex qui-
bus locis conſequi videtur, Deum voluntate quadam inefficaci &
conditionata velle omnes homines in cœlis conſcribere & ſempiterna
ſalutis munere dotare; atque in executionem iſtius voluntatis voluiſ-
ſe ſuum filium pro omnibus mortem ſubire. Quæ tamen voluntas
non tranſijt in abſolutum, niſi poſt prævisionem meritorum ac perſe-
verantiæ eorum, qui in vitæ huius agone legitimè certaturi ſunt: 'Si
,agonotheta (ait ibi Leſſius) ex omnibus ſeligeret decem, & ſtatue-
,ret illis ſolis dare præmium, ideoque illos ſolos occultis modis, v. g.
,certis vnctionibus, ſine quibus certò ſciret neminem fore victorem,
,iuvaret; quomodo diceretur ille velle vt omnes ſint victores, vt om-
,nes capiant præmium? At Deus ſe habet vt agonotheta in cauſa ſalu-
,tis, invitans omnes ad certamen, & ad præmia capeſſenda, & omnes
1. Cor. 9. 24 ,homines ſunt inſtar certantium, vt ex Apoſtolo conſtat: *Neſcitis*, in-
,quit, *quòd hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit*
brauium'.

Theodoretus. Theophylactus. Sedulius. Oecumenius. Chryſoſtomus. Origenes.

Præpoſitus in 1. p. q. 23. art. 8. Dubio 8. §. 2. n. 71.

Leſſius.

3. Ad Patrum teſtimonia quod attinet, innuere videtur Proſper in Epiſt. ad Auguſtinum, quòd veteſtiores Auguſtino, penè omnes, præ-
deſtinationem ex meritorum prævisione ſuſpenderint: 'Illud etiam
,(inquiens) qualiter diluatur, quæſumus patienter inſipientiam noſtram
,ferendo demonſtres, quòd retractatis PRIORVM de hac re opinioni-
,bus, penè OMNIVM par invenitur & vna ſententia, quâ propoſitum
,& prædeſtinationem Dei ſecundùm PRÆSCIENTIAM receperunt: vt

Obiectio ſecũda ex Patribus Proſper.

OB HOC

'OB HOC Deus alios vasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia se-
'nem vniuscuiusque prævideri, & sub ipso gratiæ adiutorio in eo
futurus esset voluntate & actione præscierit'. Quibus verbis à se descriptis Dionysius Petavius hæc adjicit: [q] 'Qui locus insigniter ob-
'servandus est: Magno quippe nobis vsui postea futurus est.' Docet
'verò Prosper, penè antiquos omnes prædestinationem, non vtique
'ad solam gratiam, sed ad gloriam, ex prævisis meritis à Deo factam
'putasse: & ijs quidem meritis, quæ ex gratiæ adiutorio fore aliquando
'prævideret'. Atque vt ad Patres in particulari descendamus, allegatur pro ea sententia Clemens Romanus, vel potiùs Petrus Apostolus apud ipsum lib. 3. Recognitionum paulò post medium, ita loquens: 'Deus, qui vnus & verus est, primo germini suo amicos bonos & fide-
'les instituit præparare: sciens autem, quia boni esse non possunt nisi
'habeant in potestate sensum quo fiant boni, vt ex suo proposito hoc
'sint quod volunt; alioqui non possent esse verè boni, si non pro-
'posito, sed necessitate tenerentur in bono: potestatem dedit vnicu-
'que arbitrij sui, vt hoc esse possit, quod vult. Et rursum PRÆVI-
'DENS, quia ista potestas arbitrij alios quidem faceret eligere bona,
'alios verò mala; & per hoc in duos ordines necessariò propagandum
'esset hominum genus, vnicuique ordini concessit & locum, & regem,
'quem vellet eligere: Bonus enim rex bonis gaudet, & malignus ma-
lis'. Consonat Irenæus Apostolorum temporibus vicinus, dicens: [r] 'Deus omnia PRÆSCIENS, vtrisque aptas PRÆPARAVIT habitatio-
'nes; eis quidem qui inquirunt lumen incorruptibilitatis, & ad id re-
'currunt, benignè donans id quod concupiscunt lumen: alijs verò id
'contemnentibus, & avertentibus se ab eo, & id fugientibus, & quasi se-
'metipsos excęcantibus, congruentes lumini adversantibus pręparavit
tenebras'. Eidē sententię suffragari videtur Hilarius Pictavensis cùm ait: [s] 'Beatus est quisquis fuerit electus: *Multi enim* secundùm Evan- Ma. 2
'gelium *vocati sunt, sed pauci electi.* Electi autem sunt nuptiali veste cō- 14.
'spicui, puro atque integro novę nativitatis corpore splendidi. Itaque
'non res indiscreti iudicij electio est, sed ex meriti delectu facta discre- Psal. 6
'tio est. *Beatus* ergo *quem elegit Deus*: Beatus ob id, quia electione sit
'dignus. Scire autem nos convenit, hic beatus in quam rem fuerit ele-
'ctus: scilicet ad id quod sequitur, *Inhabitabit in tabernaculis tuis.* Omnis
perfectio bonorum, inhabitatio cœlestis est requiei'. Accedit & Hieronymus in caput 1.[m] Isaię, ad illa verba, *Si volueritis & audieritis me* Isa. 1.
&c. 'Liberum (inquiens) servat arbitrium: vt in vtramque partem
'non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præ-
'mium sit'. Cui testimonio in favorem sui dogmatis allegato Lessius hęc adjicit: [t] 'At si ante omnem prævisionem bonorum vel malorum
'facta est discretio, quâ his decreta gloria, illis non decreta, pręmium,
'certè videtur singulis constitutum ex prejudicio Dei: prejudicium
enim est sententia iudicis concepta ante causę examen'. Rursus idem Hieronymus in caput 1.[m] Malachię, super illis verbis, *Iacob dilexi,* Mala.

[q] *Petavius Tomo 1. Dogmat. Theolog. l. 9. 3. n. 2.*

Clemens Rom.

[r] *Irenæus l. 4. c. 76. Videtur. ibidem cap. 38.*

[s] *Hilar. in Psal. 64. vers. 5.*

Hieronymus.

[t] *Lessius Tract. de Prædest. & Reprob. sect. 2. n. 7.*

Esau

Eſau autem odio habui : 'Dilectio (inquit) & odium Dei, vel ex PRÆ- *Hieronymus.*
,SCIENTIA naſcitur futurorum, vel ex operibus : alioquin novimus ,quòd omnia Deus diligat, nec quidquam eorum oderit quę creavit'. Qui rurſus lib. 1. Comment. in Epiſt. ad Galatas, ſuper illis verbis
1.15. capitis primi, *Cùm autem ei placuit, qui me ſegregavit ex vtero matris meæ* &c. dicit, 'Hoc ex Dei præſcientia evenire, vt quem ſcit iuſtum futu- ,rum, priùs diligat quàm oriatur ex vtero : & quem peccatorem, ode- ,rit antequam peccet : non quò in amore vel odio iniquitas Dei ſit, ſed ,quò non aliter eos habere debeat, quos ſcit vel peccatores futuros ,eſſe, vel iuſtos : Nos vt homines, de præſentibus tantùm iudicare; ,illum, cui futura iam facta ſunt, de fine rerum, non de exordijs ferre ſententiam'. Et Epiſt. 150. ad Hebidiam q. 10. 'Non ſalvat (in- ,quit) irrationabiliter Deus, & abſque iudicij veritate, ſed cauſis præ- ,cedentibus : quia alij non ſuſceperunt filium Dei, alij autem recipere ſuâ ſponte voluerunt'. Omitto teſtimonia quæ ſub eiuſdem Hieronymi nomine allegari ſolent ex Commentarijs brevioribus in Paulinas Epiſtolas : quia notorium iam eſt Commentarios illos non eſſe Hieronymi, ſed hæreſiarchæ Pelagij. Conſimili de cauſa omitto teſtimonia quæ ſub Ambroſij nomine à nonnullis allegantur ex Commentarijs in eaſdem Paulinas Epiſtolas : Adeò enim exploratum habetur, Commentarios iſtos non eſſe Ambroſij, vt paſſim iam in Scholis author eorum appelletur Ambroſiaſter. Prætereo inſuper Commentarios in eaſdem Epiſtolas, à Leſſio loco proximè citato allegatos ſub nomine Athanaſij : de quibus Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Athanaſio, ſic ſcribit : 'Tribuuntur Sancto Athanaſio à ,nonnullis Commentaria in omnes Epiſtolas S. Pauli : ſed ea Theophilacti ſunt, non Athanaſij'. Fruſtrà proinde Leſſius ibidem inferiùs, ad illudendum imperitis, Theophilactum tanquam novum ſui dogmatis patronum à Pſeudo-Athanaſio iſto diſtinctum obtrudit. Fruſtrà ſimiliter ibidem obtrudit Theodulum & Sedulium ex ſuis reſpectivè Commentarijs in Paulum : cùm prior ſit merus abbreviator Oecumenij, poſterior præmemorati Hieronymaſtri ſeu Pelagij : vt partim ex Bellarmino lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Oecumenio; partim ex Facultate Theologica Lovanienſi in Iuſtificatione ſuæ Cenſuræ cap. 3. colligere licet. Ex Græcia allegantur pro eadem ſententia omnes ſine exceptione Patres : Ita quippe ſonat Articulus 20. Ieſuitarum Lovanienſium à Facultate Theologica Lovaniēſi & Duacenſi cenſuratus : 'Sententia quæ dicit, eos qui ſalvantur, non effi- ,caciter electos ad gloriam ante prævisionem bonorum operum, vel ,applicationis meriti contra peccatum, videtur maximè probabilis. ,Tenent autem hanc ſententiam OMNES PATRES GRÆCI : adeò vt communiter dicatur SENTENTIA GRÆCORVM' &c. Niſi pudor obſtitiſſet, addidiſſent fortè, *Gallorum, & Maſſilienſium*, vt eſt apud Vaſquez Tomo 1. in 1. p. Diſp. 91. cap. 3. n. 13. 'Oſorius (ait ille) & *Vaſquez.*
,recentiores qui ipſum ſequuntur', exiſtimant ſe re ipsâ Auguſtino ad-

Hieronymaſter.

Ambroſiaſter.

Athanaſiaſter. Bellarminus.

›versari; quòd ille dixerit, prædestinationem hoc modo acceptam, ›ante merita prævisa factam esse. Quam quidem Augustini sententiam, ›severam,& difficilem admodum esse arbitrantur: & sententiæ GRA- ›CORVM PATRVM, GALLORVM, & MASSILIENSIVM, asserentium præ- ›destinationem ex meritis fieri, se consentire putant'. Lovanienses itaque Iesuitæ vniversum Græcorum agmen in patrocinium suę sententiæ acciverunt, sed Gallos & Massilienses, quamvis viciniores, & ad opitulandum promptiores, prætermiserunt. Est & aliud discrimen inter hos, & eos quos Vasquez memorat; quòd priores profiteantur se Augustino adversari: hi verò non tam id de se admittant, quàm permittant: concludentes Articulum 20. iam citatum, his verbis: 'Quòd si tamen contraria sententia esset D. Augustini, non admodùm referret'. Verùm quanti referat in hac materia Augustinũ patiadversarium, dicemus inferiùs: nunc videamus quibus argumentis eum pro ipsis stare contendant.

Duplici argumentorum genere Augustinum sibi suffragari contendunt: primò allegando quædam eius loca, quibus electio ad gloriam ex meritorum prævisione suspendi videtur: Secundò recitando testimonia discipulorum eius, quos à Magistro recessisse neutiquam est verisimile. Proferunt itaque inprimis istum Augustini locum: [v] 'Quos ›voluit Dominus, hos elegit: Elegit autem, sicut dicit Apostolus, & ›secundùm suam gratiam, & SECVNDVM ILLORVM IVSTITIAM'. Et interposito Apostolico Oraculo, *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal*, Subinquirit inferiùs: 'Quid est, *Reliqui mihi*'? Et continuò respondet: 'Ego illos elegi; quia vidi mentes illorum de me præsumentes, non de se, nec de Baal'. Quem locum velut Augustini genuinum descripsit Beda in caput 11. ad Romanos. Sed nec minùs dilucidè eandem sententiam tradere videtur idem Augustinus lib. 83. qq. q. 68. dicens de Deo: 'Prorsus *Cuius vult misereatur, & quem vult obdurat*: Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non po- ›test. Venit enim de occultissimis meritis: quia & ipsi peccatores cùm ›propter generale peccatum vnam massam fecerint, non tamen nulla ›est inter illos diversitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo, ›quamvis nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione: & item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obtusione'. Huc referri potest quod Enchiridij cap. 95. dicit, sanctos in cœlo perspecturos rationem ob quam vnus præ altero eligatur ad gloriam. Quomodo enim id sancti perspicerent, si nulla omninò ratio subesset. Vnde & passim dicere Augustinus solet, voluntatem quâ Deus vult vnũ præ altero liberare vel salvare, iustam esse, etsi occultam. Quare autem iusta, nisi quia meritis prævisis repensa? Alibi rursus exponens quod scriptum est de Iacob & Esau, *vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori*: [w] 'Nonnullos movet (inquit) vt putent Apostolum ›Paulum abstuliss liberum voluntatis arbitrium', quo promeremur Deum

[v] *Aug. Ser. 7. de Verbis Domini cap. 2.*

[w] *Aug. l. Expositionis quorundam propositionum ex epist. ad Romanos propos. 60.*

,Deum bono pietatis, vel malo impietatis offendimus. Dicunt enim, ,quòd ante opera aliqua, seu bona seu mala duorum necdum nascentiũ ,Deus vnum dilexerit, & alterum odio habuerit. Sed respondemus, ,PRÆSCIENTIA DEI FACTVM ESSE, quâ novit etiam de nondum natis, qualis quisque futurus sit'. Quod si quis contendat Augustinum in Retractationibus correxisse hanc expositionem à se olim traditam. Respondet Vasquez citato Tomo Disp. 89. cap. 6. n. 47. Correxisse quidem expositionem ibidem subsequenter traditam de initio fidei, sed non de electione ad gloriam ex præscientia meritorum. Quæ responsio corroborari potest ex ijs quæ Augustinus ipse scribit lib. 1. qq. ad Simplicianum q. 2. dicens: 'Non electio præcedit iustificationem, ,sed electionem iustificatio: Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab *Ephes. 1. 4.* ,illo qui reijcitur. Vnde quod dictum est, *Quia elegit nos Deus ante ,mundi constitutionem*, non video quomodo sit dictum, nisi PRÆSCIENTIA'. Ecce apertissimè astruit electionem in meritorum prævisione fundatam: [x] 'Neque hoc vsquam (vt obseruat Leslius) legi- ,tur retractasse: imò commendat hanc Disputationem lib. 2. Retract. ,c. 1. & lib. de Prædest. Sanct. cap. 4. & de Bono perseuer. c. 20. ,Nam hæc electio nullo modo repugnat electioni gratiæ, quam lib. ,de Prædest. Sanct. cap. 3. dicit se non intellexisse ante Episcopatum, ,cùm putaret fidem esse ex nobis: Optimè tamen eam intellexit cùm ,scriberet illa ad Simplicianum, vt ex verbis allatis, & ex tota Disputatione constat'. Nec satisfit dicendo, Augustinum loco obiecto quæstionem ventilare, non decidere. Nam alibi absque vlla ventilationis vmbra resolutivè loquens, *Electionem* distinguit contra *Sortem*, quòd electio sit disparium, sors autem parium; electio respiciat merita eligendorum, sors autem ex puro pendeat nutu sortientis: [y] 'In sorte (in- ,quit) non est electio, sed voluntas Dei: Nam vbi dicitur, Iste facit, ,iste non facit, merita considerantur: & vbi merita considerantur, elec- ,tio est, non sors'. Aut igitur nulla est electio hominum ad gloriam, aut certè ea in præscientia meritorum fundatur. Hinc libro Expositionis propositionum ad Romanos propos. 55. 'Non omnes (inquit) ,qui vocati sunt, secundùm propositum vocati sunt. Hoc enim propo- ,situm ad præscientiam & prædestinationem Dei pertinet: nec prædes- ,tinavit aliquem, nisi quem præscivit creditum, & secuturum vocationem suam; quos & electos vocat'. Hinc rursus Tract. 76. in Ioannem paulò post initium: 'Qui diligunt (inquit) QVIA diligunt, ELI- *1. Cor. 2. 9* GVNTVR'. Eliguntur vtique ad supernæ patriæ bona, *Quæ*, teste Apostolo, *præparavit Deus ijs, qui diligunt illum.* Præparavit nimirum prædestinando, ac per hoc eligendo: Si tamen eligendo, proculdubio digniores indignioribus præferendo: alioquin non esset electio, sed sors. Quia verò electio est æterna, eligendorũ autẽ dignitas non æterna sed temporalis est, necesse est vt electionẽ antecedat futuræ dignitatis præscientia. Quò spectat quod alibi idem Augustinus ait de Deo: [z] 'Per Spiritum Sanctum diffundit charitatẽ in cordibus eorum, quos PRÆSCI-

Evasio.

Præcluditur.

[x] *Lesl. loco citato. n. 8.*

Præoccupatio.

[y] *Aug. Contione 2. in Psal. 30. v. 16.*

[z] *Aug. l. de Spir. & litt. cap. 5.*

,PRÆSCIVIT VT PRÆDESTINARET, prædeſtinavit vt vocaret, vocavit vt iuſtificaret, iuſtificavit vt glorificaret'. Quibus verbis ſatis apertè aſtruitur talis ordo præſcientiæ ad prædeſtinationem, qualis eſt prædeſtinationis ad vocationem, vocationis ad iuſtificationem, & iuſtificationis ad glorificationem. Quem ordinem præſcientiæ ad prædeſtinationem ſeu electionem rurſus aſtruit lib. de Prædeſtinatione & Gratia cap. 5. dicens: 'Antequam faceret nos, præſcivit nos; & in ipſa nos præſcientia, cùm nondum feciſſet, elegit'. Et lib. de Prædeſtinatione Dei cap. 3. 'Omnia (inquit) antequam fiant, Deus quaſi iam ,facta pertractat: & ſive ſint punienda, ſive muneranda, in præſcientia ſua diiudicat'. Et mox infrà ibidem: 'Ex præſcientia igitur offenſionis, prædeſtinatio emanavit vltionis; ſicut ex præſcientia virtutis, prædeſtinatio fieri ſolet remunerationis'. Et rurſus inferiùs cap. 5. 'Quos Deus (inquit) ſuos fidei opere futuros eſſe prænovit, hos prædeſtinavit ad gloriam: quos abſque correctione diabolicæ perſuaſioni militaturos eſſe præſcivit, hos pro certo prædeſtinavit ad pœnam'. Nec minùs dilucidè eandem de prædeſtinatione doctrinam tradere videtur lib. 6. Hypognoſticon cap. 2. 'Prædeſtinatio (inquiens) à ,prævidendo & præveniendo vel præordinando futurum aliquid dicitur: & ideò Deus, cui præſcientia non eſt accidens, ſed eſſentia, fuit ,ſemper, & eſt. Quicunque antequam ſit, ſic præſcit, prædeſtinat: & ,propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit, præſcit: Et ideo Apoſtolus: *Nam quos præſcivit*, inquit, *& prædeſtinavit*'. Videamus nunc qualiter Auguſtinum intellexerint eius diſcipuli, quos certum eſt ne ad latum-quidem vnguem à Magiſtri ſenſis voluiſſe deflectere. Si igitur conſtiterit, Auguſtini diſcipulos prædeſtinationem ex præſcientia meritorum ſuſpendiſſe, conſtare etiam debet, Auguſtinum idipſum feciſſe. Prodeat igitur inprimis Proſper, atque ex ſuo ſenſo Magiſtri ſenſum pandat: [a] 'Hi (ait ille) de quibus dicitur, *Ex nobis exierunt, ſed* 1. Ioan. 2.
,*non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum*; ,voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: & quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati: eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reverſuri, & in ſanctitate ac veritate manſuri'. Et Reſponſione ad Capitulum 3.[m] Gallorum, loquens de eiſdem: 'Quòd ergo huiuſmodi ,(inquit) in hæc prolapſi mala, ſine correctione pœnitentiæ defece,runt, non ex eo neceſſitatem pereundi habuerunt quia prædeſtinati ,non ſunt: ſed ID EO prædeſtinati non ſunt, QVIA tales futuri ex voluntaria prævaricatione PRÆSCITI ſunt'. Et inferiùs ibidem: 'Ex ,bono in malum (inquit) propriâ voluntate mutati ſunt: Atque ob ,hoc, licet fuerint renati, fuerint iuſtificati, ab eo tamen qui illos tales PRÆSCIVIT, non ſunt prædeſtinati'. Et Reſp. ad Capitulum 7.[m]: 'Quia illos (inquit) ruituros propriâ ipſorum voluntate præſcivit: ob hoc à filijs perditionis nullâ prædeſtinatione diſcrevit'. Et in Sententia ſuper eodem Capitulo: 'Quamvis omnipotentia Dei (inquit) ,potuerit vires ſtandi præbere lapſuris, gratia tamen eius non priùs

eos

[a] *Proſp. Reſp. ad Obiect. 12. Vincentianam. Vide Gratianũ in Decreto Cauſa 23. q. 4. cap. Vaſa iræ.*

,eos deseruit quàm ab eis desereretur: & quia hoc ipsos voluntariâ fa-
,cturos defectione PRÆVIDIT, IDEO in prædestinationis electione
illos non habuit'. Et Resp. ad Capitulum 12.[m]: 'Vires obedientiæ
,(inquit) non ideò cuiquam Deus subtraxit, quia eum non prædesti-
,navit: sed quia recessurum ab ipsa obedientia esse PRÆVIDIT, IDEO
eum non prædestinavit'. Alter Augustini discipulus Fulgentius, can-
dem doctrinam luculenter expressit vbi ait de Deo: [b] 'Prædestinavit
,illos ad supplicium, quos à se præscivit voluntatis malæ vitio discess-
,suros: & prædestinavit ad regnum, quos ad se præscivit misericor-
,diæ prævenientis auxilio redituros, & in se misericordiæ subsequen-
quentis auxilio esse mansuros'. Et inferiùs cap. 26. 'In sanctis (in-
,quit) perfecturus est Dominus, quòd vt essent boni, gratis dedit.
,Quod autem daturum se præscivit, in æterna bonitatis suæ disposi-
tione prædestinavit'. Et superiùs cap. 13. 'Quos prædestinavit ad gloriâ,
prædestinavit ad iustitiam'. Et lib. 3. de Veritate prædestinationis
cap. 2. 'Prædestinavit ad vitam bonam, prædestinavit ad vitam æter-
,nam: prædestinavit ad fidem, prædestinavit ad speciem: prædestina-
vit adoptandos in sæculo, prædestinavit glorificandos in regno'. Quas
prædestinationes ibidem inferiùs cap. 5. sic distinguit, vt eam quæ est
ad merita huius vitæ velit spectare ad gratuitam Dei misericordiam;
eam verò quæ est ad præmia futuræ vitæ, spectare ad Dei iustitiam:
'Ad hanc prædestinationem (inquit) pertinet, & gratuita iustificatio
,Redemptoris, & IVSTA REDDITIO iudicis: ad hanc prædestinatio-
. Cor. 7. ,nem pertinet *misericordia*, quam Paulus *consecutus est vt fidelis esset*, &
5. ,*corona iustitiæ, quam reddet ei Dominus in illa die iustus iudex: non solùm au-*
. Tim. 4. 8 ,*tem Paulo, sed & omnibus qui diligunt adventum eius.* Omnes enim quos
,Deus prædestinavit in adoptionem, gratis hìc iustificantur ab impijs;
om. 5. 6. ,quia *Christus pro impijs mortuus est*: & *omnes peccaverunt, & egent gloriâ*
om. 3. 23. ,*Dei, iustificati per gratiam ipsius.* Quibus sicut per misericordiã PRÆ-
,PARAVIT gratuitum iustificationis donum, ita PER IVSTITIAM
PRÆPARAVIT æternæ glorificationis præmium'. Ecce hìc apertissi-
mè prædestinatio ad æternæ glorificationis præmium ascribitur iusti-
tiæ Dei: non aliàm proculdubio ob causam, nisi quia meritorum
prævisione subnititur. Cui sententiæ subscribens Honorius Augusto-
dunensis in Dialogo de Prædestinatione & libero Arbitrio sub initiũ
sic ait: 'Nihil aliud est prædestinatio, quàm pro meritis cuiusque, vel
ad gloriam, vel ad pœnam, æterna Dei præparatio'. Et pauculis in-
terpositis: 'Porrò (subdit) qui PRÆVISI sunt in bonis permansuri, ad
,gloriam sunt prædestinati: qui verò præsciti in malis vitam finituri,
ad pœnam sunt vtique præordinati'. Et rursus ibidem subsequenter:
'Ergo quos Deus præscivit in filium suum credituros, & mandata
,eius voluntariè servaturos, hos ante sæcula prędestinavit, hos suo
,tempore ad fidem vocavit, hos per baptisma iustificavit, hos virtu-
tibus magnificavit, hos vasa misericordię glorificavit'. Et aliquantò
adhuc inferiùs: 'Sacra Scriptura testatur, Jacob simplicem, Esau pro-

[b] *Fulg. lib. 1. ad Monimam c. 24*

Honorius Augustod.

,phanum. Et quòd ipſi ſuo tempore per liberum arbitrium erant fu-
,turi, hoc, antequam nati eſſent, erant in conſpectu Domini. Ergo quia
,Iacob in conſpectu Domini ſimplex fuit, ideo Dominus eum dilexit:
quia verò Eſau prophanus erat, ideo eum odio habuit'. Eandem de-
nique ſententiam Angelicus Doctor cenſet *rationabilem*, licet oppoſi-
tam præferre videatur, vbi ait: [c] 'Circa ordinem præſcientiæ & præ-
,deſtinationis dicunt quidam, quòd præſcientia meritorum bonorum
,& malorum eſt ratio prædeſtinationis & reprobationis: vt ſcilicet
,intelligatur quòd Deus prædeſtinet aliquos, quia præſcit eos benè
,operaturos, & in Chriſtum credituros. Et ſecundùm hoc littera ſic
,ſonat: *Quos præſcivit conformes fieri imaginis filij ejus, eos prædeſtinavit.* Rom. 8.
,Et hoc quidem RATIONABILITER diceretur, ſi prædeſtinatio reſpi-
ceret tantùm vitam æternam, quæ datur meritis'. Ex quibus Angeli-
ci Doctoris verbis colligere licet, ſententiam Neotericorum de præ-
deſtinatione ſeu electione ad gloriam ob præviſa merita cum auxilio
gratiæ poſſibilitantis exercenda, longè diſtare à ſententia quam Au-
guſtinus in Maſſilienſibus redarguit. Nam recentiorum ſententiam
Angelicus Doctor cenſet *rationabilem*: at verò Auguſtinus ſententiam
quam in Maſſilienſibus redarguit, vſqueadeo irrationabilem cenſet,
vt oppoſitam dicat non niſi errando impugnari poſſe: [d] 'Hoc ſcio (in-
,quiens) neminem contra iſtam prædeſtinationem, quam ſecundùm
Scripturas ſanctas defendimus, niſi errando diſputare potuiſſe'. [e] 'Ex
,quibus perſpicuum eſt (ſubinfert Leſſius) Auguſtinum ſolùm loqui
,de prædeſtinatione gratiæ, eam nimirum non eſſe ex meritis. Nam
,gloriam non eſſe ex meritis prædeſtinatam, non eſt doctrina certa, ſed
,valde incerta, &, vt putamus, non vera. Itaque multùm falluntur,
qui putant, illam eſſe ipſiſſimam Auguſtini ſententiam'. Confirma-
tur hoc Leſſij corollarium ex eo, quòd Angelicus Doctor oppoſitam
ſententiam non ſolùm cenſeat *rationabilem*, vt iam memoravimus: ſed
etiam ei ſubſcribere ipſe videatur; quod non feciſſet, ſi Auguſtino tam
aſſeveranter decidenti adverſari eam putaſſet. Subſcribere autem ei vi-
detur cùm ait: [f] 'Prædeſtinatio præſupponit præſcientiam futuro-
rum'.

Quandoquidem ſententia, quæ electionem ad gloriam ex merito- §.
rum prævisione pendere contendit, Angelico Doctore atteſtante, *ra-
tionabilis* ſit; videndum nunc eſt, quibus rationum fulcris nitatur. Prima
ratio ſumitur ex Dei bonitate atque ad ſe communicandum pronitate,
hoc modo: Si Deus ex puro ſuo beneplacito antecedenter ad merito-
rum prævisionem prædeſtinaſſet ad gloriam, nullo modo credibile
eſſet, tam paucos ab eo fuiſſe prædeſtinandos, vt veritas ore proprio
inſonaret, *pauci electi*. Probatur, quia quiſquis ex puro ſuo beneplaci- Mat. 22.
to aliquid decernit, id decernit quod propenſioni ſuæ maximè con-
gruit. Atqui Dei propenſioni maximè congruit ſalvare, aut ſaltem
magis congruit ſalvare quàm perdere. Ergo ſi Deus ex puro ſuo be-
neplacito ſalvare decerneret, omnes omninò, vel ſaltem multò plures,
ſalvare

[c] D. Thomas in caput 8.m ad Romanos Lect. 6.

Vide Propoſitiõ in 1.p.q. 23. ar. 8. Dubio 8. §. 3. in fine.

[d] Aug. l. de Bono perſev. c. 18.

[e] Leſſ. de Prædeſt. & Reprob. ſect. 2. n. 8.

Confirmatio.

[f] D. Tho. 3. p. q. 1. ar. 3. ad 4.m

Obiectio 3.a ex ratione. Ratio prima.

ſalvare decreviſſet. Cùm ergo id non decreverit', ſed potiùs contrarium; non ex ſuo beneplacito, ſed ex ſalvandorum merito ſalvare decrevit. Confirmatur hìc diſcurſus ex prima inſcriptione civium Hieroſolymitanorum: quæ quoniam ex puro Dei beneplacito facta eſt, omnes ſine exceptione Angelos hominesſque complexa eſt: vt cap. 7. oſtendimus. Vnde conſtans eſt Theologorum ſententia poſt Damaſcenum lib. 2. de Fide cap. 29. & D. Thomam 1. p. q. 19. ar. 6. ad 1.[m], quòd Deus voluntate antecedente velit omnes ſine exceptione ſalvos fieri. Quorſum id niſi quia voluntatem antecedentem habet ex ſua bonitate ac benèfaciendi pronitate? Si igitur noviſſima Hieroſolymitarum inſcriptio ex puro Dei pendet beneplacito, nec nititur prævìſo inſcribendorum merito; omnes omninò, vel ſaltem plures, eàdem ratione inſcribi exiſtimandi ſunt. Quod cùm conſtet à veritate eſſe alienum, ab eadem alienum erit id vnde ſequitur. Nec ſatisfit dicendo, primam inſcriptionem non præſuppoſuiſſe inſcribendorum culpam, quam præſuppoſuit noviſſima reſcriptio. Nam quod in prima inſcriptione egit inſcribentis bonitas, hoc in reſcriptione egit eiuſdem miſericordia: Neque enim Deus minus pronus eſt ad ſublevandum miſeros, quàm ad conſervandum fœlices. Vnde cùm Papa Leo dixiſſet, [g] 'Deus omnipotens & clemens, cuius natura BONITAS, cuius voluntas potentia': continuò ſubdidit, 'Cuius opus MISERICORDIA':

144. Et in Pſalmo de ipſo legitur, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*: Et Eccleſia in quadam Collecta: *Deus, cui proprium eſt* MISERERI *ſemper & parcere.* Et quamvis iuſtitia quodammodo exegerit vt omnes

2. 13. reprobarentur, tamen vt Iacobus Apoſtolus atteſtatur, *ſuperexaltat miſericordia iudicium.* VLi pro, *ſuperexaltat*, Auguſtinus legit, *ſuperexultat*: quòd perinde valet ac, *ſuperglorìatur*: vel, vt quidam legunt, *contraglorìatur*: quia nimirum, vt Auguſtinus ait, [h] 'Plures per miſericordiam colliguntur'. Ex quibus omnibus colligi poſſe videtur, quòd ſi eligendorum à reijciendis diſcretio ex puro Dei beneplacito antecedenter ad meritorum prævìſionem facta fuiſſet, etiam de maſſa damnationi obnoxia, plures electi quàm reiecti fuiſſent: idcircò autem è contrario plures re ipsà reiectos fuiſſe quàm electos, quia in facienda diſcretione ſeſe immiſcuit futurorum præſcientia. Quam vtique præ-

1. 1. ſcientiam recolit Petrus Apoſtolus in exordio Epiſtolæ ſuæ, *Electis advenis* deſtinatæ: Electis vtique, vt mox ſubtexit, *Secundùm præſcientiam Dei Patris.* Secunda ratio, quæ eandem ſententiam reddit *rationabilem*, ſumitur ex analogia primæ inſcriptionis & noviſſimæ reſcriptionis. Cùm enim ex Auguſtini ſententia, primam inſcriptionem conſtet non priùs tranſiſſe in ratam & abſolutam quàm prævìſa fuerint inſcribendorum merita perſeveranter duratura: provt ſuperiùs cap. 7. & 8. oſtendimus, & latè probat Leſſius præcitata Sect. 2. n. 22. & ſequentibus: nulla apparet ratio excogitandi novum modum aut normam noviſſimæ reſcriptionis. Confirmatur, quia aſtruendo pro vtroque ſtatu vniformem inſcriptionis modum, elucebit pro vtroque ſtatu non ſolùm

Confirmatio.

Damaſcenus.
D. Thomas.

Præoccupatio.

[g] *Leo Serm. 2. de Nativit. c. 1.*

Vide Quiros in caput 2.[m] Iacobi.

[h] *Aug. Epiſt. 29.*

Ratio ſecunda

Confirmatio.
Vide Leſſ. de prædeſt. &

Reprob. Sect. 2. n. 13.

solùm bonitas, 'sed etiam iustitia inscribentis : Si autem pro alterutro statu astruatur inscriptio gratuita & prior meritis, elucebit quidem Dei bonitas, sed non sic iustitia. Quò spectat quod superiùs ex Hieronymo ad Hebidiam memoravimus, 'Non salvat irrationabiliter (Deus) & absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus'. Ex quo patet quòd iuxta Hieronymum, Deus *irrationabiliter* salvaret, si absque *iudicij veritate* salvaret. Iudicij porrò veritas quid est nisi iustitia, quâ vnicuique quod suum est redditur prævio examine, sive vt Hieronymus loquitur, *causis præcedentibus*? Tertia denique ratio, quæ eandem sententiam reddit *rationabilem*, sumitur ex modo quo homines re ipsâ salvantur: potestque sic breviter proponi : Deus in tempore salvat propter merita: Ergo ab æterno decrevit ac prædestinavit salvare propter merita: Non ergo gratis & ex mero suo beneplacito salvare decrevit : alioquin enim etiam gratis salvaret : Non enim aliter salvat, quàm salvare decreverat. Confirmatur exemplo quo vtitur Vasquez ad hoc ipsum stabiliendum : [1] 'Si Rex aliquis (inquiens) ,semel apud se decernat eligere Petrum in Consiliarium, non ex meri-,tis ipsius, quia sit doctus, vel prudens, nec has dotes animi aspiciens, ,nec ex gratitudine, sed solâ suâ voluntate gratuitâ & misericordi con-,stituat illum eligere: licet postea cognoscat esse doctũ, & prudentem, ,& merita habuisse ; ex vi tamen prioris decreti eum eliget, non ex ,meritis ipsius, sed quia ita placet. Et rursus quamvis ipsum ignarum ,& stolidum esse comperiat, nihilominus ex vi prioris decreti eum eli-,get ; aut necesse est vt voluntatem mutet ; eò quòd in sua priori defi-,nitione nullum meritum respexerit ratione cuius eum vellet eligere. ,Nam cùm homo non respicit aliquod meritum quando aliquid dare ,decernit ratione cuius id tribuat, sed solâ suâ voluntate liberali & mi-,sericordi movetur vt benefaciat alicui, profectò gratuitâ suâ volun-,tate illud dare definit ; ac proinde gratis omninò, non ex gratitudine ,postea donabit, nisi propositum mutet. Si ergo Deus priùs apud se ,statuit dare gloriam non intuitu & ratione meritorum, sequitur, solâ ,suâ benignitate, vt benefaceret, non ex gratitudine eam decrevisse. ,Cùmque decretum Dei semel positum mutari nequeat, efficitur, vt ex ,vi illius in tempore conferat beatitudinem electis omninò gratis, non ,ex gratitudine, nec intuitu meritorum, quamvis ipsi plura merita ha-,beant; imò verò etiamsi plura commiserint peccata : siquidem de-,cretum Dei omnino ex liberalitate & gratuitum fuit, vt probatum ,est. Merita igitur nihil omnino pertinent ad beatitudinem conse-,quendam : quod est maximè absurdum, contra Scripturæ testimonia ,adeò manifesta & pervia, vt ea in medium adducere supervacaneum ,sit. Ac proinde verum erit id quod Faustus dixit, *Iam nos non nasci ,iudicandos, sed iudicatos*, cùm merita nostra nihil omninò ad beatitudinem conferant'.

Ratio tertia.

Confirmatio.

[1] *Vasquez tomo 1. in 1. p. Disp. 89. c. 11. n. 98.*

Vide Faustum Regiensem l. 1. cap. 4. in fine.

Supereſt quartum genus argumentorum, quibus gratuita seu antecessoria Hierosolymitarum inscriptio sive prædestinatio impetitur: 6.

Obiectio 4.ª ex Incõmodis.

ex in-

ex incommodis ſcilicet talem inſcriptionis modum conſequentibus. Primum incommodum eſt, quòd evertat humani arbitrij libertatem; ex qua everſione incredibile eſt quanta ſeries aliorum incommodorũ catenatim ſubſequatur: [k] 'Certè (ait quidam) nõ video quânam ratione patentiſſima libertas arbitrij noſtri, quam experimur, quæque tam apertè in Scripturis ſanctis traditur, cum divina prædeſtinatione ita explicata cohærere valeat. Nec miror, Caietanum, hanc ſententiam ſecutum, ingenuè in cap. 5. Epiſtolæ ad Romanos fateri, ſe neſcire conciliare arbitrij noſtri libertatem cum divina prædeſtinatione ita intellecta; licet tam prædeſtinationem quàm arbitrij libertatem ſe firmâ fide tenere aſſeveret'. Hoc incommodum fusè pervrget Vaſquez Tomo 1. in 1. p. diſp. 89. cap. 10. Cui ſubſcribens Luiſius Turrianus Opuſc. 6. dub. 8. poſt longam diſceptationem concludit ad extremum, dicens: 'Mihi ergo probatur prædicta ratio, deſumpta ex perfecta libertate arbitrij, ad probandum, de facto non fuiſſe in Deo voluntatem efficacem dandi gloriam aliquibus, ante prævisa merita'. Et quanquam Turrianus loquatur duntaxat de facto; Vaſquez tamen citato Tomo diſp. 99. c. 8. non dubitat dicere, 'Non ſolùm non præfiniſſe Deum noſtra opera libera ante determinationem volũtatis noſtræ, verùmetiá nec præfinire antèa potuiſſe'. Ex quo planè ſequitur, non potuiſſe præfinire gloriam vt retribuendam noſtris operibus liberis ante prævisam voluntatis noſtræ determinationem ad liberum eorundem operum exercitium. Conſonat prædictis Gregorius de Valentia in 1. p. q. 23. diſp. 1. puncto 4. Quos ſequitur Leſſius Tract. de Gratia c. 3. & de Prædeſt. & Reprob. Sect. 2. n. 17. 'Quis enim ſperet (inquiens) ſe poſſe efficere vt non fiat quod Deus ita abſolutè decrevit fieri, & in quod tantá ſapientiá & potentiá invigilat; aut ſit ſollicitus vt fiat? At hoc multùm videtur derogare perfectæ libertati, quę poſtulat, vt omnibus prævijs non ſolùm intrinſecis, ſed etiam extrinſecis, abſolutè poſſit opus omitti'. Et paulò inferiùs, allegato pro arbitrij libertate teſtimonio Eccleſiaſtici, quo dicitur Deus *reliquiſſe hominem in manu conſilij ſui*, ſubdit: 'Quomodo reliquit eum in manu cõſilij ſui, ſi ipſe ſuo conſilio, quid velit ab eo fieri, ante omnem prævisionem, minutiſſimè prædefinivit'? Fundantur hi omnes in iſto principio, *Quicquid ex inimpedibili neceſſariò conſequitur inimpedibile eſt ac neceſſarium.* Hinc ſic ratiocinantur ad propoſitum: prædefinitio Dei antecedens eſt nobis inimpedibilis, ergo quicquid ex illa neceſſariò conſequitur inimpedibile nobis eſt ac neceſſarium. Corruit ergo arbitrij libertas ſi Dei conſtitutio humanæ voluntatis determinationem antevertat. Corruente autem libertate ſubintrat fatalis quædam neceſſitas: [l] 'Alterum incommodum principale (ait Leſſius) quod ex illa ſententia conſequi videtur, eſt, Omnia INEVITABILI quodam FATO, non aſtrologico, ſed Stoico infinities potentiore, evenire: nempe ex omnipotente Dei decreto, omnes cauſas creatas ad omnes ſuos effectus & motus inſuperabiliter flectente & determinante'. Et paulò infrà ibidem:

Libertatis everſio.

[k] *Molina in Concordia q. 23. ar. 4. & 5. Diſp. 1. Membro 6. in fine. Vide ibid. Memb. 12.*

Vaſquez.

Turrianus.

Valentia.

Leſſius.

Eccli. 15. 14.

Fatum.

[l] *Leſſ. de Gratia c. 3. n. 11.*

dem: 'Omninò evidens videtur, omnes volitiones inevitabili fato evenire: fato, inquam, quia fatæ & decretæ à Deo'. Et cap. 16. n. 6. 'Fateor (inquit) nullâ ratione me posse assequi, quomodo per eam (doctrinam) non inducatur FATVM PLVSQVAM ADAMANTINVM'. Et Tract. de Prædest. & Reprob. Sect. 6. n. 79. 'Nihil videtur (inquit), magis inducere torporem, mœrorem, & desperationis motus, quàm persuasio illa, de omnibus & singulis absque vllo operum intuitu iam firmiter esse statutum; & res omnes sic disponi, vt omnia eveniant, sicut absolutis illis, INFLEXIBILIBVS, & PLVSQVAM ADAMANTINIS DECRETIS est sancitum'. Similia habet Molina loco citato Membro 12. §. *Illud addamus*, & Vasquez citata Disp. 89. cap. 19. n. 88. Tertiò prætenditur quòd eadem sententia desperationē inducat: [m] 'Hæc sententia (ait Molina) occasionem præbet hominibus despondendi animo, ne dicam desperandi, segniùs operandi, obtendendi excusationes, atque sentiendi de Deo non, vt oportet, in bonitate'. Cui consonans Lessius de Prædest. & Reprob. Sect. 3. n. 31. ait: 'Persuasio de absoluta electione ante omnem operum prævisionem, nescio ad quid sit vtilis, nisi ad licentiam vitæ, & desperationem'. Et superiùs Sect. 2. n. 21. 'Scio (inquit) quosdam ex ea sententia in gravissimos mœrores, & barathrum desperationis delapsos'. Et adhuc superiùs in Præfatione ad Lectorem: 'Scio quosdam inde in gravissimos melancholiæ affectus incidisse, alios studium pietatis & perfectionem religionis abiisse, alios penè per totam vitam in anxietate versari, prædestinationem Dei suspectam semper habentes'. Et inferiùs ibidem: 'Gravissima profectò est ista animi afflictio, & interdum tanta, vt homines ad desperationem & mortem spontaneam adigat'. Huic incommodo ibidem inferiùs addit Lessius aliud non absimile, asserens, per eam sententiam 'Tolli omnem sollicitudinem rectè vivendi: quia si illo numero es comprehensus, nulla incuria faciet vt excidas: si nō es comprehensus, nulla sollicitudo iuvabit vt intres'. Quod incommodum latè pervrget inferiùs Sect. 2. n. 14. & Sect. 6. n. 79. Consonat Gregorius de Valentia in 1. p. q. 23. Disp. 1. puncto 4. 'Si prædestinatus sum (inquiens) quicquid hoc tempore faciam, certissimè tandem salvabor: Consultum igitur erit, perfrui quibuscunque potero voluptatibus. Si autem non sum, similiter etiam quicquid iam faciam, certissimè tandem condemnabor: Fruar igitur iam quibus potero voluptatibus'. Huic incommodo consectanea sunt alia aliquot: vt quòd ista sententia orandi studium retundat: qua de re videri potest Vasquez præcitatâ Disp. 89. cap. 10. n. 87. Item quòd evacuet vtilitatem exhortationum, & correptionum: de quo videri potest Lessius ibidem Sect. 3. n. 31. & Tract. de Gratia efficaci cap. 9. n. 12. Item quòd ea sententia veterē Prædestinatianorū hæresim refoveat: de quo videri potest Gregorius de Valentia loco proximè citato. Aliud denique incommodum ex eadem sententia consequi prætenditur, quòd nimirum Deus non sincerè velit omnes homines salvos

Desperatio
[m] *Molina dicto Membro 6. in fine.*
Lessius.

Dissolutio vitæ.
Lessius.

Valentia.

Vasquez.

vos fieri, ſed potiùs inſidietur ſaluti reproborum, quibus quaſi de induſtria gratias ſuas ſubtrahat, vel incongruas præbeat: de quo videri poteſt Leſſius de Prædeſt. & Reprob. Sect. 2. n. 11. & 13. & Sect. 5. n. 51. Quo poſtremo loco ait: 'Ita nos oportet Deum facere fautorem & adiutorem ſalutis electorum, vt non faciamus veluti INSIDIATOREM ſalutis reproborum. At ſi talem facit ſecretionem gratiarum, vt electis non præparet niſi gratiam quam præſciebat habituram effectum, ita vt hæc ſit tota ratio cur hìc & nunc hanc gratiam conferat; reprobis verò ſolùm eam quam videbat fruſtrandam: quomodo non videtur INSIDIARI ipſorum ſaluti'? Quinimò idem Leſſius ſuperiùs ibidem Sect. 3. n. 32. contendit, ex illa ſententia conſequens fore, vt peccata hominum Deo authori aſcribantur: 'Quorſum (inquit) iſta doctrina pertineret, niſi ad injiciendam hominibus deſperationem, & Deum accuſandi, ipſíque incredulitatem & iniuſtitiam ſuam imputandi'? Plura alia incommoda videri poſſunt apud eundem ibidem ſuperiùs Sect. 2. à n. 10. vſque ad 26. quibus hìc recenſendis ſuperſedendum duxi, quia ad ea quæ recenſui poſſunt facilè reduci. Illud interim adjicio, Molinam videri ad alterutrum è duobus poſtremis hiſce incommodis reſpexiſſe in verbis hìc ſuprà citatis, quatenus dicit iſtam ſententiam præbere hominibus occaſionem ſentiendi de Deo non in bonitate.

CAPVT XIII.

Auguſtini in materia Prædeſtinationis & Gratiæ authoritas perpenditur, eiuſque de Electione gratuitâ ac Diſcretione hominum de maſſa perditionis ſententia aſtruitur.

1. ANtequam ſententiæ noſtræ probationem, & argumentorum in contrarium obiectorum refutationem aggrediamur, operæ pretium fuerit, de Auguſtini authoritate, cui inhærere decrevimus, nonnulla præmittere; quibus appareat, quàm ſuſpecta catholicis eſſe debeat eorum præſumptio, qui in præſenti materia aliorſum ab itinere per eum tuto divagantur: [a] 'Cùm de Gratia (ait quidam) vel Electione ac Prædeſtinatione diſputandum eſt, minor haberi ſolet antiquorum Patrum ratio, qui ante Pelagianam ortam hæreſim extiterunt, quàm eorũ qui poſteà ſunt ſecuti. Latinorũ verò multò maior, quàm Græcorum, etiam hęreſi illâ poſteriorum: propterea quòd magis aliquantò Latinam Eccleſiam quàm Orientalem exercuit hæreſis Pelagiana, quæ ijs de rebus altercandi occaſionem præbuit. Sic vt Græci plerique intima Pelagianorum dogmata vel ignorarint fundiùs, vel minùs accuratè perſpexerint. Omnium verò Latinorum, quorum in hac controverſia maiorem dixi authoritatem eſſe, princeps eſt, conſenſu Theologorum, AVGVSTINVS. Cuius de Gratia ſententiam

[a] *Dionyſ. Petavius Tomo 1. Dogmatum Theolog. cap. 6. n. 1.*

,sententiam quotquot deinde consecuti sunt Patres, ac Doctores; tum ,verò Ecclesiæ Romanæ Præsules, Præsulumque conventus aliorum, ,RATAM & CATHOLICAM ESSE IVDICARVNT: vt hoc satis magnum ,putarent veritatis argumentum, quod ab Augustino positum ac de- ,cretum esse constaret. Paucos duntaxat recentiores excipio, qui in ,ELECTIONE POTISSIMVM AD GLORIAM, vel PRÆDESTINATIONE ,pertractanda, vltrò se ab Augustini opinione discessisse profitentur: vt ,præ cæteris Ambrosius Catharinus, ac nonnulli de Scholasticis Theo- ,logis fecerunt. Alij porrò, NE TANTVM A SE PONDVS AVTHORI- ,TATIS ABIVDICARENT, Augustinum quoquo modo trahere in par- ,tes suas conati sunt, & contrà quàm OMNIS RETRO ANTIQVITAS ,INSTITVIT, illius interpretari sententiam. Quod inter alios aggres- sus est Gabriel Vasquez'. Cardinalis Bellarminus, Augustini ac disci- pulorum eius de Gratuita Electione ad gloriam, seu Prædestinatione sententiam, pro Catholicæ Ecclesiæ fide habendam non dubitat:

[b] Bellarm. l. 2. de Gratia, & lib. Arb. cap. 11. in fine.

[b] 'Sedes Apostolica (inquiens) non tantùm semel, sed etiam secundò, ,& tertiò, adversùs Pelagianorum reliquias, pro Defensoribus gra- ,tiæ & prædestinationis sententiam tulit: vt iam hæc sententia non ,quorumvis Doctorum opinio, sed fides Ecclesiæ Catholicæ dici de- beat'. Jacobus Sirmondus Tomo 1. Conciliorum Galliæ, loquens de Arelatensi quadam Synodo, quam Faustus Regiensis suo de Gratia & Prædestinatione dogmati subscripsisse prætendit: 'Quo consilio (in- ,quit) coacta fuerit hæc synodus, & quæ in ea tractata sint, declarant ,Fausti Regiensis libri duo de Gratia Dei & humanæ mentis libero ,Arbitrio, quos ex Synodi Arelatensis sensu ac sententia scriptos à se, ,& à Synodo ipsa subscriptos testatur in Prologo ad Leontium Are- latensem, qui synodo præsederat'. Et interposito subsequenter Frag- mento Faustini istius Prologi, mentionē prædestinatiani erroris (quā notâ sententiam Augustini de prædestinatione inurit Faustus) inge- rente, subdit inferiùs Sirmondus: 'Prædestinationis porrò errorem, ,ad quem expugnandū hæc Synodus congregata est, prædestinatorum ,hæresim illam interpretor, quæ, vt Prosper & Sigebertus in Chroni- ,co tradunt, Honorij orta principatu, ex libris S. Augustini malè in- ,tellectis initium sumpsisse ferebatur. Hi de prædestinatione ita disse- ,rebant, quasi fatalem quandam necessitatem afferret, quæ bonorum ,operum studium omne præcideret; quippe qui nec mala opera obesse ,hominibus posse dicerent, si essent prædestinati; nec bona prodes- ,se, si non essent. Cui absurdo quia nonnullis quorundam librorum ,suorum sententijs viam munire aut vim addere S. Augustinus quo- ,rundam in Gallia Episcoporum, aliorumque iudicio videbatur, ab ,illo propterea, cùm in cæteris maximi facerent, vehementer hac in ,parte dissidebant. At contrà qui pro Augustini placitis cum Prospero ,dimicabant, eius adversarios, quòd naturæ humanæ plus æquo tri- ,buere viderentur, vt Semipelagianos insimulabant. Quâ notâ in his ,etiam libris suis Faustus non caruit: Nam & à Gelasio Papa hoc no-

Sirmondus.

mine

,mine inter apocryphos relati ſunt, & ab Avito Viennenſi, atque à ,Fulgentio, & alijs pluribus oppugnati. Cæterùm gravi ac diutur- ,næ contentioni, quæ ſanctiſſimos & doctiſſimos vtrinque viros in ,Gallia centum ampliùs annos exercuit, finem poſteà tandem attulit ,Synodus Arauſicana ſecunda, quæ totam de Gratia & libero Arbi- trio controverſiam EX S. AVGVSTINI SENTENTIA compoſuit'. De eadem Arauſicana Synodo controverſiam ex Auguſtini ſententia cõ- ponente videri poteſt Cardinalis Baronius Tomo 7 Annalium ad Annum Chriſti 529. n. 2. in editione Colonienſi. Qui rurſus Tomo 6. ad Annum 490. fusè de Fauſto Regienſi eiuſque callidis adversùs Auguſtini de Gratia & Prædeſtinatione ſententiam machinationibus diſſerit, concludens demùm num. 36. diſſertationem ſuam his verbis: 'Cùm igitur Fauſti ſententiæ vbique ab Eccleſia Catholica fuerit cõ- ,tradictum, videant quanto periculo quidam ex recentioribus, dum in ,Novatores inſurgunt, vt eos confutent, A S. AVGVSTINI SENTEN- TIA DE PRÆDESTINATIONE RECEDVNT'. Nec eſt quod pro eliden- do hoc Baronij teſtimonio proferatur Retractatio ipſius Baronij, quæ in editione Colonienſi ſubiungitur ibidem inferiùs n. 42. atque his verbis terminatur: 'Maneant igitur Fauſto integra iurà ſua, nec ex ,noſtris ſcriptis ſentiat præiudicium: neque privato iudicio novitati liceat convellere antiquitatem'. Hæc quippe Retractatio vitam Fau- ſti & titulum ſanctitatis ei in Martyrologio Gallicano attribuitum cõ- cernit, non verò doctrinam à Patribus reprobatam. Vnde ibidem ſuperiùs author proteſtatur, ſe denuò ad iudicium revocare Fauſtum, 'CVM TAMEN DE EIVS SCRIPTIS IMMOTÆ MANEANT SENTEN- TIÆ PATRVM'. Quas quidem Patrum de Fauſti ſcriptis ſententias præmiſerat ipſe ſuperiùs à num. 31. vſque ad 36. Vult ergo Baronius vt nec Fauſtinæ doctrinæ perverſitas præiudicet prætenſæ ſanctitati authoris, nec ſanctitas authoris ſuffragetur doctrinæ eiuſdem. Sed quânam ratione, inquies, author excuſabitur, ſi perverſæ doctrinæ aſ- ſertor extiterit? Quâ item ratione Apollinaris Sidonius expurgabi- tur, qui præmemoratos Fauſti libros vocat [c] *Opus operoſiſsimum, multiplex, acre, ſublime*? Hunc ſcrupulum proponit Jacobus Sirmondus in Notis ſuper iſtis Sidonij verbis: 'Quid cauſæ (inquiens) cur à Sido- ,nio tot laudibus ornentur libri Fauſti, quos conſtat à Gelaſio, Ful- ,gentio, Avito, Cęſario, Facundo, & alijs vel damnatos, vel contra- rijs etiam voluminibus confutatos'? Et continuò reſpondens ait: 'At ,Sidonium difficile non eſt iudicij aleæ ſubducere, qui Fauſti in hoc ,Opere ingenium, artem, eloquentiam prędicat; doctrinę capita ſen- tentiaſque non attingit'. Hęc ibi Sirmondus pro expurgatione Si- donij Fauſtinos libros laudantis. Subiungit continuò hanc Fauſti ip- ſius excuſationem: 'Fauſtum verò, & ſi qui tum in Gallia (quod diſ- ,ſimulari non poteſt) cum eo ſenſerunt, aliquo modo excuſare ratio ,illa videtur, quòd ante Synodum ſecundam Arauſicanam, anno 529. ,habitã, vixerint; Cuius placitis Eccleſia deinceps, tanquã normâ do- ctrinæ

Baronius.

Præoccupatio.

Præoccupatio.

[c] *Apollin. Sidonius lib. 9. Epiſt. 9.*

Sirmondus.

Vide eundem in Notis ſuper Cõcil. Arauſic. 2. ad calcem To. 1. Conciliorum Gallię.

ctrinę, adversùs Semipelagianorum errores vsa est'. Circa hanc Fausti excusationem notatu dignum est, Sirmondum excusando Faustum ex eo pręcisè quòd Arausicanam Synodum antecesserit, tacitè accusare consodales suos, qui tanto post synodum istam intervallo sententiam Fausti de Prędestinatione pręscientiaria propugnant, vt posteà videbimus. Sed illud magis mirum, quòd idem Sirmondus excusando Sidonium accuset seipsum, imò sua posteriora scripta evertat. Edidit quippe nuper libellum, *Historia prædestinatiana*, inscriptum: in quo non ingenium duntaxat vel artem vel eloquentiam Fausti, sed doctrinam ipsam mirificè extollit, vtens ad id testimonio etiam ipsius Sidonij: [d] 'Quis (inquiens) ęgrè non ferat, Faustum illum, ,qui in admiratione omnibus ętate suâ fuit & honore, quem DOCTRINA SALVTARIS SINGVLARISQVE VIRUM SIDONIVS; Doctorem eximium, pastorem egregium Ruricius appellabat; quem adhuc Abbatem Hilarius Arelatensis ita honoravit, vt inter se ac Theodorum & ,Maximum Episcopos medium locaret; Episcopum verò & Episcopi ,Collegæ omnes reveriti sunt, & Hilarus Pontifex dignum censuit ,qui in Synodo Romana secum vnà præsideret: Fausti hunc, inquam, ,quis æquo animo ferat, librorum nunc istorum nomine, quòd prædestinatorum in his errores ex Synodi sententia refellerit, vexari passim à multis, traducique tanquam hæreticum'? Hæc ibi Sirmondus: qui & subsequenter ibidem accusatores Fausti acerrimè reprehendit, vsqueadeò quidem vt nec à Fulgentio & Coëpiscopis Africanis in Sardinia exulantibus stylum cohibeat, qui instante Maxentio cum suis collegis libros Fausti condemnarunt, & per Fulgentium refutari curarunt. Cùm igitur multam bilem in Maxentium & socios Sirmondus ibidem evomuisset, subdidit: 'Nec verò hic illius Socio-,rumque odia conquieverunt: Quin & Episcopos Africæ in Sardinia ,exules in Faustum acuere conati, hos etiam eius libros per Fulgen-,tium refutandos in Sardiniam miserunt. Difficile videlicet non erat ,ab Afris id sperare, apud quos nata prædestinatorum hæresis, IN MVLTORVM ADHVC MENTIBVS HÆREBAT'. Cùm itaque Sirmondus Tomos Conciliorum Gallię & Notas in Sidonium conscriberet, non alia ei ratio occurrit Faustum ab hæresi Semipelagiana *aliquo modo* excusandi, quàm quia ante Synodum Arausicanam sua sensa evulgarit: nunc aliam excogitavit multò expeditiorem, nimirum condemnatores Fausti prædestinatiana fuligine fuisse conspersos. Sed vnde hanc methodum interea didicerit, dum investigo, occurrit mihi Schola veterum Semipelagianorum, à quibus Prosper indignabundus inquirit: [e] 'An victores displicent, & victi placent? tantaque ,insolentiâ damnati foventur errores, vt pravitatis invidiâ & authores nostri pulsentur, & judices'?

[d] *Sirmondus in Hist. Prædest. cap. 8.*

[e] *Prosper Aquit. Collat. cap. 1.*

Sed ad Augustinum revertamur: imò verò ad Apostolicam Sedem 2.
vertamus sermonem, vt appareat, quàm sint communi matri iniuriosi, qui Augustini doctrinam toties ab ea desponsatam repudiant: [f] 'Sanctus

[f] *Ioannes Papa 2. Epist. 3. ad Senatores.*

,ctus Auguſtinus (ait quidam Præſulum eius) cuius doctrinam, ſecun-
,dùm præceſſorum meorum ſtatuta, Romana ſequitur & ſervat Eccleſia'. Ex his præceſſoribus fuit papa Hormiſda, qui rogatus à Poſſeſſore Epiſcopo Africano quid de Fauſti Regienſis libris ſæpiùs iam memoratis eſſet cenſendum, reſpondit his verbis: [g] 'Hi verò, quos vos
,de Fauſti cuiuſdam Galli Antiſtitis dictis conſuluiſſe, litteris indica-
,ſtis; id ſibi reſponſum habeant: NEQVE ILLVM RECIPI; neque quẽ-
,quam, quos in authoritate Patrum non recipit examen catholicæ fi-
,dei, aut Eccleſiaſticę diſciplinæ ambiguitatem poſſe gignere, aut Re-
,ligioſis præiudicium comparare. Fixa ſunt à Patribus, quæ fideles ſectari debeant inſtituta'. Et pauculis interpoſitis ſubdit inferiùs: 'Quid calumniantibus opus erat, extra conſtitutos Eccleſiæ terminos
,porrigere quæſtiones, & de his quæ habentur dicta, quaſi dicta non
,ſint, movere certamina; cùm Chriſtiana fides Canonicis libris, &
,Synodalibus præceptis, & Patrum regularibus conſtitutis ſtabili &
,inconcuſſo termino limitetur? De Arbitrio tamen libero, & Gratia
,Dei, quid Romana, hoc eſt, Catholica, ſequatur & aſſeveret Eccle-
,ſia, licet IN VARIIS LIBRIS B. AVGVSTINI, & MAXIME AD HILA-
,RIVM ET PROSPERVM, poſſit cognoſci: tamen in Scrinijs Eccleſia-
,ſticis expreſſa capitula continentur: quæ ſi ibi deſunt, & neceſſaria creditis, deſtinabimus'. Vbi inprimis Fauſtus, Auguſtinianæ de Gratia & Prædeſtinatione doctrinæ verſutus hoſtis, extra Patrum numerum habendus decernitur; vſqueadeò quidem, vt nec Eccleſiaſticæ diſciplinæ ambiguitatem poſſe per eum gigni, nec Religioſis præiudicium comparari, perhibeatur. Deinde Auguſtini doctrina, tanquam Eccleſiæ Romanę Catholicæque fides, de Gratia ſignanter & libero Arbitrio, amplectenda ſtatuitur. Rurſus quia Semipelagiani à generali Auguſtinianæ doctrinæ approbatione per Celeſtinum papam factâ particulares quoſdam libros excipiebant, Hormiſda huic exceptioni obvians, illos ipſos libros ſignatè expreſſit in verbis, *Maximè ad Hilarium & Proſperum.* Horum librorum alter *De Prædeſtinatione Sanctorum*, alter *De Bono perſeverantiæ* inſcribitur: quos Auguſtinus ad conſultationem Hilarij & Proſperi erroribus Maſſilienſium in Gallia tunc inſurgentibus contrapoſuit. Quibus cùm adverſarij nequaquam acquieſcerent, Hilarius & Proſper ad Apoſtolicam Sedem tanquam fidei magiſtram recurrerunt, atque à Celeſtino Cathedram Petri tunc moderante decretales litteras ad Galliæ Antiſtites adversùs Auguſtini obtrectatores impetrarunt. Vnde Proſper in libro quem contra Caſſianum Maſſilienſium anteſignanum elucubravit, loquens de Celeſtino: [h] 'Per hunc virum (inquit) intra Gallias illis ipſis, qui Sanctæ
,memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentiæ eſt adẽpta
,libertas; quando conſultantium actione ſuſcepta, & librorum, qui
,errantibus diſplicebant, pietate laudatâ, quid oporteret de eorum
,authoritate ſentiri, ſancto manifeſtavit eloquio: evidenter pronun-
,tians, quantum ſibi præſumptionis iſtius novitas diſpliceret, quâ au-

derent

[g] *Hormiſda papa Epiſt. 70. ad Poſſeſſorem.*

[h] *Proſp. l. contra Collat. c. 42.*

Psalterium Hebraicum, Graecum, & Gallicum, cum tribus Latinis & Arabico, quorum duo Latina nunquam antea excusa, quae sequens pagina indicabit. Quinquaginta millia vocabulorum, quibus Hebraea, Chaldaea, Graeca, Latina, Arabica, Gallica, & Germanica nomina, quae in Biblijs occurrunt, explicantur. Adiecta est & Grammatica Hebraea, ex optimis quibusque Hebraeis collecta, & in Latinum sermonem conuersa. Omnia ex recognitione Sanctis Pagnini Lucensis, & Reuerendi Patris Domini Antonij Agellij Abbatis Regalis Siculi. Praeterea adiecimus Indices duos locupletissimos, quorum primus Hebraicarum dictionum, secundus Latinarum est. Quibus accessit Appendix diuersa quaedam complectens, quae in sequenti pagina recensentur. Cum Priuilegijs Pontificijs, Caesareis, & Regijs ad quinquennium. Excudebat Robertus Stephanus typographus Regius. Lutetiae Parisiorum, Anno M. D. XLIIII. Mense Martio.

Hebraicum.

Graecum.

Gallicum.

Latinum.

Latinum.

Arabicum.

la continentur; hinc appareat, Auguſtini doctrinam de prædeſtinatione ijs in libris traditam non approbari, ſed duntaxat de libero arbitrio & gratia. Maneat, planè maneat iſta pontificij teſtimonij interpretatio, ſi non indivulsè cohæreant gratia & prædeſtinatio. Quam quidem cohærentiam quiſquis non videt, longè profectò magis quàm Maſſilienſes cæcutit. Nam Maſſilienſes tam manifeſtè cohærentiam iſtam perſpexerunt, vt non ob aliud à veræ gratiæ confeſſione ad ſuppoſititiæ gratiæ confictionem tranſilierint, niſi quia prædeſtinationem anteceſſoriam priori indivulsè cohærentem exhorruerunt: [i] 'Ab hac confeſſione gratiæ Dei (ait de eis Proſper) ideò quidam reſiliunt, ne cùm eam talem confeſſi fuerint, qualis divino eloquio prædicatur, & qualis opere ſuæ poteſtatis agnoſcitur, etiam hoc neceſſe habeant confiteri, quòd ex omni numero hominum per ſæcula cuncta natorum, certus apud Deum definituſque ſit numerus prædeſtinati in vitam æternam populi, & SECVNDVM PROPOSITVM DEI VOCANTIS ELECTI'. Sed fortè reſpondebitur, eos falsò putaſſe tam arctam ſubeſſe conſequentiam à vera gratia ad electionem gratuitam. Non ſic cenſet Proſper, qui continuò ſubtexit: 'Quod quidem tam impium eſt negare, quàm ipſi gratiæ contraire'. Impium itaque eſt gratiæ verè chriſtianæ contraire, æquè etiam impium eſt gratuitam electionem ſeu prædeſtinationem negare: ſed maluerunt Maſſilienſes vtramque impietatem potiùs admittere, quàm tam evidentem & omnibus obviam conſequentiam à gratia ad prædeſtinationem renuere. Vidimus iam cur Maſſilienſes à veræ gratiæ confeſſione reſilierint, videamus porrò cur ad ſubditiciæ gratiæ confictionem proruperint: Subditiciam quippe gratiam ab eis confictam fuiſſe teſtatur idem Proſper in Epiſtola ad Auguſtinum: 'Nec conſiderant (inquiens) ſe gratiam Dei, quam comitem, non præviam humanorum volunt eſſe meritorum, etiam ILLIS VOLVNTATIBVS SVBDERE, quas ab ea ſecundùm ſuam phantaſiam, non negant eſſe præventas'. Audi iam quid eos ad huiuſmodi gratiæ confictionem impulerit: 'In iſtam verò (ſubiungit inferiùs Proſper) talis gratiæ prædicationem hi, quorum contradictione offendimur, cùm priùs meliora ſentirent, ideò ſe vel maximè contulerunt, quia ſi profiterentur ab ea omnia bona merita præveniri & ab ipſa vt poſſint eſſe donari; NECESSITATE CONCEDERENT, Deum ſecundùm propoſitum & conſilium voluntatis ſuæ, occulto iudicio, & opere manifeſto, aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam'. Hæc cùm ita ſint, quis niſi Maſſilienſibus cæcior audeat in Decreto Hormiſdæ ſeparare cauſam prædeſtinationis à cauſa gratiæ? Cùm igitur cauſa cauſæ indivulsè cohæreat, manifeſtum eſt, Auguſtini doctrinam de prædeſtinatione in libris ad Hilarium & Proſperũ traditam, eſſe Romanæ Eccleſiæ fidem perinde ac de libero arbitrio & gratia. Prædicti porrò Hormiſdani Decreti mentio habetur in Epiſtola Synodica Afrorum Antiſtitum in Sardinia exulum, his verbis: 'Præ omnibus ſtudium gerite, libros S. Auguſtini, quos AD PROSPERVM

Præcluditur.

[i] *Proſp. Epiſt. ad Ruffin. c. 11.*

Præoccupatio.

Africani Antiſtites in Sardinia exules.

,RVM ET HILARIVM SCRIPSIT, memoratis fratribus (circa gra
,nimirum & prædestinationem hallucinantibus) legendos inge
,quorum mentionem beatæ memoriæ Hormisda, Sedis Apost
,glorioſus Antiſtes, in Epiſtola quam conſulenti ſe ſancto fratri
,ſacerdotique noſtro Poſſeſſori reſcripſit, cum magno pręconio ca
,licæ laudis inſeruit ; Cuius hæc verba ſunt : *De arbitrio tamen lib*
,*gratia Dei, quid Romana, hoc eſt, Catholica, ſequatur & ſervet Eccleſi*
,*cet in variis libris Beati Auguſtini, &* MAXIME AD PROSPERVM ET
,LARIVM, *abunde poſsit cognoſci, tamen in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa*
tula continentur'. Capitula porrò hæc, quę Hormiſda atteſtatur in
nijs Eccleſiaſticis cõtineri, videtur omninò illa ipſa eſſe, quæ ſub p
ficatu Felicis IV. qui Hormiſdæ mediante Ioanne 2. ſucceſſit, i
nodo Arauſicana 2.ª definita ſunt ; quæque verbatim ex Aug
ſcriptis & Proſperi Sententijs tranſcripta fuerant : provt indicant
ginales Notæ in nupera eorum editione vulgatę.

Vide Suarez. Prolegomeno 6. de Gratia c. 1. n. 24.

Sed qui Auguſtini ſententiam de prædeſtinatione repudiant
ſaltem repudiari ſine temeritatis nota poſſe contendunt, præſi
ſuæ præſumptioni ex pręmemorata Celeſtini Papæ Epiſtola em
cant : [k] 'Non omnia (ait horum quiſpiam) quæ in refellendis ha
,cis iſtis ab Auguſtino propoſita ſunt, pro catholicis immotiſqu
,cretis habentur ab ijs ipſis, qui illius doctrinam commendant, ſu
,Pontificibus, & Synodis : Sed quædam verè certòque conſti
,quædam dicta probabiliter arbitrati ſunt ; ac prioribus ad cath
,dogma religionis aſſumptis, de poſterioribus velut in medio p
,libera poſteritati iudicia reliquerunt. Extat hac de re lucule
,Celeſtini papę Decretum : quod legis inſtar edidit Gallicanis Ep
,pis, ac toti adeò catholicæ Eccleſię ; & hodieque Theologis po
,ante oculos eſſe debet : vt quatenus de his rebus ſentiendum ſit,
,cognoſcant. Poſtquam igitur pelagianæ hęreſis capita præcipua
,navit, ijſque catholica dogmata ex Romanorum Pontificum E
,lis, & Synodalibus Sanctionibus oppoſuit ; demùm ita concludi

[k] *Dionyſ. Petavius Tomo 1. Dogmat. Theol. l. 10. c. 1. n. 2. Vide Suarez. Prolegom. 6. de Gratia c. 6. n. 18.*

Vide Celeſtinũ Epiſt. ad Epiſc. Gall. in Epilog.

,*fundiores verò difficilioreſq; partes occurrentium quæſtionum, quas latiſ*
,*tractarunt qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere*
,NON NECESSE HABEMVS ASTRVERE : '*quia ad confitendam g*
,*Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitùs ſubtrahendum eſt, ſatis ſu*
,*credimus, quicquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis nos ſcri*
,*cuerunt : vt prorſus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis*
,*tijs eſſe contrarium*. Ex eo genere profundiorum quæſtionum
,NIHIL AD NEGOTIVM GRATIÆ PERTINENT, eſt illa de pra
,natione controverſia : de qua cuivis vtrum volet ſequi, R
,Pontificis ſententiâ illâ permittitur. Quamobrem ſepoſitâ m
,rum virorum authoritate, cauſa cum cauſa, res cum re, ratione
,rationibus comparandæ ſunt : ex eoque ſolo dijudicandum eſt
ſit opinio veriſimilior'. Excidiſſe Petavio videntur quę libro
6. conſcripſerat, & nos hìc ſuperiùs §. 1. ex ipſo deſcripſimus ;

Digitized by Google

aiebat: Cùm de gratia, VEL ELECTIONE AC PRÆDESTINATIONE disputandum est, Augustini sententiam ratam ac catholicam haberi; idque iudicio Ecclesiæ Romanæ Præsulum, Synodorumque Episcopalium. Etenim quæ ibi coniunxerat, hìc disiunxit. Eadem, credo, passio eum ad sibi contradicendum impulit, quæ & Sirmondum permovit ad scribendum panegyricum pro Fausto, quem pridem indissimulabiliter semipelagianizasse agnoverat. Respondebit fortè Petavius, se quidem in principio sermonis §. 1. citati coniunxisse gratiæ electionem ac prædestinationem, sed in decursu locutum fuisse de sola gratia, in verbis: *Cuius* (Augustini) DE GRATIA *sententiam quotquot deinde consecuti sunt Patres ac Doctores; tum verò Romana Ecclesia Præsules, Præsulumq; conventus aliorum, ratam & catholicam esse iudicarunt.* Sed si gratiam solam, & non cum electione ac prædestinatione, vt superiùs, hìc intelligi voluit, cur addidit: *Paucos duntaxat recentiores* EXCIPIO, *qui in* ELECTIONE *potissimùm* AD GLORIAM, *vel* PRÆDESTINATIONE *pertractanda, vltrò se ab Augustini opinione discessisse profitentur* &c? Quomodo enim hi recentiores EXCIPIVNTVR à numero Patrum & Doctorum qui Augustini DE GRATIA sententiam iudicarunt catholicam, si non de eadem materia differant; sed alij de gratia, alij de electione seu prædestinatione? Nunquid hæ materiæ Petavio nunc demùm ita disiunctæ ac disparatæ sunt, vt Pontifices & Synodi alteram ad Augustini mentem deciderint, alteram velut in medio positam posteritati liberam reliquerint? Sed nimirum cùm postremum istum librum conscriberet Petavius, zelo confutandi *Armacanum* quendam ita æstuabat, vt vnà cum illo seipsum redarguere maluerit, quàm illum irredargutum relinquere: quemadmodum & Sirmondus simili œstro percitus, vt eundem Armacanum in materia prædestinatianismi refelleret, doctrinam Fausti anteà sibi semipelagianam, venditavit pro *salutari*. Sed ad præsidium illud quod Petavius ex Celestini Epilogo accersit, veniamus: Et à Petavio inquiramus, vnde didicerit illud, quod velut dogma Theologicum confidenter assumit: *Ex eo genere profundiorũ quæstionũ, quæ nihil ad negotiũ gratiæ pertinent, est illa de prædestinatione controversia?* Quid si alius dicat, Celestinum alludere ad quæstiones de Origine Animæ, quas Augustinus adversùs hæreticos prolixè tractavit? Vnde hunc Petavius vel apparenter revincet? Deinde si, vt Petavius contendit, Celestinus alludat ad quæstiones de prædestinatione, quomodo ipse præsumit irridere, quod Papa profitetur, se *non audere contemnere*? Nunquid ipso fatente lib. 9. cap. 7. & 8. ad controversiam de prædestinatione pertinet interpretatio Apostolici illius oraculi, *Deus vult omnes homines salvos fieri*? Et tamen lib. 10. cap. 3. n. 2. interpretationem Augustini sic irridet, vt dicat: *Omnes homines vult salvos fieri* DEUS, excepto nemine: Ergo non solos ,electos & prædestinutos, hoc est, eos qui reipsa salutem assequuntur. ,Scio quàm varijs modis locus iste VEXATVS sit ab ijs qui contrariũ ,sentiunt. Tres, quatuorve ex Augustino commemorati sunt à nobis

Præoccupatio.

1. Tim. 2. 4

Petavius.

,bis, cum illius opinionem exponeremus; qui MIHI quidem AD
,DENDVM MAGIS EXCOGITATI, quàm certi ac solidi videri so
Tertiò etiamsi Petavio annueremus, Celestinum alluisse ad
stiones de prædestinatione; an inde conficiet, eum ideò dixisse,
necesse habemus astruere, quòd nihil de eis determinare in alter
partem voluerit? Nullo modo: Sed idcò potiùs, quod determ
do controversiam de gratia, pro decisâ pariter habuerit contro
de prædestinatione: tanquam dixisset, Non necesse habemu
culiares de prędestinatione iam condere canones, quia prædestin
nis intelligentia ex canonibus de gratia conditis sufficienter eli
sive quia, vt ipsemet subdit, *satis sufficere credimus, quicquid secu
prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt* &c. Neque
Petavius audebit dicere, Celestinum in hac causa cęciorem fuisse
mipelagianis: quos tamen præcedente §. ostendimus, vsqueadeò
spexisse cohærentiam prædestinationis cum gratia, vt ex horrore
cessoriæ prędestinationis transilierint ad suppositiæ gratiæ confi
nem. Quapropter lubet à Petavio & similibus inquirere, An t
confiteantur gratiam, *qualis divino eloquio prædicatur, & qualis oper
potestatis agnoscitur?* Si non, profectò Semipelagiani vt minimùm
Si sic, profectò *necesse habēt confiteri, quod ex omni numero hominū per s
cuncta natorum, certus apud Deum definituſq; sit numerus prædestinati
tam æternam populi, &* SECVNDVM PROPOSITVM DEI VOCAN
ELECTI: Aut certè si necessitatem hanc videre non valent aut
volunt, Semipelagianis cæciores, vel saltem obstinatiores sunt. J
verò quis æquanimiter toleret, quòd summos Ecclesiæ Præsules
simili secum scotomate infectos fingant. Agnoscunt quippe, Cel
num in sua Epistola talem stabilivisse gratiam, *qualis divino eloquio
dicatur, & qualis opere sua potestatis agnoscitur*: contendunt nihilomi
cum nihil de electione secundùm Dei vocantis propositum decid
atque adeò in luce meridiana, quam ne Semipelagiani quidem c
mulare voluerunt, cæcutisse. Nam si consequentiā à vera Christi
tia ad prædestinationem gratuitā obnubilare vllâ arte potuissent,
quam à veræ gratiæ confessione resilijssent: Quia verò non potuer
idcircò resilierunt. Absit autem vt consequentiæ istius irrefragabi
latuerit papam Celestinum, [l] Cui (vt testatur Prosper) ad Catho
,Ecclesiæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus
Proinde nemo sanæ mentis negare ei præsumpserit donum intelli
di cohærentiam veræ gratiæ cum prædestinatione gratuita; siquid
hæc tam patens est, teste Fulgentio, [m] Vt OMNIS qui eiusdem gr
,illuminatur munere, & verum gratiæ donum ex æternitate præd
,nationis intelligat, & æternam Dei prædestinationem ex dono gr
spiritalis agnoscat'. Sed vt omnis ambiguitas circa Celestini dec
auferatur, observanda sunt verba quæ canonibus suis de gratia
præmittit, dicens: [n] *Vt pleniùs, qui in aliquo dubitant, instruan
,constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestamus inc
,lo; quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat, OMNIVM*

Vide Facultatē Theol. Lovan. in Iustif. Censura cap. vltim.

Vide Prosp. §. 2. citatum.

l Prosp. l. contra Collat. c. 41.

m Fulg lib. 3. de Verit. Prædest. cap. 4.

n Celestinus Epist. ad Episc. Gall. cap. 3.

Digitized by Google

,PVTATIONVM CONNEXIONEM ex hac ſubditarum authoritatum brevitate pendere'. Quis neſciat, diſputationem de prædeſtinatione ſeu electione ſecundùm Dei vocantis propoſitum, vnam fuiſſe, & quidem de principalioribus, inter Auguſtinum & Maſſilienſes agitatam; dicente Proſpero in capite relationis ſuæ ad Auguſtinum: [o] 'Multi ſer- ,vorum Chriſti qui in Maſſilienſi vrbe conſiſtunt, in Sanctitatis tuę ,ſcriptis quæ adversùs Pelagianos hæreticos condidiſti, contrarium ,putant Patrum opinioni,& Eccleſiaſtico ſenſui,quicquid in eis de vocatione electorum ſecundùm Dei propoſitum diſputaſti' : Dicente ſimiliter Hilario ſub initium Epiſtolę ſuę ad eundem Auguſtinum: 'Hęc ſunt quæ Maſſiliæ, vel alijs etiam locis in Gallia ventilantur: ,Novum, & invtile eſſe prędicationi, quòd quidam ſecundùm propoſitum eligendi dicantur' ? Quod ſi diſputatio de electione ſecundùm Dei propoſitum, vna fuit, & quidem ex capitalioribus, inter Auguſtinum & Maſſilienſes ventilata, nec tamen à Celeſtino directè vel connexivè deciſa, quomodo ſtabit quod Celeſtinus aſſeverat, *Omnium diſputationum connexionem ex ſubditarum authoritatum brevitate pendere* ? Loquitur enim ex profeſſo Pontifex de diſputationibus inter Auguſtinũ & Maſſilienſes agitatis : vt ex antecedentibus ibidem manifeſtum eſt. Poſtremò, vt annueremus Petavio & conſodalibus, Celeſtinum adeò hebetem fuiſſe & vecordem, vt cohærentiam prædeſtinationis cum gratia non perſpexerit, nec proinde vnam decidendo alteram pariter definierit : nunquid idcircò cauſa prædeſtinationis vſque hodie indeciſa remanſit ? Nunquid Hormiſdæ authoritas tanta eſt, quanta Celeſtini? Et tamẽ §. præcedẽte oſtendimus, Hormiſdã pro Auguſtino in cauſa prædeſtinationis protuliſſe ſententiam, quando reiectis Fauſti ſcriptis libros Auguſtini *ad Proſperum & Hilarium* approbavit, tanquam continentes Eccleſiæ Romanæ ſenſum.

[o] *Proſp. Epiſt. ad Auguſtinũ.*

Hilarius.

4. Atque hinc emergit novum argumentum pro aſtruenda cohærentia prædeſtinationis cum gratia. Etenim in iſtis Auguſtini ad Proſperum & Hilarium libris, à papa Hormiſda nominatim approbatis, cohærentia prædeſtinationis cum gratia apertiſſimè & creberrimè aſſeritur. Quid enim apertius quàm quod ibi legitur: [p] 'Ille itaque dicat, ,Eccleſiam aliquando in fide ſua nõ habuiſſe veritatem prædeſtinatio- ,nis huius & gratiæ, quæ nunc contra novos hæreticos curâ diligen- ,tiori defenditur : Ille, inquam, hoc dicat, qui dicere audet, aliquan- ,do eam non oraſſe, vel non veraciter oraſſe, ſive vt crederent infidẽ- ,les, ſive vt perſeverarent fideles. Quæ bona ſi ſemper oravit, ſemper ,ea Dei dona eſſe vtique credidit, nec ab illo ſemper cognita vnquam ,ei negare fas fuit. AC PER HOC prædeſtinationis huius fidem, quæ ,cõtra novos hæreticos novâ ſollicitudine nunc defenditur, nunquàm Eccleſia Chriſti non habuit' ? Et ibidem ſuperiùs cap. 19. præmiſſis Cypriani, Ambroſij, & Gregorij Nazianzeni teſtimonijs, quibus gratia talis aſtruitur, qualis divino eloquio prædicatur, & qualis operę ſuæ poteſtatis agnoſcitur; invictè concluditur, eoſdem Doctores vé-

[p] *Aug. l. de Bono perſever. cap. 23.*

ram agnoviſſe prędeſtinationem : 'Jſti (ait ibi Auguſtinus) tales
,tiſque Doctores, dicentes, Non eſſe aliquid, de quo tanquam de
,ſtro, quod nobis Deus non dederit, gloriemur : Nec ipſum co
,ſtrum & cogitationes noſtras in poteſtate noſtra eſſe : Et totum
,tes Deo: Atque ab ipſo nos accipere confitentes, vt permanſuri
,vertamur ad Deum ; vt id quod bonum eſt, nobis quòque vide
,bonum: Et quod velimus illud, vt honoremus Deum, & recipia
,Chriſtum : Vt ex indevotis efficiamur devoti & religioſi : Ut i
,ſam Trinitatem credamus, & confiteamur etiam voce quod c
,mus : Hæc vtique gratiæ Dei tribuunt, Dei munera agnoſcunt
,ipſo nobis, non à nobis eſſe teſtantur. Nunquid autem quiſq
,eos dicturus eſt, ita confeſſos iſtam Dei gratiam, vt auderent ne
,cius præſcientiam; quam non ſolùm docti, ſed indocti etiam c
,teſtur? Porrò si hæc ita Deum noverant dare, vt non ignora
,eum daturum ſe eſſe præſciſſe, & quibus daturus eſſet non pot
,neſcire; PROCVLDVBIO NOVERANT PRÆDESTINATIONEM, q
,per Apoſtolos prędicatam contra novos hæreticos operoſiùs dili
tiùſque defendimus'. Quæ quidem collectio non minus in papa
leſtino, quàm in ijs quos Auguſtinus commemorat, locum h
qui vtique & Dei præſcientiam ignorare nòn potuit, & veram C
gratiam tantà manifeſtatione prædicavit, vt ad calcem teſtimonio
pro ea congeſtorum ſubiunxerit : 9 'Præter beatiſſimæ & Apoſt
,Sedis inviolabiles ſanctiones, quibus nos pijſſimi Patres, peſtifera
,vitatis elatione deiecta, & bonę voluntatis exordia, & increm
,probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeverantian
,Chriſti gratiam referre docuerunt; obſecrationum quòque face
,talium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in
,mundo atque in omni catholica Eccleſia vniformiter celebrant
,legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum
,bium præſules mandatâ ſibimet legatione funguntur, apud div
,clementiam humani generis agunt cauſam, & totâ ſecum Ec
,congemiſcente poſtulant & precantur, vt infidelibus donetur
,vt idololatrę ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, vt Iudæis
,to cordis velamine lux veritatis appareat, vt hęretici catholicæ
,perceptione reſipiſcant, vt Schiſmatici ſpiritum redivivæ char
,accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique
,techumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cœleſtis m
,cordię aula reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè neque inani
,Domino peti rerum ipſarum monſtrat effectus, quandoquider
,omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos
,tos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis
,& ex vaſis irę faciat vaſa miſericordię. Quod adeò totum divini
,ris eſſe ſentitur, vt hęc efficienti Deo gratiarum ſemper actio la
que confeſſio pro illuminatione talium vel correctione referatur'
nonnullis interpoſitis de cæremonijs in adminiſtratione baptiſ
adh

9 *Celeſtinus Epiſt. ad Epiſc. Gall. cap.* 11.

Digitized by Google

adhiberi consuetis, subdit capite proximè sequenti: 'His ergo Eccle-
,siasticis regulis, & ex divina sumptis authoritate documentis, ita ad-
,iuvante Domino conformati sumus, vt omnium bonorum affectuum
,atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, qui-
,bus ab initio fidei attenditur, Deum profiteamur authorem, & non
,dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per
quem fit vt aliquid boni velle incipiamus & facere'. Quia verò, vt
Prosper in Epistola ad Ruffinum cap. 17. testatur, Massilienses con-
tendebant, 'Quod per hanc Dei gratiam libero nihil relinquatur arbi-
trio', subdit ibidem continuò Celestinus: 'Quo vtique auxilio & mu-
,nere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; vt de tene-
,broso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente
sit providum'. Et mox christianę gratiæ vim & energiam ostendens:
'Tanta enim est (subdit) erga omnes homines bonitas Dei, vt nostra
,velit esse merita, quę sunt ipsius dona; & pro his quæ largitus est, ę-
terna præmia sit donaturus. Agit quippè in nobis, vt quod vult, &
,velimus, & agamus; nec otiosa esse in nobis patitur, quæ exer-
cenda, non negligenda donavit'. Vide iam an non ex hac gratię con-
fessione tam invictè conficiatur, Celestinum agnovisse gratuitam præ-
destinationem, quàm Augustinus ex simili præmemoratorum Tracta-
torum confessione concluserat, agnitam ab eis fuisse eandem prædes-
tinationē: & quod de illis dixerat Augustinus, dic &tu de Celestino:
*Nunquid quisquam eum dicturus est, ita confessum istam Dei gratiam, vt au-
deret negare eius præscientiam; quam non solùm docti, sed indocti etiam con-
fitentur? Porrò si hæc ita Deum noverat dare, vt non ignoraret eum daturum
se esse præscisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire*, PROCVLDV-
BIO NOVERAT PRÆDESTINATIONEM. An fortè putandum est, Ce- Præoccupatio.
lestinum confitendo veram gratiam agnovisse quidem cohærentem
prædestinationem, sed non idcircò definiendo controversiam de gratia
definivisse controversiam de prędestinatione? Quasi verò aliud Au-
gustino sit *Novisse*, aliud *Definivisse*. Audi ergo eundem in illo ipso
Opere quod nominatim Hormisda approbavit, dicentem: [r] 'Nec [r] *Aug. l. de Bono
,prædestinationis prædicatione impedienda est prædicatio fidei per- persever. c. 14.*
,severantis & proficientis, vt quod oportet audiant quibus datum est
Rom. 10. 14 ,vt obediant: *Quomodo enim audient sine prædicante?* Nec rursus prędi-
,catione fidei proficientis & vsque ad vltimum permanentis impedię-
,da est prędicatio prædestinationis, vt qui fideliter & obedienter vi-
,vit, non de ipsa obedientia, tanquam de suo non accepto bono, ex-
1. Cor. 1. ,tollatur; sed *qui gloriatur, in Domino glorietur*: In nullo enim glorian-
31. ,dum, quando nostrum nihil sit. Quod vidit fidelissimè Cyprianus,
,& fidentissimè DEFINIVIT: per quod vtique PRÆDESTINATIONEM
CERTISSIMAM PRONVNCIAVIT'. Ecce quod Augustinus iam superiùs expresserat verbo *Noscendi*, hic exprimit verbis *Definiendi* & *pro-
nunciandi*. Ex quibus sic ratiocinari ad propositum licebit: Iuxta Au-
gustinum Cyprianus definiendo, *In nullo esse gloriandum, quando nostrum
nihil sit*, certissimam prædestinationem pronunciavit: Atqui Celestinus

dicendo, *Totum divini operis esse sentitur*, id ipsum definivit quod prianus definierat : Ergo Celestinus perinde ac Cyprianus PRÆ TINATIONEM CERTISSIMAM PRONVNCIAVIT. Sed inspicia vlteriùs qualiter Augustinus probet, Cyprianum illâ suâ definit prædestinationem certissimam pronunciasse : vt ex consimili Cel ni definitione appareat, eum etiam prædestinationem certissimam nunciasse. Subdit itaque ibidem continuò Augustinus : 'Nam ,*nullo gloriandum est, quando nostrum nihil sit*, profectò nec de obedie ,perseverantissima gloriandum est : nec ita nostra, tanquam non sit ,bis desuper donata, dicenda est. Et ipsa igitur Dei donum est, q ,se daturum Deus vocatis suis istâ vocatione de qua dictum est, ,*pœnitentia sunt dona & vocatio Dei*, omni Christiano confitente pr ,vit. Hęc est igitur PRÆDESTINATIO, quam fideliter atque hu ter prędicamus'. Quæ probatio ad Celestinum applicari sic po Si *totum divini operis esse sentitur*, profectò obedientia perseverantis divini operis esse sentitur : nec ita nostra, tanquam non sit nobis d per donata, dicẽda est. Et ipsa igitur Dei donum est, quod se datu Deus vocatis suis istâ vocatione de qua dictum est, *Sine pœnitentiæ dona & vocatio Dei*, omni Christiano confitente præscivit. HÆC IGITVR PRÆDESTINATIO, quam fideliter atque humiliter præ camus.

Ex his satis liquidò patere iam arbitror, quàm ab omni veri imò & probabilitate alienum sit illud, quod superiùs ex Petavio cretum Celestini pervertente recitavimus : *Ex eo genere profundi quæstionum, quæ nihil ad negotium gratiæ pertinent, est illa de prædestinæ controversia.* Si enim ad negotiũ gratiæ nihil pertinet de prędestinat controversia, quomodo rectè Augustinus antiquiores Patres de gratia loquentes, controversiam de prædestinatione decidisse pro ciat, pronunciatumque suum irrefragabili deductione demonst Quòd si fortè Petavius Augustini demõstrationes velut paralogis irrideat, quid supereſt nisi vt etiam papæ Hormisdę, libros Augu ad Prosperum & Hilarium approbanti, insultet ? Etenim si in ij bris paralogismos pro demonstrationibus Augustinus obtrudit, co quens est vt pontifex, approbando falsa pro veris, errarit. Appositi hanc rem scribit Facultas Theologica Lovanienſis in Epistola ad p fessores Societatis præfixa Censurę suę adversùs eorum Assertio

Facultas Theologica Lovaniẽsis. Vide Facultatem Duacensẽ in Cẽsura Assertionis vigesimæ, & Prosp. l. cont. Collat. cap. 1.

'In Beati Augustini scriptis (inquiens) quid tandem est, quod e ,Ecclesiæ Dei tam gratiosum, venerabilem, ac suspiciendum hacte ,reddidit, quàm hæc ipsa de gratia & Dei prædestinatione, doctr ,Quam ei laudem & gloriam si quis eripiat, næ is præcipuum ,decus, & quasi florem ac coronam capitis detraxerit ; vt ob cæ ,non sit cur eum magnopere admiremur. Si verò in tanti mom ,argumento explicando vel lapsum fuisse, vel non rectum ac nec ,rium tenuisse modum existimabimus, non modò eius labascit in ,teris authoritas, sed, quod fidenter dicimus, multùm quòque ac

Digitized by Google

,piter falsa erit atque aberraverit Ecclesia, quæ illius ductum iudi-
,ciumque secuta, inimicos gratiæ Christi debellasse sese, ac triumphas-
,se de illis crediderit. Quod sanè vel cogitare nefas ac impium fuerit:
,vt hanc adversùs Augustinum criminationem non ad ipsius modò,
,sed totius etiam Ecclesiæ, & Apostolicę Sedis non minimam pertine-
re existimemus iniuriam'. Et rursus in *Iustificatione* eiusdem Censuræ cap. vltimo, perstringens illam adversariorum clausulam, quæ habetur ad calcem Assertionis vigesimę superiùs memoratæ, *Quod si contraria sententia* (de electione nimirum gratuita ad gloriam) *esset Divi Augustini, non admodùm referret*, ait eadem Facultas: 'Cùm addunt,
,*Non admodum referre etiamsi Augustinus diversum sentiret*, sanè animum
,aperiunt suum, quàm non satis reverenter erga tantum Ecclesiæ Do-
,ctorem affecti sint, quàm tam nihili faciant contemptuique ducant,
,ab eius viri sententia iudicioque recedere. Quam ab eo dissentiendi
,libertatem nos Ecclesiæ Dei nec vtilem nec satis honorificam & ho-
,nestam existimamus. Et sanè non ita pridem est quod cœpit in Ec-
,clesia hæc Augustino contradicendi satis inverecunda audacia, adeo-
,que & libido quædam Massilienſis, à Catharino & Pyghio, liberis
,valdè hominibus, vt apparet, exorta: quæ dum initio plus æquo
,dissimulanter tolerata fuit, eò vsque malo exemplo processit, vt iam
,nec petulantibus maledicisque vocibus abstineretur. Imò verò exor-
,ti sunt, qui eius doctrinam Calviniſmi non vereantur occultè per-
,stringere. Vbi quid aliud obliquè agitur, quàm vt contemni Augu-
,stinus incipiat, & ab eius lectione studiosi omnes avocentur, aut etiam
,absterreantur. Quocirca rectè prudenterque nuper à Gregorio XIII.
,factum, quòd (vt à viro quodam fide digno accepimus) Celestinum
,imitatus, Scriptori cuidam (cuius nomini parcendum putamus) inve-
recundiùs adversùs Augustinum agenti, pluraque eius generis polli-
,centi, silentium indixerit, atque à scribendo inposterum abstinere
,iusserit'. Quemadmodum autem Gregorius XIII. Celestinum imita-
tus, obtrectatori Augustini libertatem maleloquendi ademit; ita
Gregorij successor Sixtus V. præcessorem imitatus, authorem Asser-
tionum à Lovanienſibus censuratarum acriter reprehendit, vt testatur
Henriquez eiusdem Societatis Theologus: qui cùm Augustini de
gratuita prædestinatione seu electione sententiam omninò amplecten-
dam censuisset, quam censuram mereatur opposita Consodalium sen-
tentia pandens, subdidit: [1]'Satis videtur, si damnetur notâ temerita-
,tis, ex Doctoribus Scholasticis citatis. Esse planè contra Augustinum
,constat, vt agnoscit etiam Catharinus lib. de prædestinatione. Quem
,Augustinum Patres in Concilijs, & maior meliorque pars Theolo-
,gorum antiquorum, & torrens recentiorum Sapientium sequitur in
,omni ferè Academia orbis christiani. Quidam doctus prædicavit in
,Academia Lovaniensi oppositū, cum magno scādalo Academię: & re ad
,Sixtum V. Papam delatâ, SVSTINVIT SVÆ TEMERITATIS ACREM
REPREHENSIONEM'. Quæ cùm ita sint, quis dignè exaggeret men-

[1] *Henriquez l. 5. de fine hominis cap. 12.*

daciloquentiam & impudentiam nepotuli Lessiani, qui in vita avunculi, commemoratis ijs quæ Lovanij adversùs eum gesta sunt, subdit:

[t] 'Id temporis Ecclesiam Summus Antistes moderabatur Sixtus V. ,qui (vt erat præclarè in Theologia versatus, vtpote quem divina illa ,scientia è Divi Francisci cinere ad purpuram primò, deinde ad Tri-,plicem tiaram evexerat) qui, inquam, vt Lessij propositiones vidit, suas agnovit; & à se iam pridem pronunciatas amplexus est'. Similia habentur in *Imagine primi saculi Societatis* lib. 6. cap. 4. & in *Bibliotheca Scriptorum Societatis* in *Lessio*: & apud Paulū Serlogū, in libro quem sub ficticio nomine *Pauli Leonardi*, tacitâ professione suâ Iesuiticâ, evulgavit, sub titulo *Responsionū ad expostulationes contra scientiā mediam* parte 3. sect. 9. vbi integram fabellam ex præmemorata *Imagine primi saculi* verbatim describit. Sed iudicet æquus quisque arbiter, an non maiorem mereatur Henriquez fidem, adversùs suos consodales testimonium perhibens sub idem ipsum tempus quo res acciderat, quàm moderni Iesuitæ pro suis consodalibus post tot annorum lustra mentientes. Et quidem de *Imagine* illa *primi saculi*, cuius authoritate moderni Iesuitę nituntur, communis eruditorum Societati extraneorum censura est, Eam adeò insolenter ac turgidè mendacem esse, vt ab eis dicta vel inspirata appareat, quos Apostolus *principes huius saculi* appellat. 1.Cor.2.8. Vnde qui in ipsa Societate verecundiores cæteris habentur, quoties illius libri mentio incidit, pudore suffunduntur. Sed attende Paulisper quid præfatus Serlogus Lessianæ fabellæ indidem descriptæ subiunxerit num. 44. ibidem: 'Cæterùm (ait ille) in Lovanienſibus Pro-,fessoribus id summopere allaudandum est, quòd semel cognitâ veri-,tate maluerint plerique ad nostra transire dogmata, quàm studio partium contra mentem docere'. Sed quinam illi *plerique*? Septem recenset Serlogus subsequenter ibidem, Ioannem Driedonem, Ruardum Tapperum, Cunerum Petri, Ioannem à Bononia, Thomam Stapletonum, Joannem Malderum, & Ioannem Wiggers. De quatuor primis fatetur ipse ibidem num. 45. quòd sua sensa evulgaverint *priusquam exorta fuissent quæstiones de natura gratiæ efficacis, & more quo numen certâ & ineffabili scientiâ attingit futura libera conditionata*. Addo & ego, eos de hac vita migrasse priusquam Facultas Lovanienſis Lessianos Articulos censurasset, imò priusquam Lessius Theologiam Lovanij profiteri cœpisset, quod demum Anno 1585. accidit, vt in eius vita cap. 5. legitur. Primus Jesuitarum, qui Lovanij Theologiam docuerunt, Bellarminus fuit, vt Author vitæ eius testatur his verbis: [v] 'Doctrinam de Deo orsus est profiteri Anno 1570. mense ,Octobri propè à Kalendis: Primusque è Societate fuit, qui initijs ,prosperrimis in ea Civitate (Lovanienſi) sapientiam summam docuerit'. Mortuus fuerat tunc Driedo ab annis quatuordecim, Ruardus ab vndecim, Cunerus ad Episcopatum assumptus similiter ab annis vndecim; Ioannes à Bononia librum suum Carolo V. Cæsari nuncupavit, adeoque ante Caroli obitum, Ruardi obitu anteriorem, conscripsit. Quomodo igitur isti *Maluerunt ad Iesuitica transire dogmata*,

[t] *Author vitæ Lessij cap. 5.*

Paulus Leonardus.

[v] *Silvest. Petra sancta in vita Bellarm. l. 2. c. 3*

quàm studio partium contra mentem docere? Quænam fuêre Iesuitica dogmata Lovanij nota vel nata, ad quæ isti transire potuissent quãdo Lovanij vixerunt aut scripserunt, ne contra mentem studio partium docerent? An fortè Serlogus alludit ad studium partium, quod superiùs ibidem fingit ex eo ortum, quod Iesuita Toletus Lovanium à Gregorio XIII. missus Michaelem Baium adegisset ad palinodiam? Sed cùm Toletus Anno demum 1579. missus sit Lovanium, quomodo prædicti studio partium inde cœpto, aut potiùs à Jesuitis ad elevandam censuræ authoritatem confícto, implicari potuerunt? Sequitur Thomas Stapletonus, quem miror à Jesuitis in proposito allegari; cùm constet, eum nec discipulatu nec doctoratu Lovanienſem fuisse, sed Jesuitarum emissarium, Duaco evocatum, ac reclamante Lovanienſi Facultate ad docendum intrusum. Sequitur Malderus: sed is dudum antequam sua scripta edidisset, ad Antuerpiensem Episcopatum assumptus Facultatis Lovanienſis suppositum esse desijt. Supereſt vnicus Ioannes Wiggers: sed quicquid ille pro aut contra Iesuitas senserit aut scripserit, frivolum planè est velle ex vnius Doctoris suffragio Facultatis sensum aut consensum colligere; præsertim vbi Facultas ipsa integrè & collegialiter sua sensa evulgavit. Evulgavit, inquam, non solùm in sua *Censura* Anno 1586. lata, vel in eiusdem Censuræ *Iustificatione* post biennium subsecuta; verùm etiam in *Manifesto* post aliquot lustra ad redarguendas Jesuitarum imposturas divulgato, quod sic sonat: 'Cùm ad aures Facultatis Sacræ ,Theologiæ vniversitatis Lovanienſis pervenerit, sparsum esse in His- ,pania, Jtalia, & alijs partibus, eam in materia *de Auxilijs & Gratia* ,*Christi* mutasse sententiam, & ab antiqua, quam in sua *Censura*, Sum- ,mo Pontifici Romam transmissa, quondam tenuit, retrocessisse, id- ,que ob energiam argumentorum, quæ P. Lessius, tum vivæ vocis di- ,ctamine, tum edito libro in medium attulit: Volens huic sparso ru- ,mori obviare, & veritatem omni volenti scire manifestare, sub iura- ,mento congregata in Capitulo parvo S. Petri, die XXX. Mensis Iu- ,lij post vesperas An. 1613. NVLLO MAGISTRORVM IPSIVS CON- ,TRADICENTE, TOTA FACVLTAS VNIFORMITER declaravit & te- ,stata est, SE SEMPER tenuisse, & nunc de præsenti tenere; SEMPER ,perstitisse, & nunc de præsenti persistere, in sua ANTIQVA sententia, ,quam in dicta *Censura* tenuit, & ibi declaravit; NEC VNQVAM ab illa ,sententia discessisse, NEC IN POSTERVM, Deo favente, discessuram, ,donec per Summum Pontificem aliud diffiniatur, aut à Sancta Roma- ,na Ecclesia (cuius censuræ & correctioni omnia in prædicta *Censura* ,contenta, & quælibet alia à se dicta, & in posterum dicenda, humi- ,liter subijcit) aliud tenere ei præcipiatur. Declarat insuper, tantum ,abesse vt argumentis P. Lessij antedicti à sua sententia recesserit, vt ex ,adverso, quêadmodũ olim ipsius dictata improbavit, ita nunc impro- ,bet ipsius edita scripta in hac determinata materia. Permisitq; prædi- ,cta Facultas, & voluit, copiam huius Actæ omni habere volenti illã

Facultãs Theol. Lovaniensis.

dari, & ad quaſcunque partes tranſmitti'. Sed quænam tandem eſt illa *Cenſura* Romam per Facultatem tranſmiſſa, à qua hìc proteſtatur ſe nunquam receſſiſſe vel in poſterum receſſuram? Vtique qua de oppoſita Jeſuitarum circa gratiam & prædeſtinationem ſententia dicitur in Epilogo: 'Sententia hæc divinam bonitatem obſcurat, iuſtitiam ener-,vat, Scripturis illudit, Patrum teſtimonia in ſenſus alienos detorquet, ,humanæ rationis corruptioni applaudit, humilitatis fundamentum ,evertit, precandi neceſſitatem non magnam relinquit, propriarum ,virium fiduciam ingenerat, in ſalutis negotio quod præcipuum eſt ,homini donat, quod minus Deo; gratiam Dei libero arbitrio ſubij-,cit, ac eius pediſſequam facit: in ſumma, à Pelagio non ſatis procul ,abſcedit: Lutheri verò, Calvini, & reliquorum noſtræ tempeſtatis ,hæreticorum ſententiam, dum ab ea videri vult quàm longiſſimè re-,cedere, potentiùſque debellare, magis etiam imprudens ſtabilit atque confirmat'.

'Facultatem Lovanienſem Facultas Duacenſis primùm cenſurando, demum manifeſtando imitata eſt. Anno etenim 1588. requiſita ab Illuſtriſſimis ac Reverendiſſimis Belgij Antiſtitibus eoſdem Jeſuitarum Articulos conſimili cum Lovanienſi *Cenſura* perſtrinxit, & Anno 1648. ad obviandum adverſariorum impoſturis *Manifeſtum* Lovanienſi conſonum evulgavit. Sed vide quid ad elevandum Duacenę huius *Cenſuræ* pondus Ieſuitæ excogitarunt: [w] 'Lovanienſi Academię ,(aiunt in ſua Imagine primi ſæculi) Duacena, TANQVAM MATRI FILIA, ſubſcribebat'. Nimirum, ſi Jeſuitis creditur, non amor veritatis, non odium novitatis, non zelus religionis, ſed reverentia quædam filialis erga veterem matrem impulit Duacenſes vt Ieſuitarum dogmata perſtringerent. Verùm non vſque-adeò deſperandum eſt de ſenſibus humanis, vt verendum ſit ne cuiquam cordato tam ſplendidam calumniam, egregię Facultati tam immaniter iniurioſam, perſuadeant: præſertim cùm & ipſa Duacena Facultas hanc ſuæ cenſuræ præfixerit Epigraphen: 'Cenſura Duacen-,ſis Aſſertionum quarundam, ſuper quibus Reverendiſſimi in Chri-,ſto Patres ac Domini, Illuſtriſſimus Dominus de Barlemont Came-,racenſis, & Dominus Ioannes Hauchinus Mechlinienſis Archiepiſ-,copi, nec non Dominus Guilielmus Damaſi Lindanus Gandenſis ,Epiſcopus, Sacræ Theologiæ Facultatis Duacenſis examen, diſcuſ-ſionem, & ſententiam petierunt'. Viderit Lector quibus in hac re potiùs credendum ſit, Duacenſibuſne occaſionem ſuæ cenſurę in Antiſtites Belgij referentibus, an Jeſuitis eandem filiali erga Lovanienſes obſervantię affingentibus. Sed audi quod in ſua Imagine ſæculari ſubtexunt: 'Sorbona (inquiunt) quamvis ſedulò ad ſuffragium invitata, recuſavit'. Quid quęſo opus erat Sorbonam invitare ad ſuffragiũ, quæ iam olim dederat ſuffragium? vel quorſum illa recuſaret, quod pridem præſtiterat? Extat ad calcem Magiſtri ſententiarum Catalogus Errorum Ioannis de Mercuria, ſub hoc titulo: 'Articuli condemnati-

6.

[w] Imag. primi ſæculi. 6. c. 4.

Facultas Duacenſis.

Facultas Pariſienſis.

'damnati per Magistros Parisienses Anno Domini 1347. & prohibiti 'omnibus Baccalaureis legentibus, qui legunt vel legerunt senten-'tias, sub pœna privationis ab omni honore Facultatis: quorum Ar-'ticulorum aliqui reputantur erronei, aliqui suspecti, aut malè sonantes in fide'. An fortè hi Articuli nihil habent commune cum Jesuiticis Lovanij Duaciq́ue proscriptis ? Imò verò habent quamplurimum: Nam tres postremi Articuli à Parisiensibus ibi damnati sic sonant: *Propter opera alicuius futura bona Deus præordinavit aliquem ab æterno:* Item, *Aliquis prædestinatus est ab æterno propter bonum vsum liberi arbitrij quem Deus præsciebat eum habiturum*: Item, *Non sic gratis & misericorditer Deus prædestinavit illum quem prædestinavit, quin & pro omnibus bonis ipsius futuris, vel alterius.* Quid igitur opus erat vt Facultas Lovaniensis in nupera Iesuiticorum Articulorum causa suffragium Sorbonæ exposceret, aut vt Sorbona exposcenti subscriberet; cùm ante ducentos & amplius annos in causa omninò eadem ei præscripserit ? Et verò quis dubitet, si Sorbona Jesuiticos Articulos denuò condemnasset, Iesuitas ad elevandum eius censuræ pondus, dicturos fuisse, sicut de Duacensi dixerunt: Academia Parisiensis, tanquam mater filię, vel avia nepti, subscribebat ? Fortassis etiam adiecturi fuissent, quod in *Spongia* Pseudo-Loemelij nuper ex suo Toleto iniuriosissimè effutierunt, Censuram Parisiensem non transire Sequanam. Nec omissuri illud, quod inferiùs ibidem ad calcem *Secundæ causæ*, de Parisiensibus Censoribus dixerunt: 'Censores orbis qui sè faciunt, domum repel-'lendi sunt, monendiq́ue de proverbio: JNTRA SVVM GALLVS STERQVILINIVM DOMINETVR'. Excepturi denique fuissent contra Parisiensium Censuram, sub prætextu partialitatis; quippe qui Anno 1554. die prima Decembris ad requisitionem Senatus Regij, iudicium suum de ipso Societatis instituto exhibuerant in hunc tenorem: 'Hæc So-'cietas videtur in negotio fidei periculosa, pacis Ecclesię perturbati-'va, monasticæ religionis eversiva, & magis in destructionem quàm in ędificationem'. Sed de Gallia in Hispaniam transeamus, & paulisper inspiciamus quemadmodum Jesuitæ Censuram Academię Salmanticensis in sua sensa prolatam eludant: [x] 'Obijciunt tertiò (ait præme-'moratus Serlogus) quendam è Patribus Societatis olim (nam conti-'git priùs quàm Molina suam evulgasset Concordiam) dum publicas 'in Academia Salmanticensi propugnaret Theses *de prædefinitionibus 'æternis*, ea docuisse quæ gravissimis Theologicæ Facultatis Doctori-'bus summè displicuerunt: Nam & *censurâ* notarunt, & res ad sacros 'fidei Inquisitores delata est. Jgitur antiquùm est Salmanticensi Vni-'versitati eorum de prædefinitionibus repudiasse opiniones'. Hactenus obiectio, & facti narratio: sed facilis est Iesuitis solutio obiectionis, etsi inficiari nequeant veritatem narrationis. Satis quippe eis fuerit ad eludendam hanc Censuram, quod Dominicus Bannes sederit inter Censores: 'Respondeo (subdit continuò Serlogus) Dominici Banne-'sij operâ inprimis factum, vt nonnulli AB EO OFFICIIS DEVINCTI

Vide Spongiam Loemelij cap. 1. causâ 1. & Toletũ l. 3. de Anima q. 18.

[x] *Paulus Leonardus ibid. sect. 7. n. 35.*

Facultas Salmanticensis.

'Theoremata Actus (quem vocant, *Maieris*) in celebri Theologorum 'prefatæ Vniversitatis Gymnasio à P. Prudentio de Monte-maior, An- 'no 1581. propugnata, in his quæ ad prædefinitiones actuũ liberorum 'spectabant, castigatione digna censerent. Erat in huiusmodi condem- 'nationes promptior ætas illa, PROMPTISSIMVS IPSE BANNESIVS'. Quæ responsio quàm sit iniuriosa non modò Bannesio, sed Celeberri- mo Salmanticensium Theologorum Cœtui, imò & vniversis ęvi il- lius Doctoribus, facilè quisque perspicit. Primis quidem per hoc quod ibi dicitur, *Ab eo officijs devincti*: Secundis per id quod subdi- tur, *Erat in huiusmodi condemnationes promptior ætas illa*: Bannesio deni- que per finalem illam clausulam, *promptissimus ipse Bannesius*. Cuius quidem clausulæ falsitas liquidò patere potest ex invectiva, quam Bannesius in eos torquet, qui præcipitanter censuras proferunt: [y] 'Me- 'ritò (inquiens) reprehendendi sunt aliqui Theologi, qui opinionibus 'proprijs, vel etiam aliorum, nimis adhærentes, statim contraria dog- 'mata præcipiti quâdam sententiâ absque sufficientibus rationibus damnant'. Quis ergo credat Iesuitis in sua causa Bannesium arguen- tibus præcipitantiæ, quam tantopere in Theologis detestatus est? Præ- dictæ porrò calumniæ, quâ Salmanticenses Theologos à Bannesio *officijs devinctos* prosiliisse ad censurandum finxit Serlogus, consimilis est illa quâ eius Consodales nuper impetierunt Theologos Duacenses in causa approbationis *Astri inextincti*: ad quam à se amoliendum coa- cti sunt Duacenses evulgare *Manifestum* tenoris sequentis: 'Cùm ad 'notitiam nostram perveniisset, censuram quam Anno 1641. pro *Astro* 'inextincto dedimus, à quibusdam traduci, quasi ea coacta fuerit, eò 'quòd Benedictini negarent Academię nostræ annuos reditus ipsi de- 'bitos, nisi aliquam pro *Astro* illo censuram daremus: Nos infrascripti, 'tum eam calumniam à nobis amoliri, tum veritati testimonium per- 'hibere volentes, omnibus quorum interest, seu interesse poterit, no- 'tum facimus, & pro vero asserimus, nihil eiusmodi esse vel fuisse, nec 'vllum Benedictinum directè vel indirectè quidpiam tale ad Censu- 'ram ex nobis habendam dixisse aut fecisse: sed sponte prorsus, & nec 'minis nec promissionibus, nec vllâ aut spe commodi, aut metu in- 'commodi vel detrimenti temporalis inducti, iuxta conscientiæ, & 'rectæ rationis dictamen censuimus; nec aliter, salvâ veritate, totâ re benè examinatâ, potuimus. Actũ Duaci die 26. Februarij 1644'. Cui manifesto singulatim subscripserunt Magistri Facultatis Theologicæ Duacensis; quos imitati Doctores Canonũ & Legũ, consimile Manife- stum ad eandem à se calumniã amoliendũ evulgarunt. Vtrumq; Mani- festũ typis mandavit, & *Aulæ* suæ *Ecclesiasticæ* præfixit Romanus Hay: apud quem series rei videri poterit. Quæ eo fine descripsi, vt lector intelligat, quàm parum credendum sit Iesuitis, Censores suorum dog- matum fugillantibus: præsertim cùm eòvsque audacię iam prosilie- rint, vt palàm in suis scholis propugnare præsumant, Non nisi veniа- liter peccare eum, qui obtrectatorem suum falsò reinfamat. Cui

[y] *Banncz in 1. p. q. 1. art. 8. Dub. 3. Concl. 1.*

Facultas Duacensis.

Maxi-

Maximę innixus Ieſuita Raynaudus in libello quem ſub ficticio nomine *Rivieri* Auguſtiniani conſcripſit, ſub titulo, *Calviniſmus Religio Beſtiarum*, tres inſignes Theologos Ieſuiticis dogmatibus infeſtos infamavit Calviniſmi: Dominicum Bannez Cathedraticum Salmanticēſem, Guilielmum Eſtium Cancellarium Duacenſem, & Guilielmum Gibeufium Doctorem Pariſienſem. Vbi tametſi in particulares illos Doctores ſuum ſtylum diſtrinxerit, per eorum tamen latus Academias ipſas reſpectivè impetijt, Salmanticenſem per latus Banneſij, Pariſienſem per latus Gibeufij, Lovaniēnſem & Duacenſem per latus Eſtij, qui diſcipulatu & Doctoratu Lovanienſis, Profeſſoratu & Cancellariatu extitit Duacenſis. Nec minori impudentiâ ac calumniandi licentiâ Ieſuita Ripalda Theologos Lovanienſes odioſo *Baianorum* agnomento traductos Calviniſmi, Lutheraniſmi, Manichęiſmi, atque etiam Pelagianiſmi inſimulat in Tertio ſuo Tomo de *Ente ſupernaturali*. Sed quâ fide? Vtique *Græcâ* vel *Punicâ*! Sed expanderunt Lovanienſes rete ſuum, ganniente meque Ripaldæ *Vulpem* illaquearunt; prę- *Ripalda.* *Lovanienſes.*

Iſa. 28. 14. & 15. miſſo in Ripaldam & complices hoc tonitruo: *Audite verbum Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum, qui eſt in Hieruſalem. Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm tranſierit, non veniet ſuper nos: quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus.* Nec mitiùs habita ab Academicis Toloſanis ante pauculos annos altera vulpes, quam Franciſcus Annatus Ieſuita ad ganniendum eduxit. Nam cenſorio laqueo beſtiam irretierunt, atque ob æquiparatos Calviniſtis Thomiſtas obtriverunt: Memores vtique Pontificij Diplomatis ad Maiores ſuos olim directi, quo Angelici Doctoris ex Auguſtino hauſta doctrina ſectanda eis ac propaganda iniungitur: [z] 'Attendentes (ait eis papa Ur-,banus) quantâ à Deo dotatus ſciēntiâ Ordinem Patrum Prædicato-,rum & vniverſalem Eccleſiam illuſtraverit, ac B. AVGVSTINI veſti-,gia inſequens, Eccleſiam eandem doctrinis & ſcientijs quamplurimis ,adornaverit——Volumus, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt ,dicti B. Thomæ doctrinam, tanquam veridicam & catholicam ſectemini, eandemque ſtudeatis totis viribus ampliare'. Hâc itaque Apoſtolici Pręſulis admonitione excitata Toloſana Facultas, irretivit & obtrivit vulpeculam Annatinam, quæ demoliri niſa eſt vineam. Sed nec ſegniore curâ Facultas Theologica Colonienſis, obviare ſatagens vulpecularum incurſionibus, ſepem circumdedit vineę ſuę; decernens vt Theſes omnes in ſcholis ſuis propugnandæ deſcriberentur ex Libello, quem ſub hoc titulo excudi curavit: '*Sacra Theologia*, quam iux-,ta Summæ Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino Methodum & ,mentem, tribus pro Summæ diviſione partibus comprehenſam, atque ,in ſingularum partium Tractatus, Sectiones, Diſputationeſve ſubdi-,viſam SACRA FACVLTAS Theologica Generalis Almæ Colonien-,ſium Vniverſitatis ſtudij hactenus in Scholaſticis concertationibus, ,more Maiorum, ventilandam proponit, publicè pro Scholæ vſu ac

Facultas Toloſana.

[z] *Vrbanus V. in Bulla ad Academiam Toloſanâ, apud Bzovium ad Annum 1370. n. 15.*

Facultas Colonienſis.

fundatio-

›fundatione profitetur, atque pro eiusdem perenni conservatione suo DECRETO typis divulgandam censet'. In decursu Operis, vbi ad materiam de prædestinatione pervenitur, hæc Thesis quasi quoddam repagulum vulpeculis incursitantibus contraponitur, Parte 1. Tract. 2. Sect. 3. Disp. 6. n. 3. 'Prædestinatio facta est ab æterno, præcisè ›absque vllo volentis aut currentis conatu vel merito prævisо, & ab›solutè absque creandæ voluntatis in consensu & cooperatione con›cursuræ conditione, ex solius miserentis Dei mero beneplacito: ita ›vt ex parte prædestinati nulla detur prædestinationis ratio obiectiva ›seu causa, neque quoad decretum gloriæ, neque quoad decretum gratiæ'. Rursus ne quis putaret, prædestinationem subniti præscientiâ saltem conditionalium, quam Iesuitæ vocant *Mediam*, eadem Facultas ibidem superiùs Disp. 2. n. 3. præmiserat: 'Scientiam mediam, ›quam Neoterici quidam resuscitant, ac tertium scientiarum genus ›statuunt, quâ Deus in creatæ voluntatis plena comprehensione, ante ›omne suum decretum infallibiliter videat, quid liberum arbitrium ›sub his vel illis circumstantijs determinatè eligeret, Non agnoscimus'. Eant nunc Iesuitæ, & imperitis insusurrent, sententiam sibi adversam de prædestinatione antecessoriâ redolere Calvinismum: Atque ita vt seipsos à Pelagianismi labe expurgent, primarijs orbis christiani Academijs notam erroris affigant: aut certè Calvinum ab errore absolvant, cui tot Academias patrocinari contendunt.

CAPVT XIV.

Augustini de gratuita electione ad gloriam sententia vberiùs elucidatur, atque à sinistra quorundam interpretatione vindicatur. Prædestinationis ad gloriam cum prædestinatione ad gratiam finaliter perseverantem coherentia expenditur, & perperàm hanc pro illa obtrudi ostenditur.

QVia præcedente capite sententiam Augustini de divina prædestinatione perinde ac de gratia amplectendam ostendimus, opportunum fuerit vt præsenti capite eam lectoris oculis contuendam exhibeamus. Hoc enim necessarium est, propter quosdam Neotericos; qui probè scientes quàm connexa in hoc puncto sit Romanæ Ecclesiæ & Augustini authoritas, maluerunt Augustinum sinistrè interpretari, quàm apertè deserere. Quorum praxim improbaturus Iesuita Petavius, cùm præmisisset: [a] 'Iampridem disputari in vtramque partem ›cœpit in scholis ista quæstio: neque pro aliquo præiudicio valere ad ›hanc controversiam credita est authoritas Augustini': Continuò subdidit: 'Quod nonnulli NIMIVM VERENTES, ne illius opinionis ›desertores haberentur, maluerunt interpretes esse non boni; vt ei in›vito ac repugnanti opinionem alteram inducerent; tanquam is causâ electio-

[a] *Petavius Tomo 1. Dogmatū Theol. l. 10. c. 1. n. 1.*

Digitized by Google

,electionis ad gloriam, præter Dei voluntatem, conſtituerit vllam; at-
,que ex meritis bonorum operum illam fieri putaverit. Quibus in
tota antecedenti Diſputatione plenè confido eſſe ſatisfactum'. In an-
tecedenti porrò iſtâ Diſputatione ſeu libro, vt ſub initium præceden-
tis capitis retulimus, ducem eorum, qui Auguſtinum apertè deſeruê-
runt, Petavius ſtatuit Ambroſium Catharinum; eorum verò qui Au-
guſtinum ſiniſtrè interpretari quam apertè repudiare maluerunt, Ga-
brielem Vaſquez. Quorſum autem in priori membro Catharinum
nominare maluit quàm veteres Maſſilienſes, qui, teſte Molina, [b] 'Ne
,Auguſtini doctrinæ adhærerent, hæreſi potiùs pelagianæ ex parte
aſſentiendum putabant'? Vtique quia cùm ei propoſitum eſſet, Augu-
ſtinum patenter repudiare, maluit quempiam è Scholaſticis, quàm re-
probatos olim hæreticos videri velle imitari. Sed profectò imitando
Catharinum, imitatus eſt & eius prodromos: [c] 'Viginti quinque (ait
,de Catharino Benedictus Pererius Petavij Conſodalis) adversùm
,ſententiam Auguſtini coacervavit argumenta. Sed iſtæ obiectiones
,Adversùs Auguſtinum, non ſunt novæ, nec recèns inventæ à Catha-
,rino, vel alijs huius temporis: ſed iſta ipſa olim, vivente etiam tum
,Auguſtino, à MASSILIENSIBVS, alijſq; Galliæ Epiſcopis, adversùs ip-
,sũ obiectæ ſunt. Ea tamen nihil moverunt Auguſtinũ, quo minus ſen-
,tentiam ſuam conſtanter tueretur, & perſeveranter teneret vſque ad
,mortem: neque ſcandala, ſi quæ ob id oriebantur, & nonnullis ac-
,cidebant, curanda eſſe putavit, indicans eſſe paſſiva, vt quæ ex inſci-
,tia veritatis & imperitia divinarum Scripturarum naſcerentur. Beatus
,quoque Thomas, non minori pietate ac religione quàm ingenio &
,doctrinâ præditus, iſtiuſmodi obiectionibus atque offenſionibus &
,ſcandalis nihil perturbatus, aut motus eſt, nec ab Auguſtini ſententia
,deduci potuit. Quinetiam ipſemet Apoſtolus, qui tam religiosè cu-
Cor. 8. ,rabat & cavebat, ne cui ſcandalum daret, vt affirmaret, *ſe nunquam car-*
,*nes manducaturum, ſi ob id quiſquam fidelium ſcandalizandus eſſet*; hanc ta-
,men doctrinam prædeſtinationis & reprobationis hominum, licet vi-
,deret offenſioni & ſcandalo fore multis, veritatis & divinæ Scriptu-
,ræ ignaris, eam tamen & apertè, & affirmatè, & enucleatè tradere
voluit'. Hæc Pererius de Catharino, quæ non minùs aptè quadrant
in eius imitatorem Petavium: qui ſi dedignatus eſt auſcultare Pererio,
cur ſaltem non timuit cenſuram Proſperi, qui cùm de Auguſtino ali-
cubi dixiſſet: [d] 'Piâ conſtantiq́ue doctrinâ abundanter probavit, præ-
,dicandam eſſe Eccleſiæ prædeſtinationem, in qua eſt gratiæ præpara-
,tio; & gratiam, in qua eſt prædeſtinationis effectus; & præſcientiam
,Dei, quâ ante ſæcula æterna quibus eſſet collaturus ſua dona præſci-
vit': mox ſubdidit: 'Cuius prædicationis quiſquis eſt impugnator,
APERTISSIMVS EST PELAGIANÆ ELATIONIS ADIVTOR'? Verùm
quia de authoritate Auguiſti in materia prædeſtinationis ſufficienter

[b] *Molina in Concord. q. 23. ar. 4 & 5. Diſp. 1. Membro vltimo.*

[c] *Pererius in caput 9. ad Rom. Diſp. 13 n. 78. vide Sixt. Senen. l. 6. Biblioth. Annot. 252.*

[d] *Proſp. Reſp. ad Excerptum 9. m Genuenſiũ.*

iam egimus capite ſuperiori, tranſibimus nunc ad eos, qui, teſte Petavio, *Nimiùm verentes, ne Auguſtiniana opinionis deſertores haberentur, maluerunt interpretes eſſe non boni.* De qualibus olim Facultas Theologica Lovanienſis in *Iuſtificatione* ſuæ Cenſuræ cap. vltimo dicebat: 'Modeſtiùs quidem verecundiùſque agere videntur (quàm Catharinus nimirum cum ſimilibus palàm Auguſtino diſſentientibus) qui ne palàm cum Auguſtino bellum ſuſcepiſſe videantur, dicta eius in diverſum ſuumq; ſenſum novâ interpretatione traducere laborant; vt non modò nihil contra ipſos, ſed etiam pro ipſis iam facere exiſtimari poſſit. Sed quorum ſtudium non minùs, quin etiam magis fortaſsè periculoſum ac noxium ſit; cùm manifeſtum vitare adverſarium, quàm occultum, facilius ſit. Qui cum pro Auguſtino certare videantur, miro tamen artificio Auguſtinum ex Auguſtino oppugnant, eiuſque authoritatem eiuſdem authoritatis præſidio expugnant'. Etenim non magnopere verendum exiſtimo, ne quiſquam è ſinceris veritatis amatoribus, ab Auguſtino in hac materia divelli ſe ſinat authoritate eorum, qui apertos ſe eius hoſtes profitentur; præſertim cùm ex dictis ſuperiori capite ſatis conſtet, Auguſtini & Eccleſiæ coincidere ſenſum: Magnâ verò cautelâ vigilandum eſt adversùs eos, qui Auguſtinianos ſe ſimulant vt Auguſtinum ſubvertant. Nam vt præclarè Leo Papa admonet, [c] 'Plus plerunque periculi eſt in inſidiatore occulto, quàm in hoſte manifeſto'. Cui conſonans Caſſiodorus ſuper Pſalm. 54. 'Graviſſimum inimicitiæ genus eſt (inquit) eſſe corde adverſarios, & linguâ ſimulare devotos'. Inde eſt & illud Boëthij lib. 3. de Conſol. Philoſoph. proſa 5. in fine: 'Quæ peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus'? Tanquam diceret, Nulla. In cuius loci Commentario Angelicus Doctor adducit illud poëtæ: *Plus nocet, vt noſtis, ad cuncta domeſticus hoſtis.* Porrò quia Petavius Gabrielem Vaſquez nominatim expreſſit, cùm de eis ageret, qui, *Ne tantum à ſe pondus authoritatis abiudicarent, Auguſtinum quoquo modo trahere in partes ſuas conati ſunt; & contrà quàm omnis retrò antiquitas inſtituit, illius interpretari ſententiam:* Non abs refuerit advertere, quàm devotum ſe erga Auguſtinum ſimulet Uaſquez, in hac ipſa prædeſtinationis & gratiæ materia. Ait quippe inter cætera: [f] 'Multo melius nobis eſt, cum Auguſtino, quàm cum alijs, ſentire: qui in materia de gratia & prædeſtinatione, inter cæteros Eccleſiæ Patres, non aliter quàm ſol inter cætera minora ſydera, præfulget'. Et inferiùs ibidem cap. 4. in principio: 'Tametſi (inquit) aliorum Patrum authoritas in omni controverſia magni ponderis apud omnes eſſe debeat, in hac tamen de qua nunc agitur, vnus pro multis mihi ſemper erit Auguſtinus'. Qui rurſus Diſp. proximè ſequenti cap. 3. n. 11. acerrimè reprehendit Catharinũ (& in eo Petavium) quòd Auguſtini de prædeſtinatione ſenſum *impudenter* impugnet. Sed quamvis non pari fortè animoſitate aut temeritate, certè pari vel maiori periculoſitate ac noxietate Vaſquez Auguſtini ſenſum ſimulatâ devotione tranſvertit: 'Tacitæ inimicitiæ (ait Cicero in Verrem) magis metuendę ſunt, quàm indictæ & aper-

Facultas Lovanienſis.

[c] *Leo Serm. 9. de Quadrag. c. 1*

Caſſiodorus.

Boëthius.

[f] *Vaſq. Tomo 1. in 1. p. Diſp. 89. c. 1. n. 7.*

Cicero.

Digitized by Google

tæ'. Sed non ita tacitæ ſunt Vaſquij in Auguſtinum inimicitiæ, quin occaſione oblatâ in apertum prorumpant. Nam inferiùs ibidem Diſp. 97. cap. 3. Auguſtini ſententiam de gratia non omnibus impertita explodit, non minùs impudenter quàm Catharinus de prædeſtinatione: 'Cùm de Dei miſericordia (inquit) multa magnaque præſumere de- *Vaſquez.*
,beamus, tamque egregia & præclara Scriptura prædicet, atque ex ſola
,Dei voluntate pendeat, tale auxiliũ alicui denegari; niſi nobis de hac
,voluntate manifeſtè conſtet, id nullo modo affirmare debemus: ea
,verò voluntas nõ aliunde quàm Scripturâ, aut revelatione, ſeu tradi-
,tione poteſt innoteſcere. Cùm ergo nullo ex his modis Dei propoſi-
,tum nobis notum ſit, TEMERE affirmabimus, illud auxilium aliqui-
,bus denegari: Atque ab Auguſtino & aliis, QVI ID DOCVERVNT,
,petere poſſumus, vndenam huius voluntatis Dei certiores fuerint effecti'. Inter illos *alios*, qui idem cum Auguſtino hìc docuerunt, & idcircò pariter repelli meruerunt, ſunt Proſper & Fulgentius; de quibus ibidem ſuperiùs præmiſerat Vaſquez: 'Fateor ſanè ſuſpecta mihi
,eſſe teſtimonia Proſperi & Fulgentij, quòd diligentiſſimi & exactiſ-
,ſimi Auguſtini diſcipuli ſint, & oppoſitam videantur ſequi ſententiam'. Quis crederet, elogia ſuperiùs hìc relata, ex ſincera devotione, ac non potiùs ex mera ſimulatione Vaſquezij prodijſſe? Videor audi-
Pſal.48.19 re Pſaltem Regium Auguſtino de Vaſquezio inſonantem: *Confitebitur tibi, cùm beneſeceris ei.* Appoſitè Boëthius verbis proximè ex ipſo citatis præmiſerat: 'An præſidio ſunt amici, quos non virtus, ſed for- *Boethius.*
,tuna conciliat? Sed quem fœlicitas amicum fecit, infortunium faciet
inimicum'. In quem locum Angelicus Doctor: 'Nota (inquit) de *D. Thomas.*
,amicis Sophiſticis loquitur Seneca in Epiſtola: *Qui vtilitatis causâ* *Senec. Epiſt. 9.*
,*aſſumptus fuerit, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Amicorum turba* *Vide ibi*
,*florentes circumſedet, circa everſos ingens ſolitudo eſt.* Vnde Poëta: *Nam* *Notas Lypſij.*
,*pretio quæſitus amor cum munere cedit: in quantum durat largitio, durat amicus.* Alter Poëta: *Dum fortuna tonat, fugientes terret amicos: Nam quis*
,*amet, quis non, vera procella docet.* Et alter Poëta: *Dum Zephyrus flabat, multis comitabar amicis: Aſt omnis Aquilo turbine flante fugat*'. Auguſtini ſententia de prædeſtinatione Vaſquio viſa eſt ſuavis & mollis quaſi flatus Zephyri, quia exiſtimavit ſe eam poſſe in ſuum ſenſum torquere: ideoque Auguſtini comitatui ſeſe ingerens exclamavit, *Vnus pro multis mihi* SEMPER ERIT *Auguſtinus.* Sed qui *ſemper* dixit, quomodo tam citò reſilijt? Utique quia Zephyrus flare deſijt, & horrificus Aquilonis turbo ſucceſſit. Quis ille turbo? Sententia nimirum TEMERE AFFIRMANS, *Auxilium ſufficiens aliquibus denegari.* Credo ſi hunc turbinem Vaſquez prævidiſſet quando ſuperiùs de Auguſtino dixerat, *In materia de* GRATIA *& Prædeſtinatione, inter cæteros Eccleſiæ Patres, non aliter quàm ſol inter minora ſydera, præfulget*; Suppreſſo GRATIÆ nomine ſolius prædeſtinationis meminiſſet. Videat lector conſimilem Petavij antilogiam capite præcedente §. 3. perſtrictam: Obſervet præterea qualiter iſti homines, & inter ſe diſcordent,

& discordi tamen concordiâ Augustinum infestent. Ambo fatentur Augustini de GRATIA & PRÆDESTINATIONE sententiam cæteris esse præferendam: Alter nihilominùs in materia Gratiæ, alter in materia Prædestinationis, sciens volens, Augustini sententiam impugnat. Atque ita dum vterque ex vnius Augustini impugnatione sibi famam aucupatur, tam Augustino, quàm sibimetipsi, quàm suo Consodali adversatur.

2. Sed videamus quibus subtilitatis præstigijs sententiam Augustini de prædestinatione gratuita in suum sensum Vasquez detorqueat:

§ Vasq. Tom. 1. in 1. p. disp. 89. cap 8. n. 58. & 59.

§ 'Non pauci (ait ille) putantes cum Okamo & Gabriele, quos suprà ,in hac Disputatione cap. 2. retulimus, prædestinationem esse solùm ,voluntatem illam quâ Deus efficaciter decrevit aliquos beare; cùm ,viderent Augustinum passim clamare, homines prædestinatos esse ,gratis & absque meritis, imò sic prædestinatos esse ad vitam æternam, ,vt lib. 6. Hypognost. circa medium, cui consensit Concilium Va,lentinum sub Lothario imperatore cap. 3. Dixerunt, ipsum planè ,sensisse, homines electos fuisse voluntate illa efficaci ad vitam æter,nam, sine meritis etiam cum gratia factis; & in eo Augustinum Græ,cis Patribus fuisse adversatum. Sic Augustinum intellexerunt Drie,do, Ruardus, & Sixtus Senensis, à nobis citati cap. 1. huius dispu,tationis, & eius sententiam in hoc sensu sequuntur. Sic etiam inter,pretati sunt Augustinum Catherinus, Camerarius, Osorius, à nobis ,ibidem allegati, licet opinioni Augustini sic explicatæ minimè ac,quiescant, vt eodem capite vidimus. Hi tamen authores in duobus ,MANIFESTE DECEPTI SVNT: Alterum est, quòd electionem ad vitam æternam cum prædestinatione confundant' &c. Et inferiùs num. 62. 'Alterum (subdit) in quo hi authores fuerunt decepti, est, quòd ,putarunt Græcos Patres Augustino contraria docuisse, quasi assereret ,Augustinus homines ad gloriam sine meritis electos fuisse: cùm reve,ra Patres Græci, ET MASSILIENSES, qui eorum testimonio nite,bantur, id contra Augustinum impugnare NVNQVAM SOMNIARINT'. Et interpositis quibusdam Augustini testimonijs, quibus prædestinatio gratuita ad gratiam viæ, non ad gloriam patriæ astrui videtur, subiungit inferiùs num. 66. 'Cæterùm ex his quis non videat, solùm ,hìc voluisse Augustinum excludere opinionem Massilienſium, qui ,dicebant, Nos eligi ad gratiam propter meritum fidei, quod ex no,bis haberemus? De electione autem ad vitam æternam ex meritis ,gratiæ prævisis, ne verbum quidem habet: Siquidem de his cum Mas,silienſibus nulla erat controversia'. Contendit itaque Vasquez, Augustinum, quoties gratuitam astruere videtur prædestinationem, *prædestinationis* vocabulo intelligere præparationem gratiæ viatoriæ, non autem gloriæ comprehensoriæ. Atq; ita suam sententiam Augustino obtrudit, quasi ille docuisset, homines ad gratiã viæ prædestinari quidẽ gratis, ad gloriam verò patriæ ex prævisis meritis cum gratiæ gratis prædestinatæ adiutorio exercendis. Vasquio sic sentienti subscribit Lessius:

Digitized by Google

Leſſius: Qui cùm numeroſam Scholaſticorum catervam pro præſciẽtiaria ad gloriam electione convocaſſet, adiunxit: [h] 'Addo Sanctum ,Auguſtinum videri omninò eſſe huius ſententiæ: id quod fusè à do-,ctiſſimis viris, Gregorio à Valentia, Gabriele Vaſquezio 1. p. q. 23. ,& Thoma Stapletono in quadam Oratione hac de re habita, oſten-ſum eſt'. Et in Articulo 20. à Lovanienſibus & Duacenſibus cenſu-rato: 'Quanquam diverſa ſententia Auguſtino tribuatur, non puto ,tamen eſſe Auguſtini. Nam vbi de hac re loquitur, non exprimit ,vtrùm loquatur de immediata electione ad gloriam, an de mediata, ,quæ eſt ad gratiam: Item an loquatur de electione abſoluta & effi-caci, an de conditionata, id eſt, ſi gratiæ fuerint cooperati'. Hanc porrò Auguſtinianæ mentis nõ tam interpretationem, quàm detortio-nem ac adulterationem, ita accuratè ex ipſo Auguſtino refellit & ob-terit horum Socius Petavius Tomo 1. Dogmat. Theolog. lib. 9. cap. 13. & duobus ſequentibus, vt fruſtraneum foret quidpiam adijcere, ſi omnibus luberet tam apertum Auguſtini oſorem inſpicere: Qui vt præcedente capite indicavimus, non eo fine mentem Auguſtini eluci-dat, vt amplectendam lectoribus commendet; ſed vt ſuo exemplo omnes ad audacter obluctandum invitet. Cui meritò occinitur, quod olim in ſimilem Auguſtini obtrectatorem Proſper aiebat: [i] 'Hæc pu-,gna, Incentor, mors eſt tua; te ſtylus iſte conficit, & verbis perderis ,ipſe tuis. Dumque doces quantum valeat mens libera, monſtras, velle tuum tibimet ſufficere, vt pereas'. Et illud item eiuſdem cap. 1. adversùs Collatorem: 'Unde hæc diligentia tam ſeveri emerſit ,examinis? Vnde in hanc auſteritatem ſupercilium tam tetricæ frontis ,ſe armavit, vt menſuras ſenſuum, pondera locutionum, numeros ſyl-,labarum inſidioſus ſcrutator eventilet; magnumque ſe aliquid con-,ficere præſumat, ſi Catholico prædicatori notam erroris affigat? quaſi ,incognitum aliquod opus, & quod hactenus latuerit, impetatur; ac ,non illa his morſibus doctrina lanietur, quæ novorum hæreticorum ,commenta diſiecit, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis eli-,ſit. Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei, Catholica ,acies, huius viri ductu pugnat, & vincit. Vincit, dico, quia non pa-,titur reſpirare quos vicit, & in quorum excidium vnam cunctorum ,ſacerdotum manu ſententiam ſcripſit. Pulſi pontificio, & commu-,nione privati, querantur quaſi de fœlicitate noſtræ victoriæ, & ar-,ment in nos linguas ſuas qui exulare à veritate, quàm cives eſſe Ec-,cleſię maluerunt: noſtri autem concorporales, ac participes gratiæ ,Chriſti, cur de his armis, quibus communis fides eſt defenſata, cau-,ſantur? Cur bellum confectum retractant, & munitiones ſecuræ du-dum pacis infirmant'? Quid ad hæc dicturus eſt Petavius, aut eius aſſeclę: [k] 'Qui (vt olim de ſimilibus Caſſiodorus aiebat) putant eſſe laudabile, ſi quid contra antiquos ſapiant'. Imitantes illos *nugigerulos*, qui, teſte Hugone Victorino in Prologo §. 19. relato, 'Neſcio vn-,de gloriantes, priores Patres ſimplicitatis arguebant; & ſecum natam,

[h] *Leſſius de Prædeſt. Sect. 2. num. 9.*

[i] *Proſp. Epigr. 2. in obtrectatorem Auguſtini.*

Vide Fulg. l. 2. de verit. prædeſt. c. 18.

[k] *Caſſiod. lib. divinarum Inſtit. cap. 11. Hugo Victor.*

Ex quo manifesto sequitur corollarium 1. Propositi quod Sinus quae-
Fig. 180. vis arcus AB, ad Sinum complementi arcus AC, sit in ratione
Fig. 181. Radii ad Tangentem arcus AB. Nam in Fig. 180. Sinus arcus AB
Fig. 182. est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens
Fig. 183. arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 181. & 182. Nam in Fig. 181. Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 182. Nam Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB.

Corollarium 2. Ex hoc sequitur, quod Sinus arcus cujusvis ad Sinum complementi, sit in ratione Radii ad Tangentem arcus illius. Nam Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 181. & 182. Nam in Fig. 181. Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 182. Nam Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB.

Corollarium 3. Ex hoc sequitur, quod Sinus arcus cujusvis ad Sinum complementi, sit in ratione Radii ad Tangentem arcus illius. Nam Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 181. & 182. Nam in Fig. 181. Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB. Eadem ratio in Fig. 182. Nam Sinus arcus AB est BD, Sinus complementi AC est CE, Radius est AC, Tangens arcus AB est AG. Quare ratio Sinus arcus AB ad Sinum complementi AC, est ratio BD ad CE, hoc est ratio AC ad AG, quae est ratio Radii ad Tangentem arcus AB.

Fig. 184. Fig. 185. Fig. 186. Fig. 187. Fig. 188. Fig. 189. Fig. 190. Fig. 191. Fig. 192. Fig. 193. Fig. 194. Fig. 195. Fig. 196. Fig. 197. Fig. 198. Fig. 199. Fig. 200. Fig. 201. Fig. 202. Fig. 203. Fig.

ipſa gratia. Rectè enim ſequitur, Si gratia abſque reſpectu ad prævia merita datur, ergo abſq; reſpectu ad merita prævisa prædeſtinatur: nõ tamen ſimiliter ſequitur, Si gratia abſq; reſpectu ad prę via merita datur, ergo gloria abſq; reſpectu ad prævisa merita prædeſtinatur. Ratio eſt, quia tametſi nihil ſit cauſa prioris quin ſit cauſa poſterioris, nihil tamen vetat aliquid eſſe cauſam poſterioris quod non ſit cauſa prioris: vt patet in ipſis meritis, quæ ſunt cauſa gloriæ, ſed nõ gratię ſaltem primę, quæ eſt principium omnis meriti. Facilè ergo concipitur quomodo Celeſtinus de gratiá gratuita & prædeſtinatione ad gratiam ſimiliter gratuita, controverſiam deciderit pro Auguſtino adversùs Semipelagianos, nihil decidendo de controverſia electionis ad gloriam vt antecedenter vel ſubſequenter ad prævisionem meritorum peractæ. Verùm ſi vel mediocriter recolantur quæ prę cedente capite §. 2. & ſequentibus dicta ſunt, evaneſcet protinus hæc Vaſquezij ſubtilitas. Quæro enim qualiſnam cenſenda eſt illa gratia, ad quam nos Celeſtinus poſt Auguſtinum gratis prædeſtinari decidit? Proculdubio talis, qualis divino eloquio prędicatur, & qualis opere ſuę poteſtatis agnoſcitur. At verò quiſquis talem gratiam aſtruit, 'Neceſſe habet con-, fiteri, quod ex omni numero hominum per ſæcula cuncta natorum, , certus apud Deum definituſque ſit numerus PRÆDESTINATI IN , VITAM ÆTERNAM populi, & SECVNDVM PROPOSITVM DEI VOCANTIS ELECTI'. Igitur ſi Celeſtinus conſentaneè ad Auguſtinum aſtruxit eiuſmodi gratiam, & prędeſtinationem ad ipſam; aſtruxit pariter, quod ex omni numero hominum per ſęcula cuncta natorum, certus apud Deũ definituſq; ſit numerus prędeſtinati IN VITAM ÆTERNAM populi, & SECVNDVM PROPOSITVM DEI VOCANTIS ELECTI. Etenim ex ibi dictis perſpicuè apparet, quàm connexa ſit ſententia de electione gratuita ad gloriam cum ſententia de gratia finaliter perſeverandi, ac prędeſtinatione ad ipſam. Vnde quia Vaſquez, & quotquot ei conſentiunt, non talem aſtruunt gratiam, qualis divino eloquio prędicatur & opere ſuæ poteſtatis agnoſcitur, ſed qualis Semipelagiano eloquio adulteratur & languore ſuæ imbecillitatis agnoſcitur; refugiunt confiteri, quòd ex omni numero hominum per ſæcula cuncta natorum, certus apud Deum definituſque ſit numerus prædeſtinati IN VITAM ÆTERNAM populi, & SECVNDVM PROPOSITVM DEI VOCANTIS ELECTI. Apertiſſimè quippe Vaſquez pronunciat, q 'Numerum prædeſtinatorũm non eſſe certum ex electione ad beatitudinem ante merita'. Nec minus apertè Jeſuitæ Lovanienſes inter Articulos ab vtraque Academia Belgica proſcriptos hunc aſſeruerunt ordine trigeſimum: 'Numerus prędeſtinatorum , non eſt certus ex præordinatione quę antecedit omnem prędſcientiam operum'. Conſonè prorſus ad veteres Semipelagianos, de quibus Proſper in Epiſtola ad Auguſtinum: 'Nec acquieſcunt (inquit) præ-, deſtinatum electorum numerum, nec augeri poſſe, nec minui: ne lo-, cum apud infideles ac negligentes cohortantium incitamenta non ha-, beant; ac ſuperflua ſit induſtriæ ac laboris indictio, cuius ſtudium

Præcluditur.

Vide Proſp. Epiſt. ad Ruffin. cap. 17.

q *Vaſq. in 1. p. diſp. 101. c. 2.*

Digitized by Google

ἀνδρῶν εἰθισμένων ἐν τοῖς ἀγῶσι τὰ πρῶτα φέρεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ ἱππικῷ ἀγῶνι, ἐν ᾧ ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβὰς ὁ Κόμμοδος ἐπεδείκνυτο τὴν ἱππικὴν τέχνην, ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβὰς ὁ Πέρτιναξ

tem negat divini operis, amore proprię dignitatis'. Hinc ad eos exclamat alibi idem Prosper: [t]'Vos igitur soli queruli, soliq; superbi: ,Vos soli Ingrati, quos vrit gratia; cuius omne opus ARBITRIO VVLTIS SVBSISTERE VESTRO'. Et inferiùs ibidem cap. 36. 'Audeat ,amens impietas tumido arbitrio subnectere causas divinorum ŏperũ'. Et superiùs cap. 19. 'Nullam habet in vobis salvatrix gratia sedem, ,inflato excluſa arbitrio, quod fronte superbâ erigitis, spatio vt graviùs maiore ruatis'. Hinc eosdem lib. 1. de Vocat. Gentium cap. 22. *Voluntatum patronos*, & Præfat. ad Capitula Gallorum, *Liberi arbitrij decomptores* appellat. In catena itaque Semipelagianæ hæreseos primum annulum constituit error de libero arbitrio nimis elato; Secundum annulum error de præscientiaria electione ad regnum; Tertium annulum horror antecessoriæ prædestinationis ad gloriam; Quartum annulum confictio gratiæ subdititicæ &c. Dices multi hodie Scholastici subdunt gratiam nutui liberi arbitrij, qui tamen antecessoriam electionem ad gloriam astruunt, & præscientiariam omninò repudiant. Ergo Massilienses existimando incompatibilem esse gratiam subdititicam cum electione antecessoria ad gloriam, trepidaverunt timore vbi non erat timor. Respondetur, Scholasticos istos non astruere electionem ita antecessoriam, vt non ei præfingant præscientiam conditionalium, quâ Deus prædestinaturus exploret prædestinandorum assensum: Cuiusmodi electionem Massilienses nunquam horruissent, sed incunctanter admisissent, si eis proposita fuisset. Quia verò Augustinus electionem longè aliter antecessoriam astruebat, quæ scilicet omnem voluntatis nutum seu absolutè seu conditionatè prævisum seponeret, quin potiùs ipsa voluntatem ad annuendum invictè per gratiam flecteret; clarissimè cernebant incompatibilitatem eiusmodi electionis cum gratia subditicia: Atque ita cum alterutram negare cogerentur, illam potiùs quàm istam negare maluerunt. Rursus quia similem cernebant incompatibilitatem prædestinationis præscientiariæ cum gratia indeclinabiliter & insuperabiliter movente humanas voluntates, hanc potiùs quàm illam renuere maluerunt. Quisquis igitur vel gratiam humanæ voluntati velut pedissequam subdit, vel electionem ad gloriam ex præscientia meritorum cum tali gratia exercendorum suspendit, Massilienſibus suffragatur, & Augustino adversatur. Nec verò audiendi sunt, qui censent, sibi fas esse in alterutro prædictorum Massilienſibus consentire. Nam, vt Prosper de Massiliensium hæresi loquens testatur: [u]'Notum est, ita se falsitatis istius habere ver-,sutias, vt si eis liceat prætentæ correctionis imagine aliquod sibi fa-,ventium radicis suę germẽ excipere, totam se possit in exigua sui parte reparare'. Qui rursus Poëmate *de Ingratis* cap. 8. diserte affirmat, 'Quòd tota nefandæ hæreseos summa, exigua sub parte tegatur: de ,qua plena mali labes renovetur, & omne commenti corpus per singula membra resurgat'. Quàm periculosè porrò in hac ipsa prædestinationis materia erretur, indicat Augustinus lib. de Bono perseverantię

[t] *Prosp. Carm. de Ingratis. 34*

Obiectio.

Responsio.

Evasio pręclusa.

[u] *Prosp. l. contra Collat. c. 44. Vide Leonem Epist. 86. ad Nicetam.*

cap. 24. ſub initium: Cui ſubſcribens Fulgentius: [u] 'Deus (inquit) ,qui hominem condidit, ipſe prædeſtinatione ſuâ & donum illumina- ,tionis ad credendum, & donum perſeverantiæ ad proficiendum atq; ,permanendum, & donum glorificationis ad regnandum, quibus dare ,voluit, præparavit: qui non aliter perficit in opere, quàm in ſua ſem- ,piterna atque incommutabili habet voluntate diſpoſitum. Cuius præ- ,deſtinationis veritatem, qua *nos ante mundi conſtitutionem prædeſtinatos* Epheſ. 1. ,*in Chriſto* teſtatur Apoſtolus, ſi quis detrectat cordis credulitate reci- ,pere, vel oris profeſſione proferre, ſi ante vltimum diem vitæ præ- ,ſentis, impietatis ſuæ contumaciam, quâ Deo vivo & vero rebellis ,obſiſtit, non abiecerit, MANIFESTVM EST EVM NON PERTINERE ,AD EORVM NVMERVM, QVOS DEVS IN CHRISTO ANTE MVNDI ,CONSTITVTIONEM GRATIS ELEGIT ET PRÆDESTINAVIT AD REGNVM'. Addi poteſt & illud Auguſtini: [w] 'Ex duobus pijs, cur huic ,donetur perſeverantia vſq; in finē, illi autē non donetur, inſcrutabilia ,ſunt iudicia Dei. Illud tamen FIDELIBVS DEBET ESSE CERTISSIMVM, hunc eſſe ex prædeſtinatis, illum non eſſe'.

[u] *Fulg. l. de Incarnat. & Grat. in Epilogo.*

[w] *Aug. lib. de Bono Perſever. cap. 2.*

Mirum porrò eſt quâ fide vel oſcitantia auſus eſt Vaſquez Diſp. 91. cap. 11. n. 79. in ſui dogmatis confirmationem adducere verba Fulgentij proximè citata; quibus tamen apertiſſimè aſtruitur gratuita electio ſeu prædeſtinatio ad regnum. Quid enim apertius quàm quod ibi in fine legitur, *Gratis elegit & prædeſtinavit ad regnum*? Sed nec minus ineptè Diſp. 89. cap. 6. n. 48. allegat ex Proſpero illud: [x] 'Fruſtrà dicitur quòd ratio operandi non ſit in electis, cùm etiam ad hoc operentur, vt electi ſint': tum quia ibidē proximè præmittitur, 'Deus ergo his quos elegit ſine meritis, dat vnde ornentur & meritis': tum denique, quia, vt obſervat Arrubal Vaſquij conſodalis, [y] 'Conſtat in ,eo loco illam particulam, *vt*, per errorem eſſe poſtpoſitam verbo *ope- ,rentur*, cùm ante illud eſſe debeat, hoc modo: *Cùm etiam ad hoc vt operentur, electi ſint*. Sic habent libri correcti, & ex contextu eſt mani- ,feſtum: proximè enim redditur hæc ratio, quia *virtutum munera otioſa eſſe non poſſunt: Non igitur ad hoc datur continentia, vt concupiſcentijs ,non repugnet; neque ſapientia, vt non die & nocte meditetur.* Itaque ſenſus eſt, Etiam in electis eſſe rationem operandi, quia ad hoc accipiunt dona gratiæ, vt operentur'. Fatetur Vaſquez, Proſperum (quem ibidem vocat *per omnia Auguſtinianum, atque acerrimum gratiæ propugnatorem*) de electione ad gloriam eo loco eſſe intelligendum. Debet igitur agnoſcere quòd iuxta correctiorem Proſperi editionem electio ad gloriam non fundetur in meritorijs electorum operibus, ſed potiùs ea cauſet. Inaniter autem Vaſquez perſuadere nititur, in anterioribus illis verbis, *Deus his quos* ELEGIT SINE MERITIS, *dat vnde ornentur & meritis*, per electionem ſine meritis intelligendam eſſe electionem non ad gloriam, ſed ad gratiam: præſertim cùm fateatur, in verbis immediatè ſubtextis, ſermonem eſſe de electione ad gloriam. Quis enim credat in tam brevi contextu talem latere æquivocationem,

[x] *Proſp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 35.*

[y] *Arrubal. in 1. p. Diſp. 72. c. 1. n. 4.*

4

nem, maximè cùm posterior sententiæ pars sit explanativa prioris? Augustini testimonia quibus Vasquez & Lessius pro astruenda præscientiaria electione ad gloriam abutuntur, diluentur inferiùs in solutione obiectionum cap. 12. §. 4. propositarum. Nunc interim observandum monemus, præscientiariæ prædestinationis assertores imitari saltem ex parte eos, 'Qui (vt testatur Prosper Resp. ad tria prima Du- Prosper.
'bia Genuensium) dicebant, eum (Augustinum) primo conversionis 'suæ tempore meliora sensisse, quando æstimabat quòd fides quâ 'Christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, 'sed esset ex homine & ex arbitrij libertate: modò autem errare eum, 'quia assereret, ipsam etiam fidem, Dei esse donum; & ad hanc quoq; 'pertinere quod dictum est, *Quid autem habes quod non accepisti?* neque 1.Cor.4. 7.
'rectè eum nunc ELECTIONEM Iacob ad propositum Dei referre, QVAM PRIVS AD PRÆSCIENTIAM retulisset'. Porrò quia Vasquez vltrò fatetur, Prosperum fuisse *per omnia Augustinianum*, audiat quid de suo Augustino Prosper continuò subtexat: 'Ad hanc ergo (ait) 'obiectionem respondet, se antè quàm cognosceret gratiæ veritatem, '& antè quàm regendæ præponeretur Ecclesiæ, in hac opinione igno- 'ranter errasse: sed in ipso Episcopatus sui exordio, sanctæ memoriæ 'Simpliciano Mediolanensi Antistite, de Iacob electione & Esau re- 'iectione consulto, totam quæstionem ad hos geminos pertinentem, 'sagaciore diligentiâ ventilasse: & omnibus ratiocinandi viribus hoc 'indubitanter agnovisse, quòd ELECTIONEM GRATIÆ NVLLA MERITA HVMANA PRÆCEDANT'. Audiat præterea quod ibidem in fine Prosper subdit de eis qui contendebant, rectiùs Augustinum pridem sensisse cùm electionem Iacob ad Dei præscientiam retulisset, quàm postmodum cùm eandem ad propositum gratuitum referret: 'Quia ergo (ait ibi Prosper) nec iusta nec rationabilis intelligitur eo- 'rum fuisse persuasio, qui huius viri (Augustini) scientiam tot incre- 'mentorum profectibus ædificatam, tot annorum studijs expolitam, 'ad adolescentiæ rudimenta revocabant, vt magis suffragaretur hæ- 'reticis quod inter initia conversionis suæ imperitè senserat, quàm pro- 'desset Catholicis quod Pontificali diligentiæ veritas revelarat: meri- 'tò illos hoc præiudicio vtentes, & IN HIS, QVÆ DVDVM ABDI- 'CATA FVERANT, IMMORANTES, pij Doctoris (Augustini) gravitas 'notat: quòd qui curaverunt omnes sensus ipsius indagare, noluerint cum eius eruditione proficere'. Postremis hisce verbis allusio fit ad illud quod Augustinus lib. de Prædest. Sanct. cap. 4. ait de Massiliensibus, 'Non sicut legere libros meos, ita etiam in eis curaverunt pro- ficere mecum'. Sed negabunt memorati præscientiariæ prædestina- Evasio.
tionis assertores, hoc ad se vllâ ratione spectare; quippe qui etiam ex illis ipsis libris Augustini ad Simplicianū, quos tantopere Prosper extollit, Augustinum sibi suffragantem allegant. Sed reyera si libros ad Præcluditur.
Simplicianum non iuxta suum præiudicium, sed iuxta Augustini sensum intelligere vellent, facilè deprehenderent, prædestinationem ad

Digitized by Google

gloriam non ſubniti prædeſtinandorum meritis, ſed potiùs è contrario merita profluere ex ipſa: [z] 'Videant (ait ipſe de Maſſilienſibus) vtrũ ,in primi libri poſterioribus partibus, eorum duorum quos mei Epiſ- ,copatus initio, antequàm Pelagiana hæreſis appareret, ad Simplicia- ,num Mediolanenſem Epiſcopum ſcripſi, remanſerit aliquid propter ,quod vocetur in dubium, gratiam Dei non ſecundùm merita noſtra ,dari: & vtrùm ibi non ſatis egerim, etiam initium fidei eſſe donum ,Dei: & vtrùm ex ijs quæ ibi dicta ſunt NON CONSEQVENTER ELV- ,CEAT, etſi non ſit expreſſum, etiam vſque in finem perſeverantiam ,non niſi ab eo donari, qui nos PRÆDESTINAVIT IN SVVM REG- NVM ET GLORIAM'. Quibus verbis apertè ſatis indicat, ſe in libris ad Simplicianum, quamvis non expreſſis terminis, implicitè tamen docuiſſe, perſeverantiam finalem Sanctorum ex prædeſtinatione ad Dei regnum & gloriam provenire. Nec minùs apertè id ipſum perhibet lib. de Corrept. & Gratia cap. 13. dicens: 'Numerus ergo San- ,ctorum per Dei gratiam DEI REGNO PRÆDESTINATVS, donatâ ſibi etiam vſque in finem perſeverantiâ, illuc integer perducetur'. Et ibi- dem ſuperiùs cap. 7. 'Quicunque (inquit) ab illa originali damnatio- ,ne, illâ divinæ gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubium, quòd & ,procuratur eis audiendum Evangelium, & cùm audiunt credunt; & ,in fide quæ per dilectionem operatur, vſque in finem perſeverant; & ,ſi quando exorbitant, correpti emendantur; & quidam eorum, etſi ,ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerunt, rever- ,tuntur; & nonnulli acceptâ gratiâ, in qualibet ætate, periculis hu- ,ius vitæ, mortis celeritate ſubtrahuntur. HÆC ENIM OMNIA OPE- ,RATVR IN EIS, QVI VASA MISERICORDIÆ OPERATVS EST EOS: ,QVI ET ELEGIT EOS IN FILIO SVO ANTE CONSTITVTIONEM MVNDI, PER ELECTIONEM GRATIÆ'. Et inferiùs ibidem cap. 16. 'Quantum ad nos pertinet qui prædeſtinatos à non prædeſtinatis diſ- ,cernere non valemus, & ob hoc omnes ſalvos fieri velle debemus; ,omnibus, ne pereant vel alios perdant, adhibenda eſt à nobis medi- ,cinaliter ſevera correptio: Dei eſt autem illis eam facere vtilem, *quos* Rom. 8. 29. *præſcivit & prædeſtinavit conformes imaginis filij ſui*'. Et lib. de Bono perſever. cap. 7. 'Opere Dei ſit vt ſimus in Chriſto permanentes, non, ſi- ,cut in Adam, diſcedentes à Deo: *In Chriſto* ENIM *ſortem conſecuti ſu-* Eph. 1. 11. *mus, prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius qui vniverſa operatur*'. Quem Apoſtoli locum alibi expendens: [a] 'Ex hoc *propoſito eius* (inquit) eſt ,illa ELECTORVM PROPRIA vocatio, *quibus omnia cooperantur in bo-* Rom. 8. 28. ,num: QVIA *ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti*, & *Sine pœnitentia ſunt* Rom. 11. 29. *dona & vocatio Dei*'. Et quid eſt, *ſine pœnitentia*, niſi quòd ſuperiùs ibi- dem cap. 16. idem ipſe præmiſerat, 'Sine mutatione ſtabiliter fixâ'? Et vide quid ibidẽ continuò ſubtexat: 'Ad hanc vocationẽ qui perti- nent, *Omnes ſunt docibles Dei*'. Et ne fortè putares id provenire dunta- Io. 6. 45. xat ex prædeſtinatione ad gratiam viæ, non etiam ad gloriam patriæ, ſubdit adhuc inferiùs: 'Iſtorum nemo perit'. Et quaſi inquireres hu-

[z] *Aug. l. de Bono perſever. c. 21*

[a] *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. cap. 18. in fine.*

ius

Io. 6. 39. ius dicti rationem : 'QVIA (ſubdit) *omne quod dedit ei Pater, non perdet ex eo quidquam*'. Et quid eſt Chriſto à Patre dari, niſi in vitam æternam ordinari ? Si de hoc ambigis, audi eundem alibi ſine ambiguitate dicentem : [b] 'Hi ergo Chriſto intelliguntur dati, qui ORDINATI SVNT ,IN VITAM ÆTERNAM : Ipſi ſunt illi prædeſtinati, & ſecundùm propoſitum vocati, quorum nullus perit : ac per hoc nullus eorum ex ,bono in malum mutatus finit hanc vitam; QVONIAM ſic eſt ordinatus, ,& IDEO Chriſto datus, vt non pereat, ſed habeat VITAM ÆTERNAM'.

b *Aug. l. de Corrept & Grat. c. 9.*

5. Hîc profectò vacat vana ratiocinatio vel potiùs præſtigiatio Vaſquezij & Sectatorum eius, qui Auguſtini teſtimonia de hac re occurrentia detorquere conantur ad ſenſum concomitativum, negantes eum loqui in ſenſu cauſali : Tanquam ille doceret quidem, dona & vocationes Dei ſine pœnitentia præberi eis QVI prædeſtinati ſunt ad Dei regnum & gloriam, ſed non QVIA prædeſtinati ſunt : [c] 'Auguſtinus ,(ait Vaſquez) non dicit, ideò non dari eis congruam vocationem ,QVIA diſcreti non ſunt (diſcretione nimirum prædeſtinatoriâ ad glo,riam) neque ideò dari eam vocationem QVIA diſcreti ſunt; ſed his nõ ,dari QVI diſcreti non ſunt : id quod veriſſimum eſt, etiamſi voluntas ,negandi vitam æternam ſit poſt opera prævisa : vt adverſarij etiam ,fatentur, & omnes concedere debent. Similiter dicere potuit, conferri congruam vocationem eis QVI diſcreti ſunt, etiamſi diſcretio fiat ,poſt opera : quia revera non datur niſi ijs QVI cum ea operaturi ſunt, ,& ratione operum vitam æternam conſequuntur ; licet non idcò vocatio concedatur, QVIA operaturi (repone, *diſcreti*) ſunt'. Conſimili eluſione Franciſcus Amicus, Vaſquezij Conſodalis, teſtimonia Scripturarum eòdem pertinentia enervare machinatur : [d] 'Allata Scriptura teſtimonia (inquiens) explicari poſſunt de electione ad gloriam, ,non per modum cauſæ, & à priori; ſed per modum ſigni, & à poſteriori : quo pacto dicere ſolemus, *Omnes præſciti damnantur*; non quòd ,præſcientia ſit cauſa damnationis, ſed ſignum tantùm, & cauſa cognoſcendi infallibilis. Hoc modo intelligitur locus ille Actor 13. *Act. 13. 48* ,*Crediderunt quotquot præordinati erant in vitam æternam* ; ita vt præordinatio ,in vitam æternam fuerit ſignum, & cauſa tantùm in cognoſcendo, ,cur hi potiùs quàm illi crediturí eſſent : cùm potiùs merita futura ,prævisa fuerint cauſa præordinationis in vitam æternam, & poſtea ſignum, & cauſa cognoſcendi futura merita eorundem præordinatorum'. Ecce quomodo Socius opitulatur Socio; vt quod ille auſus fuerat in pervertendis Auguſtini teſtimonijs, hic audeat in eludendis Dei eloquijs : Si tamen eloquia Dei eſſe cenſeat, & non potiùs cum altero ſuo Conſocio in Commentario iſtius loci dicendum putet: [e] 'Lucas non ita loquitur, quaſi ex revelatione cognoverit, omnes ,illos, qui credidiſſe præ ſe ferebant, fuiſſe de numero prædeſtinatorũ; ,ſed ſolùm per coniecturam, & piam quandam opinionem, & ab affectu charitatis confidentiam conceptam'. Sed benè habet, quòd huic Commentatori ne quidem è ſuis ſaniores acquieſcant, ſed reſcribant:

Evaſio præcluditur.

c *Vaſq. Tomo 1. in 3. p. Diſp. 89. c. 8. n. 68.*

d *Franciſcus Amicus Tomo 1. Diſp. 15 ſect. 4. n. 113.*

e *Lorinus Comment. in Act. 13. v. 48. Vide Leſſium de Prædeſt. Sect. 3. n. 39.*

f *Arrubal. in 1. p. Disp. 72. c. 3. n. 15.*

f'Nec hoc putandum est dictum à B. Luca ex humana solùm opinio-
,ne, aut coniectura, non autem ex Dei revelatione: neque enim hoc
in Scriptore Canonico locum habet, cùm historiam refert'. Hoc ita-
que supposito, ex vno isto Dei eloquio, duo prædicti, cum cæteris
sibi cohærentibus, refelluntur in hunc modum: Augustinus ex alle-
gato Scripturę testimonio adversùs veteres prædestinationis & gratiæ
hostes colligit, fidem & perseverantiam donari electis ab eo qui eos
prædestinavit ad vitam æternam: Ergo perperam à Vasquezio testi-
monia Augustini, & ab Amico locus ipse Scripturæ, negantur intel-
ligi in sensu causali. Antecedens patet ex lib. de Prędest. Sanct. cap.
20. Vbi Augustinus quamplurima congerit Scripturarum testimonia
ad probandum quòd fides & reliqua quibus humana corda cælesti-
bus bonis inhiant vel inhærent, dona sint Dei; quorum testimoniorũ
postremum est illud, *Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æter-*
Augustinus *nam.* Cui continuò hanc subijcit monitionem ad Massilienses: 'Au-
,diant hęc, & alia quæcunque non dixi; quibus ostenditur Deus ad
,regnum etiam cœlorum, & ad vitam æternam, parare & converte-
re hominum voluntates'. Dicant nunc Vasquez & Amicus, An rectè
Augustinus prædictum Scripturę locum alleget ad probandum inten-
tum contra hostes gratiæ ac prædestinationis, an non? Si hoc postre-
mũ eligant, detrahant larvã quâ se Augustini assecłas mentiuntur: Si
verò primum, agnoscant illius Scripturæ sensum causalem: adeoque
præordinationem, sive (vt Chrysostomus in eum locũ habet Homil.
30. super Acta) *prædefinitionem* ad vitam æternam fuisse causam cur
homines illi crediderint. Quod autem Amicus præmemoratam Scri-
pturæ locutionem comparet isti, *Omnes præsciti damnantur*, ineptissi-
mum est. Nam ex Augustino iam relato constat, Scripturę locutio-
nem virtualiter includere consequens huiusmodi: Deus ad regnum
cœlorum & vitam æternam parat & convertit hominum voluntates.
Quisquis proinde contendit alteram locutionem huic esse similęm, ne-
cesse est vt fateatur eam virtualiter includere consequens huiusmodi:
Deus ad regnum infernorum & mortem æternam parat & convertit
hominum voluntates. Quod quàm sit absurdum & dictu horrendum,
nemo sanæ mentis ignorat. Alibi rursus idem Augustinus eundem
Scripturę locum allegat ad probandum quòd finalis perseverantia sit
g *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 6.* donum Dei prædestinantis: g'Iudas Apostolus (inquiens) cùm dicit:
,*Ei autem qui potens est conservare vos sine offensione, & constituere ante con-* Iuda v. 24.
,*spectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia*: Nonne apertissimè ostendit
,donum Dei in bono perseverare vsque in finem? Quid enim aliud do-
,nat qui conservat sine offensione, vt constituat ante conspectum glo-
,riæ suę immaculatos in lętitia, nisi perseverantiam bonam? Quid est
,etiam quod in Apostolorum Actibus legimus, *Audientes autem Gentes*
,*gavisæ sunt, & exceperunt Verbum Domini, & crediderunt quotquot erant*
,*ordinati in vitam æternam*? Quis in æternam vitam potuit ordinari,
,nisi perseverantiæ dono, Quandoquidem *qui perseveraverit vsque in fi-* Mat. 10.
nem,

Digitized by Google

nem, hic ſalvus erit? Quâ ſalute, niſi æternâ? Ex vi igitur divinæ prę-
ordinationis in vitam æternam præbetur præordinatis perſeverantia
finalis tanquam medium perveniendi ad finem præintentum. Quam
doctrinam ex Auguſtino ſuo hauſtam Proſper luculenter expreſſit,
vbi adversùs eoſdem prædeſtinationis & gratiæ hoſtes Apoſtolicum
1.Tim.2.4 illud oraculum, *Deus vult omnes homines ſalvos fieri*, de ſolis ad vitam
æternam præordinatis intelligendum perhibet; quorum diſcretionem
à cœtu reproborum ad puram Dei benevolentiam mortalibus impe-
netrabilem refert: [h] 'Quæ ſit (inquiens) diſcretionis iſtius in ſecreto
,conſilio Dei cauſa vel ratio', & ſupra facultatem humanæ cognitio-
,nis inquiritur, & ſine fidei diminutione neſcitur: modò confiteamur,
,neminem immeritò perdi, neminem meritò liberari; & omnipoten-
,tiſſimam Domini bonitatem omnes ſalvare, & omnes ad agnitionem
,veritatis imbuere, quos *vult omnes fieri ſalvos & ad agnitionem veritatis*
,*venire*: Nihil enim ipſo vocante, docente, ſalvante, nemo venit, nemo
,eruditur, nemo ſalvatur. Quia etſi indifferenter omnibus hominibus
,iubentur prædicare Doctores, & ſemen verbi vbique diſſerere; ta-
1.Cor.3.7. ,men *neque qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid; ſed qui incrementum dat*
,*Deus*. Unde cùm Apoſtoli Gentibus Evangelium prædicare cœpiſ-
,ſent, dę parte quadam eorum qui audierunt, Scriptura commemo-
,rat, dicens: *Audientes autem Gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant verbum*
Dei, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam'. Quis nõ
videat, à Proſpero his verbis ex profeſſo perhiberi, Deum idcircò
quibuſdam inſpirare interiorem ſpiritum fidei, quia eos ſecreto con-
ſilio à pereuntium ſorte diſcrevit, & volendo eos ſalvos facere ad vi-
tam æternam præordinavit? Quæ quidem diſcretio, ſeu ad vitam
æternam præordinatio (quicquid reclamet Vaſquez cum ſuis aſſeclis)
facit vt eiſdem præbeatur finalis in fide perſeverantia: vt ex Augu-
ſtini teſtimonijs hoc & præcedente §. congeſtis perſpicuum eſt: qui-
bus & illud eiuſdem nunc addimus: [i] 'Ex duobus pijs, cur huic do-
,netur perſeverantia vſque in finem, illi autem non donetur, inſcruta-
,bilia ſunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet eſſe certiſſimum,
Io.2.19. ,hunc eſſe ex prædeſtinatis, illum non eſſe: NAM *ſi fuiſſent ex nobis*, ait
,vnus prędeſtinatorum, qui de pectore Domini bibebat hoc ſecretum,
,*manſiſſent vtique nobiſcum*. Quid eſt quęſo, *Non erant ex nobis, nam ſi*
,*fuiſſent, manſiſſent vtique nobiſcum?* Nonne vtrique à Deo creati, vtri-
,que ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit,
a.57.16 ,*Omnem flatum ego feci*, vnius eiuſdemque naturæ animas acceperant?
,Nonne poſtremò vtrique vocati fuerant, & vocantem ſecuti, vtrique
,ex impijs iuſtificati, & per lavacrum regenerationis vtrique renovati?
,Sed ſi hęc audiret ille, qui ſciebat proculdubio quod dicebat; reſpõ-
,dere poſſet, & dicere: Vera ſunt hęc, ſecundùm hęc omnia ex no-
,bis erant; veruntamen ſecundùm aliam quandam DISCRETIONEM
,*non erant ex nobis: Nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum*.
,Quęnam eſt tandem iſta DISCRETIO? Patent libri Dei, non averta-
mus

[h] *Proſp. Epiſt. ad Ruffin. c. 13 & 14.*

[i] *Aug. l. de Bono perſever. c. 8.*

,mus aſpectum : clamat Scriptura divina, adhibeamus auditum : *Non ,erant ex nobis*, quia non erant *ſecundùm propoſitum vocati*, non erant *in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi*, non erant *in eo ſortem conſecuti*, ,non erant *prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius qui vniverſa operatur*. NAM ,ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis ſine dubitatione manſiſſent'. *Ephes.* 1.

De eiſdem Proſper, Auguſtini diſcipulus ac vindex, loquens, cùm præmiſiſſet : [k] 'Quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati : eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reverſuri, & in ſanctitate ac veritate manſuri' : ne quis ſuſpicaretur, in poſteriori hoc caſu prædeſtinationem non fore cauſam iſtiuſmodi in ſanctitate ac veritate manſionis, mox ſubdidit : 'Ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt CAVSA STANDI, nemini eſt cauſa labendi'. Huc ſpectat & illud præcedente §. ex eodē Proſpero relatum : 'Deus ergo his quos ELEGIT SINE MERITIS, dat ,vnde ornentur & meritis : Et fruſtrà dicitur, quòd ratio operandi ,non ſit in electis, cùm etiam AD HOC VT OPERENTVR, electi ſint'. Vbi ſignanter pōderanda eſt vocula, *Etiam*: quâ vtique innuitur, quòd principaliùs electi ſint ad aliquid aliud, nimirum ad regnum ſeu vitam æternam, ſed inſuper quaſi ſecundariò & per redundantiam ad exercenda opera quibus vita æterna titulo mercedis reddenda ſit. His conſentaneum eſt illud Auguſtini adversùs Iulianum : [l] 'Non fruſtrà ,exclamat Apoſtolus : *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, ,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles vię eius! Quis ,enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior ,dedit illi, vt retribuatur ei?* NVLLVM ELEGIT DIGNVM, SED ELIGENDO EFFECIT DIGNVM, nullum tamen punit indignum'. Et illud item eiuſdem adversùs Maſſilienſes : [m] 'Si diſcutiatur, & quæratur, vnde ,quiſque ſit dignus? non deſunt qui dicant, voluntate humanâ : Nos autem dicimus, Gratiâ vel Prædeſtinatione divinâ'. Et ibidem capite proximè præcedente, vbi retractans quod ſcripſerat adversùs Porphyrium : 'Quod dixi (inquit) *Tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, ,& apud illos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & vbi ſciebat eſſe, qui ,in eum fuerant crediturí* : poſſet etiam ſic dici, Tunc voluiſſe hominibus ,apparere Chriſtum, & apud illos prędicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & vbi ſciebat eſſe, QVI ELECTI FVERANT IN IPSO ANTE MVNDI CONSTITVTIONEM'. Per hanc electionem conſtituitur electus quiſque, *filius pacis* : adeòque dignus ſuper quem pax prędicata requieſcat. Vnde ait alibi idem : [n] 'Nobis quidem tunc incipit eſſe ,quiſque filius pacis, cùm obedierit & crediderit Evangelio, & ex fide iuſtificatus pacem ad Deum habere cœperit : Secundùm autem ,prędeſtinationem Dei, iam filius pacis erat. Neque enim dictum eſt, ,Super quem requieverit pax veſtra, fiet filius pacis : ſed, *vbi fuerit*, inquit, *filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra*. Jam ergo & antequam ,ei annunciaretur hęc pax, filius pacis ibi erat, ſicut eum noverat atq; prędcierat non Evangeliſta, ſed Dominus'. Porrò quos hìc *filios pacis* nominat, ſuperiùs ibidem cap. 9. *Filios promiſsionis* vocaverat: quibus & perſe-

[k] *Proſp. Reſp. ad Obiect. 12. Vincent.*

[l] *Aug. l. 5. cont. Iul. cap. 3.* *Rom. 11. 33*

[m] *Aug. lib. de Prædeſt. Sanct. cap. 10.*

Vide Aug. Epiſt. 49. q. 2. & l. 2. Retract. c. 31.

[n] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 15. Vide Greg. Homil. 17. in Evangelia.* *Luc. 10. 6.*

Digitized by Google

& perſeverantiam ab eo præberi, qui eos ad ſuum regnum & gloriam prædeſtinaverat, non ambigit: 'Nec nos moveat (inquiens) quod filijs ſuis quibuſdam Deus non dat perſeverantiam. Abſit enim vt ita eſſet, ſi de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecundùm propoſitum vocatis, qui verè ſunt *filij promiſſionis*'. Et alibi de eiſdem: [o] 'Ex his (inquit) nemo perit, quâcunque ætate moriatur. Abſit enim vt prædeſtinatus ad vitam, ſine Sacramento Mediatoris finire permittatur hanc vitam. Propter hos Dominus ait: *Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo*'. Iam ſuprà hìc oſtendimus, nihil aliud eſſe, Chriſto à Patre dari, quàm in vitam æternam præordinari, ſive ad Dei regnum prædeſtinari, filium pacis aut filium promiſſionis conſtitui, in Chriſto ſortem conſequi. Et hoc quid eſt aliud, quàm ſupernæ Hieruſalem regiſtro inſcribi?

[o] *Aug. l. 5. cont. Iul. c. 4. aliàs 3.*

39.

5. Cæterùm prædeſtinationis præſcientiarię aſſertores, meritò diffidentes memoratæ iam & refutatæ Auguſtinianorum hac de re teſtimoniorũ interpretationi, ſeu veriùs depravationi, aliam excogitarunt, cui fidentiùs inſiſtunt: nimirũ Auguſtinũ loqui non de immediata electione ſeu prędeſtinatione ad gloriã, ſed de mediata, quę proximè reſpicit gratiã viæ, eâq; mediante gloriã patriæ. Indicat hoc Leſſius, licet dubitãter, Artic. 20. ab vtraq; Academia Belgica proſcripto, in verbis: 'Quanquã diverſa ſententia Auguſtino tribuatur, non puto tamen eſſe Auguſtini. Nam vbi de hac re loquitur, non exprimit vtrùm loquatur de immediata electione ad gloriã, an de mediata, quę eſt ad gratiam'. Conſonat Amicus Tom. 1. Diſp. 15. Sect. 4. n. 117. poſt Vaſqueziũ Tomo 1. in 1. p. Diſp. 89. cap. 8. vbi coniecturam ſumit ex eo, quòd Auguſtinus ſubinde indicet ſe loqui de *electione gratiæ*, vt videre eſt lib. de Correpț. & Gratia cap. 7. 'Cùm loquatur (ait ibi Vaſquez num. 70.) de electione gratiæ, non debet intelligi de electione & voluntate dandi gloriam, ſed gratiam'. Et inferiùs ibidem num. 72. 'Quia gratia (inquit) eſt vita æterna, & ſemen illius, idcò iure optimo de electis ad gratiam dixit, hoc ipſo electos ad gloriam, & ad regnandum cum Chriſto'. Fatentur tamen ijdem, Auguſtinum in controverſijs adversùs Pelagianos loqui de immediata electione ad gloriam, quam Pelagianos ex prævijs meritis ſolius liberi arbitrij aſtruxiſſe cõtẽdunt. Atque hinc emergit argumentum planè efficax ad præcludendum hanc novorum interpretum evaſionem. Nam inprimis Proſper in ſua ad Auguſtinum Epiſtola ſub initium ait: 'Multi ſervorum Chriſti, qui in Maſſilienſi vrbe conſiſtunt, in Sanctitatis tuę ſcriptis, QVÆ ADVERSVS PELAGIANOS HÆRETICOS CONDIDISTI, contrarium putant Patrum opinioni & Eccleſiaſtico ſenſui, quicquid in eis de vocatione ELECTORVM SECVNDVM DEI PROPOSITVM diſputaſti'. Et aliquantulùm inferiùs ibidem: 'Quicquid in libris contra Iulianum, ab ipſo ſub hac quæſtione obiectum, potentiſſimè debellaſti, hoc totum ab ISTIS SANCTIS INTENTIOSISSIME CONCLAMATVR'. Quid ergò apertiùs quàm Maſſilienſes Auguſtino adverſatos

Evaſio.

Leſſius.

Amicus.

Vaſquez.

Præcluditur.

Proſper. Vide ſuperiùs hic cap. 13. §. 3 in fine.

versatos fuisse in eo, quod de vocatione electorũ secundùm Dei propositum adversùs Julianum alioſque Pelagianos docuerat? Duo autem ille, quantum ad præsens attinet, docuerat adversùs Pelagianos, totidem horum erroribus opposita: Alterum est, Neminem posse ingenitis liberi arbitrij viribus consequi Dei regnum: Alterum denique, electionem ad Dei regnum esse prorsus gratuitam, puro Dei beneplacito nixam. Illud primum Massilienses sine vlla contradictione vltrò admittebant, vt videre est lib. de Prædest. Sanct. cap. 19. Sed secundum admittere renuebant, vt ex iam allegatis Prosperi ad Augustinum verbis perspicuum est. Itaque apud omnes in confesso erat, Deum ab æterno decreviſſe ad suum regnum quosdam de mortali humano genere provehere; sed de istõ decreto magna inter eos quæstio volvebatur, Augustino contendente fuisse purè gratuitum ac liberale, Pelagianis verò & Massilienſibus ex adverso dogmatizantibus fuisse remuneratorium ac meritorum prævisione subnixum. Et quanquam hi inter se super qualitate & origine huiusmodi meritorum dissiderẽt, in hoc tamen conveniebant, quòd Augustini doctrinam de gratuito & antecessorio Dei proposito beatificandi mortales, horrerent. Neque enim *intentiosissima* illa Massilienſium *conclamatio*, ex Prospero iam relata, aliunde quàm ex horrore gratuitæ electionis ad æternam salutem, ab Augustino adversùs Iulianum assertæ, processit. Atque vt omittam quæ de huiusmodi electione Augustinus scribit in Imperfecto adversùs Julianum Opere, à Massilienſibus fortè non viso; certè in Opere adversùs eundem perfecto, multa in eam rem scripserat, contra quæ, vt iam ex Prospero retulimus, *Ab istis sanctis* (Massilienſibus) *intentiosissimè conclamabatur*: vt est illud: [p] 'Novit Dominus qui ,sunt eius: & in eorum salute, atque IN REGNVM SVVM introductione, certa est voluntas eius'. Et ne fortè suspiceris hanc *certam Dei voluntatem* subniti futurorum prævisione meritorum, audi quod lib. 5. eiusdem Operis cap. 4. aliàs 3. scribit, dicens de eodem Domino: 'Justus & bonus est, & quod præbendo patientiam dat locum pœnitentiæ, *nolens aliquem perire, novit Dominus qui sunt eius*, & *omnia cooperatur in bonum*, sed *his qui secundùm propositum vocati sunt*. Non enim omnes qui vocati sunt, secundùm propositum vocati sunt: *Multi enim vocati, pauci verò electi*. Qui ergò electi, hi secundùm propositum vocati. Vnde & alibi dixit, *Secundùm virtutem Dei salvos nos facientis, & vocantis vocatione suâ sanctâ, non secundùm opera nostra, sed secundùm* SVVM *propositum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna*. Denique & hìc cùm dixisset, *Omnia cooperatur in bonum his qui secundùm propositum vocati sunt*, continuò subdidit: *Quoniam quos ante præscivit, & prædestinavit conformes imaginis filij sui, vt sit primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinavit, illos & vocavit; quos autem vocavit, ipsos & iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos & glorificavit*. Hi sunt secundùm propositum vocati: Ipsi ergo & electi, & hoc ante mundi constitutionem, ab eo *qui vocat ea quæ non sunt, tanquam sint*? Sed electi

[p] *Aug. l. 4. cont. Iul. an. cap. 8.*

2. Tim. 2. 19.

per

,per ELECTIONEM GRATIÆ. Vnde dicit idem Doctor & de Iſraël,
11.5 ,*Reliquiæ per electionem gratiæ factæ ſunt.* Et ne fortè ante conſtitutio-
,nem mundi EX OPERIBVS PRÆCOGNITIS PVTARENTVR ELECTI,
,ſecutus eſt, & adiunxit: *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non eſt gratia*'. Citat Vaſquez hunc Auguſtini locum, ſed ſuppreſſis quibuſdam ſuo propoſito vehementer adverſis; & adiungit:
q 'Planè de electione ad gratiam loquitur (Auguſtinus) quâ quis eli- q *Vaſq. Tomo 1. in 1.p. Diſp. 89 c. 8. n. 63.*
,gitur à Deo, non voluntate efficaci dandi vitam æternam, ſed vo
luntate gratuitâ præveniendi gratiâ ſuâ'. Quia verò, etiam ex ipſiuſmet Vaſquezij confeſſione, de electione ad gloriam Auguſtinus cum Pelagianis controverſabatur, fingit Auguſtinum iſta adversùs Maſſilienſes ſcripſiſſe, quibuſcum de electione non ad gloriam ſed ad gratiam prætendit eum habuiſſe controverſiam: 'Id verò (ſubdit conti-
,nuò Vaſquez) contra Semipelagianos contendit (Auguſtinus) qui ex
,nobis initium aliquod eſſe dicebant: quia ſi ita eſſet, vt illi exiſtimabant, iam gratia non eſſet gratia'. Quis vnquam credidiſſet, Vaſquezium tam pueriliter ineptire; vt quæ, ipſo citante, adversùs Julianum, & quidem in Opere perfecto, conſcripta ſunt, contra Semipelagianos, nondum tunc natos nedum Auguſtino notos, ſcripta confingeret. Sed nimirum tale figmentum propoſito Vaſquezij ſerviebat: Nam ſi fateretur, adversùs Pelagianos illa ſcripta fuiſſe, non ſupereſſet modus ea detorquendi ab electione gloriæ ad electionem gratiæ, hoc eſt, à prædeſtinatione mercedis ad prædeſtinationem meritorum. Sed cur, Scrupulus.
inquies, Auguſtinus ibi memorat *electionem gratiæ*, ſi ſermo ei fuerit de
electione ad gloriam? Cur putas, niſi quia electio ad gloriam eſt Excutitur.
prorſus gratuita? Quæ reſponſio ex ipſo Auguſtini textu iam citato adeò claret, vt probatione non egeat, ſed nudâ lectione. Quemadmodum igitur gratia quæ in tempore donatur, idcircò gratia eſt & vocatur, quia gratis & ſine vllis meritis re ipsâ præexhibitis donatur: ita electio hominum de maſſa damnationis ad gloriam, rectiſſimè dicitur *Electio gratiæ*, quia nullorum meritorum præviſione ſubnititur. Unde cùm Auguſtinus iam citatus præmiſiſſet illud Apoſtolicum, *Reliquiæ per electionem gratiæ factæ ſunt*, ſubtexuit: 'Et ne fortè ante conſti-
,tutionem mundi ex operibus præcognitis putarentur electi, ſecutus
,eſt & adiunxit: *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia*'. Audi adhuc eundem in eodem adversùs Julianum Opere id ipſum apertiſſimè replicantem: r 'Per mediatorem (inquit) re- r *Aug. l. 6. cont. Iul. c. 19. aliàs 8.*
,generati, à damnatione liberantur debita; ſed gratuitâ miſeratione,
,non debitâ; quos *elegit ante conſtitutionem mundi, per* ELECTIONEM
,*gratiæ*; non ex operibus vel præteritis, vel præſentibus, vel futuris: *alioquin gratiâ iam non eſt gratia*'. Priùs dixit *Miſerationem gratuitam*, quod ſpectat ad temporalem gratiæ præſtationem; poſtmodum ſubiunxit *Electionem gratiæ*, quod pertinet ad ſempiternam prædeſtinatio-
1.1.9 nem; quæ eſt gratia *nobis data ante tempora ſæcularia.* Quæ verba expen- s *Aug. lib. 3. de Doctrina Chriſt. c. 34.*
dens alibi Auguſtinus: s 'Datam dixit gratiam (inquit) quando nec

'erant adhuc quibus daretur: quoniam in dispositione ac prædestinatione Dei iam factum erat, quod suo tempore futurum erat'. Porrò sicut in postremo testimonio adversùs Iulianum iam relato, *misericordiam gratuitam* explanat per *non debitam*; ita Epist. 105. ad Sixtum, quæ adversùs eosdem Pelagianos elaborata est, *Electionem gratiæ* explanat per negationem debiti: 'Qui sunt isti (inquiens) qui respondeant Deo, quandoquidem ille Rebeccæ habenti geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, *cùm illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, vt secundùm electionem propositum Dei maneret*, Electionem scilicet GRATIÆ, NON DEBITI; ELECTIONEM QVA ELIGENDOS FACIT IPSE, NON INVENIT, *non ex operibus, sed ex vocante*, dicit, *minori seruiturum esse maiorem*'. Rom. 9. 11.

Vide Aug. lib. de Grat. & libero Arbit. c. 18.

Audiant hæc novi Augustinianæ doctrinæ interpretes, & eadem sibi iam dici reputent. Audiant & illud eiusdem in Enchiridio de eisdem gemellis: & discursum Apostoli inanem reddere desinant: 'Si futura opera (ait ibi Augustinus) vel bona huius, vel mala illius, quæ Deus vtique præsciebat, vellet (Apostolus) intelligi, nequaquam diceret, *Non ex operibus*, sed diceret, Ex futuris operibus; eoque modo istam solveret quæstionem: IMO NVLLAM, QVAM SOLVI OPVS ESSET, FACERET QVÆSTIONEM'.

[t] *Aug. Enchir. cap. 98.*

Qui rursus Epist. 105. ad Sixtum iam citata asseverat, non nisi magnâ cæcitate refundi electionem Jacob in prævisionem meritorum. Cui consonans Fulgentius: [u] 'In duobus istis fratribus (inquit) quos *ex vno concubitu Isaac patris nostri* vnus in semine conceptus accepit, vnus in lucem partus effudit, SOLA QUEM VOLVIT A MASSA DAMNATIONIS MISERICORDIA DIVINA DISCREVIT': Cui patrocinata est GRATVITORVM PRÆDESTINATIO MVNERVM, NON FVTVRORVM PRÆSCIENTIA MERITORVM. Sic enim secundùm electionem propositū mansit, vt ex proposito Dei GRATVITA FORET ELECTIO'. Rom. 9. 10.

[u] *Fulg. lib. 1. de Verit. prædest. c. 4.*

Ecce quam Augustinus post Apostolum dixit *electionem gratiæ* sive *non debitam*, Fulgentius dicit *electionem gratuitam*. Et ne quis putaret aliorum omnium salvandorum electionem non esse pariformiter gratuitam, subdit Fulgentius capite proximè sequente: 'Figuram porrò duorum populorum DVBIVM NON EST in illis duobus præcessisse germanis; vnius scilicet salvandi, alteriusque damnandi'. Consonat Hugo Victorinus in caput 9. ad Romanos: 'Quod enim (inquiens) factum est in duobus fratribus, hoc idem fieri in duobus populis credere debemus'.

Hugo Victor.

Contendebat Iulianus adversùs Augustinum, ex operibus previsis electum fuisse Iacob, & non gratis; Apostolum verò ad incurvandam circumcisorum arrogantiam, sub nomine gratiæ de solâ Dei præiudicasse potestate, dicendo, *Non ex operibus*. Cui respondens Augustinus: [w] 'Ergo (inquit), *ad incurvandam circumcisorum arrogantiam, sub nomine gratiæ*, mentitur Apostolus: Nam Deus ex operibus elegit, non ex gratia. Quis ita sapiat, nisi hæreticus, inimicus gratiæ, amicus superbiæ? Clamat vas electionis, quâ talis factus est prædicator, *Non ex operibus* dilectum esse Iacob: & tu commemoras Iacob ope-

[w] *Aug. lib. 1. Operis imperf. c. 132.*

,opera, ex quibus eum dilectum esse contendis: & hoc faciens, mihi te ,existimas contradicere, CVM SIS NOVVS ANTICHRISTVS, eiq; APERTISSIME contradicas, in quo locutus est Christus'. Et rursus capite proximè sequente: 'Contra istam veritatis tubam reclamas, & dicis, ,*Ad incurvandã circumcisorũ arrogantiã Apostolus de sola Dei praindicat potestate.* Ubi quid dicis aliud, nisi *ad incurvandam circumcisorum arrogantiã* ,mentitur Apostolus, dicens, *Non ex operibus* dilectum esse Jacob, cùm ,ex operibus sit dilectus, quia *erat quietus, & mitis, obediens parentum ,præceptis*, & sanctificationum appetentissimus. Nec intelligis, NON ,IDEO QVIA TALIS ERAT, VEL TALIS FVTVRVS ERAT, FVISSE DILECTVM; SED TALEM, QVIA DILECTVS ERAT, FACTVM. Erubescе, non mentitur Apostolus, *Non ex operibus* Jacob dilectus est: ,*Si enim gratia, iam non ex operibus*: sed GRATIA DILECTVS, eâdem ,gratiâ faciente bonis oportuit vt polleret operibus. Parce animæ tuæ, noli esse inimicus huius gratiæ'.

7. Sed videamus quid ad hæc novi præscientiariæ prædestinationis assertores dicant, ne Antichristi existimentur si Apostolo contradicant: [x] 'Ex illo loco (ait quispiam eorum) nihil potest colligi pro electione ad gloriam ante prævisionem operum. ,Primò quia Patres Græci, & multi Latini, ita exponunt illud, ,*Non ex operibus*, vt solùm excludantur opera iam facta, non autem opera prævisa. Secundò quia illi qui omnia opera etiam prævisa ibi excludi volunt, vt Augustinus & multi ipsum secuti, non ,interpretantur de electione vel dilectione absoluta ad gloriam, sed ad gratiam iustificationis'. Vbi quod de Græcis Patribus & Latinis multis eos secutis asserit, cùm ne vel vnum citet, eádem facilitate reijcitur quâ assumitur. Quod verò Augustinum & alios eum secutos, non de electione absoluta ad gloriam, sed ad gratiam iustificationis, censet esse locutos, omninò fictitium est, & ab alibi concessis ab ipso Lessio alienum. Vt enim ab hoc postremo exordiar, Lessius post Vasquium vltrò admittit, Augustinum cum Pelagianis de immediata electione ad gloriam disceptasse, quamvis contendat, eundem de electione ad gratiam cum Semipelagianis controversatum fuisse: 'Scopus Au,gustini erat (ait inferiùs Sect. 4. n. 43.) horum errorem refutare: ,qui in eo situs non erat, quod putarent eligi homines ad regnum ex ,operibus gratiæ, sed longè ab hac sententia discrepabat. Pelagianorum enim error erat, homines IMMEDIATE ELIGI AD REGNVM ex ,operibus naturæ, seu propter opera bona solis naturæ viribus patrata ,regnum cœlorum esse prædestinatum: Semipelagianorum verò erat, ,homines ex operibus naturæ eligi immediatè ad gratiam, & consequenter ad regnum'. In quibus verbis tametsi multa falsa involvantur, provt colligi potest ex ijs quæ sub initium capitis 12. perstrinximus, illud interim acceptamus, quod de immediata electione ad regnum à Pelagianis asserta assumitur: atque inde colligimus, Augustinum in disputationibus adversùs Pelagianos, de immediata ad regnum esse-

Evasio.

[x] *Lessius de praedest. Sect. 3. n. 32.*

Præcluditur.

electione intelligendum esse; ne alioquin fateri cogamur, Augustinum Andabatarum more cum hæreticis illis pugnasse, nec de electione quam illi astruebant, sed de alia locutum fuisse. Si dicas, Augustinum non improbasse electionem illam vt prævisione meritorum qualiumcunque subnixam, sed vt previsioni meritorum solius liberi arbitrij astrictam. Respondeo, hoc nihil esse aliud, quàm errores Pelagianorum confundere, atque ex pluribus damnatæ catenæ annulis, vnicum facere. Certum verò est, Augustinum diversis medijs & diversis locis impugnare Pelagianorum errorem de meritis liberi arbitrij, & errorem de prædestinatione præscientiaria. Qui quidem errores vsqueadeo diversi sunt, vt Semipelagiani abdicato priore refoverint posteriorem. Nec audiendus in eo Lessius, quòd Semipelagianos fingit prædestinationem ad gratiam ex meritis solius liberi arbitrij suspendisse. Nam vt partim sub initium capitis 12. diximus, partim libro 5. dicemus, Semipelagiani ad omne meritum quantumcunque initiale prærequisierunt gratiam possibilitantem; qualem vtique ad omne meritū etiam pro statu primæ integritatis agnoverunt necessariā. Ex quo planè apparet, tam in causa gratiæ, quàm in causa electionis ad gloriam, Lessium enormiùs errare quàm Semipelagianos. In causa quidem gratiæ, quatenus post Molinam contendit, Hominem per solas naturæ vires faciendo quod in se est, consequi gratiam: vt viderè est apud ipsum Tract. de Gratia cap. 10. In causa verò prædestinationis ad gloriam, quatenus eam suspendit ex prævisione omnium meritorum, non solùm fidei incipientis & perseverantis, vt Massi ienses; sed etiam reliquarum quarumlibet virtutum: provt patet ex dictis sub initium capitis 12. Ubi & illud præterea ostendimus, Pelagianos argumentis Catholicorum pressos admisisse, quòd merita solius liberi arbitrij non proveherent homines ad Dei regnum, sed duntaxat ad quendam naturalis fœlicitatis locum. Ex quo redarguitur altera Lessij impostura iam memorata, quâ ait: *Pelagianorum error erat, homines immediatè eligi ad regnū ex operibus naturæ:* nisi fortè id referat ad tempus quo nondū cœperant Catholicorū argumentis premi. Quòd si cò respexerit, viderit quid respondeat ad Augustini testimonia ex libris contra Iulianum hactenus pro gratuita electione ad regnum à nobis citata. Sed & ante Pelagianorum exortum Augustinus gratuitam electionem ad gloriam agnovit & asseruit: quando nimirum, vt ex Prospero superiùs §. 4. memoravimus, 'In ipso Episcopatus sui exordio, 'sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi Antistite, de electione 'Iacob & de Esau reiectione consulto, totam quæstionem ad hos ge-'minos pertinentem sagaciore diligentia ventilavit; & omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnovit, quòd electionem gratiæ NVLLA merita humana præcedant'. Nunquid dicendo, *Nulla*, omnia merita humana secluserit? Nec satisfit, dicendo, merita cum gratiæ adiutorio exercita non comprehendi sub *meritis humanis*. Nam Augustinus lib. de Prædestinatione Sanct. c. 15. merita Adami pro statu innocen-

Evasio.

Præcluditur.

Prosper.

Evasio.

Præcluditur.

nocentiæ diſertè nominat *merita humana*: qui tamen Enchiridij cap. 106. non minùs diſertè ait: 'Sine gratia nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet'. Et ſanè in ſententia Leſſij & aſſeclarum eius, qui gratiam nutui voluntatis ſubdunt, merita omnia hominum pro hoc ſtatu non minùs humana ſunt, quàm merita Adæ innocentis. Ac per hoc ſi *electionem gratiæ nulla merita humana præcedunt*, profectò nulla merita à Leſſio aſtructa præcedunt. An fortè putandum eſt, Proſperum per *electionem gratiæ* non intellexiſſe electionem immediatam ad gloriam, ſed ad gratiam viæ? Nullo modo: Nam ſuperiori §. oſtendimus, *electionem gratiæ* iuxta Auguſtini phraſim, Proſpero vtique familiarem, pro immediata ad gloriam electione vſurpari. Meritò proinde ambæ Academiæ Belgicæ hanc Leſſij ac Sociorum Aſſertionem ordine 28. Cenſuerunt: 'In his verbis, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*, per dilectionem non ſignificatur efficax ordinatio ad gloriam, ſed ad maiora dona gratiæ, quæ non erant ex prævisis meritis'. Cenſuram Lovanienſem lubet hìc adiungere, ita ſonantem: 'Commentarius iſte prorſus ad Apoſtoli inſtitutum non pertinet, & ab Auguſtini aliorumque veterum interpretatione eſt alienus. Mirum eſt autem excogitandis huiuſmodi Commentarijs vano ſe homines labore torquere: & ob quid aliud, niſi quia *ſalubérrima veritatis*, vt Auguſtini verbis vtamur, *retia metuunt*'? Quæ Cenſura ſi cui fortè exceſſiva appareat, attendat quemadmodum Auguſtinus priſcos eiuſdem dogmatis patronos cenſuerit *Antichriſtos*, vt ſuperiori §. vidimus: quibus & alibi indignabundus occlamat: [y] 'Profectò DESIPITIS, qui dicente veritate, *Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt*, Vos dicitis, Ex futuris operibus, quę Deus illum facturum eſſe præſciebat, *Iacob fuiſſe dilectum*'. Nec dicas, Auguſtinum excludere duntaxat opera ſolius liberi arbitrij. Etenim ea omnia opera excludit Auguſtinus, quæ excluſit Apoſtolus. Apoſtolus autem duos modos adæquatè recenſet, quibus putari poſſet Iacob fuiſſe electus; alterum *ex operibus*, alterum *ex vocante*: Priorem excluſit, poſteriorem aſſeruit, nullum tertium agnovit; alioquin cum ſubticendo redargutioni locum dediſſet. Dicendo igitur, *Non ex operibus*, omnia prorſus opera ſive arbitrij ſive gratiæ evacuavit, vt non reſtaret aliud niſi quod adiunxit, *ſed ex vocante*: Vocatione vtique *ſecundum propoſitum*, quæ electorum propria eſt, vt ex Auguſtino ſuprà memoravimus. Unde & Apoſtolus antitheſi *operum* & *vocationis* præmiſerat, *vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret*. Propoſitum vtique provehendi ad regnum eos, quos prædeſtinatos vocat, vocatos iuſtificat, iuſtificatos glorificat; de quibus pulcherrimè ad ſcopum noſtrum ait Fulgentius: [z] 'Illi cum Chriſto regnabunt, quos Deus GRATVITA BONITATE SVA PRAEDESTINAVIT AD REGNVM: quia enim tales prædeſtinando præparavit, vt regno digni eſſent; præparavit vtique ſecundùm propoſitum vocandos, vt obediant; præparavit iuſtificandos, vt acceptâ gratiâ rectè credant & benè vivant; præparavit etiam glorificandos, vt Chriſti coharedes effecti regnum cœlorum

Auguſtinus.

Evaſio.

Præcluditur.

Præoccupatio.

[y] *Aug. l. 2. ad Bonif. cap. 7.*

[z] *Fulg. l. de fide ad Petrum c. 3. Vide ibid. c. 35.*

lorum ſine fine poſſideant'. Quæ verba tam luculentè ſententiam noſtram hactenus traditam exprimunt, vt nullo poſſint ambiguæ interpretationis nubilo obſcurari: Nam quicquid electis ab initio vocationis vſq; ad finem glorificationis impenditur, ex gratuita ipſorum prędeſtinatione ad regnum manare perhibetur: atque ad obviandum eorum cavillationi qui pro immediata electione ad regnum mediatam obtrudere moliuntur, prædeſtinatio ad regnum, & præparatio mediorum perveniendi ad regnum, diſtinctim ac ſingulatim exprimuntur. Quò ſpectat & illud eiuſdem ad Monimum lib. 1. cap. 13. 'Quos prædeſtinavit ad gloriam, prædeſtinavit ad iuſtitiam'. Nec quenquam moveat, quòd in hiſce teſtimonijs non ſpecificè & nominatim exprimatur perſeverantia. Nam ſine dubio eam Fulgentius comprehenſam voluit illis verbis, *præparavit iuſtificandos, vt accepta gratiâ rectè credant & benè vivant.* Quod ſi quiſpiam adeò contentioſus eſt, vt niſi eam nominatim exprimi audiat, credere nolit: erigat aures, & audiat illud eiuſdem lib. 1. de Veritate prædeſt. cap. 6. 'Eis quos Dominus REGNI SVI FACIT HÆREDES, gratis bonam voluntatem præparat, gratis donat; quibus etiam PERSEVERANTIAM ſubminiſtrat: Gratis quippe præparavit miſericorditer tribuenda merita munerum, quibus iuſtè retribuat munera meritorum'. Non ait, Quibus iuſtè prędeſtinet, ſed *Quibus iuſtè retribuat*: Quia tametſi gratuita ſit prædeſtinatio, iuſta tamen eſt retributio: vt ſuo loco inferiùs monſtrabimus. Subdit porrò ibidem Fulgentius, quod de Iacob & Eſau ſuperiùs ex ipſo memoravimus: 'Figuram duorum populorum dubium non eſt in illis duobus pręceſſiſſe germanis, vnius ſalvandi, alterius damnandi'. Quia nimirum quod de duobus illis germanis ſcriptum eſt, *Non ex operibus, ſed ex vocante, maior ſerviet minori*; id ipſum in duobus populis ſine dubitatione locum habet: Neque enim ex præſcientia qualiumcumque operum, ſed ex puro beneplacito vocantis ſiguli prælata ſunt vaſa miſericordiæ vaſis iræ. Ridiculum verò eſt, quod quidam ex pręſcientiarię prędeſtinationis patronis, ad eludendum argumentum ex dilectione Iacob & odio Eſau ſumptum, in dubium revocent vtrùm Eſau fuerit vas iræ; tanquam Apoſtolus nomine *odij* non intellexerit reprobationem, ſed minorem amorem, qui comparatione favoris impenſi alteri, poſſit dici *odium*. Sed meliùs hìc audimus Africanos Antiſtites in Epiſtola Synodica quę extat inter Opera Fulgentij ante libros de veritate prædeſtinationis, ita ſcribentes: 'Quia CERTVM EST, Eſau fuiſſe vas irę, Iacob autem vas miſericordiæ; Certiſſimè tenendum eſt, quod & ille vt damnaretur, iram iuſtè meruit, *Non enim iniuſtus Dominus qui infert iram*; & iſte vt ſalvaretur, gratis donum miſericordiæ prevenientis accepit'. Valdè certè dubito an Leſſius & eius Socij patienter audirent quempiam dicentem: Deus beatum Petrum diligit, Beatum Ignatium aut Xaverium odio habet. Et tamen conſequenter ad præmiſſa id admittere deberent, ſi fateantur hos eſſe illo in beatitudine inferiores. Sed audiant Auguſtinum lib. 1. ad Simplicianum

Rom. 9. 5.

Præoccupatio.

Evaſio.

Vide Leſſ. de Prædeſt. Sanct. Sect. 3. n. 33.

Præcluditur.

Afri Epiſcopi.

Digitized by Google

q. 2. appositè ad præsens propositum scribentem: 'Non diceret Deus, *Augustinus.*
,Solem dilexi, Lunam autem odio habui; aut, Lunam dilexi, stellas
9.13. ,autem odio habui: sicut dixit, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*: sed
,illa omnia dilexit, quamvis excellentiæ diversis gradibus ordinata;
1.18. ,quoniam *vidit Deus quia bona sunt*, cùm dicto eius sunt instituta: vt
,autem *odisset Esau*, nisi iniustitiæ merito, iniustum est. Quod si con-
,cedimus, incipit Iacob iustitiæ merito diligi. Quod si verum est, fal-
,sum est quòd *non ex operibus*. An fortè ex iustitia fidei? Quid ergo te
,adiuvat, *cùm enim nondum nati fuissent*, quandoquidem in nondum na-
to nec iustitia fidei poterat esse'? Si dicas, Augustinum eo loco ventilare *Præoccupatio.*
quæstionem, non decidere. Quid equidem te adiuvat, cùm iuxta Prosperum suprà hìc citatum, ventilationem istam ad hoc perduxerit, vt *omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnosceret, quòd electionem gratia* NVLLA *merita humana præcedant*? Vbi ne putares sermonem esse de meritis solius liberi arbitrij, noveris ex iam relatis Augustini verbis, ventilatum ibi fuisse de meritis etiam fidei. Noveris præterea, Augustinum cùm quæstionem istam ventilaret, agnovisse (vt Prosper continuò subtexit) *quod fides, vnde incipiunt omnia merita, donũ sit Dei.* Vnde palàm evincitur, Augustinũ præscidisse electionẽ Iacob à prævisione meritorum, etiam cum gratia vel ex gratia exercendorum. *Prosper.*
Cuius rei aliud argumentum planè efficax sumitur ex illo Enchiridij loco superiùs recitato: 'Si futura opera, vel bona huius, vel mala il- *Augustinus.*
,lius, QVÆ DEVS VTIQVE PRÆSCIEBAT, vellet (Apostolus) intelligi,
,nequaquam diceret, *Non ex operibus*; sed diceret, Ex futuris operibus'.
Nulla etenim opera bona Jacobi Deus præsciebat, nisi quæ ex gratia procedebant: Et tamen Augustinus agnoscit opera bona Iacob, *quæ Deus vtique præsciebat*: negat verò cum Apostolo, Iacob ex eis fuisse electum aut dilectum. Ergo invictè sequitur, electionem seu dilectionem Iacob non fuisse subnixam prævisione operum eius bonorum, etiam cum gratia vel ex gratia exercendorum. Quę cùm ita sint, necesse est vt aliunde quàm ex Augustini Schola patronum sibi asciscant pręscientiariæ prædestinationis assertores. Sed non est quòd multum inquirendo se fatigent: habent ad manum Faustum Regiensem, à Patre Sirmondo superiùs hìc cap. 13. §. 1. præconizatum: Cuius vox est lib. 2. cap. 3. 'Nisi præscientia exploraverit, prædestinatio nihil *Faustus Regien.*
decernit'. Et superiùs ibidem: 'Præscientia itaque gerenda prænoscit,
,postmodum prędestinatio retribuenda describit: illa prævidet merita,
hæc præordinat præmia'. Et inferiùs cap. 6. differens ex professo de
1.11. electione Iacob & reiectione Esau: 'Sed dicis (inquit) *cùm adhuc non egissent aliquid boni aut mali*, iam præfinitis partibus deputantur'. Ecce obiectionem, vide solutionem: 'Quid mirum (subdit) si quorum
,actus prędividit, eorum exitus præsignavit'? Sed si non eos puduit Fausti deliramenta refovere, cur nos pigeret, Censuram Orientalis Ecclesiæ, per Petrum Diaconum aliosque eiusdem Ecclesiæ delegatos Romę olim pronunciatam, refricare; quę habetur ad calcem libri de

Jncarn. & gratia, ad Fulgentium & Coepiſcopos in Sardinia exulantes
Petrus Diaconus cum ſocijs. directi, in hunc tenorẽ : 'Sanctorum Patrum imbuti doctrinis, anathe-
,matizamus Pelagiũ & Celeſtium, ſimul etiam Iulianũ Edanenſem, &
,qui illis ſimilia ſapiunt; præcipuè Libros Fauſti Galliarum Epiſcopi,
,qui de Monaſterio Lirinenſi provectus eſt, QVOS CONTRA PRÆDE-
,STINATIONIS SENTENTIAM SCRIPTOS ESSE NON DVBIVM EST'.
Si cui hæc cenſura Eccleſiæ Orientalis non ſufficit, recolat quæ ex
Synodus Afrorũ Epiſc. in Sardinia. Hormiſda Romanæ Sedis Antiſtite memoravimus cap. 13. §. 2. No-
verit præterea, Fauſti dogmata ijs in libris tradita, ab Africanis An-
tiſtitibus in Synodica Epiſtola ſuprà hìc mentionata reprobari, velut
Commenta veritati contraria, Catholicæ fidei penitùs inimica. Noverit de-
Proſper. nique ex Proſpero in Epiſt. ad Ruffinum c. 3. cum Auguſtini doctrina,
cui Fauſtus eſt inſidiatus, 'Non ſolùm Romanam, Africanamq; Ec-
,cleſiam, ſed & per omnes mundi partes, vniverſos promiſſionis fi-
lios congruere'.

CAPVT XV.

Tranſitus ad dilutionem Argumentorum Capite XII. Obiectorum, initio ſumpto ab Argumentis ex Diuina Scriptura ſiniſtrè vſurpata depromptis.

NOn ſatis eſt veritatis propugnatori, quòd eam rationum vel au- I.
thoritatum munimentis ſtabiliat, niſi etiam machinas quibus
oppugnatur elidat : non ſatis eſt eam ſimpliciter ob oculos ponere, ſed
neceſſe eſt & nebulas quibus obfuſcatur diſpellere. Vnde & Apoſtolus
cùm ad Timotheum ſcripſiſſet, *Oportere Epiſcopum eſſe Doctorem*; hanc 1. Tim. 3.
qualitatem ad Titum paraphraſticè explanans ait : *Amplectentem eum,* Tit. 1. 9.
qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem : vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Rationem huius neceſſitatis
ſubiungens : *Sunt enim* (inquit) *multi etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circumciſione ſunt; quos oportet redargui : qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.* Dictu-
rus, *Qui de circumciſione ſunt*, prǽmiſit, *Maximè*: vt indicaret, etiam tales
reperiri inter incircumciſos. Qui profectò tantò vigilantiùs cavendi
ſollicitiùſq; detegendi ſunt ac redarguendi, quantò periculoſiùs ſub
a Leo ſerm. 5. de Ieiunio 10. Mẽſis. Chriſtiani nominis profeſſione ſurrepunt : [a] 'Inter pietatis opera (ait
,papa Leo) quæ nos Deo magis magiſque commendant, dubium non
,eſt, quin hoſtis noſter, nocendi cupidus & peritus, acrioribus invi-
,diæ ſtimulis incitetur : vt quos apertis & cruentis perſecutionibus im-
,pugnare non ſinitur, ſub falſa Chriſtiani nominis profeſſione corrũ-
,pat; habens hæreticos huic operi ſervientes, quos à catholica fide
,devios, ibique ſubiectos, militare in caſtris ſuis ſub diverſis errori-
,bus fecit. Et ſicut decipiendis primis hominibus miniſterium ſibi
,ſerpentis aſſumpſit, ita horum linguas ad ſeducendos rectorum ani-
,mos veneno ſuæ falſitatis armavit. Sed ijs inſidijs paſtorali ſollici-
tudine

'tudine in quantum Dominus auxiliatur occurrimus: & ne quid de 'sancto grege pereat, præcaventes, paternis vos denuntiationibus ad-
Psal. 119. 2 'monemus, vt *labia iniqua, & linguam dolosam*, à quibus animam suam
2. Tim. 2. 'Propheta *liberari* postulat, declinetis: quoniam *sermo eorum*, sicut ait
17. 'Apostolus, *serpit vt cancer*: Humiliter irrepunt, blandè capiunt, mol-
Mat. 7. 15. 'liter ligant, latenter occidunt: *Veniunt* enim, sicut Salvator prædixit, '*in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces*: quia non possent veras & 'simplices oves fallere, nisi Christi nomine tegerent rabiem bestialem'. Optimè & appositè observat Augustinus, [b] 'Non dixisse Do- [b] *Aug. Ser. 11. de Verbis Domini cap. 2.*
'minum, Qui non est sub voce nominis mei, aut sub specie sacramen-
Mat. 12. 30 'ti mei; sed, *Qui non est mecum, contra me est*: nec dixisse, Qui non con-'gregat sub invocatione nominis mei; sed, *Qui non congregat mecum, spargit*'. Frustrà proinde de invocatione nominis Christi gloriatur, qui vel cum Christo non esse, vel cum eodem non colligere comprobatur: 'Nemo ergo (ait ibidem Augustinus) sibi de vocabulo blan-
2 Tim. 2. 'diatur: Si vult sibi prodesse nomen Domini, *recedat ab iniquitate qui*
19. *invocat nomen Domini*'. Si autem à quacunque indifferenter iniquitate, quantò magis ab appetitu illius concupiscentiæ, quæ virtutem negat divini operis amore propriæ dignitatis? Nihil magis satagit ista concupiscentia quàm vt per sapientiam verbi evacuetur crux Christi. Vt quid enim Christus crucem subijt, nisi [c] 'Vt incommutabilis Deus [c] *Leo Ser. 2. de Nativit. Christi cap. 1.*
'(quemadmodum ait Leo) cuius voluntas non potest suâ benignitate 'privari, primam pietatis suæ dispositionem sacramento occultiore 'compleret, & homo diabolicæ iniquitatis versutiâ actus in culpam, contra DEI PROPOSITVM non periret'? Quisquis proinde huic Dei proposito per sapientiam verbi obluctatur, adventum Christi & crucem eiusdem per sapientiam verbi evacuare conatur: ac per hoc, totum quod Christiani sumus auferre machinatur. Sed respondebunt fortè qui gratuito Dei proposito hactenus asserto obluctantur, se non in sapientia verbi, sed in sapientia Christi sacris litteris expressa illud impugnare. Quasi verò Pelagiani & Semipelagiani non idipsum responsuri fuissent: quos tamen in Sapientia Verbi tentasse evacuare crucem Christi, patroni gratiæ creberrimè perhibuerunt. Et verò quænam vnquam hæreticorum secta surrexit, quæ non ex Scripturis fulcimenta sui erroris excerpserit? [d] 'Portassis (ait Vincentius Lirinensis) ali- [d] *Vinc. Lirin. l. contra prophanas hær. Novit. c. 35. Vide in hunc locum Notas Filesaci n. 166. & seqq.*
'quis interroget, An & hæretici divinæ Scripturæ testimonijs vtan-'tur? Vtuntur planè, & vehementer quidem: Nam videas eos volare 'per singula quęque sanctæ Legis volumina: per Moysen, per Regum 'libros, per Psalmos, per Apostolos, per Evangelia, per Prophetas. 'Sive enim apud suos, sive alienos, sive privatim, sive publicè, sive in 'sermonibus, sive libris, sive in convivijs, sive in plateis; nihil vn-'quam penè de suo proferunt, quod non etiam Scripturę verbis adumbrare conentur'. Cuius praxeos mox infrà assignans rationem: 'Sciunt 'enim (subdit) fœtores suos nulli ferè citò placituros, si nudi & sim-'plices exhalentur: atque idcircò eos cœlestis eloquij velut quodam

Evasio.

Præcluditur.

›aromate aſpergunt; vt ille qui humanum facilè deſpiceret errorem, ›divina non facilè contemnat oracula. Itaque faciunt, quod hi ſolent, ›qui parvulis auſtera quædam temperaturi pocula, priùs ora melle circumlinunt; vt incauta ętas cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet. Quod etiam ijs curæ eſt, qui mala gramina, & noxios ſuccos, medicaminum vocabulis præcolorant; vt nemo ferè vbi ſupraſcriptum legerit remedium, ſuſpicetur venenum'. Appoſitè Hieronymus in caput 23. Hieremiæ ſuper verſu 30. 'Semper (inquit) ›imitatur mendacium veritatem; & niſi habuerit aliquam ſimilitudinem recti, decipere non poteſt innocentes. Quomodo igitur in priori ›populo mentiebantur Prophetæ, atque dicebant, *Hæc dicit Dominus*: ›&, *Vidi Dominum*: &, *Verbum Domini quod factum eſt ad* illum ſive illum: ›Sic hæretici aſſumunt teſtimonia Scripturarum de veteri & novo Teſtamento, & furantur verba Salvatoris vnuſquiſque à proximo ſuo, ›Prophetis, & Apoſtolis, & Evangeliſtis; & aſſumunt linguas ſuas, vt cordis venena ore pronuncient'. Hæc ibi Hieronymus: qui & ibidem paulò ſuperiùs, liberi arbitrij buccinatores ſignatè taxans, pręmiſerat: 'Solent hæretici ſemper proſpera polliceri, & cœlorum regna peccatoribus pandere, vt dicant: Parata ſunt tibi regna cœlorum: Potes ›imitari maieſtatem Dei, vt abſque peccato ſis: Accepiſti enim liberi ›arbitrij poteſtatem, & legis ſcientiam, per quam conſequaris quod ›volueris: Decipiuntq; blanditijs miſeros, & maximè *Mulierculas oneratas peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ; ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiã veritatis pervenientes*: & omnes auditores ſuos adulatione decipiunt'. Contra quos pręmunire volens Dominus fidelem populum, ait ei per Prophetam: *Populi meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant*. Iſti certè non ſunt ſapientes, de quibus ſcriptum eſt, *Verba ſapientium ſicut ſtimuli*. In quem locum idem Hieronymus: 'Notandum (inquit) quòd dicantur verba ›Sapientium pungere, non palpare; nec molli manu attrahere laciniam, ſed errantibus & tardis pœnitentiæ dolores & vulnus infligere. ›Si igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte non eſt ſermo ſapientis: *Verba* quippe *Sapientium, vt ſtimuli*'. Nec refert quòd eiuſmodi palpones copioſè vſurpent divini eloquij teſtimonia. Quid enim mirum ſi Scripturis abutantur ad diſſipandos populi mores, cùm & eis abutantur ad ſtabiliendos ſuos errores: [c] 'Nec pericitor dicere (inquit Tertullianus) ipſas quòque Scripturas ſic eſſe ex ›Dei voluntate diſpoſitas, vt hæreticis materias ſubminiſtrarent; cùm legam, *Oportere hæreſes eſſe*, quæ ſine Scripturis eſſe non poſſent'. Et ſuperiùs ibidem cap. 15. loquens de hæreticis: 'Sed & ipſi (inquit) de ›Scripturis agunt, & de Scripturis ſuadent. Aliunde ſcilicet loqui poſſent de rebus fidei, niſi ex litteris fidei'? Et inferiùs cap. 36. 'Hæc ›eſt inſtitutio (inquit) non dico iam quę futuras hæreſes prænunciabat, ſed de qua hæreſes prodierunt; ſed non fuerunt ex illa, ex quo ›factæ ſunt adversùs illam. Etiam de olivę nucleo mitis & opimæ & neceſſa-

Hieronymus.

2. Tim. 3. 6

Iſa. 3. 12.

Eccle. 12. 11.

Præoccupatio.

[c] *Tertull. lib. de Præſcript. c. 40. Vide eundem l. de Reſurrect. carnis c. 40. & 63.*

1. Cor. 11. 19.

,neceſſariæ aſper oleaſter exoritur;etiam de papavere fici gratiſſimæ & ,ſuaviſſimæ ventoſa & vana caprificus exurgit: ita & hæreſes de noſtro ,fructificaverunt, non noſtræ; degeneres veritatis grano, & mendacio ſylveſtres'. Nec minùs appoſitè Auguſtinus in Ioannē : [f] 'Neque enim ,(inquit) natæ ſunt hęreſes, & quædam dogmata perverſitatis illa- ,queantia animas & in profundum prȩcipitantia, niſi dum Scripturæ ,bonæ intelliguntur non benè ; & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè & audacter aſſeritur'. Et lib. 83. Quæſtionum q. 69. 'Non poſſet (inquit) error oboriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis non intellectis'. Et lib. 7. de Geneſi ad Litt. cap. 9. 'Neque enim (inquit) non omnes hæretici Scripturas Catholicas le- ,gunt; nec ob aliud ſunt hæretici, niſi quòd eas non rectè intelligen- ,tes, ſuas falſas opiniones contra earum veritatem pervicaciter aſſerũt'. Conſtat ſanè, veteres liberi arbitrij adversùs Dei gratiam ac prædeſtinationem inflatores, teſtimonijs Scripturarum ſuos libros denſiſſimè reſperſiſſe : vt videre eſt in Epiſtola Pelagij ad Demetriadem, & in Commentario eiuſdem in Paulum : item in Ratiocinationibus Celeſtij apud Auguſtinum lib. de Perfectione Iuſtitiæ : item in poſtremo Opere Iuliani, cuius refutationi immortuus eſt Auguſtinus : item in Collationibus Caſſiani, & in Libris Fauſti Regienſis. Ex quibus certè Opuſculis moderni voluntatum patroni omnia vel penè omnia teſtimonia, quibus ſimiliter abutuntur, decerpſerunt : vt ex mox dicendis apparebit.

[f] *Aug. Tract. 18. in Ioã. Vide eundem lib. 1. de Trinit. c. 3. & Epiſt. 141.*

2. Ad teſtimonia Scripturæ quibus æterna gloria ſub conditione promittitur, Reſpondetur, diſparem eſſe rationem electionis ad gloriam, & promiſſionis gloriæ ; Siquidem electio ſpectat ad ordinem intentionis, promiſſio verò ad ordinem executionis. De quorum ordinũ diſcrepantia poſtmodum agemus. Nunc ſuffecerit recolere alia diſcrimina ex iam memorato reſultantia, quę Facultas Theologica Lovanienſis in *Iuſtificatione ſua Cenſura* adversùs *Apologiam* Sociorum ſimiliter ſophiſticantium recenſet: vt quòd [g] 'Promiſſio temporalis ſit, ele- ,ctio autem æterna : Illa deinde ad omnes pertineat, quibus Evange- 19.17 ,lium prædicatur, quibus dicitur, *Si vis ad vitam ingredi, ſerva manda-* .10.21 *,ta*; &, *Qui perſeveraverit vſquam finem, ſalvus erit*; hæc paucorum ſit, qui- ,bus ipſa vita divino eſt præparata decreto : Illa prærequiſitæ condi- ,tionis non ſecum adferat impletionem, hæc autem præſtet aut prę- ,beat. Ex quo intelligitur, electionem ad vitam non eſſe conditiona- ,tam, ſicut promiſſio eſt, ſed abſolutam exiſtimari debere; eòque, iux- ,ta Auguſtinum, abſolutum ſit donandę perſeverantię propoſitum, quam ex ordinatione Dei vita ęterna conſequitur certiſſimè'. Sed cur, inquies, promiſſio eſt generalis ſub conditione, cùm electio ſit ſpecialis & abſoluta ? Cur putamus, niſi quia in hoc loco infirmitatis, vbi ſuperbiam generare poſſet ſecuritas, vt lib. 1. cap. 12. §. 4. oſtendimus, diſcretio electorum à reprobis debuit manere occulta? [h] 'Hinc §. 7. ,(vt Auguſtinus perhibet) & Apoſtolis dicebatur, *Si manſeritis in me*; di- cente

Ad Obiectionem primam.

[g] *Facultas Lovaniẽ. in Iuſtif. Cenſura cap. 3. n. 62. & 63. Vide Eſtium in 1.m Diſt. 41. §. 9. ad 8.m & Sylvium in 1. p. q. 23. ar. 5. ad 7.m*

Scrupulus.

Excutitur.

[h] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 13.*

Digitized by Google

'cente illo qui illos vtique sciebat esse mansuros: & per Prophetam, *Si* *Isa.1.19.*
'*volueritis, & audieritis me*; cùm sciret ipse in quibus operaretur & vel-
'le. Et similia multa dicuntur propter huius vtilitatem secreti, *ne fortè* *Ephes.2.8.*
'*quis extollatur*, sed omnes etiam qui benè currunt timeant, dùm oc-
Scrupulus. cultum est quò perveniant'. Sed cùm dicitur, inquies, *Si vis ad vitam*
ingredi, serva mandata: vel, *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ come-*
detis: vnum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur, in nostra est po-
Excutitur. testate; quod offertur, in Dei. Hunc scrupulum moverunt olim Mas-
silienses, vt patet ex Epistola Hilarij ad Augustinum sub initium, &
Augustinus. ex ipso Augustino lib. de prædest. Sanct. cap. 11. dicente: 'Sed cùm
'dicitur, inquiunt: *Si credideris, salvus eris*; vnum horum exigitur, al- *Rom.10.9.*
'terum offertur. Quod exigitur, in hominis; quod offertur, in Dei est
potestate'. Ecce Obiectionem, audi refutationem. Subdit quippe cõ-
tinuò Augustinus: 'Cur non vtrumque in Dei est, & quod iubetur, &
'quod offertur? Rogatur enim vt det quod iubet: rogant credentes,
'vt *sibi augeatur fides*; rogant pro non credentibus, vt eis donetur fides: *Luc.17.5.*
'vt & in suis incrementis, & in suis initijs Dei donum sit fides. Sic
'autem dicitur, *Si credideris, salvus eris*, quemadmodum dicitur, *Si spiri-* *Rom.8.13.*
'*tu facta carnis mortificaveritis, vivetis*. Nam & hìc ex his duobus vnum
'exigitur, alterum offertur: *Si spiritu*, inquit, *facta carnis mortificaveritis,*
'*vivetis*. Vt ergo *Spiritu facta carnis mortificemus*, exigitur; vt autem *vi-*
'*vamus*, offertur. Num igitur placet, vt *facta carnis mortificare*, non
'Dei donum esse dicamus, neque id donum Dei esse fateamur; quoniã
'exigi audivimus à nobis, præmio vitæ, si hoc fecerimus, oblato? Ab-
'sit vt hoc placeat participibus & defensoribus gratiæ'. Quid ergo ad
Obiectionem à Massilienſibus propositam? Audi quod mox infrà ibi-
dem subtexitur: 'Sicut ergo quamvis donum Dei sit, *facta carnis morti-*
'*ficare*; exigitur tamen à nobis, proposito prẹmio vitę: ita donum
'Dei est & fides, quamvis & ipsa, cùm dicitur, *Si credideris, salvus eris*,
Scrupulus. proposito præmio salutis exigatur à nobis'. Sed quare, inquies, exigit,
Excutitur. si ipse donat; quomodo donat, si homo est qui implet? Cur putamus,
'Nisi quia (vt idem alibi respondet) dat quod iubet, cùm adiuvat vt
homo faciat cui iubet'? Non ait, Adiuvat vt homo possit facere; sed,
vt faciat. Vnde & loco penultimè citato subtexuit: [i] 'Ideò hæc & no-
i *Aug.l.de Grat. & lib. Arbit. c. 15.*
'bis præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur; vt intelligatur, quòd
'& nos ea faciamus, & Deus FACIAT VT ILLA FACIAMVS: sicut per
'Prophetam Ezechielem apertissimè dicit. Quid enim apertiùs quàm
vbi dicit, *Ego faciam vt faciatis*? Huc spectat & illud eiusdem lib. de *Ezech.36.*
Gratia & libero Arbitrio cap. 16. 'Certum est nos mandata servare, *27.*
'si volumus: sed quia *præparatur voluntas à Domino*, ab illo petendum *Prov.8.35.*
'est vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Cer- *iuxta 70.*
'tum est nos velle, cùm volumus; sed ille facit vt velimus bonum, de
'quo dictum est, quod paulò antè posui, *Præparatur voluntas à Domino*; *Psal.36.*
'de quo dictum est, *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet*; *23.*
'de quo dictum est, *Deus est qui operatur in nobis & velle*. Certum est *Phil.2.13.*

nos

Digitized by Google

os facere, cùm facimus: ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires fficaciſſimas voluntati, qui dixit, *Faciam vt in iuſtificationibus meis ambletis, & iudicia mea obſervetis, & faciatis*'. Et illud item eiuſdem lib. ad Bonifacium cap. 6. 'Itane nondum evigilatis? Nondum auditis, *aciam vt ambuletis*, *Faciam vt obſervetis*, poſtremò *Faciam vt faciatis?* Quid adhuc vos inflatis? Nos quidem ambulamus, verum eſt; nos bſervamus, nos facimus: ſed ille facit vt ambulemus, vt obſervemus, t faciamus. Hæc eſt gratia Dei bonos faciens nos, hæc miſericordia us præveniens nos'. Inquirit Fulgentius, [k] 'Quid eſt, *faciam vt faatis*'. Et continuò reſpondet: 'Mei erit operis omne bonum quod perati fueritis'. Unde mox ſubinfert: 'Ipſe ergo facit vt faciamus, uo in nobis operante fit omne bonum quod facimus: de quo dicitur d Hebræos, *Aptet vos in omni bono, faciens in vobis quod placeat coram ſe*'. x quibus perſpicuum eſt, ineptire vehementer Leſſium in Obiectio- citatum, cùm aſſerit: 'Sanè inſolens planè eſt inter homines, id ſub onditione promittere, quod iam voluntate abſolutâ decreverunt. Vnde cùm de divinis rebus non poſſimus iudicare niſi ex analogia erum humanarum, rectè ex modo promittendi colligimus, in Deo on eſſe talem electionem'. Quis enim hominum, excepto illo qui ſiul eſt & Deus, poteſt veraciter hominibus dicere, *ſine me nihil poteis facere*: hoc eſt, Nihil poteſtis facere, niſi me faciente vt faciatis? Quis item hominum poteſt dicere hominibus, *Mei operis erit omne bonum quod operati fueritis*? Vtique nullus: Ac per hoc inepta eſt ratiocinatio Leſſij, ab analogia rerum humanarum ad divinas deſumpta. ed profectò Leſſius inſaniam ſui dogmatis nimiùm prodit in verbis idem paulò infrà relatis, quibus ait: 'Cùm conditio pendet à promittente, vel vt causâ principali, vel ſaltem vt causâ ſine qua non, rectiſſimè in illius arbitrium totum negotium reſolvitur; & conditio n re idem valet ac ipſius beneplacitum. At nemo hoc modo intellit illas conditiones, & abſurdè omninò ſic acciperentur'. Quibus erbis non ſolùm Semipelagianorum, ſed etiam Pelagianorum hæreem apertiſſimè aſtruit, & Catholicorum ſenſum pro abſurdo habet, am negare, impletionem conditionum ſub quibus æterna vita promittitur, à Deo promittente, *vt cauſa ſine qua non*, pendere; perfectè Pegianum eſt: Negare autem, eandem à Deo promittente pendere, *vt uſa principali*; vt minimùm Semipelagianum eſt: provt lib. 5. diceus. Explodendus proinde eſt idem Leſſius cùm in Tract. de Gratia p. 18. n. 3. in fine, loquens de converſione hominis ad Deum, ait: i conſideretur præcisè illa circumſtantia converſionis, quòd hìc & nunc potiùs fiat, quàm aliàs, vel alio modo; huius CAVSA DIRECTA ET PRINCIPALIS EST LIBERVM ARBITRIVM, quamvis non ne auxilio gratiæ'. Qui rurſus Tract. de Prædeſt. Sect. 6. num. 72. uamvis fateatur, auxilium gratiæ in actu primo habere ex parte a vim efficiendi id ad quod proximè datur; addit tamen: 'Quòd autē ſit efficax vel inefficax in actu ſecundo, provenit ex libero arbitrio'.

[k] *Fulg. l. 1. ad Monimum c. 14.*

Leſſius.

Quod

Quod mox infrà ibidem hâc ratione probat: 'Quia gratia non eſt cauſa totalis operis, ſed partialis, & veluti INSTRVMENTVM, quo liberū arbitrium vti vel non vti poteſt'. Et ſuperiùs Sect. 4. n. 46. loquens de duobus divinitùs vocatis, quorum altero reſpuente alter obſequitur: 'Quòd hìc (inquit) ſequatur & perſeveret, cauſa vera & propria eſt libertas arbitrij auxilio divino inſtructa; quæ ſicut in naturalibus, ita in ſupernaturalibus poteſt ſe in vtramque partem flectere. Vnde infero, non eſſe etiam inſcrutabile cur vocatio in illo ſit efficax in actu ſecundo, in illo inefficax: Id enim pendet ab arbitrij libertate; in cuius manu eſt facere vt ſit efficax vel inefficax. Idem dicendum eſt de auxilijs quę dantur ad perſeverandum: Vt enim iſta auxilia habeant rationem doni perſeverantiæ, vel non habeant, pendet ſimiliter à libertate'. Et Tract. de Gratia cap. 10. n. 9. 'Rectè (inquit) dicit Molina, quòd gratia ſit efficax vel inefficax in actu ſecundo, pendere à libero arbitrio; adeò vt in poteſtate liberi arbitrij ſit, gratiam quæ ſecundùm ſe eſt ſufficiens, reddere efficacem vel inefficacem in actu ſecundo'. Et cap. 11. n. 11. 'Fatemur (inquit) liberum arbitrium directè eſſe cauſam, cur hìc & nunc Deus influat in opus, tum per dona ſua, tum per ſeipſum; non autem Deum aut gratiam, cur liberum arbitrium hìc & nunc influat'.

Hæc ſunt Loſſij paradoxa, prædicationi prædeſtinationis præſcientiariæ conſentanea ac conſectaria: quorum accuratiorem refutationem in poſtremum huius operis librum reſervans, paucis duntaxat eorum abſurditatem hìc obiter perſtringam, ne cui ſcrupulum aut remoram in apprehendenda gratuitæ prædeſtinationis veritate faceſſant. Ac inprimis eorum abſurditas manifeſtè apparere poteſt ex locis præcedente §. citatis, quibus conſonè divinis Scripturis Auguſtinus & eum imitatus Fulgentius perhibent, Deum facere vt faciamus, facere vt velimus, facere vt per viam mandatorum gradiamur. Nec ſatisfit, dicendo, huiuſmodi phraſes ſufficienter verificari ratione auxiliorum in actu primo ſufficientium, quorum tamen vſus ex libero arbitrio hìc & nunc principaliter pendeat. Ad hanc quippe evaſionem præcludendam ibidem obſervandum monuimus, non dixiſſe Dominum, Faciam vt facere poſſitis, ſed, *Faciam vt faciatis*. Similiter nunc obſervamus, non dixiſſe Apoſtolum, *Deus eſt qui operatur in vobis* poſſe velle & operari, ſed *velle & operari*. Addimus etiam, non dixiſſe Proverbiaſten, *Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit* faciet illud inclinabile, ſed, *inclinabit illud*. [1] 'Solus Deus (ait Angelicus Doctor) poteſt movere voluntatem per modum agentis abſque violentia. Hinc eſt quòd dicitur Proverbiorum 21. *Cor Regis in manu Domini, quòcunque voluerit inclinabit illud*: Et ad Philippenſes 2. *Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate*. Quidam verò non intelligentes qualiter motum voluntatis Deus in nobis cauſare poſſit abſque præiudicio libertatis voluntatis, conati ſunt has authoritates MALE EXPONERE, vt ſcilicet dicerent, quòd Deus cauſat in nobis velle & perficere,

Præoccupatio.

Vide Aug. lib. de Grat. Chriſti c. 25.

[1] *D. Th. lib. 3. contra Gentes c. 88. & 89.*

INQVAN-

Digitized by Google

,INQVANTVM DAT NOBIS VIRTVTEM VOLENDI, NON AVTEM SIC QVÒD FACIAT NOS VELLE HOC VEL ILLVD'. Ecce ipſiſſimam Leſſij & Aſſeclarum eius expoſitionem. Sed videant quem nacti ſint ſuæ *malæ expoſitionis* patronum: ſequitur enim ibidem continuò: 'Sicut Ori-,genes exponit in tertio Periarchon, LIBERVM ARBITRIVM DEFENDENS CONTRA AVTHORITATES PRÆDICTAS'. Nec minùs appoſitè ad ſcopum noſtrum ſcribit idem rurſus in caput 9. ad Romanos Lectione 3. 'Manifeſtum eſt (inquiens) quòd nihil poteſt poni vt ratio prædeſtinationis, quod eſt prædeſtinationis effectus, etiamſi ac-,cipiatur provt eſt in Dei præſcientia: quia ratio prædeſtinationis præ-,intelligitur prædeſtinationi, effectus autem in ipſa includitur. Mani-,feſtum eſt autem quòd omne Dei beneficium, quod homini confert, ad ſalutem, eſt divinæ prædeſtinationis effectus. Divinum autem be-,neficium non ſolùm extendit ſe ad infuſionem gratiæ quâ homo iu-ſtificatur, SED ETIAM AD GRATIÆ VSVM'. Attende pauliſper quid hinc ipſe concludat: 'Sic igitur (ſubdit infrà ibidem) non poteſt eſſe ,quòd merita conſequentia gratiam ſint ratio miſerendi aut prædeſti-,nandi, ſed ſola Dei voluntas, ſecundùm quam miſericorditer aliquos liberat'. An fortè putabimus, ex huius Doctoris ſententia, vſum gratiæ dici Dei beneficium, quia ipſa gratia cooperatur voluntati *veluti inſtrumentum* (vt ait Leſſius) cauſæ principali? Nullo modo: Nam ibi-dem inferiùs elucidans illa verba, *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, diſertè improbat communem Sociorum interpretationẽ, tanquam illativam conſequentis, quod aures piæ non ferunt. Cùm enim vnum quendam modum interpretandi eum locum memoraſſet, ſubdidit: 'Poteſt & aliter intelligi, vt ſit ſenſus: Omnia procedunt ,ex Dei miſericordia: Igitur *Non eſt volentis*, ſcilicet, velle; *neque cur-,rentis*, ſcilicet, currere: ſed vtrumque *eſt miſerentis Dei*, ſecundùm illud ,1. Cor. 15. *Non autem ego, ſed gratia Dei mecum*: Et Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*'. Ecce ipſiſſimũ Sociorum ſenſum. Sed audi ſequentia: 'Sed ſi hoc ſolùm (ſubdit) in hoc verbo intellexiſſet Apoſtolus, ,cùm etiam gratia ſine libero arbitrio hominis non velit neque currat, ,potuiſſet è converſo dicere, Non eſt miſerentis Dei, ſed volentis & ,currentis: QVOD AVRES PIÆ NON FERVNT. Vnde plus aliquid eſt ,ex verbis intelligendum, VT SCILICET PRINCIPALITAS GRATIÆ ,DEI TRIBVATVR. Semper enim actio magis attribuitur principali ,agenti quàm ſecundario: puta ſi dicatur, quòd SECVRIS non facit ar-,cam, ſed ARTIFEX per SECVRIM. Voluntas autem hominis move-,tur à Deo ad bonum: vnde ſuprà cap. 8. dictum eſt, *Qui ſpiritu Dei ,aguntur, hi ſunt filij Dei*. Et ideò hominis operatio interior NON EST ,HOMINI PRINCIPALITER, SED DEO ATTRIBVENDA, Philip. 2. *Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate*'. Nihil dici potuit vel Auguſtinianæ menti conſonantius, vel Leſſianis Commentis diſſonantius. Sed addendus eſt Angelico Magiſtro diſcipulus Hervæus: [m] 'Malè imaginantur (ait ille) qui putant quòd gratia ſit effectus præ-

Præoccupatio.

Rom. 9. 16

1. Cor. 15. 10.

Io. 15. 5.

Vide Aug. l. de Grat. & libero Arb. c. 7 & Enchir. c. 32. & l. 1. ad Simplic. q. 2.

Rom. 8. 14.

Phil. 2. 13.

[m] *Hervæus in 1. Diſt. 38. ar. 1. in fine.*

'destinationis, sed non bonus vsus liberi arbitrij gratiâ informati. Jmò 'totum cadit sub effectu prædestinationis : quia totum hoc Deus præ-'concepit & præordinavit ab æterno conferre ELECTIS, & alia quibus assequantur vitam æternam'. Rectè proinde ait alibi Angelicus ipse Doctor : [n] 'Hoc ipsum, quod est velle accipere gratiam, est nobis ex 'prædestinatione divina : vnde non potest esse causa prædestinationis'. Consonat Driedo in sua *Concordia* p.1. cap. 3. Propos. 3. dicens : 'Bo-'nus vsus gratiæ dandæ, CVM SIT PRÆDESTINATIONIS EFFECTVS, non potest esse ratio meritoria totius effectus prædestinationis'. Quod probans inferiùs ibidem : 'Sciendum (subdit) quòd benè vti gratiâ 'dandâ non est aliud, quàm ex ipsa suo tempore benè operari. Hoc au-'tem tale est, quòd non possit homo à semetipso habere, sed à prædе-'stinatione divina. Ex quo concluditur, quòd bonus vsus gratiæ dan-'dæ non potest esse ratio prædestinationis divinę, quia inter effectus prędestinationis deputatur'. Audiant itaque adversæ sententiæ patroni Augustinum sibi insonantem : [o] 'Contra Deum loquimini, dicendo: Nos facimus, quod ille se facturum esse promisit'. Sed hoc, inquiunt, adversùs Pelagianos dictum est, qui gratiam penitùs amovebant. Adversùs Pelagianos dictum esse non inficior, sed adversùs omnes sibi boni operis aut voluntatis principalatum arrogantes valere contendo. Neque enim Pelagiani erant, aut gratiam penitus amovebant i, adversùs quos agebat idem quando dicebat : [p] 'Quando promisit Deus 'Abrahę in semine eius fidem Gentium, dicens, *Patrem multarum Gen-'tium posui te*: Vnde dicit Apostolus, *Ideò ex fide, vt secundum gratiam sit-'ma sit promissio omni semini*, non de nostræ voluntatis potestate, SED DE 'SVA PRÆDESTINATIONE PROMISIT : Promisit enim quod ipse fa-'cturus fuerat, NON QVOD HOMINES : quia etsi faciunt homines 'bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit vt illi faciant quæ 'præcepit, NON ILLI FACIVNT VT IPSE FACIAT QVOD PROMISIT: 'alioquin vt Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum est potestate'. Sensit planè Lessius huius testimonij pondus & energiâ ad destruendum ea quæ sub finem præcedentis §. ex ipso descripsimus; & ideò Tract. de Gratia cap. 17. n. 8. maluit suâ illud machæra truncare, quàm periculum integri interpretandi subire. Sed quid inde suppressit? Illud vtique quod cum suis paradoxis indissimulabiliter pugnare perspexit, *Non illi faciunt vt ipse faciat quod promisit.* Quæ clausula è diametro adversatur Lessiano paradoxo superiùs memorato, quo ait: *Fatemur liberum arbitrium directè esse causam cur hîc & nunc Deus influat in opus, tum per dona sua, tum per seipsum.* Mirum autem cur non similiter suppresserit, quod Augustinus proximè præmiserat, *Ipse facit vt illi faciant quæ præcepit*: cùm non minùs aperte evertat illud quod continuò subiunxit : *Non autem Deum aut gratiam, cur liberum arbitrium hic aut nunc infl. ar.* Quod si Lessio obijcias id quod Apostolus ait homini, *Quis te discernit?* Respondebit alibi : [q] 'Solùm vult Apostolus osten-'dere, eum qui accepit, non posse gloriari, quasi à se haberet &c. Nec obstat

[n] *D. Th. q. 6. de Verit. ar. 2. ad 11.*

Driedo.

[o] *Aug. l. 2 Operis imperf. cap. 153.*

Præoccupatio.

[p] *Aug. l. de Prædest. Sanct. cap. 20.*

Gen. 17. 5.

Rom. 4. 16.

Lessius.

Evasio.

[q] *Lessius de prædest. Sect. 3. n. 37.*

1. Cor. 4. 7.

Digitized by Google

'obstat quòd requiratur consensus hominis, quem cùm iustus habeat, 'non impius, SEIPSVM ETIAM DISCERNIT AB IMPIO. Quia etsi 'HOC SIT VERISSIMVM, & consentaneum alijs Scripturæ locis, vbi 'homo *seipsum* dicitur *salvum facere, emundare à peccatis, convertere, facere 'vas in honorem* &c. tamen Apostolus VOLENS REPRIMERE ARRO-'GANTIAM HVMANAM, & ostendere nihil esse à nobis PRÆCISE, in quo possimus gloriari; hoc loco istud non considerat'. Simili prorsus artificio Iulianus olim tentavit enervare testimonium eiusdem Apo-
Rom. 9. 12. stoli, dicentis, *Non ex operibus, sed ex vocante*, Iacob fuisse electum & maiori fratri prælatum; fingens, vt superiùs cap. 14. §. 6. retulimus, Apostolum *ad incurvandam circumcisorum arrogantiam, sub nom ne gratiæ de sola* DEI *præiudicaße potestate.* Cui respondens Augustinus: Ergo, inquit, *ad incurvandam circumcisorum arrogantiam mentitus Apostolus*. Quæ responsio peræquè hic adhiberi potest. Nec obstat quòd Lessius loca Scripturæ proferat, quibus suum stabilire conatur intentum. Nam & Iulianus idem præstiterat. Etenim Lessius responsionem suam maximè fundat in illo Apostolico, quod & Faustus Regiensis eodem spiri-
2. Tim. 2. 21. tu pervrget lib. 1. cap. 12. *Si quis emundaverit se ab istis, erit vas in honorem.*[e] At verò Iulianus illo ipso Apostoli oraculo suam tuebatur hæresim. Cui respondens Augustinus: [f] 'Ergo (inquit) ipsa vasa ita se
Rom. 9. 23. 'præparant, vt frustrà de Deo dictum sit, *Quæ præparavit in gloriam.* 'Hoc enim apertissimè dicis: Nec intelligis, ita dictum esse, *Si quis 'emundaverit semetipsum*, vt ostenderetur & opus hominis per volunta-
Prov. 8. 35. iuxta 70. 'tem. Sed homo ingrate, *præparatur voluntas a Domino.* Ideò vtrumque 'verum est, & quia Deus *præparat vasa in gloriam*, & quia ipsa se præ-'parant. Vt enim faciat homo, Deus facit prior. Lege mihi Ezechie-'lem Prophetã, vnde quod satis visum est suprà cõmemoravi: Vbi ista
Ezech. 36. 27. 'etiam verba reperies, id est, Deum *facere vt præcepta eius homines faciant*'. Si hunc Augustini locũ Lessius vidisset (prodijt enim è latebris postquã Lessius de gratia & prædestinatione scripsisset) nõ cum tantâ fortè præfidentiâ dixisset: [g] 'Perinde est ad doctrinam fidei, vtrùm dicas libe-'rum arbitrium priùs naturâ influere in opus, quàm gratia præveniens influat; an simul naturâ'. Verùm scire debuisset, prosperum Massilienſibus improperasse; [h] 'Quòd gratiam negarent, cùm eam humanæ voluntatis non ducem vellent esse, SED COMITEM'. Qui rursus cap. 25. eiusdem libri apertissimè testatur, 'Contra omnem electionem de 'libero arbitrio gloriantem, illam invictissimè reniti sententiam dicen-
1. Cor. 4. 7. 'tis Apostoli: *Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis*'? Quibus verbis continuò subtexit, quod Lessij paradoxis capitaliter repugnat: 'Igitur profunditas illius quæstionis, QVAM SECVNDVM ADMIRATIONEM APO-'STOLI IMPENETRABILEM CONFITEMVR, PER LIBERI ARBITRII VELLE ET NOLLE NON SOLVITVR'. Cuius dicti rationem assignans adiungit: 'Quia licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle'. Cur autem vni donetur bonum velle, alteri non

Vide eundem de Gratia c. 17. n. 10.

Præcluditur.

Præoccupatio.

[e] *Aug. l. 1. Operis imperf. cap. 134.*

[f] *Lessius Tract. de Grat. c. 10. n. 7.*

[g] *Prosp. lib. 1. de Vocat. Gent. c. 1.*

Digitized by Google

non donetur : tametsi Lessio non videatur inscrutabile, nobis cum eodem Prospero inscrutabile omninò videtur: nec veremur cum Augu-
v *Aug Tract. 26. in Ioan.* stino dicere, errare eos, quibus scrutabile esse videtur. v 'Magna (ait ,ille) gratiæ commendatio, *Nemo venit nisi tractus.* Quem trahat,& quē *Io. 6. 44.* ,non trahat : quare illum trahat, & quare illum non trahat? Noli velle iudicare, SI NON VIS ERRARE'. Verum quidem est, electos trahi à Deo , quia dilecti sunt misericorditer ab eo; sicut scriptum est , *In cha-* *Hier. 31. 3.* *ritate perpetua dilexi te,* IDEO *attraxi te, miserans* : nihilominus quia huius prædilectionis ratio humanæ intelligentiæ captum transcendit,
Prosper. etiam cur vnus præ alio trahatur inscrutabile est : 'Cur illorum non ,misertus (ait Prosper lib. 1. de vocat. Gent. cap. 15.) & horum mi- ,sertus sit Deus, quæ scientia comprehendere , quæ potest investigare ,sapientia ? Latet discretionis istius ratio, sed non latet ipsa discretio. ,Non intelligimus iudicantem , sed videmus operantem. Quid calū- ,niamur iustitiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manife- ,stæ ? Laudemus & veneremur quod agitur,quia tutū est nescire quod tegitur'. Et lib. 2. eiusdem Operis cap. 9. 'Quæ itaque causæ ,sint (inquit) harum sub eadem gratia dissimilitudinum,quæve ratio- ,nes, sanctis Scripturis non loquentibus quis loquetur ? Et cùm in ,eis scientia Pauli Apostoli à disputatione transeat ad stuporem , cuius ,erit tanta præsumptio, qui hæc differendo existimet aperienda potiùs quàm silentio miranda' ?

Ad Confirmationem primā. Ex his patet, ad primam confirmationem c. 12. §. 2. adductam rectè ibidem esse responsum. Quanquam enim Dei regnum creaturis rationalibus tam pro statu primæ institutionis , quàm pro statu novissimæ restaurationis , sub conditione promittatur ; electio tamen ad regnum pro priori statu non fuit fixa vel absoluta,nisi post prævisam conditionis impletionem; pro posteriori autem statu ita fixa & absoluta est ante prævisam conditionis impletionem , vt ex vi ipsius implenda sit in electis ipsa conditio. Ratio disparis œconomiæ pro vtroque statu ibidem indicata est : quod nimirum pro priori statu impletio conditionis pependerit principaliter è nutu promissariorum , vt ex dictis cap. 8. perspicuum est : pro posteriori autem statu impletio conditionis pendeat principaliter ex ipso promittente , vt ex hactenus dictis perquè manifestum est. Unde qui existimant electionem ad regnum pro vtroque statu suspendi ex prævisione implendæ conditionis, principalatum impletionis libero vtrobique assignant arbitrio , secundatū gratiæ. Huc collimarunt Assertores Articuli 22. ab vtraque Academia Belgica ante 60 annos proscripti, quo aiebant : *In statu innocentiæ sufficiebat homini ad salutem gratia, qua poterat perseverare,si vellet : Ergo & nunc.* Revera enim si pro vtroque statu consimilis sufficeret gratia, consimilis pro vtroque sufficeret electio, vt ex deductis cap. 13. & 14. elucet. Unde & Massilienses qui pro hoc statu perinde ac pro primo electionem ex prævisione fidei incipientis ac perseverantis suspendebant, discrimen gratiæ pro vtroque statu ab Augustino assertum con-

Iesuita Lovan. 4

sequen-

:quenter horrebant : [w] 'Moleſtè ferunt (ait de eis Hilarius) ita divi- [w] *Hilar. Epiſt. ad Auguſtinum.*
di gratiam, quæ vel tunc primo homini data eſt, vel nunc omnibus datur, vt ille acceperit perſeverantiam, non quâ fieret vt perſevera-ret, ſed ſine qua per liberum arbitrium perſeverare non poſſet : nunc verò Sanctis in regnum per gratiam prædeſtinatis non tale adiutoriũ perſeverantiæ detur, ſed tale, vt eis perſeverantia ipſa donetur; non ſolùm vt ſine iſto dono perſeverantes eſſe non poſſint, verumetiam vt per hoc donum non niſi perſeverantes ſint'. Diſcrimen porrò iſtud vtriuſque gratiæ, adeòque vtriuſque reſpectivè electionis, tradiderat Auguſtinus libro potiſſimùm de Correpț. & Grat. de quo ſub initiũ Epiſtolæ ad Auguſtinum Proſper, poſtquam dogma Maſſilienſium contra gratuitam electionem obmurmurantium perſtrinxiſſet, adiunxit : 'Evenit ex diſpoſitione miſericordiæ Dei, vt cùm quoſdam intra Africam ſimilia moviſſent, librum de Correptione & Gratia, plenum divinæ authoritatis, emitteres. Quo in notitiam noſtram inſperata opportunitate delato, putavimus omnes querelas reſiſtentium ſopiẽdas : quia vniverſis quæſtionibus, de quibus conſulenda erat Sanctitas tua, tam plenè illic abſolutèque reſponſum eſt, quaſi hoc ſpeciatim ſtudueris, vt quæ apud nos erant turbata componeres. Recentito autem hoc beatitudinis tuæ libro, ſicut qui Sanctam atque Apoſtolicam doctrinæ tuę authoritatem anteà ſequebantur, intelligentiores multò inſtructioreſque ſunt facti ; ita qui perſuaſionis ſuæ impetebantur obſcuro, averſiores quàm fuerant, receſſerunt'. Teſtatur porrò ipſe Auguſtinus, ſe in iſtò libro de Correptione & Gratia evidentiùs quàm vnquam anteà, perſeverantiam finalem divino muneri aſcripſiſſe : [x] 'Ego quidem (inquiens) in illo libro, cuius eſt titulus, *De Correptione & Gratia*, qui ſufficere non potuit omnibus dilectoribus noſtris, puto me ita poſuiſſe, donum Dei eſſe etiam perſeverare uſque in finem; vt hoc anteâ, ſi me non fallit oblivio, tam expreſsè atque evidenter, vel nuſquam, vel penè nuſquam ſcripſerim'. Loquitur verò hìc de perſeverantia electorum pro ſtatu naturæ corruptæ: nam in libro illo *De Correptione & Gratia*, perſeverantiam electorum pro ſtatu primę inſtitutionis adſcribit libero perſeverantium arbitrio. Inde ait ibi de Angelis bonis : [y] 'Cadentibus alijs per liberum arbitrium, PER LIBERVM ARBITRIVM STETERVNT IPSI'. Ubi non [y] *Aug. lib. de Correpț. & Grat. c. 11.*
putandus gratiæ adiutorium ſecludere, ſed principalatum perſeverandi libero arbitrio adſcribere. Neque verò ob ſupervenientes Maſſienſium querelas, ab-aſtruendo diſcrimine vtriuſque perſeverantiæ, eoque vtriuſque reſpectivè electionis, deſilijt ; quin potiùs in eo perſtendo perſeveravit. Ait quippe in poſtremo adversùs eos volumine : [z] 'Qui non infertur in tentationem, non diſcedit à Deo. Non [z] *Aug. l. de Bono Perſever. c. 7.*
id hoc omninò in viribus liberi arbitrij, quales nũc ſunt, fuerat in homine antequam caderet. Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præſtantia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum ſuis cadente, in veritate ſteterunt, & ad ſecuritatem perpetuam

,petuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, pervenire ,meruerunt. Post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam ,Deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eũ; NEQVE NISI AD GRA-,TIAM SVAM VOLVIT PERTINERE, VT HOMO NON RECEDAT AB EO'. Atque vt indicaret, hanc perseverandi seu à Deo non recedendi gratiam provenire ex electione quâ sortem consecuti sumus in Christo, subdit continuò: 'Hanc gratiam posuit in illo *quo sortem consecuti* Ephes. 1. 11 ,*sumus, prædestinati secundùm propositum eius, qui vniversa operatur*: Ac per ,hoc sicut operatur vt accedamus, sic OPERATVR NE DISCEDAMVS'. Promisit electis suis perseverantiam Deus, per Prophetam dicendo: *Timorem meum* DABO *in cor eorum, vt à me non recedant.* 'Quod quid Hier. 32. ,est aliud (aiebat superiùs cap. 2. ibidem Augustinus) quàm talis ac 40. ,tantus erit timor meus, quem DABO in cor eorum, vt mihi perseveranter adhæreant'? Hi sunt verè *filij promissionis* qui *æstimantur in semine.* Rom. 9. 8. Hi sunt *pollicitationis hæredes, quibus abundantiùs volens Deus ostendere* Hebr. 6. 17 IMMOBILITATEM CONSILII SVI, *interposuit iusiurandum; vt per duas* & 18. *res immobiles* (promissionem scilicet, & iuramentum Dei) *quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Meritò proinde miratur Augustinus, maluisse quosdam infirmitati suæ humanæ voluntatis, quàm firmitati divinę promissionis committi: [a] 'Sanè (ait ,ille) cùm dicat Apostolus, *Ideò ex fide, vt secundum gratiam firma sit pro-* Rom. 4. 16. ,*missio*; miror homines infirmitati suæ se malle committere, quàm firmitati promissionis Dei'. Et mox adversariorum causationi occurrens, subdit: '*Sed incerta est mihi*, inquis, *de me ipso voluntas Dei.* Quid ergo? ,Tuane tibi voluntas de teipso certa est, nec times, *Qui videtur stare, vi-* 1. Cor. 10. ,*deat ne cadat*? Cùm igitur vtraque incerta sit, cur non homo firmiori 12. quàm infirmiori fidem suam, spem, charitatemque committit? Testatur Scriptura, *Deum ab initio constituisse hominem, & reliquisse illum in ma-* Eccli. 15. *nu consilij sui.* Sed quàm malè sibi ille consuluit, eventus edocuit; quo 14. non solùm seipsum, sed & nos secum vulneribus afflixit & vigore despoliavit. Quanta ergo insania est, velle nunc infirmos sibiipsis committi, cùm illi tam firmo malè cesserit sibiipsi cõmmitti?

[a] *Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 11*

Ad Confirmationem secundam.

Ad alteram Confirmationem ibidem subiunctam Respondetur, negando minorem. Vsqueadeò enim impletio conditionis non pendet principaliter ex nutu filiorũ qui promissi sunt Abrahę, vt non dubitet dicere Prosper, [b] 'Manet prorsus & quotidie impletur, quod Abrahæ ,Dominus SINE CONDITIONE PROMISIT, sine lege donavit'. Et inferiùs ibid. c. 20. 'Quis (inquit) tam alienus est à fide Abrahæ, quis tam ,degener ab vniversarum gentium patre, qui promissionem Dei aut nõ ,impleri, AVT AB ALIO PRÆTER EVM QVI PROMISIT DICAT IMPLERI? Erit quidem ille mendax, Deus autem est verax'. Quò spectat & illud superiùs ex Augustino relatum: 'Quando promisit Deus ,Abrahæ in semine eius fidem Gentium, non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit: Promisit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines' &c. Et alibi: [c] 'Quod promittit Deus

5.

[b] *Prosp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 9.*

[c] *Aug. Epist. 105.*

Digitized by Google

'Deus, non facit nisi Deus. Habet namque aliquid rationis & veritatis, vt homo promittat, & Deus faciat: vt autem homo se facere dicat, quod promiserit Deus, SVPERBA IMPIETATIS EST REPROBVS SENSVS'. Et lib. 2. Operis Imperf. cap. 156. 'Quando dicunt homines, *Quod Deus promisit, nos facimus*; seipsos faciunt iactantiâ potentes, illum arrogantiâ mentientem'. Et superiùs ibidem cap. 153. 'Contra Deum loquimini, dicendo, *Nos facimus, quod ille se facturum esse promisit.* In Isaac quippe, qui Abrahæ promissus est filius, hi præfigurati sunt, non qui seipsos iustos, sed quos Deus fuerat ipse facturus. Vnde vni-
Isa. 45. 8. versæ per Prophetam dicit Ecclesiæ, *Ego sum Dominus qui facio te*; propter quod & *filij promissionis* vocantur, apertissimè dicente Apostolo,
Rom. 9. 6. *Non potest autem excidere verbum Dei: Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt*
& seqq. *Israelita; neque qui semen Abrahæ, omnes filij; sed in Isaac vocabitur tibi semen. Hoc est, non qui filij carnis, hi filij Dei; sed filij promissionis æstimantur in semine.* Quos itaque Deus promittit, Deus facit. Hoc ergo totum,
Psal. 48. 7. sicut ædificat eos, quorum spes in Deo est; sic evertit eos, *qui confidunt in virtute sua.* Ac per hoc, sicut catholicam fidem ædificat, sic Pelagianum evertit errorem'. Et ibidem cap. proximè sequente: 'Dicite
Rom. 10. 3. nobis, ô vani, non defensores, sed inflatores liberi arbitrij, qui *ignorantes Dei iustitiam, & vestram iustitiam volentes constituere, iustitiæ Dei non estis subiecti*: Dicite, inquam, nobis, Si noluissent Gentes credere, iustèque vivere, evacuaretur promissio quæ facta est ad Abraham? Non, inquies. Ergo vt Abraham ob stipendium fidei consequeretur dila-
Prov. 8 35. tationem seminis, *præparata est* Gentium *voluntas à Domino*: & vt vel-
iuxta 70. lent, quod & nolle potuissent, ab illo factum est, qui ea *quæ promisit*
Rom. 4. 21. *potens est facere*'. Neque his officiunt quæ in probationem minoris iam negatæ adducta sunt ibidem ex Hugone Victorino: qui vtique non aliud intendit, quàm quòd promissio Abrahæ facta executioni mandetur non sine libero benedicendorum consensu: id quod verissimum est, loquendo de adultis; quos Tridentina Synodus, [d] 'Per VOLVNTARIAM susceptionem gratiæ & donorum', iustificari perhibet. Quod enim Tridentinæ est, *voluntaria susceptio*, hoc Victorino est, *cum eorum ad quos fit libera voluntate*: sed, vt suprà memoravimus, *præparatur voluntas à Domino*. An fortè putandum est, hanc voluntatis præparationem consistere in subministratione auxiliorum in actu primo sufficientium, sed quorum vsus hìc & nunc adscribendus sit libero arbitrio, tanquam *causæ* (vt Lessius §. 2. citatus contendit) *directæ & principali*? Nihil alienius à mente Victorini, cuius vtique vox alibi est: [e] 'Bona voluntas INSTRVMENTVM est, Spiritus sanctus ARTIFEX'. Vide quàm consonet Angelico Doctori §. 2. hìc suprà citato. Sed vide quid Victorinus ex illo suo principio subinferat: 'Opus bonum (inquiens) ex Spiritu est, qui operatur; NON EX VOLVNTATE HOMINIS, per quam operatur'. Vbi quid aliud dicit, quàm quod ex Augustino aliquoties iam memoravimus? 'Etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit vt illi faciant quæ præcepit, non illi

[d] *Trid. Sess. 6. cap. 7.*

Evasio.

Præcluditur.

[e] *Hugo Vict. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 17.*

Digitized by Google

illi faciunt vt ipſe faciat quod promiſit'? Pergit porrò Victorinus, ſubtexens : 'In ipſa quidem (voluntate hominis) eſt bonum, ſed EX IPSA NON EST'. Et quaſi rationem huius dicti reddens ſubdit : 'Ex ipſa ,non eſt, quoniam aliunde accepit; in ipſa tamen eſt, quoniam habet 'quod accepit'. Vide quàm hìc conſonet Auguſtino, qui loquens de ſpiritualibus fidelium divitijs : [f] 'Hæc dona Dei ſunt (inquit) & ve- ,ſtra quidem ſunt, ſed NON EX VOBIS : *Habetis* enim *theſaurum iſtum* in 2. Cor. 4. 7. ,terreniscorporibus & adhuc fragilibus, tanquam *in vaſis fictilibus, vt ,eminentia virtutis ſit Dei, & non ex vobis.* Nec miremini quia dici- ,mus, Et veſtra eſſe, & ex vobis non eſſe. Nam & *panem quotidianum* Mat. 6. 11. ,dicimus *noſtrum*, ſed tamen addimus, *da nobis*, ne putetur eſſe ex nobis'. Sed audi adhuc Victorinum alibi non minùs dilucidè ſuum hac de re ſenſum prodentem : [g] 'Ordinatiſſimum (ait ille) eſt de noſtra re- ,paratione divinæ diſpenſationis conſilium; vt qui ſponte cecidit, non ,coactus ſed ſponte reſurgat; & qui per liberum arbitrium infirmatus ,eſt, ſanitatem non recuperet donec per liberum arbitrium ſanari velit. ,Hoc autē EX NOBIS NON EST vt velimus, ſed Deus in nobis hoc operatur'. Et paulò infrà ibidem : 'Illūd meritum (inquit) quo homo in- ,fœlix eſſe meruit, tantummodò ex homine fuit: hoc verò meritū quo ,fœlicitatem æternam meretur, NON EX HOMINE EST, SED GRATIA DEI HOC IN HOMINE OPERATVR'. Et rurſus inferiùs ibidem : 'Pla- ,cuit Deo, vt beatitudinem, quam gratis daturus erat homini, priùs ,hominem promereri faceret; ſic tamen vt AB IPSO eſſet & meritum, & meriti præmium'. Quod ſi cui ſcrupulum moveant illa Hugonis verba in argumento obiecta, *Vt in proprio habeant* (homines) *arbitrio promiſſionem factam ſuſcipere vel reſpuere* : obſervet ex iam dictis, non eū dixiſſe, Ex proprio arbitrio; ſed, *In proprio arbitrio.* Quamvis itaque vtrumque illūd ſit in proprio arbitrio, & alterum, quod eſt *reſpuere*, ſit etiam ex proprio arbitrio : tamen alterum, quod eſt *ſuſcipere*, non eſt ex arbitrio, ſed ex Dei gratia, quæ facit ſe ſuſcipi; dicente de ea Fulgentio : [h] 'Ut eligatur, ipſa priùs eligit : neque ſuſcipitur aut diligitur, ,niſi hoc ipſa in corde hominis operetur. Ergo & SVSCEPTIO & deſiderium gratiæ opus ipſius eſt gratiæ'. Qui & præcedente ibidem capite præmiſerat, 'Quoſdam beneficia gratiæ multùm minorare, dum ,non credunt, ipſius gratiæ opus eſſe in homine, vt gratia SVSCIPIATVR ab homine'. Videri in eandem rem poſſunt quæ §. 3. ex Angelico Doctore & Hervæo deſcripſimus, ad probandum quòd vſus gratiæ ſit effectus gratiæ ac prædeſtinationis. Quod itaque Victorinus aſſerit, homines *in proprio habere arbitrio promiſſionem factam ſuſcipere vel reſpuere*, perinde valet ac quod Auguſtinus ait : [i] 'Conſentire vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, propriæ voluntatis eſt'. Nam quod Auguſtino eſt *Conſentire vocationi Dei*, hoc Victorino eſt *promiſſionem factam ſuſcipere*; & quod Auguſtino eſt *Ab ea diſſentire*, hoc Victorino eſt *Reſpuere*; denique quod Auguſtino eſt *Propriæ voluntatis eſſe*, hoc Victorino eſt *In proprio habere arbitrio.* Sicut autem Victorinus non ait, Ex

pro-

[f] *Aug. Epiſt. 143.*

[g] *Hug. Vict. l. 4. de Arca Morali cap. 3.*

[h] *Fulg. l. 1. de Verit. Prædeſt. cap. 15.*

[i] *Aug. l. de Spiritu & litt. c. 34*

proprio habent arbitrio, sed *In proprio habēt arbitrio*: ita Augustinus non ait, Ex propria volūtate est, sed *Propriæ voluntatis est*. Vnde & alibi cùm dixisset, quòd credere vel non credere sit IN ARBITRIO voluntatis humanæ; ne putaretur dicere quòd credere sit EX ARBITRIO, vigilanter adiunxit: [k] 'Sed in electis præparatur voluntas A DOMINO'. Et rursus adiecit: 'Ideò ad ipsam quòque fidem, quæ IN voluntate est, pertinet: *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti*? Non ait, quæ Ex voluntate, sed *Quæ* IN *voluntate est*. Quæ duo quantum differant, iam ex ipso Augustino & Victorino patefecimus. Porrò quod hìc ait, *credere esse in arbitrio voluntatis*, item *fidem in voluntate esse*; hoc ipsum in libro de Spiritu & Littera cap. 31. expresserat, dicendo, *fidem in potestate esse*: 'Vide (inquiens) vtrùm quisquam credat si noluerit, aut non credat si voluerit. Quod si absurdum est: quid est enim credere, nisi consentire verum esse quod dicitur? Consensio autem vtique volentis est: Profectò fides IN potestate est'. Ubi iterum non ait, Ex potestate; sed IN *potestate est*. Similiter inferiùs cap. 34. ibidem tractans illud Apostoli iam citatum, *Quid habes quod non accepisti*? Cùm præmisisset: 'Accipere & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo': continuò subdidit: 'Ac per hoc, quid habeat, & quid accipiat, DEI EST: accipere autem & habere, vtique accipientis & habentis est'. Vbi iterum non ait, Ex accipiente & habente est; sed, *Accipientis & habentis est*. Ex quo igitur est? vtique ex illo, de quo iam suprà hìc citatus aiebat: *In electis præparatur voluntas* A DOMINO. In quam rem satis appositè scribit Richardus Victorinus in suo Beniamin: [l] 'Equidem (inquiens) accepisse, non accipientis, sed veraciter est gloria dantis'. Non negat esse accipientis, sed negat esse gloriam accipientis; asserens esse gloriam dantis. Vnde & mox subdit: 'Quid enim habet homo proprium, nisi peccatum? Et quale erit, gloriari de malo proprio, sive de BONO ALIENO? Talis itaq; gloriator quàm verè est stultus, tam rectè appellatur & asinus'. Sed non gloriatur, inquies, de bono alieno, qui iam accepit, & accipiendo fecit suum: accipere quippe & habere, accipientis & habentis est; vt iam ex Augustino memoravimus: qui & alibi ait: [m] 'Nemo Deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quisque quod peccat: neque cùm aliquid secundùm Deū operatur, ALIENET HOC A PROPRIA VOLVNTATE'. Cui consonans Hugo Victorinus suprà hìc citatus aiebat de hominis voluntate: 'In ipsa quidem est bonum, sed ex ipsa non est. Ex ipsa non est, quoniam aliunde accepit; in ipsa tamen est, quoniam HABET quod accepit'. Respondeo, Hugonem ibidem subdere hæc verba, ex quibus tota hæc deciditur controversia: Idem ipsum & SVVM EST, inquantum habet; & NON SVVM, inquantum à semetipsa non habet'. Non debet itaque homo bonum, quod divinitùs accepit, arrogare sibi, inquantum non est suum, sed aliunde accepit: sed nec debet rursus alienare illud à se, inquantum est suum, sive inquantum illud habet: [n] 'Omnis illuminatarum mentium

[k] *Aug. lib. de Prædest. Sanct. cap. 5. Vide Bern. l. de Grat. & libero Arbit. cap. 11.*

[l] *Rich. Vict. in Beniamin Minore cap. 50.*

Præoccupatio.

Hugo Victor

[n] *Prosp. Epist. ad Demetriad. cap. 14.*

,pius motus (ait Prosper) alienari quidem non potest à propria homi-
,nis voluntate; siquidem nihil rectè faciet, nisi quod VOLENS egerit:
,Sed vt ad id quod æquum & vtile est animi tendat intentio, DE illius
æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur'. Con-
formiter ad prædicta exponi debent illa finalia Hugonis verba in ar-
gumento obiecta: *Promissio omnibus oblata est, sic vt eam pro arbitrio suo apprehendant vel respuant.* Non enim ait, Ex Arbitrio; sed, *Pro arbitrio suo.* Etenim tametsi quisquis oblatam promissionem respuit, non so-
lum pro arbitrio, sed etiam Ex arbitrio suo eam respuat: quisquis
tamen eandem apprehendit, pro arbitrio quidem suo apprehendit, sed
non ex arbitrio suo apprehendit; quia nõ ex se, sed aliunde habet quòd
apprehendat: ab illo nimirum, qui teste Apostolo, *Operatur in nobis* Phil.2.13
& velle: & de quo Augustinum audivimus hìc suprà dicentem: *In electis præparatur voluntas à* DOMINO. Qui & alibi asseverat, gratiam restau-
rationis humanæ tantò esse maiorem gratiâ primæ conditionis, [o] 'Vt
,parum sit homini per illam reparare perditam libertatem, parum sit
,denique non posse sine illa, vel APPREHENDERE bonum, vel perma-
nere in bono, si velit; nisi etiam efficiatur, vt velit'. Pro vberiori
porrò verborum Hugonis elucidatione lubet hìc describere locum
Prosperi, ita sonantem: [p] 'Quia non frustrà Deus Dei filius venit in
,mundum, & dedit semetipsum pro omnibus; *Mortuus est non tantùm pro* Io.11.51.
,*gente, sed etiam vt filios Dei dispersos congregaret in vnum*: & vniver-
sis di-
,cit, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis*: & SERVATO SIBI Mat.11.28
,INCOGNOSCIBILIS ELECTIONIS ARBITRIO, dat sui, patrisque
,notitiam, quibus eam VOLVERIT revelare: Omnes filij lucis, filij
,promissionis, filij Abrahæ, filij Dei, gẽnus ELECTVM, regale sacer-
,dotium, veri Israëlitæ, PRÆCOGNITI ET PRÆORDINATI IN REG-
,NVM DEI, *qui eos vocavit non solùm ex Iudæis, sed etiam ex gentibus*; testi- Rom.9.24.
,monium eius qui de cœlo venit accipiunt; significantes quia Deus
,verax est, id est, expressè significantes in sui salvatione, quoniam ve-
,rax est Deus, implens & perficiens quod promisit Abrahæ omnium
,gentium patri, qui pollicente Deo quòd *hæres futurus esset mundi, non* Rom.4.13.
,*hæsitavit diffidentiâ, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, & plenissimè* 20 & 21.
,*sciens, quoniam quod promisit, potens est & facere*'. 6.

Ad alias Scripturas.

Supereſt altera nunc classis Scripturarum, quibus gloria electis re-
posita perhibetur vt merces, bravium, corona, vel denarius diurnus.
Ex quo apparet consequens, electionem ad gloriam non fuisse gratuitam, sed prævisis eligendorum meritis subnixam: siquidem vt Ful-
gentius ait de Deo: [q] 'Non aliter perficit in opere, quàm in sua sem-
piterna atque incõmutabili habet voluntate dispositũ'. Verùm ad hæc
& similia Scripturæ loca duplex adhiberi potest responsio: Prima est,
vt intelligantur non secundùm ordinem intentionis, sed executionis.
De quibus ordinibus inferiùs redibit sermo in solutione Obiectionis
tertiæ ex ratione desumptæ. Cui responsioni insistendo, ad Fulgen-
tij locum dici potest, eum esse intelligendum de executiva Dei volũ-
tate, quæ non minùs sempiterna & incommutabilis est quàm volun-

[o] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 11.*

[p] *Prosp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 20.*

[q] *Fulg. l. de Incarn. & Grat. in Epist. Vide eund. l. 2. de Verit. Prædest. c. 17.*

Responsio prima.

Digitized by Google

tas eiuſdem prædeſtinativa cui innititur. Quòd ſi obijcias, hinc fore ſaltem conſequens, Deum aliter perficere in opere, quàm in prædeſtinativa ſua voluntate habeat diſpoſitum. Reſpondetur, particulam, *Aliter*, in verbis Fulgentij ſumi poſſe vel vt importet poſitivam contrarietatem, vel vt denotet negativam duntaxat diverſitatem. Si priori modo ſumatur, neganda eſt conſequentia. Etenim prædeſtinativa Dei voluntas ſicut non nititur prævisione meritorum, ita non excludit præmiationem meritorum. Ac per hoc ſicut ei non contrariatur glorificatio parvulorũ ſine vllis proprijs meritis, ita nec adultorũ ex proprijs meritis. Reſpicit enim præcisè æternam gloriã vt certis perſonis aliquando tribuendam, abſtrahendo à modo quo vnicuique tribuenda eſt. Ac ſic ſive vno ſive alio modo gloria tribuatur, eius tributio voluntati ſic abſtrahenti non contrariatur. Quòd ſi particula, *Aliter*, negativam duntaxat importet diverſitatem, nullum eſt inconveniens quòd Deus *aliter* perficiat in opere, quàm in ſua prædeſtinativa habet voluntate diſpoſitum. Cùm enim prædeſtinativa Dei voluntas præſcindat à particularibus glorificandi modis, nec tamen gloria vlli reipſa obtingat niſi cum certo aliquo modo, omninò neceſſe eſt vt *aliter* gloria vnicuiq; obtingat quàm prædeſtinativâ Dei voluntate fuerat diſpoſitum. Neque hoc adverſatur dicto Fulgentij: qui vtique vel loquitur de voluntate Dei executiva, vel certè ſumit particulam, *Aliter*, iuxta priorem ſenſum quo importat contrarietatem. Secunda reſponſio ad Scripturas obiectas eſt, vt intelligantur ſecundùm ordinem etiã intentionis, nihilominùs non faveant prædeſtinationi præſcientiariç. Ratio eſt, quòd Deus ex puro ſuo beneplacito decreverit certũ hominũ numerũ per merita à ſe donanda ſalvare. Sicut enim iuxta priorem ſolutionẽ iam datã, Deus potuit ex pura ſua benevolentia antecedenter ad prævisionem meritorum decernere quibus lubuit gloriam præcisè ſpectatam, ita potuit eiſdem ex pura ſimiliter benevolentia decernere gloriam vt per merita à ſe danda obtinendam. Quod quidem decretum non minùs eſt liberale ac gratuitum, quàm alterum quod reſpicit præcisè ipſam gloriam: quia tametſi reſpiciat merita ob quæ dãda eſt gloria, non ea tamen reſpicit vt cauſam aut rationem ſui, ſed vt obiectum & effectum à ſe ponendum & præmiandum: ita vt totale obiectum huius decreti ſit ſeries omnium beneficiorum Dei quibus ab initio vocationis vſque ad finem glorificationis liberantur qui ſalvandi ſunt. Sic optimè intelligitur illa prædeſtinationis definitio ab Auguſtino tradita lib. de Bono Perſever. cap. 14. 'Præſcientia & præparatio beneficiorum Dei quibus certiſſimè liberantur quicunque liberantur': quanquam etiam congruè intelligi poſſit de prædeſtinatione ſumpta iuxta priorem reſponſionem, vt per verbum, *liberantur*, denotetur liberatio glorifica, de qua ſuperiùs cap. 10. §. 3. egimus. Sic etiam congruenter intelligitur illud Fulgentij, prœmiſſum verbis proximè ex ipſo citatis: 'Deus qui hominem condidit, ipſe PRÆDESTINATIONE SVA & donum illuminationis ad credendum, & donum perſe-

Præoccupatio.

Reſponſio ſecunda.

Auguſtinus.

Fulgentius.

,perſeverantiæ ad proficiendum atque permanendum, & donum glo-
,rificationis ad regnandum, QVIBVS DARE VOLVIT, præparavit'. Qui
rurſus lib. 3. de Verit. Prędeſt. cap. 1. 'Nunc de illis (inquit) quos
,Deus prædeſtinavit in adoptionem filiorum, ordo ſuſcepti operis co-
,git diſputare: quos ſecundùm veræ fidei regulam, ſanctarum Scrip-
,turarum authoritate firmatam non ſolùm ad prędium glorificatio-
,nis, ſed etiam ad gratiam iuſtificationis; nec ſolùm ad æternam bea-
,titudinem quæ non mutatur, verùmetiam ad fidem quæ per chari-
,tatem operatur; neque ad æterna tantùm præmia, ſed etiam ad bona
,merita, gratuitâ bonitate Dei ante mundi conſtitutionem in Chriſto
,prædeſtinatos, & huius prædeſtinationis beneficio ſecundùm pro-
,poſitum vocatos, & iuſtificatos, nullus debet ambigere Chriſtianus'.
Nec minùs congruenter intelligitur iuxta eundem ſenſum Angelicus
Doctor Lect. 6. in caput 8. ad Romanos, ſuper illis verbis, *Quos præ-* Rom. 8.
D. Thomas. *ſcivit & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filij ſui*, ita ſcribens: 'Circa
,ordinem præſcientiæ & prædeſtinationis dicunt quidam, quòd prę-
,ſcientia meritorum bonorum & malorum eſt ratio prędeſtinationis
,& reprobationis: vt ſcilicet intelligatur quòd Deus prædeſtinet ali-
,quos, quia prędſcit eos benè operaturos, & in Chriſtum credituros.
,Et ſecundùm hoc Littera ſic legitur, *Quos præſcivit conformes fieri ima-*
,*ginis filij ſui, hos prædeſtinavit.* Et hoc quidem rationabiliter diceretur,
,ſi prædeſtinatio reſpiceret tantùm vitam æternam, quæ datur meri-
tis'. Hucvſque hunc locum obiecimus nobis cap. 12. §. 4. quia ſic
Præpoſitus. eum invenimus à Ieſuita Præpoſito pro ſua ſententia ſtabilienda alle-
gatum in 1. p. q. 23. ar. 8. Dub. 8. §. 3. in fine. Nunc verò vt mala
citatoris fides detegatur, & præſens noſtra reſponſio ſtabiliatur, & ob-
iectio ex præſcriptis iam verbis formata diluatur, addemus ſequen-
tem Angelici Doctoris contextum, quem Præpoſitus captiosè ſup-
preſſit, ſentiens quantum ſuo ſcopo prędiudicaret. Subdit ergo conti-
D. Thomas. nuò ſanctus Doctor: 'Sed ſub prædeſtinatione cadit omne beneficiũ
,ſalutare quod eſt homini ab æterno divinitùs præparatum: vnde eâ-
,dem ratione omnia beneficia quæ nobis confert ex tempore, præpa-
,ravit nobis ab æterno. Vnde ponere quòd aliquod meritum ex par-
,te noſtra præſupponatur, cuius præſcientia ſit ratio prędeſtinationis,
,nihil eſt aliud quàm gratiam ponere dari ex meritis noſtris, & quòd
,principium bonorum operum eſt ex nobis, & conſummatio ex Deo.
,Vnde convenientiùs ſic ordinatur Littera: *Quos præſcivit, hos & præ-*
,*deſtinavit fieri conformes imaginis filij ſui*: vt iſta conformitas non ſit ra-
tio prędeſtinationis, ſed terminus vel effectus'. Quę verba ſicut no-
ſtram reſponſionem confirmant, ita adverſariorum commenta diſplo-
dunt. An non rectè diceret Præpoſito Thomas: Comple textum
meum, & evaneſcet dolus tuus? Atque ex his claret, quàm impertinenter pro præſcientiaria electione ad gloriam allegentur Scripturę quibus ipſa gloria exprimitur vocabulis mercedis, bravij, coronæ, denarij diurni &c. Sed nec minùs impertinenter adducitur illa ſen-

tentia

Digitized by Google

Mat. 25.34 tentia Judicis, *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esurivi enim* &c. Nam quicquid reclamet Lessius ibidem subiunctus, vocula causalis, *Enim*, non respicit, *paratum*; sed, *Venite, possidete*. Miror autem quâ audaciâ vel oscitantiâ contrarium
Mat. 25.41 suadere prætenderit Lessius ex contextu, vbi reprobis dicitur, *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius*. Sequitur quippe continuò, quòd Lessius dolosè suppressit, *Esurivi* ENIM, *& non dedistis mihi manducare*. Dicat ergo Lessius, an vocula causalis, *Enim*, respiciat hìc, *paratus*; an, *Ite*, seu *discedite*. Si primum, necesse est vt fateatur, paratum fuisse ignem *Diabolo & Angelis eius*, quia esurienti Christo *homines* non dederunt quod comederet. Quis ita sentiat Christianus, cùm nemo sentiat vel insanus? Restat igitur vt vocula, *Enim*, respiciat verbũ, *Ite*, seu *discedite*. Vnde fit consequens, vt in altera sententia directa ad *benedictos patris*, vocula, *Enim*, non respiciat, *paratum*; sed, *Venite, possidete*. 'Est enim (vt Lessi, verbis ibidem citatis vtar) antithe- *Lessius.*
,sis electorum & reproborum, bonorum operum & malorum, regni & ignis æterni'. Sed nec mysterio caret, quòd priores vocentur *Benedicti patris*, posteriores autem non dicantur Maledicti patris, sed simpliciter *Maledicti*: quia prioribus ex puro suo beneplacito Pater benedixit, præparando eis regnum; posterioribus autem non ex purò suo beneplacito, sed ob prævisa ipsorum demerita maledixit, excludendo eos à regno, & addicendo gehennæ: provt notavit Chrysostomus illá ipsâ Homiliâ 80. in Matthæum vnde nobis obiectus est: 'Istis qui- *Chrysostomus.*
,dem (inquiens) dicet, *Venite benedicti*: istis autem, *Ite Maledicti*; non ,quidem à patre: Non enim ipse, sed opera eis propria maledixerunt'. Vbi si putasset, electis opera propria prævisa benedixisse, malè profectò istud observandum duxisset. Præmiserat porrò ibidem superiùs: 'Laudando probos, ostendit, quantâ eos à principio charitate complectitur: *Venite* namque, ait, *Benedicti patris mei*' &c. Vnde quando ibidẽ subdit verba in argumento obiecta, dicens: *Antequam nati essetis, quia sciebam vos huiusmodi futuros, hæc vobis à me præparata sunt*; non respicit ad præparationem prædestinatoriam, sed ad executoriam. Vnde & continuò subdit interrogando: 'Quibus verò pro rebus hæc ipsis RETRIBVENTVR'? Et respondet: 'Pro tecto, pro veste, pro pane, pro aqua frigida' &c. Itaque iuxta Chrysostomum hoc ordine processum est: Primò Deus magnâ charitate complectens quos voluit, fecit eos *Benedictos patris*: inde sciebat eos habituros merita, ex benevolentiali illâ suâ charitate provenientia: ad extremum constituit retribuere eis præmia pro meritis tanquam bravium pro agone. Prima voluntas fuit prædestinatoria, quam subsecuta est meritorum exinde profluentium præscientia; cui successit voluntas executoria. Quæ solutio conformis est primæ nostræ responsioni: & iuxta eam commodè intelligitur Isaiæ oraculum ibidem subobiectum, *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te*. De eadem executoria præparatione exponi potest idem Chrysostomus, cum Epiphanio, Pelusiota, Cyrillo

&

& Ambroſio ibidem ſubſequenter obiectis. Quanquam etiam eorum verba congruenter intelligi poſſint iuxta ſecundam reſponſionem à nobis iam aſſignatam: vt nimirum velint, Chriſtum ſuo illo reſponſo quo ait, *Non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre*, voluiſſe intempeſtivam filiorum Zebedæi poſtulationem repellere, & poſtulantes ad exercenda opera honoris poſtulati meritoria excitare: Tanquã diceret, Non eſt meum conferre gloriam aliter quàm ſecundùm normam à patre meo præſcriptam. Pater autem talem præſcripſit normã, vt per merita, à ſe alioqui per prædeſtinationem donanda, perveniatur ad gloriam. Ac per hoc non eſt meum, ſicut nec etiam patris, conferre gloriam vobis, nondum habentibus eiuſmodi merita. Appoſitè in hanc rem ſcribit Proſper: r 'Quamvis (inquiens) quod ſtatuit Deus, ,nullâ poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi; nec ,per electionis propoſitum liberi arbitrij devotio relaxatur: cùm im-,plendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem ,operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum fiant ,incrementa meritorum; & qui bona geſſerint, non ſòlùm ſecundùm propoſitum Dei, ſed etiam ſecundùm ſua merita coronentur'. Cui doctrinæ aptiſſimè congruit illa Petri Apoſtoli ibidem obiecta parænesis, *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis*: vt nimirum homines, veſtra opera meritoria intuentes, coniecturalem de veſtra electione concipiant certitudinem. Ad reliqua ibi obiecta partim ex dictis patet reſponſio, partim ex dicendis patebit. Illud duntaxat monendum hìc duximus, illa verba ex Ambroſio obiecta, *Non enim antè prædeſtinavit quàm præſciret, ſed quorum merita præſcivit, eorum præmia prædeſtinavit*, non haberi in vetuſtioribus Ambroſij exemplaribus ſæpiùs impreſſis: provt teſtatur Facultas Theologica Lovanienſis in iuſtificatione ſuę Cenſuræ cap. 3. vbi & addit, 'Haud ſcire ſe quânam ratione in textum Ambroſianum irrepſiſſe potuerint'.

r *Proſ. lib. 2. de Vocat. Gẽt. c. 36*

CAPVT XVI.

Diluuntur Argumenta ex Sanctorum Patrum teſtimonijs Capite XII. §. 3. obiecta.

Ad Obiect. ſecundam ex authoritate Patrum deſumptam.

NOn eſt mirum ſi novi præſcientiariæ prædeſtinationis patroni teſtimonijs Eccleſiaſticorum Tractatorum in ſui dogmatis confirmationem abutantur, cùm etiam, vt præcedente capite viſum eſt, Canonicorum Scriptorum verba ad ſuos ſenſus detorquere nitantur. Quis enim Scriptorum Eccleſiaſticorum potuit accuratiùs ſua ſenſa exprimere, quàm ij quorum *lingua fuerunt calami ſcribæ velociter ſcribẽtis*, Pſal. 44. 1. id eſt, Spiritus Sancti, quo inſpirante locuti ſùnt qui canonicas Scripturas nobis ſubminiſtraverunt? Teſtatur Facundus Hermianenſis Epiſcopus ſub initium libri adversùs Mocianum, Fauſtum Regienſem Semipelagiano- 1.

Digitized by Google

mipelagianorum Coriphæum, detortis & incongruè adhibitis B. Auguſtini locis, decipulam imperitioribus adornaſſe; Beatum verò Fulgentium in libris adversùs eum, in aperiendo genuino Auguſtini ſenſu non mediocriter laboraſſe: 'Quid autem (ſubdit ibidem Facun- *Facundus Her-*
,dus) in hoc miremur? Neque enim meliùs loqui potuit Auguſtinus, *mian.*
,quàm Prophetæ, quàm Apoſtoli, quàm Evangeliſtæ; quorum ver-
,bis ſimiliter malè intellectis, & incongruè adhibitis, tam multi hæ-
retici ſuos defendere conantur errores'. Sanè non defuit ex novellis *Deckerius.*
Fauſti imitatoribus, qui palàm in Academia Duacena declamaverit, Guilielmum Eſtium, ibidem tunc viventem ac profitentem, pro Ieſuitarum ſententia de Gratia & Prædeſtinatione ſuffragari. Contra quam calumniam idem ipſe Eſtius publicam in Scholis Orationem habuit die 19. Decembris 1609. quæ ſic incipit: 'Superioribus diebus *Eſtius.*
,allatum eſt ad me Scriptum quoddam publicè dictatum à Patre Le-
,ctore Theologiæ in Aquicinctino Collegio: in quo ille dum oſten-
,dere vult, doctrinam ſuam, quam prolixè tradit, de Gratia & Præ-
,deſtinatione, non eſſe novam neque in Lovanienſi Schola Theologi-
,ca, neque in Duacenſi; id inter alia probare nititur ex quibuſdam
,meis verbis, quę à me in hac Duacēſi Scholâ dicta vel dictata fuerunt,
,cùm docerem Primum & Secundum Sententiarum, videlicet ante
,annos quinque vel ſex. Cui vt, ſalvâ charitate chriſtianâ quam invi-
,cem debemus, reſpondeam: Primùm omnium, ne quis ex huiuſmodi
,Scripti lectione ſuſpicetur me vel affectu quopiam ſiniſtro vel aliâ
,quâvis occaſione ſententiam de Prædeſtinatione & Gratia Chriſti
,quam aliquando tenuerim mutaſſe in contrariam; planè declaro, me,
,ex quo tempore in dogmatibus Theologicis aliquid intelligere cœpi,
,ſemper ab iſtis opinionibus, quas Lector ſe tradidiſſe fatetur, fuiſſe
,alienum; ſemperque exiſtimaſſe, eas & ſacræ Scripturæ, & doctrinæ
,Sanctorum Patrum, maximè eorum qui de Gratia Chriſti contra Pe-
,lagianos accuratiùs ſcripſerunt, vt Auguſtini, Proſperi, Fulgentij,
,neutiquam eſſe conſentaneas: ideoq; meę intentionis nunquam fuiſ-
,ſe, vt in prælectionibus meis, aut in diſputationibus, aliquid dice-
,rem aut dictarem, ex quo illæ opiniones probari poſſent; ac multò
,minùs me eas, vel earum aliquam, ex profeſſo de Cathedra docuiſſe.
,Quarè ſi quid fortè eſſet alicubi in Scriptis vel Dictatis meis, ex quo
,per apparentem ratiocinationem deduci poſſet aliquid talium opi-
,nionum, nullo modo exiſtimare debent ſtudioſi, me propterea tale
,quid aut ſenſiſſe aut docuiſſe; niſi putare velimus, omnes Patres, aut
,Doctores Scholaſticos, addoque & in Scripturis Spiritum ſanctum,
,ſenſiſſe & docuiſſe ea omnia, quæ homines diverſiſſima opinantes,
,pro ſuis opinionibus ex illis ſe credunt deducere: Quod quàm ſit ab-
,ſurdum exiſtimare, nemo eſt qui non videat. Si quis autem meam de
,abſoluta Dei Prædeſtinatione, deque efficaci Gratia Chriſti ſenten-
,tiam agnoſcere cupit, eum remitto ad ea quæ de vtroque argumento
,ex profeſſo docui & dictavi ſuper 1.^{m} & 2.^{m} Sententiarum. Nam ijs

locis

,locis tam apertè ſententiam meam expoſui, & quidem cum expreſſa ,refutatione dogmatum contrariorum, vt ſi quis eam requirere dig- ,natus fuerit, facilè ſit intellecturus quam ego doctrinam illo tempo- ,re tenuerim ac publicè de Cathedra tradiderim: nempe conſentien- ,tē planè cum ea, quam & ipſe hodie teneo, & Facultas hæc Theolo- ,gica ab initio ſemper tenuit; longiſſimè verò diſcrepantem ab ea quā ,Lector ſe tradere profitetur: Et idcircò fruſtrà ab eo in meis Scriptis ,quæri, vnde ſua confirmet, & Scholam Duacenſem in ſuas partes vel invitam pertrahat'. Hæc ille. Quæ eo fine hìc tranſcribenda cenſui, vt perſpiciat lector, quàm exigua aut nulla ſit adhibenda fides huiuſmodi hominibus, antiquos Tractatores dudum vitâ functos citantibus; qui Synchronum Doctorem, adhuc tunc viventem, & in eadē Academia docentem, citare non erubuerunt. Sed quid mirum, cùm, dicente Proſpero, [a] 'Dignum ſit vt quorum ſequuntur ſententiam, imitentur inſaniam'? Certè enim hæreſiarcha Pelagius Auguſtinum pro ſe allegare auſus eſt adhuc tunc viventem, vt videre eſt lib. de Natura & gratia cap. 67. Eundem citavit & Iulianus Pelagianiſta, vt videre eſt lib. 1. Operis imperf. cap. 44. & ſeqq. Citarunt deniq; antiqui Semipelagiani, de quibus Proſper & Hilarius in ſuis ad eū Epiſtolis. Quid igitur mirum ſi ab horum Aſſeclis nunc dierum, cum reliquis Patribus vita pariter functis, citetur; qui à contemporaneis dogmatiſtis contra ipſum docentibus citari potuerit? Præclaro elogio Auguſtinum decoravit præmemoratus Fauſtus Regienſis, vbi tamen eius verba perverſiſſimè detorquet: [b] 'Opus naturalis legis (ait ,ille) in cordibus hominum fuiſſe conſcriptum, etiam BEATISSIMVS ,PONTIFEX AVGVSTINVS DOCTISSIMO SERMONE PROSEQVITVR, ,ita dicens: *Vtrumque ſimul currit in iſto alveo atque torrente generis humani, malum quod à parente trahitur, & bonum quod à creante tribuitur*' &c. Atque vtinam in deſtruendis modernorum ſiniſtris interpretationibus ille nobis Spiritus aſſiſtat, qui in deſtruenda conſimili Fauſti calliditate aſtiterat olim B. Fulgentio: de quo Iſidorus Hiſpalenſis inter alia ait: [c] 'Scripſit multa, ex quibus legimus, de Gratia Dei & ,libero Arbitrio libros Reſponſionum ſeptem: in quibus Fauſto Galliæ Regienſis vrbis Epiſcopo Pelagianæ pravitati conſentienti reſ- ,pondens, obnititur eius PROFVNDAM DESTRVERE CALLIDITATEM'. Author vitæ eiuſdem Fulgentij ſic de eo ſcribit cap. 28. 'Ita ,erat notus omnibus gentibus, vt duo libri, quos Fauſtus Epiſcopus ,Galliarum contra gratiam SVBDOLO SERMONE compoſuit, favens ,OCCVLTE Pelagianis, ſed Catholicus tamen volens videri, Conſtan- ,tinopoli offenſi, à pluribus fratribus ad B. Fulgentium probandum ,dirigerentur. Quibus, ne OCCVLTVM ſerperet VIRVS, ſeptem li- ,bris ipſe reſpondit: plus laborans exponere, quàm convincere; quia ,DVBIOS SERMONES eius exponere, hoc erat delirantis argumenta convincere'.

[a] *Proſp. l. cont. Collat. c. 41.*

[b] *Fauſtus lib. 2. cap. 7.*

Vide Aug. l. 22. de Civit. c. 24.

[c] *Iſidorus l. de Script. Eccl. c. 14. Vide eund. l. de viris illuſt. cap. 27.*

Vita Fulgentij.

Sed

Digitized by Google

2. Sed iam penitiùs intueamur, quemadmodum moderni præſcientiariæ prædeſtinationis patroni teſtimonijs Eccleſiaſticorum Tractatorũ abutantur. Proferunt inprimis teſtimonium Proſperi §. 3. ſub initio tranſcriptum, & magnum inde arbitrantur ſe facere probationum compendium: quia nimirum ibi dicitur, *quòd retractatis* PRIORVM *de hac re opinionibus, penè* OMNIVM *par inveniatur & vna ſententia, quæ propoſitum & prædeſtinationem Dei ſecundùm præſcientiam receperunt* &c. Hinc namque concludunt, ſententiam ſuam inter Patres Auguſtino antiquiores communiter fuiſſe receptam. Sed abuſorium eſſe hunc concludendi modum multifariè oſtenditur: Primò quia non omninò liquet an per illos *priores* Proſper intelligat antiquiores Patres, an ipſos Maſſilienſes, in eadem Epiſtola ſuperiùs deſcriptos; vt illud, *priorum*, idem valeat quod *prædictorum*. Secundò, vt verum ſit quod per *priores* intelligantur vetuſtiores Eccleſiæ Patres, adhuc dubium eſt quònam referri debeat verbum *inveniatur*. Quamvis enim certum foret referri ad eos qui ſuper negotio controverſo retractabant ſeu revolvebant veterum Scripta, incertum tamen maneret an hi eſſent Auguſtiniani, an Semipelagiani. Si hoc poſtremum eligatur, conſtat inane eſſe argumentum, nonniſi Semipelagianorum authoritate ſubnixum. Tertiò ex ipſo contextu apparet, Proſperum non id aſſerere cum aliqua confidentia, quandoquidem poſtulet *patienter ferri ſuam inſipientiam*. Quartò ſive Semipelagiani id ita eſſe contenderint, ſive etiam Proſper an ita eſſet dubitaverit, non admodum refert; cùm Auguſtinus, ſeu Proſperum inſtruens, ſeu illos corrigens, id ita eſſe pernegaverit: [d] 'Puto ,(inquiens) eis qui de hac re ſententias Tractatorum requirunt, San,ctos & in fide atq; doctrina chriſtiana laudabiliter vſquequaque diffa,matos viros, Cyprianum & Ambroſium, quorum tam clara teſtimonia poſuimus, debere ſufficere'. Et aliquantò inferiùs ibidem: 'Sed ,his duobus (ſubdit) qui ſufficere debuerunt, Sanctum Gregorium (Nazianzenum) addamus & tertium'. Recolat lector quæ de tribus hiſce Patribus memoravimus ex eodem Auguſtino ſuperiùs cap. 13. §. 4. Rurſus idem Auguſtinus capite proximè præcedente ibidem ſuggerit modum catholicè interpretandi dicta Tractatorum quos in partes ſuas trahere nitebantur Maſſilienſes: 'Quid nos prohibet (in,quiens) quando apud aliquos verbi Dei Tractatores legimus Dei præ,ſcientiam, & agitur de vocatione electorum, eandem prædeſtinationẽ ,intelligere? Magis autem fortaſſe voluerunt hoc verbo in ea re vti, ,quod & faciliùs intelligitur, & non repugnat, imò & congruit veritati, quę de prędeſtinatione gratię prędicatur'. Quibus verbis cõtinuò ſubtexit memorabilem hanc cenſuram: 'Hoc ſcio, Neminem contra ,iſtam prædeſtinationem, quam ſecundùm Scripturas ſanctas defendimus, NISI ERRANDO DISPVTARE POTVISSE'. Contra prædeſtinationem vtique *gratiæ*, de qua immediatè præ locutus fuerat. Quid porrò Auguſtino ac diſcipulis eius ſit *prædeſtinatio gratiæ*, diximus ſuperiùs cap. 14. §. 6. Quicunque proinde ſive veteres ſivè recentiores

[d] *Aug. l. de Bono perſever. c. 19.*

pro prædestinatione iustitiæ seu retributionariâ contra prædestinationem gratiæ disputaverunt, *non nisi errando disputare potuerunt.* De veteribus quos Ecclesia Catalogo Sanctorum Patrum inscripsit, id sentire, temerarium est: Restat proinde vt neoterici qui contra prædestinationem gratiæ pro prædestinatione iustitiæ disputant, non Sanctos Patres sed veteres gratiæ hostes pro patronis agnoscant. Et verò si tempore Patrum Augustino vetustiorum sua isti dogmata, vt nunc, disseminassent, non dubitat Augustinus quin eorum temporum Patres sese illis opposuissent: [e] 'Quid opus est (ait ille) vt eorum scrutemur ,opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari, QVOD PRO-,CVLDVBIO FACERENT, SI RESPONDERE TALIBVS COGEREN-,TVR? Vnde factum est, vt quid de gratia Dei sentirent, breviter ,quibusdam Scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent; im-,morarentur verò in eis quæ adversùs alios inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quasque virtutes quibus Deo vivo ,& vero proadipiscenda vita æterna & vera fœlicitate servitur: Fre-,quentationibus autem orationum simpliciter apparebat Dei gratia ,quid valeret: Non enim poscerentur à Deo quæ præcepit fieri, nisi ab ipso donaretur vt fierent'. Quamvis itaque vetustiores Ecclesiæ Patres, nullo adversario vrgente, non nisi parcè & transeunter de gratia Dei & prędestinatione gratuita indivulsè ei cohærente tractarint, ex ijs tamen quæ vel obiter de ea dixerunt, exque orationibus quas vel composuerunt vel certè frequentaverunt, satis apparuit quid de ea censerent. Unde B. Fulgentius in Opere quod *de Veritate Prædestinationis & Gratiæ* inscripsit, postquam suam ex Augustini fontibus haustam proposuisset sententiam, adiunxit: [f] 'Hæc itaque Catholicorum ,Patrum Apostolicis institutionibus tradita permanet in Ecclesijs SI-,NE VLLA DVBITATIONE doctrina: quam GRÆCI LATINIQVE ,Pontifices, Spiritus sancti infusione firmati, VNO ATQVE INDISSO-,NABILI SEMPER TENVERE CONSENSV. In qua B. Augustinus, ,indutus virtute ex Alto, ABVNDANTIVS ILLIS OMNIBVS LABO-,RAVIT: non ipse autem, sed gratia Dei cum illo: Ipsius enim mini-,sterio Dominus VBERIOREM huius rei fidelibus suis instructionem ,præbuit: Quippe adhuc ipso in corpore constituto Pelagiana hæresis ,adversùs gratiam Dei mortiferis ausibus rebellavit. Nec defuit in vi-,ta benignitas miserentis Dei, quæ militem suum spiritalis gratiæ ar-,mis tantò fortiùs præcingeret, quantò acriùs adversùs eandem vasa ,iræ diabolus instigaret. Proinde memoratus Dei Pontifex, turrim ,fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machi-,namenta telorum cœlestis iuvaminis virtute confringens, non so-,lùm ipse de hoste victoriam referens triumphavit; quin etiam poste-,ris certandi & vincendi ordinem, siquando victa pravitas recidivo ,ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit. Sensum quippe Chri-,sti habens, tàm gratiæ Dei, quàm humani arbitrij officia discrevit & merita

[e] *Aug. l. de Prædest. Sanct. cap. 14.*

[f] *Fulg. l. 2. de Verit. Prædest. cap. 18.*

zed by Google

,merita, SEMPER DIVINIS HVMANA SVBIICIENS; & veraciter do-
,cens, divinitùs homini & GRATVITO iuſtificationis donum, & bo-
,næ voluntatis exordium, & plenum tribui glorificationis effectum.
,Hunc legat omnis, qui ſalutem æternam adipiſci deſiderat; humili-
,ter orans miſericordiæ Dominum, vt eundem Spiritum intelligentię
,legens accipiat, quem ille accepit vt ſcriberet; & eandē illuminatio-
,nis gratiam adipiſcatur vt diſcat, quam ille adeptus eſt vt doceret'.
Fulgentiani huius Operis meminit Iſidorus loco proximè citato, ſub-
iungens: 'Extant & duo eiuſdem (Fulgentij) libri *de Veritate prædeſti-* *Iſidorus.*
,*nationis*, ad Epiſcopos miſſi: in quibus demonſtrat, quòd Dei gra-
,tia in bonis humanam voluntatem prȩveniat; & quòd Deus quoſdam
,prædeſtinationis ſuæ munere iuſtificans PRÆELEGIT, quoſdam verò
in ſuis reprobis moribus occulto quodam iudicio derelinquit'. Vbi
tametſi duorum duntaxat librorum Iſidorus meminerit, tres tamen à
Fulgentio conſcriptos fuiſſe Africani Epiſcopi cum ipſo Fulgentio in
Sardinia exules atteſtantur in Epiſtola Synodica ad Joannem Archi-
mandritam, Venerium Diaconum, & reliquos, à quibus conſulti
fuerant ſuper doctrina quorundam fratrum perperàm de prædeſtina- *Epiſcopi Afri.*
tione & gratia ſentientium: 'Unus ex nobis (aiunt ibi Africani Anti-
,ſtites) inquantum Dominus ſervis ſuis recti gratiam dignatur donare
,ſermonis, illis omnibus, quæ memoratos fratres adversùs gratiam
,& prædeſtinationem intimaſtis vel ſentire vel dicere, tribus libris ve-
ſtro nomini dedicatis ſufficienti diſputatione reſpondit'. Quibus ver-
bis Fulgentium deſignari, ſequentia evincunt, quæ ſic habent: 'Qui
,adversùs duos libros Fauſti Galli ſeptem libros edidit: quos cùm re-
,cenſueritis, agnoſcetis protinus, quemadmodum memorati Fauſti
,Commenta veritati contraria, catholicæ fidei penitùs inimica, diſ-
,cuſſio prodidit, ratio manifeſta convicit, authoritas divina compreſ-
,ſit, & præcedentium Patrum CONSONA PRORSVS atteſtatio confuta-
vit'. Quòd igitur Iſidorus duorū duntaxat librorū Fulgenti, *de veritate*
prædeſtinationis meminerit, idcircò eſt, quia tertiū nō viderat; qui hodie
quidem extat duobus prioribus additus, ſed mutilus. Vnde & Iſido-
rus ibidem inferiùs de Fulgentio ſubdit: 'Plurima feruntur ingenij eius *Iſidorus.*
,monumenta, ſed hęc tantùm ex pretioſis eius doctrinę floribus carpſi-
,mus: Sors melior, cui delitias omnium librorum eius præſtiterit Deus'.
Vtinam ergo qui omnes antiquarum bibliothecarum angulos curiosè
hodie perluſtrant vt inveniant & evulgent quicquid à Semipelagianis
aut pro Semipelagianis editum hactenus delituerat, in perquirendis
& divulgandis delitijs Fulgentianis operam impenderent, nec in con-
cinnandis pro Fauſto panegyricis talentum prodigerent. Extat in Sy-
nodo VI. generali Act. 18. Epiſtola ſub nomine Leonis Papæ 2. ad
Conſtantinum Cæſarem cognomento Pogonatum, in qua hæc habē-
tur paulò poſt medium: 'Anathematizamus atque execramur omnes *Leo 2.*
,hæreſes, omneſque earum authores atque fautores, qui adversùs Apo-
,ſtolicam & orthodoxam fidem, diabolicis decepti fallacijs, faſcinatis

,errores in Ecclesiam conati sunt introducere: id est, Arrium, Sabel-
,lium, Macedonium, Apollinarem, Eunomium, Nestorium, Eutychen,
,Dioscorum, Timotheum, Severum, Themistium, Origenem qui &
,Adamantius, Didymum, & Evagrium: Similiter Scripta Theodo-
,reti adversùs duodecim Sancti Cyrilli capitula, cùm Epistola quæ
,dicitur Ibę missâ ad Marim Persam, & vnà cum eis Iacobum, Theo-
,dosium, Gaianum, Anthimum, Zoram, Donatum, Novatum, Pris-
,cillianum, Paulum, Photinum, Pelagium, Celestium, Julianum,
,FAVSTVM, Maximum: quos sancta Catholica atque Apostolica Ec-
,clesia de Catalogo fidelium Patrum, vtpote zizania de area Domi-
,nicæ Ecclesiæ, gehennæ supplicio abdicanda, per ventilabrum divi-
Raynaudus. næ discretionis abiecit'. Nimis officiosus est Theophilus Raynaudus in sua *Censura inofficiosæ Censuræ* §. 12. vt memoratum anathematis fulmen de Fausto Regiensi in Faustum Manichæum transferat: sed revera coniunctio cum Pelagio, Celestio, & Iuliano, magis Regiensi quàm Manichæo Fausto congruit. Accedit quòd Epistola ista ad Imperatorem dirigeretur residentem in Oriente, vnde pridem missi in Occidentem Legati in causa fidei, eundem Faustum Pelagio, Celestio,
Pet. Diacon. &c. & Juliano similiter in suo anathemate subiunxerunt, dicentes: 'Ana-
,thematizamus Pelagium, & Celestium, simul etiam Iulianum Eda-
,nensem, & qui illis similia sapiunt: præcipuè libros Fausti Gallia-
,rum Episcopi, qui de monasterio Lirinensi provectus est: quos con-
Præoccupatio. tra prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est'. Nec refert quòd hoc anathema non tam in Faustum quàm in eius libros dirigi videatur, Leonino autem anathemate Faustus ipse feriatur. Nam non feritur Faustus nisi propter libros: quemadmodum & de Origene ibidem præmentionato sentire debent qui eum Sanctis annumerant.

Ex his satis claret, quàm falsò & calumniosè vetustioribus Augustino Patribus affingatur dogma de prædestinatione præscientiana; cùm Fulgentius apertissimè protestetur, Græcos Latinosque Pontifices in vnam *indissonabiliter semper* conspirasse sententiam: & Africani Antistites diserte perhibeant, Faustum à Fulgentio *Consona præcedentium Patrum attestatione* confutatum: & Augustinus ipse consimilem Massilienstium calumniam adductis in medium testimonijs Cypriani, Ambrosij, & Gregorij Nazianzeni dispulerit. Qui cùm alia occa-
g Aug. l. 1. cont. Iulianum c. 5. sione testimonium eiusdē Gregorij pro se obiecisset Juliano, subdidit: 'g An tibi parva in vno Gregorio Episcoporum Orientalium vide-
,tur authoritas? Est quidem tanta persona, vt neque ille hoc nisi ex
,fide christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum tam clarum ha-
,berent atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerent'. Certè Legati Orientalis Ecclesiæ, sæpiùs iam mentionati, Basilium Magnum Græcorum Doctorum columen, pro sua, à Fulgentio & Coepiscopis approbata, citarunt sententia: vt scitè advertit Facultas Theologica Duacensis in Censura Articuli 20.

quo

quo Iesuitæ asserebant, *omnes Patres Græcos* sibi patrocinari: 'Quò de ,sententia Orientalis Ecclesiæ (aiunt ibi Duacenses) circa mysterium ,prædestinationis & gratiæ Christi non relinquatur dubitandi iocus, ,adscribemus verba Petri Diaconi, qui cum alijs quibusdam in causa ,fidei ex Oriente Romam missus fuit circa Annum Domini 500. in ,libello *de Incarnatione & Gratia Christi*, hoc ipsum gratiæ Christi argu- ,mentum tractans, suaque & suorum fidei rationem exponens, inter ,alia scribit: *Tunc etiam B. Basilius Cæsariensis Episcopus, in Oratione sacri ,altaris, quam penè vniversus frequentat Orbis, inter cætera: Dona, inquit, ,Domine virtutem ac tutamentum; malos, quæsumus, bonos facito; bonos in ,bonitate conserva: Omnia enim potes, & non est qui contradicat tibi: cùm ,enim volueris, salvas; & nullus resistit voluntati tuæ. Ecce quàm breviter, quam ,succinctè, Doctor egregius olim huic controversiæ finem posuit, docens per hanc ,precem, non à seipsis, sed à Deo malos homines bonos fieri; nec suâ virtute, sed ,divinæ gratiæ adiutorio in ipsa bonitate perseverare.* Hactenus ille. Quid ,autem aliud sibi volunt hæc Basilij verba, quàm prædestinari homi- ,nem absoluto decreto voluntatis Dei, & non ex prævisione operum? ,Quod autem penè vniversus Orbis in Oratione sacri altaris frequen- tabat, hoc ipsum indubiè etiam credebat'. Hucvsque Duacenses in sua Censura: Quorum consequentia à ritu precandi ad normam cre- dendi fundatur in illo Celestini Papæ Oraculo superiùs cap. 13. §. 4. memorato, *Legem credendi lex statuit supplicandi*: Cui consona sunt quæ scribit Augustinus de hac ipsa materia lib. de Bono Persever. cap. 22. & 23. Porrò Basilius non solùm precando, sed & docendo, catholi- cam de gratia, adeoque de prædestinatione, sententiam apertissimè alibi tradit, vbi ait: 'Gloriatur in eo Paulus quòd suam ipsius iustitiã ,contemnat, sectetur autem per Christum eam iustitiam, quæ ex Deo ,est in fide, vt cognoscat ipsum & potentiam resurrectionis eius, & ,passionum ipsius communicationem, configuratus morti illius, si quo ,pacto ad mortuorum resurrectionem pertingat. Decidit hìc vniver- ,sa arrogantiæ sublimitas: NIHIL TIBI RELICTVM EST, ô homo, ,DE QVO GLORIARI POSSIS, cuius gloriatio & spes in eo sita est, vt ,omnes tuas voluntates mortifices, & futuram in Christo vitam quæ- ,ras, cuius primitias habentes in his nunc sumus PER VNIVERSVM in ,gratia ac dono Dei viventes: & *Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate*'. Et paulò infrà ibidẽ: 'Quid igitur (subdit) ,teipsum, dic quæso, extollis, quasi propria habeas bona; cùm gratias ,pro donis agere debeas largitori? *Quid enim habes, quod non accepisti? ,Si verò & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Tibi non innotuit ,Deus per tuam iustitiam, sed tu Deo PER ILLIVS BONITATEM: *Cog- ,noscentes*, inquit, *Deum, imò magis cogniti à Deo.* Tu Christum non per ,tuam apprehendisti virtutem, sed te Christus per suum adventum: ,*Insequor*, inquit, *si quo pacto apprehendam, quatenus & apprehensus sum à ,Christo: Non vos me elegistis*, inquit Dominus, *sed ego elegi vos.* An ideò ,superbis quòd honore affectus es, & acceptam misericordiam ad oc-

Facultas Duacensis.

Petrus Diac. Basilius.

Celestinus.

Augustinus.

Basil. Homil. 22. de Humilit.

Phil. 2. 13.

1. Cor. 4. 7.

Gal. 4. 9.

Phil. 3. 12.

1. Ioan. 4. 10. & 15. 16.

casionem arrogantiæ rapis'? Nec minus disertè Gregorius Nazianzenus Orat. 43. (vt omittam verba ab Augustino in hanc rem citata lib. de Bono perseuer cap. 19.) quæ *in novam Dominicam* inscribitur, omnia bona hominum Deo largitori adscribenda perhibet, aiens hominí: 'Huic festo muneris loco præclaram mutationem offer; ac nec sic quidem magnificè de te sentias, verùm dic cum Davide, *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, à quo promanat quicquid ab hominibus rectè & cum laude geritur'. Et superiùs Orat. 31. tractans illud Apostoli, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: 'Quoniam nonnulli sunt (inquit) qui ob rectè facta ita animis efferuntur, vt id totum sibi ipsis ascribant, nec quicquam creatori, & sapientiæ eorum authori, ac bonorum omnium suppeditatori acceptum ferant, his verbis coercet Paulus, quòd ipsum etiam rectè velle, divino auxilio indigeat, imo, vt rectiùs loquar, voluntas quòque ipsa & electio eorum, quæ recta & cum officio coniuncta sunt, diuinum quoddam beneficium est, atque à Dei benignitate manans: Idcircò ait, *Non volentis*, id est, non solùm volentis, *nec currentis* solùm, sed etiam *miserentis est Dei*. Ita, quoniam velle quòque ipsum à Deo est, optimo iure TOTVM DEO ASSIGNAVIT'. Sed hìc fortè insurgent prædestinationis præscientiariæ assertores & gratiæ subditiciæ procusores, vrgebuntque illam Apostolici Oraculi expositionem, *Non volentis, id est, non solum volentis*. Respondetur, ex contextu patere, mentem authoris longè aliam esse. Sententia istorum: quippe qui TOTUM DEO *assignandum* censet, tantum à quo *ipsum velle* nostrum promanet. Quorsum igitur, inquies, subintelligendam censuit exclusivam *solum*? Respondeo, quia voluit significare quòd Deus non sic operetur in nobis *velle*, vt nos merè passiuè quam mortua instrumenta nos habeamus, sed sic vt nos per liberum arbitrium Deo præoperanti & inoperanti cooperemur: [i] 'Vt in Deum credamus (ait Augustinus) & piè vivamus, *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: non quia velle non debemus & currere, sed quia ipse in nobis & velle operatur & currere'. Sed instabis, si Gregorij expositionem potest Apostoli sententia ita converti, vt dicatur: Non miserentis Dei, sed volentis & currentis est homo: quam tamen conversionem Augustinus vehementer improbat, & post eum Angelicus Doctor superiùs cap. 15. §. 3. citatus, vbi Gregorij expositionem penè verbatim improbat tanquam *pijs auribus non ferendam*. Respondetur, Gregorij expositionem non admittere dictam conversionem provt cohæret antecedenti & subsequenti contextui, tametsi à contextu avulsa eam non refugiat. Præcesserat enim, *Ipsum velle à Deo est*: subsequitur autem, *Iure optimo* (Apostolus) *totum Deo assignavit*. Vide iam quomodo Gregorij expositio vt antecedenti & subsequenti contextui cohærens consonet expositioni ex Augustino iam relatæ: item & huic alibi ab eodem traditæ: [k] 'Cùm proficiens, si homo eius ætatis est vt ratione iam vtatur, non possit credere, sperare, diligere, NISI VELIT; nec pervenire ad palmam superna vocationis

Greg. Nazian.

Evasio.

Præcluditur.

Scrupulus. Excutitur.

[i] *Aug. Epist.* 107.

Instantia.

Responsio.

[k] *Aug. Enchir.* cap. 32.

,cationis Dei, NISI VOLVNTATE CVCVRRERIT: quomodo ergo *non*
.35 ,*volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, niſi quia & IPSA VOLVN-
TAS, ſicut ſcriptum eſt, *à Deo præparatur*? Et pauculis interpoſitis:
'Porrò (ſubdit) ſi nullus Chriſtianus dicere audebit, Non miſerentis
,eſt Dei, ſed volentis eſt hominis, ne Apoſtolo apertiſſimè contradi-
,cat: reſtat vt propterea rectè dictum intelligatur, *Non volentis, neque*
,*currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, vt TOTVM DEO DETVR; qui hominis
,voluntatem bonam & præparat adiuvandam & adiuvat præparatam'.
Si idcirco iuxta Auguſtinum Apoſtolica ſententia nequit veraciter converti, quia *ipſa voluntas à Deo præparatur*, item quia *totum Deo dandum eſt*: proculdubio iuxta Gregoriũ nequit ſimiliter converti; ſiquidẽ iuxta eius contextũ, *velle quòq; ipſũ à Deo eſt*, item *Totũ Deo aſſignandũ eſt*. Quibus poſtremis verbis quid aliud ait quàm quod ex Cypriano toties repetit & præſenti propoſito accõmodat Auguſtinus, *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit*: [1] 'Per quod vtique (vt Auguſtinus ,perhibet) prędeſtinationẽ certiſſimã pronunciavit'? Videantur quæ in hanc rem diximus cap. 13. § 4. Cæterùm vt planiùs appareat, Nazianzenum ſubintelligendo in ſententia Apoſtolica excluſivam, *ſolùm*, non aliud intendiſſe quàm obviare hæreticis, qui fatali quâdam neceſſitate ſalvari homines ſine libero ſuo ſenſu aut conſenſu dogmatizabant, obſervanda ſunt quæ ibidem ſuperiùs præmiſerat, & inferiùs
.11 ſubtexuit. Etenim ſuperiùs præmiſſis illis Chriſti verbis, *Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt*, ſubdit hanc monitionem: 'Cùm ,audis, *datum eſt*, ne hæretico vllo affectu tenearis, ne multiplices naturas introducas, ne terrenos, & ſpiritales, & medios'. Quibus verbis, vt in eum locum notat Billius, Valentinianos hæreticos denotat, qui triplicem quodammodo hominem fingebant, Choicum ſeu terrenum, adeò naturaliter malum, vt nullo modo capax ſalutis ſit; ſpiritalem, adeò naturaliter bonum, vt ſine vlla ſua operatione vel cooperatione ſalvetur; medium, qui ſalvari vel damnari pro ſuo libitu queat ſine vllo Dei adiutorio. Volens itaque Nazianzenus hoc figmentum per partes refellere, verba Apoſtoli, *Non volentis* &c. adduxit ad refellendũ id quod de *Medio homine* ſalutem in manu arbitrij ſui habente fingebatur. Ne autem hoc membrum refellendo putaretur alterutrum è duobus reliquis aſtruere, ſupplevit Textum Apoſtoli, addẽdo excluſivam, *ſolùm*: vt redderet hunc ſenſum, *Eſt quidem volentis, ſed ſimul miſerentis Dei*: vbi prima pars evertit figmentum de homine naturaliter & ſine ſuo ſenſu vel conſenſu ad beatitudinem protrudendo; poſterior autem pars evertit figmentum de ſufficientia liberi arbitrij ſine miſericordia Dei. Rurſus itaque everſo hoc poſtremo figmento per additionem excluſivæ, *ſolùm*: regreditur ad explanationẽ verborũ, *Quibus datum eſt*; quæ videri poterant favere errori de hominibus naturaliter ſeu fataliter ſalvandis aut damnandis. Vnde cùm commemoraſſet illud Chriſti
.23 ad filios Zebedæi, *Sedere ad dexteram meam vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus datum eſt*; obijciendo ſubiunxit: 'Nihil igitur mens

[1] *Aug. l. de Bono perſever. c. 14.*

Greg. Nazian.

Billius.

Vide Irenæum l. 1. c. 1. & Hier. in caput 1. ad Galatas.

dux

,dux & gubernatrix ? Nihil labor ? Nihil ratio ? Nihil Philosophia? ,Nihil ieiunasse ? Nihil noctes insomnes duxisse ? Nihil humum pro ,strato habuisse ? Fontes lachrymarum profudisse ? Nihil quidquã horum profuerit : sed sorte quàdam ac LEGE FATALI, & Hieremias ,sanctificatur, & alij ab ipsa vulva reijciuntur ? Vereor ne absurda etiã ,ac præpostera cogitatio cuiquam obrepat, tanquam anima alibi vs- ,quam versata sit, ac deinde corpori huic astricta fuerit, atque, provt ,illic se gesserit, alij prophetia accipiant, alij, qui improbè vixerunt, condemnentur'. Ecce obiectionem : vide refutationem, vel potiùs exsibilationem : 'Sed (subdit) quoniam hoc existimare nimis stultum ,& absurdum est, atque ab Ecclesiastica fide & doctrina alienum (alij ,enim de huiusmodi dogmatibus si velint ludant, nobis autem huius- ,modi ludis animos oblectare minimè tutum est) illic quòque his ,verbis, *Quibus datum est*, hoc adiunge, *Qui digni sunt*: quique, vt ta- ,les sint, non modò A PATRE ACCEPERUNT, sed sibiipsis etiam dederunt'. Quis non videat, ob eandem rationem à Nazianzeno hìc suppleri illud, *Quibus datum est*, additione clausulæ, *Qui digni sunt* &c. ob quam superiùs suppleverat illud, *Non est volentis* &c. additione exclusivę, *solùm*? Vtrobique enim obviare voluit hæreticis, qui *lege fatali* sine volentis aut currentis nutu vel concursu salvari electos damnarique reiectos contendebant. Uideantur interim quæ super responso Christi ad filios Zebedæi diximus circa finem capitis præcedentis: quibus omnino consona sunt quæ iam ex Gregorio Nazianzeno memoravimus: Quæ vtique de ordine executionis intelligenda sunt, salvâ semper gratuitate prędestinationis ad gloriam, vt per laborem operũ, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum executivè comparandam : Vnde fiat, vt qui bona gesserint, NON SOLVM secundùm propositum Dei, sed etiam secundùm sua merita coronentur : Merita vtique, quæ, vt digni essent, *non modò à Patre acceperunt, sed sibi ipsis etiam dederunt* : ideò autem sibi dederunt, quia à Patre vt sibi darent acceperunt. Nam, sicut ex Augustino memoravimus cap. 15. §. 3. 'Vtrumque verum est, & quòd Deus præparat vasa in gloriam, & ,quòd ipsa vasa se præparant : sed tamen vt faciat homo, Deus facit prior'. Cui consonans Nazianzenus, cùm præmisisset hìc superiùs, 'Voluntas ipsa & electio, quę recta & cum officio coniuncta sunt, divinum quoddam beneficium est, atque à Dei benignitate manans' : subdidit, 'Idcircò ait (Apostolus) *Non volentis*, id est, non solùm volen- ,tis, *nec currentis* solùm, *sed etiam miserentis est Dei*. Ita, quoniam VELLE QVOQVE IPSVM A DEO EST, OPTIMO IVRE TOTVM DEO ASSIGNAVIT'. Quibus verbis, vt in simili de Cypriano ait præcitatus Augustinus, *prædestinationem certissimam pronunciavit*.

Vide Prosp. suprà hic cap. 15. §. 6. in fine.

Augustinus.

Nazianzenus.

De Chrysostomo.

Quanquam prędicta sufficiant ad refellendum Articulum 20. Iesuitarum Lovaniensium ab Academijs Belgicis censuratum, quatenus omnes sine exceptione Græcos Patres pro prædestinatione præscientiaria suffragari contendunt : non tamen sufficiunt ad revincendum 4.

Vasque-

Vaſquezium, qui Chryſoſtomum indiſſimulabiliter vult facere Maſſilienſem, imitans Molinam in Concord. q. 14. ar. 13. Diſp. 43. dicentem: 'Sicut Auguſtinus, ſine culpa, antequam eſſet Epiſcopus, re non- *Molina.*
,dum benè perſpectâ & examinatâ, quam poſteà occaſione Pelagiano-
,rum diligentiùs diſcuſſit, in eo fuit errore, vt crederet, initium fidei,
,hoc eſt, primum actum credendi, eſſe à nobis: ita Chryſoſtomus, cùm
,intelligere non valeret quânam ratione libertas arbitrij noſtri ſalva
,poſſet conſiſtere, ſi Deus ſuâ gratiâ noſtram præveniret electionem,
,credidit, electionem quâ primò acceptamus bona, eaque facere de-
,cernimus, eſſe priorem ipsâ Dei gratiâ; poſteà verò ſubſequi gratiam
quâ adiuvamur, & cooperatur Deus'. Quod vſqueadeò aſſeverat Vaſquez, vt non periclitetur dicere, Caſſiani doctrinam ex Chryſoſtomo velut fonte hauſtam fuiſſe: [m] 'Sententiam Maſſilienſium (ait ille) tra- *m Vaſq. Tom. 1 in 1. p. Diſp 92 c. 8. n. 44.*
,dunt multi Patres Græci, inter quos præcipuè fuit Chryſoſtomus, qui
& Caſſiani magiſter fuit'. Non ait, Omnes, vt aſſertores Articuli 20. iam memorati; ſed, *multi*. Unde et capite proximè ſequenti num. 56. 'Nos (inquit) non aſſerimus, Omnes Patres Græcos in ſententia Maſ-
,ſilienſium fuiſſe, ſed Chryſoſtomum eiuſque diſcipulos, tum etiam
Origenem, & paucos alios'. Præmiſerat ſuperiùs num. 54. 'Quòd ſi
,Chryſoſtomus in ea fuiſſet ſententia, vt exiſtimaret, gratiam Dei pri-
,mas partes in noſtris operationibus obtinere, & eâ nos excitari ad
,omne bonum initium & opus inchoandum, nec vllum initium ex
,nobis dari, cui gratia donaretur, non aliter ſenſiſſet Caſſianus: Hic
,enim Chryſoſtomum præceptorem potiſſimum in Oriente habuit'. Sed ne fingere iſta ex ſuo cerebro putaretur, ſuperiùs Diſp. 89. cap. 4. num. 26. adhibuit teſtes, authorem nimirum Vitæ Proſperi, & Lovanienſes Theologos Opuſculorum Proſperi editores in Epiſtola præliminari. Poſtquam enim Caſſiani doctrinam breviter perſtrinxiſſet: 'Porrò (ſubdit) vt narratur in Vita Proſperi, & in Epiſtola præfixa
,eius Operibus nuper à Lovanienſibus editis, hanc doctrinam Caſſia-
,nus deſumpſit ex Græcis Patribus, præſertim ex Chryſoſtomo, quem
habuit magiſtrum'. Quam Proſperi vitam, vel à quo conſcriptam intelligat Vaſquez, neſcio. Hoc ſcio, non videri ab eo lectam Epiſtolam Operibus Proſperi à Lovanienſibus præfixam, niſi oculis adeò caligantibus, vt pro Origene Chryſoſtomus cæcutienti apparuerit. Etenim in tota iſta Epiſtola non fit vlla prorſus mentio Chryſoſtomi: fit autem Origenis, velut non ſolùm Caſſiani, ſed reliquorum etiam Pelagianorum prodromi, his verbis: 'Sicut reliqui Pelagiani, ita & Caſ- *Epiſt. præliminaris Operum Prosp. Vide Hieron. Epiſt. ad Ctesiph. c. 2.*
ſianus videtur fuiſſe magnus ſectator Origenis'. Et mox infrà: 'Nec
,mirũ; *Pelagij* enim *doctrina Origenis ramuſculus eſt*, inquit Hieronymus.
,Id quod veriſſimum eſſe comperiet, quiſquis aliquot capita prima li-
bri 3. Periarchon diligenter attenderit'. Hinc colligat lector, quam fidem in reliquis huc ſpectantibus mereatur Vaſquez. Sed benè habet quòd Vaſquezio hac in parte ne è ſuis quidem Socijs ſaniores acquieſcunt: vt videre eſt in Suarezio lib. 2. de Prædeſtinatione cap. 8. Pe- *Suarez. Pererius.*

Arrubal. rerio in caput 18. Geneſeos diſp. 3. Arrubal. in 1. p. diſp. 75. cap. 3. alijſque. Quapropter ſi Vaſquezio lubuit, Chryſoſtomum ob quædam eius verba in ſpeciem faventia Semipelagianis facere Semipelagianum, nec nos pigere debet Vaſquezio regerere, quod Iuliano ſimiliter eundem facienti Pelagianum in cauſa Originalis peccati regeſſit olim Auguſtinus: [n] 'Itane (inquiens) iſta verba Sancti Ioannis Epiſcopi audes tanquam è contrario tot ſententijs collegarum eius oppo,nere, eumque ab illorum concordiſſima ſocietate ſeiungere, & eis ,adverſarium conſtituere? Abſit, abſit, hoc malum de tanto viro cre,dere aut dicere. Abſit, inquam, vt Conſtantinopolitanus Ioannes de ,baptiſmate parvulorum, eorumque à paterni chirographi libera,tione per Chriſtum, tot ac tantis Coepiſcopis ſuis, maximèque Ro,mano Innocentio, Carthaginenſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gre,gorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio'. Ex his ſex Chryſoſtomi Coepiſcopis idem ipſe Auguſtinus ſecundum, quartum, & ſextum, pro ſua adversùs Maſſilienſes de Gratia & Prædeſtinatione ſententia allegat lib. de Bono Perſever. cap. 19. vt ſuprà notavimus, eiſque Baſilium conſentire oſtendimus; idipſum & de Hilario inferiùs oſtenſuri. Innocentium eiſdem Maſſilienſibus opponit eius ſucceſſor Celeſtinus in Epiſtola ad Galliæ Epiſcopos cap. 4. 5. & 6. Abſit proinde vt quiſquam ſani cerebri auſcultet Vaſquezio aut Molinæ, Chryſoſtomum à tot ac tantorum Coepiſcoporum ſuorum concordiſſimâ ſocietate ſeiungentibus, & Maſſilienſium, quibus adverſati ſunt, ſocietati inſcribentibus. Sed ſi Chryſoſtomus, inquies, præmemoratis Coepiſcopis ſuis in cauſa prædeſtinationis & gratiæ conſenſerit, cur tam ambiguè interdum locutus eſt vt Maſſilienſibus patrocinari videretur, vt patet ex locis per Vaſquezium allegatis dictâ diſp. 89. cap. 4. & diſp. 91. cap. 8. & 9.? Cur putamus, niſi quia Maſſilienſibus nondum tunc exortis ſecuriùs loquebatur? Similem quæſtionem de Patribus Arrianâ hæreſi antiquioribus propoſuit olim Hieronymo Ruffinus: *Quomodo* (inquiens) *in libris eorum vitioſa nonnulla ſunt?* Cui continuò reſpondens Hieronymus, noſtrum pro Chryſoſtomo laborem levavit: [o] 'Si me (ait ille) cauſas ,vitiorum neſcire reſpondeo, non ſtatim illos hereticos iudicabo: Fie,ri enim poteſt vt vel ſimpliciter erraverint, vel alio ſenſu ſcripſerint, ,vel à librarijs imperitis eorum paulatim ſcripta corrupta ſint: vel ,certè, antequam in Alexandria quaſi dæmonium meridianum Ar,rius naſceretur, innocenter quædam & minùs cautè locuti ſunt, & quę non poſſint perverſorum hominũ calumniam declinare'. Si Pelagianis Chryſoſtomum innocenter & minùs cautè locutum pervertentibus reſpondere potuit Auguſtinus, [p] 'Vobis nondum litigantibus ſecuriùs loquebatur': quanto potiori iure reſponderi poteſt Semipelagianis eundem in ſui dogmatis patrocinium advocantibus, *Vobis nondum litigantibus ſecuriùs loquebatur*? Nam & Semipelagiani fuêre Pelagianis poſteriores, & in modo loquendi Orthodoxis propinquiores. Nec ob-

[n] *Aug. l. 1. cont. Iulian. cap. 6.*

Vide de Hilario ſum Vaſquez. 1. p. Diſp. 91 cap. 9. num. 47.

Scrupulus.

Excutitur.

[o] *Hier. lib. 2. Apol. cont. Ruffinum, cap. 4.*

[p] *Aug. l. 1. cont. Iul. cap. 6.*

Anticcupatio.

ſtat

ſtat quod de Caſſiani diſcipulatu allegatum eſt. Nam ſive Caſſianus fuerit Chryſoſtomi diſcipulus, ſive non fuerit; certè non fuit ſolius Chryſoſtomi diſcipulus; neque ex Chryſoſtomo, ſed ex Abbate Cheremone hauſit ſuum Semipelagianiſmum Collatione 13. potiſſimùm traditum: vt videre eſt apud ipſum ibidem. Denique vt ſolius Chryſoſtomi diſcipulus fuiſſe fingatur, non eſt quòd propterea eius error magiſtro aſcribatur. Notae eſt illa Platonis de Ariſtotele diſcipulo querela, apud Laërtium lib. 5. ſub initium: 'Ariſtoteles in nos recalcitrat, vt in matrem pullus'. Nec minùs appoſitè ait de hæreticis papa Gregorius: [q] 'Ne cæteris æquales æſtimentur, occulta & nova ſemper exquirunt: quæ dum alij neſciunt, apud imperitorum mentes ipſi de ſcientiæ ſingularitate gloriantur'. Sed quia de hac re in Prologo ſatis multa præmiſimus, ſuffecerit nunc attexere illud Ioannis Sarisberienſis: [r] 'De magiſtris aut nullus aut rarus eſt, qui Doctoris ſui velit inhærere veſtigijs: Vt ſibi faciat nomen, quiſque proprium cudit errorem'. Et verò quid mirum ſi Caſſianus veſtigijs ſui magiſtri non inhæſerit, cùm ne ſibi quidem ipſi in progreſſu benè cœptæ diſputationis conſtiterit? [s] 'Doctor Catholice (ait ei Proſper) cur profeſſionem tuam deſeris? Cur ad fumoſam falſitatis caliginem relictâ ſereniſſimæ veritatis luce devolveris'? Et inferiùs cap. 33. 'Vir gravis, Doctor ſapiens, verax magiſter, redde nobis catholicam definitionẽ, quâ inter initia Diſputationis tuæ aures noſtras menteſque cepiſti. Pronuntiaveras fidem chriſtianam voce Eccleſiaſticâ, *Non ſolùm actuũ, verumetiam cogitationum bonarum ex Deo eſſe principium; qui nobis & initia ſancta voluntatis inſpirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi: Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum; qui & inſpirat quæ bona ſunt, & exequitur, & conſummat in nobis*: & huius ſententiæ ſoliditate omnia hoſtilium reliquiarum machinamenta confregeras. Cur profeſſione mutatâ, quod deſtruxiſti, ædificas; quod tuebaris, impugnas? Cur invictiſſimæ veritatis arce deſertâ, gradatim ad præcipitia Pelagiana decurris'? Nimis certè Chryſoſtomo iniurius eſt, qui errores potiùs diſcipuli, quàm veritates ei impingere velit. An fortè quæ catholicè à Caſſiano conſcripta ſunt non reperiantur apud Chryſoſtomum, reperiantur autem quæ Semipelagianicè; vt propterea potiori iure aſcribantur ei poſteriora, quàm prima? Abſit omninò: Nam non minùs quàm Cyprianus, Baſilius, Nazianzenus, Ambroſius, Auguſtinus, totum Deo aſcribendum cenſet. Explicans quippe illud Apoſtoli, *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis*: [t] 'Quia magnificè (inquit) locutus fuerat Apoſtolus, confeſtim ſeipſum carpit, dicens: *Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad* Deum. Ac rurſus TOTVM id Deo aſcribit: Hæc enim, inquit, Chriſti beneficio nobis contigerunt: *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, tanquàm ex nobis*. Vide rurſus alteram etiam præmunitionem: Siquidem hâc virtute, id eſt, humilitate, in primis Paulus excellit:

Laertius.

q *Greg. lib. 5. Moral. c. 18.*

r *Io. Sarisb. lib. 3. Metalog. c. 18.*

s *Proſp. l. contra Collat. cap. 4.*

Caſſiani profeſſio catholica Collat. 13. cap. 3.

Lac. 1. 17.

Præoccupatio

2. Cor. 3. 5

t *Chryſoſt. Homil. 6. in 2. ad Corinth.*

'Eòque fit, vt quoties de ſeipſo magnificè aliquid ait, nihil non ſtudij 'adhibeat vt id quovis modo mitiget ac molliat. Quod etiam hoc lo-'co his verbis facit, *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, 'tanquam ex nobis*: Hoc eſt, non ita dixi, *Fiduciam habemus*, tanquàm aliud noſtrum ſit, aliud Dei: ſed TOTVM iſtud Deo aſcribo'. Et ne quis ſuſpicetur, eum ſub iſto *Toto* non comprehendiſſe initium fidei, more Maſſilienſium; obſervanda ſunt quæ ſcribit Homil. 28. in Epiſtolam ad Hebræos, ſuper illis verbis, *Aſpicientes in autorem fidei & conſummatorem Ieſum*, dicens: 'Quid eſt hoc? Id eſt, ipſe nobis fidem in-'didit: Dicebat enim Diſcipulis, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*: *Hebr.* 12. 2 *Io.* 15. 16. 'Porrò autem Paulus quòque dicit, *Tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum*. *1. Cor.* 13. 12. 'Ipſe nobis impoſuit PRINCIPIVM, ipſe quòque nobis finem impo-'net'. Confer hanc expoſitionem cum eis quæ Auguſtinus adversùs Maſſilienſes vrget lib. de Prædeſtinat. Sanct. cap. 15. & 17. & deprehendes tam conſonantem, quàm ſi alter ex altero tranſcripſiſſet. Rurſus Homil. 71. in Ioannem, ſuper illis verbis, *Mandatum novum do vobis, vt diligatis invicem, ſicut dilexi vos*: *Io.* 13. 34. 'Cur (inquit) mandatum dicit novũ, 'quod in Veteri Teſtamento poſitum eſt? Ipſe novum fecit per modum 'ipſum: Addidit ergo, *Sicut ego dilexi vos*. Non enim veſtris præcedentibus meritis debitum perſolvi, ſed EGO INCEPI'. Et Homil. 12. in 1. ad Corinthios, ſuper illis verbis, *Quis te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti?* *1. Cor.* 4. 7 'Nihil (inquit) habes domo allatum, ſed à 'Deo acceptum. Quid ergo te habere præ te fers quod non habes? At 'tu hoc habes, & alij tecum. Acceptum ergo habes, non hoc aut illud, 'ſed OMNIA quæ habes: Non enim tua ſunt hæc rectè facta, ſed DEI 'GRATIÆ. Etiamſi FIDEM dicas, ea extitit ex vocatione: & ſi dicas 'remiſſionem peccatorum, ſi dona accharismata, ſi docendi rationem, 'OMNIA inde accepiſti: *Quid ergo habes*, inquit, *quod non habes acceptum?* 'At ipſe ex teipſo rectè egiſti? Non potes hoc dicere, ſed accepiſti: & 'propterea te effers, & tibi places? Propter idipſum verò oportebat te 'intra fines modeſtiæ continere: Non enim tuum eſt quod datum eſt, 'ſed eius qui dedit. Si enim accepiſti, ab illo accepiſti: Si autem non 'tuum accepiſti, quid magnificè ac præclarè de te ſentis, tanquam habens tuum'? Et mox infrà rurſus: 'Etſi maximè omnia accepiſſetis, non oporteret gloriari: NIHIL EST ENIM VESTRVM'. Si Martyr Cyprianus dicendo, *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit*, prædeſtinationem certiſſimam pronunciavit, provt ex Auguſtino iam toties memoravimus: nunquid eandem pronunciavit Chryſoſtomus, dicendo: *Etſi maximè omnia accepiſſetis, non oporteret gloriari: Nihil eſt enim veſtrum*? Non certè in Maſſilienſium Schola admitteretur hoc axioma: quorum errorem cùm Auguſtinus perſtrinxiſſet, adiecit: [u] 'Non ſic 'pius atque humilis Doctor ille ſapiebat, Cyprianum Beatiſſimum lo-'quor, qui dixit, *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit*. Quod vt 'oſtenderet, adhibuit Apoſtolum teſtem, dicentem: *Quid autem habes, 'quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis*'?

[u] *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. c. 3.*

Vide Cypr. l. 3. Teſtim. ad Quirinum c. 4.

Quid

Quid quæso horum vel non dixit, vel non adhibuit Chryſoſtomus iam citatus ? Quòd ſi & quod Cyprianus dixerat, dixit; & quod Cyprianus adhibuerat, adhibuit : profectò quiſquis Maſſilienſium errorem memorat, poteſt veriſſimè ſubdere : Non ſic pius atque humilis Doctor ille ſapiebat, Chryſoſtomum beatiſſimum loquor, qui dixit, *Etſi maximè omnia accepiſſetis, non oporteret gloriari : nihil eſt enim veſtrum.* Quod vt oſtenderet, adhibuit Apoſtolum teſtem, dicentem : *Quid autem habes, quod non accepiſti ? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis* ? Sed vide adhuc quid Auguſtinus verbis proximè ex ipſo citatis ſubtexuerit ; & agnoſce, Chryſoſtomi doctrinam non ad procreandum Semipelagianiſmum, ſed ad ſubvertendum Semipelagianiſmum conducere: 'Quo præcipuè teſtimonio (ſubdit ille) etiam convi-
,ctus ſum, cùm ſimiliter errarem, putans fidem quâ in Deum credi-
,mus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam
,nos impetrare Dei dona, quibus temperanter & iuſtè & piè vivamus
in hoc ſæculo'.

5. Dicet aliquis, tametſi iſto Apoſtoli teſtimonio iuxta Cypriani eique conſonantis Chryſoſtomi ſenſum intellecto convictus ſit Auguſtinus vt priſtinum ſuum de initio fidei errorem corrigeret, non tamen idcircò priſtinam ſententiam de præſcientiaria ad gloriam prædeſtinatione mutavit. Hanc evaſionem præcluſimus ſuperiùs cap. 13. & 14. vbi oſtendimus errores de gratia, & de prædeſtinatione præſcientiaria ad gloriam, indivulsè ſibi invicem, tanquam duos annulos damnatæ catenæ, cohærere; vſqueadeò quidem vt nec ipſi gratiæ hoſtes id diſſimulare valuerint aut inficiari voluerint : vnde & dicebant, [w] 'Augu-
,ſtinum primo converſionis ſuæ tempore meliora ſenſiſſe, quando
,æſtimabat, quòd fides quâ Chriſtiani ſumus, non eſſet EX GRATIA,
,nec EX DONO haberetur Dei, ſed eſſet ex ipſo homine, & ex arbitrij
,libertate : modò autem eum errare, quia aſſereret, ipſam etiam fidem,
1.Cor.4.7. ,Dei donum eſſe; & ad hanc QVOQVE pertinere quod dictum eſt, *Quid autem habes quod non accepiſti* ? Ecce vnum annulum damnatæ catenæ: vide alterum ei indivulsè connexum, & ob id ſimul cum priore abdicatum: 'Neque rectè eum nunc electionem Jacob ad propoſitum Dei referre, QVAM PRIVS AD PRÆSCIENTIAM RETVLISSET'. Sed audi adhuc ſequentia : Subdit quippe de Auguſtino Proſper continuò: 'Ad hanc ergo obiectionem reſpondet, ſe ANTEQVAM COGNOSCE-
,RET GRATIÆ VERITATEM, & antequam regendę præponeretur Eccleſiæ, in hac opinione IGNORANTER ERRASSE'. Non ait, In his opinionibus; ſed, *In hac opinione* : quia tametſi duo ſint errores inter ſe diſtincti, ita tamen ſunt ſibi connexi, vt non opiniones pluraliter, ſed *Opinio* ſingulariter dici mereantur. Pergit porrò Proſper : 'Sed in
,ipſo (ſubdens) Epiſcopatus ſui exordio, ſanctæ memoriæ Simpli-
,ciano Mediolanenſi Antiſtite de electione Jacob & Eſau reiectione
,conſulto, totam quæſtionem ad hos geminos pertinentem ſagaciore
,diligentiâ ventilaſſe; & omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitan-

ter

Evaſio.

Præcluſa.

[w] *Proſp. Reſp. ad tria priora Excerpta Genenſium.*

,ter agnoviſſe, quòd electionem gratiæ nulla merita humana præce-
,dant; & quòd fides, vnde incipiunt omnia merita, donum ſit Dei: ac
,gratia non ſit gratia, ſi aliquid eam, propter quod tribuatur, anteve-
,nit. Itaque in eo quod dictum eſt, *Iacob dilexi*, oſtenſum eſſe quid ho-
,mini donaretur; & in eo quod dictum eſt, *Eſau autem odio habui*, oſte-
,ſum eſſe quid homini deberetur. Hoc autem ſe in libro Retractatio-
,num, ſecundo opere ſtudioſè recoluiſſe: & cùm omnes opiniones
,ſuas cenſoriâ gravitate diſcuteret, iſtam, quam obtrectatores eius eli-
,gunt, improbaſſe; quam ante Pelagianæ hæreſis ortum FVTVRO ER-
,RORI AMICAM ESSE PRÆVIDIT, & REVELATA SIBI GRATIÆ VE-
RITATE REIECIT'. Rurſus idem Proſper inferiùs in Reſponſione
ad dubium VIII. eorundem Genuenſium, poſtquam Maſſilienſium
errorem de initio fidei perſtrinxiſſet, concatenationem iſtius erroris
cum errore de præſcientiaria prædeſtinatione ad gloriam aperiſſimè
aſtruxit, adiungens: 'In hac ſententia poſiti, CONSEQUENTER IA-
,CIVNT, eos eſſe prædeſtinatos IN VITAM ÆTERNAM, quos per liberæ
,voluntatis arbitrium fideles futuros PRÆSCIERIT DEVS: vt ipſa ele-
ctorum prædeſtinatio non ſit niſi retributio'. Et vide quam cenſuram
vtrique dogmati Proſper inurat: 'Verè (ſubdit mox infrà) qui ISTA
,ſentiunt, fidem non acceperunt; aut quam acceperant perdiderunt,
,ſequendo vaniſſimam Pelagianorum ſuperbiam, & in ſe, non in Do-
mino gloriando, *qui operatur omnia in omnibus*'. In quibus verbis ob- 1. Cor. 12. 6.
ſervatu dignum eſt, Proſperum hìc expreſſiſſe pluraliter, quod ſuperiùs
ſingulariter expreſſerat: ſuperiùs enim dixerat, *In hac opinione*; hìc ve-
rò ait, *Qui iſta ſentiunt*. Illud, propter plurium errorum tanquam annu-
lorum in catena connexitatem; iſtud, propter ipſam errorum quantum-
vis connexorum pluralitatem. Unde & idem Proſper ibidem adhuc
inferiùs duo catholica dogmata eiſdem erroribus oppoſita coniunctim
quidem, ſed tamen diſtinctim percenſet, dicens: 'Agnoſcamus itaque
,ſapienter, pièque fateamur, præſciſſe incommutabiliter Deum qui-
,bus eſſet daturus VT CREDERENT, aut quos daturus eſſet filio ſuo
,VT EX EIS NON PERDERET QVEMQVAM: & SI HÆC præſcivit,
,beneficia ſua illum, quibus nos dignaretur liberare, præſciſſe: Et hanc
,eſſe prędeſtinationem Sanctorum, præſcientiam ſcilicet & præpara-
Scrupulus. tionem gratiæ Dei, quâ certiſſimè liberantur'. Sed prædeſtinationis
præſcientiariæ aſſertores ex hac ipſa prædeſtinationis deſcriptione,
quam Proſper ex Auguſtino lib. de Bono Perſever. cap. 14. deſumpſit,
munimen ſui dogmatis emendicant: vt nimirum quia *præſcientia præ-
mittitur præparationi*, illa videatur reſpicere merita, iſta autem merito-
Excutitur. rum præmium. Verùm nihil aliud hæc dicendo lucrantur, niſi vt cor-
datis omnibus nugari videantur. Quis enim tam excors eſt vt non vi-
deat, præſcientiam & præparationem non ad diverſa ſed ad eadem Dei
beneficia referri, cùm dicitur, *præſcientia & præparatio beneficiorum Dei*
&c? Quis item ambigat, beneficia priùs ratione præparari quàm præ-
ſciri: cùm ideò præſciantur, quia futura ſunt; ideò autem futura ſint,

quia

quia divinitùs præparata ſunt? Sed cur, inquies, præſcientia præparationi præmittitur, ſi eam ordine rationis ſubſequitur? Cur putamus, niſi quia præſcientia ad plura quàm præparatio porrigitur? Vnde cùm alibi Auguſtinus prædeſtinationem definiſſet eſſe *gratiæ præparationem*, mox ſubdidit: [x] 'Quod itaque ait Apoſtolus, *Non ex operibus, ne forsè quis extollatur: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in ,operibus bonis*, Gratia eſt: Quod autem ſequitur, *Quæ* PRÆPARAVIT *,Deus vt in illis ambulemus*, Prædeſtinatio eſt: quæ ſine præſcientia non ,poteſt eſſe; poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione præſcientia: præ,deſtinatione quippe Deus ea præſcivit quæ FVERAT ipſe facturus; vn,de dictum eſt, *Fecit quæ futura ſunt*: præſcire autem potens eſt ETIAM quę ipſe non facit; ſicut quęcunque peccata'. Quibus verbis apertiſſimè indicat, præſcientiam ad plura extendi quàm prępparationem beneficiorum Dei, in qua formaliter prędeſtinationis ratio conſiſtit; tacitè ſimul innuens, præſcientiam ſubniti præparatione velut prævià, cùm ait: *Præſcivit quæ* FVERAT *ipſe facturus*. Non ait, præſciverat quę facturus fuit; ſed, *præſcivit quæ* FVERAT *facturus*: quo ſatis inſinuat, decretum faciendi anterius fuiſſe præſcientiâ. Nec obſtat quod præpoſuerit verbum, *præſcivit*: Sicut cùm dicimus, Salomon inhabitavit palatium quod extruxerat; tametſi præponamus verbum, *inhabitavit*; non ideò tamen intendimus innuere, quòd inhabitatio fuerit extructione anterior. Eſt verò prædicta phraſis Auguſtino vſitatiſſima in hac materia: vt cùm alibi ait de Deo: [y] 'Præſcivit reliquias, quas ſecun,dùm ELECTIONEM GRATIÆ FVERAT IPSE FACTVRVS: hoc eſt er,go, PRÆDESTINAVIT: ſine dubio enim prędſcivit, ſi prędeſtinavit: ,Sed prædeſtinaſſe eſt hoc ipſum præſciſſe quod FVERAT ipſe facturus'. Quibus verbis ipſam primam radicem futuritionis beneficiorum præſciendorum indicat, nimirum *electionem gratiæ*: de qua aliquoties in præcedentibus egimus. Sed fortè prędictis nonnemo opponet, quod alibi idem ait de Deo: [z] 'Vniverſas creaturas ſuas & ſpiritales, & cor,porales, non quia ſunt, ideò novit; ſed ideò ſunt, quia novit: Non ,enim neſcivit quæ fuerat creaturus. Quia ergo ſcivit, creavit; non quia creavit, ſcivit'. Cui teſtimonio inſiſtens Angelicus Doctor 1. p. q. 14. ar. 8. concludit in corpore Articuli, 'Quòd ſcientia Dei eſt cauſa rerum'. Probatque ſubdendo: 'Sic enim ſcientia Dei ſe habet ad om,nes res creatas, ſicut ſcientia artificis ſe habet ad artificiata: Scientia ,autem artificis eſt cauſa artificiatorum, eò quòd artifex operetur per ſuum intellectum' &c. Hanc obiectionem non eo fine propoſui, quòd exiſtimem eam ſpectare ad præſentem controverſiam: Neque enim eò tendit, vt putetur prędſcientia meritorum eſſe ratio electionis ad gloriam; ſed eò potiùs, vt putetur præſcientia meritorum eſſe ratio ſeu cauſa ipſorum meritorum vt ſuo tempore exercendorum; & ſimiliter prędſcientia ipſius glorię eſſe ratio ſeu cauſa eiuſdem vt ſuo tempore conferendę. Idcircò autem eam cenſui proponendam, vt eius occaſione conciliem dicta Patrum in ſpeciem pugnantia; quorum aliqui affir-

Ephes. 2. 9.

Eph. 2. 10.

Iſa. 45. 11. iuxta 70.

Scrupulus. Excutitur.

[x] *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. cap. 10. Vide Proſp. Reſp ad cap. 15 Gallorum.*

Præoccupatio.

[y] *Aug. l. de Bono perſever. c. 18.*

Obiectio.

[z] *Aug. lib. 15. de Trinit. c. 13. Vide ibid. l. 6. c. 10. D. Thomas Vide eundem q. 2. de Verit. ar. 14. ad 1. & l. 1. contra Gentes c. 68. & Aug. lib. 13 Confeſſ. c. 38. & l. 7. Confeſſ. c. 4. & lib. 5. de Civit. c. 9. & l. 11. cap. 10. & Greg. l. 20. Moral. cap. 23. & Boeth. lib. 5. de Conſol. Philoſ. proſa 5. & 6.*

Digitized by Google

& Bonavent. in 1. dist. 39. & Alensem 1. p. q. 24. Membro 3. & q. 16. Memb. 4. & Richard. in 1. Dist. 36. & 38. & Scotus in 1. Dist. 39. & Durand. in 1. Dist. 38. & Albert. in 1. Dist. 38. ar. 3.

affirmare videntur, quòd Dei scientia sit causa rerum ponendarum, quos iam memoravimus; alij verò contrarium indicant, vt Hieronymus in caput 26. Hieremię super illis verbis, *Si fortè audiant, & convertantur vnusquisque à via sua mala*, dicens: 'Non ex eo quòd Deus ,scit futurum aliquid, idcircò futurum est; sed quia futurum est, Deus novit quasi prescius futurorum'. Quam sententiam eisdem penè verbis tradit Origenes in caput 8. ad Romanos, super illis verbis, *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui.* Quibus consonare videtur Chrysostomus Homil. 60. in Matthęum, nec non Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Joannem cap. 10. & Damascenus Dialogo contra Manichęos, & Author Responsionum ad quęstiones Gętilium orthodoxis propositas Resp. ad quęst. 58. Quibus addi potest & Augustinus lib. 5. de Civit. cap. 10. dicens: 'Neque enim ideò ,peccat homo, quia Deus illum peccaturū prescivit; imò non dubitatur ,ipsum peccare cùm peccat, quia ille cuius prescientia falli non potest, ,non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse prescivit'. Hier. 26. Rom. 8. 29.

Responsio.

Respondetur, precitatos authores loqui quidem diversimodè, non tamen adversimodè. Nam qui scientiam Dei causam rerum statuunt, de scientia simplicis intelligentiæ exponi possunt: qui autem contrarium innuere videntur, de scientia visionis præcisè loquuntur. Etenim scientia simplicis intelligentiæ quasi ars artifici repræsentat Deo res omnes creabiles quà tales, & ex eius præscripto in tempore creantur quotquot Deo creandæ videntur: Scientia autē visionis, cùm non præcedat sed subsequatur decretum creandi eas,

Instantia.

non est futuritionis causa, sed testis. Instabis, Scientia simplicis intelligentiæ vniformiter ex parte sua repræsentat Deo Artifici cuncta creabilia: Ergo nec ipsa est causa futuritionis eorum quę creantur potiùs quàm eorum quæ in statu puræ possibilitatis relinquuntur.

Diluitur.

Respondetur, Argumentum rectè concludere de illa scientia præcisè spectata sub ratione scientiæ: Sed quia respectu creandorum accedit ei decretum quo secernuntur creanda à non creandis, huius accessu induit rationem causæ respectu creandorum, & futuritionis eorum: [a] 'Manifestum est (ait Angelicus Doctor) quòd Deus per intellectum suum ,causat res, cùm suum esse sit suum intelligere. Vnde necesse est quòd ,sua scientia sit causa rerum SECVNDVM QVOD HABET VOLVNTATEM CONIVNCTAM'. Si obijcias, quòd scientia simplicis intelligentię accessu voluntatis decernentis futuritionem transeat in scientiam visionis: adeòque si non nisi vt habet coniunctam voluntatem est causa futuritionis rerum, iam non ipsa, sed scientia visionis dicenda est causa futuritionis rerum.

[a] D. Thom. 1. p. q. 14. ar. 8. in Corp.

Obiectio.

Solutio. 1.a

Respondetur primò verisimilius videri quòd scientia simplicis intelligentię nunquam transeat in scientiam visionis; quia sive antecedenter, sive concomitanter, sive subsequenter ad decretum, semper eodem modo repræsentat suum obiectum, secundùm suam nimirum essentiam quatenus est obiectum divinæ omnipotentię, abstrahendo à coexistentia cum quacunque temporis

diffe-

Digitized by Google

differentia; cùm è contrario scientia visionis repræsentet suum obiectũ vt affixum certæ temporis differentiæ. Vnde sicut in creatis scientia abstractiva nunquam fit intuitiva, quantumvis mutetur status obiecti: ita in divinis scientia simplicis intelligentiæ nunquam fit scientia visionis, quantumvis mutetur status obiecti. Respondetur secundò, 2.ª etiam admisso quòd scientia simplicis intelligentiæ transire possit in scientiam visionis, non tamen id fieri accessu voluntatis in fieri, sed in facto esse: cùm tamen accessu voluntatis in fieri, scientia sortiatur rationem causæ respectu rerum & futuritionis earum. Accedente itaque decreto Artificis ad scientiam quæ se habet instar artis, incipit futuritio artificiandorum, quâ demùm inceptâ transit intelligentia in prævisionem. Et quanquam res futuræ non sint causa divinæ scientiæ secundùm rationem essendi, sunt tamen causa divinæ præscientiæ secundùm rationem dicendi, vt ait Bonaventura in 1. Dist. 38. quia scilicet divina scientia non diceretur præscientia, nisi res essent futuræ. *Bonaventura.* Quã sententiã Bonaventura desumpsisse videtur ex Hugone Victorino lib. 1 de Sacramentis p. 2. cap. 16. cuius Titulus sic sonat: 'Si res futuræ non fuissent, Sapientia Dei scientia esset, sed pra scientia non diceretur'. *Hugo Victor.*

Nunc ad Patrum testimonia cap. 12. §. 3. obiecta transeamus: quo-
6. rum primum ex Clemente Romano lib. 3. Recognitionum desumptum non valdè nos premere debet: quia vt de libris Recognitionũ testatur Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth. in Clemente Romano: 'Sunt in his libris pleraq; incerta, multa fabulosa, nonnulla insuper catholicis dogmatibus adversantia'. Existimat Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Clemente, eosdẽ Recognitionum libros vel non esse Clementis, vel coincidere cum Opere quod dicitur *Itinerarium*, vel *Circuitus Petri*: quod, teste Epiphanio Hæresi 30. Clemens testatur à se quidem conscriptum, sed ab hæreticis fuisse depravatum. Vnde & ab Athanasio in Synopsi, & à Gelasio Papa in Concilio Romano, & à Leone IX. in Epist. adversùs Nicetam, pro Apocrypho habendum decernitur. Nec immeritò: Nam, vt Sixtus Senensis loco citato notavit, præterquàm quòd multa ibi sub persona Petri Apostoli ex intima Platonis & Aristotelis Philosophia referuntur, duo quòque integra folia recitantur ex persona Petri in nono libro huius Operis (Recognitionum) ad verbum transcripta ex libro de Fato adversùs Abydam Astronomum, Bardesanis Syri; qui, teste Epiphanio, claruit sub Marco Imperatore, annis 70. post mortem Clementis. Quam etiã Bardesanis Scripturam Eusebius in sexto libro de Evang. Præpar. ipsdem planè verbis recitat. Quod si objicias, Itinerarium constare duntaxat octo libris, cùm tamen Recognitionum libri numerentur decẽ; adeòque improbationem Itinerarij seu Circuitus Petri non derogare libris Recognitionum: Respondebit Bellarminus loco iam citato: 'Facile fuit corruptoribus, addere, vel minuere, vel mutare'. Sed vt annueremus Obiectori, verba obiecta verè esse Clementis, aut etiam Petri Apostoli; quid quæso inde subsidij ei accresceret? Neq; enim ibi

Ad Clementẽ Romanum. *Sixtus Senensis.* *Bellarminus.* *Vide Baronium ad Annum 74. n. 10. & ad Annum 102. n. 21. & 22.* *Præoccupatio.*

prædeſt. Sanct. cap. 10. dixerit, prædeſtinationem ſine præſcientia eſſe non poſſe; verùmetiam lib. de Bono perſever. capite 14. prædeſtinationem definierit, præſcientiam & pręparationem beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur quicunque liberantur. Non tamen idcircò electionem vel prædeſtinationem ad gloriam ex meritorum, etiam cum gratia faciendorum, prævisione ſuſpendit: vt partim in ſuperioribus oſtendimus, partim ſequenti capite oſtenſuri ſumus. Eſt præterea notandum, Irenæum eo in Opere ex profeſſo refellere Valentinianorum errores, quorum vnus fuit de homine triplici, ſpiritali nimirum, terreno, & medio: vt videre eſt apud ipſum lib. 1. cap. 1. §. *Cùm ſint igitur tria.* Vnde pro indagando genuino Irenæi ſenſu ac ſcopo recolenda ſunt quæ hìc ſuperiùs §. 3. ſuper-loco Nazianzeni eundem errorem incidenter refellentis obſervavimus. Ad Hilarij teſtimonium ibidem ſubſequenter obiectum Reſpondetur, Non ibi agi de electione prædeſtinatoria, ſed de executoria: directè quidem de electione ſeu aſſumptione duodecim diſcipulorum è cœtu reliquorum ad dignitatem Apoſtolicam, de qua ſcriptum eſt, *Vocavit Ieſus diſcipulos ſuos, & ELEGIT duodecim ex eis, quos & Apoſtolos nominavit*; vel vt eſt apud Marcum, *Vocavit ad ſe quos voluit ipſe, & venerunt ad eum, & fecit vt eſſent duodecim cum illo*: indirectè autem & quaſi figurativè de electione ſeu aſſumptione beandorum omnium è cœtu reliquorum hominum ad cohabitandum Chriſto in atrijs cœleſtibus: quæ electio parabolicè ſignificatur, cùm regnum cœlorum aſſimilatur *Sagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti*; *quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes,* ELEGERVNT *bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.* Hæc itaque electio ſive Apoſtolorum è cœtu diſcipulorum, ad aſſiſtendum Chriſto in terris inſtar legatorum à latere, cum ſpeciali prærogativa familiaritatis & contubernij; ſive omnium beandorum è tota multitudine hominum, ad cohabitandum Chriſto in tabernaculo cœleſti, cum prærogativa *edendi & bibendi ſuper menſam eius in regno ſuo*: Hæc, inquam, electio *non res indiſcreti iudicij eſt, ſed ex meriti delectu facta diſcretio eſt*, vt rectè ait Hilarius in argumento obiectus: Cui conſonãs author Commentarij in Pſalmos Hieronymo adſcripti, ait in eundem Pſalmum & verſiculum è cuius commentario allegatur Hilarius: [d] 'Vocat Deus omnes, nec vllum ſpernit, ſed pauci ſequuntur. Ergo ,qui ſe dignum eius electioni præbuerit, cohabitat ei cum Apoſtolis ſanctis in tabernaculis ſempiternis': Illi vtique electioni de qua parabolicè ſcriptum eſt, *Elegerunt bonos in vaſa.* Sed vnde proveniat quòd quis ſe dignum præbeat huicce electioni? Vtique ex prædeſtinatoria electione: Nam *quos Deus prædeſtinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & iuſtificavit*: Ecce iam digni ſunt qui *eligantur in vaſa*: vnde mox ſequitur, *Quos autem iuſtificavit, illos & glorificavit.* Qui ergo iuſtificati, ij digni ſunt facti; & qui glorificati, ij in vaſa ſunt electi. Inde igitur digni facti ſunt vt in vaſa eligantur, vnde iuſtificati ſunt vt glorificentur: Inde autem iuſtificati ſunt vt glorificentur, vnde prædeſtinati

Ad Hilarium.

6. 13. c. 3. 13 s. 13. 47 48. c. 22 30 m. 8. 30

[d] *Hieron. in Pſal. 64. v. 5.*

nati sunt vt vocentur, & vocati vt iustificentur: [e] 'Si discutiatur (ait ,Augustinus) & quæratur, vnde quisque sit dignus; non desunt qui ,dicant, voluntate humanâ: Nos autem dicimus, Gratiâ vel Prædestinatione divinâ'. Non fuit certè Hilarius ex eorum numero qui dicebant, quemque fieri dignum, voluntate humanâ: vt fatetur Vasquez Tomo 1. in 1. p. Disp. 91. cap. 8. num. 47. Vbi Chrysostomum vel invitum ab eius concordissima societate divellere nititur. Restat proinde vt cum Augustino & cæteris orthodoxis censuerit, quemque fieri dignum, Gratiâ vel Prædestinatione divina. Quid enim aliud indicat, cùm exponens illud Psaltis, *Inclina cor meum in testimonia tua*, ait [f] 'Omnia Propheta ad munus Dei retulit: sive vt lex iustificationis ,sibi statuatur à Domino, vt sibi intelligentia præstetur; sive vt deducatur in semita; sive vt cor eius in testimonia inclinetur'? Vbi profectò nihil minus dixit quàm Cyprianus cùm ait, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit.* Ac per hoc sicut Cyprianus id dicendo, *prædestinationem certissimam pronunciavit*, vt Augustinus lib. de Bono Perseuer. cap. 14. testatur: ita Hilarius dicendo, *Omnia Propheta ad munus Dei retulit*, prædestinationem certissimam pronunciavit. Sed fortè respondebitur, rectè id concludi de prædestinatione ad gratiam, non autem de electione gratuita ad gloriam. Verùm si prædestinationem certissimam ad gratiam pronunciavit Hilarius, eam profectò pronunciavit ad talem gratiam, qualis divino eloquio prædicatur, & qualis opere suę potestatis agnoscitur. Quod si ita est, [g] 'Etiam hoc necesse ,habuit confiteri, quòd ex omni numero hominum per sęcula cuncta ,natorum, certus apud Deum definitusque sit numerus, prædesti- ,nati IN VITAM ÆTERNAM populi, & secundùm propositum DEI ,VOCANTIS ELECTI. Quod quidem tam impium est negare, quàm ipsi gratiæ contraire'. Nimis proinde manca est Vasquezij pro Hilario excusatio, quâ eum à contracundo gratiæ expurgat, nisi eum à negando certum definitumque numerum prędestinati in vitam æternam populi, & secundùm propositum Dei vocantis electi, depuret: Nam teste Prospero, tam impium est hoc negare, quàm ipsi gratiæ contraire. Sed quomodò eum Vasquez depuraret, qui in illo ipso impietatis luto tripudiat? Videor sanè audire Hilariũ ei de longè occlamantẽ: Melius est mihi cum Carthaginensi Cypriano, Cappadoce Basilio, Gregorio Nazianzeno, Ioanne Constantinopolitano, Ambrosio Mediolanensi, Augustino Hipponensi, cæterisque collegis eorum & meis, quàm tecum: Facilè enim perspicio, ad quæ præcipitia perveniatur tuis callibus; & in istam lutulentorum rivorum cœnosam vliginem, cuius voraginis humor exudet: Proinde quod dixi, *Non res indiscreti iudicij electio est, sed ex meritis delectu facta discretio est*, non de prædestinatoria electione vel discretione accipiendum est, sed de executoria, quâ nimirum Deus id quod prædestinavit adimplet: Quas quidem electiones si nondum scis secernere, remitto te instruendum ad Coepiscopum meum Augustinum, qui veteres Semipelagianos, in eodem cœ-

no

[e] *Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 10*

Vasquez.

[f] *Hilarius in Psal. 118. v. 36*

Cyprianus.

Augustinus

Hilarius.

Evasio.

Præcluditur.

[g] *Prosp. Epist. ad Ruffin. c. 17.*

no coaxantes quasi ranas, erudiens & eruens, dixit de Apostolis, & sub eorum typo de cæteris regni cohæredibus: [h] 'Elegit eos (Christus) de ,mũdo, cùm hìc ageret in carne; sed iam electos in ipso ante mundi cõ- ,stitutionẽ'. Et paulò infrà ibidẽ: 'Electi sunt ante mundi constitutio- ,nem eâ prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præscivit: electi ,sunt autem de mundo eâ vocatione, quâ Deus id quod prædestina- vit, implevit'. Ecce quemadmodum non solùm ipsa prædestinatio, sed etiam eius in tempore impletio, ab Augustino post Christum nomi- natur electio. Post Christum, inquam, qui dixerat, se Apostolos *Ele- gisse de mundo*: & qui sub parabola piscium è Sagena educendorum di- xerat indefinitè, eos qui finaliter boni fuerint, *Eligendos in vasa*. Hâc ergo regulâ bifariæ electionis præscriptâ, facilè perspicitur quomodò ea electio quæ prædestinationis est impletio possit esse ex meritis, licet altera electio quæ est ipsa prædestinatio fuerit sine meritis. Vnde ad Hieronymi loca, post Hilarij testimonium iam expeditum obiecta, Respondetur, Hieronymum primo loco nobis obiecto ex Commen- tario in caput 1. Isaiæ, manifestè loqui de punitione & præmiatione provt in tempore fiunt. Nec obstat quòd eas neget esse *ex præiudicio Dei*, vt ponderat Lessius. Manifestè enim intelligit præiudicium ex- clusivum meritorum, quale fingebant hæretici liberum arbitrium pe- nitùs submoventes, ac per hoc bonorum operum merita evacuan- tes. Eodem modo solvendus est postremus Hieronymi locus ex Epist. 150. ad Hedibiam obiectus. Neque enim ibi agit de prædestinatoria hominum electione, sed de temporaria *salvatione*. Nihil proinde al- terutro istorum locorum asserit Hieronymus, quod vel apparenter ad- versetur gratuitæ electioni ad gloriam; cuius vtique orthodoxi asser- tores constanter profitentur cum Prospero, quòd [i] 'Implendæ volun- ,tatis Dei ita sit præordinatus effectus, vt per laborem operum, per ,instantiam supplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa ,meritorum; & qui bona gesserint, non solùm secundùm propositum Dei, sed etiam secundùm sua merita coronentur'. Quoniam, vt præ- cedente ibidem capite idem prædicator præmiserat, 'Deus his quos ,elegit sine meritis, dat vnde ornentur & meritis: Et frustrà dicitur, ,quòd ratio operandi non sit in electis, cùm etiam ad hoc vt operen- tur, electi sint'. Alius eiusdem Hieronymi locus, ex Commentario in caput 1. ad Galatas obiectus, non minus invalidus est ad probandum obijcientium intentum: Primò quia ex præcedente contextu constat, Hieronymum ibi ex professo refellere Valentinianorum errorem de triplici homine, sæpiùs iam à nobis hoc capite mentionatum: Secun- dò quia verbis in Obiectione allegatis Hieronymus hanc continuò subdidit clausulam: 'Et hæc quidem simpliciùs dicta sunt, & absque altiori dissertione possunt vtcunque placere lectori'. Quâ adiectione non obscurè indicat, quàm parum fidenter, nedum asseveranter ista conscripserit. Certè cùm Massilienses Augustino similem locutionem à se in Responsionibus ad Paganorum quæstiones vsurpatam obiecis- sent,

[h] *Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 17*

Io. 15. 19.

Mat. 13. 48

Ad Hieronymum.

Præoccupatio.

[i] *Prosp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 36.*

Digitized by Google

sent, excusavit se per hoc, quòd ibidem etiam dixerit, se ita locutum fuisse, [k] 'Sine præiudicio latentis consilij Dei, aliarumque causarum, quæ à prudentibus investigari queunt'. Et quis ambigat quin Hieronymus similiter respondsurus fuisset, si ei quisquam prædictum locum obiecisset? Tertiò responderi potest eodem modo quo ad locum ibidem obiectum ex Commentario eiusdem Hieronymi in caput 1. Malachiæ pridem respondit Facultas Theologica Lovanienſis in *Iustificatione suæ Censuræ* cap. 3. dicens: 'Hoc loco, quod ad odium pertinet, ,clarum est, quod ait Hieronymus, *Ex præscientia nasci futurorum*. Ne,minem enim odio habet Deus, nisi peccati, quod præscit, intuitu. Al,terum verò expositione indiget; cùm sit manifestum, quòd vitiosos ,diligat; &, quemadmodum Apostolus ad Romanos docet, suos quò,que *inimicos*, pro quibus obire non dubitavit, vt amicos sibi ex inimi- In ,cis redderet. Alioquin enim & dilectio quæ ad gratiam fit impertiẽ,dam, ex præsciẽtia erit meritorum, si neminem omninò diligat Deus, ,nisi quem vitiorum invenerit hostem. Dicit ergo Hieronymus, ,quòd neminem Deus ad gloriam diligat, id est, quòd nemini ,DARE GLORIAM STATVERIT, nisi qui vitia odisset. Hoc au,tem quibus inesset, id præscivit antequam esset: sed ideò futurum ,præscivit, quia per gratiam suam id erat ipse effecturus: & hoc propterea, vt is qui erat peccatori gratuitâ prædestinatione prædestinatus finis, esse quòque posset iustum præmium mercesque laboris'. Atque hæc modò sufficiant pro diluendis Patrum testimonijs cap. 12. §. 3. obiectis. Nam quòd ad calcem de Græcis Patribus allegatur, iam suprà explosum est.

[k] *Aug. l. de Praedest. Sanct. c. 9.*

Facultas Lovanienſis.

CAPVT XVII.

Diluuntur Argumenta Cap. XII. §. 4. Obiecta, quibus Augustinus dogmati de Præscientiaria electione ad gloriam patrocinari præsenditur.

Petavius.

NUnc diluenda sunt argumenta eorum præscientiariæ prædestinationis patronorum, qui, vt cap. 13. §. 1. ex Petavio memoravimus, 'Ne tantum à se pondus authoritatis abiudicarent, Augu,stinum quoquo modo trahere in partes suas conati sunt, & contrà ,quàm omnis retrò antiquitas instituit, illius interpretari sententiam. Quod inter alios aggressus est Grabiel Vasquez'. Ex istis alijs, quos Petavius non exprimit, videntur fuisse Assertores Articulorum ab Academijs Belgicis Anno 1586. & 1588. censuratorũ, qui Articulo 20. subtimidè dicebant, se non putare contrariã sibi sententiam esse Augustini. Qui tamen paulò pòst audaciores facti, sine vllo dubitationis indicio Augustinum sibi patrocinari asseverarũt. Vnde Facultas Duacensis in *Censura* dicti Articuli respiciens ad verbum, *putandi*, quo vsi fuerant, ait: 'Quid de hac re senserit Augustinus velle adhuc IN DV-

Facultas Duacensis.

BIVM

BIVM revocare, profectò nimiùm est pugnaciter agere'. At verò Facultas Lovanienſis in *Iuſtificatione ſua Cenſura* cap. 15. reſpiciens ad eorundem aſſeverationem in Apologia adversùs cenſuram conſcripta expreſſam: 'Falluntur non parùm (ait) quòd nunc expenſo, vt aiunt, ,diligentiùs Auguſtino, ſecum eſſe illum, non opinari modò, ſed & ,CERTO etiam SCIRE ſe ſcribunt. Quanquam mirum ſanè eſt, tam ſe-,rò nunc id eos deprehendiſſe, aut priùs tam negligenter oſcitanterque ,Auguſtinum legiſſe. Sed non ita exiſtimamus, præſertim cùm nec an-,tè ignorarint, extare apud nonnullos hanc ipſam Auguſtini verborũ ,intelligentiam, quos ſequi iam ſe duces profitentur. Quin potiùs ,hanc ſententiæ ſuæ, quam videri volunt mutationem, quemadmo-,dum & priorem illam cunctationem timidioremque aſſertionem, non ,aliud interpretamur, quàm offenſionis & invidiæ declinationem ac ,fugam: ne videlicet nimiùm B. Auguſtino adverſari ac reſiſtere vel-,le videantur; cuius authoritati tam palàm obluctari ac obſtrepere, cæ-teris experti eſſent non ſatis fœliciter ſucceſſiſſe'. Et nonnullis interpoſitis quibus oſtenditur quàm non diſſimulanter Auguſtino ſe adverſari pridem prodiderint, ſubdit ibidem inferiùs eadem Facultas: 'Quare ,tam ſubita hæc cum Auguſtino reconciliatio non poteſt non ſuſpecta ,videri; ne non tam certo iudicio & attentiore lectione, quàm offen-,ſionis cogitatione metuque ſit inita: quæ proinde levi prorſus mo-,mento diſſiliat; præſertim cùm addant, Non admodum referre etiãſi Auguſtinus diverſum ſentiret'. Candidior iſtis fuit ipſe eorum Patriarcha Molina, cùm ſcriberet: [a] 'Credens Auguſtinus cum ijs, quæ ,de gratia adversùs hæreſim Pelagianam ex Scripturis rectiſſimè do-,cuerat, conjunctum eſſe, prædeſtinationem Dei æternam non fuiſſe ,ſecundùm merita qualitatemque vſus liberi arbitrij à Deo prævisi, ,ſed ſolùm ſecundùm Dei electionem & beneplacitum (quod in quo ,ſenſu veriſſimum ſit, Membro 12. explicatum eſt) iuxta eam ſenten-,tiam Paulum ad Rom. 9. multis in ſuorum Operum locis interpre-,tatus eſt: reſtrinxitque illud 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines ſalvos* ,*fieri*, vt nõ de omnibus vniverſim hominibus, ſed de ſolis prædeſtinatis intelligeretur'. Quibus verbis non ſolùm agnoſcit, Auguſtinum pro gratuita ad gloriam electione ſtetiſſe, ſed etiam cohærentiam iſtius ſententiæ cum prædicatione gratiæ à ſe facta agnoviſſe ſeu credidiſſe. Quam cohærentiam in præcedentibus fusè aſtruximus. Porrò idem Molina paulò inferiùs ibidem, novitatem ſui dogmatis haud obſcurè agnoſcit, dicens: 'Neque verò dubito quin ab Auguſtino & cæteris ,Patribus vnanimi conſenſu comprobata fuiſſet HAC NOSTRA de præ-,deſtinatione ſententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrij cum ,divina gratia, præſcientia, & prædeſtinatione, SI EIS PROPOSITA FVISSET'. Et adhuc inferiùs in finalibus verbis: 'Longior fui in hac ,diſputatione, quàm optaram; vereorque ne aliquarum rerum repe-,titio lectori moleſtiam attulerit: quia tamen res eſt magni momenti, ,ac valde lubrica, & HÆC NOSTRA ratio conciliandi libertatem ar-

Facultas Lovanienſis.

[a] *Molina in Cõcord. q. 23 ar. 4. & 5. Diſp 1. Membro vlt.*

bitrij

,bitrij cum diuina prædestinatione, A NEMINE, QVEM VIDERIM, HAC-,TENVS TRADITA, ideò satiùs hæc duxi paulò fusiùs explicare, ne ,fortè eorum pressior explicatio efficeret quominus mens NOSTRA ab his, qui minus ingenio pollent, perciperetur'. Hinc mirum non est, authorem vitæ Card. Bellarmini dicere, quòd Molinę sententia ex eiusdem ingenio nata fuerit. Tractans quippe ille de ijs quę à Bellarmino sub pontificatu Clementis VIII. gesta sunt, ait inter alia : [b] 'Fe-,rè per idem tempus cœpta Romę agitari controversia est inter religiosum Ordinem S. Dominici, & Societatem nostram, circa opinio-,nes P. Ludovici Molinæ de Concordia gratię & liberi arbitrij. Quã ,sententiam, etsi aliqui, EO QVOD VNIVS PRIVATI SCRIPTORIS NA-,TA EX INGENIO ESSET, minimè censebant defendendam à Societa-,te vniversa; attamen ij, qui tum præerant, aliter ipsi deliberarunt: ,tum quia nostrorum Professorum pars maior in Academijs eam tue-,batur, tum verò quia iudicabatur inprimis idonea ad obluctandum hęresibus sęculi nostri'. Hinc rursus mirum non est sententias Molinę in hac ipsa materia à Ioanne Mariana in libello de Morbis Societatis & eorum curatione vocari *Hesterna Molinæ Commenta*. Sed quomodo, inquies, dogma de præscientiaria electione ad gloriam dici potest ex Molinæ ingenio natum, vel hesternum Molinæ commentum; cùm ante Molinę exortum fuerit à Massilienśibus præformatum? Respondetur inprimis, ex dictis superiùs hìc cap. 12. §. 1. constare, Molinæ dogma in quibusdam differre à dogmate veterum Massilienśium, non quidem tanquam magis catholicum, sed tanquam catholicę de prædestinatione sententię magis inimicum. Nam cùm Massilienses non nisi fidei incipientis & perseverantis merita prædestinationi ad Dei regnum subtraherent, Molina insuper cęterarum virtutum merita eidem subtrahit. Secundo, Non à nobis asseri, quòd Molinæ dogma sit novum; sed duntaxat referri qualiter à Molina ipso & Consodalibus vẽditetur pro novo. Tertiò, posse vocari novum eodem locutionis genere quo Pelagianorum hæresim Hieronymus appellavit [c] *Novam ex veteri quæstionem*. Et alibi, [d] *Novam ex veteri hæresim*. Qui rursus in caput 25. Hieremiæ, ipsos Pelagianos vocat *Novos ex veteribus hæreticos*: quia nimirum, vt in pręcitata ad Ctesiphontem Epistola ait, 'Vetustissimum cœnum quasi novam susceperunt temperaturam'. Neque enim insolitum est, vt antiquatorum dogmatum interpolatores habeantur & dicantur eorundem authores: Sic enim Lutherani & Calvinistæ vocantur passim *Novatores*, & reputantur suorum dogmatum authores, non quia primi ea invenerunt, sed quia ab alijs pridem inventa & per Ecclesiam sepulta resuscitaverunt, & resuscitata interpolaverunt & limaverunt. Et verò non incredibile est, Societatem ascripsisse Molinæ quasi inventori ac parenti prędictam de prescientiaria electione sententiam, vt Socios induceret ad arctiùs ei inhęrendum, tanquam ab ipsa Societate inventæ, & obstetricante Molinę cerebro in lucem editę : [e] 'Fabula dicit (inquit Hugo Victorinus in Miscellaneis)

[b] *Sylvest. Petra sancta in vita Bellarm. l. 3. c. 5*

Scrupulus.

Excutitur.

[c] *Hieron. Epist. ad Ctesiph. c. 1.*

[d] *Idem in caput 2. 3. & 30. Hieremiæ.*

[e] *Hug. Vict. l. 1. Miscell. cap. 3.*

Digitized by Google

,neis) omnes beſtias fœtus ſuos Iovi probandos præſentaſſe : inter ,quas ſimia, deformem natum trahens, riſu omnium caſtigari non po- ,tuit, quin ſuum cęteris anteferret. Ingenitum ſiquidem eſt omni ani- ,manti amare quod genuit. De corde ſenſus naſcitur, & amant corda ,fœtus ſuos, adeò vt ſæpè animus perverſus in conſpectu ſummæ veri- ,tatis, tortuoſum, & pravum, & riſu omnium dignum ſenſum ſuum commendare non erubeſcat'.

2. Sed nec illud ſilentio prætereundum, quòd plerique Sociorum qui Molinę ex parte quadam ſubſcribunt, eidem ex alia parte contradicant. Eorum quippè aliqui rationem conciliandi libertatem arbitrij cum gratia & prędeſtinatione ab ipſo præformatam amplectuntur, ſed electionem ad gloriam ex abſoluta meritorum prævisione ſuſpendere cum ipſo non ſolùm dedignantur, verùmetiam ipſi eam ſic ſuſpendenti indignantur : Atque ita quantùm ad illud primum ei ſubſcribunt, quantùm verò ad iſtud ſecundum contradicunt, vel etiam maledicunt. Alij rurſus quantùm ad vtrumque punctum iam memoratum ei conſentiunt, ſed quantum ad Auguſtini patrocinium pugnaciter diſſentiunt. Fatetur namque ipſe ſuam de prędeſtinatione ſententiam Auguſtino nunquam fuiſſe propoſitam, nedum ab eo traditam : 'Quę ſi da- *Molina.* ,ta explanataque fuiſſent (ait ipſe de ſuis commentis ibidem ſuperiùs) ,fortè neque Pelagiana hæreſis fuiſſet exorta, neque Lutherani tam ,impudenter arbitrij noſtri libertatem fuiſſent auſi negare, obtenden- ,tes, cum divina gratia, pręſcientiâ, & prędeſtinatione cohærere non ,poſſe; neque ex Auguſtini opinione, concertationibuſque cum Pela- ,gianis, tot fideles fuiſſent turbati, ad Pelagianoſque defeciſſent, facilè- ,que reliquiæ illæ Pelagianorum in Gallia, quarum in Epiſtolis Proſ- ,peri & Hilarij fit mentio, fuiſſent extinctæ, vt patet ex ijs in quibus ,homines illos cum Catholicis conveniſſe, & ab eis diſſenſiſſe, eædem ,Epiſtolę teſtantur ; concertationes denique inter Catholicos facilè fuiſſent compoſitæ': Ipſorum verò aliqui propoſitam quidem Auguſtino fuiſſe eandem ſententiam agnoſcunt, ſed ab ipſo non rectè explosam fuiſſe contendunt : alij denique & Auguſtino propoſitam, & ab Auguſtino traditam fuiſſe opinantur, vel etiam ſe id certò ſcire gloriantur; quorum argumenta, cap. 12. §. 4. relata, iam diluenda ſunt. Quę quidem argumenta, vt ibidem indicatum eſt, in duplici ſunt differentiâ : alia namque ex ipſiuſmet Auguſtini vel genuinis vel ſpurijs aut ſuppoſititijs locis eruuntur, alia ex fidiſſimorum Auguſtini diſcipulorum teſtimonijs deſumuntur. Primus Auguſtini locus, ex *Ad Auguſtinū.* Serm. 7. de Verbis Domini obiectus, nihil omninò adiuvat obijcientes: vt patet ex ijs quæ ſuper ſimili Hilarij loco ab eiſdem obiecto diſſeruimus cap. 16. §. 6. Nam ſicut Hilarius aſſumptionem diſcipulorum ad munus Apoſtolicum appellavit *electionem*, ita Auguſtinus aſſumptionem fidelium ad munus diſcipulorum appellavit *electionem*. Patet hoc vel ex ſolo ſermonis iſtius titulo, ita ſonante : 'De tribus, ,quorum vnus dixit, *Domine, ſequar te quocunque ieris*, & reprobatus eſt:

t. 8. 19.

'Alius non audebat, & excitatus est: Tertius differebat, & culpatus est'. Primus est reprobatus seu à sequela Christi repulsus, quia dolosus erat vt vulpes, & elatus vt volucris cœli: Vnde audire à Domino meruit, *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos* &c. Quæ verba alibi *Mat.8.20.* expendens Augustinus ait: [f] 'Quod Dominus dixit Scribæ qui eum sequi voluit, *Vulpes foveas habent, & volucres cœli tabernacula, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet*, intelligitur miraculo Domini commotus, propter inanem iactantiam eum sequi voluisse, quam significant *aves*: finxisse autem discipuli obsequium, quæ fictio *vulpium* nomine significata est. *Reclinatione* verò *capitis* humilitatem suam significavit, quæ in illo simulatore ac superbo non habebat locum'. Secundus est à Christo ad se sequendum excitatus, quia scrutator cordium perspexit eius sinceritatem & humilitatem: [g] 'Quantum mali in illo (ait Augustinus) tantum boni videbat in isto'. Tertius deniq; est culpatus, quia interrumpere voluit Christi discipulatum sub prætextu humanæ pietatis. Vnde audire meruit, *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* *Mat.8.22.* Hæc cùm Augustinus ab initio istius Sermonis 7. prosecutus fuisset, subdidit: 'In hoc capitulo hoc discimus, quoniam quos voluit Dominus, hos ELEGIT: Elegit autem, sicut dicit Apostolus, & secundùm suam gratiam, & secundùm illorum iustitiam'. Vbi manifestum est, sermonem esse ad litteram de electione ad discipulatum Christi, de qua toto præcedente contextu agebatur. Nec obstat subiunctum ex Apostolo testimonium. Nam Apostolus testimonium illud desumpsit ex lib. 3. Reg. cap. 19. vbi ad litteram sermo est de præservatione servientium Deo à crimine apostasiæ seu idololatriæ. Sicut autem Christus eum ad se sequendum invitavit, cuius noverat humilitatem: ita Eliam & alia septem millia virorum in suo olim obsequio conservavit, quia perspectam habuerat eorum humilitatem: 'Idem Christus est (ait ibidem inferiùs Augustinus) qui tunc, & modò: qui & illic tunc Eliæ dixit, *Reliqua mihi.* Quid est, *Reliqui mihi?* 3. Reg. 19. 'Ego illos elegi, quia vidi mentes illorum de me præsumentes, non de 18. 'se, nec de Baal. Non sunt mutati, sic sunt vt à me facti sunt. Et tu qui 'loqueris, nisi de me præsumeres, vbi esses? Nisi gratiâ meâ plenus 'esses; nonne ante Baal etiam ipse genu flecteres? Gratiâ autem meâ 'plenus es, quia nihil de tua virtute, sed totum de mea gratia præ'sumpsisti. Noli ergo in hoc gloriari, vt putes te in servitio meo non 'habere conservos: Sunt quos ELEGI, sicut & te, de me scilicet præ'sumentes: sicut ait Apostolus, *Et nunc reliquiæ per electionem gratiæ salvæ* *Rom.11.5.* *factæ sunt*'. Nemo qui hæc sobriè perlegerit, dubitare poterit, quin sermo sit de electione ad servitium Dei sine lapsu apostasiæ seu idololatriæ: Sicut superiùs ibidem sermo fuit, de electione ad discipulatum Christi sine dolo aut iactantia, posthabito omni prætextu humanitatis. Sed dices, Electio ad discipulatum Christi, vel ad perseverandum in servitio Dei sine lapsu apostasiæ, est typus electionis ad gloriam æternam: Adeoque si illa facta est ex merito humilitatis, etiam hæc fieri dicenda est ex meritis eligendorum. Respondetur, totũ esse verum, in-

[f] *Aug. lib. qq. Evang. secundùm Matth. q. 5*

[g] *Aug. Serm. 7. de Verbis Domini c. 1.*

Præcompatio.

Scrupulus.

Excutitur.

Digitized by Google

telligendo vtrobique electionem executoriam: falsum autem, intelligendo vtrobique electionem prædestinatoriam. Qua de re sufficienter egimus capite præcedente §. 6. Quemadmodum igitur si quæratur cur Christus eum elegerit executoriè in discipulum qui se non ausus fuerat offerre, rectè respondetur, quia noverat eius humilitatem; si autem vlteriùs quęratur, vnde ei humilitas potiùs quàm Scribæ qui se vltrò obtulit Christo in discipulum, rectè item respondetur, Quia Christus eum ita prædestinavit ad suum discipulatum, vt ei præparaverit meritum humilitatis: Ita si quæratur cur hos vel istos sanctos Deus executoriè elegerit ad conregnandum Christo in cœlestibus, rectè respondetur, quia noverat eorum merita & perseverantiam'; si autem vlteriùs quæratur, vnde eis merita & perseverantia potiùs quàm cæteris, rectè item respondetur, Quia Deus eos ita prædestinavit ad regnum, vt pręparaverit eis merita & perseverantiam, quibus digni fierent regno; iuxta illud Fulgentij in præcedentibus commemoratum: [h] 'Illi cum Christo regnabunt, quos Deus gratuitâ ,bonitate suâ prædestinavit ad regnum: quia enim tales prædestinan-,do præparavit vt regno digni essent, præparavit vtique secundùm ,propositũ vocandos, vt obedirent; præparavit iustificandos, vt acceptâ ,gratiâ rectè credant & benè vivant; præparavit etiam glorificandos, ,vt Christi cohæredes effecti regnũ cœlorũ sine fine possideant'. Illud præterea addi hìc potest, Augustini testimonium in obiectione allegatum, etiã à suo contextu avulsũ, cõmodè posse intelligi de duplici electione hactenus discussa: vt nimirũ *eligendi* vocabulũ priori loco sumatur pro electione prędestinatoria, quę prorsus gratuita est; posteriori autẽ loco pro electione executoria, quæ meritis subnititur: vt scilicet Deus dicatur *elegisse quos voluit*, electione quidẽ prædestinatoriâ, *secundùm suã gratiã*; electione autẽ executoriâ, *secundùm illorũ iustitiam*: iustitiã vtiq; quæ illorũ facta est donatione Dei, qui eos gratis prædestinavit non solùm ad regnũ, sed etiã ad ea quibus fierent digni regno.

[h] *Fulg. l. de Fide ad Pet. c. 3.*

3. Alter Augustini locus ex libro 83. qq. quæst. 68. ibidem subsequẽter obiectus, variè à varijs expeditur. Angelicus Doctor q. 6. de veritate ar. 2. eum sibi obiecit, & his verbis expedivit: 'Ad decimum, ,dicendum, quòd dist. 41. primi libri Sentent. dicit Magister, illam ,authoritatem esse retractatam ab Augustino in suo simili: Vel si de-,beat sustineri, referendum est ad effectum reprobationis vel prædesti-,nationis, quòd habeat aliquam causam meritoriam vel dispositivam'. Magistri porrò dictum, ab Angelico Doctore hìc memoratum, habetur dist. 41. §. 3. Sed Magister illud descripsit ex Hugone Victorino in Sũma Sent. Tract. 1. c. 12. Quibus subscribẽs Thomas Bradwardinus lib. 1. de Causa Dei adversùs Pelagianos c. 45. cùm commemorasset similem Augustini locum ab ipso Augustino in Retractationibus correctum, subiunxit: 'Similem quòque errorem priori de prædesti-,nationis materia posuit Augustinus lib. 83. qq. q. 68. quem 1. Re-,tract. 26. partim retractat expressè, partim in suo simili. Ex quo enim

D. Thomas.

Magister Sentẽt. Hugo Victor.

Bradwardinus.

Digitized by Google

,vnam ſententiam retractat tanquam erroneam, certum eſt ipſum velle ,quamlibet aliam ſimilem haberi pro retractata, quoniam de ſimilibus ,eſt ſimiliter iudicandum. Etiam hoc tenet Lombardus 1. Sent. Diſt. ,41. Et poteſt dici quòd hunc errorem retractavit expreſſiùs, poſtquã ,librum Retractationum perfecit, ſcilicet de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 4. vbi dicit, quòd nonnulla opuſcula ſua ſatis indicant hunc ,errorem. Ibi ergo hunc ſuum errorem reprobat & retractat, vbicunque occurrerit in ſuis Opuſculis vniverſis'. Conſonat his Richardus de Media villa in 1. Diſt. 41. ar. 2. q. 1. ad 2.[m] At verò Auguſtinum nunquam eam ſententiam retractaſſe contendit Henricus Gandavenſis Quodlib. 8. q. 5. in fine: Cui ſubſcribit Scotus in 1. Diſt. 41. q. vnicâ circa medium, non tamen ob rationes ab Henrico allegatas, quas vtique ibidem ſuperiùs improbaverat. Gregorius Ariminenſis in 1. Diſt. 41. ar. 2. ad 3.[m] ſimiliter negat ab Auguſtino eam ſententiam retractatam fuiſſe, vel retractari debuiſſe: 'Dicit Magiſter (ait ,ille) quòd credendum eſt, Auguſtinum illa verba voluiſſe retractaſſe ,in libris Retract. vbi priùs quædam alia circa iſtam materiam retra,ctavit. Sed, ſalvâ reverentiâ, illud non videtur verum: Propter tria. ,Primò quia non eſt ſimilis ſententia priorum verborum quæ retra,ctavit, & iſtorum: Sicut patet diligenter conſideranti. Secundò quia ,1. Retract. retractat ſeu potiùs declarat quoddam dictum immediatè ,conſequens verba nunc allegata, & in eorum declaratione aſſumptum; ,& iſta nullo modo: Quod non eſt veriſimile ipsũ tacuiſſe, ſi voluiſſet ,illa retractare. Tertiò, ſi prædicta verba ad intentionem Auguſtini ,capiantur, non continent ſententiam rationabiliter retractandam, neque propoſito contrariam'. Tertiam hanc rationem, quæ omnium efficaciſſima eſt, probat idem author ſatis fusè ac ſolidè ibidem ſubſequenter. Summa probationum in eo ſita eſt, quòd Auguſtinus non loquatur de meritis prædeſtinationis aut reprobationis, ſed de meritis iuſtificationis & obdurationis, adeoque de meritis quorundam effectuum prædeſtinationis & reprobationis. Quæ ſolutio planè conformis eſt textui obiecto; atque ideò eam præterire noluit Angelicus Doctor proximè citatus: ſed cùm præmiſiſſet, 'Dicit Magiſter illam authoritatem eſſe retractatam ab Auguſtino in ſuo ſimili': Protinùs ſubdidit: 'Vel ſi debeat ſuſtineri, referenda eſt ad effectum reproba,tionis vel prædeſtinationis, quòd habeat aliquam cauſam meritoriã vel diſpoſitivam'. Eodem modo Auguſtini locum ſibi obiectum diluit Facultas Theologica Lovanienſis in *Iuſtificatione ſua Cenſura* cap. 3. paulò ante finem: 'Reſpondemus (inquiens) Beatum Auguſtinum ,non hìc de prædeſtinationis, ſed de iuſtificationis agere merito, quam *miſericordiæ* hìc nomine ſignificat'. Probat verò id ex ſubiunctis in obiectione verbis iſtis: *Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo, quamvis nondum ſint iuſtificati, digni efficiantur iuſtificatione* &c. Non ait prædeſtinatione, vel ad gloriam electione; ſed, *Iuſtificatione*. Subdit porrò ibidem Facultas hanc, cavillationis, quę fieri poſſet, pręoccupationem:

Richardus.

Henricus. Scotus.

Greg. Arimin.

D. Thomas.

Facultas Lovan.

Vbi

'Vbi tamen, ne quis prædestinationem gratiæ Dei, quâ peccator con-
,vertitur, ex meritorum præscientiâ primam ipsam conversionem an-
,tecedentium venire, Augustinum dicere putet; observandum, loqui
,Augustinum non de prima illa misericordia, quæ datur aversо vt
,convertatur ad Deum; sed de posteriore, quæ iam converso datur vt
,iustificetur: Quam secundam misericordiam venire docet ex occultis
,sinceræ conversionis & pœnitentiæ meritis, quæ vulgò *de congruo* vo-
,cantur: quemadmodum sequentia eius verba planissimè declarant:
,*Quia*, inquit, *etiamsi levioribus quisque peccatis, aut certè quamvis gravioribus & multis, tamen magno gemitu & dolore pœnitendi misericordiâ Dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur interiret; sed miserentis Dei, qui eius precibus doloribusq; subvenit. Parum est enim velle, nisi Deus misereatur; sed Deus non miseretur, qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit: quia in* 2.14. *terra pax hominibus bonæ voluntatis*'. Hoc est illud dictum immediatè cõsequens verba ex Augustino obiecta, quod iuxta Ariminensem iam citatum Augustinus 1. Retract. potiùs declarat quàm retractat, omissâ omni non solùm retractatione sed etiam declaratione præcedentium immediatè verborum quibus Obiectio in nos vibrata nititur. Ex qua omissione rectè colligit Ariminensis ibidem, verba obiecta non continere quidquam retractatione dignum. Quia verò Augustinus ex verbis subiunctis arripi posse cavillandi ansam perspexit, præsertim ex illa clausula, *Deus non miseretur, qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit*: ea in Retractationibus declarat, dicens: [i] 'Hoc dictum est post pœniten-
,tiam: Nam est misericordia Dei etiam ipsam præveniens voluntatẽ;
8.35 ,quæ si non esset, non *præpararetur voluntas à Domino*. Ad eam miseri-
70. ,cordiam pertinet & ipsa vocatio, quæ etiam fidem prævenit: de qua
,post cùm agerem, dixi: *Hæc autem vocatio, quæ sive in singulis hominibus, sive in populis, atque in ipso genere humano, per temporum opportunitates operatur, alta & profunda Domini ordinationis est. Quò pertinet etiam illud, In*
1.5. ,*vtero sanctificavi te*: &, *Cùm esses in renibus patris tui vidi te*: &, *Iacob dilexi,*
9.13. *Esau autem odio habui*'. Ecce hìc discernit altam & profundam Domini ordinationem ex qua profluit prima ad fidem vocatio, ab illa misericordia subsequente quâ secundùm occultissima inspiratæ pœnitentiæ merita, vtique de congruo, peccatores iustificantur. Nihil proinde Augustinus in argumento obiectus asserit, quod ritè intellectum faveat præscientiariæ prædestinationis patronis. Neque verò eosdem adiuvat quod in Obiectione adiungitur de iustitia divinæ voluntatis, vnum prædestinantis, alterum reprobantis; quam iustitiam Sancti in cœlo perspecturi sunt, vt Augustinus in Enchiridio innuere videtur. Hunc quippe scrupulum Angelicus Doctor sibi olim obiecit, & his verbis excussit: [k] 'Ex ipsa divina bonitate ratio sumi potest prę-
,destinationis aliquorum & reprobationis aliorum. Sic enim Deus di-
,citur omnia propter suam bonitatem fecisse, vt in rebus divina boni-
,tas repræsentetur. Necesse est autem quòd divina bonitas, quæ in se
,est vna & simplex, multiformiter repręsentetur in rebus, propter hoc

[i] *Aug. l. 1. Retract. c. 26.*

Vide Aug. l. 83. qq q. 68.

Eadem q. 68.

[k] *D. Thom. 1. p. q. 23. ar. 5. ad 3. Vide Richard. in 1. Dist. 41. ar. 2. q. 2.*

,quòd

,quòd res creatę ad ſimplicitatem divinam attingere non poſſunt. Et ,inde eſt quod ad complectionem vniverſi requiruntur diverſi gradus ,rerum, quarum quædam altum, & quædam infimum locum teneant ,in vniverſo. Et vt multiformitas graduum conſervetur in rebus, ,Deus permittit aliqua mala fieri, ne multa bona impediantur. Sic igi- ,tur conſideremus totum genus humanum, ſicut totam rerum vniverſi- ,tatem. Voluit igitur Deus in hominibus, quantum ad aliquos, ,quos prędeſtinat, ſuam repræſentare bonitatem, per modum miſeri- ,cordiæ parcendo; & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum ,iuſtitiæ puniendo. Et hæc eſt ratio quare Deus quoſdam eligit, & ,quoſdam reprobat. Et hanc cauſam aſſignat Apoſtolus ad Rom. 9. ,dicens: *Volens* DEUS *oſtendere iram*, id eſt, vindictã iuſtitiæ, *& notam facere ,potentiam ſuam, ſuſtinuit*, id eſt, permiſit, *in multa patientia vaſa iræ apta ,in interitum, vt oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præpa- ,ravit in gloriam.* Et 2. Tim. 2. dicit, *In magna domo non ſolùm ſunt va- ,ſa aurea & argentea, ſed etiam lignea & fictilia: & quædam quidem in hono- ,rem, quædam in contumeliam.* Sed quare hos elegit in gloriam, & illos ,reprobavit, non habet rationem niſi divinam voluntatem. Vnde Au- ,guſtinus dicit ſuper Ioannem, *Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle diiudicare, ſi non vis errare*. Quibus verbis Angelicus Doctor non ſolùm æquitatem ſimul & gratuitatem voluntatis Dei prędeſtinatorię oſtendit, verumetiam eluſoriam illam interpretationem, adverſarijs in hac materia familiarem, elidit; quâ nimirum & Auguſtini & eum ſequentis Angelici Doctoris teſtimonia non de prædeſtinatione ad gloriam, ſed de prædeſtinatione ad gratiam intelligenda eſſe confingunt. Quid enim apertiùs quàm quòd de prædeſtinatione ad gloriam Angelicus Doctor loquatur hìç, cùm ait: *Quare hos elegit* IN GLORIAM, *& illos reprobavit, non habet rationem, niſi divinam voluntatem.* Cui conſonans Auguſtinus cùm exponeret illud Patrisfamilias ad operarios murmurantes, *An non licet mihi quod volo facere?* [l] Nempe (ait) hìc tota iuſtitia eſt, *Hoc volo*. Hanc itaque iuſtitiam, quæ eſt ipſa Dei voluntas, ſancti in cœlo lucidiſſimè perſpicient, vbi præſcientiariæ prędeſtinationis patroni neminem ſuis præſtigijs iam decipient. Cæterùm ſi quis de hac re locutiones Patrum in ſpeciem diſſidentes cupit videre conciliatas, legat Granadum tomo 2. in 1. p. ſuper q. 23. ar. 5. & 8. Tract. 10. Sect. 2. & ſequentibus.

Vide Aug. Tract. 26. in Ioan.

[l] *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 7.*

Granados.

Mat. 20. 15

4. Sequitur alius Auguſtini locus, ex libro Epoſitionis quarundam propoſitionum Epiſtolæ ad Romanos obiectus. Cui reſpondemus, Auguſtinum eo in libro præſcientiariam prędeſtinationem aſſeruiſſe; adeòque adverſarijs, quatenus cum Maſſilienſibus errant, faviſſe; ſed revelatâ ſibi poſtmodum veritate reſipuiſſe, ac totis ingenij ſui viribus veterem errorẽ refelliſſe: [m] Diſputans (ait ipſe in Retractatione iſtius ,libri) quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit *ſerviturum eſſe ma- ,iorem*, & quid in eodem maiore ſimiliter nondum nato reprobave- ,rit; de quibus propter hoc commemoratur, quamvis longè poſtea

[m] *Aug. l. 1. Retract. cap. 23.*

Gen. 25. 23

prolatum

Digitized by Google

Malach.1.3 ,prolatum propheticum teſtimonium, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui:*
,ad hoc perduxi ratiocinationem, vt dicerem: *Non ergo elegit Deus opera cuiuſquam in præſcientia, quia ipſe daturus eſt; ſed fidem elegit in præſcientia, vt quem ſibi creditutum eſſe præſcivit, ipſum elegerit cui Spiritum ſanctum daret, vt benè operando etiam* VITAM ÆTERNAM *conſequeretur*'. Ecce priſtinam Auguſtini ſententiam, omninò conſonam ei quam in Maſſilienſibus impugnat lib. de Prædeſt. Sanct. cap. 19. Vide iam retractationem continuò ſubiunctam: 'Nondum (ait) diligentiùs quę-ſiveram, nec adhuc inveneram, qualis eſſet electio gratiæ, de qua dicit Rom.11.5. ,Apoſtolus, *Reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt*: quæ vtique non eſt gratia, ſi eam merita vlla præcedant'. Hęc ſcripſerat in Retractationibus, antequã ex Proſperi & Hilarij litteris dogmata Maſſiliẽſium in Gallijs exurgentia didiciſſet. Vnde cùm Maſſilienſes retractatum iam ab ipſo errorem refoverent, eumque teſtimonijs ex dicto iam eius libro Expoſitionis propoſitionum ad Romanos deſumptis aſtruere contenderent, provt Hilarius in ſua Epiſtola memorat: ipſe Operi adversùs eos edito prædictam retractationem ſuam verbatim inſeruit: vt qui ſecuti fuerant errantem, ſequerentur & reſipiſcentem. Qua de re videndus eſt Proſper Reſp. ad tria prima Excerpta Genuenſium, vnde quædam huc ſpectantia deſcripſimus ſuperiori capite §. 5, cum remiſſione ad ea quæ fuſiùs diſſeruimus cap. 13. & 14. quibus planè præcluditur Vaſquezij evaſio Obiectioni ſubiuncta, quâ nititur priſtinum Auguſtini errorem de fide, ab errore de præſcientiaria prędeſtinatione ad gloriam ſeiungere, atque etiam retractatione ſeparare: quos tamen indivulsè ſibi invicem cohærere ibi oſtendimus. Hinc Magiſter Sententiarum & cum eo paſſim omnes Scholaſtici in 1. Diſt. 41. perhibent, errorem de prædeſtinatione fuiſſe dicto loco ab Auguſtino retractatum. Quibus ſubſcribit Ferdinandus Velloſillus in Advertentijs ſuper Tomo 2. Chryſoſtomi Quæſito. 13. in fine: 'Auguſtinus (inquiens) patrono non indiget: Nam cùm priùs huic dogmati (de electione ad gloriam ex prævisis meritis) conſtanter adhęſiſſet, re tamen ,diligentiùs perſpectâ opinionem locis innumeris retractavit, præſertim lib. 1. Retract. cap. 23. quo loco teſtatur, ſe nunquam hoc fuiſſe ,dicturum, ſi ſciviſſet electionem ſine vllis præcedentibus meritis eſſe ,ex ſola gratia; & fidem ipſam inter Dei munera quæ dantur per Spiritum ſanctum reperiri'. Conſonat Bradwardinus lib. 1. de cauſa Dei cap. 45. vbi cùm ſententiam de electione præſcientiaria perſtrinxiſſet, Adiunxit: 'Iſtam ſententiam Auguſtinus VELVT INSENSATAM reprobat & retractat'. Et continuò indicans cuinam ſententię idem Auguſtinus finaliter adhęſerit: 'Hæc eſt (ſubdit) vltima ſententia Auguſtini, quòd Deus nullum prædeſtinat propter actum credẽdi futurum, ſcilicet quia credet in eum, nec propter aliqua opera ſua futura'. Vetuſtior iſtis Hugo Victorinus in Summa Sententiarum Tract. 1. cap. 12. 'Cùm prædeſtinatio divina (inquit) ſit electio, iuxta illud Apo-hęſ.1.4. ,ſtoli, *Nos elegit ante mundi conſtitutionem*: ſolet quęri, quare hunc elegerit,

Propoſ. 60. ad Rom.

Vide lib. de Prædeſt. Sanct. c. 3.

Magiſter.

Velloſillus.

Bradwardinus.

Hugo Victor.

,gerit Deus, magis quàm illum: vt de Iacob & Esau? Quidam di-
,cunt, Hunc elegit, quia talem futurum eum esse præscivit, qui in eum
,crederet, & serviret ei. Sed hoc AVGVSTINVS RETRACTAVIT in
lib. Retractationum'. Et sanè si Victorinus Augustinum priori sen-
tentiæ finaliter adhæsisse putasset, non tam resolutè adversùs eum pro
electione gratuita etiam alibi scripsisset, vt cùm in 4. libro de Arca
Morali cap. 3. ait: 'Omnia opera Dei propter hominem facta sunt, si-
,ve ea quæ pertinent ad primam conditionem hominis, sive ea quæ fa-
,cta sunt ad hominis reparationem. Ad conditionem hominis perti-
,net creatio mundi, id est, cœli, & terræ, & omnium quæ in primor-
,dio facta esse leguntur à Deo. Ad reparationem hominis pertinet
,Incarnatio Verbi, & omnia quæ vel ante ipsam Jncarnationem ab
,initio ad ipsam præfigurandam & prænunciandam præcesserunt, vel
,quæ post eam vsque ad finem mundi propter ipsam prædicandam &
,credendã fiunt. Cùm autem secundùm illa prima opera, quæ ad cõ-
,ditionem hominis pertinent, omnium Deus sit, quia ipse om-
,nes creavit, & hæc temporalia bona omnibus indiscretè bo-
,nis & malis tribuit: secundùm illa opera quæ ad reparatio-
,nem hominis pertinent, non omnium Deus esse voluit; sed eorum
,tantùm, quos ipse ante tempora sæcularia IN PROPOSITO BONÆ
,VOLVNTATIS SVÆ ELEGIT, VT EOS CERTO TEMPORE VOCA-
,RET, ET IVSTIFICARET, ET GLORIFICARET in dilecto filio suo
,Domino nostro Jesu Christo. Inde est quòd in sacra Scriptura spe-
,cialiter quorundam se Deum nominat, sicut' est illud, *Ego sum* Exod. 3. 6.
,*Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*: quia, sicut dictum est,
,qui omnes creavit non omnes redimit; sed alios per misericordiam
,salvat, & alios per iustitiam damnat. Jgitur ea quæ ad reparationem
,hominis facta sunt, non ad omnes pertinent, sed ad eos tantùm qui
,salvi fiunt: & sicut non omnium sunt, ita non apud omnes facta sunt,
,nec ad omnium notitiam pervenerunt; sed facta sunt certis quibusdam
,locis, & temporibus, & cum certis personis secundùm altitudinem
divini consilij ad hoc ordinatis'. Hic profectò discursus sicut postre-
mæ Augustini sententiæ, quam tuemur, accuratè concordat; ita pristi-
no errori, quem adversarij post Massilienses refovent, capitaliter ad-
versatur. Alia porrò Hugonis testimonia huc pertinentia videri pos-
sunt superiùs à nobis congesta cap. 15. §. 5. Quid igitur superest, nisi
vt in adversarios retorqueamus illud, quod de veteribus gratuitæ præ-
destinationis osoribus, Augustinum priùs errantem quàm postmo-
dum resipiscentem imitari malentibus, & eiusdem libri ab authore
retractati testimonio vtentibus, scripsit olim Prosper: [a] 'Quia ergo
,(inquiens) nec iusta nec rationabilis intelligitur eorum fuisse persua-
,sio, qui huius viri scientiam tot incrementorum profectibus ædifi-
,catam, tot annorum studijs expolitam, ad adolescentiæ rudimenta
,revocabant; vt magis suffragaretur hæreticis, quod inter initia con-
,versionis suæ IMPERITE SENSERAT, quàm prodesset Catholicis,

[a] *Prosp. Resp. ad tria priora Dubia Genuensium.*

quod

Digitized by Google

,quod PONTIFICALI DILIGENTIÆ VERITAS REVELARAT: meri-
,tò illos hoc præiudicio vtentes, & in ijs, quæ dudum ABDICATA
,FVERANT, IMMORANTES, pij Doctoris gravitas notat: quòd qui
,curaverũt omnes ſenſus ipſius indagare, noluerint cum eius eruditione proficere'?

5. Ad reliqua Auguſtini teſtimonia ibidem ſubſequenter obiecta facilis eſt ex hactenus dictis ſolutio. Ac inprimis certum eſt, in Quæſtione illa ad Simplicianum pro prioribus præſertim partibus, vnde ſumpta eſt Obiectio, Auguſtinum ventilaſſe difficultatem magis quàm determinaſſe. Huc ſpectat quòd in retractatione Quęſtionis iſtius ait: [o] 'In cuius Quæſtionis ſolutione elaboratum eſt quidem pro libero ,arbitrio voluntatis humanę, ſed vicit Dei gratia: Nec niſi ad illud ,potuit perveniri, vt liquidiſſima veritate dixiſſe intelligatur Apo-
1.Cor.4.7. ,ſtolus, *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non acceperis? Si au-*
,*tem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Quod volens etiam Mar-
,tyr Cyprianus oſtendere, hoc totum ipſo titulo definivit, dicens: *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil eſt*'. Mirum ſanè eſt, adverſarios maluiſſe Auguſtini mentem indagare ex anterioribus Quæſtionis iſtius partibus, in quibus *elaboratum eſt pro libero arbitrio*, quàm ex poſterioribus, in quibus *vicit Dei gratia*: præſertim cùm ipſe Auguſtinus veteres Maſſilienſes ad poſteriores remiſerit partes, dicens: [p] 'Videant, ,vtrùm in primi libri POSTERIORIBVS PARTIBVS, eorum duorum ,quos mei Epiſcopatus initio, antequam Pelagiana hæreſis appareret, ,ad Simplicianum Mediolanenſem Epiſcopum ſcripſi, remanſerit ali-
,quid propter quod vocetur in dubium, gratiam Dei non ſecundùm ,merita noſtra dari; & vtrùm ibi non ſatis egerim, etiam initium fidei ,eſſe donum Dei: & vtrùm ex ijs quæ ibi dicta ſunt non conſequenter ,eluceat, etſi non ſit expreſſum, etiam vſque in finem perſeverantiam ,non niſi ab eo donari, qui nos PRÆDESTINAVIT IN SVVM REGNVM ET GLORIAM'. Sed qui libero arbitrio primatum aſſerere decreverunt, Auguſtinum pro libero arbitrio elaborantem, tametſi non decidentem, quàm potiores partes victrici gratiæ reſolutivè adſcribentem citare maluerunt: Nec tam Auguſtini mentem veraciter inveſtigare, quàm præoccupatum ſuum ſenſum Auguſtino quoquo modo obtrudere curaverunt. Nam ſi curaſſent, inveniſſent vtique longè poſt verba in argumento obiecta inchoatam quæſtionis in anterioribus ventilatæ deciſionem. Vel ſi eis non lubuit aut non vacavit totum percurrere textum, attendiſſent ſaltem ad Notam marginalem initio deciſionis affixam, quæ ſic habet: *Concluſio quæſtionis.* Cui Notę in textu correſpondet hoc deciſionis exordium: *Sit igitur hoc fixum atque immobile in mente, ſobria pietate, atque ſtabili fide, quòd nulla eſt iniquitas apud*
om. 9. 18 *Deum: atque ita tenaciſsimè firmiſsimèque credatur, idipſum quòd Deus cuius vult miſeretur & quem vult obdurat; hoc eſt, cuius vult miſeretur & cuius non vult non miſeretur, eſſe alicuius occulta, atque ab humano modulo inveſtigabilis, æquitatis* &c. Quanquam verò prædicta ſufficere poſſent ad elidendũ

[o] *Aug. l. 2. Retract. c. 1.*

[p] *Aug. l. de Bono Perſever. cap. 21.*

Obiectionis robur, non desunt tamen aliæ solutiones: vt quòd Augustinus de executoria electione loquatur, non de prædestinatoria. Deinde quòd respiciat ad proprietatem vocabuli *Electio*, iuxta quam significat prælationem seu prępositionem quâ res vna aliis præfertur seu præponitur tanquam melior aut præstantior. Vt proinde non neget Augustinus gratuitam prædestinationem hominum ad gloriam, sed neget eam in rigore & proprietate sermonis vocandam esse *Electionem*. Huc spectat quod paulò ante finem inferiùs subtexit: 'Quòd si ,electio hìc fuit aliqua, vt sic intelligamus quod dictum est, *Reliquiæ* Rom. 11. 5 ,*per electionem gratiæ salvæ facta sunt*: non vt iustificatorum electio fiat ,ad vitam æternam, sed vt eligantur qui iustificentur: certè ita occul-,ta est hæc electio, vt in eadem conspersione nobis prorsus apparere ,non possit: aut si apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meã fateor'. Quem locum Vasquezius adducit ad probandum, quòd Augustinus non aliam agnoverit electionem ad gloriam, quàm meritorũ prævisione subnixam. Verùm si authoritati Augustini suã hìc infirmitatem ingenuè fatentis auscultet, corruet interpretatio quam tanto molimine astruere ipse satagit. Ita dum cœco impetu in adversam sibi sententiam irruit, propriam inconsideranter evertit: Nam, vt cap. 14. ostendimus, propria Vasquezij sententia est, Augustinum quoties de gratuita electione seu prædestinatione disserit, non de electione ad gloriam patriæ, sed ad gratiam viæ esse intelligendum. Atqui Augustinus loco iam citato talem electionem maximè reiicit, sibique imperceptibilem prorsus agnoscit. Quid est enim electio ad gratiam, nisi quâ *eligantur qui iustificentur*? At de hac Augustinus apertissimè ibi ait: *Certè ita occulta est hæc electio, vt in eadem conspersione nobis prorsus apparere non possit: aut si apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor.* Rationem ignorationis suæ continuò subiungit, dicens: 'Non enim ha-,beo quod intuear in eligendis hominibus AD GRATIAM SALVTA-,REM, si ad examen huius electionis aliquâ cogitatione permittor, nisi ,vel maius ingenium, vel minora peccata, vel vtrumque; addamus ,etiam, si placet, honestas vtilesque doctrinas. Quisquis ergo fuerit ,quàm minimis peccatis irretitus atque maculatus (nam nullis quis po-,test?) & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligendus vi-,detur AD GRATIAM? Sed cùm hoc statuero, ita me ridebit ille qui ,*infirma mundi elegit vt confundat fortia, & stulta mundi vt confundat sapien-*1. Cor. 1. ,*tes*, vt eum intuens, & pudore correctus, ego irrideam multos & 27. ,præ quibusdam peccatoribus castiores, & præ quibusdam piscatoribus oratores'. Cuius discursus summa in hoc sita est: Quandoquidem *electionis* vocabulo significari videatur meliorum præ deterioribus prælatio; in sublevandis autem hominibus per gratiam Deus non solùm pares paribus, sed etiam deteriores melioribus interdum præferat; non apparet quomodo talis sublevatio vel prælatio possit vocari *electio*. Huc etiam spectat quod superiùs in ventilatione quæstionis præmiserat: 'Quomodo est enim iusta, AVT QVALISCVNQVE OMNINO ELE-

CTIO,

Vide Vasq. in 1. p. Disp. 89. c. 6. n. 45.

Augustinus.

CTIO, vbi nulla distantia est' ? Et nonnullis interpositis: 'Nemo enim ELIGITVR, nisi iam distans ab illo qui reijcitur'. Et in verbis iam suprà citatis : 'Ita occulta est hęc ELECTIO, vt in EADEM CONSPERSIONE nobis prorsus apparere non possit'. Ubi per *eandem conspersionem* intelligit humani generis massam quasi vniformem seu homogeneam: de qua superiùs præmiserat, 'Vna est ex Adam massa peccatorum & ,impiorum, in qua & Iudæi & Gentes, remotâ gratiâ Dei, ad vnam pertinent conspersionem'. Vnde & inferiùs rursus subiungit: 'Quis ,discutiat opera Domini, ex eadem conspersione vnum damnantis, alterũ iustificantis'? Non ait, alterũ eligentis; sed, *Alterũ iustificantis*: Non enim disparitatem præsupponit iustificatio, sicut præsupponere videtur *electio*. Hæc si Vasquezius maturè considerasset, non tam fidenter Augustini patrocinium ex libro isto ad Simplicianum pro suo sensu astruendo imploràsset. Nam si de gratuito Dei proposito vt *electionis* voce expresso loquamur, sicut Augustinus gratuitum glorificandi propositum non censuit ibi vocandum *electionem*, ita nec gratuitum iustificandi propositum censuit vocari posse *electionem*: quia nimirum existimavit quòd *nemo eligatur, nisi iam distans ab eo qui reijcitur*. Quam quidem existimationem nondum deposuerat, cùm in Concione 2. super Psalmum 30. in argumento subsequenter obiecta, *Electionem* distinxit contra *Sortem*, quòd in electione considerentur merita, in sorte autem non. Quòd si Vasquez dicat, se non esse sollicitum de *electionis* vocabulo, modò ex Augustino astruere possit liberale iustificandi propositum: nos similiter dicimus, non esse nos sollicitos de *electionis* vocabulo, modò ex Augustino astruere possimus liberale glorificandi propositum. Posse autem nos istud ex Augustino astruere, abundè satis in præcedentibus monstravimus. Vbi etiam inter alia testimonium ex lib. de Bono Persever. cap. 21. allegavimus, quo Augustinus asserit se in libro illo ad Simplicianum docuisse, *Etiam vsque in finem perseverantiam non nisi ab eo donari, qui nos prædestinavit in suum regnum & gloriam*. Vnde rectè concluximus, prędestinationem ad regnum non esse perseverantię præmium, sed principium: adeòque ipsam esse prorsus gratuitam, ac sic liberale glorificandi propositum. Et verò immediatè post verba ex libro ad Simplicianum obiecta Augustinus huiusce propositi meminit. Cùm enim præmisisset illud: 'Nemo eli- ,gitur, nisi iam distans ab illo qui reijcitur: Vnde quod dictum est, 1.4. ,*Quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem*, non video quomodo sit 9.12. dictum, nisi præscientiâ': protinus subdidit: 'Hìc autem quod ait, *Non ,ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori*; non ele- ,ctione meritorum, quæ post iustificationem gratiæ proveniunt, sed ,LIBERALITATE donorum Dei voluit intelligi, ne quis de operibus extollatur'. Vbi satis apertè duplex Dei propositum circa electorum salutem indicatur, vnum gratuitum, quod *liberalitatis* vocabulo exprimitur; alterum remuneratorium, quod *electionis* voce denotatur. Nam quod *liberalitatis* nomine Augustinus liberale Dei propositum

Præoccupatio.

intellexerit, patet ex contextu Apostoli, qui immediatè præmisérat verbis ab Augustino adductis, *Vt secundùm electionem* PROPOSITVM DEI *maneret.* Maluit verò Augustinus istud Dei propositum exprimere vocabulo *liberalitatis*, quàm *electionis*: quoniam in ea adhuc tunc existimatione fuit, vt putaret, *electionem* præsupponere disparitatem eligendorum. Quam tamen existimationem postmodum adversùs Pelagianos eorumque reliquias disputando deposuit; quando nimirum, vt superiori §. ex ipso memoravimus, *Diligentius quæsivit, & tandem invenit, qualis esset* ELECTIO GRATIÆ, *de qua dicit Apostolus, Reliquiæ per electionem salvæ factæ sunt.* Sed si, inquies, vel circa ipsam *electionis* vocem in libro illo ad Simplicianum Augustinus erraverit, cur errorem illum in Retractatione eiusdem libri non correxit? Responderi inprimis potest: Quia eum superiùs sufficienter, licet incidenter, iam correxerat: Secundò quia non fuit propriè error, sed strictior & magis propria vocis acceptio. Vnde in Opere adversùs Massilienses postmodum conscripto, non tam corrigendo, quàm extendendo *electionis* vsurpationem, ait: [9] 'Intelligamus ergo vocationem, quâ fiunt ELECTI; ,non qui ELIGVNTVR quia crediderunt, sed qui ELIGVNTVR vt credant'. Tanquam diceret, Tametsi aliquando electionem restrinxerimus ad propositum præferendi credentes incredulis, tamen fas nobis est eam extendere etiam ad propositum faciendi credulos ex incredulis: 'Hanc enim (subdit continuò) & Dominus ipse satis aperit, vbi dicit: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*'. Et pauculis interpositis: 'Nam quid est (subdit) quod ait Apostolus, *Sicut elegit nos in ipso ante ,mundi constitutionem?* Quod profectò si propterea dictum est, quia ,præscivit Deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credentes; ,contra istam præscientiam loquitur filius, dicens: *Non vos me elegistis, ,sed ego vos elegi:* cùm hoc potiùs præscierit Deus, quòd ipsi eum fue,rant electuri, vt ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaq; ante mundi ,constitutionẽ, eâ prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præsci,vit; electi sunt autem de mundo, eâ vocatione, quâ Deus quod pręde,stinavit implevit: *Quos enim prædestinavit, ipsos & vocavit*, illâ scilicet vo,catione *secundũ propositũ*. Nõ ergo alios, sed *quos prædestinavit, ipsos & vocavit*: nec alios, sed *quos* ita *vocavit, ipsos & iustificavit*: nec alios, sed *quos ,prædestinavit, vocavit, iustificavit, ipsos & glorificavit*; illo vtiq; fine, qui non ,habet finem. Elegit ergo Deus fideles, sed vt sint, non quia iam erant. ,Apostolus Iacobus dicit, *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divi,tes in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?* Eligendo ,ergo facit *divites in fide*, sicut *hæredes regni.* Rectè quippè in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit'. Quid apertius quàm hìc ab Augustino extendi *electionem* ad eam, quæ disparitatem eligendorum à reijciendis non præsupponat, sed faciat? Ex quo patet, eum correxisse quod ex Propositione 55. ad Romanos in Obiectione subiungitur, quatenus huic doctrinæ adversatur. In verbis porrò ex Tract. 76. in Ioannem ibidem subobiectis, de electione executoria sermo est, non de prædestinatoria; ex qua vtique profluit ipsa dile-

Scrupulus.

Excutitur.

[9] *Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 17*

Digitized by Google

ctio meritoria, cui rependitur pro præmio electio executoria. Unde & ibidem paulò infrà subiungitur: 'Dilectio sanctos discernit à mundo,
7.7. ,quæ *facit vnanimes habitare in domo*: In qua domo facit pater & filius ,mansionem, qui donant & ipsam dilectionem, quibus donent in fine etiam ipsam suam manifestationem'. Ad locum ex libro de Spiritu & Littera ibidem subsequenter obiectum, posset responderi cum Estio in 1. dist. 41. §. 8. paulò ante finem, *præscire* ibi idem esse ac *prædiligere*. Qua de re videri potest Pererius in caput 8. ad Romanos disp. 21.
8.29 super illis verbis, *Quos præscivit, & prædestinavit* &c. Aliter dici potest, *præsciendi* verbum sumi ibi propriè, provt nimirum denotat actum intellectus: sed quia præscientia sic sumpta latiùs extenditur quàm prædestinatio, provt cap. 16. §. 5. ostendimus, idcircò Augustinus cùm dixisset, *Quos præscivit*, limitationem adiunxit, subdendo, *vt prædestinaret*: Tanquam diceret: *Quos præscivit*, non quomodocunque, sed ita *vt prædestinaret*: Nam alioqui etiam reprobos Deus præscivit, non sic tamen vt prædestinaret. Porrò cùm ibi non dicatur, Quorum merita præscivit, sed, *Quos præscivit*; manifestũ est, ex hoc loco nihil subsidij provenire Obiectoribus. Reliqua ibidem sub Augustini nomine obiecta, sive ex libro *de Prædestinatione & Gratia*, sive ex libro *de Prædestinatione Dei*, sive ex Opere *Hypognosticon*, falsò ascribuntur Augustino; cùm libri isti non sint Augustini, sed incertorum vel etiam suspectorum authorum. Vnde & à Lovanienſibus ante exortas cum Iesuitis de prædestinatione controversias, reiecti sunt in Appendicem Tomi 7. Operum Augustini. Quos quidem Lovanienses testatur Vasquezius, *Augustini esse studiosissimos*. Vt proinde mirum sit, ab eo citari librum *de Prædestinatione Dei*. Cuius *authorem* Lovanienses perhibent esse *suspectũ*. De eodem libro à Vasquezio & Lessio in suum favorem citato, ita scribit eorum Socius Petavius: [r] 'Libellus iste non est Augustini, sed ,imperiti cuiusdam; qui meritò se cum asina Balaami comparat. Et ,valdè miror, ab vllo, qui quidem legerit, pro Augustiniano referri. ,Vnde meritò ab Lovaniẽsibus reiectus est, & inter spuria collocatus'. Rejectus pariter ab eisdem Lovanienſibus est liber *de Prædestinatione & Gratia*: quem nihilominus Iesuitæ postmodum in sua Apologia ausi sunt velut genuinum Augustini fœtum obijcere. Quibus in *Iustificatione Censura sua* cap. 3. respondens Lovanienſis Facultas ait de libro isto: 'Adeò manifestum est, Augustini non esse, vt contra ipsum scri- ,ptus sit potiùs: vt mirum sit, seriò iam à nonnullis citari potuisse; qui ,& dicere ausi sunt, retractasse ibi Augustinum priorem sententiam; ,sed ideò in Retractationum libris nullam eius fieri mentionem, quia post illos sit scriptus'. Quæ fingendi praxis non est sanè nova, sed à vetustioribus præscientiariæ prædestinationis patronis hæreditariè ad posteros suos transmissa. Nam quod de isto libro finxerunt Iesuitæ, hoc de libris *Hypognosticon* fixerant olim veteres prædestinationis gratuitę hostes, provt ab 800. circiter annis Ecclesia Lugdunensis lib. *de Tenenda Scripturæ veritate & sectanda orthodoxorum Patrum authoritate* perhibuit

Estius.

Pererius.

Vide Vasq. in 1. 2. Disp. 190. c. 17. n. 166.

[r] *Petavius tom. 1. Dogmat. Theolog. l. 9. c. 14. n. 15.*

Facultas Lovan.

hibuit, ita de Augustino & eius æmulis scribens paulò ante medium:

Ecclesia Lugdunensis.

'Circumferunt quidam libellum velut ipsius (Augustini) nomine in-,titulatum, quem Græco nomine *Hypognosticon* appellant: quem ne-,que ille sanctus Episcopus (Possidius) qui vtique vitam ipsius scripsit, ,& Indicem omnium librorum seu Epistolarum eius diligentissimè in ,fine eiusdem scripturæ subiunxit, qui vtique omnia eius scripta opti-,mè noverat, vtpote ab ipso nutritus, & cum eo multis annorum cur-,riculis conversatus, inter cæteros eius libros memorat: neque vllus ,ferè Ecclesiasticus Scriptor mentionem eius facere invenitur; & ideò ,falsâ superscriptione titulatum minimè dubium est. Hunc ergo isti, ,relictis eius authenticis & clarissimis libris quos vniversa Ecclesia se-,quitur, CONFINGVNT suo errore atque mendacio, VELVT POST OM-,NES LIBROS SVOS PRÆFATVM PONTIFICEM, VLTIMVM CON-,SCRIPSISSE: ET ASSERVNT, QVOD QVICQVID IN PRÆCEDEN-,TIBVS LIBRIS SVIS DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO, DE PRÆ-,DESTINATIONE ET PRÆSCIENTIA DEI PERPERAM DIXERAT, IN ISTO CORREXIT'. Ecce quomodo antiqui prædestinationis hostes docuerunt suos posteros mendacia confingere, & patronorũ gratię scriptis illudere. Sed vide adhuc aliud Iesuitarum artificium: Cùm viderent primum illud commentum ab omnibus passim explodi, subornarunt quendam è suis qui prædictum librum *de Prædestinatione & Gratia* Beato Fulgentio Augustini discipulo obtruderet, scripto in eâ rem & impresso Tractatulo, quem *Inofficiosa Censura Censuram* intitulavit: vbi omnibus solertiæ suæ præstigijs Censuram Lovanienſiũ, & Socij sui Possevini, *inofficiosam* probare enititur. Sed quo successu? Eodem vtique quo Valerianum Cemelienſem cœlo intrudere, ac *Integrum doctrinæ labisque purum* ostendere attentavit. Sed benè habet, quòd huic vano conamini vigilantia Romanæ Inquisitionis obviaverit.

[s] *Theoph. Rayn. Defens. Valeriani, in Programmate.*

6.

Ad Prosperum & Fulgentiũ.

Supereſt nunc alter argumentandi modus, quo B. Augustinus præscientiariæ prædestinationi patrocinari prętenditur: quia nimirum ei patrocinati sunt fidelissimi eius Discipuli, Prosper signanter, atque Fulgentius. Ac inprimis quòd ad rem attinet ipsam, abundè satis in præcedentibus monstratum est, ambos istos Augustini Discipulos præscientiariæ prædestinationis acerrimos fuisse hostes, gratuitę autem assertores ac vindices: vsqueadeò quidem vt prior cap. 13. §. 2. citatus non dubitaverit dicere, Tam impium esse hanc negare, quàm ipsi gratiæ contraire: Posterior autem c. 14. §. 3. in fine allegatus palàm pronunciaverit, Ejusdem gratuitæ prædestinationis hostes salvari neutiquam posse, nisi depositò contumaci ausu ante obitum resipiscant. Ex Augustino id ambo dicere didicerunt, qui Massilienſibus doctrinam de gratuita prædestinatione silentio potiùs premendam quàm prædicatione promendã contendentibus respondens: [t] 'Prædestinatio ,(aiebat) prædicanda est, vt qui obedienter audit, non in homine, ac per ,hoc nec in se ipso, sed in Dño glorietur: quia & hoc Dei præceptũ est;

Prosper.

Fulgentius.

[t] *Aug. l. de Bono Persever. c. 24.*

&

1.Cor.1.31 ,& hoc præceptũ obediẽter audire, id eſt, *Vt qui gloriatur, in Domino glo-*
,*rietur*, ſimiliter vt cætera, Dei donum eſt. Quod donum qui non ha-
,bet, NON DVBITO DICERE, ALIA QVÆCVNQVE HABET, INANI-
TER HABET'. Quam cenſuram vtinam ſeriò perpendant qui perſua-
dere auditoribus ac lectoribus ſuis audent, ſuis de prædeſtinatione
diſſenſionibus fidem non violari chriſtianam. Quantò potiori ratione
ex præallegatis teſtimonijs concludere nos poſſumus, nullam ſupereſſe
ſpem ſalutis erronibus, qui ſancitam de prædeſtinatione ſententiam
averſantur. Nec eſt quòd ſibi abblandiantur horum diſcipuli, tanquã
eis ſufficiat Magiſtrorum authoritas: Nam vt in ſimili aiebat Lactan-
tius: u 'Nullus hìc temeritati locus eſt: in æternum ſtultitię pœna ſub- u *Lact. l. 3. cap.*
eunda eſt, ſi aut perſona inanis, aut opinio falſa deceperit'. Simile *13.*
quidpiam Auguſtinus alicubi indicat, vbi hominem admonens ne ma-
giſtris contra legem Dei aliqua facientibus & facta defendentibus auſ-
cultet, ait ei: w 'Cùm videris multos non ſolùm hæc facere, ſed etiã w *Aug. l. de Ca-*
,defendere, atque ſuadere; tene te ad legem Dei, & non ſequaris prę- *techiz. Rudib.*
,varicatores eius: Non enim ſecundùm illorum ſenſum, ſed ſecundùm *cap. 25.*
illius veritatem iudicaberis'. His de re ipſa iam prælibatis, ad loca ex
Proſpero & Fulgentio obiecta reſpondemus, Proſperum & Fulgen-
tium vti non Auguſtino, ita nec ſibi ipſis in cauſa prædeſtinationis
adverſari. Etenim Proſper locis obiectis non de cauſa prædeſtinatio-
nis in eſſendo, ſed in cognoſcendo loquitur: Tanquam diceret, Sicut
ex eo quòd quoſdam videmus finaliter non perſeverare, rectè colli-
gimus Deum præſciviſſe eorum defectionem, ita ex eo quòd Deus
præſcierit eorum defectionem, rectè colligimus eorum non-prædeſti-
nationem. Si enim perſeveraturi fuiſſent, Deus id præſciviſſet: rurſus
ſi Deus id præſciviſſet, proculdubio eos prædeſtinaſſet: neque enim
alibi vel aliunde quàm in ſua vel ex ſua prædeſtinatione præſciviſſet.
x 'Præſcivit Deus reliquias (ait Auguſtinus) quas ſecundùm electio- x *Aug. l. de Bono*
,nem gratiæ fuerat ipſe facturus: hoc eſt ergo, prædeſtinavit: ſine du- *perſever. c. 18.*
,bio enim præſcivit ſi prædeſtinavit: ſed prędeſtinaſſe eſt hoc præſciſſe
quod fuerat ipſe facturus'. Quamvis itaque ex præſcientia Dei præci-
sè ſumpta non rectè colligatur prędeſtinatio eiuſdem: tamen ex præ-
ſcientia perſeverantiæ hominis lapſi in bono, optimè concluditur
Mat.10.22 prædeſtinatio ipſius: Nam *qui perſeveraverit vſque in finem, ſalvus erit.*
Si autem ſalvus, proculdubio & prædeſtinatus: dicente Fulgentio:
y 'Firmiſſimè tene, & nullatenus dubita; omnes quos vaſa miſericor- y *Fulg. l. de Fide*
,diæ gratuitâ bonitate Deus fecit, ante conſtitutionem mundi in ad- *ad Pet. cap. 35.*
,optionem filiorum Dei PRÆDESTINATOS à Deo: neque perire poſ-
,ſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinavit AD VITAM: nec quem-
,quam eorum quos NON PRÆDESTINAVIT AD VITAM, vllâ poſſe
ratione ſalvari'. Quâ regula obſervata ac prę oculis habita planè per-
ſpicitur quàm benè conſiſtat cum anteceſſoria ac gratuitâ prædeſtina-
tione ad gloriam quod de finaliter labentibus ait Proſper, *Qui præſci-*
ti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati &c. Senſus enim eſt, Inde fit mani-
feſtum

Digitized by Google

festum, tales non fuisse prædestinatos, quia notorius eorum lapsus non dubitatur fuisse præscitus. Sed ne coniecturis agere videamur, pandat Prosper ipse quid senserit: *Essent*, inquit, *prædestinati, si essent reversuri, & in sanctitate ac veritate mansuri.* Consequentiam hìc video, causalitatem non video. Sed attende sequentia: [z] 'Ac per hoc (subdit ,Prosper) prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi'. Hìc video causalitatem, sed contrà quàm Obiectores vellent. Video enim prædestinationem dici causam standi seu perseverandi, non stationem seu perseverantiam causam prædestinandi. At verò si prædestinatio sit causa perseverandi, proculdubio est causa seu ratio perseverantiam futuram præsciendi: Neque enim hæc præsciri potest futura, nisi cùm iam ex suis causis supponitur proditura. Vnde cùm præscientia perseverantiæ supponat perseverantiæ futuritionem, & futuritio tanquam causam præsupponat prædestinationem, consequens est vt præscientia non præcedat sed præsupponat prædestinationem. Nihil proinde alienius est à scopo Prosperi, quàm dicere quòd locis obiectis intendat statuere præscientiam pro causa seu ratione prædestinationis in essendo, ac non potiùs duntaxat in cognoscendo. Itaque causales illæ particulæ, *Ideò*, & *Quia*, tantundem valent apud Prosperum locis obiectis, ac apud nos valet particula, *per hoc*; vel apud ipsum Prosperum in tertio & quarto testimonio particula, *Ob hoc*; quæ sine vlla dubitatione est illativa seu consequentialis. Hinc cùm Prosper in quarto testimonio ex Responsione ad capitulum 7.[m] Gallorum obiecto dixisset, *Quia illos ruituros propriâ ipsorum voluntate præscivit, Ob hoc à filijs perditionis nullâ prædestinatione discrevit*; continuò subdidit: 'Nam quo-,modo eos haberet præordinata in Christo electio, CVM DVBIVM NON ,SIT, donum Dei esse perseverantiam in bono vsque in finem: quam ,istos EX EO IPSO quòd non perseveraverunt, non habuisse MANIFESTVM est'. Simili penè modo lib. 1. de Vocat. Gentium cap. 9. idem Prosper colligit, eos qui Evangelio sibi prædicato credere noluerunt, in Dei præscientia vel prædestinatione filios Abrahæ non fuisse: 'Illi ,quidem (inquiens) qui audito Evangelio credere noluerunt, inexcu-,sabiliores facti sunt, quàm si nullum præconium veritatis audissent. ,Sed CERTVM EST, eos in Dei præscientia Abrahæ filios non fuisse, ,nec in illorum sorte numeratos, de quibus dictum est, *Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ*'. Quemadmodum igitur hìc ex recusatione Evangelij colligit, recusatores in Dei præscientia vel prædestinatione non fuisse filios Abrahæ; ita in locis obiectis colligit, eos qui præsciti sunt finaliter lapsuri, non fuisse prædestinatos. Quæ collectio fundatur in illo principio quod ipsemet tradit in Sententia super capitulo 15. Gallorum: 'Quæ ex Dei munere habemus (inquiens) & quæ præ-,scita dicuntur, non possunt non esse prædestinata: & quæ prædestinata appellantur, non possunt non esse præscita'. Etenim quia divinorum munerum præscientia, & eorundem æterna præparatio individuè sibi cohærescunt, optima collectione ex altera deducitur altera, & ex non alterâ non altera. Sed cur, inquies, Prosper ex præscientia potiùs ar-

[z] *Prosp. Resp. ad Obiect. 12. Vincent.*

Scrupulus.

Digitized by Google

guit prędeſtinationem, quàm ex prędeſtinatione præſcientiam? Reſpondetur, quia ex notioribus ad ignotiora arguendum eſſe didicerat: Notior eſt autem prædeſtinatione præſcientia: [a] 'Quam (teſte Auguſtino) non ſolùm docti, ſed indocti etiam confitentur'. Admittebant Maſſilienſes Dei præſcientiam, ſed veram prædeſtinationem admittere detrectabant. Rectè proinde Proſper ex præſcientia quam admittebant arguit prædeſtinationem quam non admittebant: imitans in hoc Auguſtinum, qui eoſdem ab errore reducens aiebat: [b] 'Dei dona, ſi ,nulla eſt prædeſtinatio quam defendimus, non præſciuntur à Deo. ,Præſciuntur autem: Hæc eſt igitur prędeſtinatio quam defendimus'. Ad Fulgentium Proſpero ſubiunctum eò facilior eſt reſponſio, quòd nuſquam vtatur notis cauſalibus, adcòque intelligi planè queat in ſenſu concomitativo. Addo prętera, eum primo loco nobis obiecto loqui de prędeſtinatione ſpectata ſecundùm ordinem executionis, provt textus ſine mutilatione lectus inſinuat, ita ſonans: [c] 'Oſtenſurus itaque Deus, quid reddendum præſciverit, & quid do- ,nandum, prædeſtinavit illos ad ſupplicium, quos à ſe prędeſcivit voluntatis malæ vitio diſceſſuros; & prædeſtinavit ad regnum, quos ad ſe ,præſcivit miſericordiæ prævenientis auxilio redituros, & in ſe miſeri- ,cordiæ ſubſequentis auxilio eſſe manſuros. In iſtis miſericordiã cuſto- ,diens, in illis iuſtitiam tenens; iſtis quod promiſit piè tribuens, illis nihilo minus quod prædixit iuſtè retribuens'. Vbi vocabula *reddendi*, *retribuendi*, *donandi*, *tribuendi*, nemine dubitante, executionem innuunt: vt proinde indubitatum ſit, prędeſtinationem à Fulgentio ſecundùm executionis ordinem vſurpari: quo modo vſurpata ſubnititur prævi- ſione meritorum reſpectivè aut demeritorum, ſed meritorum prævi ſio fundatur in eadem ipſa prædeſtinatione ſecundùm ordinem intentionis ſpectata, provt abundè ſatis ex ipſo Fulgentio in præcedentibus eſt oſtenſum. Cætera Fulgentij loca exponenda ſunt iuxta ea quæ ſuperiùs cap. 5. §. 6. in Reſponſione 2.ª diſſeruimus. Vbi etiam Angelici Doctoris locum ſubſequenter obiectum diluimus, & in adverſarios malâ fide eum mutilantes retorſimus. Alter eiuſdem Angelici Doctoris locus ex 3. p. q. 1. ar. 3. ad 4.[m] deſumptus, & ad calcem §. 4. obiectus, non eſt ad propoſitum: Non enim ibi agitur de prędeſcientia meritorum, ſed de *præſcientia futurorum*: quę longè diverſa eſt. Tractat quippè ibi Angelicus Doctor de prædeſtinatione Chriſti, quam dicit ſupponere præſcientiam humani lapſus. Qui ergo contendunt ibi agi de præſcientia meritorum, quid reſtat niſi vt dicant, lapſum humani generis fuiſſe meritorium & Incarnationis Chriſti, & prædeſtinationis eiuſdem? Quod quàm ſit abſurdum, nemo non videt. Neque ſolùm Chriſti, ſed cæterorum etiam hominum prædeſtinatio præſupponit prędeſcientiam humani lapſus: facta quippè eſt ex maſſa damnationis. Sed non idcirco præſupponit præſcientiam meritorum; quæ vtiq; nulla ſunt, niſi ex ipſa prædeſtinatione promanantia. Ad Honorium Auguſtodunenſẽ reſponderi poteſt, eum loqui de prædeſtinatione ſecundùm

Executitur.

[a] *Aug. l. de Bono perſever. c. 19.*

[b] *Aug. ibid. c. 17*

Ad Fulgentiũ.

[c] *Fulg. l. 1. ad Monimum c. 24*

Ad D. Thomã.

Ad Honorium Auguſtodunẽſem.

ordinem executionis, ſicut de Fulgentio iam ſuprà notavimus. Quod ne gratis de Honorio confingere videamur, notanda ſunt hæc eius verba ibidem inferiùs: 'Quia nullus ſe prædeſtinatum præſumit, cùm ,nec vas electionis Paulus hoc de ſe præſumpſerit, neceſſe eſt ex toto ,conamine labori incumbere, quo valeant prædeſtinationem obtine- ,re. Per laborem namque prædeſtinatio vitæ adipiſcitur, vt ſacrâ au- ,thoritate dicitur, *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum* Act. 14. 21 ,*Dei*. Infantibus itaque per mortis acerbitatem, iuvenibus per operis ,exercitationem, in extremis pœnitentiam agentibus datur prædeſti- natio per purgatorij cruciatus examinationem'. Vbi certum eſt prædeſtinationem ſumi ſecundùm ordinem executionis; imò, quod amplius eſt, ſecundùm ipſam executionem: Alioquin fatendum foret, Honorium manifeſtiſſimè errare; cùm certum ſit, prędeſtinationem ſecũdùm ordinem intentionis ſpectatam nullis precibus aut laboribus obtineri; dicente Gregorio: [d] 'Obtineri nequaquam poſſunt, quæ prę- ,deſtinata non fuerunt: ſed ea quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prę- ,deſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Nam ipſa perennis regni prę- ,deſtinatio ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, vt ad hoc electi pro ,labore perveniant: quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæcula diſpoſuit donare'. Vt igitur Honorij verba, non ſatis alioqui cautè expreſſa, ſanam habere poſſint intelligentiam, de prędeſtinationis executione intelligi debent; non de ipſa prædeſtinatione, ſecundùm ordinem pręſertim intentionis ſpectata. Quò ſpectat quòd cùm Honorius paulò ſuperiùs in eodem Dialogo interrogaretur à Diſcipulo, *Quamobrem in eadem culpa pares, quidam ſalvantur, quidam reprobantur*? reſponderit: 'Hinc incomprehenſibilia Dei ,iudicia prædicantur, qui *terribilis in iudicijs ſuper filios hominum* affirma- Pſal. 65. 5. ,tur: qui eligit per miſericordiam, quem vult; & reprobat per iuſti- ,tiam, quem vult: Cui nemo poteſt dicere, cur ita facis? cuius *vniver-* Pſal. 24. 10 ,*ſæ viæ miſericordia & veritas*'. Quibus verbis apertiſſimè in nudum Dei beneplacitum electio ſeu diſcretio prædeſtinatorum à reprobis refunditur. Quod vt minimum verificari debet de prædeſtinatione, electione, ſeu diſcretione, ſecundùm ordinem intentionis ſpectata.

[d] *Greg. lib. 1. Dialog. cap. 8. Vide D. Thom. 1. p. q. 23. ar. 8. & q. 6. de Verit. ar. 6.*

CAPVT XVIII.

Diluuntur humanæ ratiuncvlæ adversùs gratuitam prædeſtinationem ad gloriam cap. XII. §. 5. obiectæ.

FAmiliare fuiſſe antiquis voluntatum patronis, & gratiæ prædeſtinationiſque hoſtibus, errores ſuos præſidio rationis humanæ potiſſimùm munire, Sancti Patres qui cum eis manus conſeruêre teſtantur. Ex quibus Proſper, cùm impietatem Pelagianorum, profectus ſuos in ſe conſtituentium, & ad arborem propriæ voluntatis manum præ- ſumptio- 1.

ſumptionis extendentium commemoraſſet, hæc ſubdidit: [a] 'Reſtite- [a] Proſp. Epiſt. ad Demetriad. c. 10
,runt quidem huic impietati recta innumerabilium corda ſanctorum;
,& non ſolùm docti quique pontifices, verumetiam vniverſales Ec-
,cleſię plebes, Apoſtolicæ Sedis exemplo, inſaniam novi dogmatis
,horruerunt: Sed invenerunt quoſdam viperina conſilia, quibus do-
,ctrinæ ſuæ virus infunderent, & quorum linguam PER DOLOS FAL-
SÆ RATIONIS ARMARENT'. Iulianus Pelagianiſta in ſtabiliendis dog-
matibus præſidium rationis primo loco adhibendum cenſuit, ſecundo
demum authoritatem Scripturarum: [b] 'Liquidò claret (inquiens) [b] Iulian apud Aug. l. 1 contra Iul. cap. 7.
,hanc ſanam & veram eſſe ſententiam, quam PRIMO LOCO RATIO,
deinde Scripturarum munivit authoritas'. Monet idem alibi, vt [c] 'Vbi [c] Iulian. lib. 1. Oper. imperf. cap. 69.
,verborum communitas ingerit quæſtionem, adhibeatur REGULA RA-
,TIONIS; ad cuius æqualitatem, quæ videbantur deflexiſſe, tendantur'.
Præmiſerat ſub initium eius Operis generalem hanc rationis regulam,
ad cuius æqualitatem vult tendi Scripturas, quæ videri poſſent ſuis pla-
citis adverſari: [d] 'Divinæ legis imperitus interpres, & prophanus ap- [d] Ibid. cap. 3.
,paret, quiſquis putat eius ſanctione defendi quod iuſtitiâ non poteſt
vendicari'. Addit & ibidem cap. 5. 'Nihil per legem Dei agi poteſt
contra Deum legis authorem'. Atque hoc ſcuto munitus exiſtimat
poſſe ſe omnia de Scripturis obijcienda diſpellere: 'Quo vno compen-
,dio (ſubdit) excluditur quidem quicquid ab errantibus conſuevit
obijci'. Hoc vno compendio non ſolùm peccatum naturæ humanę, ſed
& prędeſtinationem gratię divinæ evertere molitur inferiùs cap. 122.
dicens: 'Deus qui hoc appellari nomine voluit, vt omnipotentiſſi-
,mus, ita etiam iuſtiſſimus creditur; quorum ſi vnum defuerit, neu-
,trum aderit: vt conditor benigniſſimus hominum, ita MERITORVM
,EXPLORATOR æquiſſimus; omne quod facit, bonum valde eſt; ac
,per hoc nemo naturaliter malus eſt; ſed quicunque reus eſt, moribus,
non exordijs accuſatur'. Et inferiùs cap. 126. 'Quod autem Deus di-
Rom. 9. 21. ,ctus eſt *Figulus ex eadem maſſa faciens aliud vas in honorem, aliud in contu-*
,*meliam*, à te (ait Auguſtino) commemorari omninò non debuit: quia,
,vt à nobis conſequenter exponitur, ita tibi totum repugnat. Nam
,cùm *alij in honorem, alij in contumeliam* fieri dicuntur, iuvatur ſenſus ca-
,tholicorum, quo SECVNDVM DIVERSITATEM VOLVNTATIS HV-
MANÆ DIVERSVS ETIAM VASORVM EXITVS PRÆDICATVR'. Et
cap. 129. 'Pietas explanavit & ratio, Deum meum neminem in con-
tumeliam formare'. Et cap. 135. 'Hęc igitur vaſa (inquit) ſtudijs pro-
prijs aut ad iram, aut ad gloriam præparantur'. Et iterum cap. 137.
'Ut claruit, Apoſtolum dixiſſe de moribus; ita apparet, quantâ teſti-
,moniorum legis inopiâ labores, qui ab his ſententijs contra FVLMI-
,NA RATIONIS, opem petis; quæ tibi dedignantur, imò naturâ ſuâ
ſubvenire non poſſunt'. Et ſuperiùs cap. 131. 'Iacob & Eſau (inquit)
,vnâ ſeminis exceptione concepti, & vnâ vi parientis effuſi, diverſos
nimiùm exitus PRO MERITORVM DIVERSITATE pertulerunt'. Quia
nimirum, iuxta ipſum, rationi ac pietati repugnat vt exiſtente paritate

[e] *Pelag. in caput 11. ad Romanos, vers. 5.*

meritorum vel demeritorum alter alteri præeligatur: [e] 'Quæ electio (aiebat hæresiarcha Pelagius) vbi nulla diversitas meritorum'? Et ne fortè putares Pelagium hoc dixisse propter *electionis* vocabulum, non propter rem ipsam, vt præcedenti capite de Augustino ad Simplicianum scribente memoravimus: notanda sunt quæ superiùs in eodem Commentario tradiderat. Etenim ad versum 28. capitis 8. loquens de re ipsa sub *propositi* vocabulo expressa, ait de Deo: 'Proposuit solâ fide salvare, quos præsciverat credituros'. Et rursus ad versum proximè sequentem ibidem: 'Quos prævidit conformes futuros in vita, *voluit* vt fierent conformes in gloria'. Et ad versum 13. capitis 9. 'Prophe-,tia (inquit) non de his est qui secundùm carnem sunt Jacob & Esau, ,sed de his qui futuri erant ex operibus boni & mali: & ex ipsis operibus aut odium Dei habere, aut misericordiam eius consequi'. Et superiùs ibidem ad versum 10. loquens de eisdem Rebeccæ gemellis: 'Antequam nascerentur (inquit) fidei sunt apud Deum merito separati'. Non igitur de solo *electionis* vocabulo, sed de reipsa quocunque demùm vocabulo expressa voluit Pelagius valere quod senserat: idque ideò vel maximè ne contra rectæ rationis dictamen cogeretur Deo iniquitatem aut vitium acceptionis personarum impingere. Vnde & Augustinus de Pelagianis generatim loquēs ait Epist. 105. ad Sixtum:

Augustinus

'Personarum acceptorem fieri existimant Deum, si in vna eademque ,causa super alios veniat misericordia eius, super alios verò maneat ira eius'. Qui rursus Epistolâ proximè sequenti ad Paulinum, inducit eosdem hunc in modum interrogantes: 'Quomodo non est iniquitas apud ,Deum, si diligendo discernit, quos merita operum nulla discernunt'? Ex quibus planè apparet, Pelagianos sub prætextu salvandi bonitatem & æquitatem Dei, quam recta ratio omnimodis salvandam dictabat, transijsse in sententiam de præscientiaria prædestinatione ad gloriam. Et sanè supposito altero ipsorum errore, non vana nec irrationabilis erat ista persuasio, dicente inferiùs ibidem Augustino de communi humani generis massa: 'Hæc massa si ita esset media, vt ,quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, NON FRV-,STRA VIDERETVR INIQVITAS, vt ex ea fierent vasa in contumeliā'. Et paulò infrà ibidem: 'Nimis alta (inquit) & *inscrutabilia sunt iudicia* Rom. 11. 33 ,*Dei, & investigabiles viæ eius*: interim teneat homo, non esse iniquita-,tem apud Deum, sed quâ æquitate *cuius vult miseretur, & quem vult ob-* Rom. 9. 18 ,*durat*, se tanquam hominem ignorare fateatur. Ita sanè vt propter il-,lud quod inconcussum tenetur, non esse iniquitatem apud Deum, ,quamvis nemo ab illo iustificetur meritis præcedentibus, neminem ,tamen obdurari nisi merito, noverit. Piè namque & veraciter credi-,tur Deus nocentes atque impios iustificando à pœnis debitis liberare: ,quemquam verò immeritum, & nulli obnoxium peccato, si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur'. Quia igitur Pelagiani in eo fuére errore vt existimarent Adæ peccatum non trāsfundi per generationem in posteros, nec quemquam ante propriæ vo-

lunta-

luntatis vſuram obnoxium vlli eſſe peccato, conſequente ratione perſuaſum habuerunt, ad ſalvandam Dei bonitatem & æquitatem neceſſariò aſtruendam eſſe prædeſtinationem præſcientiariam: quemadmodum & nos eandem non dubitamus aſtruendam pro ſtatu primæ integritatis ſi perſeveraſſet: provt oſtenſum eſt ſuperiùs cap. 8. & ſequentibus. Fatemur proinde prædeſtinationem & reprobationem præſupponere in Deo præſcientiam humani lapſus, quo in vnam concreti ſunt damnationis maſſam quotquot in protoplaſto peccante peccaverunt: ſed negamus prædeſtinationem electorum ad gloriam præſupponere præſcientiam propriorum meritorum. Vnde Auguſtinus paulò poſt verba proximè citata, Pelagianis interrogantibus, *Quomodo Eſau non damnatur indignus, ſi non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt Quia maior ſerviet minori? Sicut enim illius nulla præceſſerant opera bona vt ad gratiam pertineret, ſic nec huius mala vt ad pœnam pertinere deberet*: reſpondit: 'Nulla planè in vtroque opera vel bona vel mala, SED PROPRIA: vterque autem illi vni obnoxius erat in quo omnes peccaverunt'. *Pelagiani.* *Auguſtinus.*

2. Non itaque mirum eſt Pelagianos Originale peccatum inficiantes & maſſam mediam invehentes quæ ſiviſſe ex Dei bonitate & æquitate prætextum ſuſpendendi diſcretionem vaſorum iræ & miſericordiæ ex præſcientia propriorum vniuſcuiuſque meritorum reſpectivè ac demeritorum: ſed Semipelagianos infectionem maſſæ agnoſcentes eundem arripuiſſe prætextum mirabile eſt: [f] 'Propoſitum ,vocantis gratiæ (ait de eis Proſper) in hoc omninò definiunt, quòd ,Deus conſtituerit, nullum in regnum ſuum niſi per Sacramentum re,generationis aſſumere, & ad hoc ſalutis donum omnes homines vni,verſaliter, ſive per naturalem, ſive per ſcriptam legem, ſive per Evã,gelicam prædicationem vocari: vt & qui voluerint fiant filij Dei, & ,inexcuſabiles ſint qui fideles eſſe noluerint: quia IVSTITIA Dei in eo ,ſit, vt qui non crediderint pereant; BONITAS in eo appareat, ſi neminẽ ,repellat à vita, ſed indifferenter vniverſos velit ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire'. Verùm Auguſtinus vtriſque hunc prætextum eripuit argumento ex parvulorum diſcretione deſumpto. Nam cùm Pelagiani faterentur parvulos non renatos excludi à regno Dei, & renatos in Dei regnum intromitti, nunquam potuerunt congruam aſſignare rationem diſcretionis eorum, ſalvâ, quam prætexebant, bonitate & æquitate Dei: multò minus id potuére Semipelagiani, qui nè ad æternam quidem vitam parvulos ſine baptiſmo defunctos admitti confitebantur: de quibus idcircò ait Proſper: [g] 'Etſi qui neſcire ali,quid erubeſcunt, & per occaſionem obſcuritatis tendunt laqueos de,ceptionis, omnem diſcretionem quâ Deus alios eligit, alios non eli,git (*Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi*) ad merita humanæ refe,runt voluntatis, docentes ſcilicet, neminem gratis, ſed ex retributio,ne ſalvari; quia naturaliter omnibus ſit inſitum, vt ſi velint poſ,ſint veritatis eſſe participes, eiſque affluere gratiam, à quibus ,fuerit expetita: quæ definitio, vt interim de gratiæ veritate taceatur, de

[f] *Proſp. Epiſt. ad Auguſtinum.*

[g] *Proſp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 22. & 23.*

Mat. 20. 16.

,de his videtur aliquam oſtentare ratiunculam, qui libero vtuntur ar-
,bitrio; De parvulis verò, quibus ſine vllo bonæ voluntatis merito
,in originali vulnere cum cæteris mortalibus cauſa cõmunis eſt, nihil
,poteſt expoſitionis afferri, quâ doceatur cur iſti ſalvi fiãt renati, illi pe-
,reant non renati, ſub illius providentia & omnipotentia, *in cuius ma-* Iob. 12.10.
,*nu eſt omnis anima viventis, & ſpiritus vniverſæ carnis hominis*; & cui dici-
,tur, *Breves dies hominis ſunt, numerus dierum eius apud te eſt.* Non autem Iob. 14.5.
,puto iſtos voluntatum patronos, ſimplicitate illorum tam impuden-
,ter vſuros, vt aut fortuitò iſta dicant accidere, aut non renatos aſſe-
,rant non perire. Apertè enim aut cum Paganis convincerentur ſen-
,tire de fato, aut cum Pelagianis transfuſum in poſteros Adę negare
,peccatum. Fato autem non baptizari parvulos, nec Pelagiani potue-
,runt dicere: ſed quia eos liberos à peccato auſi ſunt profiteri, merue-
,re damnari. Cùm autem de diſcretione omnium hominum quæſtio
,ventiletur, & ab omnibus hominibus parvuli nequeant ſeparari, ſi-
,mulque de totius ætatis hominibus veritas dixerit, *Filius hominis venit* Luc. 19.10
,*quærere & ſalvare quod perierat*; fruſtrà profunditatem inſcrutabilis gra-
,tiæ per liberum arbitrium conantur aperire, qui cauſam electionis in
,eorum conſtituunt meritis qui eliguntur. Et cùm multa de maiorum
,voluntate ac iudicio inepta & falſa protulerint, in parvulorum tamen
,diſcretione deficiunt; nec poſſunt de eius quæſtionis ratione redditâ
,gloriari, quę de omnibus hominibus tractatur, & non de omnibus ex-
,peditur. Multiformitas autem & magnitudo divinę gratiæ probat,
,iſtos contra veritatem, etiam quod de maiorum voluntatibus loquũ-
,tur, aſtruere; eorumque perſuaſioni divinorum eloquiorum teſtimo-
nia repugnare'. Et in Epiſt. ad Ruffinum cap. 13. 'Ubi eſt illud, quod
Videibidem in- ,nobis quaſi contrarium, à non intelligentibus ſemper opponitur,
ferius c. 16. & ,quod *Deus omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire?* 1. Tim. 2.4
Reſp. ad Dubiũ ,Nunquid non ſunt de omnibus hominibus, qui à præteritis genera-
6.m Genuenſ. ,tionibus vſq; in hoc tempus ſine Dei cognitione perierunt? Et ſi ma-
,ioribus natu (quod non rectè dicitur) mala opera, quæ libero arbi-
,trio commiſerant, obfuerunt, quaſi boni, non mali gratiâ liberentur;
,inter ſalvatos parvulos, & non ſalvatos, quæ meritorum potuit eſſe
,diſcretio? Quid iſtos introduxit in regnum Dei? Quid iſtos exclu-
,ſit à regno Dei? Equidem ſi meritum conſideres, non vna pars ſal-
,vari meruit, ſed vtraque damnari: quia omnibus in Adę prævarica-
,tione proſtratis, niſi quoſdam aſſumeret miſericors gratia, maneret
,ſuper vniverſos inculpata iuſtitia. Quę autem ſit diſcretionis iſtius in
,ſecreto conſilio Dei cauſa vel ratio, & ſupra facultatem humanæ
,cognitionis inquiritur, & ſine fidei diminutione neſcitur: modò cõ-
,fiteamur, neminem immeritò perdi, neminem meritò liberari; &
,omnipotentiſſimam Dei bonitatem omnes ſalvare & omnes ad agni-
,tionem veritatis imbuere, quos *vult omnes ſalvos fieri & ad agnitionem*
,*veritatis venire*: Niſi enim ipſo vocante, docente, ſalvante, nemo
venit, nemo eruditur, nemo ſalvatur'. Ex quibus manifeſtum eſt, eos,
qui

Digitized by

qui ſub prætextu ſalvandi bonitatem & æquitatem ſupremi opificis ſuſpendunt vaſorum iræ & miſericordiæ diſcretionem ex præſcientia meritorum cuiuſque vel demeritorum, omnes vires ratiuncularum ſuarum ac ſpecioſorum prætextuum amiſiſſe in parvulis.

3. Cæterùm prima adverſariorum obiectio cap. 12. §. 5. propoſita, iam olim ab Angelico Doctore formata eſt his verbis: [h] *Si à Deo inſtitueretur numerus ſalvandorum, plures eſſent ſalvandi quàm damnandi: cuius contrarium oſtenditur Matth. 7. vbi dicitur: Lata & ſpatioſa eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam: Anguſta eſt porta & artta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam.* Cui reſpondens idem inferiùs ait: 'Ad tertium dicendum, quòd bonum proportionatum communi ſtatui naturę accidit vt in pluribus, & deficit ab hoc bono vt in paucioribus. Sed bonum, quod excedit communem ſtatum naturæ, invenitur vt in paucioribus, & deficit ab hoc bono vt in pluribus: Sicut patet, quòd plures homines ſunt, qui habent ſufficientem ſcientiam ad regimen vitæ ſuę, pauciores autem qui hâc ſcientiâ carent, qui moriones vel ſtulti dicuntur; ſed pauciſſimi ſunt reſpectu aliorum, qui attingunt ad habendam profundam ſcientiam intelligibilium rerum. Cùm igitur beatitudo æterna in viſione Dei conſiſtens excedat communem ſtatum naturę, & præcipuè ſecundùm quod eſt gratiâ deſtituta per corruptionem originalis peccati, pauciores ſunt qui ſalvantur. Et in hoc etiam maximè miſericordia Dei apparet, quòd aliquos in illam ſalutem erigit, à qua plurimi deficiunt, ſecundùm communem curſum & inclinationem naturę'. Valde parvum eos neceſſe eſt habere ſenſum ad perpendendum humanæ prævaricationis enormitatem aut liberationis gratuitatem, qui prædicatione prædeſtinationis & reprobationis antecedentis perſonalia diſcernẽdorum merita autumant obſcurari ac non potiùs illuſtrari Dei bonitatem & æquitatem: [i] 'Pœna æterna (ait Auguſtinus) ideò dura & iniuſta ſenſibus videtur humanis, quia in hâc infirmitate moribundorum ſenſuum deeſt ille ſenſus altiſſimæ puriſſimæq; ſapientiæ, quo ſentiri poſſit quantum nefas in illa prima prævaricatione commiſſum eſt. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deum, & factus eſt malo dignus æterno, qui hoc in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſet æternum. Hinc eſt vniverſa generis humani maſſa damnata, quoniam qui hoc primitùs admiſit, cum ea, quę in illo fuerat radicata, ſuâ ſtirpe punitus eſt, vt nullus ab hoc iuſto debitoque ſupplicio, niſi miſericordiâ ac indebitâ gratiâ liberetur; atque ita diſpertiatur genus humanum, vt in quibuſdam demonſtretur quid valeat miſericors gratia, in cæteris quid iuſta vindicta: Neque enim vtrumque demonſtraretur in omnibus: quia ſi omnes remanerent in pœnis iuſtæ damnationis, in nullo appareret miſericors gratia redimentis; rurſus ſi omnes à tenebris transferrentur ad lucem, in nullo appareret ſeveritas vltionis. In qua propterea multò plures quàm in illa ſunt, vt ſic oſtendatur quid omnibus deberetur;

Ad Rationem primam.

[h] *D. Th. 1. p. q. 23. ar. 7. in tertio argumento.*

[i] *Aug. l. 21. de Civit. cap. 12.*

Vide Aug. l. de Corrept. & grat. c. 10. & lib. de Prad. Sanct. c. 9. & l. de Bono Perſever. c. 8. & Enchir. c. 27 & 99. & lib. 4. contra Iul. c. 8. & lib. 2. ad Boniſ. cap. 7.

Digitized by Google

,tur; quòd si omnibus redderetur, iustitiam vindicantis iustè nemo ,reprehenderet. Quia verò tam multi exinde liberantur, est vnde agãtur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis'. Et libro de Natura & gratia cap. 5. 'Vniversa massa (inquit) pœnas debet: & si omnibus ,debitum damnationis supplicium redderetur, non iniustè proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Cuius misericor-,diæ, nisi illius qui *Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores salvos* 1.Tim.1. ,*facere; quos præscivit, & prædestinavit, & vocavit, & iustificavit, & glorifica-* 15. ,*vit*? Quis igitur vsqueadeò dementissimè insaniat, vt non agat ineffa- Rom.8.30 ,biles gratias misericordiæ, quos voluit liberantis; qui rectè nullo modo posset culpare iustitiam vniversos omnino damnantis'? Et Epist. 106. 'Laudet misericordiam qui liberatur, non culpet iudicium ,qui punitur. Hìc si dixerimus, Quanto meliùs ambo liberarentur! ,Nihil nobis convenientiùs dicitur, quàm, *O homo, tu quis es, qui respon-* Rom.9.20. ,*deas Deo*? Novit quippe ille quid agat, & quantus numerus esse de-,beat primitùs omnium hominum, deinde sanctorum, sicut syderum, ,sicut Angelorum, atque, vt de terrenis loquamur, sicut pecorum, pis-,cium, volatilium, sicut arborum & herbarum, sicut denique foliorũ, ,capillorumque nostrorum. Nam nos humanâ cogitatione adhuc ,possumus dicere, quoniam bona sunt cuncta ista quæ fecit, quanto ,meliùs illa duplicasset & multiplicasset, vt multò essent plura quàm ,sunt? Si enim non ea caperet mundus, nunquid non posset etiam ip-,sum facere quantum vellet ampliorem? Et tamen quantumcunque ,faceret vel illa plura, vel istum capaciorem atque maiorem, nihilo-,minus eadem de multiplicandis eis dici possent, & nullus esset immoderatus modus'. Idonea planè similitudo ad elidendum obijcientium ratiunculam, in Dei bonitate ac se communicandi pronitate fundatam. Sicut enim nemo sobriè sanus culpare potest Dei bonitatem, quòd ex tanta multitudine creaturarum possibilium tam paucas comparativè producere decreverit, quibus suam actualiter participationem communicaret: ita nemo nisi ebriè insanus culpare eandem Dei bonitatem potest, quòd ex tanta hominum damnationi obnoxiorum multitudine tam paucos comparativè redimere decreverit, quibus suam gloriam beatificè perfruendam communicaret. Fuerunt olim aliqui ita illiberaliter misericordes, vt existimarent, vniversos omninò homines finaliter ad gloriam cœlestem evehendos: [k] 'Quę sententia (inquit Augu-,stinus) si propterea bona & vera, quia misericors est, tanto erit me-,lior & verior, quanto misericordior fuerit. Extendatur ergo ac pro-,fundatur fons huius misericordiæ vsque ad damnatos Angelos, saltem ,post multa atque prolixa quantumlibet sæcula liberandos. Cur ,vsque ad vniversam naturam manat humanam, & cùm ad Ange-,licam ventum fuerit, mox aresci? Non audent tamen se vlteriùs mi-,serando porrigere, & ad liberationem ipsius quòque diaboli perveni-,re. Verùm Si aliquis audet, vincit nempe istos; & tamen tanto invenitur

[k] *Aug. l.21. de Civit. cap. 17.*

Digitized by Google

,venitur errare deformiùs,& contra recta Dei verba perverſiùs, quanto ſibi videtur ſentire clementiùs'. Ad hunc errorem plus æquo appropinquat nuperus quidam Scriptor, qui infantibus omnibus ſine remedio ſalutari defunctis, atque etiam pluribus millionum millibus adultorum in infidelitate mortuorum, ęternam ſalutem cenſet eſſe donandam: [l] 'Probabiliſſimum eſt (ait ille) quòd Chriſtus in illo triduo ,ſuæ mortis apud Inferos prædicans, PLVRA MILLIONVM MILLIA ,eorum, quibus ipſe miſereri volebat, qui vel *in diebus Noë quondam incredduli fuerant*, vel aliàs ſine propria culpa inter Gentes verſati NVLLVM VERI DEI LVMEN HABVERANT, ad ſe allexerit, credenteſque ,ſanctificaverit divinitùs, ac fecerit habiles AD POSSESSIONEM REGNI CÆLORVM'. Et mox infrà: 'De animabus infantium (ſubdit) qui ,ante rationis vſum abſque applicatione vllius ſalutaris remedij circumciſionis aut baptiſmatis ex hac luce deceſſerunt: pro his,qui ante ,Chriſtum fuerant, eadem reſponſio quę de ſuperioribus eſſe poteſt; vt ,& ipſi pariter tunc Chriſto prædicanti crediderint, ab eoque recepe,rint pœnitentiam DIGNAM VITÆ ÆTERNÆ. At verò de his qui poſt ,Chriſtum mortui ſunt, cùm fides doceat, abſque baptiſmo neminem ,ampliùs ſalvari, fortè dici poterit, vt in illa magna iudicij die, cùm ,vnuſquiſque corpus ſuum recipiet, ſimul OMNES, ſicdiſponente Do,mino, ab aliquo homine aut Angelo baptizandos eſſe in nube vel in ,mari, atque ita HÆREDITATIS CHRISTI CONSORTIVM ADIPISCI'. Hęc ſunt paradoxa nuperi iſtius Scriptoris, mirabiliora quàm veterũ Pelagianorũ: quæ à Cenſoribus fidei impunè adhuc tolerari demiror. Vtinam eorũ quiſpiam exurgat, ac ſupremo Cenſori inſonet illud Auguſtini: [m] 'Vide quantum in peius proficit,cùm ſine limite pu,doris vel timoris hàc atque illàc vagabunda fertur impunita loquacitas'. Sed vnde putamus nuperum Scriptorem deducere voluiſſe prædictum figmentum? Reſpondet ipſe paulò infrà ibidem: 'Hoc colli,go (inquiens) EX INFINITA DEI MISERICORDIA, quę eſt *ſuper omnia opera eius*, ſicut in Pſalmis dictum eſt'. Neſcio autem cur Scriptor iſte centeſimam pręcisè hominum partem huic infinitę Dei miſericordiæ ſubtraxerit, dicens inferiùs lib. 4. cap. 49. n. 6. 'Itaque rectiſſimè ex tot tantiſque Scripturarum teſtimonijs aſſeritur, futurum eſſe ,tempus, ac diutiſſimam mundi ætatem, in qua OMNES ſalvi fiant; ita ,vt in tanta eius diuturnitate tunc nullus prorſus in Orbe infidelis, aut ,hæreticus, aut reprobus inveniatur: ſed omnes iuſti aut electi futuri ,ſint; & ſi aliqui fortè circa mores in modico offendentes, attamen ante obitum pœnitentes, ac ſpiritus ſapientiâ Deum creatorem ac Re,demptorem ſuum agnoſcentes. Et ſic ex tanta ętatis iſtius diuturnitate, ex tot, qui in ea ſalvabuntur, longè latèque excedetur numerus ,eorum qui in reliquis ætatibus perierunt. Et ſic conſequenter eveniet, ,vt computatis ſimul ætatibus quibuſcunque, ex tota hominum vniverſitate NON PLVS QVAM CENTESIMA EORVM PARS PEREAT'. Scripturarum porrò teſtimonia quibus ſuum iſtud figmentum fulcire nititur

[l] *Hieron. Columbus l. 2. Hierarchiæ Angel. c. 8. num. 17.*

[m] *Aug. Epiſt. 6.*

Columbus.

nititur Scriptor iſte, ſunt potiſſimũ hæc: *Erunt omnes docibiles Dei*, vel vt eſt apud Prophetam, *Ponam omnes filios tuos doctos à Domino*: item, *Omnes ſcient me à minimo vſque ad maximum*: item illud paulò ſuprà commemoratum, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*. Sed ſi centeſima hominum pars miſerationi diuinæ ſubtrahitur, non video quomodo Scriptoris iſtius collectio ſubſiſtet, niſi fortè dicturus ſit, centeſimã illã partem etiam operationi diuinæ eſſe ſubtrahendam. Alioquin rectiſſimè ei dici poterit, quod ſub alijs terminis ex Auguſtino iam ſuprà memoravimus: Cur vſque ad centeſimam humani generis partem manat diuinæ miſericordiæ fons, & cùm ad centeſimam partem ventum fuerit, mox areſcit? Ecce in quanta abrupta homines ſe præcipitant, timentes retia veritatis! Sed nec illi ipſi qui ſub prætextu ſalvandi diuinam bonitatem & æquitatem comminiſcuntur electionem ad gloriam prævisione meritorum ſubnixam, invenire vnquam poterunt vnde eandem Dei bonitatem potiùs tueri poſſint in electione gratuita ad gratiã, quàm in electione gratuita ad gloriam. Nam cùm electionẽ ad gratiam, quam vocari volunt congruam, ex puro Dei pendere beneplacito agnoſcant; cur Dei bonitas atque ad ſe communicandum pronitas non omnibus ſubminiſtrat gratiam congruam, quâ infallibiliter ad gloriam omnes pervenirent? Si dicant, bonitatem Dei ad id non obſtringi; nos idem dicimus de electione ad gloriam. Ioa. 6. 45. Iſa. 54. 13. Hier. 31. 34

Ad Rationem ſecundam.

Ad ſecundam Rationem, ſimulque ad Confirmationem primæ Rationis, reſpondetur, Diſparem eſſe conditionem primæ inſcriptionis & noviſſimę reſcriptionis civium cœleſtium: vt ex dictis capite 7. & quatuor ſequentibus conſtat. Vnde qui ab illa ad hanc quaſi à pari ad parem ratiocinantur, non ſatis catholicè de originali humanę maſſæ infectione ſentire videntur: [n] 'Hęc maſſa (ait Auguſtinus) ſi ita eſſet ,media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, ,non fruſtrà videretur iniquitas, vt ex ea fierent vaſa in contumeliam: ,Cùm verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem ,vniverſa defluxerit, proculdubio quòd ex ea fiunt vaſa in honorẽ, non ,ipſius iuſtitię, quæ gratiam nulla præceſſit, ſed Dei miſericordiæ; quòd ,verò in contumeliam, non iniquitati Dei, quę abſit vt ſit apud Deum, ,ſed iudicio deputandum eſt. HOC QVISQVIS CVM ECCLESIA SAPIT, ,NON CONTRA GRATIAM PRO MERITIS DISPVTAT, ſed *miſericordiã ,& iudicium Domino cantat*; vt nec miſericordiam recuſet ingratus, nec ,iudicium accuſet invitus. Alia namque eſt illa conſperſio, de qua idẽ ,dicit Apoſtolus, *Si autem delibatio ſancta eſt, & conſperſio; & ſi radix ſan- ,cta eſt, & rami*. Illa eſt ex Abraham, non ex Adam: id eſt, ex commu- ,nione ſacramenti & ſimilitudine fidei, non ex propagine mortali: ,Iſta verò vel *Conſperſio*, vel, ſicut in pleriſque codicibus legitur, *Maſſa*, ,quoniam tota mortis eſt, cùm *per vnum hominem peccatum intravit in mũ- ,dum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo om- ,nes peccaverunt*, miſericordiâ ex illa fit aliud vas in honorem, iudicio ,autem in contumeliam. Neque ibi præcedunt merita gratiam liberantis, neque hìc effugiunt peccata iuſtitiam punientis'. Et Enchiri-

4.

[n] *Aug. Epiſt. 106.*

Pſal. 100. 1

Rom 11. 16.

Rom. 5. 12.

Digitized by Google

Rom.9.18. dij capite 99. 'Cuius vult miseretur Deus, & quem vult obdurat: Miserea
,tur scilicet magnâ bonitate, obdurat nullâ iniquitate: vt nec libera-
,tus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis con-
,queratur. Sola enim gratia redemptos discernit à perditis, quos in
,vnam perditionis concreverat massam, ab ori[illegible] ducta causa com-
Rom.9.19. ,munis. Hoc autem qui eo modo audit, vt dicat: *Quid adhuc conqueri-*
,*tur? Nam voluntati eius quis resistit?* tanquam propterea malus non vi-
,deatur esse culpandus, quia Deus *cuius vult miseretur, & quem vult ob-*
,*durat*; absit vt pudeat nos hoc respondere, quod respondisse videmus
Rom.9.20. ,Apostolum, *O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum*
& 21. ,*ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex ea-*
,*dem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?*
,Hoc enim loco quidam stulti putant, Apostolum in responsione defe-
,cisse, & inopiâ reddendæ rationis repressisse contradictoris audaciam.
,Sed magnum habet pondus, quod dictum est, *O homo tu quis es?* Et
,in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis considerationem revocat
,hominẽ verbo quidem brevi, sed reipsa magna est redditie rationis. Si
,enim non capit hæc, quis est qui respondeat Deo? Si autẽ capit, magis
,nõ inveniet quid respõdeat. Videt enim, si capit, vniversum genus hu-
,manum tam iusto Dei iudicio in apostatica radice damnatũ, vt etiam-
,si nullus inde liberaretur, nemo rectè posset Dei vituperare iustitiam:
,& qui liberantur, sic oportuisse liberari, vt ex pluribus non liberatis,
,atque in damnatione iustissima derelictis, ostenderetur, quid meruis-
,set vniversa conspersio; & quò etiam iustos debitum iudicium Dei
,duceret, nisi eius indebita misericordia subveniret: *vt* volentium de
Rom. 3.19 ,suis meritis gloriari *omne os obstruatur*; & *qui gloriatur, in Domino glo-*
1.Cor.1. *rietur*'. Ex quibus apparet quàm dispar sit ratio massæ innocentis &
31. massæ nocentis, quantum ad formationem vasorum gloriæ & contu-
meliæ. Nam si ex massa media nequeat fieri vel vnicum vas in contu-
meliam salvâ bonitate ac æquitate Archifiguli, quãtò minùs ex massa
bona & sancta, qualis fuit primitus hominũ & Angelorũ? Ex massa au-
tẽ spurca, ac peccati fermento conspersa, etiamsi nullũ fieret vas nisi in
contumeliam, quis nisi dementissimè insanus auderet adversùs figu-
lum obmurmurare? º 'Si posset loqui pecus (ait alibi idem Augusti-
,nus) & dicere Deo, Quare illum fecisti hominem, & me pecudem?
Rom. 9.20 ,Nonne iustè succenseres, & diceres: O pecus *tu quis es qui respondeas*
,*Deo*? Et tu homo es, sed ad Deum pecus es: & vtinam sis pecus eius,
Psal.99.3. ,& *ovis pascuæ eius*. Agnosce beneficia pastoris, & non sequéris lu-
pos erroris'. Agnosce gratuitam electionem, & ne respondeas
2.Tim.1. Deo multos deferenti lupos, paucas eligenti oves: P 'Novit Dominus
19. ,*qui sunt eius*: Novit præscitos, novit prædestinatos. De illo quippe
Rom. 8.29 ,dicitur, *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt*
& seqq. ,*sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædestinavit, ipsos &*
,*vocavit; & quos vocavit, ipsos & iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos &*
,*glorificavit. Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Adde adhuc, *Qui proprio*
,*filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo etiam non*

º *Aug. serm. 11. de Verb. Apost. c. 14. Vide eundem l. 4. ad Bonif. cap. 6.*

P *Aug. Tract. 45. in Ioan.*

Digitized by Google

,*cum illo omnia nobis donavit* ? Sed quibus nobis ? Præſcitis, prædeſtina-
,tis, iuſtificatis, glorificatis: de quibus ſequitur, *Quis accuſabit adversùs*
,*electos Dei* ? *Novit* ergo *Dominus qui ſunt eius* : Ipſe ſunt oves. Aliquan-
,do ſeipſas neſciunt, ſed paſtor novit eas ſecundùm iſtam prædeſtina-
,tionem, ſecundùm iſtam Dei præſcientiam, ſecundùm electionem
,ovium ante conſtitutionem mundi : Nam & hoc dicit Apoſtolus, *Si-* Ephes. 1. 4.
cut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem'. Non erant ex horum nu-
mero, quibus paſtor bonus aiebat, *Non eſtis ex ovibus meis.* In quem lo-
[q] *Aug. Tract.* cum Auguſtinus inquirit, [q] 'Quomodo iſtis dixit, *Non eſtis ex ovibus* Io. 10. 26.
43. in Ioan. *meis*' ? Et continuò reſpondet : 'Quia videbat eos ad ſempiternum in-
,teritum prædeſtinatos, non ad vitam æternam ſui ſanguinis pretio
comparatos'. Si enim ita comparati eſſent, ex eius proculdubio ovi-
bus eſſent, & interire omninò non poſſent. Nam, vt ibidem Auguſti-
nus ſubiungit, 'De ovibus iſtis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro
,interficit : ſecurus eſt de numero earum, qui pro eis novit quid dedit.
Et hoc eſt quod ait : *Non rapiet eas quiſquam de manu mea*'. Quomodo Ioa. 10. 28.
enim de manu eius quiſquam raperet, quos ſanguinis ſui pretio com-
[r] *Aug. ſerm. 8.* paraverat ? [r] 'Potens homo (ait idem alibi) non poteſt perdere quod
inter Pariſienſes, emit auro ſuo, & Chriſtus perdet quod emit ſanguine ſuo' ? Nullo
de S. Vincentio. modo : Sed potiùs, vt idem Tract. 111. in Ioannem aſſeverat: 'Om-
,nibus prorſus ovibus ſuis bonus paſtor, omnibus membris ſuis mag-
,num caput promiſit hoc præmium, *vt vbi ipſe eſt, nos cum illo ſimus*: nec Ioa. 17. 24.
,poterit niſi fieri quod omnipotenti patri ſe velle dixit omnipotens fi-
lius'. Ex harum ovium perſona loquitur Apoſtolus vbi ait : *Si Deus* Rom. 8. 31.
[s] *Aug. Serm. 16* *pro nobis, quis contra nos*? [s] 'Pro quibus autem ſit Deus (ait in eum locum
de Verb. Apoſt. ,Auguſtinus) ſuperiùs oſtendit, vbi ait : *Quos autem prædeſtinavit, illos*
cap. 1. ,*& vocavit; quos autem vocavit, illos & iuſtificavit; quos autem iuſtificavit, il-*
,*los & glorificavit. Quid ergo dicemus ad hæc* ? *Si Deus pro nobis, quis contra*
,*nos* ? Deus pro nobis, vt prædeſtinaret nos; Deus pro nobis, vt voca-
,ret nos; Deus pro nobis, vt iuſtificaret nos ; Deus pro nobis, vt glo-
,rificaret nos: *Si Deus pro nobis, quis contra nos* ? Prædeſtinavit antequam
,eſſemus, vocavit cùm averſi eſſemus, iuſtificavit cùm peccatores eſſe-
,mus, glorificavit cùm mortales eſſemus : *Si Deus pro nobis, quis contra*
,*nos* ? Prædeſtinatis à Deo, vocatis, iuſtificatis, glorificatis, qui vult
,adverſari, paret ſe, ſi poteſt, bellare adversùs Deum. Vbi enim audi-
,vimus, *Si Deus pro nobis, quis contra nos*? niſi qui Deum vincit, non læ-
,dit nos: Et quis eſt qui vincit omnipotentem ? Quicunque reluctari
[t] *Aug. l. de Corr.* voluerit, ſibi nocet'. Quò ſpectat & illud eiuſdem alibi de eiſdem:
& grat. c. 7 [t] 'Horum ſi quiſquam perit, fallitur Deus; ſed nemo eorum perit, quia
Vide l. de Prad. ,non fallitur Deus: Horum ſi quiſquam perit, vitio humano vincitur Deus ; ſed nemo eorum perit, quia nullâ re vincitur Deus'. Eòdē
Sanct. c. 16. in ſpectat & illud Fulgentij: [u] 'Qui numerat multitudinem ſtellarum, nō
fine. ,poteſt ſuorum ignorare numerum filiorum. Illi ergo numero nec ali-
[u] *Fulg. lib. 3. de* ,quis additur, nec aliquis demitur; quia ſecundùm propoſitum volun-
Verit. Prad. c. 5 ,tatis ſuę Deus ſanctos ſuos prædeſtinavit, de quo ſcriptum eſt, *Quia* Pſal. 111.
Vide eund. l. de *Fide ad Petrum* *cap. 35.*

omnia 11.

Digitized by Google

'*omnia quæcunque voluit fecit.* Ita nemo potest eius mutare prædestinationem, sicut nullus potest eius vincere voluntatem'. Pulchrè hanc diuinæ voluntatis energiam Papa Leo expressit, vbi ait: [w] 'In salvandis hominibus per crucem Christi communis voluntas erat Patris & Filij, communeque consilium; nec vllâ poterat ratione turbari, quod ante æterna sæcula & misericorditer erat dispositum, & immutabiliter præfinitum'. Non sic erat disposita aut præfinita salus Angelorum aut hominum pro statu primæ conditionis: provt ex eodem Leone ostensum est superiùs cap. 8. §. 5.

[w] *Leo serm. 7. de Passione cap. 4.*

Nec tamen idcircò non elucet Dei iustitia in nouissima hominum rescriptione, perinde ac in prima inscriptione: provt in Confirmatione secundæ Rationis prætenditur. Nam, vt ex Prospero aliquoties in præcedentibus memoravimus, [x] 'Implendæ voluntatis Dei ita est præordinatus effectus, vt per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum: & qui bona gesserint, non solùm secundùm propositum Dei, sed etiam secundùm sua merita coronantur'. Vnde obseruat Augustinus, non dixisse Apostolum Iacobum, vincit misericordia iudicium, sed *superexultat*: [y] 'Non dictum est (inquit) vincit misericordia iudicium, non enim est aduersa iudicio; sed *superexultat*, quia plures per misericordiam colliguntur, sed quia misericordiam præstiterunt: *Beati* enim *misericordes, quia ipsis miserebitur Deus.* Et hoc vtique iustum est, vt dimittatur eis, quia dimiserunt; & detur eis, quia dederunt. Inest quippe Deo & misericordia iudicanti, & iudicium miseranti: Propter quod ei dicitur, *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*'. Non itaque misericordia elidit aut excludit iustitiam, sed benignè præparat merita, quibus mercedem reddat iustitia: [z] 'Cùm Deus (ait alibi idem) coronat merita nostra, nihil aliud coronat quàm munera sua. Sicut enim ab initio fidei *misericordiam consecuti sumus*, non quia *fideles* eramus, sed *vt essemus*: sic in fine, quod erit in vita æterna, *coronabit nos*, sicut scriptum est, *in miseratione & misericordia*'. Et lib. de Gratia & libero Arbitrio cap. 9. 'Ideò (inquit) dixit Psalmus, *Qui coronat te in miseratione & misericordia*: quia eius miseratione bona operantur, quibus corona redditur'. Porrò ne quis suspicaretur, in ipsa saltem redditione coronæ secludi misericordiam, ait alibi idem: [a] 'Numerus Sanctorum per Dei gratiam Deo regno prædestinatus, donatâ sibi etiam vsque in finem perseuerantiâ, illuc integer perducetur, & illic integerrimus iam sine fine beatissimus seruabitur; adhærente sibi misericordiâ Salvatoris sui, sive cùm conuertuntur, sive cùm præliantur, SIVE CVM CORONANTVR. Nam & tunc esse illis Dei misericordiam necessariam Sancta Scriptura testatur, vbi Sanctus David de Domino Deo suo dicit animæ suæ, *Qui coronat te in misericordia & miseratione.* Dicit etiam Iacobus Apostolus, *Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam*: vbi ostendit, etiam in illo iudicio, in quo iusti coronantur, iniustique damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter

Ad Confirmationem.

[x] *Prosp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 36.*

[y] *Aug. Epist. 29. Videsupra l. 2. de Peccat. Meritis cap. 18.*

[z] *Aug. Epist. 105.*

[a] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 13.*

,ter quod etiam mater Machabęorum filio ſuo dicit, *Vt in illa miſeratio-* 2. Mac. 7.
,*ne cum fratribus tuis te recipiam. Cùm enim Rex iuſtus*, ſicut ſcriptum eſt, 29.
,*ſederit in throno, non adverſabitur ante eum omne malum: Quis gloriabitur* Prov. 20. 1
,*caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato?* Ac per & 9. mixt
,hoc etiam ibi Dei miſericordia eſt, quâ ſit *beatus, cui non imputavit Do-* 70.
,*minus peccatum*: ſed tunc pro bonorum operum meritis iuſto iudicio Pſal. 31. 2.
,etiam ipſa miſericordia tribuetur. Cùm enim dicitur, *Iudicium ſine mi-*
,*ſericordia illi qui non fecit miſericordiam*, manifeſtatur, in his in quibus
,inveniuntur opera miſericordiæ, iudicium cum miſericordia fieri: ac
,per hoc etiam ipſam miſericordiam meritis bonorum operum reddi'.

Dubium. Dubitabit fortè aliquis, quomodo conſiſtere poſſit illud ex Auguſtino relatum, *Plures per miſericordiam colliguntur*, cum doctrina hactenus

Decidicur 1. tradita de paucitate electorum comparatione reproborum? Reſpondetur, eos non dici *plures* comparatione reproborum, ſed cæterorum
,electorum per iuſtitiam colligendorum. Etenim omnes qui per iuſti-
,tiam coronantur, etiam per miſericordiam colliguntur; non tamen
,vice versâ: Nam qui nulla propria merita exercuerint, ſi tamen in
,ſtatu gratiæ deceſſerint, miſericorditer colliguntur, ſed non ſecundùm
iuſtitiam coronantur: ſicut parvuli cum gratia baptiſmali morientes;
quibus æterna gloria impertienda eſt tanquam hæreditas filijs, non

2. tanquam merces operarijs. Aliter reſponderi poteſt, voculam, *plures*, apud Auguſtinum ſumi poſitivè, non comparativè: vt nimirum idem valeat quod, *Multi*. Quia enim omnes in vno peccaverunt, & iuſto Dei iudicio damnari meruerunt, rectè dicitur *miſericordia ſuperexultare iu-*
dicio, quia multos damnationi iuſtiſſimę obnoxios liberaliter eximit:

[b] *Aug. Enchir. cap. 27.* [b] 'Etſi quidem in melius (ait de Deo Auguſtinus) hominum reforma-
,tionem nullam prorſus eſſe voluiſſet, ſicut impiorum nulla eſt Ange-
,lorum; nonne meritò fieret, vt natura quę Deum deſeruit, quæ prę-
,ceptum ſui creatoris quod cuſtodire facillimè poſſet, ſuâ malè vtens
,poteſtate calcavit atque tranſgreſſa eſt, quæ ſui in ſe creatoris imagi-
,nem ab eius lumine contumaciter averſa violavit, quę ſalubrem ſer-
,vitutem ab eius legibus malè libero abrupit arbitrio, vniverſa in æter-
,num deſereretur ab eo, & pro ſuo merito pœnam penderet ſempiter-
,nam? Planè ita faceret, ſi tantùm iuſtus, non etiam miſericors eſſet;
,ſuamque indebitam miſericordiam multò evidentiùs in indignorum
potiùs liberatione monſtraret'. Et lib. 4. contra Julianum capite 8.
'Si dixeris mihi (ait Iuliano) Cur non convertit Deus omnium no-
,lentium voluntates? Reſpondebo: Cur non omnes morituros adop-
,tat lavacro regenerationis infantes; quorum adhuc nullas, & ideò
,nec contrarias invenit voluntates? Si hoc profundius eſſe perſpicis,
,quàm vt à te valeat inveniri, vtrumque vtrique noſtrûm ſit profun-
,dum, cur & in maioribus & in minoribus Deus velit alteri, &
,nolit alteri ſubvenire: dum tamen certum & immobile teneamus,
,*non eſſe iniquitatem apud Deum*, quâ quemquam ſine malis meritis dam- Rom. 9. 14.
,net; & eſſe bonitatem apud Deum, quâ MVLTOS ſine bonis meritis li-
beret

,beret : demonſtrans in eis quos damnat, quid omnibus debeatur : vt ,hinc diſcant quos liberat, quæ ſibi pœna debita relaxetur,& quæ in- ,debita gratia condonetur. Hæc vt Chriſtianis cordibus convenit co- ,gitare neſcitis, & vos potiùs ſecundùm veſtram ſententiam, fato iſta ,dicitis fieri. Ueſtra quippe, non noſtra ſententia eſt, *Fato fieri, quod ,merito non ſit.* Et ne ſecundùm iſtam definitionem fato fiant homini- ,bus, ſi meritis non fiant, quęcunque fiunt; ideò merita vel bona vel ,mala quantum poteſtis aſſeritis, ne fatum ſit conſequens ſi merita ne- ,garetis. Ac per hoc dicitur vobis: Si ea quæ nullis meritis præſtan- ,tur hominibus, fato fieri iam neceſſe eſt; & ideò merita aſtruenda ,ſunt, ne fatum ſit conſequens ſi merita non ſunt; fato baptizantur, ,fato intrant in regnum Dei parvuli, quorum bona merita nulla ſunt: ,Et rurſus fato non baptizantur, fato nõ intrant in regnũ Dei parvuli, ,quorum mala merita nulla ſunt. Ecce puſilli qui fari nequeunt, vos ,potiùs aſſertores fati eſſe convincunt. Nos autem, cùm vitiatæ origi- ,nis mala merita eſſe dicamus, gratiâ dicimus intrare parvulum in ,regnum Dei, quoniam bonus eſt Deus; & alium merito non intrare, ,quoniam iuſtus eſt Deus; & in neutro eſſe fatum, quoniam quod vult
ſal.100,1 ,facit Deus. Sed cùm ſciamus, ab eo, cui *miſericordiam & iudicium* fi- ,deli voce *cantamus*, iſtum ſecundùm iudicium damnari, illum ſecun- ,dùm miſericordiam liberari; cur iſtum potiùs quàm illum damnet
m.9.20. ,aut liberet, *nos qui ſumus qui reſpondeamus Deo? Numquid dicit figmentum*
21. ,*ei qui ſe finxit, Quare me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex* ,*eadem maſſa* originis vitiatæ atque damnatæ *facere aliud vas in honorem* ,ſecundùm miſericordiam, *& aliud in contumeliam* ſecundùm iudicium? ,Ideò non vtrumque in honorem, ne hoc meruiſſe ſe exiſtimet tan-
c. 2. 13. ,quam inculpata natura: ideò non vtrumque in contumeliam, vt *iudi- ,cio ſuperexultet miſericordia*'. Superexultat igitur miſericordia iudicio, non quòd plures comparativè relaxet, quàm iuſtitia condemnet; ſed quòd aliquos, licet pauciores, ſalvet, qui cùm cæteris damnari iuſtè potuiſſent, niſi ipſa ſubveniſſet. Pauciores alioqui miſericorditer liberari quàm iuſtè damnari, Auguſtinus frequentiſſimè perhibet, vt ex locis hactenus allegatis indubitatum eſt: Quibus addi poteſt quod in poſtremo adversùs Iulianum Opere ait: [c] 'Pauci ſunt qui ſalvantur, ,in aliorum comparatione; per ſeipſos autem multi ſunt: eorum quip-
er. 7.9. pe multitudinem dicit Apocalypſis *numerare neminem poſſe*'. Et rur- ſus inferiùs cap. 208. de eiſdem loquens: 'Pauci inveniuntur, quando
t.7.14. pereuntibus comparantur'. Et ſuperiùs capite proximè citato: '*Arcta ,& anguſta eſt via quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt qui inveniunt eam*: in ,comparatione vtique multorum qui pereunt; etiamſi paucis qui libe- rantur & parvuli qui baptizati moriuntur addantur'. Ex quibus ap- paret, quàm procul ab Auguſtino & veritate aberret nuperus ille Scri- ptor ſuperiùs memoratus, qui centeſimam duntaxat humani generis partem finaliter condemnandam exiſtimat. Qui & conſequenter ad
t.20.16 ſua principia illud Chriſti, *pauci electi*, non per comparationem ad re-

[c] *Aug lib. 2. Operis imperf. cap. 205.*

probos, ſed ad totam hominum multitudinem electis reprobiſq; conſtantem autumat intelligendum: [a] 'Illud (inquiens) *Multi ſunt vocati*, intelligi debet collectivè: & illud, *Pauci verò electi*, diſtributivè. 'Etenim ſub nomine *vocatorum*, & reprobi ſimul ac electi comprehenſi ſunt; nam & ipſi omnes *vocantur*: At verò ſub *electorum* vocabulo 'ſoli prædeſtinati comprehenduntur. Quia igitur plures ſunt prædeſtinati ſimul & reprobi, quàm ſoli prædeſtinati; idcircò dicitur quòd 'pauciores futuri ſint electi quàm vocati; non obſtante quòd electi ſint centies plures quàm reprobati'. Sed longè melius audimus hìc Auguſtinum, qui exponens quemadmodum electi dicantur interdum multi, interdum pauci: [e] 'Et multi ſunt (inquit) per ſeipſos, & ijdem 'ipſi pauci ſunt in comparatione LONGE PLVRIVM, qui cum Diabolo puniendi ſunt'. Non ait, in comparatione totius multitudinis hominũ ex reprobis electiſque collectæ; ſed, *In comparatione longè plurium, qui cum diabolo puniendi ſunt*: Quibus verbis ſolos denotari reprobos, indubitatum eſt. Quò ſpectat & illud eiuſdem lib. de Corrept. & Grat. cap. 10. in fine: 'Pauci in comparatione PERPAVCITATIS, in ſuo verò numero liberantur multi'. Concludamus tandem præſentis Ratiunculæ dilutionem hiſce eiuſdem Auguſtini verbis lib. de Bono perſeverantiæ cap. 8. propè initium: 'Non itaque ſimus ingrati, quòd SE'CVNDVM PLACITVM VOLVNTATIS SVÆ, in laudem gloriæ gratiæ 'ſuę, tam multos liberat miſericors Deus de tam debita perditione, vt 'ſi inde neminem liberaret, non eſſet iniuſtus: Ex vno quippe omnes 'in condemnationem non iniuſtam iudicati ſunt ire, ſed iuſtam. Qui 'ergo liberatur, gratiam diligat; qui non liberatur, debitum agnoſcat. 'Si in remittendo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nuſquam eſſe apud Deum iniquitas invenitur'.

[a] *Hieron. Columbus l. 4. Hierarchiæ cap. 49. n. 7.*

[e] *Aug. l. 4. cont. Creſcon. c. 53. Vincebid. l. 3. c. 66. & Epiſt. 48 & l. 13. contra Fauſtum c. 16.*

Ad Rationem tertiam.

6.

Supereſt tertia & poſtrema Ratiuncula, ex modo ſalvandi ad modum prædeſtinandi procedens: in qua vſqueadeò ſibi applaudit Vaſquezius, vt poſt verba ex ipſo ibidem citata ſubiungat: [f] 'Argumentum hoc malè torquet adverſarios; atque dum variis modis ſe expedire conantur, pluribus ſe difficultatibus implicant'. Sed revera purũ ſophiſma eſt: vt proinde non immeritò oggerere poſſimus Vaſquezio eam fabricanti & in ea ſibi applaudenti illud Sapientis: *Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur. Non eſt illi data à Domino gratia: omni enim ſapientiâ defraudatus eſt.* Recolantur itaque hìc nunc, quæ cap. 15. §. 6. obſervavimus de prædeſtinatione ſpectata ſecundùm ordinem intentionis, vel ſecundùm ordinem executionis: & evaneſcet tota vis præſentis Ratiunculæ. Conſtans quippe eſt Philoſophorum pariter ac Theologorum ſententia, ordinem intentionis ita inversè habere ſe ad ordinem executionis, vt quod in illo eſt primum in hoc ſit poſtremum, & vice versâ. Sed nec minùs certum eſt, ordines iſtos ad diverſa genera cauſalitatum ſpectare: Intentionis enim ordo conſurgit ex influxu finis in media, Executionis autem ex influxu effectricis in effecta. Primum in ordine intentionis eſt finis primariò intentus;

[f] *Vaſq. in 1. p. Diſp. 89. c. 11. n. 99.*

Eccl. 37. 23. & 24.

tus; cui proximè in eodem ordine ſuccedit medium quod inter cætera (ſi modò plura ſint ſubalterna) propinquiùs attingit finem eundem, & ſic porrò de reliquis. Primum verò in ordine executionis eſt medium à fine primariè intento remotiſſimum; cui proximè in eodem ordine ſuccedit aliud medium (ſi modò plura adhibeantur ſubalterna) quod immediatè poſt illud aſſumitur, & ſic porrò de reliquis quoadusque ad finem veniatur. Ordo itaque intentionis eſt ſeries plurium ſecundùm cauſalitatem cauſæ finalis ſubalternorum: & ſimiliter ordo executionis eſt ſeries plurium ſecundùm cauſalitatem cauſæ effectricis ſubalternorum. Vtrumque ordinem ſubindicat Apoſtolus dum ait ad
8.30. Romanos de Deo: *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & iuſtificavit; quos autem iuſtificavit, illos & glorificavit.* Nam vocabulo *prædeſtinandi*, intentionem glorificandi mortales denotat: vt proinde in hoc ordine primum locum teneat glorificatio; ſecundum iuſtificatio, vtique perſeverans; tertium & vltimum vocatio. At è contrario in ordine executionis primum locum tenet vocatio, ſecundum iuſtificatio, tertium & vltimum glorificatio. Neque verò in rebus dumtaxat creatis ſibi invicem cauſaliter ſubalternis, ſed in ipſis etiam increatis divinę voluntatis actibus, ambo iſti ordines, ſecluſis imperfectionibus, reperiuntur. Etenim divina volitio quatenus præcisè reſpicit finem in certa rerum ſerie primarium, inchoat ordinem intentionis; quatenùs verò ad media eidem fini ſubordinata, ac inter ſe ſubalterna, gradatim porrigitur donec in vltimo ſiſtat, eundem ordinem complet & conſummat. Rurſus quatenùs reſpicit mediũ quod inter omnia à fine remotiſſimũ eſt, decernendo eius vſum ad præintenti finis conſecutionem, inchoat ordinem executionis; quatenùs autem inde vlteriùs quaſi gradatim porrigitur ad cætera media huic ſubordinata, ac inter ſe ſubalterna, donec attingat conſecutionẽ præintenti finis in quo ſiſtit, eundem ordinet complet & conſummat. Quando igitur in Obiectione aſſumitur, *Deus in tempore ſalvat propter merita*; indeque infertur, *Ergo ab æterno decrevit ac prædeſtinavit ſalvare propter merita*; ſi in conſequente verba *decernendi* & *prædeſtinandi* denotent actum divinæ voluntatis exequentis, verum eſt totum, ſed non facit ad propoſitum: quia quæſtio ventilatur non de voluntate exequente, quâ completur ordo executionis; ſed de intendente, quâ inchoatur ordo intentionis. Hæc quippe eſt quam illis affirmantibus nos negamus meritorum præviſione ſubniti. Vnde cùm vlteriùs in Obiectione ſubinferunt, *Non ergo gratis & ex mero ſuo beneplacito Deus ſalvare decrevit*, duplicem committunt amphibologiam: vnam in verbo, *decrevit*, aliam in voce, *gratis*. Nam verbum, *decrevit*, ſumi poteſt vel vt denotet *decretum* executorium quo finitur ordo executionis in actibus divinæ voluntatis, vel vt denotet *decretum* ſeu propoſitum prædeſtinatorium quo inchoatur ordo intentionis in eiſdem. Rurſus vox, *gratis*, poteſt ſumi vel vt determinet verbum, *ſalvare*; vel vt determinet verbum, *decrevit*. Si verbum, *decrevit*, ſumatur priori modo, conſequens eſt verum, ſed impertinens ad ſcopum præſentem, vt iam prænotavi-

mus : Si posteriori, distinguendum est consequens : aut enim sumitur iuxta eum sensum quo vox, *gratis*, determinat verbum, *decrevit*; & sic falsum est consequens & captiosa consequentia : aut iuxta alium sensum quo vox, *gratis*, determinat verbum, *salvare*; & sic verum est consequens, sed impertinens ad rem præsentem. Non enim hìc quæritur an Deus gratis salvet, aut decreverit salvare gratis; sed an gratis decreverit salvare. Quæ duo quantum differant, patet exemplo principis agonothetæ, qui verissimè dicitur *gratis* proponere bravium dare certantibus, non tamen dici potest proponere dare *gratis* bravium certantibus. Sicut ergo hic gratis quidem proponit seu apud se decernit dare bravium, nec tamen proponit aut decernit dare gratis bravium : ita Deus gratis decrevit salvare electos, nec tamen decrevit salvare gratis electos. Decretum porrò gratuitum salvandi electos Salvator ipse expressit verbo *complacendi*, vbi ait illis : *Complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Luc. 12.32

Maldonatus. In quem locum Maldonatus : 'Itaque (inquit) quod AB OMNIBVS hoc loco obsevatum, verum est, Significari hìc, regnum cœlorum GRATVITA DEI VOLVNTATE BENIGNITATEQVE esse nobis prædestinatum'. Sed an addendum quod Maldonatus continuò subnectit? Addendum prorsus, vt præscientiariæ prædestinationis patroni intelligant, se non solùm *ab omnibus*, vtique orthodoxis interpretibus dissidere, sed mirum etiam in modum errori heterodoxorum favere : 'Sed in eo (subdit ille) hæretici errant, quòd existiment, propterea quòd sine nostris meritis prædestinatum nobis est, & sine nostris meritis dari. Non magis id profectò consequitur, quàm si quis præmium illud, quod in stadio currentibus datur, sine meritis dari dicat; quia non currentium meritis, sed principis liberalitate factum est, vt illis proponeretur. Nam etsi nondum merentibus proponitur, non nisi merentibus ac vincentibus datur'. Perpendat iam lector, quantopere hæreticis faveant Præscientiarij. Hæretici sic ratiocinantur : Deus electos suos gratis & sine vllis meritis prædestinavit ad regnum : Ergo gratis & sine vllis meritis donat eis regnum. Præscientiariæ prædestinationis patroni sic ratiocinantur: Deus non donat electis suis regnũ gratis aut sine meritis : Ergo non eos gratis aut sine meritis prædestinavit ad regnum. Ubi dum ex oppositio consequentis hæreticorum inferunt oppositum antecedentis, manifestissimè approbant hæreticorum consequentiam : Omnis enim illa consequentia est legitima, ex cuius consequentis oppositio sequitur oppositum antecedentis. At, inquies, non approbant hæreticorum antecedens. Tanto certè magis temerarij sunt : quippe qui non solùm approbant consequentiam hæreticam, sed insuper improbant antecedens catholicum. Quanto meliùs approbarent antecedens *ab omnibus* orthodoxis interpretibus, fatente vel ipso suo Maldonato, assertum; quàm, eo spreto, consequentiam à solis hæreticis confictam? Judicet proinde lector, an non rectè à Lovanienſibus in Epilogo suæ *Censuræ* dictum sit de horũ

Lovanienſes. sententia : 'A pelagio non satis procul abscedit : Lutheri verò, Calvini, & reliquorum nostrę tempestatis hæreticorum sententiam, dum ab

,ea videri vult quàm longissimè recedere, potentiùsque debellare, magis etiam imprudens stabilit atque confirmat'. Non poterant sanè efficaciùs hæreticorum causæ hac in parte patrocinari, quàm approbando eorum consequentiam antecedente *ab omnibus* orthodoxis agnito subnixam. Vbi miror si in hac re cum hęreticis disputare audebunt. Nam si de antecedente instituatur disputatio, hæreticorum sententia gratuitam prædestinationem astruens, *ab omnibus*, vel Maldonato ipso teste, comprobabitur. Si verò de consequentia, eam ipsi non solùm cum hęreticis astruunt, sed omnibus viribus cõtra Catholicos firmant. Vasquezij axioma est: [g] 'Si quis apud se statuat dare aliquid ex seipso ,& gratis, non intuens merita, hoc etiam modo in executione donabit, nisi mutet voluntatem'. Quod fusè confirmat Vasquezij discipulus Luisius Turrianus Opusc. 6. Disput. 1. Dub. 8. & sequentibus, signanter Dub. 12. vbi ex professo concludit, 'Verum esse quod docuit Pater Vasquez, perseverantibus rebus vt modò sunt, non posse ,coniungi in Deo voluntatem efficacem dandi gloriam, ante prævisa ,merita; & voluntatem efficacem dandi illam eandem propter prævisa merita'. Hoc libentissimè audiunt moderni Sectarij: & subsumunt dicentes: Atqui datur in Deo voluntas efficax dandi gloriam, ante prævisa merita; provt *ab omnibus*, teste etiam Maldonato, agnoscitur: Ergo non datur in Deo voluntas efficax dandi eandem gloriam propter prævisa merita. Ac per hoc cùm Deus nihil faciat in tempore nisi ex aliqua voluntate quam habuit ab æterno, consequens omninò est, gloriam à Deo in tempore dari absque vllis meritis. Profectò tam impossibile apparet hæreticos sic ratiocinantes redargui à Molinistis, quàm Adrumetinos redargui à Semipelagianis, vel Manichęos à Pelagianis. Et tamen Molinistæ non verentur prædestinationis gratuitę assertoribus Lutheranismi aut Calvinismi calumniam impingere; imitantes in hoc Iulianum & Faustum Regiensem, Manichęismi crimen Augustino ac discipulis eius obiectantibus. Cur ergo nos pigeret cuivis Molinistæ nos Lutheranismi aut Calvinismi insimulanti regerere, quod Iuliano Manichæismum sibi obiectanti reposuit Augustinus: [h] 'Quomodò quemquam Manichæorum (*Lutheranorum* aut *Calvinianorum*) nomine, tanquam eorum adversarius, criminaris; cùm sic ab ,eorum parte consistas, vt vinci omnino non possint, nisi cum illis & ipse vincaris'? Et paulò infrà rursus ibidem: 'Vobis tam malitiosum ,venenũ antiqui draconis irrepsit, vt & Catholicos horrore Manichęi ,(*Lutherani* vel *Calviniani*) nominis infametis, & Manichæos (*Lutheranos & Calvinianos*) perversitate vestri dogmatis adiuvetis'. Et lib. 5. cap. 16. ait ad Iulianum, & nos ad Vasquezium vel alium quemlibet similiter Sophisticantem: 'Tu sanè inter argumentationes tuas, quibus ,te inaniter adversus mea verba contorques, identidem te Manichæos (*Lutheranos & Calvinistas*) adiuvare non vides'. Et ibidem paulò infrà 'Nunquid potest vinci Manichæus (*Lutherus* vel *Calvinus*, nisi

[g] *Vasq. in 1. p. Disp. 89. c. 11. n. 101.*

Turrianus.

[h] *Aug. l. 6. contra Iul. cap. 21. aliàs 9.*

cum illo & ipse vincaris'? Verùm quia de Lutheranismi ac Calvinianismi calumnia redibit iterum sermo in sequentibus, hic esto capitis huius finis.

CAPVT XIX.

Transitus ad solutionem Obiectionis quartæ, ex incommodis desumptæ, & cap. XII. §. 6. propositæ. Refelluntur ac retorquentur quatuor priora Incommoda ibidem memorata.

Ad Incommoda.

HActenus quasi manuarijs spiculis, nunc catapultarijs pilis nos impetunt præscientiarię prædestinationis patroni. Quæ pugnandi ratio ne assertoribus gratuitæ prædestinationis appareat terribilis, profuerit recolere quod de Augustino similibus pilis à Massiliēsibus olim impetito scribit Prosper: [a] 'Ea quę de fato (inquiens) & de duabus ,massis, duabusque naturis, stultissimo mendacio, intenti iniuriæ viri ,iactitant, neque ipsum (Augustinum) quidem onerant, in cuius li-,bris copiosissimè huiusmodi destruuntur errores: nec nos perturbāt, ,qui tales opiniones cum suis authoribus execramur. Sed videant ,quomodo se à dedecore istius exuant falsitatis, qui possunt tam inepta ,confingere, si hi, quorum abutuntur auribus, aliquantulum diligentię ,ad cognoscenda ea, quæ præstantissimus minister gratiæ disputavit, intenderint'. Animari præterea possunt ijdem gratuitę prędestinationis patroni illis Fulgentij verbis, de eodem Augustino dicentis: [b] 'Turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum cœlestis iuvaminis virtute confringens, ,non solùm ipse de hoste victoriam referens triumphavit; quin etiam ,posteris certandi & vincendi ordinem, siquando victa pravitas recidivo ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit'. De eodem Prosper sub initium libri adversus Collatorem, cùm pręmisisset: 'Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei catholica acies huius viri ductu pugnat & vincit': mox subdidit: 'Vincit, dico; quia non patitur respirare quos vicit'. Vbi quanquam de iam defuncto loqueretur, pręsentis temporis verbis vti maluit: quia vtique qui posteris certandi ac vincendi ordinem ostendit, in eis & per eos ipse certat & vincit. Quidni igitur & hodie mihi dicere fas sit: Mille ducentis & amplius annis contra inimicos gratiæ Dei catholica acies huius viri ductu pugnat & vincit: Vincit, dico; quia non patitur respirare quos vicit? Certè cùm non ita pridem doctrina Molinistarum coram Clemente VIII. tanquam de Pelagianismo suspecta sisteretur, certandi ac vincendi ordinem ex Augustino sumendum Clemens censuit: Cuius verba ad congregationem, *de Auxilijs* nuncupatam, recitat D. Le Bossu ibidem Consultor, & ex ipso Gibeufius in exordio Operis *de Libertate Dei & creaturæ*, in hunc tenorem: 'Quamvis nemini, nisi ,Deo, rationem reddere debeam mearum actionum; dicam tamen impręsentia-

1.

[a] *Prosp. Epist. ad Ruffin. c. 18*

[b] *Fulg. l. 2. de Verit. Prædest. cap. 18.*

Prosper.

Clement VIII.

„præſentiarũ rationes propter quas adſtringere ſtatui totã hanc diſpu-
„tationẽ ad NORMAM DOCTRINÆ S. AVGVSTINI DE GRATIA. Pri-
„ma eſt, quòd ſi teſte B. Proſpero ferè initio libri contra Collatorem,
„Viginti annorum ſpatio acies Eccleſiæ ita dimicavit pro gratia con-
„tra Pelagianos, vt tandem AVGVSTINO DVCE vicerit; oportet etiam
„vt in cauſa ſimili eundem ducem agnoſcamus & ſequamur. Secunda
„eſt, quòd idem SANCTVS nihil videatur prætermiſiſſe eorum, quæ ad
„præſentes controverſias pertinent; quandoquidem ſi agatur de neceſſi-
„tate gratiæ, eam deſcribit dicens, eſſe neceſſe vt nos præveniat, comi-
„tetur, & ſequatur: Si de vi, aſſerit vires efficaciſſimas præbere vo-
„luntati: Si de effectu, teſtatur facere de nolente volentem: Si de mo-
„do, aſſerit Deum id facere omnipotentiſſimâ facilitate: Denique ſic
„diſſolvit obiectiones, vt doceat, liberũ arbitriũ non tantùm benè cum
„illa gratia, quã defendit, cohærere; ſed etiã fieri liberius, quando ab illa
„fuerit liberatum. Tertia tandẽ ratio eſt, quòd cùm multi pontifices
„Prædeceſſores noſtri, doctrinę Sancti Auguſtini de gratia tam acres
„fuerint aſſertores ac vindices, vt quaſi hæreditario iure eam in Ec-
„cleſia relinqui voluerint, æquum non eſt vt patiar illam hâc quaſi
hæreditate privari'. Neque verò obſtat, quòd Pontifex non exprimat Præoccupatio.
hìc Auguſtini de Prędeſtinatione doctrinam, ſed duntaxat de gratia.
Nam vt ſuperiùs cap. 13. & 14. oſtenſum eſt, ambę iſtę doctrinæ ita
ſibi invicem cohæreſcunt, vt de vtraque habeatur dictum, quicquid
fuerit de alterutra pronunciatũ. Vnde & Paulus V. Clementis defun- *Paulus V.*
cti mediatus ſucceſſor, cùm controverſiam reſumptam ad exitum per-
duxiſſet, Diploma compilari iuſſit, quo cauſam de prædeſtinatione
perinde ac de gratia decidere conſtituit; ſed cuius promulgationem
commiſeratio erga Moliniſtas, à Venetis per id tempus afflictos &
ejectos, retardavit. Quanquam autem hocce Diploma, ob nondum
ſubſecutam promulgationem, non liget; ex eo tamen mens Congrega-
tionis & intentio Papæ perſpicuè apparet. Atque vt omittam quæ de
Auguſtini authoritate in Narrativa præmittuntur, in Diſpoſitiva con-
demnantur quinquaginta articuli Moliniſtarum, quorum quadrageſi-
mus ſecundus ita ſonat ad verbum: *Cùm libertate arbitrij non poteſt con-* *Moliniſta.*
ſiſtere, quòd Deus antecedenter ad ſcientiam de conſenſu hominis futuro præde-
ſtiniat abſolutè, vt quis vocationi ſuæ conſentiat. Nec mirum ſanè, illud à
Pontifice damnari, cùm ſit ipſiſſimum dogma veterum Maſſilienſium, *Maſſilienſes*
apud Proſperum in Epiſtola ad Auguſtinum aſſerentium, *Removeri*
omnem induſtriam, tolliq; virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præveniat vo-
luntates: & ſub hoc prædeſtinationis nomine fatalem quandam induci neceſſi-
tatem. Unde & pridem ante diſputationem Romanam ſub Clemente
VIII. cœptam & ſub Paulo V. reſumptam atque ad exitum quem
diximus perductam, vtraque Academia Belgica hunc Moliniſtarum
Articulum ordine 23.^m cenſuravit: *Si electio eſt ad certum gloriæ gradum:* *Moliniſta.*
Igitur omnia opera iuſtorum debent abſolutâ Dei voluntate eſſe præordinata,
nec poterunt aliter, nec aliud operari, quàm ſit à Deo præordinatum: quod eſt

contra

contra libertatem. Cuius quidem Articuli cenſuram hiſce verbis terminant Lovanienſes: 'Talis ratiocinatio non modò vt improbabilis, ,verumetiam vt ſanæ doctrinæ præiudicans & adverſa, planè eſt fugienda'. Porrò cùm adverſarij in Articuli defenſione perſiſterent, atque pro eo perinde ac pro cęteris vnà proſcriptis *Apologiam* cuderent; Lovanienſes in *Iuſtificatione cenſuræ* ſuæ cap. 4. n. 80. oppoſuerunt eis Cenſuram pridem latam à Sixto IV. adversùs Articulum Petri de Rivo, Philoſophi quondam Lovanienſis; cui tota moles Moliniſticę doctrinæ de incompatibilitate prædeſtinationis anteceſſoriæ cum arbitrij libertare incumbit: 'Eſt ante annos 112. (aiunt ibi Lovanienſes) ,in hac Vniverſitate cuiuſdam Petri de Rivo hęc primùm cenſurata, ,deinde verò in Vrbe Roma ſub Sixto IV. damnata, & ab ipſo præ-,ſente revocata propoſitio: *Quod ex inimpedibili per neceßariã ſequitur conſequentiam, hoc inimpedibile eſt, ac neceßarium.* Quid autem aliud iſti di-,cunt, cùm ſic aiunt: *Deus ita præordinat, vt poßit non præordinare; nos autem ,facere non poſſumus vt in ſua æternitate non ita præordinet; vnde manet ipſe ,liber, nos liberi ſimiliter non manemus.* Quorum & alibi hoc eſt axioma: ,*Quando aliqua ſuppoſitio non eſt in noſtra poteſtate vt ea ponatur vel non ponatur, id quod per neceßariam conſequentiam ex ea ſequitur, abſolutè neceſſarium eſt*'. Rurſus cùm adverſarij in eadem ſua *Apologia* obtenderent, oppoſitam aſſertionem teneri ab hæreticis tanquam fundamentum evacuandi libertatem arbitrij: reſponderunt Lovanienſes cap. 10. eiuſdem ſuę *Iuſtificationis*: 'Neque verò pertinere ad nos debet, quid ex ea ,doctrina efficere hæretici moliantur; quorum mos eſt ille notiſſimus, ,ex veris malè ratiocinando falſa colligere, adeoque ex Scripturis cer-,tiſſimis ſua dogmata ſtabilire. Vt non ergo neganda propterea Scrip-,tura eſt, quòd eam hæretici erroris ſui ſternant fundamentum: ita ,nec propterea illa de providentia Dei, & abſolutâ rerum præordina-,tione, ſubvertenda doctrina eſt, quòd eâ hæretici ad liberum arbi-,trium ſubvertendum tanquam fundamento abutantur. Quorum pro-,fectò cauſam & partes multùm adiuvat Apologia, quando ſic ratioci-,natur: *Quod abſolutâ & efficaci voluntate ante præviſionem omnem determi-,nationis cauſarum ſecundarum decretum eſt, nulla creata potentia impedire po-,teſt. Vbi igitur contingentia & libertas?* Nam ſi talis divinæ voluntatis ,poſitio contingentiam tollit: Ergo revera probabiliter ipſa in rebus ,contingentia tollitur; vincitque iam hæreſis Eccleſiam hac in parte, ,ſaltem probabiliter: quia probabili ratione, & eâ quæ defendi poteſt aſſumptione, ad evertendam contingentiam nititur'. Hìc recolenda denuò ſunt, quę ſub finem præcedentis capitis contra ſimilem Moliniſtarum ſophiſticationem, & ad illudendum imperitis excogitatam terriculationem dicta ſunt: [c] 'Nihil aliud nitentium (vt de Pelagianis ,Catholicos Manichæiſmi ſimiliter inſimulantibus aiebat olim Au-,guſtinus) niſi vt horribili hæreſi obiectâ, cuius ſe adverſarios confingunt, lateant inimici gratiæ in laude naturæ'. Sed an addendum quod Auguſtinus ibidem inferiùs ſubtexuit? Addendum prorſus, vt vel imperiti

Lovanienſes.

[c] *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 1.*

periti advertant, Molinistas à Pelagianis istam terrendi praxin didicisse: 'Pelagiani (subdit ille) hoc benè faciunt, Manichæis anathema ,dicere, & eorum erroribus contradicere: sed faciunt duo mala, qui-,bus & ipsi anathematizandi sunt: Vnum, quòd Catholicos Mani-,chęorum (*Calvinistarum* aut *Lutheristarum*) nomine criminantur: Al-,terum, quòd etiam ipsi hęresim novi erroris inducunt: neque enim ,quia Manichęorum morbo non laborant, propterea fidei sanę sunt. ,Non vnum pestilentiæ est genus, quemadmodum in corporibus, ita ,& in mentibus. Sicut ergo medicus corporis non continuò pronun-,ciasset à mortis periculo liberum, quem negasset hydropicum, si alio ,læthali morbo perspexisset ægrotum: ita istis non ideò veritas gra-,tulatur, quia Manichęi (*Calvinista* vel *Lutherista*) non sunt, si alio genere perversitatis insaniunt'. Plura in eandem rem videri possunt ibidem in consequentibus, signanter sub finem capitis secundi. Quibus & illud addendum ex libro 3. eiusdem Operis cap. 9. 'Excogitaverunt, ,Manichęorum (*Calvinistarum*) detestabili nomine imperitos, quos po-,tuerint, deterrere; ne adversùs eorum perversissima dogmata aures accommodent veritati'. Et paulò infrà ibidem: 'Ecce vnde se putant ,hæretici novi, Manichæorum (*Calvinistarum* &c.) nomine obiecto, ,vim subterfugere veritatis. Sed non subterfugiunt: Insequitur quippe illa, & simul Manichęos Pelagianosque subvertit'. Et rursus inferiùs in finalibus verbis: 'Utrosque igitur catholica fides, sicut & ,cæteros hæreticos, adversarios invenit: vtrosque divinorum testimoniorum authoritate, & luce veritatis convincit'. Sed nec omittẽdum illud, quod Facultas Lovanienſis in Præfatione *Iustificationis* iam memoratæ scribit de *Apologia* Adversariorum pro suis Articulis pridẽ ab ipsa censuratis: 'Displicet in eadem *Apologia* non parùm, quòd quẽ-,admodum olim Pelagiani, erroris ab Augustino notati, dum ei Ma-,nichęismum regerunt, quia liberum arbitrium inter cætera videri vo-,lebant ab eo sublatum; Manichęorum nescientes iuvarent causam: ,ita isti dum pro Pelagianæ affinitatis admonitione eundem nobis ,Manichæismum, hoc est, mutato nomine Calvinismum, obijcere stu-,dent; Calvinistarum partes magnopere promoveant, eosque in suo errore confirment'.

2. Ex his satis claret, quantopere hallucinati sint Primores illi Societatis, qui, vt cap. 17. §. 1. memoravimus, sententiam Molinæ ab vniversa Societate defendendam censuerunt ac sanxerunt, tanquam *inprimis idoneam ad obluctandum hæreticis sæculi nostri*. Vsqueadeò enim ad obluctandum hæreticis sæculi nostri idonea non est, vt ij nullatenus vinci possint, nisi cum ijs & illa vincatur. Quemadmodum enim stante Pelagianismo invincibilis est Manichæismus, ita stante Molinismo invincibilis est Calvinismus & Lutheranismus. Patet hoc ex fulcro cui ambo pariter incumbunt; & quo stante simul stabunt, vel subverso subsident; quod est huiusmodi: *Prædestinatio antecedens Dei non stat cum libertate humani arbitrij*. Sub hoc quippe assumpto subsumunt hę-

retici

Hæretici. retici: *Sed ſtare debet prædeſtinatio anteceſſoria Dei.* Atque ita concludunt: *Ergo ſtare nequit libertas humani arbitrij.* Sub eodem aſſumpto ſubſumũt *Moliniſtæ.* Moliniſtæ: *Sed ſtare debet libertas humani arbitrij.* Atque ita concludunt: *Ergo ſtare nequit prædeſtinatio anteceſſoria Dei.* Hæreticorũ axioma apud *Hæretici.* Ruardum in Explicatione Articuli 7. eſt: *Quandoquidem omnia quæ eveniunt, neceſſariò iuxta divinam prædeſtinationem eveniant, nulla eſt arbitrij noſtri libertas.* Molinæ ſententia in Obiectione à nobis relata, eſt: *Molinista.* *Certè non video quânam ratione patentiſſima libertas arbitrij noſtri, quam experimur, quæque tam apertè in Scripturis Sanctis traditur, cum divina prædeſtinatione ita explicata cohærere valeat.* Quæ duæ aſſertiones in hoc conveniunt, quod conſequentiam ab anteceſſoria prædeſtinatione Dei ad evacuationem libertatis humani arbitrij aſtruant; licet vna antecedens ſupponat, altera non ſupponat, ſed ex falſitate conſequentis falſitatem eius colligere intendat. Pro pleniore horum intelligentia proderit recolere quę Didacus Alvarez Archiepiſcopus Tranenſis libro vltimo *Alvarez.* Reſponſionum cap. 1. n. 16. ſcribit his verbis: 'Radix ex qua error ,Calvini, Lutheri, & ſequacium, ortum habuit, ea eſt, quam aſſignat ,Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Gratia & libero Arbitrio cap. 16. ,§. *Ex his*: Et nos eam latè proſecuti ſumus Diſputatione 121. de Au- ,xilijs numero 8. & libro 2. Reſponſ. capite 2. numero 8. quia ,putavit per decretum abſolutum Dei, quo ab ęterno prędeſi- ,nivit omnes actus contingentes & liberos futuros in tempore, deſtrui ,libertatem arbitrij, & rerum contingentiam tolli, omniaque ex ne- ,ceſſitate abſoluta provenire. Vnde admittit decretum illud Dei ex- ,trinſecum: in quo non erravit, nec propter hoc damnatus fuit ab Ec- ,cleſia; ſed quia negavit liberum hominis arbitrium. Similiter è con- ,verſo Pelagius, & ſequaces, non valentes intelligere qualiter effica- ,cia prævenientis gratię quâ Deus facit nos velle hoc vel illud, cohę- ,rere cum arbitrij noſtri libertate, quam experimur, conceſſerunt eſſe ,in homine liberum arbitrium, & negaverunt prævenientem gratiam ,efficacem, & eius neceſſitatem ad implendum omnia divina mandata. ,Videant ergo, rogo, & attentè conſiderent, qui dicunt cum decretis ,Dei abſolutis & efficacibus cohærere non poſſe creati arbitrij liberta- ,tem, cuiuſnam cauſam agant, an Sancti Auguſtini, an potiùs eorum ,qui ſępiſſimè obijciebant Auguſtino, quòd per gratuitam prædeſti- ,nationem & gratiam, quam defenderat, arbitrij libertatem evertebat, & fatalem quandam inducebat neceſſitatem'. Quę omnia fusè ſatis & accuratè proſequitur Ioannes à Sancto Thoma, Regis Catholici nuper Confeſſarius, tomo 1. in 1. p. Diſp. 20. ar. 5. 6. & 7. Verùm quia Moliniſtę, etſi non Thomiſtas, ſaltem ipſum Thomam ſe revereri profitentur, operę prętium fuerit, eorum fundamantum referre, ab ipſo Thoma ſibi obiectum, atque reiectum: obiectum quidem his

[d] *D. Tho. 1. p. q. 19. art. 8. in 3. Argumento.* ,verbis: [d] *Illud quod habet neceſſitatem ex priori eſt neceſſarium abſolutè: Sicut animal mori eſt neceſſarium, quia eſt ex contrarijs compoſitum. Sed res creatæ à Deo comparantur ad voluntatem divinam ſicut ad aliquid prius, à quo habent*

bent neceſſitatem : cùm hac conditionalis ſit vera, Si aliquid Deus vult, illud eſt; Omnis autem conditionalis vera eſt neceſſaria. Sequitur ergo, quòd omne quod Deus vult, ſit neceſſarium abſolutè : Reiectum denique his verbis in ſolutione ad 3.[m] : 'Ad tertiũ, dicendũ, quod poſteriora habent neceſſitatẽ ,à prioribus ſecundùm modum priorum. Vnde & ea quæ fiunt à vo-,luntate divina, talem neceſſitatem habent, qualem Deus vult ea ha-,bere, ſcilicet vel abſolutam, vel conditionalem tantùm. Et ſic non omnia ſunt neceſſaria abſolutè'. Quia nimirum non vult Deus omnia habere neceſſitatem abſolutam : non enim illa quæ ex ſua natura exi-gunt contingentiam. Vnde & ſuperiùs in Corpore Articuli idem prę-miſerat : 'Cùm voluntas divina ſit efficaciſſima, non ſolùm ſequitur, ,quòd fiant ea quæ Deus vult fieri, ſed quòd eo modo fiant quo Deus ,ea fieri vult. Vult autem Deus quędam fieri neceſſariò, quædam cõ-tingenter'. Et in Solutione ad 2.[m] Argumentum fundatum in iſtis
19 Apoſtoli verbis, *Voluntati enim eius quis reſiſtit?* 'Ad ſecundum (in-,quit) dicendum, quòd ex hoc ipſo quòd *nihil voluntati divinæ reſiſtit*, ſe-,quitur, quòd non ſolùm fiant ea quę Deus vult fieri, ſed quòd fiant contingenter vel neceſſariò, quæ ſic fieri vult'. Et ibidem in Solutione ad 1.[m] Argumentum fundatum in iſtis Auguſtini verbis, *Nullus fit ſalvus, niſi quem Deus voluerit ſalvari : Et ideò rogandus eſt vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit* : 'Ad primum (inquit) dicendum, quòd per illud ,verbum Auguſtini intelligenda eſt neceſſitas in rebus volitis à Deo ,non abſoluta, ſed conditionalis : Neceſſe eſt enim hanc conditionalẽ veram eſſe : Si hoc vult, neceſſe eſt hoc eſſe'. Videri in eandem rem poteſt ibidem inferiùs q. 22. ar. 4. & 1. 2. q. 10. ar. 4. & q. 23. de Veritate ar. 5. & lib. 3. contra Gentes cap. 73. & lib. 1. contra Gentes cap. 85. quod his verbis concluditur : 'Non ſequitur, Si Deus vult ,aliquid, quòd illud de neceſſitate eveniat; ſed quòd hæc conditiona-,lis ſit vera & neceſſaria : Si Deus aliquid vult, illud erit. Conſequẽs autem non oportet eſſe neceſſarium'. Quam doctrinam Angelicus Doctor à Facultate Pariſienſi hauſerat, in qua vtique dogma contrarium, quod à Moliniſtis hodie reſuſcitatur, damnatum fuerat etiam Epiſcopali iudicio priuſquàm ille eò diſcendi cauſa veniſſet. Patet hoc ex Catalogo Errorum Pariſijs damnatorum, ad calcem Magiſtri Sentẽtiarum adiecto, & Bibliothecæ Patrum Tom. 4. inſerto, ſub hoc titulo : *Articuli condemnati à D. Stephano Pariſienſi Epiſcopo, de Conſilio Magiſtrorum Theologiæ, Anno Domini 1226. die Dominica qua cantatur, Lætare Hieruſalem, in Eccleſia Pariſienſi, vbi excommunicavit in ſcriptis omnes qui eos docuerint & defenderint.* Diſtribuuntur hi Articuli per ſedecim capita ſeu claſſes, pro diverſitate materiarum quas concernunt. Prima claſſis continet Articulos 49. de Deo tractantes, quorum quadrageſimus quintus ita ſonat : *Aliqua poſſunt caſualiter evenire reſpectu primæ cauſæ : & falſum eſt omnia eſſe præordinata à prima cauſa, quia tunc evenirent de neceſſitate.* Cuius Articuli pars poſterior ipſiſſimum eſt Moliniſtarum dogma, cui Obiectionem quam elidimus ſuperſtruunt. Unde

Vide Aug. Enchir. cap. 103.

Vide D. Thom. in Compendio Theologiæ cap. 140.

Cenſura Pariſienſis.

mirum non eſt, Pariſienſes poſt centum & ampliùs à priori cenſurâ annos, condemnaſſe tres Articulos de Prædeſtinatione præſcientiaria à Ioanne de Mercuria aſſertos, & prædamnato fundamento ſuperſtructos, de quibus ſuperiùs cap. 13. §. 6. diſſeruimus. Mirum ſimiliter non eſt, Facultatem Lovanienſem condemnaſſe, ac à Sixto IV. condemnari procuraſſe conſimilem Articulum, à Petro de Rivo poſt ducentos & ampliùs annos reſumptum, *Quod ex inimpedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiam inimpedibile eſt ac neceſſarium.* Cui planè parallela eſt iſta Leſſij poſitio Tract. de Gratia cap. 3. n. 17. *Quando ſuppoſitio non eſt in mea poteſtate, neque pendet ex aliquo quod ſit in mea poteſtate; & aliàs illa ſuppoſitione poſitâ non poſſum impedire quin ex ea ſequatur effectus, eò quòd hic neceſſariam cum illa ſuppoſitione coniunctionem habeat; tunc impedit libertatem voluntatis.* Sed audi quid ille ſub hac poſitione ſubſumat, quidque ex aſſumpto ac ſubſumpto concludat; & perſpicies quàm impensè modernis hæreticis, libertatem arbitrij cum anteceſſoria prædeſtinatione conſiſtere negantibus, faveat: *Talis autem ſuppoſitio* (ſubdit ille) *eſt decretum divinum, & impreſsio illa determinans: Ergo tollit libertatem.* Vidit ſanè Leſſius conſonantiam Aſſumpti ſui cum Articulo Rivano, per Sixtum IV. poſt Lovanienſes damnato; ſed quia ſubterfugiendi damnationem nulla rima occurrit, eam ſilentio præterire quàm ſibi obijcere maluit. Sed attende pauliſper quid eius diſcipuli nuper excogitarunt: Cùm rem Lovanij notiſſimam inficiari, vel in dubium revocare, non auderent; ſubornarunt quendam è ſuis, procul à Belgio natum & educatum, qui hiſtoriam in Belgio exploratiſſimam diſquiſitioni ſubijceret, & ſublimibus coniecturis refellere ſatageret. Sed quia his coniecturis poſtmodùm reſponſum eſt à Franciſco Sylvio in ſecunda editione Commentarij ſui in 1. p. q. 19. ar. 8. ſuffecerit nunc addere quæ ex fideli atteſtatione Facultatis Theologicæ Lovanienſis didiciſſe ſe teſtatur Archiepiſcopus Tranenſis: [c] 'Tempore ,Sixti IV. (ait ille) circa Annum Domini 1473. quidã Petrus de Ri,vo quandã aſſeruit propoſitionẽ non modicùm faventẽ Pelagianis, ,& futuris Calvinianis & Lutheranis. Erat hæc aſſertio ſeu axioma: ,*Quod ex inimpedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiã, hoc inimpedibile eſt ,ac neceſſarium.* Circa prædictum axioma fuit tempore memorati Sixti ,IV. magna concertatio & diſſenſio inter Doctores Facultatis Theo,logię Univerſitatis Lovanienſis ex vna parte, & Petrum de Rivo ,ſuperiùs commemoratum ex altera. Jlli validiſſimis argumentis ean,dem aſſertionem damnabant, iſte verò illam defendebat, & catholi,cam eſſe contendebat. Fuit hæc controverſia Romam ad Sixtum IV. ,delata; & re benè diſcuſsâ, eadem aſſertio Petri de Rivo fuit ab eo,dem Sixto damnata, & ab ipſo præſente revocata: UT EX FIDELI ,TESTIMONIO DOCTORVM FACVLTATIS THEOLOGIÆ VNIVERSITATIS LOVANIENSIS ACCEPI. Sed nec illud prætereundum, quòd eadem Facultas Lovanienſis triennio poſt mortem Archiepiſcopi Alvarez, requiſita à R.mo Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, per

Petrus de Rivo.

Leſſius.

Vide Lugo de Incarn. Diſp. 26. ſect. 6. n. 72 & ex ipſo Paulum Leonardum de Sciẽtia media, parte 3. Sect. 8. Sylvius.

[c] Alvarez lib. de Origine Pelagiana hæreſis c 32. n. 7. Vide Ioan. à S. Thoma in 1 ſ. Diſp. 20. ar. 6

Digitized by Google

per Actam solemnem die 1. Martij 1635. datam, declaraverit, *Se prædicti Articuli damnationem* PRO CERTA AC INDVBITATA HABERE. Cui profectò declarationi, ac solemni asseverationi, nemo sanæ mentis ambiget potiùs esse credendum, quàm extraneis Scriptoribus, qui Lovanium, controversiæ Rivanæ theatrum, non aliter vnquam quàm fortè in tabulis geographicis viderunt. Nam controversia ista, vt in Præfatione *Iustificationis* eadem Facultas commemorat, Vniversitatem Lovanienſem non parum exercuit; & Romæ, agente procuranteque ipsâ Facultate, à Sixto IV. demùm decisa fuit. *Facultas Lovaniensis.*

3. Ad Obiectionem itaque ex prætenso libertatis excidio desumptam respondetur, tantum abesse quod antecessoria prædestinatio libertatem arbitrij evertat, vt potiùs è contrario eandem stabiliat: [f] 'Voluntas ,libera (inquit Augustinus) tanto erit liberior, quanto sanior; tanto autem sanior, quanto divinæ misericordiæ gratiæque subiectior'. Vnde & idem Epist. 105. ad Sixtum, prædestinationis retributionariæ assertores, ac gratuitæ tanquam liberi arbitrij eversivæ osores, non dubitat appellare liberi arbitrij deceptores: 'Hìc iterum isti (inquiens) ,liberi arbitrij defensores; imò deceptores, quia inflatores; & inflato-,res, quia præsumptores: non adversùm nos, sed adversùs Evangeliũ ,locuturi, quid aliud dicunt, quàm id quod Apostolus sibi, quasi à Rom.9.19. ,talibus diceretur, obiecit: *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam* VOLVNTATI EIVS QVIS RESISTIT'? Ecce totam Obiectionis ex prætensa libertatis eversione petitæ molem pauculis istis verbis ab Apostolo perstrictam, *Voluntati eius quis resistit?* Nunquid enim ista percontatio per omnia similis est illi Lessianæ in Obiectione relatę, *Quis speret se posse efficere vt non fiat quod Deus ita absolutè decrevit fieri?* Subdit porrò Augustinus continuò ibidem: 'Hanc contradictionem ,sibimetipsi tanquam ab altero opposuit Apostolus, velut ex eorum Rom.9.18. ,voce qui nolunt accipere quod superiùs dixerat, *Ergo cuius vult miserétur, & quem vult obdurat.* Talibus itaque dicamus cum Apostolo, Rom.9.20 ,neque enim meliùs illo invenire possumus quid dicamus: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo*'? Et rursus Epistolâ proximè sequenti: 'Ergo, inquit, *cuius vult misereturr, & quem vult obdurat*: profectò neutrum ,aliquâ iniquitate, sed vtrumque misericordiâ & veritate: & adhuc ,tamen AVDAX MOVETVR INFIRMITAS, EORVM SCILICET, QVI ,SECVNDVM CONIECTVRAS CORDIS HVMANI INSCRVTABILEM ,ALTITVDINEM IVDICIORVM DEI COGITARE CONANTVR. Hanc ,quæstionem sibi ex adverso opponens Apostolus, ait: *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit?* HOC NOBIS ,DICTVM PVTEMVS. Quid ergo aliud quàm quod respondit Apo-,stolus, respondere debemus? Aut si nos talia movent, quia & nos ,homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem; *O homo tu quis es, qui respondeas* DEO'? Huius Apostolicæ responsionis seu obiurgationis congruentia facilè perspicitur ex eis quæ præcedenti §. ex Angelico Doctore 1. p. q. 19. ar. 8. ad 2.m descripsimus his verbis: *Ad Incommodum primum de* LIBERTATE. *Lessius. Augustinus.*

[f] *Aug. Epist. 89 q. 1.*

Digitized by Google

D. Thomas. 'Dicendum, quòd ex hoc ipso quòd *nihil voluntati divinæ resistit*, sequi-,tur, quòd non solùm fiant ea quæ Deus vult fieri, sed quòd fiant cõtingenter vel necessariò, quę sic fieri vult'. Etenim qui hoc cogitat, facilè animadvertit, falsò & inaniter se respondere Deo, tanquam qui ei arbitrij libertatem irresistibili suâ voluntate ademerit; cùm potiùs ex divinæ voluntatis irresistibilitate incolumitas arbitrij humani sequatur. Nam vt alibi idem ait: [g] 'Voluntas divina non solùm se ex-,tendit vt aliquid fiat per rem quam movet, sed vt etiam eo modo fiat ,quo congruit naturæ ipsius: Et ideò magis repugnaret divinæ mo-,tioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suæ naturæ non cõpetit; quàm si moveretur liberè, provt competit suæ naturæ'. Et in Compendio Theologiæ cap. 140. 'Voluntas Dei (inquit) cùm sit vni-,versalis rerum causa, non solùm est de hoc quòd aliquid fiat, sed vt ,sic fiat. Hoc igitur AD EFFICACIAM DIVINÆ VOLYNTATIS PER-,TINET, vt non solùm fiat quod Deus vult, sed vt hoc modo fiat ,quo modo illud fieri vult. Vult autem quædam fieri necessariò, & ,quædam contingenter; quia vtrumque requiritur ad completum esse ,vniversi. Vt igitur vtroque modo res provenirent, quibusdam apta-,vit necessarias causas, quibusdam verò contingentes: vt sic dum quæ-,dam fiunt necessariò, quædam contingenter, divina voluntas efficaciter impleatur'. Sed fortè adhuc non deerit qui respondeat Deo, & dicat: Quomodo cum tanta superioris voluntatis efficacia stare potest inferioris indifferentia & volitionis contingentia? [h] 'Si Deus (respon-,det alibi idem) movet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni ,quòd voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibile sim-,pliciter: vnde non sequitur, quòd voluntas à Deo ex necessitate moveatur'. Ad salvandum itaque efficaciam divinæ voluntatis sufficit impossibilitas ei contraeundi in sensu composito, quæ benè stat cum possibilitate ad oppositum in sensu diviso. Hìc iterum insurgunt adversarij, dicentes: Impossibilitas in sensu composito derogat libertati, quando provenit ex hypothesi semel posita & iam inimpedibili. Talis autem est hyppothesis antecessoriæ voluntatis Dei. Ergo &c. Respondeo, hanc esse veterem cantilenam authoris Articulorum Parisiensium, & Petri de Rivo, iam suprà explosam; quam istis tantopere iam arridere mirandum est: præsertim cùm etiam ante mille annos ab Adrumetinis Monachis & Massilienfibus decantata, per Ecclesiam ministerio Augustini suppressa sit. Profectò enim sicut hodie Calviniſmi & Molinisſmi, ita olim Adrumetinisſmi & Semipelagianisſmi fundamentum fuerat axioma Rivanum, *Quod ex inimpedibili per necessariam sequitur consequentiam, hoc inimpedibile est ac necessarium*: Et sicut hodie Calviniſtæ eo axiomate impugnant arbitrij libertatem, & Moliniſtæ antecessoriam Dei prædestinationem; ita olim eodem Adrumetini impugnarunt arbitrij libertatem, & Semipelagiani antecessoriam Dei prædestinationem: [i] 'Quoniam sunt quidam (ait Adrumetinis Augustinus) qui sic gratiam Dei defendunt, vt negent hominis liberum

[g] D. Th. 1. 2. q. 10. ar. 4. ad 1.[m] *Vide eund l. 6. Metaphys. lect. 6. & Bened. Pererium l. 8. de Naturalium rerum Principijs cap. 8. & 9.*

Scrupulus.

Excutitur.

[h] D. Thom. 1. 2 q. 10. ar. 4. ad 3.[m]

Instantia.

Diluitur.

[i] *Aug. lib. de Grat. & libero Arbit. c. 1.*

,berum arbitrium; aut quando gratia defenditur, negari exiſtiment li- *Adrumetini.*
,berum arbitrium: hinc aliquid ſcribere ad veſtram charitatem, Va-
,lentine Frater & cæteri qui ſimul Deo ſervitis, compellente mutuâ
charitate curavi'. Et rurſus Epiſt. 46. ad eoſdem ſub initium: 'Ve-
,nerunt ad nos (inquit) duo iuvenes, Creſconius & Felix, de veſtra
,congregatione ſe eſſe dicentes; qui nobis retulerunt, Monaſterium ve-
,ſtrum nonnullâ diſſenſione turbatum, eò quòd quidam in vobis ſic
gratiam prædicent, vt negent hominis eſſe liberum arbitrium'. Semi-
pelagiani, apud Proſperum in Epiſtola ad Auguſtinum, contende-
bant, 'Removeri omnem induſtriam, tolliſque virtutes, ſi Dei conſti- *Maſſilienſes.*
,tutio humanas præveniat voluntates: & ſub hoc prædeſtinationis no-
mine fatalem quandam induci neceſſitatem'. Quemadmodum igitur
nunc Calviniſtæ & Moliniſtæ, ita olim Adrumetini & Semipelagiani
concorditer cenſuerunt, *Ex inimpedibili Dei præmotione ſive conſtitutione conſequi liberi arbitrij everſionem.* Subſumebant porrò Adrumetini, *Sed admittenda eſt inimpedibilis præmotio vel conſtitutio Dei:* Atque ita concludebant, *Ergo admittenda eſt everſio liberi arbitrij.* Subſumebant autem è contrario Semipelagiani, *Sed admittenda non eſt liberi arbitrij everſio*: Atque ita concludebant, *Ergo admittenda non eſt inimpedibilis præmotio Dei vel conſtitutio.* Unde mirum non eſt, Proſperum in Epiſtola præcitata ad Auguſtinum ſcripſiſſe, Maſſilienſes ſimilibus motos fuiſſe ratiunculis, quibus pridem Adrumetini fuerant turbati: 'Cùm aliquamdiu *Proſper.*
,(ait ille ibi de Maſſilienſibus) tarditatem ſuam culpare maluerint,
,quàm non intellecta reprehendere; quidamque eorum lucidiorem ſu-
,per hoc atque apertiorem Beatitudinis tuæ expoſitionem voluerint
,poſtulare: evenit ex diſpoſitione miſericordiæ Dei, vt cùm quoſdam
,intra Africam SIMILIA MOVISSENT, librum de Correptione & Gra-
,tia, plenum divinæ authoritatis, emitteres. Quo in notitiam noſtram
,inſperatâ opportunitate delato, putavimus omnes querelas reſiſten-
,tium ſopiendas: quia vniverſis quæſtionibus, de quibus conſulenda
,erat Sanctitas tua, tam plenè illic abſolutèque reſponſum eſt, quaſi
,hoc ſpecialiter ſtudueris, vt quæ apud nos erant turbata compone-
res'. Et revera ſicut liber iſte Auguſtini de Correptione & Gratia ſufficere debuiſſet tunc Adrumetinis & Maſſilienſibus, ex vno falso principio diverſa & adverſa concludentibus: ita ſufficere deberet & nunc Calviniſtis & Moliniſtis, ex eodem falſo principio diverſa & adverſa concludentibus. Verùm quemadmodum tunc ex iſtius libri lectione non profecerunt, ſed averſiores evaſerunt Maſſilienſes, perſuaſionis ſuæ præpediti obſcuro: ita nunc non proficiunt, ſed averſiores fiunt non ſolùm Calviniſtæ, ſed & Moliniſtę, perſuaſionis ſuæ præoccupati obſcuro. Vt proinde non minùs nunc quàm tunc verum ſit, quod Proſper verbis proximè citatis ſubtexuit: 'Recenſito autem hoc Bea-
,titudinis tuæ libro, ſicut qui ſanctam atque Apoſtolicam doctrinæ
,tuæ authoritatem antea ſequebantur, intelligentiores multò inſtru-
,ctioreſque ſunt facti: ita qui perſuaſionis ſuæ impediebantur obſcuro,

aversiores quàm fuerant recesserunt'. Subdit porrò continuò Prosper, quod non minùs nunc Molinistis quàm tunc Massilienſibus appositè congruit: 'Quorum tam abrupta dissensio primùm propter ipsos me-,tuenda est; ne tam claris, tamque egregijs in omnium virtutum stu-,dio viris, spiritus Pelagianæ impietatis illudat: ne simpliciores qui-,que, apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reve-,rentia, hoc tutissimum sibi æstiment, quod audiunt eos, quorum au-thoritatem sine iudicio sequuntur, asserere'. Liceat verò mihi de his nostris nunc vsurpare, quod de illis suis idem Prosper in Epistola ad Ruffinum pio voto vsurpavit, dicens: 'Ego quidem etiam hoc de di-,vitijs misericordiæ Dei spero, quòd quos nunc libero falli arbitrio ,suo, & ab humilitatis via patitur evagari, non vsquequaque, neque ,in finem sit intelligentiâ fraudaturus: sed hunc ipsum in longinquio-,ra progressum ideò ab eo tardiùs revocari, vt opus gratiæ eius maio-,re gloriâ celebretur, cùm sibi etiam adversantium corda subdiderit, ,quibus de virtutum studio exortum est periculum, & de morum pro-bitate discrimen'. Quò longinquiùs in oppugnatione gratiæ ac per-secutione authoris eius progressus fuerat Saulus, eò maiore gloriâ in eius conversione virtus gratiæ celebrata est: vsqueadeo quidem vt Ie-suitæ Lovanienses, Articulo decimo ab Academiis Belgicis censura-to, admittant, saltem dubitanter, eius ac Magdalenæ voluntates fuis-se per gratiam efficaciter & infallibiliter determinatas: 'Ut faciamus ,(aiunt ibi illi) non requiritur efficax excitatio quæ voluntatem infal-,libiliter determinet, qualis fortè fuit in Paulo, & Magdalena, alijsq; ,nonnullis, dum converterentur; sed sufficit multo minor, quæ ple-nissimam relinquat libertatem'. Quis scit igitur an non idcircò Deus ipsos sinat tam diuturnè ac pugnaciter prædestinationi ac gratiæ ad-versari, vt virtutem & energiam gratiæ suæ in tam sera ac penè inspe-rata eorum subactione patefaciat?

Iesuitæ Lovanienses.

Ad Incommodum 2.m de FATO.

Precedenti consectaneum est 2.m Incommodum, ex FATALIS NECESSITATIS invectione prætensum. Sed hoc catapultarium pilum, perinde ac precedens, in veterum Ingratorum officina fabricatum est: qui attestante Prospero, [i] 'Provt sibi obnoxias aliquorum aures op-,portunasque reperiebant, Scripta B. Augustini quibus error Pelagia-,norum impugnatur infamabant, dicentes, eum liberum arbitrium pe-,nitùs submovere, & sub gratiæ nomine NECESSITATEM prædicare FATALEM'. Faustus Regiensis in suo adversùs *prædestinationis*, vt loquitur, *errorem*, ita sententiam de antecessoria prædestinatione fugil-lat, vt dicat; [k] 'Sub pietatis fronte gentilitatis malum, & intra gratiæ vocabulum abscondi FATALE DECRETVM'. Præmiserat & ipse eidē Operi nuncupatoriam Epistolam ad Leontium Antistitem, hocce titu-lo prænotatam: 'Professio fidei contra eos, qui dum per solam Dei ,voluntatem alios dicunt ad vitam attrahi, alios in mortem deprimi, ,hinc FATVM cum Gentilibus asserunt, inde liberum arbitrium cum Manichęis negant'. Si ergo Molinistas non puduit antiquatam Mas-silienſium

4

[i] *Prosp. Epist. ad Ruffin. c. 3.*

[k] *Faustus Regien. l. 1. c. 4. in fine. Videsupra l. 2. cap. 6.*

Digitized by Google

filienſium cantilenam reſumere, nec nos pigebit antiquam Patronorum gratiæ reſponſionem regerere, ac cum Proſpero dicere: [l] 'Qui ,prædeſtinationis nomine FATVM prædicat, tam non eſt audiendus, quàm qui FATI nomine veritatem prædeſtinationis infamat'. Quapropter ſicut olim Auguſtinus nec Adrumetinos cenſuit audiendos, prædeſtinationis nomine fatum prædicantes; nec Pelagianos aut Semipelagianos, ſub fati nomine veritatem prædeſtinationis infamantes: ita nos hodie nec Calviniſtas aut Lutheriſtas cenſemus audiendos, qui prædeſtinationis nomine fatum prædicant, nec Moliniſtas aut Arminianos, qui ſub fati nomine veritatem prædeſtinationis infamant. Monemus proinde vnumquemque, quatenus inter vtroſque ita ſit cautus, vt ſic declinet Calviniſtas & Lutheranos, ne ſe inclinet in Moliniſtas aut Arminianos; rurſuſque ita ſe ſeiungat à Moliniſtis & Arminianis, ne coniungat Calviniſtis aut Lutheranis: aut ſi in alterutris iam tenetur, ne ſic ſe à quibuſlibet alteris ſervet, vt in alteros irruat. Videntur quidem inter ſe eſſe contrarij, dum alij liberum arbitrium funditùs evacuant, alij tumidè inflant: revera tamen etſi capitibus diſiuncti, caudis tamen ſunt invicem colligati; inſtar *vulpium Samſonis*, quibus incenſæ ſunt ſegetes alienigenorum: [m] 'Tales conſentientes ,(inquit Auguſtinus) in poſterioribus tanquam caudis colligati, tra-,hunt ignem corrumpentem; ſed non incendunt noſtrorum ſegetes: *Novit* enim *Dominus qui ſunt eius*'. Quapropter vtroſque cavet atque devitat, quiſquis ſecundùm Eccleſiaſticam regulam orthodoxorum Patrum authoritate firmatam ita confitetur anteceſſoriam Dei prædeſtinationē, vt non diffiteatur liberū hominis arbitrium: & rurſus ita aſtruit liberum hominis arbitrium, vt non deſtruat anteceſſoriam prædeſtinationem Dei: atque ita nec cum Calviniſtis aut Lutheranis prædeſtinationis nomine fatum prædicat, nec cum Moliniſtis aut Arminianis ſub fati nomine veritatem prædeſtinationis infamat: 'Fati ,enim opinio (ſubdit loco proximè citato Proſper) vana eſt, & de fal-,ſitate concepta: Prędeſtinationis autem fides, multâ ſanctarum au-,thoritate Scripturarum munita eſt: cui nullo modo fas eſt ea, quæ ab ,hominibus malè aguntur, adſcribi; qui in proclivitatem cadendi non ,ex conditione Dei, ſed ex primi hominis prȩvaricatione venerunt: ,de cuius pœna nemo liberatur, niſi per gratiam Domini noſtri Ieſu ,Chriſti præparatam & prædeſtinatam in ȩterno conſilio Dei ante cō-ſtitutionem mundi'. Ex quibus Proſperi verbis ſubvertitur & alius hæreticorum error, prædeſtinationem divinam etiam vſque ad mala culpæ extendens. Quem errorem Auguſtino à veteribus gratiæ hoſtibus affictum, Beatus Fulgentius toto primo libro ad Monimum, adductis etiam Proſperi teſtimonijs, eliſit. Cuius ſenſum approbans Arauſicana Synodus in Decreto fidei Canonibus ſubiuncto ait: 'Ali-,quos ad malum divinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolùm non ,credimus, ſed etiam, ſi ſunt qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus'. Quod anathema rurſus in Synodo

[l] *Proſp. Reſp. ad Obiect. 1. Gallorum.*

Iudic. 15. 4

[m] *Aug. in Pſal. 80. Vide eundē ſerm. 107. de Tempore.*

2. Tim. 2. 19.

Proſper.

Synodus Araus.

Synodus Valent. Synodo Valentina 3.ª Can. 3. renovatur. Verùm ſuper hac re non eſt nobis controverſia cum Moliniſtis, quippe qui nobiſcum hac in parte non dubitant anathema dicere Calviniſtis: [a] 'Quapropter (vt in ſimili ait Auguſtinus) aliud eſt quod anathematizamus cum eis, aliud quod in eis: Deteſtamur enim cum eis, quod rectè diſplicet etiam ipſis; ita tamen vt deteſtemur in eis, vnde rectè diſplicent ipſi'. Rectè porrò diſplicent ipſi, quòd fati nomine anteceſſoriam prædeſtinationem infament: [b] 'Non intelligentes (vt de eorum prodromis aiebat olim Auguſtinus) iuſtificandis impijs ſicut propterea merita non ſunt, quia Dei gratia eſt; ita propterea non eſſe fatum, quia Dei gratia eſt; ita propterea non eſſe acceptionem perſonarum, quia Dei gratia eſt. Fatum quippe qui aſſerunt, de ſyderum poſitione ad tempus quo concipitur quiſque vel naſcitur, quas conſtellationes vocant, non ſolùm actus & eventa, verumetiam ipſas noſtras voluntates pendere contendunt: Dei verò gratia non ſolùm omnia ſydera, & omnes cœlos, verumetiam omnes Angelos ſupergreditur. Deinde fati aſſertores & bona & mala hominum fato tribuunt: Deus autem in malis hominum merita eorum debitâ retributione perſequitur, bona verò per indebitam gratiam miſericordi voluntate largitur: vtrumque faciens non per ſtellarum temporale conſortium, ſed per ſuæ ſeveritatis & bonitatis æternum altumque conſilium. Neutrum ergo pertinere videmus ad fatum'. Reſpondebunt Moliniſtæ, ſe non contendere, quòd aſſertione prædeſtinationis anteceſſoriæ invehatur fatum ſydereũ ſeu aſtrologicum, ſed aliud *infinities potentius*, vt Leſſius in Obiectione relatus ait, *nempe ex omnipotente Dei decreto* reſultans. Quaſi verò non hoc ipſum & ij quos Auguſtinus iam citatus impugnabat intenderint. Vnde & continuò ſubiunxit ad ipſos: 'Hìc reſpondetis, Hanc ipſam Dei BENEVOLENTIAM, quâ non merita ſequitur, ſed bona indebita gratuitâ bonitate largitur, FATVM potiùs eſſe dicendum; cùm hanc Apoſtolus gratiam vocet, dicens: *Gratiâ ſalvi facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed* DEI *donum eſt; non ex operibus, ne forte quis extollatur.* Nonne attenditis, nonne perſpicitis, non à nobis divinæ gratiæ nomine FATVM aſſeri, ſed à vobis potiùs divinam gratiam FATI nomine nuncupari'? Conferantur hæc poſtrema verba cum illis Proſperi ſuperiùs memoratis, quibus ait, *audiendos non eſſe, qui* FATI *nomine veritatem prædeſtinationis infament.* Præmiſerat autem Auguſtinus ſuperiùs ibidem capite 5. hanc ſententiam notatu hìc dignam: 'Si quibuſdam omnipotentis Dei voluntatem placet FATI nomine nuncupare, profanas quidem verborum novitates evitamus, ſed de verbis contendere non amamus'. Et lib. 5. de Civitate cap. 1. 'Prorſus (inquit) divinâ providentiâ regna conſtituuntur humana: quę ſi propterea quiſquam fato tribuit, quia ipſam Dei voluntatem vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat'. Uideri poteſt & ibidem inferiùs cap. 9. vbi huic propoſito accommodat illud Pſalmographi, *Semel locutus eſt Deus*: quod etiam ſic trans-

[a] *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 1.*

[b] *Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 6.*

Evaſio.

Leſſius.

Præcluditur. Auguſtinus.

Proſper.

Auguſtinus.

Epheſ. 2. 8.

Pſal. 61. 12.

transferri potuiſſet, *Semel fatus eſt Deus.* Atque ita derivando *fatum* à *fando*, nihil vetat quin Deo attribuatur, qui *ſemel*, hoc eſt (vt Auguſtinus ibi ait) *immobiliter* ſeu *incommutabiliter locutus eſt.* Ex hac porrò immobilitate conſilij aut locutionis Dei nullum imminere periculum humano arbitrio, ſatis in præcedentibus oſtendimus: [p] 'Deus enim ,(vt Angelicus Doctor ait) operatur in voluntate & in libero arbitrio ,ſecundùm eius exigentiam: vnde etiamſi voluntatem hominis in ,aliud mutet, nihilominùs hoc ſuâ omnipotentiâ facit, vt illud, in quod mutatur, voluntariè velit'. Quod profectò qui renuunt, nimis ſublimiter de humano arbitrio, & nimis viliter de divino in illud dominio ſentiunt: imitantes nimirum eos, de quibus Auguſtinus indignabundus inquirit: [q] 'An ita ſunt liberi, vt nec illum velint habere 5. ,dominum, qui eis dicit, *Sine me nihil poteſtis facere*: &, *Si vos Filius liberaverit, tunc verè liberi eritis*'? Nunquid eovſque Dei dominium coarctaturi ſunt, vt dicant, Eum dominari quidem voluntatibus noſtris quatenus potentiæ quædam phyſicæ ſunt, non etiam quatenus potentiæ liberę ſunt? Quòd ſi ita eſt, profectò iniurij ſunt creaturarum omnium Domino, cuius dominio ſurripiunt creatas libertates, qua tales. Non certè de humano arbitrio duntaxat vt potentia phyſica eſt, ſed etiam vt libera eſt, loquebatur Auguſtinus cùm diceret de Deo: [r] 'Cui ,volenti ſalvum facere, nullum hominum reſiſtit arbitrium: Sic enim ,velle & nolle in volentis aut nolentis eſt poteſtate, vt divinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem'. An fortè reſponſuri ſunt, Auguſtinum non hìc dixiſſe, Nullum hominum reſiſtere poteſt, ſed *reſiſtit* arbitrium? Quid ergo dicturi ſunt ad illud quod pauculis interiectis ſubditur ibidem: 'Non eſt itaque dubitandum, voluntati :4.6 ,Dei, qui *in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit*, & qui etiam *illa* 11. ,*quæ futura ſunt fecit*, humanas voluntates NON POSSE RESISTERE, o. ,quo minus faciat ipſe quod vult, quandoquidem etiam de ipſis hominum voluntatibus quod vult facit'? Quid denique ad illud, quod prope finem eiuſdem capitis ſubditur de eodem: 'Magis habet in poteſtate voluntates hominum, quàm ipſi ſuas'? Si ergo homines ita habent in poteſtate voluntates ſuas, vt non ſolùm poſſint eas huc vel illuc qualitercunque flectere, ſed etiam liberè flectere; quanto magis Deus eaſdem ſic habet in ſua poteſtate, vt poſſit eas non qualitercunque, ſed etiam liberè flectere? [s] 'Parum de re tanta cogitant (ait alibi Augu-,ſtinus) vel ei excogitandæ non ſufficiunt, qui putant, Deum omnipotentem aliquid velle; & homine infirmo impediente, non poſſe'. Qui rurſus Enchiridij cap. 98. 'Quis (inquit) tam IMPIE DESIPIAT, vt ,dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe convertere'? Neque verò ab hac *impia deſipientia* immunes cenſendi ſunt, qui hanc Dei potentiam negant in actum prodire poſſe reſpectu operum liberorum, niſi prævisâ priùs abſolutè vel ſaltem conditionatè determinatione creati arbitrij ad volendum aut operandum. Nam non ad præſcientiam qua-

[p] D. Th. in 2. m ſentent. Diſt. 25 q. 1. ar. 2. ad 1 m

[q] Aug. l. de Spiritu & Litt. c. 30.

[r] Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 14. Præoccupatio.

Vide Aug. Enchir. cap. 95. & 96. & lib. 1. ad Boniſ. cap. 20.

[s] Ag. l. 1. Operis Imperf. cap. 93.

Digitized by Google

lemcunque, ſed ad omnipotentiam Dei refert Auguſtinus quod dixit. Unde & ibidem capite mediatè præcedente, cùm præmiſiſſet de Deo: 'Cui proculdubio quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod non vult eſſe, non ſinere': Continuò ſubdidit, 'Hoc niſi credamus, periclitatur ipſum noſtræ fidei confeſſionis initium, qua *nos in Deum Patrem* OMNIPOTENTEM *credere* confitemur'. Quò ſpectat & quòd lib. de Corrept. & Grat. cap. 14. aſſeverantiſſimè pronunciat, 'Sine dubio habere Deum humanorum cordium quò placet inclinandorum OMNIPOTENTISSIMAM POTESTATEM'. Vbi ex profeſſo loquitur de humanis cordibus, non fataliter, ſed liberaliter inclinandis: vt ex toto contextu perſpicuum eſt. Sed nec illud ſilentio hìc prętereũdum, quòd ij ipſi qui *ſub* FATI *nomine veritatem prædeſtinationis infamant*, in eas redacti ſint anguſtias, vt excellentiores quoſdam Sanctos fataliter ſalvari, ſi conſequenter loqui velint, fateantur: illos nimirum quos ita divinitùs in gratia confirmatos cenſent, vt ab ea excidere nequaquam valeant: 'Dejis (ait Valentia) qui ſingulari quâdam & excellenti ratione prædeſtinati ſunt, vt fuit inprimis beatiſſima Virgo, & Apoſtoli, & ſiqui alij in gratia ita ſunt confirmati, vt peccare mortaliter non poſſent; cùm in ea gratia, in qua confirmati ſunt, neceſſariò perſeverent, ac eatenus non liberè libertate quidem contrarietatis, ſed neceſſariò ſalventur; non opus eſt quærere, vtrum propter aliquod ipſorum meritum liberum prædeſtinentur: ſiquidem per divinam gratiã adeò potentem prædeſtinantur, vt neceſſe ſit eos ſalutem conſequi, nec poſſint ex hypotheſi talis gratiæ damnari'. Eòdem collimant, licet dubitantiùs ac diminutiùs, Ieſuitæ Lovanienſes Articulo XIII. ab Academijs Belgicis cenſurato, quatenus aiunt: 'Eſt quoddam perſeverantiæ donum, conſiſtens in quodam ſpeciali auxilio & protectione, qua Deus ita protegit & munit quoſdam, vt FERE INDECLINABILITER ET INFALLIBILITER in gratia perſeverent vſque ad mortem: quod quibuſdam conceditur, vt FORTE Apoſtolis poſt acceptum ſpiritum Sanctum, & ijs qui dicuntur confirmati in gratia'. Ecce quemadmodum ij ipſi qui ſub fati nomine anteceſſoriam prædeſtinationem & gratiam victricem infamant, præcipuos Sanctorum fataliter, vel ſaltem *ferè* fataliter, ſalvari innuunt: imitantes in hoc Caſſianum Maſſilienſium primipilum; qui, teſte Proſpero cap. 15. contra Collatorem, 'Eccleſiaſticam regulam excedens, ſimul & libero arbitrio offenſus, & gratiæ Dei extitit ingratus: quorum duorum dum vnum in Paulo & Matthęo (*confirmatis in gratia*) aliud in Zachęo & Latrone (*reliquis non ita excellenti ratione prædeſtinatis*) iudicavit operatum: non intellexit, in illis ſe liberum arbitrium, in iſtis gratiã ſuſtuliſſe'. Advertat præterea Lector, quomodo hi noſtri evacuent merita illorum Sanctorum, quos fatentur antecedenter fuiſſe prædeſtinatos. Nam vt ſub finem præcedentis capitis memoravimus, Prædeſtinatio anteceſſoria, ex horum ſententia, evacuat merita taliter prędeſtinatorum. Vnde conſequens eſt, vt evacuata, vel ſaltem FERE evacuata

Greg. de Valẽtia in 1 p. q. 23 Diſp. 1. punct. 4. §. 2. Vide autorem l. 6 Hypog. l. 6. in fine.

Ieſuitæ Lovanienſes.

Proſper.

cuata fuerint merita Beatæ Virginis, Apoſtolorum, & aliorum excellentiorum Sanctorum, ac in gratia confirmatorum : quia vt dicit Leſſius : Antecedſoria prædeſtinatio [u] 'Multum videtur derogare perfe-,ctæ libertati, quæ poſtulat, vt omnibus prævijs non ſolùm intrinſe-,cis, ſed etiam extrinſecis, abſolutè poſſit opus omitti; vt ex Scripturis ,colligimus: Deinde laudi & gloriæ Sanctorum, quæ in eo ſita eſt, ,quòd abſolutè *potuerint tranſgredi*, & omittere bona quæ fecerunt; *& ,tamen non ſint tranſgreſſi*; vt Eccleſiaſtici 31. dicitur. Parva enim vide-,tur laus, facere bona, quæ tantis decretis & tanta providẽtię curâ ſunt præparata & vallata, vt abſolutè omitti nequeant'. Finio demùm hanc calumniarum de libero arbitrio everſo & fato invecto retortionem, verbis Hieronymi ad Cteſiphontem adversùs Pelagianos ſimiliter calumniantes : 'Quod ſurſum deorſum iactant, liberum à nobis ar-,bitrium deſtrui, audiant è contrariò, Eos arbitrij deſtruere libertatem, qui malè eo abutuntur adversùs beneficium largitoris'. Addo, adversùs ipſum etiam largitorem : quia non ſolùm beneficijs eius ingrati exiſtunt, ſed inſuper ipſum libertate ſpoliant, & fatali neceſſitati ſubijciunt. Nunquam enim ipſius libertatem ſalvare poterunt, niſi axioma illud Rivanum à Sixto IV. damnatum abiurent : *Quod ex impedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiam, inimpedibile eſt ac neceſſarium.*

[u] *Leſius de Prædeſt. Sect. 2. n. 17. Vide Caſſianum Collat. 13. c. 14 expoſitum à Proſp. lib. contra Collat. cap. 36.*

Hieronymus.

5. Nunc refellendum ac retorquendum eſt 3.[m] Incommodum, in diffidentiæ ſeu deſperationis invectione conſiſtens. Sed hoc Incommodum indidẽ deſumptũ eſt, vnde duo præcedentia quæ modò diſpulimus: de Officina videlicet veterũ Ingratorum, apud Proſperũ querulantium, [w] *Superfluè ad acquirenda bonorum operum merita laborari, fruſtrà etiam orationibus quibus Deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incõmutabili propoſito eius Chriſtiana gratia ſubſiſtit electio, nec aliter quidquam precedere poteſt, quàm omnipotentis voluntate diſpoſitum eſt.* De iiſdem Hilarius in Epiſtola ad Auguſtinum : 'Nec ad incertum voluntatis Dei (inquit) deduci ſe volunt'. Et paulò inferiùs ibidem, commemoratis Auguſtini verbis, quibus diſcrimen gratiæ, adeoque prædeſtinationis, pro ſtatu primæ conditionis & noviſſimæ reparationis hominum aſtruitur, ſubdit idem de iiſdem ad eundem Auguſtinum : 'His verbis Sanctita-,tis tuæ ita moventur, vt dicant, *Quandam deſperationem hominibus exhiberi*'. Cur non ego hìc de his noſtris vſurpem, quod de eorum magiſtris vſurpatum à Hieronymo invenio : [x] 'Nihil novi aſſerunt, qui ,in huiuſcemodi applaudente ſibi perfidiâ, ſimplices quidem & indo-,ctos decipiunt; ſed Eccleſiaſticos viros, qui in lege Domini die ac nocte meditantur, decipere non valent' ? Sed nec me contineo quin adiungam quod ſequitur : 'Pudeat ergo eos Principum ac Sociorum ſuorum'. Admonet me Proſper, vt eiſdem occinam illud : [y] 'Ergo in ,caſtra gradum revocate hoſtilia, & illis addite vos, quorum ingenio & fallacibus armis luditis, eiuſdem vibrantes ſpicula linguæ'. Illis nimirum, de quibus eadem ſpicula vibrantibus olim Auguſti-

Ad Incommodum 3.[m] de DESPERATIONE.

[w] *Apud Proſ. l. 2. de Vocat. Gent. cap. 34.*

Hilarius.

[x] *Hieron. Epiſt. ad Cteſiphont. cap. 1.*

[y] *Proſp. Poemate de Ingratis c. 23.*

Digitized by Google

nus: [z] 'Ego nolo exaggerare verbis meis, ſed illis cogitandum potiùs ,relinquo, vt videant, quale ſit quod ſibi perſuaſerunt, *Prædicatione ,prædeſtinationis audientibus plus deſperationis quàm exhortationis afferri:* ,Hoc eſt enim dicere, tunc de ſua ſalute hominem deſperare, quando ,ſpem ſuam non in ſeipſo, ſed in Deo didicerit ponere; quùm Propheta clamet, *Maledictus omnis qui ſpem ponit in homine*'. Et inferiùs ibidem cap. 22. prope finem: 'An verò timendum eſt (inquit) ne tunc de ſe ,homo deſperet, quando ſpes eius ponenda demonſtratur in Deo; non ,autem deſperaret, ſi eam in ſeipſo ſuperbiſſimus & infæliciſſimus poneret'? Revera enim nihil aliud agunt adverſarij ſophiſticis ratiunculis ſuis, niſi vt ſibi ac ſequacibus ſuis ſpem omnem ſalutis adipiſcendæ præcidant, aut certè fragilitatem humani arbitrij ex peccato primi hominis deſcendentem evacuent: [a] 'Humana natura (ait Proſper) in pri- ,mi hominis prævaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præ- ,cepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorem eſt proclivior voluntate, CVI COMMITTI NON EST ALIVD QVAM DIMITTI'. Quid ergo aliud agunt qui miſeris mortalibus perſuadere moliuntur vt ſpem ſalutis ſuæ de Domino ad ſeipſos transferant, quàm vt homines credant, ſe ſibi eſſe commiſſos, ac per hoc dimiſſos? Quomodo autem ſalutem ſperet, qui ſe ſibi dimiſſum credit? Rectiùs proinde hìc Auguſtinum audimus dicentem: [b] 'In hoc loco miſeriarum, vbi *tentatio eſt vitæ hominis ſuper terram, virtus in infirmitate perficitur.* Quæ virtus, niſi *vt qui ,gloriatur, in Domino glorietur*? Ac per hoc nec de ipſa perſeverantia ,boni voluit Deus ſanctos ſuos in viribus ſuis, ſed in ipſo gloriari: qui ,eis non ſolùm dat adiutorium, quale primo homini dedit, ſine quo ,non poſſint perſeverare ſi velint, ſed etiam in eis operatur & velle: vt ,quoniam non perſeverabunt niſi & poſſint & velint, perſeverandi eis ,poſſibilitas & voluntas divinæ gratiæ largitate donetur. Tantum ,quippè Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, vt ideò poſſint, quia ſic volunt; ideò ſic velint, quia Deus operatur vt velint'. Sed Deus, inquiunt, operatur vt velint, ſubminiſtrando eis gratiam cum qua prævidet eos volituros, tametſi eius vſum relinquat & committat eorum arbitrio, ſicut & abuſum. Hæc eſt Origenis ſententia, quam Angelicus Doctor lib. 3. contra Gentes cap. 89. tanquam Scripturis ſacris contrariam explodit: quamque Auguſtinus loco iam citato, rationem præmiſſæ ſuæ doctrinæ aſſignans, expugnat, ſubdens: 'Nam ſi ,in tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamen infirmitate propter ,elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipſis relinquere- ,tur voluntas ſua, vt in adiutorio Dei ſine quo perſeverare non poſ- ,ſent, manerent ſi vellent, nec Deus in eis operaretur vt vellent: inter ,tot ac tantas tentationes infirmitate ſuâ voluntas ipſa ſuccumberet; & ,ideo perſeverare non poſſent, quia deficientes infirmitate nec vellent: aut non ita vellent infirmitate voluntatis, vt poſſent'. Judicet nunc Lector vtra ſententia ſequacibus ſuis deſperationem ingeneret, eane quæ docet ſpem figendam eſſe in divinæ voluntatis firmitate, an quæ

[z] *Aug. l. de Bono perſever. c. 17.*

[a] *Proſp. lib. 1. de Vocat. Gent. c. 6.*

[b] *Aug. l. de Corrupt. & Grat. c. 12.*

Hier. 17. 5

Iob. 7. 1.

2. Cor. 12. 9

1. Cor. 1. 31

Evaſio.

Præluditur.

D. Thomas.

Auguſtinus.

quæ docet ſpem figendam eſſe in humanę voluntatis infirmitate: præſertim cùm hæc infirmitas, Auguſtino iam atteſtante, ſit tanta, vt ſibi relicta cum adiutorio Dei ad nutum commiſſo, non ſolùm non perſeveraret vnquam, ſed nec perſeverare poſſet. Vnde quia Deus meliùs cognovit figmentum noſtrum, quàm ij qui ad incertum voluntatis eius deduci dedignantur, factum eſt quod Auguſtinus ibidem veſtigio ſubiungit dicens: 'Subventum eſt igitur infirmitati voluntatis humanæ, vt divinâ gratiâ indeclinabiliter & inſuperabiliter ageretur'. Nõ ait, *Ferè indeclinabiliter*, vt Moliniſtæ præcedente §. citati ſuppleverũt, trepidantes timore vbi non erat timor: ſed ait ſimpliciter, *Indeclinabiliter & inſuperabiliter*. Vbi rurſus idẽ pro *Inſuperabiliter*, ſcrupulosè ſubſtituerunt *Infallibiliter*; ne Suſceptam ſuam offenderent. Suſceptam dixi, libertatem bicornem; eâdem phraſi quâ Auguſtinus concupiſcẽtiam vocat *Suſceptam Pelagianorum*. Nam ſicut Pelagiani Patrocinium concupiſcentiæ, ita hi patrocinium libertatis indifferentię ſuſceperunt: & ſicut concupiſcentiam cum ſtatu primævæ ſęlicitatis coniungere ſategerunt, ita hi libertatem primævi ſtatus cum infirmitate præſenti coniungere allaborant: volentes cum Caſſiano perſuadere, *quòd tam ſanum ſit in Adæ poſteris liberum arbitrium, quàm in Adam fuit ante peccatum*: [c] 'Quod (vt cum Proſpero loquamur) ſatis alienum à Catho-
,lica fide ducimus. Quid enim peccato læſum eſt, ſi id læſum non eſt, vnde peccatum eſt'? Vſqueadeo læſam Auguſtinus cenſuit humanæ voluntatis libertatem, vt ſubinde malit eam vocare infirmitatem, quàm libertatem: non quòd exiſtimet extinctam penitùs eſſe libertatem, ſed quòd non dubitet graviſſimã ei acceſſiſſe infirmitatem: [d] 'Sa-
,nè (ait ipſe ad præſens propoſitum) cùm Apoſtolus dicat, *Ideo ex Fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio*, miror homines infirmitati ſuę ſe
,malle committere, quàm firmitati promiſſionis Dei. Sed incerta eſt
,mihi, inquis, de me ipſo voluntas Dei. Quid ergo? Tuane tibi vo-
,luntas de te ipſo certa eſt, nec times: *Qui videtur ſtare, videat ne cadat*?
,Cùm igitur vtraque incerta ſit, cur non homo firmiori quàm infirmiori fidem ſuam, ſpem, charitatemque committit'? Quibus paucis verbis catapultarium adverſariorum pilum, de deſperationis invectione fabricatum, non elidit modò, ſed in ipſos retorquet: apertiſſimè indicans, minùs obnoxium eſſe deſperationi eum qui divinæ voluntati anchoram ſpei ſuæ affigit, quàm qui infirmitati arbitrij ſui quaſi baculo arundineo incumbit. Et ne quis putaret, ſpem ſuam pro parte ſaltem figendam eſſe in propria ſua voluntate, ait alibi idem: [e] 'Tu-
,tiores vivimus, ſi totum Deo damus; non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus'. Si tutiores, proculdubio minus deſperationi obnoxij. Unde & idem inferiùs cap. 22. eiuſdem libri: 'Ab-
,ſit à vobis (inquit) ideò deſperare de vobis, quoniam ſpem veſtram
,in ipſo (Deo) habere iubemini, non in vobis: *Maledictus* enim *omnis homo qui ſpem habet in homine*: Et, *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine*; quia *Beati omnes qui confidunt in eum*. Et hanc ſpem

Vide Aug. l. 4. contra Iulian. c. 12. 13. & 15.

[c] *Proſp. l. cont. Collat. c. 20.*

[d] *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. c. 11.*

Præoccupatio.

[e] *Aug. l. de Bono Perſever. cap. 6. Vide Proſp. Reſp. ad Dub. 9.* [m] *Genuenſ.*

,tenentes, *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*: quoniam *Psal.* 2. 11.
,de vita æterna, *quam* filijs promissionis *promisit non mendax Deus ante* *Tit.* 1. 2.
,*tempora æterna*, nemo potest esse securus, nisi cùm consummata fuerit
,ista vita, quæ *tentatio est super terram*; sed faciet nos perseverare in se *Iob.* 7. 1.
,vsque in eius vitæ finem, cui quotidie dicimus, *Ne nos inferas in tenta-* *Mat.* 6. 13.
tionem'. Nunquid, quæso, magis obnoxius est desperationi, qui sub-
iacet propheticæ maledictioni, quàm qui benedictioni? Et tamen
non solùm scriptum est, quod iam commemoravimus, *Maledictus homo* *Hier.* 17. 7
qui confidit in homine; sed ibidem subscriptum, *Benedictus vir qui confidit*
Præoccupatio. *in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* An fortè putandum est, prophe-
ticam maledictionem non distringi in eos qui confidunt in seipsis, sed
in alijs hominibus, quorum favores facilè circa suos nutant clientes;
cùm nullius erga seipsum favor tepescat? Huic scrupulo obvians
[f] *Aug. lib. de Grat. & libero Arbit. c. 4.* alibi Augustinus ait: [f] 'Intelligite, fratres, hoc propheticum testimo-
,nium: quia enim non dixit Propheta, Maledictus homo [illegible]em
,habet in se ipso; posset alicui videri, ideò dictum esse, *Maledictus homo*
,*qui spem habet in homine*, vt nemo habeat spem in altero homine, sed in
,se. Vt ergo ostenderet, sic se admonuisse hominem, vt nec in seipso
,haberet spem; propterea cùm dixisset, *Maledictus homo qui spem habet in*
,*homine*, mox addidit; *Et firmat carnem brachij* SVI. *Brachium* pro poten-
,tia posuit operandi: in nomine autem *carnis* intelligenda est humana
fragilitas'. Hìc iterum vocat *fragilitatem*, quam superiùs dixerat *in-*
firmitatem, vtrobique denotans caducam arbitrij humani libertatem:
quam quidem alibi appellat *potestatem*, cui tamen negat affigendam
[g] *Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 10* spem fælicitatis: [g] 'Quando (inquiens) promisit Deus Abrahæ in se-
,mine eius fidem gentium, dicens, [h] *patrem multarum gentium posui te* (vn- *Gen.* 17. 5.
,de dicit Apostolus, *Ideò ex fide, vt secundùm gratiam firma sit promissio* *Rom.* 4. 16.
,*omni semini*) non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestina-
tione promisit'. Fluxa proinde ac caduca vel potiùs nulla est spes eo-
Præoccupatio. rum, qui non in Dei prædestinatione, sed in suæ voluntatis potestate
confidunt. Sed incerta est nobis, inquiunt, Dei prædestinatio. Quid
ergo? Vestrane vobis voluntas certa est? Nonne Prosperum vobis au-
[h] *Prosp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 6* ditis insonantem: [h] 'Hæc voluntas (vtique humana) vaga, incerta,
,instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in
,cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspicionibus
,inquieta, gloriæ quàm virtutum avidior, famæ quàm conscientiæ
,diligentior, & per omnem sui experientiam miserior fruendo his quę
,concupiverit, quàm carendo; nihil in suis habet viribus, nisi pericu-
,li facilitatem: quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommu-
,tabili voluntate regitur, tanto citiùs propinquat iniquitati, quanto
acriùs intèditur actioni'? Cùm ergo voluntas vestra tam incerta sit &
infirma & instabilis, Dei autem voluntas omnino certa sit & firma &
incommutabilis; cur non huic potiùs quàm illi vos committitis: præ-
sertim cùm hæc infallibiliter implenda sit, nec quisquam valeat eam
Præoccupatio. tollere vel declinare? Sed hoc ipsum est, inquiunt, quod desperatio-

nem

nem ingenerat, divinæ voluntatis incommutabilitatem ſcire, & qualiter illa de nobis ſtatuerit neſcire. Itane verò propterea deſperabitis, quia divinam circa vos diſpoſitionem ignoratis? Cùm enim conſtet quoſdam fore à Deo miſericorditer ſalvandos, quoſdam verò irreprehenſibiliter dãnandos, cur potiùs deſperare lubet, quàm ſperare in Domino: præſertim cùm bonum ſit ſperare, malum deſperare? [i] 'Ob hoc ,enim (ait Proſper) in remotiſſimo ab humana cognitione ſecreto, prę-,finitio huius electionis abſcondita eſt, & de nullo ante ipſius finem ,pronunciari poteſt, quòd in electorum gloria ſit futurus: vt perſeve-
10. ,rantem humilitatem vtilis metus ſervet, & *qui ſtat videat ne cadat*: & ,ſi aliqua victus tẽtatione corruerit, NON ABSORBEATVR TRISTITIA,
44. ,NEC DE EIVS MISERATIONE DIFFIDAT, *qui allevat omnes qui corruũt, ,& erigit omnes elisos*. Dùm enim in hoc corpore vivitur, nullius eſt negligenda correctio, nullius deſperanda reparatio'. Non deſperationem certè, ſed fiduciam ſalutis ingenerare fidelibus voluit Apoſto-
5. 17 lus, cùm diceret: *Abundantiùs volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus* IMMOBILITATEM CONSILII SVI, *interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum*, FORTISSIMVM SOLATIVM *habeamus, qui confugimus ad tenendam* PROPOSITAM SPEM, *quam ſicut anchoram habemus animæ* TVTAM AC FIRMAM, *& incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introivit Ieſus*. Sed quid proderit, inquiunt, ſcire immobilitatem divini conſilij, ad concipiendam ſpem ſalutis; cùm nemo noverit vtrum ipſe de eorum ſit numero quos Deus ſecundùm immobile conſilium ſuum ſalvare decrevit? Multùm ſanè per omnem modum: quia cùm quiſque fidelis meritò confidere poſſit ſe de iſto numero eſſe, inſuper autem perſuaſiſſimum habeat neminem poſſe inde excidere, longè firmiùs ſperare ſalutem poteſt, quàm ſi ignoraret immobile eſſe divinum conſilium. Nec verò Apoſtolus omnimodam certitudinem, ſed piam duntaxat fiduciam habuit de ſalute eorum quibus iſta dicebat; ſiquidem præmi-
5. 9. ſerat, *confidimus de vobis meliora & viciniora ſaluti*: Et tamen erigendam cenſuit eorum ſpem, commemoratione immobilitatis divini conſilij circa ſalutem *hæredum pollicitationis* ſeu promiſſionis: Firmior namque ſpes concipitur ex duobus motivis quorum ſaltẽ vnum eſt certiſſimũ, quàm ex duobus quorum vtrumque eſt vtcunque incertum. Quare autem Deus alterum motivorum iſtorum reliquerit fidelibus incertũ, iam ex Proſpero audivimus: & plura in eam rem adduximus lib. 1. cap. 12. quæ pro hìc repetitis haberi volumus: Interim monentes prædeſtinationis prædicatorem, vt in ſermonibus ad populum abſtineat ab odioſo eam prædicandi modo quem Maſſilienſes in odium eius excogitarunt, vtatur autem eo quem Auguſtinus priore improbato ſuggeſſit, vt dicat: [k] 'Vos itaque etiam ipſam obediendi perſeve-
17. ,rantiam *à Patre luminum, à quo deſcendit omne datum optimum & omne ,donum perfectum*, SPERARE debetis, & quotidianis orationibus poſ-,cere: atque hoc faciendo CONFIDERE, NON VOS ESSE A PRÆDESTINATIONE

Vide Fauſtum Regienſem lib. 1. cap. 4.

[i] *Proſp. lib. 2. de Vocat. Gent. c. 36. & 37.*

Præoccupatio.

[k] *Aug. l. de Bono Perſever. c. 22.*

Digitized by Google

,TINATIONE POPVLI EIVS ALIENOS : quia etiam hoc vt faciatis, ,ipſe largitur. Abſit autem à vobis ideò deſperare de vobis, quoniam ſpem veſtram in ipſo habere iubemini, non in vobis' &c.

Ad Incommodum 4.m de VITÆ DISSOLVTIONE.

6. Supereſt repellendum & in adverſarios retorquendum Incommodum 4.m, in diſſolutionis vitæ invectione conſiſtens. Sed qui hoc prętextu anteceſſoriam prędeſtinationem impugnant, apud viles mercenarios aliquid fortè efficient, ſed ingenuos Dei cultores nequaquam pellicient. Neque verò nova aut ab his recens inventa eſt iſta obiectio, ſed iam olim Maſſiliç cum tribus præcedentibus cuſa. Maſſiliēſes eâ vſi ſunt apud Proſperum, dicentes, [l] *Propoſitum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipſa conditione generis humani, eligendorum & reijciendorum dicitur facta diſcretio, vt ſecundùm quod placuit creatori, alij vaſa honoris, alij vaſa contumeliæ ſint creati, & lapſis curam reſurgendi adimere, & Sanctis occaſionem torporis afferre: eò quòd in vtramque partem ſuperfluus labor ſit, ſi neque rejectus vllâ induſtriâ poſsit intrare, neque electus vllâ negligentia poſsit excidere. Quoquo enim modo ſe egerint, non poſſe aliud erga eos, quàm Deus definivit, accidere: & ſub incertâ ſpe curſum non poſſe eſſe conſtantem, cùm ſi aliud habeat prædeſtinantis electio, caſſa ſit adnitentis intentio.* Dicamus ergo hodiernis iſtorum diſcipulis, quod olim Auguſtinus regeſſit ipſis magiſtris: [m] 'Iſta cùm dicunt (inquiens) ita ,nos à confitenda Dei gratia, id eſt, quę non ſecundùm merita noſtra ,datur, & à confitenda ſecundùm eam prædeſtinatione Sanctorum, ,deterrere non debent; ſicut non deterremur à confitenda præſcientia ,Dei, ſi quis de illa populo ſic loquatur, vt dicat: *Sive nunc rectè vivatis, ,ſive non rectè, tales vos eritis poſtea, quales vos Deus futuros eſſe præſcivit, vel ,boni ſi bonos, vel mali ſi malos.* Nũquid enim ſi hoc audito nõnulli in tor- ,porem ſegnitiemque vertantur, & à labore proclives ad libidinem ,poſt concupiſcentias ſuas eant, propterea de præſcientia Dei falſum ,putandum eſt eſſe quod dictum eſt? Nonne ſi Deus illos bonos fu- ,turos eſſe præſcivit, boni erunt, in quantalibet nunc malignitate ver- ,ſentur; ſi autem malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cer- ,nantur? Fuit quidam in noſtro Monaſterio, qui corripientibus fra- ,tribus cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, reſ- ,pondebat: *Qualiſcunque nunc ſim, talis ero qualem me Deus futurum eſſe præ- ,ſcivit.* Qui profectò & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in ,bonum; ſed vſqueadeò proficiebat in malum, vt deſertâ Monaſterij ,ſocietate fieret *canis reverſus ad ſuum vomitum*: & tamen adhuc qualis 2. Pet. 2. 22. ,ſit futurus, incertum eſt. Nunquid ergo propter huiuſmodi cauſas, ea ,quæ de præſcientia Dei vera dicuntur, vel neganda ſunt, vel tacenda; ,tunc ſcilicet, quando ſi non dicantur, in alios itur errores? Sunt etiã ,qui propterea vel non orant, vel frigidè orant, quoniam Domino di- ,cente didicerunt, *Scire Deum quid nobis neceſsarium ſit, priùſquam peta-* Matt. 6. 8. ,*mus ab eo.* Num propter tales, huius ſententiæ veritas deſerenda, aut ex Evangelio delenda putabitur'? Et inferiùs cùm ſub finem capitis 21. dixiſſet: 'Nimiæ contentionis eſt, prædeſtinationi contradicere, ,vel

l *Maſſil. apud Proſp. Epiſt. ad Auguſtinum.*

m *Aug. l. de Bono perſev. cap. 15. & 16.*

Digitized by Google

vel de prædeſtinatione dubitare': mox initio capitis ſequentis adiunxit: 'Quæ tamen non ita populis prædicanda eſt, vt apud imperitam ,& tardioris intelligentiæ multitudinem redargui quodammodo ipſa ,ſua prædicatione videatur: ſicut redargui videtur & præſcientia Dei ,(quam certè negare non poſſunt) ſi dicatur hominibus: *Sive curratis, ,ſive dormiatis, quod vos præſcivit qui falli non poteſt, hoc eritis.* Doloſi au- ,tem vel imperiti medici eſt, etiam vtile medicamentum ſic alligare, vt aut non proſit, aut obſit'. Quid igitur ſupereſt, niſi vt depoſito contentionis ſtudio agnoſcant Adverſarij, inaniter ſe eis machinis anteceſſoriam prædeſtinationem impetere, quibus præſcientiâ peræquè pulſatur? Ad ſe ergo redeant, & adversùs antiquiſſimæ veritatis muros arietare deſiſtant; ne dum in eos irruunt, ſeipſos ſubruant. Dent gloriam Deo, dicentes cum Proſpero: [n] 'Quamvis quod ſtatuit Deus ,nullâ poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi, nec ,per electionis propoſitum liberi arbitrij devotio relaxatur: cùm im- ,plendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem ,operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum fiant ,incrementa meritorum; & qui bona geſſerint, non ſolùm ſecundùm propoſitum Dei, ſed etiam ſecundùm ſua merita coronentur'. Intelligant itaque cum eodem Proſpero, [o] 'Per eandem miſericordiam dari coronas meritorum, per quam data ſunt merita coronarum'. Advertant tandem, quomodo ipſorum ſententia innumeros ad vitę diſſolutionem pelliciat, dum ſibi perſuadent, ſemper ſibi ad manum poſt quantacunque ſcelera ſuppetere gratiam ſufficientem ad reſipiſcendũ. Nunquid enim homines corrupti hâc ſemel perſuaſione deluſi erumpent in has voces, aut certè cogitationes, vt dicant apud ſe: Ducamus in bonis dies noſtros, & in puncto extremo vitæ reſipiſcemus? Quis enim neſciat, tanto promptiores fieri homines ad delinquendum, quanto expeditiores ſe fore cenſent ad reſipiſcendum? [p] 'Sunt innu- ,meri (ait quidam) qui naturalis rationis parvipendentes donum, ac ,pecudum more degentes ſectantur noxia & à lege Dei prohibita, quę ,æterno ſunt plectenda incendio: proficua verò & ſancta deſpiciunt, ,quæ pacem præſtant & vitam. Hi carnis opera perficientes in concu- ,piſcentijs ſuis, arbitranteſque iuxta Prophetæ ſententiam *Malum bo- ,num, & bonum malum*; ac *ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras*, igno- ,rantiæ detenti caligine, pœnitentiæ deteſtantur bonum, & ſe perni- ,ciioſorum criminum tradunt illecebris. Suadent namque huiuſmodi ,ſibiipſis, etiam diabolica ſuggeſtione deluſi vt delinquant liberiùs, ,mandati tranſgreſſionem grave non eſſe peccatum, ſed facilè remiſſi- ,bile, ATQVE POSSE PRO SVO BENEPLACITO, CVM VOLVERINT, REDIRE AD VENIAM'. Hæc nimirum ſunt conſectaria Sententię Adverſariorum, qui tamen non erubeſcunt ſententiam noſtram tanquam licentioris vitæ inductivam fugillare. Verùm, vt ſuperiùs monui, etſi fortè viles mercenarios hæc machina proſternat, ingenuos Dei cultores nunquam dimovebit. Proponent quippe ſibi ob oculos exemplũ illius

[n] *Proſp. l. 2. de Voc. Gent. c. 36.*

[o] *Proſp. in Pſal. 102. ad verſ. 4.*

[p] *Laurent. Juſtinianus lib. de Obedientiac. 25*

Iſa. 5. 20.

illius Eremitæ, qui diabolo similiter pellicienti illusit: [q] 'Duo quidam in eremo (ait Hieremias Drexelius) Deo magis vivebant quàm sibi, magnâ concordiâ, nec minore profectu. Invidit illis cacodæmon has vitæ divitias in tanta paupertate; & vt tragulam iniiceret, Angelum induit nitidissimi vultus: ita se seniori sistens, vt rectiùs falleret: *Nuntij non boni*, inquit, *baiulus tibi sum, aut certè socio tuo: Nam iuvenis ille, tuus in hac palestra commilito & socius, à Deo præscitus, aeternis flammis iam destinatus est: ideò quantumcunque benè agat, frustrà agit omnia.* Cohorruit ad hanc vocem Senex: &, O terribilem, inquit, nuncium! Ergone pessum eant huius Juvenis conatus, & labores tam præclari? Ah, animo misereor. Hìc iterum Angelus ex Orco: *Sciebam*, inquit, *non sine dolore ac gemitu te auditurum ista: verùm divina decreta rescindi non possunt.* Ita oculis se subduxit venustissima larva. Inde factũ, vt Senex iste socium Iuvenem nunquam sine præsago suspirio intueretur. Observavit id tandem juvenis, nec distulit quærere, quid causæ esset, quòd quotiescunque se aspiceret, simul etiam ingemisceret? Ad quæ Senex denuò altùm ingemiscens: Quid iubes, inquit, infandum dolorem renovare? Hìc me potius tacere velis, quàm loqui. Ipsa hęc Senis tergiversatio stimulabat Iuvenem ad extorquendum responsum. Multis ergo precibus fatigatus Senex, vt quicquid id esset eloqueretur; non sine gemitu tandem: Significatum mihi est, inquit, te damnandum, frustrà pro cœlo laborare. Hìc Iuvenis singulari alacritate: O mi Pater, inquit, hoc te non turbet, neque affligat. Ad hoc temporis Deo servivi NON VT MERCENARIVS PRO CÆLO, SED VT FILIVS EX DEBITO; QVIA IPSE SVMMVM BONVM EST, CVI EGO ME TOTVM DEBEO, QVICQVID DEMVM ILLE IN ME STATVAT'. Refert Carolus Arenbergius simile exemplum de Fratre Victore Bergomate Laico Capucino: qui eâdem tentatione pulsatus à cacodæmone, tentantem delusit, faciens etiam de tentatione profectum. Respondit namque ei: [r] 'Esto, damnandus sim, atque è vitæ libro delendus; quandoquidem Deum meum mortuus haud laudare potero, saltem quamdiu superstes sum, me ipsum ad Dei laudes provocabo'. Vidimus responsum, videamus & factum. Subdit continuò Author: 'Statimque assumpto flagello, diutiùs in Dominicæ passionis memoriam se verberibus cædere, ac divinas laudes illis Prophetæ verbis decantare: *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero*'. Quisquis hæc exempla ritè perpẽderit, & christianam philosophiam eis vivaciter expressam didicerit, facilè deridebit Molinistarum sophisticen, de illius Magisterio haustã, quem Basilius Magnus Homil. 22. *Primum & maximum mundanæ sapientiæ Sophistam*; & Rupertus lib. 3. in Genesim cap. 7. *Odibilium Sophistarum maximum*, appellat. Ubi illud obiter notandum, hosce discipulos videri hac in re Magistrum supergressos. Nam cùm ille, vt homines ad dissolutiorem vitam induceret, non incertitudinem prędestinationis, sed prædestinationem ipsam vt iam decretam & sibi notam

[q] *Drexelius l. 1. de Recta Intentione c. 7. §. 6.*

[r] *Apud Carolũ Arenb. in Floribus Seraphicis tomo 1. pag. 384.*

Basilius Rupertus.

Psal. 145. 2

obten-

obtenderet; hi ipſum ſupergreſſi, ſolam incertitudinem anteceſſoriæ prædeſtinationis ſufficere ad deſperandum & licentiosè vivendum volunt perſuadere.

CAPVT XX.

Expenduntur ac diſpelluntur cætera Incommoda ad finem vſque capitis XII. coacervata, olim quidem ab Ingratis ad invidiam anteceſſoriæ prædeſtinationi conflandam excogitata, nunc verò ab eorundem aſſeclis pudendo auſu reiterata.

Ad Incommodum 5.m de ORATIONVM INANITIONE.

1. QVanquam teſte Apoſtolo *Firmum fundamentum Dei ſtet*, Moliniſtæ tamen non deſunt partibus ſuis: Neque enim priùs ceſſabunt 2. Tim. 2. 19. pulſare prædeſtinationis murum, quàm exhauſerint Maſſilienſium machinamentarium. Cùm itaque prætactorum quatuor arietum illiſione plus ſibi quàm hoſtibus offeciſſe ſe cernerent, quintum arietem indidem deſumpſerunt, ex precum inanitione fabricatum: [a] 'Fruſtrà Mat. 6. 10. ,(ait quiſpiam eorum) diceremus, *Adveniat regnum tuum*, ſi illud conſequi aut amittere in noſtra poſitum non eſt libertate, nec ex noſtra ORATIONE vllo modo pendet'. Sed nunquid hoc ariete vſi olim ſunt Maſſilienſes, apud Proſperum capite præcedente §. 5. citatum contendentes, *Fruſtrà* ORATIONIBVS, *quibus Deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incõmutabili eius propoſito Chriſtiana gratia ſubſiſtit electio, nec aliter quidquam procedere poteſt quàm omnipotentis voluntate diſpoſitum eſt*? Agnoſcit Vaſquezius ſe ſuæ machinæ ſtructuram Maſſilienſibus debere acceptam, ſubdens ibidem: 'Sic inferebant Maſſilienſes contra Auguſtinũ, dum de electione ad gratiam eſſet ſermo'. Sed ne videretur per omnia cum eis conſpirare, ſubtexit: 'Sed longè diverſa ratio illius eſt, quam ,Diſp. 91. cap. 17. explicabimus. In difficultate verò præſenti, fruſtrà ,beatitudinem à Deo POSTVLARI, optimè conſequitur, ſi illa ex noſtra ORATIONE & libertate nullo modo pendet'. Nullo autem modo pendet, iuxta ipſum, ſi prædeſtinatorium beatificandi decretum antecedat meritorum præſcientiam. Vnde & mox ſubdit: 'Quare tale de-,cretum non dubitarent Auguſtinus & Patres fatale appellare, quòd ,ſimilem nobis neceſſitatem imponeret'. Verùm hæc omnia in præcedentibus diſcuſſa ac diſpulſa ſunt à nobis. Illud interim hìc admonemus, Malâ fide Vaſquezium agere Diſputatione illâ 91. ad quam Lectorem hinc remittit; dum ad probandum, Maſſilienſes non de electione ad gloriam, ſed de electione duntaxat ad gratiam hallucinatos fuiſſe, textum Proſperi ſophiſticè mutilat: [b] 'Eòdem ſpectat (inquiẽs) ,Doctrina Proſperi lib. 2. de Vocatione Gentium cap. 36. aliàs capite ,vltimo, qui reſpondens huic Obiectioni Maſſilienſium, probat ex ,Auguſtini ſententia, non tolli ſollicitudinem noſtram, & ORATIO-,NEM. Reddit verò rationem his verbis, *Cùm implenda voluntatis Dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationum,*

[a] *Vaſq. in 1. p. Diſp. 89. c. 10. n. 87.*

[b] *Vaſq. ibidem Diſp. 91. c. 17. n. 135.*

Digitized by Google

,*cationum fiant incrementa meritorum*: Ac ſi dicat, Tametſi noſtrâ ora-
,tione PRIMAM GRATIAM OBTINERE NON VALEAMVS, in gratia ta-
,men accepta, oratione & ſollicitudine creſcere poſſumus, & nova merita in dies habere, novaque dona à Deo impetrare'. Sed nos præcedente capite §. 6. integrum Proſperi textum deſcripſimus, in quo verbis à Vaſquezio hìc adductis hæc ſubnectuntur, quæ Vaſquezij fraudulentiam manifeſtè diſcooperiunt, & intentum evertunt: *Et qui bona geſſerint, non ſolùm ſecundùm propoſitum Dei, ſed etiam ſecundùm ſua merita* CORONENTVR. Quæ verba non poſſunt vllis præſtigijs aliò detorqueri, quàm vt importent *propoſitum coronandi*. Ac per hoc Proſper non de propoſito augendi gratiam viæ, ſed impertiendi coronam patriæ tractat. Quod propoſitum ſuperiùs ibidem vocaverat, *Electionis propoſitum*; præmittens verbis à Vaſquezio adductis hæc: 'Quam-
,vis quod ſtatuit Deus nullâ poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non
,tolluntur orandi, nec per ELECTIONIS PROPOSITVM liberi arbitrij devotio relaxatur'. Hoc ipſum coronandi propoſitum alibi idem Proſper *Miſericordiam* appellat, aſſerens, idcircò Pſalmographum dixiſſe animæ ſuæ, *Qui coronat te in miſeratione & miſericordia*, & Apoſtolum introduxiſſe Deum Moyſi dicentem, *Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero*, [c] 'Vt intelligamus, per eandē
,MISERICORDIAM dari CORONAS MERITORVM, per quam data ſunt merita coronarum'. Sed quia de cohærentia prædeſtinationis ad gloriam cum prædeſtinatione ad veram Chriſti gratiam finaliter perſeverantem abundè diſſeruimus ſuperiùs cap. 13. & 14. non opus eſt refutandis Vaſquezij præſtigijs hìc diutiùs immorari. Pudeat ergo eum principum ac magiſtrorum ſuorum, qui prædicatione anteceſſoriæ prædeſtinationis evacuari fidelium orationes contendit: imitans præter alios gratiæ hoſtes iam memoratos Fauſtum Regienſem, qui eiuſdē prędeſtinationis Catholicos aſſertores calumnians, aiebat: [d] 'In alter-
,utram partem ſubſidia ORATIONIS excludunt. Quid enim vltrà ſpe-
,ret, quem iam gratia ſuum fecit? In quo è contrario non deſperet, quem præfinitio violenta damnavit'? Et mox infrà iterum: 'Quid
,orare homini proderit, in vna harum duarum conditione omnimodis
,conſtituto? Nam etſi ad quam partem fuerit deputatus ignorat, vtrā-
,que tamen partem defixam eſſe & immutabilem non ignorat. Quid
,refert ſi nondum noverit locum ſuum, qui definitiſſimè novit, quia
,nullum iam recipiat vel dextera periculum, vel ſiniſtra profectum'? Et rurſus inferiùs: 'Qui vnum in origine perditum, alterum in præ-
,deſtinatione affirmat electum, vide quò improbâ perſuaſione decli-
,net. Quid enim aliud dicit, niſi quòd adiutorio ORATIONIS neuter
,indigeat? Nam iam præordinatis ad vitam neceſſaria non erit, depu-
,tatis ad mortem prodeſſe non poterit. In iſto ſupervacua, in illo in-
,firma iudicabitur. Beneficia ſupplicationis qui in acquiſitione præ-
,deſtinationis eſt, non requirit; qui verò in perditionis parte, non recipit'. Non eſt vt hęc Fauſti teſtimonia vllis pręſtigijs aliorsùm detorqueantur,

Pſal. 102. 4 *Rom.* 9. 15

[c] *Proſp. in Pſal.* 102. *verſ.* 4.

[d] *Fauſtus Regienſis l.* 1. *c.* 4.

Digitized by Google

queantur, aut de prædestinatione gloriæ ad prædestinationem gratiæ tantùm deflectantur; cùm apertissimè loquãtur de *prædestinatione ad vitam*, & *ad mortem*; ad *Dexteram*, & ad *sinistram* &c. Et revera etiamsi omnes Molinistæ sua capita conferrent, & totas eloquentiæ suæ vires exererent, nunquam possent præsens argumentum pressiùs & pomposiùs vrgere ad suũ scopũ, quàm illud vrsit Faustus & alij veteres gratiæ hostes. Cur non igitur ego eis insonem, & oggeram illud Prosperi: [c] 'Nunquid non eadem sapiunt, eademque perorant Vestri illi, ,quorum ructatis verba, Magistri? Sed quia consimili cognata superbia questu prosilit, & vobis nunc respondetur, & illis'? Respondetur, inquam, cum eodem ipso Prospero iam toties citato: [f] 'Quamvis quod ,statuit Deus nullâ possit ratione nõ fieri, STVDIA TAMEN NON TOL,LVNTVR ORANDI, nec per electionis propositum liberi arbitrij devo,tio relaxatur: CVM implendæ voluntatis Dei ita sit præordinatus ef,fectus, vt per laborem operum, per INSTANTIAM SVPPLICATIO,NVM, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum: & qui bo,na gesserint, non solùm secundùm propositum Dei, sed etiam secundùm sua merita coronentur'. Si non acquiescis Prospero, audi Papam Gregorium: [g] 'Obtineri nequaquam possunt (ait ille) quæ prę,destinata non fuerunt: sed ea quę Sancti viri orando efficiunt, ita ,prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quòque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad ,hoc electi pro labore perveniant: quatenus POSTVLANDO mereantur ,accipere, quod eis omnipotens Deus ante sęcula disposuit donare'. Hunc Gregorij locum verbatim transcripsit & suum fecit Beda in Quæstionibus super Genesim. Consonat Augustinus hisce suis discipulis, dicens: [h] 'Si qui sunt nondum vocati, pro eis vt vocentur oremus: Fortassis enim sic prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur'. Horum vestigia insequens Angelicus Doctor, tum 1. p. q. 23. ar. 8. tum q. 6. de Verit. ar. 6. interrogat, *Vtrùm prædestinatio iuvari possit precibus Sanctorum*: respondetque vtrobique distinguendo prædestinationem, vel quoad seipsam, vel quoad suos effectus: 'Dicendum (ait loco posteriori in Corpore Articuli) quod prædestinationem iuvari precibus Sanctorum, dupliciter potest intelligi: vno ,modo, quòd orationes Sanctorum iuvent ad hoc quòd aliquis prædestinetur: & hoc non potest esse verum, neque de orationibus secundùm quod in propria natura existunt, quia temporales sunt, prędestinatio autem æterna; neque etiam secundùm quod existunt in prę,scientia Dei, QVIA PRÆSCIENTIA MERITORVM VEL PROPRIO,RVM VEL ALIORVM NON EST CAVSA PRÆDESTINATIONIS, vt su,prà dictum est (Articulo nimirum 2. ibidem) Alio modo potest in,telligi prędestinationem precibus Sanctorum posse iuvari, quòd ora,tio iuvet ad consequendum prædestinationis effectum, sicut aliquis iu,vatur instrumento quo suum opus perficit: & sic est inquisitio de hac ,quæstione ab omnibus qui Dei providentiam circa res humanas posuerunt'.

[c] *Prosp. Poëm. de Ingratis cap. 26. & 27.*

[f] *Prosp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 36.*

[g] *Greg. lib. 1. Dialog. c. 8. Vide sup. in Prologo §. 9.*

Beda.

[h] *Aug. l. de Bono persever. c. 22*

D. Thomas.

Digitized by Google

ſuerunt'. Et recenſitis ſubſequenter variorum placitis à fide alienis, ſubdit infrà versùs finem: 'Dico igitur quòd prædeſtinationis effectus ,eſt SALVS HVMANA, quæ à Deo procedit ſicut à cauſa prima, ſed eius ,poſſunt eſſe multę cauſæ alię proximę, quaſi inſtrumẽtales, QVÆ SVNT ,ORDINATÆ A DIVINA PRÆDESTINATIONE AD SALVTEM HVMA-,NAM, ſicut inſtrumenta applicantur ab artifice ad effectum artis explẽ-,dum. Unde ſicut prędeſtinationis divinę eſt effectus quòd iſte ſalve-,tur, ita & quòd per ORATIONES TALES VEL MERITA TALIA SAL-,VETVR. Et hoc etiam Gregorius dicit in primo Dialogorum, *quòd ,ea quæ Sancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obti-,neantur.* Propter quod vt dicit Boëthius in lib. 5. de Conſolatione, *Preces cùm rectæ ſunt, inefficaces eſſe non poſſunt*'. Et loco citato ex 1. parte: 'Dicendum (ait in corpore Articuli) quòd in prędeſtinatione duo ,ſunt conſideranda, ſcilicet ipſa prędordinatio divina, & effectus eius. ,Quantum igitur ad primum, nullo modo prędeſtinatio iuvatur pre-,cibus Sanctorum: NON ENIM PRECIBVS SANCTORVM FIT QVOD ,ALIQVIS PRÆDESTINETVR A DEO. Quantum verò ad ſecundum, ,dicitur prędeſtinatio iuvari precibus Sanctorum, & alijs bonis operi-,bus: quia providentia, cuius prædeſtinatio eſt pars, non ſubtrahit ,cauſas ſecundas; ſed ſic providet effectus, vt etiam ordo cauſarum ſe-,cundarum ſubiaceat providentiæ. Sicut igitur ſic providentur natu-,rales effectus, vt etiam cauſæ naturales ad illos ordinentur, ſine qui-,bus illi effectus non provenirent: ita prædeſtinatur à Deo SALVS ,ALICVIVS, vt etiam ſub ordine prædeſtinationis cadat quicquid ho-,minem promovet ad ſalutem: vt ORATIONES propriæ, vel aliorum, ,vel alia bona, vel quicquid huiuſmodi, ſine quibus aliquis ſalutem ,non conſequitur. VNDE PRÆDESTINATIS CONANDVM EST AD ,BENE OPERANDVM ET ORANDVM: QVIA PER HVIVSMODI, PRÆ-,DESTINATIONIS EFFECTVS CERTITVDINALITER IMPLETVR. Propter quod dicitur 2. Petri 1. *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis*'. Quidnam his teſtimonijs reſponderi poſſit à Moliniſtis cum aliqua ſpecie veriſimilitudinis, non video. Nam D. Thomã iſtis locis loqui de prædeſtinatione ad gloriam, tam evidens eſt, quàm gloriam non aliud eſſe quàm *ſalutem humanam*, quæ toties ab ipſo nominatim exprimitur. Apertiſſimè verò negat, orationes vel merita, ſeu propria, ſeu aliena, ſeu temporaliter exiſtentia, ſeu ęternaliter præſcita, eſſe cauſam prędeſtinationis de qua agit; ſed effectum potiùs ex ea provenientem. Argumentum denique adverſariorum ab anteceſſoria prędeſtinatione ſalutis ad evacuationem orationis ſalvandorum ſic diſpellit ac reprobat, vt potiùs ex aſſertione talis prædeſtinationis colligat, *Prædeſtinatis conandum eſſe ad benè operandum & orandum: quia per huiuſmodi, prædeſtinationis effectus certitudinaliter impletur.* De qua certitudinali impletione intelligendum cenſet illum Petri locum, quem Adverſarij perperàm ad ipſam prędeſtinationem detorquent;

Gregorius.

Boethius.

D. Thomas.

Vide Leſſium.

Digitized by Google

2.Pet.1.10 quent : *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* *de Prædest. Sect. 2. num. 6.*

2. Ex quibus colligitur quàm fœdè hallucinetur Lessius, cùm approbat illud dictum de complemento prædestinationis secundùm se spectatæ intellectum : *Si non sis prædestinatus, fac vt prædestineris.* Quasi verò divina prędestinatio suspensa adhuc nutaret, expectans determinationem suam à nobis. Sed invenit Lessius quod ex Prospero & Fulgentio pro se allegaret. Verùm nos superiùs cap. 17. §. 6. ambos ei dempsimus. Alibi adducit Angelicum Doctorem ita scribentẽ: i 'Dicendum quòd prædestinatio supponit præscientiam futurorum: ,,& ideò sicut Deus prædestinat salutem alicuius hominis per oratio-,,nes aliorum implendam, ita etiam prædestinavit opus Incarnationis in remedium humani peccati'. Sed priorem partem huius testimonij expendimus ibidem post testimonia Prosperi & Fulgentij iam mentionata. Sed quàm ineptè Lessius circa iam citatum Angelici Doctoris testimonium glosset, audiamus : k 'Sensus est (inquit) Etsi ,,prædestinatio, cùm sit æterna, præcedat existentiam peccati, quæ tẽ-,,poralis est, tamen non præcedit eius præscientiam, quæ æterna est, ,,imò hanc supponit, quia prædestinatio supponit præscientiam futu-,,rorum. Vnde non sequitur, debuisse prædestinationem Christi imple-,,ri, non secuto peccato; sed potiùs opus Incarnationis in remediũ pec-,,cati prædestinari. Simili modo prædestinatio Pauli est æterna, ora-,,tio autem Stephani est temporalis ; non tamen hinc sequitur, Paulũ ,,fuisse salvandum etiamsi Stephanus pro illo non orasset : quia etsi ora-,,tionis illius existentia sit temporalis, eius tam præscientia est æterna, quàm præscientiam prędestinatio Pauli supponit'. Jn hoc glossemate adeò sibi Lessius applaudit, vt non dubitet adiungere : 'Hęc est APER-,,TE MENS D. THOMÆ : ALIÆ EXPOSITIONES, QVAS QVIDAM EX-,,COGITARVNT, SVNT EXTORTÆ, NEC POSSVNT COMMODE AR-GVMENTO APTARI'. Verùm ex dictis cap. 17. §. 6. satis elucet, hanc Lessij expositionem esse omninò extortam, nec posse commodè argumento aptari. Argumentum quippè quod D. Thomas sibi obiecerat, fuit hoc : *Prædestinatio Dei est æterna. Sed dicitur Rom. 1. de Christo, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Ergo etiam ante peccatum necessarium erat filium Dei incarnari, ad hoc quòd Dei prædestinatio impleretur.* Respõdet ipse verbis à Lessio citatis, vbi cùm dixisset prędestinationẽ prędsupponere prędscientiam futurorum, subdidit similitudinem prędestinationis Christi in remedium humani peccati, cum prędestinatione cuiuspiam puri hominis implenda per preces alterius. Quę similitudo in eo sita est, quòd quemadmodum prędestinatio puri istius hominis prędsupponit præscientiam miserię eius, ad quam sublevandam idoneum remedium esse potest alterius oratio; ita prędestinatio Christi prędsupponit præscientiam miserię totius humanę massæ, ad quam tollendam idoneum remedium esse poterat Christus incarnatus. In neutro ergo casu sermo est de prędscientia meritorum, sed vtrobique de prędscien-

Vide eum de Prædest. & Reprob. Sect. 6. n. 79.

i *D. Th. 3. p. q. 1. ar. 3. ad 4.m*

k *Lessius de Prædest. sect. 2. n. 23.*

præscientia miseriarum, seu peccatorum. Unde etiam dicto cap. 17. §. 6. observandum monuimus, D. Thomam non dixisse quòd prædestinatio præsupponat præscientiam meritorum, sed *præscientiam futurorum*. Vnde & præcedente §. recitavimus eius verba ex Quæstione 6. de Veritate ar. 6. quibus expressè negat, orationes sanctorum, sive vt reipsâ existentes, sive vt æternaliter præscitas, esse causam prædestinationis. Neque verò loco per Lessium allegato dicit, Deum propter cuiusquam preces prædestinasse alterius salutem, sed *prædestinasse salutem alicuius per orationes aliorum* IMPLENDAM. Ex quo patet quàm ineptè ei imponat Lessius, quòd orationes aliorum statuerit causam prædestinationis, cùm potiùs eas statuerit causam impletionis. Patet insuper quàm procul ab eius mente aberret Lessius, dum ibidem paulò infrà tractans de oratione Stephani pro Paulo, ait: 'Illa oratio non fuit effectus prædestinationis Pauli, sed causa'. Contrarium disertissimè perhibet Sanctus Doctor dicta q. 6. de Veritate ar. 6. ad 2.^m, vbi in specie agens de oratione Stephani pro Paulo, negat 'Eam fuisse causam prædestinationis Pauli, sed quòd iuverit solùm ad prædestinationis effectum'. Idipsum manifestè consequitur ex his eius verbis præcedente §. citatis: 'In prædestinatione duo sunt consideranda, scilicet ,ipsa præordinatio divina, & effectus eius. Quantum igitur ad primũ, ,NVLLO MODO prædestinatio iuvatur precibus sanctorum: NON ENIM ,PRECIBVS SANCTORVM FIT QVOD ALIQVIS PRÆDESTINETVR A ,DEO. Quantum verò ad secundùm, dicitur prædestinatio iuvari precibus sanctorum, & alijs bonis operibus'. Inaniter proinde contra tot Sanctorum testimonia luctantur Molinistæ, sivè cùm contendunt orationes sanctorum esse causam, & non potiùs effectum prædestinationis eorum pro quibus funduntur; sive cùm prædestinationis prædicatione retundi clamitant orationis studium. Longè profectò potiori iure eis à nobis obijci potest, quòd ipsi suâ prædicatione non solùm accendant elationem, verumetiam extinguant orationes: [1] 'Cavendum est (aiebat veteribus gratuitę prędestinationis hostibus Augustinus) ne dum timemus ne tepescat hortatio, extinguatur oratio, accędatur elatio'. Qui rursus Epist. 107. ad Vitalem, horum prodromũ: 'Prorsus (inquit) non oramus, sed orare nos fingimus, si nosipsos, ,non illum credimus facere quod oramus. Prorsus non gratias Deo ,agimus, sed nos agere fingimus, si vnde illi gratias agimus, ipsum fa,cere non putamus. Labia dolosa, si in hominum quibuscunq; sermoni,bus sunt, saltẽ in orationibus non sint. Absit, vt quod facere Deum ro,gamus oribus & vocibus nostris, eum facere negemus cordibus no,stris: &, quod est gravius, ad alios etiam decipiendos hoc non tacea,mus disputationibus nostris; & dum volumus apud homines defen,dere liberum arbitrium, apud Deum perdamus orationis auxilium; & ,gratiarum actionem non habeamus veram, dum veram non agnoscimus gratiam'. Sed fortè dicturi sunt, se veram agnoscere gratiam, tametsi antecessoriam prędestinationem repudient. Ego è contrario asseverare

Lessius.

D. Thomas.

[1] *Aug. l. de Bono Persever. c. 16.*

Præoccupatio.

verare non dubito, quòd si veram agnoscerent gratiam, antecessoriam prædestinationem pariter agnoscerent. Ad quod probandum resumo illud Prosperi: [m] 'Ab hac confessione gratiæ Dei, ideò quidam resiliunt, ne cùm eam talem confessi fuerint, QVALIS DIVINO ELOQVIO PRÆDICATVR, ET QVALIS OPERE SVÆ POTESTATIS AGNOSCITVR, etiam hoc necesse habeant confiteri, quòd ex omni numero hominum per sæcula cuncta natorum, certus apud Deum definituſque sit numerus prædestinati in vitam æternam populi, & secũdùm propositum Dei vocantis electi. Quod quidem tam impium est negare, quàm ipsi gratiæ contraire'. Quid est, quæso, vera gratia, nisi gratia talis, *qualis divino eloquio prædicatur, & qualis opere suæ potestatis agnoscitur*? At quisquis talem gratiam defendit, necessariò compellitur antecessoriam prædestinationem defendere: vt apertissimè Prosper hìc asseverat. Ac per hoc quisquis antecessoriam prædestinationem repudiat, profectò nec veram gratiam defendit. Sí autem gratiam non defendit veram, proculdubiq; nec orationem nec gratiarum actionem habet veram: vt non minùs disertè Augustinus proximè adductus affirmat. Qui & alibi asseverat, errorem Massilienſium de gratia, adeoque de prædestinatione, ex sola posse oratione Dominica refelli. Ex quo consequens est, eos qui Massilienſium errori adhærent, ipsam Dominicam orationem evacuare: [n] 'Si alia documenta (ait ille) non essent, hæc Dominica oratio nobis ad causam gratiæ, quam defendimus, SOLA sufficeret: quia nihil nobis reliquit, in quo tanquam in nostro gloriemur: Siquidem & vt non discedamus à Deo, non ostendit dandum esse nisi à Deo, cùm poscendum ostendit à Deo: Qui enim *non infertur in tentationem*, non discedit à Deo. Non est hoc in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt; fuerat in homine antequam caderet. Quę tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, pervenire meruerunt. Post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum: neq; nisi ad gratiã suam voluit pertinere, vt homo non recedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illo, *quo sortem consecuti sumus, prædestinati secundùm propositum eius, qui vniversa operatur*: Ac per hoc sicut operatur vt accedamus, sic operatur ne discedamus. Propter quod ei per Prophetam dictum est, *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & non discedamus à te.* Iste certè non est Adam primus, in quo discessimus à Deo; sed Adam novissimus, super quem fit manus eius, vt non discedamus ab eo: Christus enim totus cum membris suis est propter Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cùm ergo fit super eum manus Dei, vt non discedamus à Deo, ad nos vtique pervenit opus Dei: hoc est enim manus Dei, quoniam opere Dei fit vt simus in Christo permanentes cum Deo, non sicut in Adam discedentes à Deo: In Christo enim *sortem consecuti sumus, prædestinati*

[m] *Prosp. Epist. ad Ruffin. c. 12.*

Vide suprà hic cap. 13. & 14.

[n] *Aug. l. de Bono persever. cap. 7.*

Mat. 6. 13.

Ephes. 1. 11

Psal. 79. 18

secundùm propositum eius, qui vniversa operatur'. Quando hanc prædestinationem agnoverint & amplexi fuerint Adversarij, tunc veram gratiam defendere, & veras orationes fundere poterunt: cessabuntque nobis calumniari, quòd prædicatione prædestinationis inaniamus orationes: cùm potiùs ipsi accendendo elationem extinguant orationem: [o] 'Nam quid stultius (inquit Augustinus) quàm orare vt facias, quod in potestate habeas'? Quomodo ergo veraciter orabit, aut quid orando postulabit, qui Lessij præstigijs delusus dicet Deo: [p] 'Posuisti omnia in arbitrio nostro, perinde ac si solis naturæ viribus regnum obtinendum esset'? Neque verò Lessius à generalitate eorum, quæ in arbitrio nostro posita esse censet, ipsam prædestinationem vult haberi exceptam, saltem quoad suum complementum: Nam paulò infrà ibidem subiungit: 'Collocasti itaque & perseverantiam; & PRÆDESTINATIONIS COMPLEMENTVM, & totam salutem nostram in arbitrio nostro'. Vnde & iuxta hunc sensum approbat illud dictum, suprà ibidem sect. 6. n. 79. *Si non es prædestinatus; fac vt prædestineris.* Nec ait, Si nos es prædestinatus, ora vt prædestineris; sed, FAC *vt prædestineris*: Quia vtiq; sensit, nihil esse stultius quàm orare vt facias, quod in potestate habeas. Hinc, vt lib. 1. cap. 10. §. 1. observavimus, in tota sua *Recollectione*, quam frustrà appellat *precatoriam*, nihil sibi dari postulat, sed pro concessis gratias agit. Quanquam non videam quemadmodum vel hoc ipsum veraciter præstet, qui prædestinationē veram, adeoque gratiam veram non agnoscit. Porrò ne quis suspicetur, Lessium per *complementum prædestinationis*, quod in nostro arbitrio ait esse collocatum, intelligere effectum prædestinationis impletorium, & non intrinsecam ipsius prædestinationis consummationem; advertat quid idem Lessius scribat eâdem Sect. 6. num. 77. vbi ex professo probandum assumit, *Quod in iustorum potestate sit complere suam prædestinationem.* Probat verò sic: 'Quia complere suam prædestinationem nihil est aliud quàm efficere vt IN DEO sit præscientia & præparatio reliquorum beneficiorum, quibus homo reipsa perducitur ad salutem: Atqui in hominis iusti potestate est per gratiam Dei efficere, vt in Deo sit talis præscientia, & præparatio talium beneficiorū: Ergo in eius potestate est complere suam prædestinationem'. Quod si obijcias Lessio, consequens hinc fore, vt simpliciter loquendo prædestinatio sit in potestate cuiuslibet adulti, saltem iustificati; siquidem id quo præcisè discernuntur electi à reprobis non est inchoamentū prædestinationis, quod frequenter est commune vtrisque; sed complementum, quod proprium est electis: Respondebit negando assumptum: quia etiam ipsum inchoamentum prædestinationis vsqueadeò obtinet nomen prædestinationis, vt ratione ipsius omnes iusti dicantur electi & ad gloriam prædestinati, etiamsi multi eorum nunquam habituri sint complementum suæ prædestinationis, eò quòd concessam potestatem negligant perducere ad actum: 'Dicimus (ait ibidem superiùs n. 75.) omnes iustificatos, secundùm morem loquendi Scripturarum, esse electos & prædestinatos ad gloriam. Hęc tamen ele-

[o] *Aug. lib. de Nat. & Grat. c. 18.*

[p] *Lessius de prædest. Sect. 7. n. 84 Vide suprà l. 1. cap. 10.*

Digitized by Google

ctio & prædestinatio non est completa, sed vt compleatur requirit conditionem ex parte nostra; quam implere vel non implere est in nostra potestate: ac proinde in potestate nostra est efficere vt prędestinatio nostra compleatur'. Hæc si vera sunt, delendum profectò è Bibliis est illud Apostoli oracultum, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*: & illud item eiusdem: *Quis te discernit?* Et illud item Joânis Apostoli de iustis apostatătibus, *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* In quem locum videndus est Augustinus lib. de Bono persever. cap. 8. & lib. de Correpț. & Gratia cap. 9. Quibus locis adeò apertè Lessio contradicit, vt credas eum iam tunc scripta eius prævidisse, & antidotum contra eorum virus providisse. Sed de his satis in prędcedentibus actum est, signanter cap. 14. Nunc sufficerit advertisse, Molinistas collocando summam salutis in potestate liberi arbitrij, capitaliter reos esse ius sceleris quod assertoribus antecessoriæ prędestinationis affingunt, dicentes, quòd prædicatione talis prædestinationis evacuent fidelium preces aut supplicationes.

Sequitur nunc Incommodum 6.m in correptionum & exhortationum frustratione consistens. Verùm hæc machina ex communi Massiliensium & Adrumetinorum Monachorum armamentario desumpta est: quorum primi apud Augustinum lib. de Bono persever. cap. 17. ęggannicbant, *Prædestinationis definitionem vtilitati prædicationis adversari; ò quòd hâc auditâ, nemo posșit* CORREPTIONIS *stimulis excitari*: Postremi apud eundem lib. de Correpț. & Gratia cap. 15. garriebant: *Corrumpant bonos mores colloquia mala, & pereat infirmus: quid ad nos? Firmum fundamentum Dei stat: & nemo perit nisi, nisi filius perditionis.* Proinde nisi nimia brevitas aliquibus fortasse suspecta haberetur, possem ab huius machinę commodatarijs me modò expedire anguștâ illâ prosperi concluștunculâ: q 'Non ergo cum istis novâ aeie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina'. Reveta enim tunc istorum machina confracta est, tunc insuperbiæ socijs ac principibus corruerunt, quando adversùs Adrumetinos respectivè ac Massilienses Augustinus libros de Correptione & Gratia, ac de Bono perseverantiæ, plenos divinæ authoritatis emisit. In quorum priori memoratum Adrumetinorum garritum explodens: Absit (inquit) vt istá garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim, quia *nemo perit, nisi filius perditionis*: sed ait Deus per Ezechielem Prophetam, *Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem verò eius de manu speculatoris inquiram.* Proinde quantum ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes salvos fieri velle debemus; omnibus, ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est à nobis medicinaliter severa correptio: Dei est autem illis eam facere vtilem, *quos ipse præscivit & prædestinavit conformes imaginis filij sui.* Si enim aliquâ timore non corripimus, ne aliquis inde pereat; cur non etiam

Ad Incommodum 6.m de CORREPTIONVM EVSTRATIONE, *Massilienses.*

Adrumetini.

q *Prosp. l. cont. Collat. c. 41.*

r *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 16.*

timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis viscera maiora gestamus quàm beatus Apostolus, qui dicit: *Corripite inquietos*'. In posteriori prætactum Massilienſium gannitum obtundens: [s] 'Sed aiunt (inquit) *prædestinationis definitionem vtilitati prædicationis adversari*. Quasi verò adversata sit Apostolo prædicanti. Nonne ille *Doctor gentium in fide & veritate* prædestinationem toties commendavit, & verbum Dei prædicare non destitit? Nunquid quia dixit, *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate*, ideò non ipse, & vt velimus quæ Deo placeant, & vt operemur, hortatus est? Aut quia dixit, *Qui in vobis bonum opus cœpit, perficiet vsque in diem Christi Iesu*, ideò vt inciperent homines, & perseverarent vsque in finem, ipse non suasit? Nempe ipse Dominus hominibus præcepit vt crederent, atque ait, *Credite in Deum, & in me credite*; nec tamen ideò eius falsa sententia est, nec vana definitio, vbi ait, *Nemo venit ad me*, id est, nemo credit in me, *nisi fuerit ei datum à patre meo*. Nec rursus, quia vera est hæc definitio, ideò vana est ista præceptio. Cur ergo prædicationi, præceptioni, exhortationi, CORREPTIONI, quæ omnia frequentat Scriptura divina, existimamus inutilem definitionem PRÆDESTINATIONIS, quam commendat eadem Scriptura divina? An quisquam dicere audebit, Deum non præsciisse, quibus esset daturus vt crederent: aut quos daturus esset filio suo, *vt ex eis non perderet quemquam*? Quæ vtique si præscivit, profectò beneficia sua, quibus nos dignatur liberare, præscivit: Hæc prædestinatio Sanctorum nihil aliud est quàm præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur. Cæteri autem vbi, nisi in massa perditionis iusto divino iudicio relinquuntur? Ubi Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent: sed quoniam vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent est negatum'. Postremam huius sententiæ partem, quâ Tyrijs & Sidonijs dicitur *esse negatum vt crederent*, dura nimis visa est Genuensibus: quorum murmuri obvians Prosper: [t] 'De Tyrijs (inquit) & Sidonijs quid aliud possumus dicere, quàm non esse eis datum vt crederent, quos etiam *credituros fuisse*, ipsa veritas dicit, *si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent*? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur: & ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit. Nos, etiamsi rationem facti & profundi tatem iudicij eius penetrare non possumus, manifestissimè tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit: Et non solùm Tyrios & Sidonios, sed etiam Corozain & Bethsaida potuisse converti, & fideles ex infidelibus fieri, SI HOC IN EIS DOMINVS VOLVISSET OPERARI'. Viderint quid ad hæc respondeant, qui censent, Deum collocasse salutem in manu liberi arbitrij vniuscuiusque adulti, voluisseque omnes lapsos nemine excepto ex parte sua liberare. Sed inspiciamus paulisper qualiter etiam cum præfatis Genuensibus

1. Thess. 5. 14.

1. Tim. 2. 7

Philip. 1. 6

Ioan. 14. 1. Ioan. 6. 66.

Ioan. 18. 9.

Mat. 11. 21.

[s] *Aug. l. de Bono Persever. c. 14.*

[t] *Prosp. Resp. ad Dubium 8.m Genuensium. Vide Aug. Enchir. c. 95.*

Vide Hugonem Vict. l. 1. Miscell. c. 17.

Digitized by Google

nuenſibus ſymbolizent Moliniſtæ. Articulus vndecimus eorum, ab Academiis Belgicis cenſuratus, ſic habet: *Quod dicit Auguſtinus, Iis qui non ſunt à perditionis maſſa ſegregati, non adhiberi dicta vel facta diuina, per quæ poſſent credere, ſi audirent ea vel viderent,* CVM GRANO SALIS ACCIPIENDVM EST. Tanquam dicerent, Inſipidum & inſulſum eſt; indigetq; ſale ſapientiæ Moliniſticæ, vt delicatis hominum aliter iam per Moliniſtas enutritorum palatis arrideat. Sed audi adhuc alterum eorundem Articulum, proximè ſequentem: *Ad illud quod ex capite 6. de prædeſtinatione Sanctorum obijcitur, vbi Auguſtinus docet, Hunc nolle credere, quia eius voluntas non præparatur à Domino; quod tamen erat neceſſarium, vt credere vellet:* Reſpondetur, VALDE IMPROPRIE DICI, *quod is cui ſufficienter propoſita eſt fides, idcò nolit credere, quia eius voluntas non præparatur à Domino.* Quod ſuperiori Articulo dictum fuerat, *cum grano ſalis accipiendum eſt*, id explicatiùs hìc exprimitur, *Valde impropriè dicitur.* Vbi mirum eſt non dixiſſe eos ibi *modum ſalis*; quandoquidem hìc dixerint, *Valde impropriè.* Sed profectò ſi ſanum haberent palatum, Auguſtinum non egere ſale ſentirent; imò & ei cum Paulino Antiſtite acclamarent: [u] 'O verè SAL terræ, quo præcordia noſtra, ne poſſint ſæculi errore vaneſcere, condiuntur'! Verùm quia febricitantium more palatum habent infectum, Auguſtinianæ mannæ ſaporem non ſentiunt: imitantes Fauſtum cum ſuis adhærentibus, quos ſæculi ſui Epicureos & Cynicos Claudianus Mamertus indigitat, vbi ait: [w] 'Aurelius Auguſtinus, & acumine ingenij, & rerum multitudine, ,& operis mole velut quidam Chryſippus argumentandi virtute, aut ,Zenon ſenſuum ſubtilitate, aut Varro noſter voluminum magnitu,dine: & qui profectò talis naturæ attentione diſcipliniſque extite,rit, vt non immeritò ab iſtis noſtri ſæculi Epicureis aut Cynicis, ſpiritalis Sophiſta diſſenſerit'. Et verò, cùm prædeſtinatio ſit pars diuinę prouidentię præcipua, congruenter hi qui prędeſtinationi obluctantur, Epicureorum vocabulo indigitantur. Nam cùm omnes vetuſtiores Sophi prouidentiam agnouiſſent, [x] 'Vnus (teſte Lactan,tio) multis poſt ſæculis extitit delirus Epicurus, qui auderet negare ,id quod eſt euidentiſſimum; ſtudio ſcilicet inueniendi noua, vt no,mine ſuo conſtitueret diſciplinam. Et quia nihil noui potuit reperire, ,vt tamen diſſentire à cæteris videretur, vetera voluit euertere. In quo illum circumlatrantes Philoſophi omnes coarguerunt'. Sed cautiores Epicuro hi prædeſtinationis negatores, vt circumlatrantium Theologorum ſtrepitum compeſcerent, fruſtraneas eſſe correptiones ſuppoſitâ prædeſtinatione aſſeruerunt: ſperantes vtique fore, vt vel prædeſtinationis aſſertores ſententiam mutarent, vel certè à corripiendis ipſis deſiſterent. Verùm ſcire debent, nihil profuiſſe hanc ſolertiam veteribus Semipelagianis; ad quorum correptionem Papa Celeſtinus linguas omnium armauit Antiſtitum, ſcribens de eis in hunc tenorem Epiſcopis Gallicanis: [y] 'CORRIPIANTVR HVIVSMODI, non ,ſit eis liberum habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt,

Ieſuita Louanienſes. Vide Leſſium de Prædeſt. Sect. 4. n. 43.

[u] *Paulinus Epiſtola 41. ad Auguſtinum*

[w] *Claud. Mamertus. lib. 3. de ſtatu Animæ c. 10.*

[x] *Lactan. lib. 2. diuinarum Inſtit. c. 8. aliàs 9.*

[y] *Celeſt. Epiſt. ad Epiſc. Gall. c. 1.*

,sunt, incessere novitas vetustatem; desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare'. Et mox infrà ibidem: 'Sciant, se, si tamen censen-,tur præsbyterij dignitate, vobis esse subiectos: Sciant omnes qui ma-,lè docent, quòd sibi magis discere competat, quàm docere. Nam quid in Ecclesijs vos agitis, si illi summam teneant prædicandi'? Si cum Adrumetinis controversarentur Molinistę, non frustrà vterentur prę-memorato dilemmate: sed apud Augustini discipulos nihil omninò efficere eo poterunt, nisi vt semetipsos inextricabiliter involvant. Nam quicquid in hac causa adversùs prædestinationem sursum deorsumque iactaverint, adversùs præscientiam, quam negare nec valent nec volunt, retorqueri poterit: prout ostendit Augustinus lib. de Bono persever. cap. 15. cuius verba superiùs cap. 19. §. 6. recitavimus. Sicut ergo neganda non est Dei præscientia, quamvis eius obtentu quidam discoli repellant correptiones & exhortationes; ita neganda non est Dei prædestinatio, quamvis eius obtentu quidam similiter discoli repellant easdem: [z] 'Non prudentium diligentia (ait quidam) ,sed STOLIDORVM QVERELA est: Sine me, ita vivam: Qui ad vitam ,prædestinatus est, perire non potest: Quare conabor? Quod futurum ,est, fiet. Et tamen nemo vulneratus, aut æger dicit: Sine me, si vi-,cturus sum, non moriar: Quid medicus faciet? Quod futurum est ,fiet. Et non timent animæ suæ legem dare, quàm corpori suo præ-,scribere nolunt. Clamant hoc quotidie PERVERSI: Nolite admone-,re, nolite corrigere; si Deus vult, iustificabit nos: & nemo dicit, No-,lite cibum præparare, nolite vestimentum dare, si vult Deus, pascet, & vestiet nos'. Quemadmodum igitur non sunt repellenda medicamenta corporalia, quamvis vita humana ex eius nutu pendeat, de quo scriptum est: *Vita in voluntate eius*: & de quo scriptum est, *In cuius manu anima omnis viventis, & spiritus vniversæ carnis hominis*: & cui dicitur, *Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt*: ita nec repellenda est medicinalis correptio, quamvis correpti salus & correctio ex eius nutu pendeat, qui *cuius vult miseretur, & quem vult indurat*: & [a] 'qui (teste Augustino) ,operatur intrinsecùs, vt valeat aliquid medicina quæ adhibetur extrinsecùs'. Qui rursus lib. de Corrept. & Grat. cap. 5. cùm dixisset, Nunc maiorem nunc minorem pro peccatorum diversitate salubriter adhiberi correptionem, subiunxit: 'Et tunc est salubris, quando supernus medicus respicit'. Et inferiùs cap. 15. 'Ad nos ergo (inquit) ,qui nescimus quisnam sit *filius pacis*, aut non sit, pertinet, nullum ex-,ceptum facere, nullumque discernere; sed velle omnes salvos fieri, quibus prædicamus hanc pacem'. Cur enim sub hac ignorantia constituti segniores simus ad corripiendum, quàm diabolus est ad subvertendum; de quo ait pius quidam Scriptor: [b] 'QVONIAM quos prę-,destinaverit Deus, ignorat diabolus, CVNCTOS suis non cessat sagit-,tis appetere, vt per mentis consensum ad illecebras trahat peccati'? Quid ergo superest, nisi vt è contrario, iuxta Augustini monitum;

[z] *Hugo Vict. l. 1 Miscell. c. 183.*

[a] *Aug. lib. 15. de Civit. cap. 6.*

[b] *Laurent. Iustinian. l. de Disciplina Monastica cap. 11.*

Nos

Digitized by Google

[c] 'Nos agamus ſine deſperatione quod agimus? *Si filius pacis eſt* quem ,corripimus, *requieſcet ſuper eum pax noſtra; ſin autem, ad nos revertetur.* ,Quamvis itaque etiam dum quorundam fides ſubvertitur, *firmum fun-* ,*damentum Dei ſtet*, quoniam *ſcivit Dominus qui ſunt eius*; non tamen ideò ,nos pigri & negligentes eſſe debemus in corripiendis qui corripiendi ſunt'. Cæterùm ſi recolantur quæ præcedenti capite §. 6. diximus retorquendo Incommodum de laxioris vitæ invectione, facilè perſpicietur quantopere *Moliniſtarum dogma inaniat correptiones. Quotuſquiſque eſt enim hominum flagitijs deditorum ac fallaci Moliniſtarum perſuaſione deluſorum, qui non verbo aut certè tacitâ cogitatione reſponſurus ſit ſuo correptori: Nondum tempus eſt vt me emẽdem, fruar adhuc voluptatibus meis, ſemper vſque ad extremum halitum potero per gratiam iugiter affluentem complere prędeſtinationem meam: [d] 'Hâc ſeductoriâ cogitatione (ait quidam) ô quàm in- ,numeri quotidie decipiuntur, differentes de die in diem converti ad ,Dominum, arbitrantes, ad libitum ſe pœnitentiæ poſſe captare remedia': Et lib. de Humilitate, loquens de iiſdem præſumptoribus: *'Confidunt (inquit) ad libitum poſſe ſe pœnitere, atque divinam mi- ,ſericordiam quotieſcunque voluerint, promereri, iuxta pollicitatio- ,nem Domini per Prophetam ex corde pœnitentibus factam: Sic enim 18. ,loquitur, *Quotieſcunque peccator ingemuerit, non recordabor amplius iniqui- ,tatum ſuarum*: Et illud, *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Do-* 23 ,*minus, & non magis vt convertatur à vijs ſuis, & vivat*? Hâc temerariâ ,ſæti fiduciâ, & cæcâ ſeductâ ſpe indulgentiæ, laxant habenas volup- ,tati; & omninò, quantum in ipſis eſt, ſuadent ſibi licere quodlibet; ,non conſiderantes, ignotum ſibi eſſe mortis diem, & nullam de præ- ,ſumpta ſe miſericordia ſecuritatem habere; nec non innumeros, ob ,hanc optatam & minimè obtentam ſpem, abſque pœnitentia migraſſe de corpore'. Ego nolo exaggerare verbis meis, ſed ſagacioribus cogitandum relinquo, quantopere Moliniſtę hac in re collaborent ei de quo ait Fulgentius: [e] 'Pleroſque ſub vana ſpe indulgentiæ in pec- ,catis diabolus tenet; & compellit eos Dei iuſtitiam non metuere, quos inaniter ſuadet de Dei bonitate gaudere'.

Pergunt adhuc Moliniſtæ, & ſententiam de anteceſſoria prædeſtinatione ad explorati erroris abſurdum deducunt: [f] 'Probatur aſſertio ,noſtra (ait quiſpiam ipſorum) deducendo ad abſurdum EXPLORATI ,ERRORIS, qui vix declinari poteſt, ſi ponatur, decretum prędeſtina- ,tionis anteceſſiſſe omnibus modis præſcientiam cooperationis. Me- ,minit enim Sigebertus in Chronico circa Annum Domini 415. er- ,roris quorundam, qui nominabantur *prædeſtinati*, propterea quòd di- ,cerent, Nihil bona opera ad ſalutem prodeſſe prædeſtinatis, quaſi nõ ,eſſent ſalvi futuri abſque illis. Quod CERTE VIDETVR SEQVI, SI ,ANTE OMNEM RESPECTVM AD ILLORVM PIA OPERA, FIRMVM ,DE ILLORVM SALVTE STAT DECRETVM. Tunc enim ex vi eius firmi decreti fierent ſalvi, quamvis piè non operarentur'. Nihil hìc novi aſſerunt

[c] *Aug. l. de Corrept. & Grat. cap. 15.*

[d] *Laurent. Iuſtinianus l. de Contemptu Mundi c. 15. Vide Aug. Homil. 11. inter 50 & Iſidor. l. 2. Sentent. cap. 13. & 15.*

[e] *Fulg. Epiſt. 7. ad Venantium cap. 6.*

Ad Incommodum ſeptimũ. De PRÆDESTINATIANISMI INVECTIONE.

[f] *Greg. Valentia in 1. p. q. 23. Diſp. 1. puncto 4. §. 6. in fine. Vide Becanum in 1. p. Tract. 1. cap. 14. n. 20.*

Digitized by Google

asserunt Molinistæ, sed eandem calumniam novis verbis replicant, quam cap. 18. §. 6. dispulimus, adductis præter alia his Maldonati verbis ex Commentario in caput 12. Lucæ super illo versiculo, *Complacuit patri vestro dare vobis regnum:* 'Itaque (ait ille) quod ab omnibus ,hoc loco observatum, verum est, significari hìc, regnum cœlorum ,gratuitâ Dei voluntate benignitateque esse nobis prædestinatum. Sed ,IN EO HÆRETICI ERRANT, QVOD EXISTIMENT, PROPTEREA ,QVOD SINE NOSTRIS MERITIS PRÆDESTINATVM NOBIS EST, ET SINE NOSTRIS MERITIS DARI' &c. Nunquid ergo Molinistæ, dum idipsum, *in quo hæretici errant*, astruunt, hæreticorum causam strenuè promovent? Aperiant igitur vel serò oculos suos; & invenientes se in eo quod nobis obiectant, turpitudinem suam innocentibus affingere desistant. Verùm quia dispellendo ac retorquendo præcedentia Incommoda, etiam hoc satis superque dispulimus ac retorsimus, tum cap. 18. §. 6. tum cap. 19. per totum: nunc illud videamus, quinam fuerint illi *prædestinatiani*, & quis eorum error, quem Valentia vocat *exploratum*: & fortasse deprehendemus, Molinistas in hoc argumento, perinde ac in cæteris, veterem Ingratorum cantiunculam replicare: ε 'Prædestinati hæretici (ait Gabriel Prateolus) à sua doctrina nomen sortiuntur, teste Sigeberto monacho in suis Chronicis. ,Nam QVIS EORVM DVX ET INSTITVTOR FVERIT, NESCITVR; NEC ,REFERT IPSE SIGEBERTVS. Tantùm ait, *Eos ideò prædestinatos appellari, quòd de prædestinatione & divina gratia disputantes asserebant, piè viventibus non prodesse bonorum operum laborem, si à Deo ad mortem ordinati fuissent: & impijs & peccatoribus non obesse quæcunque sce'era & flagitia ab illis commissa, si Deus illos ad vitam æternam prædestinasset. Quæ assertio & bonos à bonis operibus agendis avocabat, & malos ad mala provocabat.* ,Exortos autem ait idem Sigebertus sub Honorio Imperatore, & Innocentio primo huius nominis Summo Pontifice, circa Annum Domini 414'. Dicit quidem ista Sigebertus, sed & addit, quod observatu dignum est, licet à Prateolo subticitum: *Hæc hæresis ex libris Augustini malè intellectis initium sumpsisse dicitur.* Quam clausulam ex veteri Chronologo, qui *Prosper Tyro* communiter appellatur, descripsisse videtur Sigebertus; salvo quod de suo addiderit illud, *Malè intellectis.* Quem imitatus nuper Petrus Pythæus, cùm in Manuscripto Prosperi istius Codice Bibliothecæ S. Victoris Parisijs inveniisset sic Scriptum, *Prædestinatorum hæresis, quæ* AB AVGVSTINO *accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa*, edendum curavit hoc modo: *Prædestinatorum hæresis, quæ* AB AVGVSTINI LIBRIS MALE INTELLECTIS *accepisse dicitur initium* &c. Nimirum quod effrons Chronici Author Pelagiano supercilio impudenter expressit, hi scrupulosiùs quàm veriùs mitigandum censuerunt. Reverà enim prætensa prædestinatorum hæresis ab inepto illo Chronologo perstricta, ab Augustino accepit non quidem initium, sed tamen robur & claritatis augmentum. Est enim ipsissima Ecclesiæ Catholicæ de gratuita prædestinatione sententia,

Maldonatus. — *Luc.* 12. 32.

Retortio.

ε *Prateolus Elenchi Hæreseon. l.* 13. *c.* 33.

Sigebertus.

Digitized by Google

tentia, quam Augustinus occasione Pelagianę hæreseos vberiùs roboravit & luculentiùs explicuit: [h] Didicimus enim (ait ipse) singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentiùs defenderetur Scriptura divina, quàm si nulla talis necessitas cogeret. Quid enim coegit, loca Scripturarum quibus prędestinatio commendata est copiosiùs & enucleatiùs isto nostro labore defendi, nisi quòd Pelagiani dicunt, gratiam Dei secundùm merita nostra dari? Quia igitur antecessorię prædestinationis fides ministerio Augustini copiosiùs & enucleatiùs quàm anteà inculcata est, eam odioso prædestinatianæ hæreseos vocabulo expressam hostes eius *ab Augustino initium accepisse* dicebant. Vnde apud Hilarium in Epistola ad ipsũ, Massilienses asserebant: 'NOVVM, & inutile esse prædicationi, quòd quidam secundùm propositum eligendi dicantur'. De ijsdem Prosper in Epistola ad eundem: 'Obstinationem suam (inquit) vetustate defendunt: vt ea, quæ de Epistola Apostoli Pauli ad Romanos scribentis, ad manifestationem divinæ gratiæ prævenientis electorũ merita proferuntur, ANVLLO VNQVAM ECCLESIASTICORVM ITA ESSE INTELLECTA VT NVNC SENTIVNTVR, affirment'. Faustus Regiensis in dedicatoria sui Operis Epistola ad Leontium, sententiam de antecessoria prędestinatione, *Errorem* apertissimè appellat: additq; inferiùs propè finem Epistolę: 'Si quis contraire pręsumpserit, non nostra inventa destruere, sed cœlestia sine dubio iura dissolvere, & FIDEI SVBRVERE FVNDAMENTA tentabit'. Præmiserat & Epistolæ hunc titulum: 'Professio FIDEI, contra eos, qui dum per solam Dei voluntatem alios dicunt ad vitam attrahi, alios in mortem deprimi, hinc fatum cum Gentilibus asserunt, inde liberum arbitrium cum Manichæis negant'. Ex quibus manifestum est, Augustini sententiam ab eius hostibus habitam fuisse hæreticam, & novam, & ab Augustino quodammodo inventam: vt proinde mirum non sit, Tyronem Prosperum ex horum Schola prodeuntem inseruisse suo Chronico quę suprà iam memoravimus. Etenim solemne ac familiare hæreticis semper fuit, Catholicis imponere nova nomina, quibus eorum sensa invidiosè notarent: [i] 'Ita enim (inquit Augustinus) sese habet catholicæ veritatis antiquitas, vt ei omnes hęretici diversa nomina imponant: cùm ipsi sua singula, sicut ab omnibus appellantur, obtineant'. Et lib. 1. Operis Imperfecti cap. 6. 'Non est mirum (inquit) quòd novi hæretici Catholicis à quibus exeunt, novum nomen imponant. Hoc & alij fecerunt, quando similiter exierunt'. Quemadmodum igitur Augustinus ob assertum peccati originalis traducem, à Pelagianis vocabatur *Traducianus*: ita ob assertam prædestinationis antecedentiam ad merita etiam pręvisa, ab eisdem vel certè à Massilienſibus dictus fuit *prædestinatianus*: simili planè modo quo Athanasius ab Arrianis dictus fuerat *Homousianus*. Hoc enim satis apertè innuunt præmemorata Prosperi Tyronis verba, & quæ ex Fausto Semipelagiano subiuncta sunt. Nam Faustum adversùs Augustinum ex professo

[h] *Aug. l. de Bono persever. c. 20*

Hilarius.

Prosper.

Faustus Regien.

[i] *Aug. lib. contra Serm. Arrianorum cap. 36. Vide Fulg. lib. cont. obiect. Arrian. Resp. ad 7. m.*

feſſo ſcripſiſſe, licet aliud videri voluerit agere, exploratiſſimum eſt.

Scrupulus. At, inquies, dogmata quæ paſſim prædeſtinatianis aſcribuntur, nuſquam apud Auguſtinum tradita reperiuntur. Quânam igitur veriſimilitudine affirmari poteſt, Auguſtini ſententiam ab æmulis dictam fuiſſe prædeſtinatianam hæreſim? Aſſumptum patet non ſolùm præcitatis Sigeberti apud Prateolum verbis, ſed etiam ex fuſiore prædeſtinatianiſmi deſcriptione à Gennadio facta in libro de Hæreſibus, vbi

Gennadius. Hæreſi 90. ait: 'Prædeſtinatiani ſunt, qui dicunt, quòd Deus non omnes homines ,ad hoc creet, vt omnes ſalventur; ſed vt multitudine hominum ornetur mundus. Quod etſi generali prædicatione dicat, *Venite ad me* Mat.11.28 ,*omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, non tamen omnes eâ voluntate vocet, vt omnes ſequantur vocantem. Sed nec ,omnes qui ipſo inſpirante obediunt vocationi, dicuntur accipere exequendi in bono opere perſeverantiam; ſed poſt multos labores & iuſtitiæ fructus, ſi non ſunt de ſalvandorum numero, ſubtrahendas eis ,vires agendi, ne perdurent in bono: & è contrario illos qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, etiamſi in perfidia, vel omni genere peccati longo tempore volutentur, accepturos occaſionem, quâ & credant in Deum, & ſecundùm Dei præcepta vivant, vt poſſideant ſocietatem ſanctorum. Tali definitione id docere ſtudent, quòd Deus ,perſonas hominum accipiat; quòd alios etiam invitos poſt multa mala opera attrahat ad ſalutem, alios poſt bona reijciat & compellat in malum, quo pereant in æternum'. Paulò aliter eorundem prædeſtinatianorum dogmata recenſet Author libelli quem ſub *prædeſtinati* titu-

Prædeſtinatus Hæreſi 90. lo evulgavit nuper Iacobus Sirmondus: 'Hi (inquiens) electionem ,bonorum, & recuſationem malorum, Deo decernente definiunt, non ,homine ſtudente, vel negligente: Nolunt Dei iura vel à ſtudentibus ,cuſtodiri, vel à negligentibus violari. Dicunt, etiamſi voluerit bonũ ,facere qui ad malum prædeſtinatus eſt, ad bonum pervenire non poterit: nam qui ad bonum prædeſtinatus eſt, etiamſi negligat, ad bo,num perducetur invitus. Dicunt, baptiſmatis vndam non vniverſa ,peccata mundare. Dicunt, ita antecedit gratia liberum arbitrium, vt ,antè accipiat homo quàm petat, antè inveniat quàm quærat, antè ei ,aperiatur quàm pulſet. Dicunt, nullum ad Chriſti fidem accedere, niſi ,fuerit à Patre tractus invitus, illud attendentes, *Nemo venit ad me, niſi* Ioan.6.44. ,*quem pater attraxerit*. Dicunt, Omnia non in re, ſed ita in ſpe fieri, vt ,quod dicit Apoſtolus, *Spes quæ videtur non eſt ſpes*, etiam hoc myſte- Rom.8.24 ,rijs applicent dictum, vt dicant, Ea quæ percipiuntur, videntur quidem eſſe, ſed non ſunt. Dicunt, plus obfuit ad nocendum Adam ge,neri humano, quàm Chriſtus in ſubveniendo: nam Adam, aiunt, ,quod nocuit, ita manet, vt hoc nec paſſio Chriſti, nec baptiſmatis ſanctificatio poſſit auferre'. Talia profectò opinionum monſtra nuſquam Auguſtinus tradidit. Ac per hoc temerè aſſeritur, prætenſam prædeſtinatianorum hæreſim fuiſſe Auguſtini de prædeſtinatione

Reſponſio. ſententiam. Reſpondetur negando conſequentiam. Non enim hìc tam

tam attendendum eſt, quid Auguſtinus & eius diſcipuli reipſa tradiderint, quàm quid ex eorũ dictis adverſarij ſequi prætenderint. Quemadmodum enim hodie Moliniſtæ aſſertoribus anteceſſoriæ prędeſtinationis affingunt quæcunque abſurda inde ipſi ſophiſticè inferunt, vt quòd evacuent merita, tollant arbitrij libertatem, invehant fatum, provocent deſperationem, inducant vitæ diſſolutionem, extinguant orationes, inaniant correptiones & exhortationes; quia nimirum putant vel putari volunt, hæc omnia eſſe conſectaria anteceſſorię prædeſtinationi: Ita veteres gratię hoſtes Auguſtino & priſcis eius ſectatoribus eandem prędeſtinationem aſtruẽtibus affinxerunt quicquid horridum aut abſurdum ex eorum ſenſis conſequi contenderunt. Itaque prętenſæ hæreſeos prędeſtinatianæ eſſentia quodammodo conſiſtit in aſſertione anteceſſoriæ prædeſtinationis, quæ fuit ipſiſſima Auguſtini ac diſcipulorum eius ſententia: ſed ſicut in alijs rebus eſſentiæ paſſim deſcribuntur per proprietates ab eis dimanantes, ita in propoſito hoſtes prædeſtinationis deſcribebant ipſam per abſurda & incommoda quæ ex ea velut quadam eſſentia pullulare prętendebant; omniaque illa abſurda aſſertoribus eſſentię affingebant; illo vtique nixi fundamento, Qui aſtruit antecedens, aſtruit ea omnia quæ conſequuntur ex illo. Hinc mirum non eſt, prętenſi prædeſtinatianiſmi articulos à varijs variè recenſeri: quia Semipelagianorum quiſque pro ſua ſolertia novas conſequentias excogitabat, & illata per eas abſurda prædeſtinatianis imputabat. Sic Sirmondi *prædeſtinatus* pluribus eos onerat articulis quàm Gennadius, ſed hunc ſupergreſſi Galli in ſuis capitulis quindenarium numerum impleverunt, quos tamen Vincentius ſexdenarium complendo ſuperavit. Quantumcunque autem vel quomodocunque in ſpeciem multiplicentur, eòdem omnes collimant, & in ſe invicem continentur; ad eum ſcilicet modum quo Evangelicæ beatitudines, teſte Ambroſio, convolvuntur: [k] 'Quatuor tãtùm beatitudines (ait ille) Sanctus Lucas Dominicas poſuit, octo verò Sanctus Matthęus: ſed in illis octo iſtæ quatuor ſunt, & in quatuor iſtis illę octo'. Atque vt ſpeciatim de illo prædeſtinatianiſmi articulo loquar, quem Gregorius Valentia ex Sigeberto memorat & nobis obiectat; nihil aliud ille continet, niſi ratiunculam Vaſquezij ſuperiùs diſpulſam cap. 18. §. 6. quâ contendebat fore conſequens, vt ſi homines ſine meritorum intuitu ad gloriam eligantur, etiam ſine meritorum intuitu gloriam conſequantur. Proinde ſicut Vaſquezij ratiunculam ibi oſtendimus eſſe purè ſophiſticam, ita ex ibi dictis perſpicuum eſt Valentiæ impoſturam eſſe purè ſophiſticam. Sed nec minus ridiculè ineptit Becanus cùm ait: [l] 'Qui ponunt abſolutum & efficax decretũ dandi prædeſtinatis gloriam ante præviſa merita, ſimul etiam agnoſcunt negativam reprobationem circa alios ante præviſa peccata. Hinc incidunt neceſſariò in illud dilemma, ex quo expedire ſe non poſſunt: *Vel ſum prædeſtinatus, vel reprobatus: Si prædeſtinatus, ſalvabor, quicquid fecero: Si reprobatus, damnabor, quicquid fecero*'. Vbi inprimis falſum eſt

[k] *Ambroſ. l. 5 in caput 6. Luca.*

[l] *Becanus in 1. p. Tract. 1. cap. 14. q. 4. n. 20.*

quod assumit, atque insuper fallaciter concludit. Usqueadeò enim prædestinationis antecessoriæ assertores non agnoscunt (nisi fortè pauci) negativam reprobationem ante prævisa peccata, vt nec ipsam prædestinationem agnoscant ante prævisum generale totius humani generis peccatum, propter quod vniversi potuissent positivè reprobari, nisi figulo misericorditer placuisset quos voluit liberare. Ac per hoc qui liberati non sunt, non solùm negativè, sed etiam positivè reprobati sunt; manente vtique irâ Dei super eos. Neque verò qui sic sentiunt, incidunt in dilemma Becani; sed sibi ob oculos ponunt quod ait de Daniele Propheta Hieronymus: [m] 'Prædixerat Hieremias septuaginta annos desolationis templi, post quos rursus veniret populus in Judæam, & ædificaretur templum & Hierusalem. Quæ res Danielem non facit negligentem, sed magis provocat ad rogandum: vt quod Deus per suam promisit clementiam, per huius impleat preces: ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam'. Et paulò infrà ibidem de eodem: 'In cinere & sacco postulat impleri quod promiserat Deus: non quo esset incredulus futurorum; sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam'. Huc spectant quæ hìc superiùs §. 1. adduximus ex Prospero, Gregorio, Augustino, Beda & D. Thoma. Quibus hìc adiungimus illud Estij: [n] 'Quod dicunt: *Si sum prædestinatus, quicquid egero, salvabor* &c. non rectè, imò falsò dicitur. Non enim qui prædestinatus est, salvabitur, quicquid egerit, seu benè, seu malè; quàmvis verum sit & certissimum, eum salvatum iri. Sed sicut prædestinatione præparatur vita æterna, sic & media præparantur, vt non quidlibet agat, sed quod bonum est perseveranter agat. Reprobatione verò præparatur mors æterna, non quidlibet agenti, sed in malo perseveranti'.

[m] *Hieron. in cap. 9. Danielis.*

[n] *Estius in 1.m Dist. 40. §. 22.*

Ad Incommodum 8.m de NOLVNTATE SALVANDI OMNES.

Postremum Incommodum appendix est præcedentis, aut certè membrum. Inter omnes etenim prætensi prædestinatianismi articulos nullum frequentiùs antecessoriæ prædestinationis patronis obiectare soliti sunt veteres Semipelagiani, quàm quòd contra Apostolum negarent, *Deum velle omnes homines salvos fieri*: [o] 'Vbi est illud (ait expertus Prosper) quod nobis quasi contrarium, à non intelligentibus SEMPER OPPONITVR; quòd *Deus omnes homines velit salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*'? Octavum Gallorum Capitulum prædestinatianis adscriptum, est istud: *Quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum prædestinatorum.* Secundum Capitulum Vincentianum eisdem adscriptum sic sonat: *Quòd Deus nolit omnes salvare, etiãsi omnes salvari velint.* Hincmarus Remensis, Semipelagianorũ sui ęvi coriphæus, loquens de Gothescalco monacho ad Papam Nicolaum: [p] 'Dicit (inquit) quod & veteres prædestinatiani dixerunt, Quoniam sicut Deus quosdam ad vitam æternam, ita quosdam prædestinavit ad mortem æternam. Dicit, quod & veteres prædestinatiani dixerunt, Quoniam non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantùm eos qui salvantur; omnes autem salvari quoscunque ipse salvare volue-

[o] *Prosp. Epist. ad Ruffin. c. 13. Videl. 1. de Vocat. Gent. c. 12.*

1. Tim. 2. 4

[p] *Hincmarus Epist. 17. ad Nicolaum Papã.*

Digitized by Google

'voluerit: ac per hoc quicunque non ſalvantur, penitùs non eſſe voluntatis illius vt ſalventur'. Et pauculis in eam rem interpoſitis, ſubdit: 'Dicit, quod & veteres prædeſtinatiani dixerunt, Quòd non pro totius mundi redemptione, id eſt, non pro omnium hominum ſalute & redemptione Dominus & Salvator noſter Ieſus Chriſtus ſit crucifixus & mortuus, ſed tantùm pro his qui ſalvantur'. Sunt hi articuli, præſertim duo poſtremi, ita ſibi invicem connexi, vt qui alterutrum aſſeruerit, etiam alterum neceſſe habeat aſſerere: qui alterutrum negaverit, alterum etiam negare cogatur. Certum enim eſt, Chriſtum humiliaſſe ſemetipſum vſque ad mortem crucis, vt voluntatem Patris circa hominum ſalutem oblatione ſui ſanguinis adimpleret; & homo diabolicæ iniquitatis verſutiâ actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret. Vnde tam latè ſe diffudit redemptio Chriſti, quàm propoſitum Dei. Hinc quia nullum apoſtatantium Angelorum Deus propoſuerat reducere, ad nullum eorum voluit Chriſtus lytrum ſuæ paſſionis extendere: [q] 'Si quis opinatur (inquit de eis Anſelmus) Salvatoris noſtri redemptionem vſque ad illos aliquando debere extendi, rationabiliter convincitur, quia irrationabiliter decipitur. Quod non dico, quaſi pretium mortis eius omnibus hominum & Angelorum peccatis ſuâ magnitudine non prævaleat, ſed quoniam perditorum Angelorum relevationi immutabilis ratio repugnat'. Illos itaq; omnes & ſolos Chriſtus ſuâ paſſione redimendos ſuſcepit, quos Pater ſalvos fieri volens redimendos ei dedit. Rurſus quia Pater voluit quoſdã tẽporaliter duntaxat ſalvare, quoſdã verò etiam æternâ ſalute donare: illos voluit Chriſtus temporaliter duntaxat redimere, iſtos æternaliter à captivitatis iugo eruere. Atque ita impletum eſt illud ipſius de Patre ſuo: *Quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Eodem proinde locutionis genere Chriſtus dicitur *dediſſe ſemetipſum redemptionem pro omnibus*, quo Deus dicitur *velle omnes ſalvos fieri.* Quodnam verò ſit iſtud locutionis genus, luculenter exponit is cui Semipelagiani prædeſtinatianæ hæreſeos notam inurere ſueverunt, vbi ait: [r] 'Deus omnipotens, ſive per miſericordiam *cuius vult miſereatur*, ſive per iudicium *quem vult obduret*, nec iniquè aliquid facit, nec niſi volens quidquam facit, & *Omnia quæcunque vult facit.* Ac per hoc cùm audimus, & in ſacris litteris legimus, quòd *Velit omnes homines ſalvos fieri*, quamvis certum ſit nobis non omnes homines ſalvos fieri, non tamen ideò debemus omnipotentiſſimæ Dei voluntati aliquid derogare; ſed ita intelligere quod ſcriptũ eſt, *Qui vult omnes homines ſalvos fieri*, tanquã diceretur, nullũ hominẽ fieri ſalvũ, niſi quẽ ſalvũ fieri ipſe voluerit: non quòd nullus ſit hominum niſi quem ſalvum fieri velit, ſed quòd nullus fiat niſi quem velit; & ideò ſit rogandus vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit: De orando quippe Deo agebat Apoſtolus, vt hoc diceret. Sic enim intelligimus id quod in Evangelio ſcriptum eſt, *Qui illuminat omnem hominem*: non quia nullus eſt hominum qui non illuminetur, ſed quia niſi ab ipſo nullus illuminatur. Aut certè ſic dictum eſt, *Qui omnes homines vult ſalvos fieri*: non quòd nullus hominum

[q] *Anſel. l. 2. cur Deus homo cap. 21.*

[r] *Aug. Enchir. c. 102. & 103.*

Io. 8. 29.
1. Tim. 2. 6
1. Tim. 2. 4
Rom. 9. 18
Pſal. 134. 6
Ioan. 1. 9.

'esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere no-
'luit apud eos, quos dicit *Actûros fuisse pœnitentiam, si fecisset*: sed vt *om-* Mat. 11.
'*nes homines* omne genus hominum intelligamus, per quascunque dif- 21.
'ferentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes,
'humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingenioſos, tar-
'dicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, in-
'fantes, pueros, adolescentes, iuvenes, seniores, senes, in linguis omni-
'bus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus
'omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili
'constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid
'est enim earum vnde non Deus per vnigenitum suum Dominum no-
'strum, per omnes gentes, salvos fieri homines velit; & ideò faciat,
'quia omnipotens velle inaniter non potest quodcunque voluerit'?
Ecce quo genere, imò quibus generibus locutionum vera est Apostolica sententia, & vana est prædestinatianæ hæreseos calumnia, & invi-
Evasio. cta stat divinæ voluntatis omnipotentia. An fortè dicturi sunt novelli
voluntatum patroni, Apostolicam sententiam subincludere conditio-
Præcluditur. nem, si nimirum etiam ipsi homines velint? Hoc quidem ipsi dicunt,
Pelagius. nec soli dicunt: Nam hunc sensum eis præformarunt hæresiarcha Pe-
Ambrosiaster. lagius, & ejus prodromus Ambrosiaster, vterque in suis respectivè
Commentarijs super illum ipsum Apostoli locum. Quorum glosse-
[Aug. Enchir. cap. 97. Vide Prosperum l. 1. de Vocat. Gent. c. 12.] ma elidens Augustinus: ['Videndum est (inquit) quemadmodum sit
'de Deo dictum, quia & hoc Apostolus VERISSIMÈ dixit, *Qui om-*
'*nes homines vult salvos fieri*. Cùm enim non omnes, sed multò plures
'non fiunt salvi, videtur vtique non fieri quod Deus vult fieri, huma-
'nâ scilicet voluntate impediente voluntatem Dei. Quando enim
'quæritur causa, cur non omnes salvi fiant, RESPONDERI SOLET
Præcluditur. (vtique à voluntatum patronis) QVIA HOC IPSI NOLVNT'. Nunquid, quæso, hoc ipsum est quod etiamnum à Molinistis responderi
solet? Audiant ergo quod sequitur, & pudore suffusi obtumescant,
ac infantibus infantiores fiant: 'Quod quidem (subdit ille) de parvu-
'lis DICI NON POTEST, quorum nondum est velle, seu nolle'. Ecce
quomodo elidit glossema Pelagianum testimonio non loquentium
Obiectio. doctorum, sed tacentium parvulorum. Sed audiant adhuc aliam suam
machinam, ex Evangelio malè sumptam, elidi ibidem: 'Apertiùs (sub-
'dit infrà) Dominus in Evangelio compellans impiam civitatem: *quo-* Mat. 23. 37
'*ties*, inquit, VOLVI *colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos, &* NO-
'LVISTI? Tanquam Dei voluntas superata sit hominum voluntate;
'& infirmissimis nolendo impedientibus, non potuerit facere poten-
Retorquetur. 'tissimus quod volebat. Et vbi est illa omnipotentia, quâ *in cœlo & Psal. 134.*
'*in terra omnia quæcunque voluit fecit*, si colligere filios Hierusalem 6.
voluit, & non fecit'? Hìc, vt video, reposituri sunt illud: Arguendo
Solvitur. in contrarium non solvitur argumentum. Audiant ergo sequentia:
'An potiùs (subdit, ne Scripturas in litigio relinquat) & illa quidem
'filios suos ab ipso colligi noluit; sed eâ quoque nolente, filios eius

collegit

,collegit ipſe quos voluit : quia *in cælo & in terra* non quędam voluit ,& fecit, quædam verò voluit & non fecit, ſed *omnia quæcunque voluit fecit*' ? Profectò ſi matrem cum filijs colligere voluiſſet, eâdem facilitate omnipotentiſſimæ voluntatis ſuę collegiſſet : [t] 'Nam (vt alibi ait ,idem) ſi & illos *quibus ſtultitia eſt verbum crucis*, vt ad Chriſtum venirent docere voluiſſet, proculdubio venirent & ipſi'. Quemadmodum igitur quotidie experimur, hæreticorum vel paganorum filios chriſtianiſmum amplecti, vel Chriſtianorum filios ſacris initiari, contranitentibus toto conatu parentibus : ita filij Hieruſalem Deo volente & inoperante collecti ſunt ad Chriſtum, etiam invitâ ipsâ, ſed non invitis ipſis : [u] 'Et quis inter hæc (ait Proſper) querulis aut curioſis no- ,tum faciet, cur adhuc ſol iuſtitiæ quibuſdam gentibus non oriatur, & ,à tenebroſis cordibus etiam nunc radios ſuos veritas revelanda con- ,tineat ? Cur corrigendi tamdiu ſinantur errare, & quod ſenibus in fi- ,ne præſtandum eſt, per tam longam non tribuatur ætatem ? Cur filijs ,iam in Chriſtum credentibus, necdum credant parentes : & rurſum ,à religioſis parentibus ſoboles prava diſcordet ? Cùm tamen Deo, ,qui initiorum fidei incrementorumque largitor eſt, ſecundùm ipſius ,præceptum quotidie pro omnibus ſupplicetur, vt & ſi exaudiat, no- ,ta ſit gratia miſerationis; & ſi non exaudiat, intelligatur iudicium veritatis'. Vt autem appareat, quàm incunctanter & conſtanter prætactæ interpretationi Auguſtinus inſtiterit, notanda ſunt quæ in extremo adversùs Iulianum Opere ſcribit : [w] 'Abſit (inquiens) vt impe- ,diatur ab homine omnipotentis & cuncta ſcientis intentio. Parum ,de re tanta cogitant, vel ei excogitandæ non ſufficiunt, qui putant, ,Deum omnipotentem aliquid velle, & homine infirmo impediente, ,non poſſe. Sicut CERTVM EST, Hieruſalem filios ſuos ab illo colli- ,gi noluiſſe, ita CERTVM EST, eum, etiam ipsâ nolente, quoſcunque eorum VOLVIT, collegiſſe'. Cui conſonans Fulgentius : [x] 'Illa igitur ,Hieruſalem (inquit) quantum ad eius attinet voluntatem, ſuos filios ,ad Salvatorem congregari noluit; ſed tamen ille omnes quos voluit ,congregavit. Ac per hoc illa reſiſtere voluit omnipotenti, nec valuit: quia *Deus*, ſicut ſcriptum eſt, *Omnia quæcunque voluit fecit*'. Et lib. de Incarn. & Grat. cap. 31. 'Quocirca (inquit) illos *omnes*, quos *Deus vult ſalvos fieri*, ſic intelligere debemus, vt nec aliquem putemus ſalva- ,ri poſſe, niſi volente Deo; nec exiſtimemus voluntatem omnipoten- ,tis Dei, aut in aliquo non impleri, aut aliquatenus impediri. Om- ,nes enim quos Deus vult ſalvos fieri, SINE DVBITATIO- ,NE ſalvantur ; nec poſſunt ſalvari, niſi quos Deus vult ſalvos ,fieri ; nec eſt quiſquam quem Deus ſalvari velit, & non ſal- vetur : quia *Deus noſter omnia quæcunque voluit fecit*'. Qui verò Apoſtolicam ſententiam cum Pelagio & Ambroſiaſtro conditionatè intelligendam, atque ad omnes prorſus homines ſine cuiuſquam exceptione extendendam autumant, validiſſimè redarguuntur per inſtantiam de infantibus ſine ſalutari remedio ex hac vita migrãtibus: Mani-

1. Cor. 1. 23.

[t] *Aug. l. de Prædeſt. ſanct. c. 8.*

[u] *Proſp. l. 2. de Vocat. Gent. c. 3.*

[w] *Aug. lib. 1. Operis Imperf. cap. 93.*

[x] *Fulg. lib. 2. de Remiſſ. peccat. cap. 2.*

Vide Molinam in Concord. q. 14. ar. 13. Diſp. 10. & Diſp. 23. Membr. 2. & q. 19. ar. 6. Diſp. 8

Digitized by Google

y Aug. Epist. 107. Videl. 4. cont. Iul. c. 8. & Prosp. Resp. ad Capitulam 8. Gallorum, & in Epist. ad Ruffin. c. 13. & l. 1 de Vocat. Gent. cap. 22.

z Prosp. Resp. ad Dub. 8. Genuen.

a Aug. Enchir. c. 95.

Præoccupatio.

y 'Manifestum est (inquit Augustinus) eos qui huic resistunt tam per-
,spicuæ veritati, non intelligere omninò quâ locutione sit dictum,
,quòd *omnes homines vult* DEUS *salvos fieri*; cùm tam multi salvi non fiãt,
,non quia ipsi, sed quia Deus non vult: QVOD SINE VLLA CALIGINE
MANIFESTATVR IN PARVVLIS'. Sed nec minus validè redarguuntur
instantiâ de ijs adultis, quibus negatum est vnde crederent: Tyrios
intelligo atque Sidonios; qui, vt asseverantissimè perhibet Prosper:
z 'Potuissent converti, & fideles ex infidelibus fieri, SI HOC IN EIS
DOMINVS VOLVISSET OPERARI'. Sed, vt Augustinus ante Prosperum tradiderat, a 'Non vtique iniustè Deus NOLVIT salvos fieri, cùm
possent salvi esse SI VELLET'. Hìc fortè insurgent voluntatum patroni, & dicent, hunc Augustini locum sibi maximè favere si incorruptè
proferatur, prout in impressis exemplaribus omnibus circumfertur.
Neque enim legitur singulariter, *si vellet*; sed pluraliter, *si vellent*: vt
nimirum non Dei, sed ipsorum voluntas intelligatur. Respondetur,
Augustini scopum & contextum vsqueadeò flagitare singularem, *si
vellet*; vt Lovanienses in correctione Operum Augustini, ipsâ rei evidentiâ permoti, nullo eorum quibus vsi sunt manuscripto suffragante,
inscripserint margini singularem, *vellet*: vt nimirum non hominum,
sed Dei voluntas intelligatur. Sed & nuper reperta sunt tria vetera
manuscripta Parisijs, duo quidem in Bibliotheca S. Victoris, & tertium in Bibliotheca S. Germani de Pratis, quæ vnisonanter exhibent
singularem, *si vellet*. Cui lectioni vehementer adstipulatur locus Prosperi iam citatus: & ille item ipsius Augustini paulò superiùs hìc adductus: 'Nam si & illos quibus stultitia est verbum crucis, vt ad Chri-
,stum venirent docere (Deus) VOLVISSET, proculdubio venirent & ipsi'. Qui & alibi comparans Tyrios & Sidonios eis quos Evangelista
perhibet, *Propterea non potuisse credere, quia dixit Isaias, Excecavit oculos* Io. 12. 40.
eorum, & induravit cor eorum &c. b 'Non erant (inquit) sic excæcati
,oculi, nec sic induratum cor Tyriorum & Sidoniorum; quoniam
,credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis pro-
,fuit quòd poterant credere, quia PRÆDESTINATI NON ERANT ab
,eo, *Cuius inscrutabilia sunt iudicia & investigabiles vie*: nec istis obfuis- Rom. 11. 33
,set quòd *non poterant credere*, si ita prædestinati essent, vt eos cæcos
Deus illuminare, & induratis cor lapideum VELLET auferre'. Vbi
illa clausula, *Quia prædestinati non erant*, perinde valet ac si diceretur,
Quia non erant ex eis quos salvos fieri volebat: c 'Consequens ergo
,omninò est (inquit Ecclesia Lugdunensis) vt illud quod de Deo di-
,cit Apostolus, *Qui vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire*; sicut est in prædestinatione Dei, ita rectissimè intelligatur
,esse in voluntate Dei; id est, vt quos prædestinavit Deus æternâ vo-
,luntate suâ ex omni genere humano electos, ipsos *Omnes velit salvos
,fieri & ad agnitionem veritatis venire*: videlicet quia prædestinatio Dei
ipsa est certissimè voluntas Dei'.

b Aug. l. de Bono persever. c. 14

c Ecclesia Lugd. l. contra Scotum c. 2. in fine.

Sed

6. Sed qui Apoſtolicam ſententiam etiam ad reproborum ſalutem extendunt, magnum præſidium inveniſſe ſe putant in eo quod ait Petrus Apoſtolus, *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant; ſed patienter agit propter vos,* NOLENS ALIQVOS PERIRE, *ſed* OMNES *ad pœnitentiam reverti.* [d] 'Ubi APERTE indicat (exclamat Leſſius) prouidentiam divinam directè tendere ad OMNIVM ſalutem; & idcircò non finiri mundum vt quamplurimi ſalvi fiant'. Hanc gloſſam didicit Leſſius ex Fauſto Regienſi, qui ſimiliter eum Petri locum intelligendum eſſe contendit lib. 1. de Libero Arbit. cap. 19. vbi & alia Scripturarum teſtimonia eidem ſuo ſcopo perversè accommodat, ſignanterque illud quod de Hieruſalem *volente congregari filios ſuos* iam ſuprà expendimus. Sed aliam, imò verò contrariam nos gloſſam didicimus in Schola Auguſtini, qui Iuliano obiicienti illud Pauli ad Romanos, *Bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit*, reſpondit: [e] 'Verum eſſe conſtat; ſed quem prædeſtinavit adducit'. Et paulò infrà ibidem: 'Quòd prębendo patientiam dat locum pœnitentiæ, *nolens aliquem perire*, Novit Dominus qui ſunt eius: & omnia cooperatur in bonum; ſed *his qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt.* Non enim omnes qui vocati ſunt, ſecundùm propoſitum vocati ſunt: *Multi* enim *vocati, pauci verò electi.* Qui ergo electi, hi *ſecundùm propoſitum vocati*'. Et adhuc inferiùs: 'Ex iſto numero electorum & prædeſtinatorum etiam qui peſſimam duxerunt vitam, per Dei benignitatem adducuntur ad pœnitentiam, per cuius *patientiam* non ſunt huic vitæ in ipſa ſcelerum perpetratione ſubtracti'. Non itaque de omnibus omninò hominibus ait Apoſtolus Petrus, *Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti*, ſed duntaxat de electis, quibus vtiq; iam proximè dixerat, *patienter agit* PROPTER vos. Patet id manifeſtè ex initio eiuſdem capitis collato cum exordio prioris Epiſtolæ. Ait quippe ibi: *Hanc ecce vobis, charißimi, ſecundam ſcribo Epiſtolam.* Ubi apertè indicat ſe eis loqui quibus & primã ſcripſerat Epiſtolam. Dicat ergo ipſe quibuſnã primam ſcripſerit Epiſtolam: *Petrus* (ait in eius exordio) *Apoſtolus Ieſu Chriſti*, ELECTIS *advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ* &c. Ridiculũ verò eſt quod cõmentus eſt Leſſius ibidem ſuperiùs Sect. 3. n. 38. Electos hìc vocari omnes fideles aut iuſtificatos. Nam licet fortè ſecundùm humanam ignorantiam, non valentem diſcernere prædeſtinatos à reprobis, omnes paſſim fideles piâ quâdam præſumptione dicantur electi; Petrus tamen non aliter electis ſe ſcripſiſſe manifeſtavit, ſed ELECTIS, *ſecundùm præſcientiam Dei Patris.* Quo additamento Leſſianum commentum quaſi præſcius futurorum præfocavit. Quid eſt enim, *ſecundùm præſcientiam* Dei *Patris*, niſi, non conjecturali præſumptione hominum, quæ falli poteſt; ſed infallibili Patris prænotione, quâ *cognovit Dominus qui ſunt eius*? [f] 'Appellamus ergo nos (inquit Auguſtinus) & ELECTOS Chriſti diſcipulos, & Dei filios; quia ſic appellandi ſunt quos regeneratos piè vivere cernimus: ſed tunc verè ſunt quod appellantur, ſi manſerint in eo propter quod ſic appellantur. Si autem perſeverantiam non habent,

Scrupulus.

1. Pet. 3. 9.

[d] *Leſſius de prædeſt. Sect. 5. n. 59.*

Fauſtus.

Mat. 23. 37.

Excutitur.

[e] *Aug. l. 5. cont. Iul. c. 4. alias 3. Vide Bedam in 2. Petri 3. v. 9.*

2. Pet. 3. 9.

Rom. 8. 28

Mat. 22. 14

2. Pet. 3. 1.

1. Pet. 1. 1.

Leſſius.

2. Tim. 2. 19.

[f] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 9. Vide ibidem ſuperiùs ſub initium capitis.*

,id est, in eo quod cœperunt esse non manent, non verè appellantur ,quod appellantur, & non sunt : Apud eum enim hoc non sunt, cui notum est quod futuri sunt'. Cæterùm ex loco illo Petri etiam alius error exploditur, quem superiùs hìc cap. 18. §. 3. memoravimus, quo putantur aliqui in peccatis defuncti salvari per pœnitentiam in altera vita actam aut agendam : g'Quia (vt ait Fulgentius) si etiam post hãc ,vitam pœnitentia iniquorum possit esse aliquatenus fructuosa, non ,diceret Beatus Petrus, *Propterea Deum patienter ferre, quia non vult aliquem perire*'. Sed an addenda sequentia ? Addenda prorsus, vt cunctis appareat, quàm fideliter Fulgentius vestigijs Augustini insistat, & Lessij sectatorumque eius commentis obsistat. Sequitur ergò continuò ibidem : 'Eorum scilicet, *quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui*'. Non ergo omnium omninò hominum non vult Deus aliquem perire; sed, *Eorum quos præscivit & prædestinavit* &c. Pergit porrò consequenter Fulgentius, & ait : 'Istorum nemo perit : *Voluntati ,enim eius quis resistit ?* Isti ante finem præsentis vitæ Dei misericordiâ ,gratis præveniuntur, ipsi corde contrito & humiliato salubriter cõ-,punguntur, & *omnes ad pœnitentiam* divino munere *convertuntur*, ad ,quam sunt divinitùs prædestinati per gratuitam gratiam, vt conversi ,*non pereant, sed habeant vitam æternam.* Hi PROCVLDVBIO sunt *omnes*, ,quos secundùm Beati Pauli præconium, *Deus vult salvos fieri, & in ,agnitionem veritatis venire.* Quia enim ille hoc vult, qui *omnia quæcunq; voluit fecit*; quod vult semper insuperabiliter facit'. Sed quomodo, inquies, isti possint veraciter dici *omnes*; cùm non solùm in comparatione totius humani generis, sed etiam in comparatione pereuntium sint admodùm pauci ? Respondet alibi idem Fulgentius, conformiter ad ea quæ præcedente § ex Augustini Enchiridio descripsimus : h'Ideò ,(inquiens) *omnes* dicti sunt, quia ex omnibus hominibus *omnes* istos ,divina bonitas salvat, id est, ex omni gente, conditione, ætate; ex omni lingua, ex omni provincia'. Eandem interpretationem synodaliter definierunt Africani Antistites cum eodem ipso Fulgentio in Sardiniam pro fide relegati, sic scribentes in Epistola Synodica quæ extat inter Opera Fulgentij ante libros *de Veritate prædestinationis & gratiæ* : 'Omnes autem prædestinati ipsi sunt quos *vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Qui propterea *omnes* dicuntur, quia in vtroque ,sexu, ex omni hominum genere, gradu, ætate & conditione salvantur. Semper quippe voluntas Dei omnipotentis impletur, quia potestas eius nullatenus vincitur'. Sed hanc Synodicam reijcit Sirmondus, tanquam ab Afris conscriptam, i'Apud quos nata prædestinatorum hæresis, in multorum adhuc mentibus hærebat'. Verùm potiori iure alius dixerit, reijciendas esse Sirmondi ac Sociorum eius fabulas, tanquam à Vasris confictas, apud quos si non nata, saltem renata Semipelagianorum hæresis, in multorum adhuc mentibus hæret. Quis porrò non miretur imprudentiam vel impudentiam Sirmondi, qui ibidem capite proximè sequenti etiam Arausicanos Patres suæ fabulæ

testes

Columbus. *Vide Greg. lib. 6 Regist. Epist. 15 & Philast. Hæresi 74. & Aug. Hæresi 79.*

g *Fulg. lib. 2. de Remiss. peccat. cap. 2.*

Rom. 8. 29

Rom. 9. 19.

2. Pet. 3. 9.

Io. 3. 16.

1. Tim. 2. 4

Psal. 134. 6

Scrupulus.

Excutitur.

h *Fulg. 1 de Incarn. & Grat. c. 31.*

Præoccupatio.

i *Sirmond Historia prædest. c. 8. Vide supra hic c. 13. §. 1. in fine.*

Digitized by Google

teſtes adhibuit, in ſuo finali Decreto dicentes: 'Aliquos verò ad ma- *Synodus Araus.*
,lum divinâ poteſtate prędeſtinatos eſſe, non ſolùm non credimus, ſed
,etiam, ſi qui ſunt qui tantum malum credere volunt, cum omni de-
teſtatione illis anathema dicimus'? Si prædeſtinatiana hæreſis eo tem-
pore ita diffuſa fuit, vt in multorum Antiſtitum etiam exilio pro fide
mulctatorum mentibus adhuc hæſerit; quàm bardos oportet fuiſſe
Arauſicanos Patres, dum ſuo Decreto inſeruerunt clauſulam, *Si qui*
ſunt &c? Nemo enim ita loquitur de aliqua ſecta hominum tam latè
diffuſa, & omnibus paſſim nota; qualem Sirmondus fingit prædeſti-
natianorum ſectam: ex ſuo nimirum *prædeſtinato*, qui in Prologo libri
3. iactat, ſe contra Prædeſtinatianos pugnare, *Contra quos nullus adhuc* *Prædeſtinatus*
ſcribendo pugnavit; cùm illi Scriptis ſuis, ſub Sacerdotis Auguſtini nomi- *Sirmondi.*
ne, TOTVM PENE IAM VVLNERAVERINT MVNDVM'. An fortè hic *Præoccupatio.*
Author iſta ſcripſit poſt Synodum Arauſicanam? At enim Sirmon-
dus in Programmate editionis ſuæ dicit eum ſcripſiſſe, *Ante M. CC.*
annos; hoc eſt, integro penè ſæculo ante Arauſicanam Synodum, quæ
anno demum 529. celebrata eſt, hoc eſt M. C. XIV. duntaxat annis
ante editionem à Sirmondo procuratam. Quid quòd nec Patribus
Valentinę Synodi, quæ trecentis & ampliùs annis poſt Arauſicanam *Synod Valent.*
celebrata eſt, quidquam de prætenſis prædeſtinatianis, aliquos ad ma- *Lingon. Tullen.*
lum divinâ poteſtate prædeſtinari dogmatizantibus, innotuerit? Id-
circò enim prædicta verba Arauſicani Decreti repetierunt, & Canoni
3.° à ſe condito inſeruerunt: Quos imitati ſunt Patres Synodorum
Lingonenſis & Tullenſis, quadriennio poſt celebratarum. Ex quibus
omnibus perſpicuè ſatis apparet, familiare Semipelagianis ſemper
fuiſſe, prædeſtinatianiſmi calumniam Catholicis Auguſtini partes ſu-
ſtinentibus impingere. Neque enim aliam ob cauſam prædictarum
quatuor Synodorum patres Decretis & Canonibus à ſe conditis in-
ſeruerunt clauſulam, *Aliquos ad malum divinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe,*
non ſolùm non credimus, niſi quia Semipelagiani ipſos, perinde ac reli-
quos Auguſtini diſcipulos, ita credere fingebant & ſpargebant. Dicē-
do igitur, *Non ſolùm non credimus*; ſemetipſos à calumnia purgant: ad-
dendo autem, *Sed etiam, ſi qui ſunt qui tantum malum credere volunt &c.*
indicant, nullos extare hæreticos ſibi notos qui ita credant. Porrò
per *Malum* intelligunt malum culpæ, non malum pœnę: vt vel inde
patet, quòd Synodus Valentina, & poſt eam Lingonenſis & Tullen-
ſis, eodem Canone 3. præmiſerint: *Fideuter fatemur prædeſtinationem ele-*
ctorum ad vitam, & PRÆDESTINATIONEM IMPIORVM AD MORTEM.
Nullum quippe eſt gravius pœnæ malum, quàm mors æterna: Ac
per hoc qui prædeſtinationem impiorum ad mortem æternam faten-
tur, non ad malum pœnæ, ſed ad malum culpæ aliquos prędeſtinari
diffitentur. Eſt præterea hìc diligenter notandum, Synodum Valen-
tinam, eamque imitantes Synodos Lingonenſem & Tullenſem, Ca-
none 4. reprobaſſe ac exploſiſſe quatuor capitula pridem in Mogun-
tiaco & Cariſiaco conventiculis adversùs Gotheſcalcum ſancita, quo-

rum tertium ita ſonabat : *Deus omnipotens omnes homines ſine exceptione vult ſalvos fieri, licet non omnes ſalventur.* Reprobando autem capitulum illud, proculdubio approbarunt ac ſanxerunt expoſitionem Apoſtolici illius oraculi, *Deus vult omnes homines ſalvos fieri*, ab Auguſtino traditam, atque à nobis hactenus adversùs Moliniſtarum inſolentias propugnatam. Vnde mirum non eſt, Academias Belgicas Cenſuris perſtrinxiſſe hunc Moliniſtarum Articulum ordine ſextum : *Hunc locum, Deus vult omnes homines ſalvos fieri, id eſt, vult omnes ſalvos fieri qui ſalvi fiunt, non videtur exponere Auguſtinus ſecundùm intentionem Apoſtoli.* Audatior diſcipulis magiſter ipſe Molina in Concord. q. 19. ar. 6. Diſp. 1. Omnes Auguſtini expoſitiones, quibus Apoſtoli locus ſine plena diſtributione intelligendus aſſeritur, *vel ipſo primo aſpectu* PEREGRINAS *&* EXTORTAS appellat. Et inferiùs q. 23. ar. 4. & 5. Diſp. 1. Memb. 6. dicit, ſe non mirari, Auguſtini & D. Thomæ opinionẽ ſic intellectam, *A multis duram nimis, indignamq́, divinâ bonitate & clementiâ iudicari.* Conſonat Mariana lib. 3. de Morte & Immortal. cap. 12. eandem vocans *Horridam & aſperam.* Quibus cedere hac in parte dedignans Leſſius Diſp. de prædeſt. Sect. 4. n. 43. eandem inter *errores* reijciendam cenſet : 'Multi (inquiens) etiam diligentes Auguſtini ,lectores in ERRORES ſunt prolapſi : vt cùm ait lib. de Gratia Chri-,ſti c. 13. & ſeqq. & c. 47. Deũ non ſolũ dare *poſſe*, ſed etiã dare ipſum ,*velle*: Non ſolùm ipsũ *poſſe* iuvari debere à Deo, ſed etiã ipsũ *velle*. Et l. ,de Corrept. & Grat. c. 10. 11. & 12. Angelos bonos ſtetiſſe libero ar-,bitrio: Angelo & primo homini datum eſſe perſeverare ſi vellent ; vt ,autẽ vellent, relictũ in libero arbitrio; nunc autẽ ſi ſolùm daretur *poſ-,ſe*, & *velle* relinqueretur libero arbitrio, neminem perſeveraturum: ,Jtaque ſubventum eſſe humanæ infirmitati, vt inſuperabiliter & in-,declinabiliter per gratiam ageretur : Jtem quibus deeſt adiutorium ,ſine quo non poſſunt perſeverare, pœna peccati eſt &c. Et cap. 7. Deus ,cæteros Apoſtolos elegit ad regnum, Iudam verò ad effundendum ,ſuum ſanguinem: Et Epiſtola 107. DEVM NOLLE SALVOS FIERI PLVRIMOS'. Hæ itaque Auguſtini locutiones, ſi Leſſio creditur, iuxta obvium ſenſum, etiam à diligentibus Auguſtini lectoribus apprehenſum, erroneæ ſunt, & lectores ſuos in ERRORES præcipitant : ad quos vtique præcavendos ſaliendæ ſunt eæ phraſes ſale Moliniſtico de quo hìc ſuperiùs §. 3. Nihilo mitiùs expoſitiones Apoſtolicæ ſententiæ hactenus ex Auguſtino traditas perſtringit Petavius cap. 13. §. 3. citatus, eas vocans *Vexationes, ad illudendum excogitatas.* Jtaque iuxta hunc Ariſtarchum, *Illuſor* fuit Auguſtinus, *Illuſor* Proſper, *Illuſor* Fulgentius, *Illuſores* Epiſcopi Africani cum eodem Fulgentio in Sardinia exules, *Illuſores* Patres Synodorum Valentinæ, Lingonenſis, & Tullenſis, qui Semipelagianorum expoſitionem Auguſtinianis adverſam, & à Moliniſtis iam refotam exploſerunt, *Propter inutilitatem, vel etiam noxietatem, & errorem contrarium veritati* : *Illuſor* Prudentius Tricaſſinus Antiſtes, qui in ſua Tractoria apud Sirmondum Tomo 2. Conciliorum Galliæ pag. 656. & 657. expoſitionem Auguſtini tanquam fi-

Molina.

Mariana.

Leſſius.

Petavius.

Synod. Valent. Lugon. Tullen. Canon 4. Prudentius.

Digitized by Google

dem catholicam venditat : *Illusor* Beda, qui in caput 2. prioris ad Timotheum, eandem expositionem verbatim transcribit, & suam facit: *Illusor* Hieronymus, qui lib. 14. in Ezechielis caput 47. cùm ex Oppiano Cilice retulisset, piscium genera esse centum quinquaginta tria, tot scilicet quot ab Apostolis capti fuére pisces cùm iubente Dño *miserunt in dexteram navigy rete*; subiunxit : 'Quæ omnia capta sunt ab ,Apostolis,& NIHIL REMANSIT INCAPTVM : dum & nobiles & ignobiles, divites & pauperes, & omne genus hominum, de mari huius sęculi extrahuntur ad salutem' : *Illusor* papa Gregorius, qui lib. 6. Moral. cap. 8. exponens quemadmodum de Deo dictum sit, *Irrigat aquis* VNIVERSA, ait : 'Sancti spiritus gratia cùm sibi divites subijcit, ,pauperes non repellit; cùm fortes humiliat, venire ad se debiles non ,recusat; cùm nobiles colligit, simul & ignobiles apprehendit; cùm ,sapientes ,suscipit, imperitorum stultitiam non contemnit. VNI-,VERSA ergo Deus aquis irrigat, qui dono Sancti spiritus EX OMNI GENERE HOMINVM AD SVAM COGNITIONEM VOCAT': Item cùm lib. 6. Registri Epist. 15. illud Christi dictum, *Cùm exaltatus fuero à terra*, OMNIA *traham ad meipsum*, hoc Scholio elucidat : 'OMNIA VIDELICET ELECTA'. *Illusor* Magister Sententiarum, cum plerisque suis melioris notæ discipulis, qui lib. 1. Sent. Dist. 46. §. 3. expositiones Augustini describit & suas facit : *Illusor* Angelicus Doctor, qui 1. p. q. 19. ar. 6. ad 1.[m] expressè perhibet, Apostoli locum posse intelligi, vel *vt sit distributio accommoda*, pro eis nimirum *qui salvantur*; vel *vt sit distributio pro generibus singulorum*. Similia habet rursus in Cõmentario ipsius loci : *Illusor* Haymo Halberstadiensis, qui in Commẽtario eiusdem loci : *Vult* (inquiens) *omnes homines salvos fieri* : *Subaudis*, *Qui salvantur*. Et mox ad illa subsequentia verba, *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*, adijcit : *Subaudis, Electis* : *Illusores* Belgicarum Academiarum Theologi, qui Molinistarum Augustinianæ expositioni obstrepentium Articulum hìc suprà memoratum proscripserunt. Dies me deficeret enumerantem singulos, qui Augustini expositiones amplectuntur & approbant : vt proinde in Molinistas eis insultantes rectissimè quadret illud Prosperi :[k] 'Non obscurum, neque ambi-,guum est, quid de gratia Dei sentiant, qui sinceriſſimis eius defen-,soribus obloquuntur; & pacem victricis Ecclesiæ, resumptis de damnatorum schola quæstiunculis, inquietant'.

Beda. Vide Pseudo-Anselm. ibid. & in Elucidario cap. 48.

Hieronymus.

Gregorius.

Lombardus.

D. Thomas.

Haymo.

Lovanienses & Duacenses.

[k] *Prosp. l. contra Collat. c.* 39.

7. Quod ad extremum Adversarij obiectant, Nos facere Deum salutis reproborum INSIDIATOREM, imò & ruinæ eorum AVCTOREM, mera calumnia est, non tamen ab his nunc primùm inventa, sed à veteribus prædestinationis & gratię hostibus conficta. Decima namque tertia Obiectio Vincentiana apud Prosperum est ista : *Quòd omnes illi fideles & Sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, quando ad vomitum suum relabuntur, vitio quidem suo id facere videntur*, SED IPSIVS VITII CAVSA EST DIVINA PRÆDESTINATIO, *qua illis* LATENTER *subtrahit bonas voluntates*. Quod enim Vincentio est, *Divinam prædestinationem esse*

Ad reliqua Incommoda.

Vincentius Semipelag.

Digitized by Google

eße cauſam vitij reproborum, hoc Moliniſtis eſt, *Deo imputandam fore ruinam & iniuſtitiam eorum:* & quod Vincentio eſt, *Latenter ſubtrahere voluntates bonas*, hoc Moliniſtis eſt, *Inſidianter denegare gratias congruas.* Verùm tam hi quàm ille vehementer hìc deſipiunt: [l] 'Quis enim ,(ait Auguſtinus) niſi INSIPIENS, Deum iniquum putet, ſive iudicium pœnale ingerat digno, ſive miſericordiam præſtet indigno'? Et alibi: [m] 'Quis vſqueadeò DEMENTISSIME INSANIAT, VT non agat ,ineffabiles gratias miſericordiæ, quos voluit liberantis; qui RECTE ,NVLLO MODO poſſet culpare iuſtitiam, vniverſos omninò damnantis'? Sed profectò Moliniſtæ nimis apertè hinc diſcooperiuntur: Declarant enim ſe non ſatis fideliter profiteri quod Auguſtinus ibidem præmiſerat: 'Univerſa maſſa pœnas debet; & ſi omnibus debitum damnationis ſupplicium redderetur, non iniuſtè proculdubio redderetur'. Aut verò ſi hoc fideliter profitentur, cur Deum quibuſdam ſuppliciũ vniverſis debitum ingerentem, velut inſidiatorem ſalutis eorum calumniantur? [n] 'An quod de toto ferretur, nõ toleratur de parte? & melius foret omnia debita cogi, quàm ſumma ex ſolida clementer multa remitti'? Quis niſi dementiſſimè inſanus, Deum dicat inſidiatum ſaluti Apoſtatantium Angelorum, quòd nulli eorum ſupplicium promeritum remiſerit? [o] 'Hoc (inquit idem Proſper alibi) inter malos ,homines diſtat & dæmones, quòd hominibus etiam valde malis ſupereſt, SI DEVS MISEREATVR, reconciliatio: dæmonibus autem nulla eſt in æternum ſervata converſio'. Sed noluit Deus, inquiunt, vllos dæmones ad ſtatum priſtinum revocare, *voluit* autem *omnes homines* ſine exceptione *ſalvare.* Si verum eſt iſtud poſterius, non debuiſſet profectò dicere Proſper, *ſi Deus miſereatur*: cùm potiùs, iuxta Molinam poſt Pelagium & Ambroſiaſtrum, dicendum fuiſſet, *Si ipſi homines velint.* Porrò Proſper dicendo, *Si Deus miſereatur*, tacitè indicat, nõ omnibus eam miſericordiam præſtari: prout ex ſimili locutione Apoſtoli Petri ratiocinatur Auguſtinus lib. de Bono perſever. cap. 2. Sed invenit Molina quod ex ipſo Auguſtino pro ſua interpretatione Apoſtolicæ ſententiæ adduceret, ex libro nimirum *Reſponſionum ad Articulos falsò ſibi impoſitos*, vbi ait: 'Sinceriſſimè credendum atque profitendum eſt, *Deum velle vt omnes homines ſalvi fiant*'. Item ex libro de Spiritu & Littera cap. 33. Verùm hìc Molina multipliciter aberrat. Nam in poſteriori loco Auguſtinum obijcientem arripit pro decidente: vt ex toto capitis contextu perſpicuum eſt; & vel ex ſolo exordio ſequẽtis capitis colligi poteſt, quod ſic incipit: *Hac* DISPVTATIO *ſi quæſtioni illi ſolvendæ ſufficit, ſufficiat* &c. In priori autem loco librum Proſperi ſub Auguſtini nomine obtrudit, & prẽterea textum mutilat, ſubticẽdo antecedentia immediatè verba hęc: [p] 'Remotâ diſcretione, quam divina ſcientia intra ſecretum iuſtitiæ ſuæ continet'. Sed quęnam eſt iſta diſcretio? Vtique illa, 'quâ apud Deum (vt ipſe Proſper ait lib. ,1. de Vocat. Gent. cap. 9.) iam vniverſitas humana diſcreta eſt, & ,ſive de bonis ſive de malis loquatur, ita vnius partis meminit, quaſi neminem

[l] *Aug. Enchir. cap. 98.*

[m] *Aug. lib. de Nat. & Grat. c. 5.*

[n] *Proſp. Poëmate de Ingratis cap. 32.*

[o] *Proſp. Reſp. ad Obiect. 6. Vinc.*

Præoccupatio.

1. Tim. 2. 4

Obiectio. *Vide Molinam in Concord. q. 19. art. 6. Diſp. 1. & q. 23. art. 4. & 5. Diſp. 1. Membr. 6.*

Diluitur.

[p] *Proſp. Reſp. ad Obiect. 2. Vinc.*

Digitized by Google

neminẽ hominũ prætermittat'. Vnde & inferiùs ibidẽ ſubdit: 'Habet ,ergo populus Dei plenitudinem ſuam: & quamvis magna pars homi-,num,ſalvantis gratiam aut repellat aut negligat, in ELECTIS TAMEN ,& PRÆSCITIS,atque ab omnium generalitate diſcretis, ſpecialis quę-,dam cenſetur VNIVERSITAS, vt de toto mundo totus mundus libe-,ratus,& de omnibus hominibus OMNES HOMINES videantur aſſumpti'. Hæc monenda cenſui, ne Molina quemquam veritatis ſtudioſum decipiat: qui vt Auguſtinum cum Pelagio & Ambroſiaſtro, quos ibidem ſub Hieronymi & Ambroſij nominibus obtrudit, conſonare perſuaderet, prædicta teſtimonia fallaciter allegavit. Sed inquiunt, ſi nõ vult Deus omnes omninò homines ſine cuiuſquam exceptione ſalvare, videtur futurus perſonarum acceptor. Hanc machinam in nos torquet Gregorius de Valentia in 1. p. q. 23. Diſp. 1. puncto 4. §. 6. Sed eandem ab hoſtibus gratiæ olim ſimiliter tortam Auguſtinus validiſſimè diſploſit Epiſt. 105. & lib. 2. ad Bonif. cap. 7. & lib. de Bono perſever. cap. 8. Et poſt eum Fulgentius lib. de Incarn. & Grat. 21. & 28. Itaque ſuperfluum foret huic Obiectioni refellendæ iam immorari. Illud interim obſervandum, Obiectorem ipſum non facilè ſe expedire poſſe ab eo quod nobis obiectare præſumit. Fatetur quippe ipſe ibidem ſuperiùs §. 2. & 4. excellentiores quoſdam ſanctos anteceſſoriè prędeſtinari à Deo; reliquos verò ſubſecutoriè tantùm. Sine dubio enim hæc ſententia benevolentiorem facit Deum prioribus, quàm reliquis. Dicant ergo Obiectores, an ſine perſonarum acceptione ſtet tam diſpar benevolentia. Quicquid autem dicturi ſunt, profectò aut ſeipſos damnabunt, aut nos ſecum purgabunt. Sed nec illi rim huius retortionis evadunt, qui vniverſos ſubſecutoriè prædeſtinatos eſſe cenſent: Nunquam enim explicare poterunt, quomodo Deus perſonas non accipit, dum quibuſdam congruas, quibuſdam incongruas gratias præparat. Aut certè ſi id explicent, nos eádem dexteritate quâ ſeipſos expedient. Verùm non indigemus hac in re eorũ operâ, cùm iam dudum nos expedierint Auguſtinus & Fulgentius nox citati. Unicum porrò illud ſupereſſe hìc video, vt nimirum in aduerſarios retorqueamus machinam prætextam, ex Apoſtoli Pauli verbis iſtis fabricatam, *Deus vult omnes homines ſalvos fieri.* Retorquemus autem facillimè ex præcedentibus hoc modo: Deus, iuxta Aduerſarios, ita communiter prędeſtinat, vt tam prædeſtinatorum ſalutem quàm prædeſtinationem ipſam committat prædeſtinatorum arbitrio complendam. Atqui hoc nihil eſt aliud quàm nolle vllum talium prędeſtinatorum ſalvum fieri. Igitur Adverſarij talem aſtruendo prædeſtinationem evacuant Scripturam quam nobis obiectant. Maior probata eſt ex verbis ipſorum relatis hìc ſuprà §. 2. Minor item probata eſt cap. 19. §. 5. retorquendo Incommodum de invectione deſperationis: Ibi enim Auguſtini ac Proſperi teſtimonijs oſtendimus, homines pro hoc ſtatu ſibiipſis committi nihil aliud eſſe quàm dimitti.

Obiectio de acceptione perſonarum. *Valentia.*

Exploditur. *Auguſtinus.*

Fulgentius.

Valentia.

Retortio.

Retortio.

Retortio.

dimitti. Proinde ſicut ibi oſtendimus, homines ſibi commiſſos, ac per hoc dimiſſos, non poſſe niſi deſperare ſalutem: ita ex ibi dictis claret, quòd ſi Deus ſalutem ac prædeſtinationem hominum ipſis committeret hominibus, neminem omnium taliter prædeſtinatorum ac ſibi commiſſorum vellet ſincerè aut verè ſalvum fieri. Iudicet ergo nunc æquus rerum arbiter, an non in Moliniſtas prædicta omnia Incommoda obiectantes quadret illud pſalmographi, *Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum.* Pſal. 63. 8.

Beda. In quem locum Beda: 'Solent pue-
,ri (inquit) ſagittas mittere in altum, vbi nullum lædunt. ſed
ſæpè in ipſos recidunt, & eos interficiunt'. Illud item quod
ibidem pſaltes adijcit, *Infirmatæ ſunt contra eos linguæ*
Hieronymus. *eorum.* In quem locum Hieronymus: 'Nullam
,(inquit) capit ſtabilitatem elocutio eorum,
,ſed dolus eorum reddet eos
infirmos'.

LIBRI SECVNDI

FINIS.

Digitized by Google

PEREGRINI HIEROSOLYMITANI

LIBER TERTIVS

VBI PEREGRINAMVR?

PRÆFATIO.

[Uxta ordinem NOSCENDORVM in Programmate perſtrictum ſuperiori volumini ſuccedit hoc tertium, in quo ſe offert tractandum peregrinationis noſtræ locus, cuius meminit Pſaltes, cùm ait Deo ſuo, *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in* LOCO PEREGRINATIONIS *meæ*. Sed quis iſte locus? Superiùs ibidem deſignaverat, dicens: *Incola ego ſum in* TERRA. Vbi recolendum iod Auguſtinus ait: [a] 'Incolatus peregrinatio eſt'. Cùm igitur inolatus peregrinatio ſit, proculdubio ſi incolatus locus eſt terra, etiam regrinationis locus eſt eadem terra. Hinc veteres Patriarchas inducit poſtolus confitentes, *Quia* PEREGRINI *& hoſpites ſunt* SVPER TERAM. Hos imitari ſe profeſſus eſt idem Pſaltes, vbi ait Deo: *Advena o ſum apud te, &* PEREGRINVS, *ſicut omnes Patres mei.* Ex horum nuero fuit is cui dictum eſt à Deo: *Scito præno ſcens quod* PEREGRINVM turum *ſit ſemen tuum* IN TERRA NON SVA, *& ſubjicient eos ſervituti, & fligent quadringentis annis.* Quod quidem ad litteram impletum fuiſſe Ægyptiaca ſervitute carnalis ſeminis Abrahæ, indicat Stephanus ctorum capite ſeptimo: ſed tamen iuxta altiorem intelligentiam impletur etiamnum in myſtica captivitate ſpiritualis ſeminis Abrahę, de uo ait Apoſtolus: *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, ij ſunt Iſraelitæ; neque ui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: id eſt, on qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij promiſſionis, æſtimantur in ſenſe.* Audi quomodo: [b] 'Nonne ſemen Abrahæ (ait quidam) Regi Pharaoni in luto & latere ſervit, quando quilibet virtutum æmulator fortis, egrediens de terra & de cognatione ſua diu iuxta Abrahæ exemplar, tandem aliquandò in modũ Davidis in aliquod flagitium adit? Nam & huiuſmodi quilibet, ſi interim ad iuſtitiam revertitur, inter filios Abrahæ reputatur. Attende ergo quàm ſit plenum timoris pariter & horroris, quòd nec in excelſo quidem faſtigio virtutis detur homini in hac vita vllus locus ſecuritatis. Valde eſt rarum, & verè paucorum, magna agere, nec ſe magnum putare; multis

[a] *Aug. in Pſal.* 119. ℣. 5. *Vide eund. in Pſal.* 55. ℣. 7.

[b] *Rich. Vict. Tract. de Differentia Sacrificij Abrahæ & Mariæ circa medium.*

,præeminere, & neminem despicere. Cùm enim quilibet nostrûm ,mirãda agit, cæteroſque studiorum bonorum agilitate præcedit, fa- ,cile est vt illud Pharisæi dicat apud semetipsum, *Non sum sicut ceteri* Luc. 18. 11 ,*hominum*. Vnde fit sæpè, vt his qui eiusmodi sunt gratia divina sub- ,trahatur; & cadere permittantur; & eousque nonnunquam paulatim ,perducantur, vt tandem aliquando sint tam pertinaces in malo, quàm ,priùs fuerant constantes in bono. Nonne hoc est quod Dñs minatur, ,cùm ad Abraham dicit: *Scito prænoscens quòd peregrinũ futurum sit semen* Gen. 15. 13 ,*tuum in terra non sua*? Cùm cætera elementa semper fluctuare soleant, ,sola *terra in æternum stat*: vnde cõgruè satis cordis stabilitatẽ designat. Eccle. 1. 4 ,Sed quàm bonũ est esse stabilẽ in proposito bono, tam malum est esse ,stabilẽ in proposito malo: Illud est cõstãtię, istud pertinacię. Cõstãtia ,itaq; in bono, terra est bonorũ; pertinacia in malo, terra est malorum. ,Quando itaq; quilibet prædestinati ad vitã æternã perducuntur pau- ,latim ad eiusmodi pertinaciam, verè *peregrinantur in terra non sua*. Ecce ,quid facit superbia! Ecce quid facit arrogantia! Vasa itaque miseri- ,cordiæ, cùm incipiunt de suis meritis intumescere, piâ Dei dispensa- ,tione permittuntur cadere; vt discant humiliter sapere, & de infirmi- ,tate suâ vera sentire. Cognitio autem humanæ infirmitatis, vt plena ,sit, in quatuor gradibus consistit; duos habens in consideratione ma- ,li, duos in consideratione boni. In consideratione mali, primò vt ,sciamus, nos nullum malum nostrâ virtute posse cavere: Secundò vt ,sciamus, à nullo malo post lapsum nostrâ virtute posse resurgere. In ,consideratione boni, primò vt cognoscamus, nos ad nullum bonum ,nostrâ industriâ posse convalescere: secundò vt cognoscamus, nec in ,eo quod divinitùs accepimus nostrâ industriâ posse perseverare. In ,cognitione autem sui multiplex promotio profectuum quid aliud est ,quàm quædam successio alternantium dierum? Omnis autem alter- ,natio crescentium seu decrescentium dierum sub *Anno* concluditur, & ,solis cursu consummatur. Rectè ergo per *Annum* in qualicunque re ,plenitudo & consummatio cognitionis intelligitur. Ad hoc verò, ,iuxta quod superiùs dictum est, permittitur homo in vno aliquo vi- ,tio multoties multiformiter cadere, vt per multa experimenta plenè ,& integrè addiscat, ab eiusmodi servitute nullâ suâ virtute se posse ,eripere. Quando autem ista experientiæ multiformitas vsque ad cog- ,nitionis plenitudinem perducitur, quasi *Annus* consummatur. Quan- ,do autem eundem infirmitatis suę defectum quilibet in alijs & alijs ,vitijs per quotidiana experimenta addiscit, & eandem veritatis sen- ,tentiam quam in multis experimento probavit, etiam in alijs ex ra- ,tione colligit, & tandem idem in omnibus vniversaliter sentit, iam ,*annorum* numerus ex cognitionis multiplicatione in *centenarium* surgit. ,Nam quia omnes digiti, & articuli ab eisdem denominati, & ab vtris- ,que compositi, intra centenarium concluduntur; rectè in centenario ,vniversita figuratur. In *anno* itaque plenitudinem, & in *centenario* in- ,tellige vniversitatem. Quando ergo necessariæ cognitionis abundan-

tiam

Digitized by Google

,tiam, & in ſingulis ſufficienter, & in omnibus generaliter habemus, ,annualem eruditionis noſtræ procurſum in centenarium producimus. ,Infirmitatis autem noſtræ cognitionem ſuperiùs per quatuor gradus ,diſtinximus. Oportet ergo quaſi *quadringentorum annorum* numerum ,explere, ſi volumus hanc, quam prælocuti ſumus, quadrifidæ ſcientiæ ,plenitudinem apprehendere. Pro certo habeas, nec eſt vnde hæſitare ,debeas, quòd eouſque oporteat te Pharaoni Ægyptiſque ſubeſſe, vi-,tijs vitiorumque incentoribus ſubſervire; donec experientiæ magiſte-,rio docearis, de tua infirmitate vera ſentire; donec plenè addiſcas, in ,cavendis vel corrigendis malis, in obtinendis vel conſervandis bonis, ,nihil omninò de tua virtute præſumere'. Ex his iam didicimus quæ-nam iuxta tropologiam ſit terra peregrinationis ſeminis Abrahæ, fi-liorum promiſſionis, civium Hieruſalem: quibus poſt quadringenariæ peregrinationis comminationem Deus præbuit ſolatium datâ ſpe re-

Gen. 15. 14 patriationis, ibidem ſubdens: *Verumtamen gentem, cui ſervituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* 'Scimus (ſubiungit ,ibidem Victorinus) quia filij reconciliationis ex caſu ſuo eruditur, ,ad diſcretionem, ad circumſpectionem, ad humilitatem, ad compaſ-,ſionem, ad conſtantiam, ad patientiam ſimul & perſeverantiam: *egre-,diuntur* itaque *cum magna ſubſtantia*, quando ſecum reportant huiuſmo-di virtutum lucra, & ſcientiæ talenta'. Et pauculis interpoſitis: 'De ,huiuſmodi ſubſtantiæ theſauro (ſubdit) intelligitur illud in Pſalmo,

Pſal. 104. 37. ,*Eduxit eos cum auro & argento.* Vide ergo quàm ſit mirandum, quàm ,iucundum, quàm ſtupẽdum, quòd ipſa etiam ruina morum bonis coo-

Rom. 8. 28 ,peretur in bonum, vt impleatur quod in Apoſtolo legitur, *Scimus quo-,niam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundùm propo-,ſitum vocati ſunt ſancti.* Cooperatur itaque in bonum, quòd *in terra non ,ſua* ad tempus *ſubſerviunt*; qui tandem aliquando inde *cum magna ſub-,ſtantia exeunt.* Cooperatur in bonum, quòd aliquantulum temporis ,vitijs ſuccumbunt; qui poſtmodum quanto exercitatiores, tanto cau-,tiores; quanto humiliores, tanto conſtantiores vel robuſtiores reſur-gunt'. Nemo verò hinc peccandi anſam arripiat, vt dicat: Peregri- Præoccupatio,
nemur igitur in terra aliena, vt inde reducamur cum magna ſubſtan-

Rom. 3. 8. tia. Hoc enim eſt dicere, quod Apoſtolus improbat: *Faciamus mala, vt veniant bona.* Etenim, vt Auguſtinus perhibet, [c] 'Homines non intel- [c] *Aug. l. de Grat. & libero Arbit. cap. 22.*
,ligentes hoc putabant dici, quando audiebant quod dixit Apoſtolus,

Rom. 5. 20. ,*Lex autem ſubintravit vt abundaret delictum: vbi autem abundavit delictum, ,ſuperabundavit gratia.* Sed vtique gratia id agit, vt iam fiant bona ab ,eis qui fecerunt mala, non vt perſeverent in malis, & reddi ſibi exi-,ſtiment bona. Non itaque debent dicere, *Faciamus mala, vt veniant bona*: ,Sed, Fecimus mala, & venerunt bona; iam faciamus bona, vt in fu-,turo ſæculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc ſæculo recipimus

Pſal. 100. 1 ,pro malis bona: propter quod ſcriptum eſt in Pſalmo, *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*'. Hic fortè inſurgent ijdem, prætexentes Scrupulus.
Pſal. 32. 5. quod ſcriptum eſt, *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Hic ſcrupulus ad- Excutitur.

monet, vt duplicem inprimis *misericordiam Domini* cum Angelico Doctore, deinde octuplicem *terram* cum Hugone Victorino consideremus. Duo itaque iuxta priorem 1. p. q. 21. art. 4. ad 1.m sunt divinæ misericordiæ genera, vnum relaxans, alterum merè allevians: 'In ,damnatione reproborum (ait ille ibi) apparet misericordia; non qui-,dem totaliter relaxans, sed aliqualiter allevians, dum punit citra cõ-,dignum'. Quamvis ergo *misericordia Domini plena sit terra* etiam reproborum, non tamen eos relaxabit, sed ad summum alleviabit. Dico, *ad summum*: quia & alibi scriptum invenio, *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Octo denique iuxta posteriorem Serm. 68. sunt genera terrarum: Est quippe terra quæ plena est gloriâ Domini, & terra quæ plena est gratiâ Domini, & terra quæ plena est misericordiâ Domini, & terra quæ plena est irâ Domini, & terra quæ plena est furore Domini, & terra quæ plena est correptione Domini, & terra quæ plena est sustentatione Domini, & terra quæ plena est voluptate Domini. Videamus de singulis: 'Terra quæ plena est gloriâ Domi-,ni (ait ipse ibi) cœlestis patria est: Licet enim *plena sint cœli & terra ,gloria eius*, illa tamen patria singulariter plena gloriâ eius non incon-,gruè dicitur, in qua eius gloria non per speculum in ænigmate, vel ex parte sed manifestè, atque plenariè videtur'. De hac terra sufficienter egimus præcedenti libro cap 3. & tribus sequentibus. 'Terra quę ,plena est gratiâ Domini (iuxta eundem ibidem) est sancta Eccle-,sia: Unde Paulus, Corinthiorum Ecclesiæ scribens, ait: *In omni-,bus divites facti estis in Christo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testi-,monium Christi confirmatum est in vobis; ita vt nihil vobis desit in* VLLA GRATIA'. De hac terra obiter præcedentibus duobus libris aliqua diximus, signanter lib. 1. cap. 17. dum tractaremus de ritibus & observationibus, quibus Ecclesia tanquam provida mater filios suos ad sui notitiam manuducere satagit: & lib. 2. cap. 6. dum varias vsurpationes vocis *Hierusalem* panderemus, quarum vna est pro Ecclesia in terris militante. 'Terra quæ plena est misericordiâ Domini (teste eo-,dem ibidem) est vniversitas verè pœnitentium; cùm ipse Dominus ,per Ezechielem Prophetam dicat: *Quòd si impius egerit pœnitentiam ab ,omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit vniversa præcepta mea, ,& fecerit iudicium & iustitiam; vita vivet, & non morietur: omnium iniqui-,tatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, ,vivet.* Hæc est terra, in qua solenniter & singulariter quotidie, imò ,continuè, cantatur laus illa lætabunda Psalmistæ, quâ dicit: *Miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors: non secun-,dùm peccata nostra fecit nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis*'. In huius terræ culturam toto penè primo huius Operis libro, operam nostram, quantum Dominus adiuvare dignatus est, impendimus: Ad hoc enim vtile est homini nosse seipsum, vt compungatur ad pœnitentiam; & sciens qualis fuerit, & esse deberet, doleat se esse quod est; videnśque suam miseriam, imploret misericordiam. 'Terra quæ

D. Thomas. — Misericordia 2.x — Terra. 8.x — Hugo Victor. Terra plena gloriæ Domini. — Plena gratię. — Plena Misericordię.

Iac. 2. 13. — Præfatio Missæ. — 1. Cor. 1. 5 & seqq. — Exech. 18. 21. & 22. — Psal. 102. 8. & 10.

Digitized by Google

,quę plena eſt irâ Domini (ait idem ibidem) eſt vniverſitas peccan- Plena irę.
,tium : quia reverà plenariè Dominus iratus eſſe creditur in eos, quos
Ps. 80. 13 ,*ſecundùm deſideria cordis eorum ire permittit in adinventionibus ſuis.* Nun-
Rom. 1. 28. ,quid enim illis non erat iratus, *Quos*, vt ait Apoſtolus, *tradidit in re-*
,*probum ſenſum, vt facerent quæ non convenirent, repletos omni iniquitate, ma-*
,*litiâ, fornicatione*, & cæteris horrendis deteſtandiſque peccatis, quæ
,ibidem conſequenter deſcribuntur? In ærumnas huius terræ miſera-
,bilis populum antiquum collapſurum ſignificavit, vbi per Moyſen
Deut. 32. ,comminando dixit: *Mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur*
,*pes eorum.* Super huius terræ inhabitatione Iſaias lachrymabilem que-
Iſa. 64. 5. ,rimoniam protulit ad Dominum, dicens: *Ecce, tu iratus es, & peccavi-*
,*mus.* Ab hac denique terra Pſalmographus nos coercet, vbi dicit:
Pſal. 2. 12. ,*Apprehendite diſciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via*
,*iuſta*'. De hac terrâ redibit ſermo in poſtremo huius Operis libro, vbi
oſtendemus, nonnullos à Deo in pœnam præcedentium peccatorum
ſic deſeri, vt terream vel etiam lapideam conditionem indurati in-
duant. 'Terra quę plena eſt furore Domini (vt idem ait ibidem) eſt Plena furoris.
,Infernus. Jnfernus enim congruè dici poteſt plenus furore Domini;
,quia in eo ad plenum eius furorem ſentiunt, qui ſe hìc vel à peccatis
,damnabilibus tenere, vel poſt lapſum emendare contempſerunt. Hu-
,ius terræ, quę eſt omnium terrarum infima, & in hac parte vltima,
,Dominus ad Ezechielem mentionem facit, vbi de quorundam prin-
,cipum gentilium, & gentium eorum damnatione locutus eſt, dicens:
Ezech. 32. ,*Fili hominis, cane carmen lugubre ſuper multitudinem Ægypti; & detrahe*
,*eam ipſam, & filios gentium robuſtarum, ad* TERRAM VLTIMAM, *cum his*
,*qui deſcendunt in lacum*'. Et paulò infrà iterum: 'Hæc itaque terra (in-
,quit) verè plena eſt furore Domini, in qua mors eſt ſine morte, finis
,ſine fine, defectio ſine defectione: Ibi vermis ſemper edens, ibi tor-
,tor ſemper edens: Hic locus indignis, quo non extinguitur ignis:
Nec qui torquetur, nec qui torquet morietur'. De hac terra obiter
quędam diximus in Prologo huius Operis §. 7. 'Terra plena correp- Plena correp-
,tione vel correctione Domini (iuxta eundem ibidem) aptè dici va- tionis.
,let ignis purgatorius: Hæc autem differentia inter correptionem &
,correctionem eſſe videtur, quòd correptio eſt, quando quis arguitur,
,etſi non emendetur; correctio verò, quando etiam emendatur. Ignis
,itaque purgatorius rectè terra plena correptione & correctione Do-
,mini dicitur: quia in eo plenariam correptionem Domini ſentiunt, &
,correctionem accipiunt, qui in hoc mundo à peractis peccatis rece-
,dentes plenariâ ſatisfactione ſe purgare neglexerunt, vel certè morte
,præventi non potuerunt. Cuius videlicet ignis cruciatio omnes præ-
,ſentis ſatisfactionis dolores tranſcendere credenda eſt'. De hac terra
redibit inferiùs hoc libro occaſio loquendi, quando inquiretur an
Animæ iuſtorum in purgatorio peregrinentur: vbi etiam eadem quæ-
ſtio ventilabitur de Animabus veterum Patriarcharum in ſinu Abra- Limbus.
hæ, qui congruè dici poteſt Terra plena refocillationis Domini.

Terra

Plena ſuſtentationis.

'Terra plena ſuſtentatione Domini (inquit idem ibidem) non incongruè dicitur hiç mundus. In hoc enim mundo accedentium vel recedentium planetarum operatione, & pluviæ temporaneæ & ſerotinæ cooperante virtute, rebus generantibus & germinantibus plenariè providet Deus; & adminiſtrat, niſi peccatis aliquando præpediatur, cuncta quæ ſunt neceſſaria ſuſtentationi vitæ humanæ'. De hac terra potiſſimùm nobis hoc libro diſſerendum erit, quatenus eſt humanæ peregrinationis ſtadium: vti & de terra plena voluptatis Domini, quę iuxta eundem Victorinum ibidem eſt paradiſus terreſtris, vbi primi homines aliquamdiu peregrinati fuerunt: 'Paradiſus (ait ipſe ibi) eſt terra quæ eſt plena voluptate Domini; non eâ voluptate quæ ipſe eſt, vel quæ ab ipſo ſubſtantialiter & ęternaliter eſt; ſed eâ quæ ab ipſo vel per ipſum temporalis & mutabilis creata eſt. Plenus eſt Paradiſus voluptate: quia in ipſo ab initio facta creduntur quę plenariè humanis vſibus eſſent neceſſaria, vtilia, commoda, grata ſive iucunda. Ibi perpetuum aëris temperamentum, humanæ naturæ gratiſſimum; lignúmque vitę, ad conſervandam vitam humanam incorruptibilem & immortalem ſuâ virtute potentiſſimum. Ibi, ſi homo in iuſtitia perſtitiſſet, ſemper mulceret & delectaret viſum diverſorum varietas colorum, auditum cantatus avium, olfactum redolentia florum, guſtum ſapor fructuum, tactum ſuavitas quarumlibet rerum'. Ex his octonis terris duæ ſunt extremæ, vna in ſummo, altera in imo: Extrema in ſummo eſt ea quæ plena eſt gloriâ Domini, extrema in imo eſt ea quę plena eſt furore Domini: Reliquæ inter has quodammodo mediant; de quibus ſolis, tametſi non æquè de omnibus, hoc libro eſt diſſerendum. Etenim duæ extremæ non ſunt peregrinationis ſtadia, ſed termini. Et quamvis Angeli in cœlo peregrinati aliquandiu fuerint, non tamen idcircò in terra plena gloriâ Domini peregrinari dicendi ſunt; quia quamdiu ibi peregrinabantur, nondum gloriâ Domini replebantur. Terram quę plena eſt gloria Domini Alredus appellat *Terrã viventium*, eam verò quæ plena eſt ſuſtentatione Domini vocat *Terram morientium*; eam denique quæ plena eſt gratiâ Domini, *Terram ſanctorum*; & eam quæ plena eſt irâ Domini, *Terram impiorum*: [d] 'Dicamus (ait ille) eſſe terram viventium, & terram morientium; terram ſanctorum, & terram impiorum. Terra viventium paradiſus (vtique cœleſtis, vt ex ſubtextu patebit) terra morientium mundus, terra ſanctorum Eccleſia, terra impiorum Babylonia. *Credo*, inquit Propheta, *videre bona Domini in terra viventium*: In Paradiſo enim nemo moritur, vbi vita in veritate eſt, veritas in æternitate. Mundus autem iſte, in quo nihil ſtabile, nihil æternum eſt, vbi ipſa vita hominum vmbra mortis eſt, Terra morientium convenientiſſimè appellatur. At Eccleſia Chriſti Terra ſanctorum eſt, de qua dicit Scriptura, *Miſereamur impio, & non diſcet facere iuſtitiam; in terra ſanctorum inique geſſit*. Meritò Terra ſanctorum Eccleſia, extra quam in hac vita nullus ſanctus, nulla iuſtitia, nulla ſanctificatio. Poteſt etiam caro ſanctorum

Plena voluptatis.

[d] *Alredus Serm. 11. in caput 13. Iſaiæ.*

Vide Hieron. citatum lib. 2. c. 1 §. 2.

Pſal. 26.

Iſa. 26.

Digitized by Google

Psal. 5.4. ,ctorum dici Terra ſanctorum, de qua dicitur, *Beati mites quoniam ipſi ,poſſidebunt terram.* Similiter civitas illa confuſionis, Terra poteſt dici impiorum: nihilo minus tamen caro eorum, terra eſt eorum'. Omnes homines in terra morientium, imò in terra impiorum nunc naſcuntur: ſed qui inter eos ad terram viventium præordinati & cœleſtis Hieruſalem regiſtro inſcripti ſunt, per terram ſanctorum eò transferentur. Neceſſe etiam eſt vt per aſperam pœnitentiæ terram tranſeant quotquot capaces eius exiſtunt: qualibus loquebatur præcitatus Victorinus, concludens ſermonem eundem hâc parœneſi: 'Nunc, Chariſſimi, *Hugo Victor.* ,ad noſmetipſos quamprimùm redeamus, ſinguli propriam conſcien-,tiam intentè diſcutiamus; & vbi ſimus, quò tendamus, diligenter at-,tendamus. Donet autem nobis Dominus, vt in *terra* quæ *plena eſt miſericordiâ Domini* dum vivimus commaneamus: vt per *terram quæ plena ,eſt gratiâ Domini* tendentes, ad *terram quæ plena eſt gloriâ Domini* perveniamus'. Cui paræneſi quod addam, non habeo; niſi quòd lectorem præmoneam, me in hoc libro non ſolùm de loco, ſed etiam de tempore peregrinationis noſtræ tractaturum. Quamvis enim Auguſtinus in Programmate allegatus locum duntaxat peregrinationis expreſſerit inter NOSCENDA; nihilominus propter materiæ affinitatem, & vnius circumſtantiæ ſine altera inexplicabilitatem, de vtraque circumſtantia permixtim tractare ſtatui.

CAPVT PRIMVM.

Vbi & quando Creaturæ rationales tam in Angelis quàm in hominibus conditæ primùm fuêre?

QVemadmodum in creaturis generatim prius eſt exiſtere quàm operari, ita in rationalibus creaturis priùs eſt condi quàm peregrinari. Nondum hìc diſputo de modo prioritatis, ſed abſtractim de ipſa prioritate: poſtmodum indagaturus, realiſne ea ſit, an imaginaria aut rationis. Vt autem diſtinctiùs & intelligentiùs procedatur, priùs de loco & tempore creationis Angelorum, poſtea de loco & tempore creationis protoplaſtorum diſſerendum eſt. Qui Angelos ante mundum corporeum conditos cenſent, nullum locum corporeum conditioni eorum aſſignant: Quomodo enim aſſignare poſſent, quem nondum reipsâ extitiſſe exiſtimant? Jnquirit Angelicus Doctor 1. p. q. 61. ar. 2. *Vtrùm Angelus ſit productus à Deo ab æterno?* Et reſpondet in corpore articuli his verbis: 'Solus Deus, Pa-,ter, & Filius, & Spiritus ſanctus eſt ab æterno. Hoc enim fides catho-,lica indubitanter tenet: & omne contrarium eſt ſicut hæreticum refutandum. *Angelorum creatio.* *D. Thomas.*

fatandum. Videri in eandem rem potest 9. 3. de potentia ar. 14. ubi transfopsita veritate folus de falfo, probabilitatem dispatat de poffibilitate: creationis ab æterno, quam tamen ibidem poftea 11. 9. 4. ar. 2. & 3. Et quidem nullam creaturam potuiffe ab æterno exiftere, oppofitum docet Ecclefia in 4. Lat. can. 1. ubi fententia condemnatorum, prater Authores ab Ecclefia ibi addutos allegari poteft Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. p. 3. cap. 10. dicens: Omne quod materiabile eft, aliquando non fuiffe necefe eft. Item Petgamenus lib. 1. ad Monumum cap. 12. dicens: Sicut omne creatum opus fine initio ante potuit nec poteft fieri, fic fine termino volumus nos omnium mutabilium fubfiftere, quia initium exiftendi non habet. Quoquo vero modo de poffibili, certum omnino eft, nullam creaturam ab æterno exiftiffe, fed folum creaturem. Nam Concilium generale Lateranenfe fub Innocentio 3. formiter definitum fimpliciter ac confidenter docuit cap. 1. Quod vnus folus eft verus Deus, æternus. Non ergo æternus eft Angelorum quifquam aut æternarum creaturarum quæ plenius folum referebatur dicere ut verum eft. Quia fub omnipotentia virtute fimul ab initio temporis veram, ac de nihilo condite creaturæ formationem fecundum Angelicum, Augufti-num valdiore fit mediatam. In quibus locum Angelicus Doctor 1. Error fuit Arifotelis (inquit) ponentis quafdam res æternas Deo produ-ctas. Et ab æterno, & nullum fuiffe principium temporis, nifi tantum fempiternum. Sed ab æterno *creavit Deus cœlum & terram*. Et ad hoc excludendum Gen. addit (Spiritus) *In principio creavit Deus cœlum & terram*. Et non fuit neceffarium Spiritui Sancto ad prohandum quod mundus non fit factus in tempore, hoc eft, poftquam aliquid tempus præceffit. Et in omni (cait ille) rebus difcernuntur æternitas, & tempus; quod tempus fine aliqua mutatione non eft, ubi ergo feruntur autem vbi nulla mutatio eft; quis non videt, quòd tempora non fuiffent, nifi creatura fuiet quæ aliquid aliquid mutationis mutaret; cuius motionis & mutationis cum aliud aliquid, quod fecum eft non poffet, quia quæ fuccedit, in brevioribus vel produratibus moratum interpofitis tempus fequeretur? Cum igitur Deus non cuius motionis nulla omnino eft mutatio, creator fit temporum & ordinatorquomodo creatur poft temporalis fuerit motionis creatio, non videtur, nifi dicatur ante mundum un aliquam fuiffe creaturam, cuius motibus tempora curierunt. Porrò fi literæ facræ manifeftæ veraces ita dicunt, *in principio fecit Deus cœlum & terram*, vt nihil antea fecifle intelligatur, qua hoc pertulit in principio fecifle dicerent, fi quid fuiffet ante cœtera condita quæ huic præcedaneus non eft mundus? Etiam in tempore, fed non tempore. Quod enim fit in tempore, & poft aliquid fit, & ante aliquid tempus fit, quod præcurrens eft, quis non id quod futurum eft. Nullum autem poffe eft præteritum quin nullus erat creatura, cuius mutabilibus motibus agerentur. Qui fane difficultas quia probat, neque Anglicum neque aliam vllam fequitur.

Ethic. Hug. Victor. Petr. Lomb. 1. 2. d. 1. Trinit. 1.

Pelgarius.

Synod. Lateran.

2 D. Tho. Quæst. 1. de potentia.

Aug. 1. 11. de Civit. cap. 6.

à Deo factam fuiſſe ante illud temporis *principium* quo *creavit Deus cœlum & terram*: nam ſi aliqua priùs facta fuiſſet, illam potiùs in principio Deus creaſſe diceretur. Planùs enim verborum Geneſis ſenſus videtur iſte: Deus in principio temporis cœlum & terram ſic fecit, vt ante cœlum & terram nihil fecerit. Vnde notandum eſt diſcrimen inter iſta Moyſis verba, & initialia verba Evangelij Ioannis, vbi legitur: *In principio erat verbum.* Cùm enim Moyſes vtatur verbo *faciendi* ſeu *creandi* & Evangeliſta verbo *eſſendi*; ſicut ex verbis Moyſis evincitur, nihil ante cœlum & terram factum fuiſſe, ita ex verbis Evangeliſtæ evincitur, nihil ante Verbum fuiſſe ſeu extitiſſe. Ac per hoc, cùm cõſtet, Deum ab æterno extitiſſe, manifeſtè colligitur & verbum ei coæternum eſſe: alioquin falsò diceretur *in principio fuiſſe.* Vnde quia nulla creatura ab æterno extitit, de nulla dici poteſt, In principio erat talis aut talis creatura: [c] 'Creaturam vniverſam (ait Auguſtinus) ſiue conſubſtantialem Deo, neque coæternam, fas eſt dicere atque credere'. Et inferiùs ibidem cap. 3. 'Illud certè accipiendum eſt in fide, etiamſi modum noſtræ cogitationis excedit, omnem creaturam habere initium, tempuſque ipſum creaturam eſſe; ac per hoc, ipſum habere initium, nec coæternum eſſe creatori'. Eſt præterea hìc obiter obſervandum, præmemoratam Lateranenſis Synodi profeſſionem verbatim deſcriptam eſſe ex capite 32. libri Soliloquiorum Auguſtini nomine prænotati Tomo 9. Operum eiuſdem. Videtur autem vtrobique alludi ad illud Eccleſiaſtici, *Qui vivit in æternum creavit omnia ſimul*: [d] 'Quædam authoritates (ait quidam) videntur velle, quòd ante omnem aliam creaturam facti ſint Angeli. Vnde illud, *Prior omnium creata eſt ſapientia*: quod de Angelis dictum eſt. Cui videtur cõtrarium, quod dicitur in Geneſi, *In principio creavit Deus cœlum & terram*: Si enim hæc in principio creata ſunt, nihil ante cœlum & terrã factum eſt. Et in Propheta, *Initio tu Domine terram fundaſti.* Quare dicendum videtur, quòd ſimul creata ſit Angelica creatura, & corporalis: Vnde illud Salomonis, *Qui vivit in æternum creavit omnia ſimul*: id eſt, ſpiritualem & corporalem naturam. Et ita non priùs tempore creati ſunt Angeli, quàm corporalis materia quatuor elementorum'. Hunc Hugonis locum deſcripſit quaſi ſuum Magiſter Sentent. lib. 2. Diſt. 2. Vtrique proinde impudenter imponit Dionyſius Petavius, cùm ait: [e] 'Hugo Victorinus poſt cœlum atq; terram factos cenſet Angelos: quippe in cœlo ipſo procreatos. Quæ penè iſdem verbis apud Magiſtrum Sententiarum leges'. Notat verò in Margine locos vtriuſque iam deſignàtos, quibus oppoſitum Petaviaſtæ impoſturæ apertè tradunt. Nunquid verò inſulſa eſt ratio quâ ſuam impoſturam fulcire ille molitur in verbis: *Quippè in cœlo ipſo procreatos?* Quaſi verò locatum non poſſet ſuo loco eſſe coævum. Nunquid enim terra poſt aquam creata eſt, quia in aqua creata eſt? Nunquid Petavij cerebrum poſt cranium eius factum eſt, quia in cranio factum eſt? Si ſic: Fuit ergò Petavij cranium aliquo tempore ſine cerebro. Profectò ſi

:. 1. *In principio erat verbum.*

[c] *Aug. l. de Gen. ad Litt. Imperf. cap. 1.*

[d] *Hugo Vict. in Summa Sent. Tract. 2. cap. 1.*

Magiſter.

[e] *Petav. Tom. 3. Dogmat. Theol. l. 1. de Angelis c. 15. n. 10.*

Digitized by Google

plures eiusmodi discursus vsurpet', verendum est ne det ansam suspicandi, cranium suum adhuc sine cerebro esse: præsertim cùm ibidem num. proximè sequenti, Augustinum cum suis sequacibus *absurditatis* nota perstringat, eò quòd prædicto Ecclesiastici testimonio simultaneam rerum creationem astruere nitantur: 'Mirum est (ait ipse ibi) ,hoc vti testimonio Theologos nonnullos, vt Angelos probent ante ,mundum non fuisse. Nam si *simul* omnia condita esse sic interpretan,tur, vt eodem tempore vel momento creata sint, ABSVRDE FACIVNT. ,Non enim eodem puncto temporis à Deo facta sunt omnia, VT AVGVSTINO VISVM EST, sed diebus sex'. Itaque si Petavio creditur, Absurdus est Augustinus, cum omnibus qui eum hac in parte sequuntur. Longè modestior & erga Ecclesiæ Patres religiosior fuit Angelicus Doctor, qui cùm Augustini sententiam de primæ creationis diebus, aliamque ei oppositam retulisset ac contulisset, adiecit hæc verba: [f] 'Vt igitur neutri sententiæ præiudicetur, vtriusque rationibus respondendum est'. Modestior item Hugo Victorinus, qui de earundem sententiarum varietate differens: [g] 'Ego puto (inquit) viros ,sapientiæ in rebus tam obscuris, & dubijs, atq; à sensu nostro remotis, ,non temerè asseruisse quod nescierunt; neque in his quæ asseruerunt, ,præsertim tantâ diligentiâ probatis, errare potuisse. Illud magis cre,diderim, sub assertionis forma inquisitionis studium aliquando fuis,se. Qui sic dicta sanctorum piè interpretari voluerint, nec falsa cre,dendo in errorem incidunt, nec vera reprehendendo in elationem'. Sed maluit Petavius supercilioſam Molinæ arrogantiam, quàm istorum imitari modestiam. Molina etenim eandem Augustini de diebus primæ creationis explodens sententiam, audet & dicit: [h] 'Exponere ,eo sensu Scripturas sacras, est sanè earum authoritatem enervare: &, ,si in impugnanda sanctissimi eminentissimique Doctoris (Augustini) ,de Ecclesia & sacra Theologia meritissimi sententiâ fas est ita loqui, ,ludibrio fortè eam coram infidelibus exponere. Meritò ergò senten,tia Augustini ab alijs Patribus & Doctoribus communiter REPROBATVR'. Sed profectò vsque ad Molinam non facilè invenietur à temporibus Augustini Catholicus Doctor qui eam reprobaverit, quàmvis inveniantur plures qui ab ea discesserint. Vnde cùm Suarezius Molinæ Consodalis contrariam Augustino sententiam approbasset, sueque approbationi hæc subiunxisset: [i] 'Hæc est communior ,sententia Patrum, Basilij, Ambrosij, Chrysostomi, Bedæ, Ruperti in ,Genesim, & Nazianzeni Orat. 43. circa principium, & Gregorij 32. ,Moral. cap. 10. & aliorum quos capite præcedenti retuli, quibus Magister & Scholastici magis assentiuntur': continuò subdidit vnde Molina refellitur: 'Quamvis propter Augustini authoritatem, de illius sententia valdè temperatè ac modestè loquantur'. Et superiùs cap. 10. n. 5. cùm Augustini sententiam commemorasset: 'Scholas,tici (subdidit) propter authoritatem Augustini non omninò hanc sententiam reijciunt, sed disputando illam defendunt'. Nunquid ergo in Molinam,

[f] *D. Th. 1 p. q. 74. ar. 2. in corpore.*

[g] *Hugo Vict. l. 1. de Sacram. p. 1. cap. 2.*

[h] *Molina Tract. de Opere sex dierum Disp. 1.*

[i] *Suarez l. 1. de opere sex dierum cap. 11. n. 33.*

Digitized by Google

Molinam, Petavium, & quemvis alium eis similem de filijs Cham, aptè quadrat illud Ambrosij: [k] 'Mens improba, cùm putat errasse sapientem, insultandum arbitratur ei, cuius sibi putat mores esse contrarios'? Addo ego, vel Doctrinam: Neque enim ob aliud novi Censores Augustino hìc insultant, nisi quia eius doctrinam in alijs præsertim materijs exitialiter sibi adversam formidant.

[k] *Ambrosius l. de Arca & Noë c. 30.*

2. Sed prædictæ sententiæ nec primus inventor nec vnicus assertor extitit Augustinus. Nam teste alibi ipso Petavio, [l] 'Multos & antiquos habet authores'. Ex his, fatente ibidem Petavio, est Judæorum disertissimus Philo; tum lib. de Mundi Opificio, tum l. 1. Allegoriarū legis, vbi & oppositæ sententiæ notā *rusticanæ simplicitatis* inurit. Item Origenes lib. 6. contra Celsum: Et Origenis Magister Clemens Alexandrinus libro 5. & 6. Stromatum: Athanasius item Alexandrinus Orat. 3. contra Arrianos. Ille, inquam, Athanasius, [m] 'Cuius (vt ex Hieronymo memorat Angelicus Doctor) tanta est in doctrina christiana authoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præsumpserit'. Verùm quod antea nullus præsumpsit, in fine iam sæculorum præsumunt Molinistæ: ex quibus Petavius ibidem præmiserat: 'Si in legendis enarrandisque Scripturis magis intelligendi simplicitas, quàm ACVTE EXCOGITATA RATIO, humana delectaret ingenia; nullus huic quæstioni (de simultanea rerum creatione) neque nunc esset locus, neque olim apud antiquos extitisset'. Nescio autem cur inseruerit illam clausulam, *Neque nunc esset*: cùm inferiùs ibidem num. 4. de eadem Athanasij ac Augustini sententia loquens, dicat: 'Communi ferè omnium consensu hodie repudiata, patronum habere desijt'. Quod quàm sit falsum, patet ex Suarezio iam citato, qui testatur, Scholasticos eatenus ei patrocinari, vt eam *non omninò reijciant, sed disputando defendant*. Patet & ex Saliano, altero Petavij Consocio non solùm religionis, sed etiam immodestiæ; qui graves authores tam antiquos quàm recentiores ei patrocinari asserit; quos ob id ipse, Molinistico supercilio, *labefactatos* dicere præsumit: [n] 'Nec desunt (inquiens) graves auctores tam antiqui quàm recentiores, qui prædictis rationibus & authoritatibus LABEFACTATI, manifestam Moysis sententiam, communissimamque doctrinam relinquant, & huic subitaneæ productioni adhærescant'. Supererat solùm, vt qui graves illos authores tam antiquos quàm recentiores reprobavit vt *labefactatos*, Molinam suum approbaret vt eruditum. Sed id ipse præstitit, paulò infrà subiungens: 'Eam opinionem, quam Augustinus habuit singularem, ERVDITE REFELLIT MOLINA'. Quærunt nimirum & arripiunt isti homines omnem occasionem extollendi suos, & deprimendi cæteros, maximeque Augustinum, quem præ reliquis exauthoratum cuperent. Nisi enim implacabiliter ei essent offensi, nullo modo eum arreptâ præsenti hâc occasione discerperent: præsertim cùm ignorare nisi crassè non possint, prædictam sententiam non tam resolutivè quàm disputativè vel inquisitivè ab eo fuisse traditam: vt patet

[l] *Petavius l. 1. de opere sex dierum cap. 5. n. 1.*

[m] *D. Th. 1. p. q. 61. ar. 3. in Corpore.*

Petavius.

Suarez.

[n] *Salianus in Apparatu Annal. c. 5. n. 3.*

tum ex ijs quæ superiori §. ex Hugone Victorino memoravimus, tum ex ipso Augustino in Retractatione Operis de Genesi ad Litterã quo eã discutit: [o] 'In quo opere (ait ipse) plura quæsita, quàm inventa sunt: ,& eorum quæ inventa sunt, pauciora firmata; cætera verò ita posita, velut adhuc requirenda sint': Tum denique quia lib. de catechizandis Rudibus oppositam sententiam astruere videtur, cùm de futura sanctorum requie loquens, cap. 17. ait: 'De qua requie significat ,Scriptura, & non tacet, quòd ab initio mundi ex quo *fecit Deus cælum* Gen. 1 ,*& terram, & omnia quæ in eis sũt*, sex diebus operatus est, & septimo die & Gen ,requievit. Poterat enim omnipotens & vno momento temporis omnia ,facere: non autẽ laboraverat vt requiesceret, quando *dixit & facta sunt*, Psal. 1 ,*mandavit & creata sunt*: sed vt significaret, quia post sex ætates mundi 5. ,huius, septima ætate tanquam septimo die requieturus est in sanctis ,suis: quia ipsi in illo requiescent post omnia bona opera in quibus ei ,servierunt, quæ ipse in illis operatur, qui vocat & præcipit, & delicta ,præterita dimittit, & iustificat eum qui priùs erat impius. Sicut autem ,cùm illi ex dono eius benè operantur, rectè dicitur ipse operari: sic cùm illi requiescunt, rectè dicitur ipse requiescere'. Ecce apertissimè assimilat sex primos dies mundi sex successivis ætatibus mundi, & quidem penes ipsam successionem: vsqueadeo quidem, vt illam successionem contraponat momentaneę ac simultaneę productioni, quâ potuisset omnipotens cuncta simul vnico momento creare si voluisset; ideò autem noluit, quia sexduanâ creatione maluit sexævam mundi durationem expressiùs repræsentare; sicut & requietione septimę diei futuram sanctorum requiem figurare. Itaque qui sententiam de successiva creatione operum sex primorum dierum amplectuntur, Augustini patrocinio non destituuntur. Quia tamen neutram sententiam censuit esse certam, nunc vnam proposuit lectori, nunc alteram. Nimis proinde supercilios censor est Pererius lib. 1. in caput 1. & 2. Geneseos num. 181. dum sententiam de successiva creatione operum sex dierum, non modo probabiliorem, sed etiam certæ ac indubitatæ veritatis esse asserit: 'Contrariam Augustino sententiam (inquiens) equidem non modò probabiliorem iudico, ,sed etiam certę ac indubitatæ veritatis censeo'. A qua profectò censura cohibere eum debuisset authoritas Angelici Doctoris quam ibidem inferiùs allegat ex q. 4. de Potentia ar. 2. Verùm quia sensit quantopere suæ præsumptioni ea præiudicaret, imitatus est eos de quibus ait Cyprianus: [p] 'Interpretes ,falsi extrema ponunt, & superiora prętereunt; partis memores, & ,partem subdolè comprimentes: vt ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt'. Porrò quia Angelici Doctoris locus integrè exhibitus Molinam pariter & Pererium iugulat, eum lectoris oculis sine mutilatione exhibebimus. Præmissis igitur in corpore Articuli duabus sententijs seu expositionibus circa historiã primæ creationis, subdit sanctus Doctor suam censurã his verbis: [q] 'Harum expositionum prima, scilicet Augustini, est subtilior, MAGIS AB-

IRRISIO-

[o] *Aug. l. 2. Retract. c. 24. Videtur. l. 4. de Genesi ad litt. c. 27. & 28.*

Vide Aug. l. 11. de Civit. c. 30.

Pererius.

[p] *Cyprian. lib. de Vnitate Ecclesiæ circa medium.*

[q] *D. Th. q. 4. de Potentia ar. 2. in fine Corporis.*

Digitized by Google

'IRRISIONE INFIDELIVM SCRIPTVRAM DEFENDENS: Secunda 'verò, scilicet aliorum sanctorum, est planior, & magis verbis litteræ 'QVANTVM AD SVPERFICIEM consona. Quia tamen NEVTRA EARVM 'A VERITATE FIDEI DISCORDAT, ET VTRVMQVE SENSVM CIR-'CVMSTANTIA LITTERÆ PATITVR: ideò vt neutri harũ expositio-'nũ prejudicetur, VTRAMQVE OPINIONEM SVSTINENTES, vtriusq; ra-'tionibus respondendum est'. Vbi inprimis perpendat lector quàm capitaliter adversetur Thomas Molinæ, dum hic superiori §. citatus asserit, Augustinum suâ expositione Scripturam sacram ludibrio infidelium exponere: Ille verò asserit, Augustini expositionem magis eandem Scripturam ab irrisione infidelium defendere. Perpendat præterea quantoperè idem Thomas adversetur Pererio, dum hic asserit, contrariam Augustino sententiam certæ ac indubitatæ veritatis esse: Ille autem asserit, Neutram à veritate fidei discordare, & vtrũque sensum à circumstantia litteræ tolerari. Vidit hanc adversitatem Pererius, & idcircò Thomæ locum nec quoad verba nec quoad sensum integrè aut fideliter retulit, sed hoc modo: 'Sanctus Thomas 4. *Pererius.*
'q. de Potentia Dei ar. 2. dicit opinionẽ Augustini esse subtiliorem, & 'commodiorem ad liberandam Scripturam ab irrisione infidelium, licet contraria sit planior, & litteræ Moysis convenientior'. Vbi subdolè supprimit quod proximè sequitur, *Quantum ad superficiem.* Supprimit & reliqua omnia ad finem vsq; Corporis: sentiens vtiq; quantopere suæ asseverationi obstarent. Cæterum quod Pererius ibidem superiùs, & cum eo alij nonnulli recentiores affirmant, Angelicum Doctorem magis in sententiam Augustino contrariam propendere, gratis, imò falsò affirmant: prout videre est tum 1. p. q. 85. ar. 6. vbi agit de cognitione matutina & vespertina Angelorum; tum etiam Opusculo 15. & 17. vt agnoscit Estius, licet contrariæ sententiæ in- *Estius.*
sistens, in 2.^m Dist. 12. §. 2. Porrò sicut Angelicus Doctor verbis ex quæstione 4. de Potentia citatis, sententiam de simultanea creatione primorum operum dicit esse subtiliorem & magis idoneam ad defendendam Scripturam ab irrisione infidelium; ita Author Compendij Theologiæ, quem alij Albertum Magnum, alij Seraphicum Bonaventuram, alij Petrum de Tarantazia, alij Hugonem Cardinalem, alij ipsum Angelicum Doctorem fuisse censent, eandem sententiam rationi congruentiorem esse perhibet, ita scribens lib. 2. cap. 1. 'De *Compend. Theolog.*
'operibus sex dierum dicunt quidam, nunquam in illis debere intel-'ligi ordinem temporis, sed naturæ: quia dicunt, omnia simul tem-'pore fuisse facta, creata, & dispositа, ac in suis speciebus distincta. 'Alij dicunt, omnia simul creata in materia, sed non in tali forma si-'cut in diebus sequentibus receperunt. Et hæc opinio magis sequitur vltimam litteram, sed prima MAGIS SEQVITVR RATIONEM'. Philo certè Iudæus superiùs hìc memoratus non dubitat dicere, [r] 'Rustica-[r] *Philo. l. 1. Allegoriarum legis subnitum.*
'næ simplicitatis esse, putare, sex diebus, aut vtique certo tempore, mundum conditum'. Cui præter alios ibidem memoratos consonat Procopius Gazæus in Genesim, vbi affirmat, 'Moysen in describen- *Procopius.*

,do mundi opificio ſex dierum diſtinctione vſum eſſe docendi gratiâ, ob tarditatem Iudæorum quibus ſcribebat'. Ex recentioribus Schola-

Caietanus. Canus. ſticis eidem ſententiæ ſuffragantur Caietanus & Canus apud Molinam prę citatâ Diſp. 1. de Opere ſex dierum.

Sed ſive ſex primi dies fuerint plures ſibi temporaliter ſuccedentes, 3.
ſive vnicus dies ſpiritualis & momentaneus ſexies repetitus in Geneſi, communis & vera de Angelis ſententia eſt, eos eodem momento quo

[D. Th. 1. p. q. 46. ar. 3. in Corpore. cœlum & terra fuiſſe conditos: ['Illud verbum Geneſis 1. (ait Angelicus Doctor) *In principio creavit Deus cœlum & terram*, tripliciter ex- *Gen. 1. 1.*
,ponitur, ad excludendum tres errores. Quidam enim poſuerunt mun-
,dum ſemper fuiſſe, & tempus non habere principium: Et ad hoc ex-
,cludendum exponitur, *In principio*, ſcilicet temporis. Quidam verò
,poſuerunt duo eſſe creationis principia, vnum bonorum, aliud malo-
,rum: Et ad hoc excludendum exponitur, *In principio*, id eſt, in Filio:
,Sicut enim principium effectivum appropriatur Patri propter poten-
,tiam, ita principium exemplare appropriatur Filio propter ſapien-
,tiam: vt ſicut dicitur, *Omnia in ſapientia feciſti*, ita intelligatur, Deum *Pſal. 103.*
,omnia feciſſe *in principio*, id eſt, in Filio, ſecundùm illud Apoſtoli ad *24.*
,Coloſſ. 1. *In ipſo*, ſcilicet Filio, *condita ſunt vniverſa.* Alij verò dixe- *Coloſſ. 1.*
,runt, corporalia eſſe creata à Deo mediantibus creaturis ſpirituali- *16.*
,bus: Et ad hoc excludendum exponitur, 'In *principio creavit*
,*Deus cœlum & terram*, id eſt, ante omnia. Quatuor enim ponuntur ſi-
,mul creata, ſcilicet cœlum empyreum, materia corporalis quæ no-
,mine *Terræ* intelligitur, Tempus, & Natura Angelica'. De his *quatuor coævis*

Albertus Magnus. Compendium Theolog. ſpecialem librum conſcripſit Albertus Magnus Angelici Doctoris Præceptor. De eiſdem Author Compendij Theologici ſub finem præcedentis 6. allegatus, hæc ibidem veſtigio ſubtexit: 'Co-
,ævæ ſunt quatuor hę primitivæ rerum creaturæ, cœlum empyreum,
Angeli, materia mundi, & tempus'. Hugo Victorinus in 2. ad Timo-

Hugo Victor. Videeundem in Geneſim c. 5. & l. 1. de Sacram. p. 5. c. 3. & 4. theum quæſtione 3. 'Ferè omnes Doctores (inquit) dicunt, creatos Angelos non ante, ſed cum mundo'. Et quæſt. 331. in Epiſtolam ad Romanos: 'Omnes ferè dicunt (inquit) Angelos non creatos ante mundi creationem'. Hoc tamen de Latinis intelligendum

D. Thomas. videtur: ſiquidem Angelicus Doctor 1. p. q. 61. ar. 3. ad 1.^m teſtatur, 'Omnes Græcos Doctores hoc concorditer ſentire, quòd Angeli ſunt ante mundum corporeum creati'. Quę tamen atteſtatio non ita illimitatè intelligi debet, vt nullam omninò patiatur inſtantiam aut

[Epiph. Hæreſi 65. exceptionem. Certè enim Epiphanius inter Græcos Doctores non obſcurus communi Latinorum ſententię ſuffragatur, dicens: ['Clarè
,indicat Scriptura divina, quòd neque poſt ſydera facti ſint Angeli,
,neque ante cœlum & terram, cùm palàm intranſmutabile ſit dictum
,hoc, quòd ante cœlum & terram nihil erat ex creatis: Nam *in principio fecit Deus cœlum & terram*'. Et paulò ſuperiùs ibidem: 'Niſi enim
,(inquit) vnà cum cœlo & terra Angeli quoque creati eſſent, non vti-
,que dixiſſet Dominus ad Job, *Quando genita fuerunt ſydera, laudaverunt* *Iob. 38. 7.*

me

me Angeli mei voce'. Pro eadem ſententia citat Sixtus Senenſis libro 5. Biblioth. Annotat. 5. Acacium Cæſarienſem, & Diodorum Tarſenſem Epiſcopos. Quibus addi poſſunt Theodorus Mopſueſtenus apud Philoponum lib. 1. cap. 8. & Procopius Gazęus ſuperiori §. memoratus. Conſonat Theodoretus q. 4. in Geneſim: 'Veriſimile eſt (in-,quiens) Angelos vnà cum cœlo & terra creatos eſſe: vt lucem de ni-,hilo factam contuentes, & firmamentum in medio aquarum compa-,ctum, & humidam ſubſtantiam à terra diſcretam, ac terram ſolo Dei ,verbo generum omnium germinibus exornatam, aliaque omnia Dei ,nutu perfecta, ſeipſos pariter ex ijs quæ cernebant intelligerent crea-,tam habere naturam, à Deoque vt eſſent accepiſſe. Nam & divinus 1. Cor. 4. 9 ,Apoſtolus mundo illos adiungit, dicens: *Spectaculum facti ſumus mun-,do, & Angelis, & hominibus.* Cæterùm hæc ego non aſſeveranter dico: ,temerarium enim ſit, de ijs pronunciare, de quibus ſacra Scriptura ,apertè nihil tradit: ſed quod pijs ſenſibus congruere viſum eſt, expo-,ſui. Illud porrò ſcire neceſſe eſt, omnia quæcunque extant, exceptâ ,ſanctâ Trinitate, naturam habere creatam. Hoc autem conceſſo, ſi ,quis Angelorum turbas ante cœlum & terram conditas eſſe dixerit, non offendet verbum pietatis'. Ex quibus ſatis patet, non omnes ſine exceptione Græcos in ea fuiſſe ſententia quæ Angelorum creationem cœlo terraque antiquiorem facit: ſicut etiam non omnes ſine exceptione Latini oppoſitam tenuére ſententiam. Certè enim Hilarius Pictavienſis Antiſtes: [u] 'Angelorum originem terrę creatione antiquiorem reperiri affirmat': Vt ſileam de Hieronymo, qui in caput 1. Epiſtolę ad Titum ait: 'Sex millia necdum noſtri orbis implentur anni: ,& quantas priùs æternitates, quanta tempora, quantas ſæculorum ori-,gines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus 'Angeli, Throni, Domina-,tiones, cæterque virtutes ſervierint Deo, & abſque temporum vi-cibus atque menſuris, Deo iubente ſubſtiterint'. Vbi Hieronymum non ex propria, ſed ex Græcorum ſententia loqui teſtatur Angelicus Doctor 1. p. q. 61. ar. 3. ad 1.[m] poſt Magiſtrum lib. 2. Sent. Diſt. 2. §. 5. Paulò aliter eadem Hieronymi verba exponit Hugo Victorinus: [w] 'Quod Hieronymus dicit (inquiens) ex dictis Origenis fuit: nec ,aſſerendo dictum eſt, ſed dubitando; & inquirendo, *Quantas æternitates &c. arbitrandum eſt priùs fuiſſe*'? Addunt nonnulli & Ambroſium lib. 1. Hexameron. cap. 5. dicentem: 'Angeli, Dominationes & Po-,teſtates, etſi aliquando cœperunt, erant tamen iam quando hic mun-dus eſt factus.' Sed ſicut Hieronymus loquitur ex ſententia Origenis, ita Ambroſius ex ſententia Baſilij, quem penè verbatim in Hexamero tranſcripſit. Allegatur & Iſidorus lib. 1. de Summo Bono cap. 12. dicens: 'Ante omnem creaturam mundi creati ſunt Angeli, & ante ,omnẽ creationẽ Angelorum Diabolus conditus eſt: ſicut ſcriptum eſt, *Ipſe eſt principium viarum Dei*'. Sed Iſidorus ſtatim infrà ibidem indicat, non loqui ſe de prioritate temporis, ſed excellentiæ ſeu dignitatis. Subdit enim de Diabolo: 'Primus creatus extitit, ordinis prælatione,

Sixtus Senenſis. Acacius. Diodorus. Theod. Mopſueſt. Procopius. Theodoretus.

[u] *Hilarius l. 12 de Trinit. ſub medium. Vide eundem l. contra Auxentium. Hieronymus.*

[w] *Hug. Victor. in Summ. Tract. 2. c. 1. Vide eund. in Geneſim cap. 5. Ambroſius. Vide eund. Præfat. in Pſalmos.*

Iſidorus. Vide Alredum Serm. 17 in cap. 14. Iſaiæ.

non temporis quantitate'. Fallitur vehementer Caſſianus, dum ex
Caſſianus. perſona Abbatis Sereni ait Collat. 8. cap. 7. 'Ante conditionem hu-
,ius viſibilis creaturæ ſpirituales cœleſteſque virtutes Deum feciſſe,
,quæ pro hoc ipſo quod ſcirent ſe ad tantam beatitudinis gloriam be-
,neficio creatoris ex nihilo fuiſſe productas, perpetuas ei gratias refe-
,rentes indeſinenter eius laudibus inhærerent, NEMO FIDELIVM DV-
BITAT'. Nam ſuperiùs hìc ex teſtimonio Hugonis Victorini oſtendi-
mus contrariam ſententiam ab omnibus ferè Doctoribus ſuſtineri. Et
quamvis plerique Græcorum diſſentiunt, non tamen omnes: vt ibi-
dem allegatis quorundam verbis oſtendimus. Imò non deſunt, qui
Græcorum ſententiam dicant eſſe erroneam aut hæreticam, præſertim
poſt decretum Concilij generalis Lateranenſis relatum hìc ſuperiùs §.
1. Modeſtior tamen his cenſoribus Angelicus Doctor, cùm dixiſſet:
x D.Th. 1.p.q. 61.ar. 3. in corpore. x 'Non eſt probabile, vt Deus, cuius *perfecta ſunt opera*, vt dicitur Deu-
,teronomij 32. creaturam Angelicam ſeorſim ante alias creaturas crea-
verit': continuò ſubdidit: 'Quamvis CONTRARIVM NON SIT REPV-
,TANDVM ERRONEVM, præcipuè propter ſententiam Gregorij Na-
,zianzeni, cuius tanta eſt in doctrina chriſtiana authoritas, vt nullus
,vnquam eius dictis calumniam inferre præſumpſerit, ſicut nec Atha-
Evaſio. naſij documentis, vt Hieronymus dicit'. Sed dicunt, Angelicum Do-
Præcluditur. ctorem cùm hæc ſcriberet, ignoraſſe definitionem Concilij Latera-
nenſis. Quaſi verò tantus Doctor ignoraſſet tam celebrem conſtitu-
tionem Synodi œcumenicæ, pauculis annis ante ſuam nativitatem in-
tra eandem Italiam celebratæ, atque à Gregorio IX. corpori Iuris in
fronte Decretalium evulgatæ, præmiſſo etiam Decreto ſuo, quo ex-
Greg. Nonus. preſsè ordinavit, *vt hâc tantùm compilatione vniverſi vtantur in iudicijs, &* IN SCHOLIS. Quod quidem decretum prodijt quadraginta & ampliùs
annis ante Angelici Doctoris obitum, qui ſcribendæ ſummæ Theo-
logicæ immortuus eſt. Accedit quòd ipſe ſpeciale Opuſculum ſcripſe-
rit in primum decretalium, quod inter eius Opuſcula eſt 23.m vbi ſin-
gulatim recenſet omnes errores à Concilio Lateranenſi per dictam
ſuam conſtitutionem proſcriptos; nec vllam facit mentionem præfatę
ſententiæ velut à Concilio reprobatæ. Rurſus in ipſa Summa Theo-
logica 1. p. q. 46. ar. 3. in corpore, prout hìc ſuprà memoravimus, re-
cenſet tres errores initialibus Geneſeos verbis diverſimodè expoſitis
excluſos, nec tamen inter eos prædictam Græcorum ſententiam nu-
merat. Et quamvis in refutatione tertij erroris, qui fuit Menandri-
norum, interpretetur illud, *In principio*, vt idem ſit quod *Ante omnia*:
non tamen illam interpretationem velut de fide certam, ſed duntaxat
vt veriſimiliorem adhibet: vt expreſsè teſtatur Bannez in 1.p. q. 61.
ar. 3. ad 1.m & ſatis ex ipſo Angelico Doctore colligitur 1. p. q. 61.
Molina. ar. 3. ad 3.m Ridiculum verò eſt quod excogitavit Molina in 1. p.
q. 61. ar. 3. Angelicum Doctorem cùm Articulum illum ſcriberet,
Oblitum fuiſſe definitionis Synodi Lateranenſis. Non auſus eſt dicere, igna-
rum eius fuiſſe; propter rationes iam allegatas: ſed cùm vellet ſen-
tentiam

Digitized by Google

tentiam Græcorum post definitionem Concilij arguere erroris contra fidem, Angelico Doctori eam ab errore vindicanti. notam oblivionis aspersit. Cæterùm quanquam non desint etiam alij Scholastici, qui cum Molina censeant, contra expressa verba Angelici Doctoris, Synodum Lateranensem definisse Latinorum sententiam; adeòque reprobasse sententiam Græcorum; vt Gregorius Ariminensis in 2.^m Dist. 2. & Franciscus Ferrariensis in lib. 2. contra Gentes cap. 83. quos sequitur Cornelius à Lapide in caput 1. Geneseos: plures tamē censent oppositum; vt post D. Thomam iam citatum Caietanus & Bannez in Commentarijs eiusdem loci, Melchior Canus lib. 5. de locis Theologicis capite 5. Sixtus Senensis libro 5. Biblioth. Annot. 5. Gabriel Vasquez tomo 2. in 1. p. Disp. 224. cap. 3. Franciscus Suarez lib. 1. de Angelis cap. 3. Qui tamen duo postremi in eo sibi invicem adversantur, quòd prior neget Synodum potuisse Græcorum sententiam damnare hæreseos, posterior autem potuisse asserat, sed fecisse neget. Passim interim ij qui Synodum damnasse Græcorum sententiam negant, temerarium esse asserunt, eam post Synodi decretum sustinere. A qua temeritate libenter nos cohibemus.

Greg. Arimin. *Franc. Ferrar.* *Corn. à Lapide.* *Caietanus.* *Bannez.* *Canus.* *Sixtus Senen.* *Vasquez.* *Suarez.*

4. Non defuére alij qui in oppositum extremum deflectentes, Angelos post cœlum & terram conditos assererent. Ex his est Gennadius de Dogmatibus Ecclesiasticis cap. 10. dicens: 'In principio creavit ‚Deus cœlum & terram & aquam ex nihilo: & cùm adhuc tenebræ ‚ipsam aquam occultarent, & aqua terram absconderet, facti sunt Angeli & omnes virtutes cœlestes'. Eidem sententiæ suffragari videntur, qui per *lucem* de qua dictum est, *Fiat lux*, Angelicam censent intelligendam esse naturam: vt Isidorus lib. 1. de Summo Bono cap. 10. & Beda in caput 1. Geneseos, & rursus in Hexamero, Item Rupertus lib. 1. in Genesim cap. 10. & lib. 3. de Glorificatione Trinitatis c. 2. Cùm enim ex historia Geneseos constet, lucem illam fuisse factam postquam *tenebræ erant super faciem abyssi*, qui censent lucem fuisse naturam Angelicam consequenter asserunt vel certè supponunt, abyssum tenebrosam ante Angelos fuisse factam. Si autem abyssus antea facta fuit, proculdubio cœlum & terra antea facta fuerunt: neque enim abyssus ante cœlum & terram est facta, cùm scriptum sit, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Verùm qui tres postremos pro hac sententia allegant, nescio cur non & eis Augustinum adiungant: qui Angelorū creationem productione primæ lucis significari peræquè affirmat, vt videre est lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 17. & 19. & lib. 2. cap. 8. & lib. 4. cap. 22. & lib. de Genesi imperfect. cap. 5. & lib. 22. contra Faustum cap. 10. & lib. 11. de Civit. cap. 9. 19. & 32. Cur non potiùs hinc colligunt, dictos tres discipulos voluisse Augustini Magistri sui sententiam de simultanea productione rerum exprimere? Sanè Rupertus ijs ipsis locis perspicuè indicat, se Augustini vestigijs insistere velle. Nam priori loco cum quorundam aliter sentientium opinionem memorasset, adiecit: 'Meliùs magni & nominatissimi Pa‚tres intellexerunt naturam Angelicam *lucis* nomine significatam. Eorum

Gennadius. *Isidorus.* *Beda.* *Rupertus.* *Augustinus.* *Rupertus.*

Gen. 1. 3. Gen. 1. 2. Gen. 1. 1.

rum ſenſum rationabilem magis approbamus, & ſequimur'. Sed quinam illi *Magni & nominatiſſimi Patres*? Ruperto pro multis vnus ſufficit Auguſtinus, prout ipſe indicat altero loco in Obiectione citato, dicens: 'Vbi dixit Deus, *Fiat lux, & facta eſt lux, & vidit Deus lucem quòd eſſet bona, & diviſit lucem à tenebris*, creaturam eſſe Angelicam factam, & nomine *lucis* bonos Angelos, *tenebrarum* autem vocabulo malos eſſe Angelos ſignificatos, multorum, & MAXIME PATRIS AVGVSTINI firmat authoritas'. Et lib. 1. de Victoria verbi Dei cap. 28. cùm reiecisſet eorum ſententiam, qui Angelos ante cœlum & terram conditos putarunt, ſubiunxit teſtimonium Geneſis, *Fiat lux, & facta eſt lux*: & adiecit: 'Lucem hanc, Angelicam eſſe naturam nonnulli Doctorum, præcipueque B. Auguſtinus ſentit; eiuſque ſenſui non ſolùm ratio, verùm etiam, quod maius eſt, Scripturæ voluntas diligenter conſiderata, valdè conſentit'. Eandem fuiſſe Auguſtini ſententiam agnovit author Elucidarij Anſelmo attributi c. 6. atq; etiam Scholaſticorum Coriphæi Lombardus & Aquinas; ille quidem lib. 2. Sent. Diſt. 12. §. 2. hic verò 1. p. q. 67. ar. 4. vbi etiam modum ſuggerit ſolvendi obiectionem quæ contra ſimultaneam productionem rerum fieri ſolet ex eo quòd ante productionem primævæ lucis dicantur *tenebræ fuiſſe ſuper faciem abyſſi*: 'Dicendum (ait in Reſponſione ad quartum) quòd ſecundùm Auguſtinum informitas nõ præcedit formationem duratione. Unde oportet dicere, quòd per *lucis* productionem intelligatur formatio ſpiritualis creaturæ, non quæ eſt per gloriam perfecta, cum qua creata non fuit; ſed quæ eſt per gratiam perfecta, cum qua creata fuit'. Cur quæſo prædictos tres Auguſtini diſcipulos potiùs quàm hunc quartum allegant pro ea ſententia quæ Angelos poſt cœlum & terram conditos aſſerit? Cùm enim hic dicat Angelos eodem momento fuiſſe creatos & formatos, ſive *lucem* factos; proculdubio ſi tenebræ temporaliter præceſſerunt formationem, præceſſerunt etiam creationem. Si verò ſufficiat hìc prioritas naturæ aut rationis, cur eadem non ſufficit ad enervandam obiectionem ex teſtimonijs Iſidori, Bedæ, & Ruperti deſumptam? Sed quid ad Gennadium primo loco allegatum? Reſpondeo, non admodum referre quid ille cenſuerit, qui & ſectâ fuit Maſſilienſis, & eo ipſo capitulo vnde allegatur contradixerit ſibiipſi, ſubdens ibidem hanc ſuæ aſſertionis rationem: 'Vt non eſſet otioſa Dei bonitas, ſed haberet in quibus per multa antè ſpatia bonitatem ſuam oſtenderet'. Quæ ratio nullo modo ſervit ad probandum quod præmiſerat, ſed potiùs ad probandum Angelos diu ante mundum corporeum fuiſſe conditos. Vnde non deſunt qui Gennadium pro Græcorum ſententia ſuperiùs refutata allegent: præſertim cùm conſtet, Caſſianum eius magiſtrum, ſub perſona Abbatis Sereni eam tradidiſſe velut indubitatam apud fideles, vt ſuprà memoravimus. Certè ratio ex Gennadio iam adducta, ex Caſſiano ſub perſona Sereni differente deſumpta eſt: Qui probans quod de Angelorum ante mundum corporeum creatione præmiſerat, ſubijcit: 'Nec enim exiſtimare debemus, creationis & opificij ſui principia ab huius mũ-

Anſelmus. *Magiſter.* *D. Thomas.*

Gennadius.

Caſſian. Collat. 8. cap. 7.

Digitized by Google

'di conſtitutione Deum primitùs inchoaſſe, quaſi in illis anterioribus 'atque innumeris ſæculis, ab omni providentia & diſpenſatione divi- 'na fuerit otioſus, ac tanquam non habens in quos bonitatis ſuæ exer- 'ceret beneficia, ſolitarius, atque ab omni munificentia alienus fuiſſe 'credatur: quod de illa immenſa, ac ſine principio, & incomprehen- ſibili maieſtate, ſatis humile eſt incongruumq; ſentire'. Verùm hæc ratiuncula de infidelium armamentario ſumpta eſt, de quibus Origenes lib. 3. Periarchon cap. 5. loquens: 'Solent (inquit) nobis obijce- 're, dicentes: Si cœpit mundus ex tempore, quid faciebat Deus ante- 'quam mundus fieret? Otioſam enim dicere naturam Dei, otioſum 'eſt, ſimul & abſurdum vel putare quòd bonitas aliquando non fece- rit, & omnipotentia aliquando non egerit potentatum'. Et quidem Origenes ibidem huic Obiectioni eatenus ſuccubuit, quatenus ad eius vim ſubterfugiendum, alios & alios mundos ac ſæculorum revolutiones ante hunc mundum conditos fuiſſe finxit. Refert præterea Auguſtinus lib. 11. Confeſſionum cap. 12. dictum cuiuſdam, qui interroganti, *Quid faciebat Deus antequam cœlum & terram condidiſſet?* reſpondit: *Alta ſcrutantibus gehennas parabat*. Subdit verò mox ibidem Auguſtinus: 'Hæc non reſpondeo. Libentiùs enim reſponderim: Neſcio 'quod neſcio, quàm illud vnde irridetur qui alta interrogavit, & lau- datur qui falsa reſpondit'. Nihil quidem ad extrà ante mundi conſtitutionem fecerat Deus, ſed non ideò ab æterno torpuit otio: nam vtique ad intrà ſe ineffabiliter communicabat, & temporaliter facienda æternaliter præordinabat: Ad quam præordinationem ſpectat non ſolùm prædeſtinatio electorum ad vitam, quæ eſt gratię præparatio; verùm etiam prædeſtinatio impiorum ad mortem, quæ eſt gehennæ præparatio. Quia verò in prędicto reſponſo non dictum eſt, Alta ſcrutaturis, ſed *Alta ſcrutantibus*; & de factione tranſeunte, non de communicatione immanente quæſtio proponebatur; meritò ab Auguſtino reſponſio improbata eſt. Fecit itaque Deus ſimul ab initio temporis Angelicam creaturam atque mundanam, prout ipſi placuit: nec debet hominibus videri incongruum, quod tanto Artifici viſum eſt congruum. Cur enim non attendunt qui putant incongruum vt tam ſerò prodierint Angeli vel ipſe mundus, eandem ſuam querimoniam ſimiliter formari poſſe, licet Angeli vel mundus eliu anteà conditi fuiſſent? Cur etiam non advertunt, ſimilem de loco creationis mundi fieri poſſe querelam: [z] 'Videndum eſt iſtis (ait appoſitè Auguſtinus) 'qui Deum conditorem mundi eſſe conſentiunt, & tamen quærunt, 'de mundi tempore quid reſpondeamus; quid ipſi reſpondeant de mũ- 'di loco. Ita enim quęritur, cur potiùs tunc, & non antea factus ſit; 'quemadmodum quęri poteſt, cur hìc factus vbi eſt, & non alibi. Nam 'ſi infinita ſpatia temporis ante mundum cogitant, in quibus non vi- 'detur eis Deus ab opere ceſſaſſe potuiſſe; ſimiliter ergo cogitent ex- 'tra mundum infinita ſpatia locorum, in quibus ſi quiſquam dicat non 'potuiſſe vacare omnipotentem; nempe conſequens erit, vt innume-

Vide Greg. Nazian. Orat. 38. & 42.

Origenes.

Auguſtinus.

[z] *Aug. l. 11. de Civit. cap. 5.*

rabiles mundos cum Epicuro ſomniare cogatur'. Et inferiùs adhuc ibidem de eiſdem: 'Cùm igitur (ſubdit) vnum mundum, ingenti quidem mole corporeâ, finitum tamen & loco ſuo determinatum, & operante Deo factum eſſe dicant: quod reſpondent de infinitis extra mundum locis, cur in eis ab opere Deus ceſſet; hoc ſibi reſpondeant de infinitis ante mundum temporibus, cur in eis ab opere Deus ceſſaverit. Et ſicut non eſt conſequens, vt fortuitò potiùs quàm ratione divinâ Deus non alio, ſed iſto in quo eſt loco, mundum conſtituerit, cùm pariter infinitis vbique patentibus nullo excellentiore merito poſſet hic eligi, quamvis eandem divinam rationem, quâ id factum eſt, nulla poſſit humana comprehendere mens: ita non eſt conſequens, vt Deo aliquid exiſtimemus accidiſſe fortuitum, quòd illo potiùs quàm anteriore tempore condidit mundum, cùm æqualiter anteriora tempora per infinitum retrò ſpatium præteriſſent, nec fuiſſet aliqua differentia vnde tempus tempori eligendo præponeretur. Quòd ſi dicunt, inanes eſſe hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cùm locus nullus ſit præter mundum; reſpondetur eis, iſto modo inaniter homines cogitare præterita tempora vacationis Dei, cùm nullum tempus ſit ante mundum'. His ergo inanibus cogitationibus omiſſis, fatendum eſt, Deum quando voluit & vbi voluit mundum condidiſſe, ac ſic ab initio temporis ſpiritualem & corporalem creaturam produxiſſe.

Dictum eſt quando, dicendum eſt vbi conditi ſint Angeli. Communior & verior ſententia aſſerit, in cœlo empyreo eos fuiſſe creatos: 5.

a D. Th. 1. p. q. 61. ar 4. in Corpore.

a 'Ex creaturis corporalibus & ſpiritualibus (ait Doctor Angelicus) vnum vniverſum conſtituitur. Vnde ſic creatæ ſunt ſpirituales creaturæ, quòd ad creaturam corporalem aliquem ordinem habent, & toti creaturæ corporali præſident. Vnde conveniens fuit quòd Angeli in ſupremo corpore crearentur tanquam toti naturæ corporeæ præſidentes, ſive id dicatur cœlum empyreum, ſive qualitercunque nominetur. Vnde Iſidorus dicit, quòd *ſupremum cœlum eſt cœlum Angelorum*'. Conſonat Magiſter lib. 2. Sent. Diſt. 2. §. 6. 'Dominus in Evangelio ait (inquiens) *Videbam ſathanam tanquam fulgur de cœlo cadentem*: nec appellatur hìc *cœlum* firmamentum, quod ſecunda die factum eſt; ſed cœlum ſplendidum, quod dicitur empyreum, id eſt, igneum, à ſplendore, non à calore: quod ſtatim factum Angelis eſt repletum'. Quam ſententiam Magiſter deſcripſit ex Hugone Victorino in Summa ſent. Tract. 2. cap. 1. in fine. Pro eadem ſententia allegat Magiſter ibidem Strabum & Bedam ex Commentarijs in caput 1. Geneſis. Et quidem Beda in Hexamero obſervat, quòd cùm Moyſes dixiſſet *Deum in principio creaſſe cœlum & terram*, de ſola terra ſubdiderit, *Terra autem erat inanis & vacua*: Tacitè vtique innuendo, cœlum non fuiſſe inane vel vacuum, ſed ſuis habitatoribus ornatum ac repletum: 'Ut quid enim (inquit) hæc de terra, prætermiſſo cœlo, intulit; niſi quia nihil tale de cœlo intelligi voluit'? Et pauculis interpoſitis, quibus

Iſidorus.

Magiſter.

Luc. 10.

Hugo Victor. Strabus. Beda.

Gen. 1.

Shelfmark
Add. MS 18850

Title
Liber Regalis

Date
1382

Origin
Westminster Abbey

Scribe
John Whas

Material
Parchment

Dimensions
Leaf: 350 × 240 mm
Written: 230 × 150 mm

Extent
ff. 1–48

Binding
Modern red morocco, gilt

Provenance
Westminster Abbey; Sir Thomas Phillipps; Bequeathed 1872

Condition
Some water damage to ff. 1–3; otherwise good

quàm decisionem penè verbatim descripsit ex Hugone Victorino in Summa Sentent. Tract. 2. cap. 1. in fine. Consonat Rupertus lib. 1. de Victoria Verbi Dei cap. 10. dicens: 'Quid tandem est quod ait, ,*Ascendam in cœlum, super astra Dei, super altitudinem nubium*? Nonne in ,cœlo erat, & propter hanc superbiam de cœlo cecidit ille Satanas? ,Nonne super altitudinem nubium eiusmodi ascenderat, cùm, sicut dictum est ex alio Propheta, *Abietes & platanæ*, per quos intelliguntur ,eædem altitudines Angelicæ dignitatis, *non fuerunt æquales frondibus illius, non adæquaverunt summitatem eius in paradiso Dei*? Alium ergo ascensum oportet intelligi, videlicet ascensum cordis, non corporis; ,ascensum honoris, non loci. Ex abundantia est astruere, profectionem honoris ascensum rectè dici; cùm in Scholis quoque pueri lecti- ,tent ducem nobilem dicentem militibus suis: *Quò potuit civem populus ,perducere liber? Ascende, supraq; nihil nisi regna relinqui.* Quod dixit, *Ascendam*, tumor fuit ambitionis: quia qui dicebat, *Ego feci memetipsum, ,Deus ego sum*, consequenter sic ambiebat ascendere in cœlum, vt cœli ,teneret imperium: sic *exaltare super astra Dei solium suum* volebat, sic ,*ascendere super altitudinem nubium*, vt adoraretur & honorificaretur ,concentu Angelorum, tãquam Deus & Dominus ipsorum. Hoc enim ,habet suprema dictio, sive dictionis eius conclusio. Nam ac si aliquis quæreret, In quo ascendes? *Ero*, inquit, *similis Altissimo*'. Ecce Rupertus, qui Angelos in cœlo creatos fuisse negat, agnoscit tamen eos ibi fuisse quando Lucifer ista dicebat: Vt proinde manifestum sit, infirmam esse Obiectionem quæ ex istis verbis depromitur. Nec Hieronymus in Confirmationem adductus quidquam determinat, sed plures modos respondendi irresolutivè suggerit. Vnde & Beda eo ipso loco vbi prædicta Hieronymi verba describit, mox hæc sua subjecit: 'Meritò itaque cœlum cœli non inane vel vacuum esse memoratur, sed nec tenebris in eo vel abysso locus remanere perhibetur vllus'. Vbi apertè persistit in pristina sua sententia superiùs hìc memorata; non obstante ambiguâ & indecisiva responsione Hieronymi. Secundò obijcitur, quòd homo extrà paradisum conditus & postmodum in paradisum sit translatus, ne putaret paradisi inhabitationem sibi naturaliter deberi, & non liberaliter ex Dei munificentia conferri. Ergo eâdem ratione Angelus extra cœlum debuit creari, & postmodum in cœlum subvehi. Confirmatur hæc obiectio authoritate Ruperti, dicentis de Lucifero[a]: 'Planè sicut homo non in Para- ,diso factus fuit, sed postquam factus est, *tulit eum factor eius, & posuit ,eum in paradiso voluptatis*: Sic & illum non in cœlo fecit, sed factum in cœlo posuit'. Et l. 1. in Genesim c. 11. 'Nunquid putamus (inquit) ,quòd de cœlo fuerint Angeli, & non potiùs hìc facti, & in cœlum ,translati? Nempè non magis Angeli sunt facti in cœlo, quàm homo ,plasmatus in paradiso. Plasmatus namque fuit homo extra paradi- ,sum, & positus in paradiso; sicut scriptum est, *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem for-*

Hugo Victor.

Rupertus.

Exech. 31. 8.

Exech. 29. 3.

Exech. 28. 2.

Isa. 14. 13.

Isa. 14. 14.

Ad Confirmationem.

Beda.

Obiectio.

Confirmatio.

[a] *Rupertus l. 1. de Victor. Verbi Dei cap. 25. vide ibid. c. 22.*

Gen. 2. 15.

Gen. 2. 8.

,*formaverat*. Ita nimirum & Angeli extra cœlum conditi, & in cœlũ ,tranſlati, non naturâ, ſed gratiâ cœlum inhabitant: *De cœlo* namque *nemo venit, niſi qui ſuper omnes eſt*'. Hanc obiectionem proponit & diluit Angelicus Doctor 1. p. q. 102. ar. 4. rationem diſparitatis inter Angelum comparatione cœli, & hominem comparatione paradiſi aſſignans, quòd cœleſtis habitatio congruat Angelo ex ſua natura etiam ſecluſa gratia, paradiſi autem habitatio non congruat homini niſi per gratiam ſublimato & incorruptibilitatis dote veſtito. Ad confirmationem reſpondeo, Authoritati Ruperti præferendam eſſe authoritatem tot aliorum hactenus citatorum: præſertim cùm conſtet eum in hac materia de Angelis diſcrepare in multis à communi ſententia: vt cùm eodem lib. 1. in Geneſim cap. 11. & 13. & libro 9. de Operibus Spiritus ſancti cap. 21. & lib. 1. de Victoria Verbi Dei c. 28. docet, Angelos ex *tenebris* quę *ſuper faciem abyſſi* primitùs extiterant, plaſmatos fuiſſe, quemadmodum & homo ex terra. In quam ſententiam prolapſus videtur occaſione eorum quæ Auguſtinus ſcribit lib. 10. de Geneſi ad litteram cap. 10. cùm tamen Auguſtinus ibi nihil decidat, ſed quæſtionem ventilet; & magis ex aliorum ſententia, quàm ex propria loquatur. Verum quidem eſt, Auguſtinum loqui de aëre, ſed Rupertus per tenebras intelligit eundem aërem vt tenebris adhuc obſcuratum: prout videre eſt locis iam citatis. Unde quia eius ſententia de Angelorum extra cœlum creatione fundatur in hac de eorundem ex aëre tenebroſo plaſmatione, eodem iure repudiari poteſt in illa, quo in hac.

Reſponſio. D. *Thomas*. Ad Confirm. *Rupertus*. *Auguſtinus*. Iſaiæ 3. 31.

Humanę creationis locus. Sententia 4.ª 1.ª Sententia. D. *Thomas*. *Auguſtinus*. *Leo*. *Hieronymus*.

6. Super loco creationis primorum hominum quadruplex excogitari poteſt ſententia: Prima aſſerens vtrumque plaſmatum fuiſſe in Paradiſo, Secunda vtrumque extra paradiſum, Tertia mulierem extra paradiſum & virum in paradiſo, Quarta virum extra paradiſum & mulierum in paradiſo. Prima ſententia firmari poteſt argumento ſumpto ex creatione Angelorum, qui omnes pariter eo loco conditi ſunt vbi erant peregrinationis ſtadium permenſuri. Cur ergo non idé de primis hominibus ſentiamus? Præterea paradiſus maximè congruebat ſtatui fæliciſſimo in quo ambo protoplaſti ſunt conditi: vt colligitur ex D. Thoma 1. p. q. 102. ar. 2. & 4. & ex Auguſtino lib. 14. de Civit. cap. 11. vbi aſtruit congruentiam paradiſi corporalis cum ſpirituali. Cùm igitur primi homines in paradiſo ſpirituali, hoc eſt, in eximia mentis rectitudine amœnitateque ſint conditi, non alibi quàm in paradiſo corporali tantæ amœnitati mentis congruente condi debuerunt. Accedit authoritas Papæ Leonis, qui ſerm. 1. de Aſcẽſione Domini cap. 4. paradiſum vocat primum hominum habitaculum: 'Quos virulentus inimicus (inquiens) PRIMI HABITACVLI fæ-,licitate deiecit, eos ſibi concorporatos Dei filius ad dexteram Patris collocavit'. Accedit denique quod Adam, de quo ſolo dubitatur, *in paradiſo formatus* perhibeatur à Hieronymo Epiſt. 61. cap. 5. Et ſanè ſi mulier in loco tam ſublimi condita aſſeratur, à fortiori idem videtur

Digitized by Google

tur de viro dicendum; qui caput & Dominus mulieris est institutus.
Secunda sententia contrario nititur fundamento. Nam cùm paradisi inhabitatio non congruat humanę naturæ nisi ex gratuita largitate conditoris; vt mox citatus Angelicus Doctor perhibet, post Magistrum lib. 2. Sent. Dist. 17. §. 5. & Hugonem Victorinum in Summa Sent. Tract. 3. cap. 4. & lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 33. & Annotat. Elucidat. in Genesim cap. 7. & Rupertum locis proximè citatis: Cõveniens omninò apparet, vtrumque protoplastum extra paradisum fuisse conditum; ne alteruter existimaret paradisi domicilium sibi esse debitum, atque etiam se alteri extra paradisum condito præferret. Neque enim mulier minùs obnoxia erat huiusmodi suspicionibus, quàm vir. Ac per hoc si ad præcavendum hoc periculum vir extra paradisum fuit conditus, eâdem ratione mulier extra paradisum debuit condi. Atque ita factum esse, censet Tertullianus præcedenti §. citatus, 'Neminem hominum in paradiso Dei natum' perhibens. Idem sentire videtur Athanasius Orat. de Incarnatione Verbi eiusque corporali ad nos Adventu, non longè post initium, vbi de vtroque protoplasto recèns condito loquens: 'Introduxit eos Deus (inquit) in suum ipsius paradisum, edictumque præscripsit, vt si gratiam illam conservarent, probique permanerent, fruerentur in paradiso sine mœrore, sine dolore, sine anxietate hilarissimâ vitâ; præter etiam id, quòd ipsis in cœlo immortalitas destinata erat'. Consonat Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 2. vbi præmissâ paradisi mentione, subdit: 'In hunc hortum cùm introduxisset Deus Adamum cum fœmina, iussit eos stirpium curam habere'. Favet & Damascenus lib. 2. de Fide cap. 11. quatenus negat vlla irrationabilia animalia in paradiso fuisse: cùm tamen constet, Evam ibi esse creatam, vbi animalibus cunctis ad se adductis nomina imposuit Adamus. Eandem sententiam ex professo probat Rupertus lib. 2. in Genesim cap. 32. vtens inter alia argumento iam ex Damasceni verbis formato: 'Si antequam diceret Dominus Deus (inquit) *faciamus ei adiutorium simile sibi*, iam hominem in paradiso posuerat: Ergo & asini, & equi, cæteraque animantia terræ munda sive immunda, in illo erant voluptatis loco, quo pro magno reputat gratiæ Dei beneficio, si adipisci queat rationalis homo'. Tertia sententia fundari potest in præcellentia sexus masculini præ fœminino. Huic quippe præcellentiæ præcellentior congruebat creationis locus. Confirmari potest à simili de Angelis: qui quoniam maiorem habent naturæ præstantiam quàm homines, præstantiorem nacti sunt creationis locum. Quarta sententia & Scripturæ narrationi conformior, & inter Theologos planè communior, nobis videtur omninò verior. Eam tenent Scholastici passim post Angelicum Doctorem 1. p. q. 102. ar. 4. & Magistrum lib. 2. Sent. Dist. 17. & 18. & Hugonem Victor. in Summa Sent. Tract. 2. cap. 3. & 4. & lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 33. 34. & 35. Eandem expressè tradit Ambrosius lib. de paradiso cap. 4. his verbis: 'Extra paradisum vir factus est, &

2.ª Sententia.

D. Thomas. Magister. Hugo Victor.

Tertullianus.

Athanasius.

Iosephus. Damascenus.

Rupertus.

3.ª Sententia.

4.ª Sententia præfertur.

D. Thomas. Magister. Hugo Victor.

Ambrosius. Vide Basil. Seleuc. Orat. 2.

& mulier intra paradiſum'. Et paulò infrà rurſus ibidem : 'Poſitus eſt in paradiſo vir, facta eſt in paradiſo mulier'. Author Compendij Theologici ſæpiùs iam memorati : 'Adam factum (inquit lib. 2. cap. ,63.) Deus in paradiſum tranſtulit, & ibi de coſta dormientis Evam ſibi ſociam formavit'. Qui ſuperiori capite locum creationis Adæ deſignarat campum Damaſcenum, vti & hìc Evę paradiſum terreſtrem: 'Fecit Deus (aiebat ibi) primum hominem, formando corpus eius per miniſterium Angelorum de limo terræ in agro Damaſceno'. Idipſũ vt communiter receptum tradit Lippomanus in Catena ſuper cap. 2. Geneſis verſ. 5. 'Communiter (inquiens) dici conſuevit, primum ,hominem in agro Damaſceno de limo ſeu pulvere terrę formatum extitiſſe'. Nec huic communi ſententiæ adverſantur, qui Adamum in Hebron plaſmatum mortuumque affirmant : vt Author Elucidarij Anſelmo attributi cap. 12. vbi interrogatus à Collocutore, 'Vbi fuit Adam creatus'? Reſpondit : 'In Hebron : vbi etiam pòſt mortuus eſt & ſepultus, & poſitus fuit in paradiſo, ipſo creato'. Ipſo, dicit; ſed non muliere cum ipſo. Nam paulò pòſt interrogatus ab eodẽ Collocutore, 'Vbi fuit creata mulier'? Reſpondit, 'In paradiſo de latere viri dormientis'. Non, inquam, hoc ſentientes adverſantur eis qui Adamum in agro Damaſceno conditum cenſent. Nam ager Damaſcenus ipſe eſt Hebron vel ager Hebronenſis. Neque enim dictus eſt Damaſcenus à Damaſco Syriæ metropole, ſed à Damaſco Eliezeri procuratoris Abrahæ filio, de quo Gen. 15. verſ. 2. [b] 'A Rama (ait ,Brocardus) duabus leucis, prope viam quæ ducit in Hebron, eſt præ- ,dium Mamre, vbi habitabat longo tempore Abraham iuxta ilicem. ,Ab hac ilice per dimidiam leucam verſùs dexteram eſt Hebron, civi- ,tas illa vetus, olim Cariath-Arbe dicta, in qua regnavit David ſeptẽ ,annis, ſitaque fuit in monte; hodieque præter magnas ruinas nihil ibi ,cernitur : ſed ad tres iactus arcus, auſtrum verſùs, declinando tamen ,paululùm ad orientem, eſt Hebron nova extructa, in loco ſcilicet vbi ,erat ſpelunca duplex, vbi ſepulti ſunt Adam & Eva, Abraham & Sa- ,ra, Iſaac & Rebecca, Jacob & Lia. Saraceni circa ſpeluncam dupli- ,cem, quæ erat in Eccleſia Cathedrali, ædificaverunt munitionem. ,A ſpelunca duplici, ad occidentem, ad iactum arcus vnum, eſt ager ,Damaſcenus, vbi plaſmatus dicitur Adam; habetque argillam rubeã, flexilem ad modum ceræ'. Et pauculis interpoſitis ſubdit idem inferiùs : 'Iuxta hunc agrum Damaſcenum oſtenditur etiam locus, vbi Cain fratrem ſuum Abel occidit'. Sive igitur in Hebron, ſive in Arbe aut Cariatharbe, ſive in agro Damaſceno plaſmatus & ſepultus dicatur homo primus, non ſolùm nihil adverſum, ſed nec diverſum dicetur. Porrò ibi ſepultum fuiſſe eum, teſtatur Hieronymus in caput 27. Matthæi verſ. 33. & in caput 5. ad Epheſios verſ. 14. & lib. de locis Hebraicis in *Arboch* vel *Arbe*. Conſonat Iſidorus lib. de vitâ & Morte ſanctorum cap. 1. 'Sepultus eſt (inquiens) in Arbe : qui locus ,nomen à numero ſumpſit, hoc eſt, *Quatuor*; pro eo quòd tres Patriar- ,chæ ibidem ſint ſepulti, & hic quartus Adam. Hæc eſt Hebron me-

Comp. Theol.

Lippomanus.

Pseudo-Anſelm.

[b] *Brocardus in Deſcript. Palæſtinæ cap. 9.*

Hieronymus.

Iſidorus.

Digitized by Google

tropolis vrbs Allophylorum'. De eodem Rupertus l. 3. in Geneſim cap. 31. 'Vbi (inquit) vel in qua parte terrarum hic infælix operarius ,habitaverit, non legimus; niſi quòd eum ſepultum eſſe in Hebron ci- ,vitate, quatuordecim millibus ab Hieroſolymis diſtante, ſacra Scrip- Ioſ. 14. 15. ,tura teſtatur: ſic enim in libro Ioſue ſcriptum eſt, *Nomen Hebron antea* ,*vocabatur Cariatbarbe, Adam autem maximus ibi inter Enachim ſitus eſt.* ,Porrò Cariatharbe interpretatur civitas quatuor: ſic dicta, pro eo ,quòd tres Patriarchæ, Abraham, Iſaac, & Jacob, & ante illos Adam maximus, ibi ſiti ſint'. Et quanquam nonnulli prædictum Scripturæ locum aliter interpretentur, teſtatur tamen Abulenſis, omnes ferè Catholicos eum iuxta ſenſum iam indicatum intelligere: [c] 'Adam maxi- ,mus (ait ille) id eſt, primus homo; qui eſt *maximus*, cùm ſit Pater & ,origo totius ſpeciei: *Eſt ſitus inter Enacim*, id eſt, ſepultus fuit in vrbe ,Hebron, in terra gigantum. Et iſte eſt verior atque communior ſenſus, quem ferè omnes Catholici tenent'. Obſtare tamen videtur magna veterum Tractatorum caterva aſſerentium, primum Adam ibi eſſe ſepultum vbi ſecundus Adam poſtea eſt crucifixus: hoc eſt, in monte Hieroſolymitano, cui ob reconditum primi hominis cranium, *Calvariæ* agnomentum adhæſiſſe perhibetur. Ita ſentire videtur Hieronymus Epiſt. 17. ad Marcellam, quanquam locis ſuprà citatis in priorem ſententiam pronior appareat: item Auguſtinus (ſi tamen ipſius eſt) Serm. 71. de Tempore: Ambroſius lib. 5. Epiſt. 19. & lib. 10. in caput 23. Lucæ: Chryſoſtomus Homil. 84. in Joannem: Cyprianus Serm. de Reſurrect. Domini: Tertullianus lib. 2. Carminũ contra Marcionem cap. 4. Baſilius in caput 5. Iſaiæ verſ. 1. Athanaſius Serm. de Paſſione & Cruce Domini: Epiphanius hæreſi 46. Origenes Homil. 35. in Matthæum: Anaſtaſius Sinaita lib. 6. Contempl. in Hexameron: Germanus Conſtantinopolitanus in Theoria Rerum Eccleſiaſt. ſub initium: Theophilactus in c. 27. Matthæi, & 15. Marci, & 23. Lucæ, & 19. Ioannis: Euthymius in caput 27. Matthæi. Verùm non admodum difficilis eſt harum ſententiarum conciliatio, dicẽdo iuxta priorem ſententiam, Adam in Hebron, ſeu Arbe, ſeu agro Damaſceno ſepultum fuiſſe, ſed eius cranium inde exhumatum, in monte Calvariæ reconditum fuiſſe: vt ibi iaceret caput ægroti, vbi inclinandum erat caput medici. Qua de re videri poteſt Ioannes Fileſacus lib. 1. Selectorum cap. 13. Andreas Maſius in caput 24. Ioſue verſ. 32. Nicolaus Serarius in caput 14. Ioſue q. 5. Iacobus Salianus tomo 1. Annalium ad Annum mundi 930. n. 10. Moyſes Barcepha de Paradiſo parte 1. cap. 14. Cornelius à Lapide in caput 5. Geneſis verſ. 5. vbi ex Iacobo Orrohaita aliàs Edeſſeno, Sancti Ephrem Syri Magiſtro, refert, quòd Noë inſtante diluvio oſſa Adami exhumarit, in arcam ſecum invexerit, finito cataclyſmo inter filios ſuos diſtribuerit, cranium velut præcipuam reliquiam Sem primogenito tradiderit, qui illud in monte Hieroſolymitano abdiderit, cui monti ob id *Calvariæ* nomen adhæſerit. Huic relationi favet Hebræorum traditio, quâ Sem

[c] *Abulenſis in cap. 14. Ioſue q. 10.*

Obiectio.

Hieronymus.
Auguſtinus.
Ambroſius.
Chryſoſtomus
Cyprianus.
Tertullianus.
Baſilius.
Athanaſius.
Epiphanius.
Origenes.
Anaſt. Sinaita.
Germ. Conſtant.
Theophilactus.
Euthymius.

Diluitur.

Fileſacus.
Maſius.
Serarius.
Salianus.
Barcepha.
Orrohaita.
à Lapide.

perhibetur fuiſſe Melchiſedech Rex Salem, id eſt, Hieruſalē. Qua de re egimus lib. 2. cap. 5. His ergo ſententijs ita conciliatis, probabile apparet, primum hominem in prædicto agro Damaſceno ſeu Hebronenſi plaſmatum fuiſſe; ſiquidem ibi poſt eiectionem de paradiſo commoratus eſt, ibi etiam Cain Abelem occidit, ibi denique ipſe Adam mortuus & inhumatus eſt: Jn Geneſi etenim legitur, quòd *Emiſerit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram*, DE QVA SVMPTVS EST. Gen. 3. 23

Ad Argumenta primæ ſententiæ.

Ad primum.

7. Supereſt vt argumentis aliarum trium ſententiarum ſatisfaciamus. Ad primam rationem pro prima ſententia adductam, reſponſum eſt ſuperiùs §. 5. in fine. Aliter enim cœli empyrei inhabitatio congruit Angelis, aliter paradiſi inhabitatio hominibus. Jnhabitatio enim ſupremi corporis congruit Angelis ex dignitate & præcellentiâ ſuę naturæ præcisè, etiam ſeclusâ elevatione per ſtatum gratiæ: inhabitatio autem paradiſi terreſtris non congruit humanę naturæ niſi vt ſublimatę per gratiam, & veſtitæ dote immortalitatis: [d] 'Cœlum empyreum (ait Angelicus Doctor) eſt locus congruus Angelis quantum ad eorum NATVRAM: & IDEO ibi ſunt creati'. Hoc ipſum & olim dixerat Gregorius Nyſſenus Orat. de non lugendis præmaturè defunctis: 'Angelica (inquiens) & incorporea natura, quæ ex inviſibilibus eſt, in ſupermundanis & ſupercœleſtibus partibus domicilium habet, propterea quòd ea ſedes illi naturę conveniens & accommodata ſit'. Fundatur hæc convenientia in illa præſidentia quâ Angeli ex ſuâ natura præſident corporalibus: [e] 'Vnde conveniens fuit (ait alibi idem Angelicus Doctor) quòd Angeli in ſupremo corpore crearentur, TANQVAM TOTI NATVRÆ CORPOREÆ PRÆSIDENTES'. De hominibus verò comparatione terreſtris paradiſi ita ſcribit idem ibidem q. 102. ar. 4. in Corpore: 'Paradiſus fuit locus congruus habitationi humanæ quantum ad incorruptionem primi ſtatus: Jncorruptio autem illa non erat homini ſecundùm naturam, ſed ex ſupernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratiæ Dei imputaretur, non humanę naturæ, Deus hominem extra paradiſum fecit, & poſtea ipſum in paradiſo poſuit'. Et ſuperiùs ibidem ar. 2. in fine Corporis: 'Manifeſtum eſt quòd paradiſus ſit locus conveniens humanæ habitationi ſecundùm primæ immortalitatis ſtatum'. Et mox infrà ibidem ad primum, de cœlo empyreo comparatione Angelorum: 'Cœlum empyreum (inquit) eſt ſupremum corporalium locorum, & eſt extra omnem mutabilitatem. Et quantum ad primum horum, eſt locus congruus naturæ Angelicæ: quia ſicut Auguſtinus dicit in 3. de Trinitate, *Deus regit creaturam corporalem per ſpiritualem.* Vnde conveniens eſt quòd ſpiritualis natura ſit ſupra corporalem conſtituta, ſicut ei præſidens. Quantum autem ad ſecundum, convenit ſtatui beatitudinis, qui eſt firmatus in ſumma ſtabilitate. Sic igitur locus beatitudinis congruit Angelo SECVNDVM NATVRAM SVAM, VNDE IBI CREATVS EST'. Sed hinc emergit ſecunda difficultas ibidem propoſita. Cùm enim ex

[d] *D. Th. 1. p. q. 102. ar. 4. ad 1.*

Greg. Nyſſenus.

[e] *D. Th. 1. p. q. 61. ar. 4. in Corpore.*

Vide Magiſtrum l. 2. Sent. Diſt. 17. §. 5. & Hugon. Victor. in Summa Tract. 3 c. 4. & lib. 1. de Sacram. p. 6. c. 33. & Rupert. l. 1. in Geneſ. c. 11. & Baſilium Seleuc. Orat. 2.

Ad ſecundum remiſſivè.

iam

Digitized by Google

iam dictis constet, paradisi habitationem congruere hominibus secundùm incorruptionem primi status, licet non secundùm naturam seclusо illo statu spectatam; quãdoquidem vterque protoplastus ab initio habuerit eiusmodi incorruptionem, consequens apparet vt vterque in paradiso conditus asseratur. Hæc difficultas commodiùs expedietur inferiùs, vbi discutietur an Adam fuerit in statu gratiæ & integritatis conditus, an verò ad eum statum cùm in paradisum transferretur subvectus. Nunc satis fuerit dicere, paradisum terrestrem congruere quidem integritati primi status, non tamen ita quin ob iustam causam possit aliquantisper differri: cuiusmodi causa fuit illa quam ex Angelico Doctore iam memoravimus: vt nimirum paradisi habitatio non imputaretur naturę debito, sed Dei dono. Ad authoritatẽ Papę Leonis respõdetur, paradisum ab ipso dici *primum habitaculum*, non quòd primus homo in eo fuerit conditus, sed quòd ad inhabitandum paradisum fuerit destinatus: ita vt locus creationis eius non tam fuerit ei habitaculum, quàm hospitium. Ad Hieronymi authoritatem ibidem subiunctam respondetur, Hieronymum ibi sumere vocem *Adam*, non quatenus appropriatur soli viro, sed quatenus communis est viro & fœminæ, idem valens quod apud nos *Homo*: [f] 'Legamus ,principium Geneseos (ait ipse alibi) & inveniemus, *Adam*, hoc est, *Hominem*, tam virum, quàm mulierem nuncupari'. Vbi alludit ad illud Gen. 5. *Masculum & faminam fecit eos, & benedixit illis; & vocavit nomen eorum Adam*: prout ipsemet indicat in Traditionibus Hebraicis super Genesim non longè post initium, vbi præmissis ijsdem verbis iam citatis, subdit: 'Adam, id est, *homo*: Hominis autem nomen tam viro quàm fœminæ convenit'. Itaque cùm in loco nobis obiecto inquirit ab Origenista quid egerit anima antequam *Adam in paradiso formaretur*, vocabulum *Adam* sumit pro homine communiter, non pro persona viri individualiter. Vnde superiùs ibidem videtur distinguere inter hominem in paradiso factum, & Adamum de pulvere plasmatum, vtique extra paradisum: 'Quærimus (inquit) vtrum ani-,mæ, antequam HOMO in paradiso fieret, & plasmaretur ADAM de ,terra, inter rationabiles fuerint creaturas? vtrum proprium statum habuerint, vixerint, moratæ sint, ac substiterint'? Vbi per *hominem* in paradiso factum, fœminam intelligit; cui contraponit *Adamum* de pulvere plasmatum. Secundò respondeti potest, Hieronymum eâ locutione vsum fuisse, non suam sententiam promendo, sed Origenistarum sententiam verbis ipsorum referendo, qui dicebant apud ipsum superiùs ibidem cap. 3. *Quòd in hoc corpore quasi in carcere sunt animæ religatæ; & antequam homo fieret in paradiso, inter rationales creaturas in cœlestibus commoratæ sunt.* Neque verò consequens est, prout in Obiectione subsequenter prætenditur, vt si mulier in paradiso condita asseratur, etiam vir ibidem conditus dicatur: Nam vt D. Thomas advertit: [g] 'Mulier facta fuit in paradiso, non propter dignitatem suam, ,sed propter dignitatem principij ex quo corpus eius formabatur: quia simili-

Ad Tertium.

Ad Quartum.

[f] *Hieron. lib. 1. cont. Iovinian. cap. 16. Vide Athan. Orat. cont. Idola sub initium, Rupert. l. 4. in Gen. c. 41 & Greg. Nyss. Orat 1. in hominis protrùt. tionem, & Ambros. Serm. 1. in Psal. 118. & Epiphan. in principio Panar.*

Origenista.

[g] *D. Th. 1. p. q. 102. ar. 4. ad 3.m*

ed by Google

,ſimiliter & filij in paradiſo fuiſſent nati, in quo parentes iam erant poſiti'. Accedit quòd ad demonſtrandum divinum beneficium, quo hominibus conceſſa eſt paradiſi inhabitatio, magis congruebat extra paradiſum creari virum, quàm fœminam: quia ſi paradiſi inhabitatio ſit viro ſecundùm naturam præcisè ſpectatam indebita, à fortiori erit indebita fœminæ, quippè ſecundùm ſexum inferiori quàm vir. Sic ad commendandam Dei gratiam frequenter Deus præponit minorem maiori: vt Abelem Caino, Abrahamum Arano, Iſaacum Iſmaëli, Jacobum Eſau, Ephraim Manaſſi, Moyſen Aaroni, Jephte legitimis fratribus, Davidem germanis provectioribus & procerioribus: & in novo teſtamento piſcatores oratoribus, pauperiores opulentioribus, rudiores eruditioribus &c. Ad 1.m Argumentũ ſecundę ſententię reſpondetur, Deum ſatis obviaſſe ſuſpicioni connaturalitatis paradiſi per hoc quòd extra eum plaſmaverit Adamum, caput nimirum & principem totius generis humani. Quis enim exiſtimet ſibi illud deberi, quod capiti ac principi ſuo novit non deberi? Sicut ergo poſteri Adę, manente innocentiæ ſtatu in paradiſo naſcituri, ex plaſmatione progenitoris extra paradiſum ſatis potuiſſent colligere, paradiſum ſibi minimè deberi: ita & Eva, quamvis alio modo ipſa ex Adam deſcenderit. Ad Tertulliani authoritatem ibidem ſubſequenter obiectam reſponderi poſſet cum Eſtio in 2. Diſt. 18. §. 4. admittendo, Tertullianum in ea fuiſſe ſententia, quæ vtrumque protoplaſtum extra paradiſum aſſerit conditum, quæ fuit etiam Ioſephi & Ruperti, fortè etiam Athanaſij ſententia. Sed nihil cogit de Tertulliano id admittere: loquitur enim de viris, non de fœminis. Nam ſcopus eius fuit, oſtendere, ſermonem propheticum non dirigi ad principem Tyri, ſive *Sor*, vt ipſe ibi legit. Cui ſcopo ſufficit nullum virum in paradiſo natum ſeu conditum fuiſſe. Etenim idem ipſe Tertullianus ſuperiùs ibidem cap. 4. ſatis inſinuat, Deum non niſi demum poſt tranſlationem Adæ in paradiſum dixiſſe, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*: 'Bonitas (inquit ibi) finxit hominem de li-,mo, in tantam ſubſtantiam carnis, ex vna materia, tot qualitatibus ,extructam: Bonitas inflavit animam, non mortuam, ſed vivam: bo-,nitas præfecit vniverſis fruendis, atque regnandis, etiam cognomi-,nandis: bonitas ampliùs delicias adiecit homini; vt quàmvis totius ,orbis poſſidens, in amœnioribus moraretur, tranſlatus in paradiſum, ,iam tunc de mundo in Eccleſiam: eadem bonitas & *adiutorium* proſ-,pexit, ne quid non boni: *Non eſt* enim, inquit, *bonum, ſolum eſſe hominem*'. Ad Athanaſij teſtimonium dici poteſt, ſermonem ibi eſſe de toto genere humano, quatenus in Adam continebatur. Sicut enim peccante Adamo omnes poſteri peccaverunt, ita tranſlato in paradiſum Adamo omnes poſteri ſunt eòdem tranſlati. Idcircò igitur Athanaſius pluralibus vtitur terminis, quia de protoplaſto vt gerente omnium poſterorum perſonas agebat, non quia Evam cum Adamo in paradiſum perſonaliter tranſlatam cenſebat. Ad Damaſcenum ibidem obiectum

Ad Argumenta ſecundę ſententię.

Ad Primum.

Ad Secundum.

Tertullianus.

Gen. 2. 18

obiectum reſponderi poteſt ex Angelico Doctore 1. p. q. 102. ar. 2. ad 2.m Eum non loqui de diſpenſatoria adductione irrationabilium in paradiſum, ſed de ordinaria eorundem habitatione in paradiſo. Non ergo conſequens eſt vt ſi Eva ibi condita eſt vbi Adam animantibus nomina impoſuit, eam extra paradiſum fuiſſe conditam: quia tametſi verum foret nulla irrationabilia permanenter in paradiſo habitaſſe, nihil tamen vetat ea tranſeunter pro illa vice in paradiſum adducta fuiſſe. Secundò dici poteſt, Damaſcenum non negare irrationabilia in paradiſo etiam permanenter habitaſſe, ſed ita habitaſſe vt terrorem aut moleſtiam hominibus ibi intuliſſent. Quem ſenſum colligere licet ex eis quæ Damaſcenus capite præcedente ibidem præmiſerat. Nihil proinde Damaſcenus aliud dicere voluit, quàm quod antè dixerat Chryſoſtomus Homil. 9. in Geneſim, & in Pſalmum 8. ad verſum 8. & Homil. 65. in Matthæum, Beſtias nimirum in paradiſo ante peccatum non fuiſſe hominibus rebelles aut terribiles, ſicut modò ſunt hominibus poſt peccatum. Auguſtinus certè lib. 14. de Civit. cap. 11. poſt Baſilium Homil. 30. de Paradiſo, perſpicuè perhibet, non ſolùm ſerpentem, cuius miniſterio diabolus Evam decepit, ſed reliqua etiam animantia cum protoplaſtis innocentibus in paradiſo habitaſſe. Nec contrarium evincit diſcurſus Ruperti. Nam paradiſi inhabitatio non fuit conceſſa equis aut aſinis aut cæteris irrationabilibus ex gratia vel favore erga ipſos, ſed erga homines. Alioquin enim ſi Ruperti diſcurſus valeret, probaret nec plantas debuiſſe in paradiſo exiſtere: quia nimirum vileſceret beneficium homini impenſum, ſi etiam rebus inſenſitivis fieret commune. Argumentum pro tertia ſententia allegatum, ex hactenus dictis manet ſolutum. Aſſignata quippe eſt rationabilis congruentia ob quam vir potiùs quàm fœmina extra paradiſum conditus ſit. Ratio etiam reddita eſt cur potiùs Angeli in cœlo ſint conditi, quàm homo primus in paradiſo.

Damaſcenus.

Chryſoſtomus.

Auguſtinus.

Baſilius.

Rupertus.

Ad Argumentum tertiæ ſententiæ.

8. Videndum nunc eſt de tempore creationis primorum hominum. Sexto die mundi eos fuiſſe conditos communior & verior ſententia affirmat. Vnde cùm Geneſis 1. dictum fuiſſet, *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos*; ſubiunctum eſt inferiùs, *Factum eſt veſpere & mane dies ſextus*: & mox initio capitis ſequentis, *Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* In quo ornatu comprehendi humanum genus teſtatur apertè Auguſtinus vbi ait: 'Deus naturarũ omniũ ſapientiſſimus conditor, & iuſtiſſimus ordinator, terrenorũ ORNAMENTORVM maximũ inſtituit mortale genus humanum'. Qui rurſus lib. 5. contra Iulianum cap. 4. cùm dixiſſet, reprobos ad vtilitatem naſci electorum, ſubdidit: 'Non enim quemquam eorum Deus temerè ac fortuitò creat, aut quid de illis boni operetur ignorat; cùm & hoc ipſum bonum operetur, quòd in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem ſæculi præſentis EXORNAT'. Similia habet Proſper Reſp. ad Capitulum 13. Gallorum. Si igitur ante requiem ſeptimi diei *perfecti ſunt cœli & terra* &c

De Tempore creationis primorum hominum.

Gen. 1. 27.

Gen. 1. 31.

Gen. 2. 1.

h *Aug. l. 19. de Civit. cap. 13. Vide l. 9. de Gen. ad litt. cap. 9.*

Proſper.

Digitized by Google

& omnis ornatus eorum, proculdubio perfectum est genus humanum, *terrenorum ornamẽtorum maximum*. Nec obstat illud quod verbis ex Genesis 2. iam citatis subtexitur, *Complevit Deus die septimo opus suum*. Nam inprimis apud 70. Interpretes, consonante etiam Pentateucho Samaritano, sic ibi legitur, *Perfecit Deus die sextâ opera sua*. Deinde in vulgata editione additur clausula, *Quod fecerat*. Quâ vtique innuitur quòd creatio seu factio operum iam peracta fuerit. Vnde mox iterum subditur: *Et requievit die septimo ab vniverso opere quod patrarat*. Utraque itaque lectio verissima est; sed vna inclusivè, altera exclusivè exponenda venit. Et quidem lectioni 70. Interpretum favet illud Exodi, *Sex diebus fecit Deus cœlum & terram, & mare, & OMNIA QVÆ IN EIS SVNT: & requievit die septimo*. Sex ergo diebus omnia à Deo facta sunt: Et hoc supposito, vt monet Sixtus Senensis, [i] 'Non magni refert, ,sive sexto, sive septimo die dicas compleſſe Deum opus suum: Nam ,quod Moyses dixit, *Deum in die septimo compleviſſe* cessando; Septuaginta dixerunt, *Deum in die sexto compleviße* absolvendo'. Videri in eandem rem potest Hugo Victorinus in Summa Sent. Tract. 3. c. 1. & post eum Magister Sententiarum lib. 2. Dist. 15. §. 7. necnon Angelicus Doctor 1. p. q. 73. ar. 1. ad 2.[m] dicens: 'Consummatio operum ,secundùm nostram translationem attribuitur diei septimæ, sed secun-,dùm aliam translationem attribuitur sextę. Et vtrumque potest stare, ,quia consummatio quę est secundùm integritatem partium vniversi, ,competit sextæ diei; consummatio quæ est secundùm operationem ,partium, competit septimæ. Vel potest dici, quòd in motu continuo ,quamdiu aliquid potest moveri vlteriùs, non dicitur motus perfe-,ctus ante quietem: quies enim demonstrat motum consummatum. ,Deus autem poterat plures creaturas facere, præter illas quas fece-,rat sex diebus: vnde hoc ipso quòd cessavit novas creaturas condere in septima die, dicitur opus suum consummasse'. Obijci tamen potest idem sanctus Doctor ibidem in Responsione ad 3.[m] vbi non obscurè indicat, Evam non nisi post sextum diem fuisse conditam: 'Nihil(in-,quiens) postmodùm à Deo factum est totaliter novum, quin aliqua-,liter in operibus sex dierum præcesserit. Quædam enim prę extite-,runt materialiter: sicut quòd Deus de costa Adæ formavit mulierem' &c. Jgitur mulieris formatio post sextum diem facta est, tametsi ipsa materialiter in operibus sex dierũ præextiterit. Atq; ita censent Carthusianus & Catharinus in Genesim. Quibus favere videtur Pseudo-Eucherius in Genesim, dum super illis verbis, *Masculum & faminam creavit eos*, ita scribit: 'Necdum facta Eva describitur: quomodo hìc ,masculus & fœmina perhibetur? Sed quia de eodem latere erat fœmi-,na processura, in illo iam computatur per substantiam, à quo erat producenda per formam'. Similia habet Gregorius lib. 32. Moral. cap. 9. & Chrysostomus Homil. 10. in Genesim, & Origenes Homil. 1. in Genesim. Ad 1.[m] respondetur, Angelicum Doctorem non dicere, quòd post sextum diem mulier condita sit; sed quòd aliquæ res post sextum

Præoccupatio.

Vide Hieron. in Trad. Hebraicis super Genesim sub initium.

[i] *Sixtus Senensis l. 5. Biblioth. Annot. 23.*

Hugo Victor. Magister. D. Thomas.

Obiectio.

Carthusianus. Catharinus. Pseudo-Eucherius.

Gregorius. Chrysostomus. Origenes.

Responsio.

Ex. 11.

Gen.

Digitized by Google

ſextum diem conditæ præextiterint in operibus ſex dierum, ad eum modum quo Eva præextitit in coſta Adæ priuſquam in propria perſona conderetur. Quod veriſſimum eſt, ſed benè ſtat cum eo quòd eodẽ quidẽ die, ſeriùs tamẽ condita ſit quàm Adam, in quo materialiter præextiterat antequam perſonaliter formaretur. Ad Patres ſubſequenter obiectos facilis eſt ſolutio. Non enim aliud intendunt, quàm quòd Eva poſſit dici condita ſimul cum viro, quatenus materialiter in viro continebatur, etiamſi nondum tunc perſonaliter prodierit. Quanto autem intervallo poſt virum fuerit perſonaliter formata, non exprimunt: Ac per hoc non adverſantur nobis, qui eam poſt virum, ſed eodem tamen die formatam aſſerimus. Et quidem priùs conditum fuiſſe Adam quàm Evam, omnes prædicti authores ſupponunt vel diſertè aſſerunt, & cum eis Baſilius Serm. in aliquot Scripturæ locos, & Baſilius Seleucienſis Homil. 2. & paſſim interpretes Scripturæ in illud Geneſeos, *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: Faciamus ei adiutorium* &c. Item in illud quod de Sapientia divina ſcriptum eſt, *Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo Pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit.* Supponunt idipſum Scholaſtici paſſim omnes, poſt Magiſtrum l. 2. Sent. Diſt. 18. §. 2. dicentem: 'Attendendum eſt, quare non creavit Deus ſimul virum & mulierem, ſicut Angelos; ſed priùs virum, deinde mulierem de viro. Ideò ſcilicet, vt vnum eſſet generis humani principium: quatenus in hoc & ſuperbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei ſimilitudine ſublimaretur. Diabolus quippe aliud à Deo principium eſſe concupierat: ideoque vt eius ſuperbia retũderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus perversè rapere voluit, ſed obtinere nõ potuit: Et per hoc imago Dei in homine apparuit, quia ſicut Deus omnibus rebus exiſtit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principiũ generationis. Ideò etiam ex vno homine omnes eſſe voluit Deus, vt dum cognoſcerent, ſe ab vno eſſe omnes, ſe quaſi vnum amarent'. Quæ penè verbatim deſcripſit Magiſter ex Hugone Victorino lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 34. Non diu verò nec vſque in ſequentem diem fuiſſe Adamum *ſolum*, ſed ante elapſum eiuſdem ſextæ diei formatam ei fuiſſe ſociam & adiutricem, tradit expreſsè Auguſtinus vbi ait: [k] 'Neque enim dicendum eſt, maſculum quidem ſexto die factum, fœminam verò poſterioribus diebus: cùm ipſo ſexto die apertiſsimè dictum ſit, *Maſculum & fœminam fecit eos*'. Nec audiendi ſunt qui vel ſolum ſpiritum vtriuſque, vel vnicum corpus vtroque ſexu deformatum fabulantur ſexto illo die factum. Superiùs enim lib. 3. eiuſdem Operis cap. 22. idem Auguſtinus his fabulis obvians: 'Ne quiſquam putaret (inquit) ſolum ſpiritum hominis factum, quamvis ſecundùm ſolum ſpiritum fieret ad imaginem Dei: *Fecit illum*, inquit, *maſculum & fœminam*; vt iam etiam corpus factum intelligatur. Rurſum ne quiſquam arbitraretur, ita factum, vt in homine ſingulari vterque ſexus exprimeretur, ſicut interdum naſcuntur quos androgynos vocant: oſtendit ſe ſingularem numerum

Baſilius. *Baſil. Seleuc.* *Magiſter.* *Vide D. Th. 1. p. q. 92. ar. 2.* *Hugo Victor.* *Vide eundem in Summa Sent. Tract. 3. c. 3.* [k] *Aug. lib. 6. de Gen. ad lit. c. 5* Præoccupatio.

,merum propter coniunctionis vnitatem posuisse,& quòd de viro mu-
,lier facta est, sicut postèà manifestabitur,cùm id quod hìc breviter
,dictum est diligentiùs cœperit explicari: ideò pluralem numerum
continuò subiecit, dicens: *Fecit* EOS, & *Benedixit* EOS'. Et ne quis
suspicaretur Augustinum disputativè duntaxat aut opinativè ista di-
xisse, sicut alia multa in eodem Opere; observanda est hæc eius alibi
[1] *Aug. l. 14. de Civit. cap. 22.* asseveratio: [1] 'Certum est, masculum & fœminam ita primitùs insti-
,tutos, vt nunc homines duos diversi sexus videmus & novimus'.
Præoccupatio. Sed fortè non deerit qui ex Augustini opinione de simultanea produ-
ctione rerum, §. 2. discussa, consequens fore putet, Adam & Evam
eodem momento fuisse conditos, & quidem vnà cum cœlo & terra.
Verùm id non esse consequens ex Augustini opinione, facilè perspici-
Videibid. l. 6. c. 5. & D. Th. 1. p. q. 69. ar. 2. in Corpore. tur ex ijs quę ille scribit lib. 5. de Genesi ad litteram cap. 4. & 5. vbi
plantas & animalia, in quibus est & homo, non vult comprehendi inter opera simultaneę istius productionis,nisi causaliter aut po-
tentialiter. Sed nec prætereunda hìc est aliorum quorundam senten-
tia, asserentium, hominis creationem quinto die inchoatam fuisse, li-
Epiphanius. cet sexto demum die fuerit completa. Refert hanc sententiam Epi-
phanius & refellit sub initium Panarij,vbi cùm præmisisset, 'Ab initio
,Adam sexta die formatus è terra,acceptâ insufflatione vivificatus est':
mox subdidit, 'Neque enim, velut quidam putant, à quinta die ince-
,pit, & in sexta formatus est. Decepta est enim mens eorum qui hoc
dicunt'. Cæterùm quot horæ vel momenta interceserint inter plas-
mationem Adæ in campo Damasceno, & formationem Evæ ex eius
latere in paradiso, prorsus incertum est.

CAPVT SECVNDVM.

Angelica creatura peregrinatio quando & vbi cœpta? Et an eiusdem creationi fuerit coæva?

I. ANgelicam creaturam vnà cum mundana ab initio temporis con-
ditam fuisse,superiori capite ex communiori ac veriori sententia
tradidimus: restat nunc indagandum, an eodem momento peregrina-
tionem inchoaverit,atque adeo an peregrinatio creationi coæva fue-
Obiectio. 1. rit. Apparet autem quòd non: Primò quia,vt præcedenti capite §. 5.
perhibitum est, Angeli creati sunt in cœlo empyreo,ac per hoc in ter-
mino ac meta peregrinationis. Non ergo sic creati sunt vt in patriam
peregrinando pervenirent,sed vt in patria in qua sunt cõditi permane-
Præoccupatio. rent. Nec satisfit dicendo, cœlum empyreum non esse metam pere-
grinationis ratione sui,sed ratione beatitudinis quæ ibi communiter
post peregrinationem præbetur. Nam Angelis ab initio beatitudinem
2. fuisse datam, Patres passim asserunt. Atque hinc emergit secundum
argumentum huiusmodi: Angeli ab initio fuerunt beati: Ergo non
fuerunt ab initio peregrini. Consequentia patet, quia excepto Chri-
sto,

Digitized by Google

ſto, de quo egimus lib. 2. cap. 2. §. 5. & 6. nullus vnquam fuit ſimul viator & comprehenſor, peregrinus & inhabitator. Antecedens probatur authoritate inprimis Auguſtini, dicentis: [a] 'Nullo modo ſecundùm aliquod temporis ſpatium priùs erant illi ſpiritus tenebræ, quos Angelos dicimus: ſed ſimul vt facti ſunt, lux facti ſunt: non tamen ita tantum creati, vt quoquo modo eſſent, & quoquo modo viverent; ſed etiam illuminati, vt ſapienter BEATEQVE viverent'. Et ſuperiùs ibidem cap. 7. tractans de luce primitus facta: 'Lucis nomine (inquit) ſignificata eſt ſancta civitas, in ſanctis Angelis & ſpiritibus BEATIS, de qua dicit Apoſtolus, *Quæ ſurſum eſt Hieruſalem mater noſtra æterna in cœlis*'. Rurſus ibidem cap. 9. cùm præmiſiſſet: 'Quoniam de SANCTÆ civitatis exortu dicere inſtitui, priùs quod ad ſanctos Angelos attinet dicendum putavi, quę huius civitatis & magna pars eſt': continuò ſubdidit vnde nunc agitur: 'Et eò beatior, quòd NVNQVAM PEREGRINATA'. Si nunquam: Ergo ne primo quidem creationis momento. Atque ita verum eſt quod de Angelis Baſilius Magnus ait: [b] 'In quo ab initio creati ſunt ſtatu, in hoc perpetuò remanent'. In ſtatu nimirum ſupernæ & æternæ beatitudinis, quæ in fruitiva Dei contemplatione conſiſtit: [c] 'Neque enim (vt Auguſtinus ait) ſicut nos, ad percipiendam ſapientiam proficiebant Angeli, vt *inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpicerent*: qui ex quo facti ſunt, ipsâ Verbi æternitate ſanctâ & piâ contemplatione perfruuntur'. Conſonat Gregorius lib. 27. Moral. cap. 24. vbi cœleſtes virtutes hoc divinitùs accepiſſe teſtatur, 'Vt in contemplatione conditoris ſine fælicitatis fine permaneant, & IN HOC QVOD SVNT CONDITÆ, æternâ ſtabilitate ſubſiſtant'. Quæ verba deſcripſit & ſuis Definitionibus orthodoxis inſeruit Gennadius cap. 61. Qui & ſuperiùs cap. 59. dixerat, 'Angelos in illa, IN QVA CREATI SVNT, BEATITVDINE perſeverare'. Similiter & Gregorius Homil. 7. in Ezechielem: 'Cadentibus alijs (inquit) ſancti Angeli in SVA BEATITVDINE perſtiterunt'. Atque ob hanc perſiſtentiam eos dictos fuiſſe *Silices* apud Job cenſet: [d] 'Qui ſunt alij (inquiens) *prærupti ſilices*, niſi illi fortiſſimi Angelorum chori, qui quamvis non integri, ſed tamen IN PRO-PRIO STATV ſixi, cadente cum ſuis diabolo, remanſerunt'? Eòdem ſpectat & illud Hilarij: [e] 'Virtutes Angelorum ex ea quam adeptæ ſunt ORIGINIS SVÆ ſorte, vt ſint ſemper accipiunt'. Dixerat & ibidem paulò ſuperiùs, Angelos ſine vllis prævijs meritis adeptos fuiſſe gloriæ candorem, & ob id aſſimilatos fuiſſe *liljs agri non laborantibus neque nentibus*: 'Lilia (ait ille) non laborantia, neque nentia, ſignificari intelligenda ſunt Angelorum cœleſtium claritates: quibus extra humanæ ſcientiæ eruditionem, ſuiſque operis mercedem, à Deo GLORIÆ CANDOR indultus eſt: ne quid ex proprio labore aut arte exiſtimarentur habuiſſe'. Ex quo planè apparet, eos nunquam fuiſſe viatores, ſed ab initio ſemper comprehenſores. Fruſtrà enim in via conſtituti fuiſſent, ſi non merendo ad metam pervenire debuiſſent.

[a] *Aug. l. 11. de Civit. cap. 11.*

Gal. 4. 26.

Vide Aug. l. 22. de Civit. c. 1.

[b] *Baſil. ſuper titulo Pſal. 44.*

[c] *Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. c. 8.*

Rom. 1. 20.

Gregorius.

Gennadius.

Gregorius.

Iob. 39. 28.

[d] *Greg. lib. 31. Moral. cap. 19.*

[e] *Hilar. Can. 5. in Matthæum.*

Matt. 6. 28

Fruſtrà etiam retardata beatitudo fuiſſet, ſi abſque meritis acquirenda fuiſſet. Vnde quia iuxta Hilarium gratis indulta, conſequenter dicendum eſt quòd ſtatim indulta eſt. Hoc ſatis apertè indicat Fulgentius, cùm de Angelis loquens ait: [f] 'Æternitatis & beatitudinis donum in ipſa naturæ ſpiritalis creatione divinitùs acceperunt'. Jdipſum innuere videtur Iſidorus vbi ait: [g] 'Poſtquam apoſtatæ Angeli ceciderunt, cæteri perſeverantiâ beatitudinis ſolidati ſunt'. Non ait, beatitudinem adepti ſunt: ſed, *perſeverantiâ beatitudinis ſolidati ſunt.* Habuerant ergo anteà beatitudinem, cuius perſeverantiâ poſtmodùm ſunt ſolidati: Nemo quippe perſeverare dicitur, niſi in eo quod anteà habuerat. Quòd ſi ante dæmonum lapſum Angeli habuerant beatitudinẽ, proculdubio ab initio eam habuerunt: Nam vt Jſidorus ibidem præmiſerat, de diabolo loquens: 'Mox vt factus eſt, in ſuperbiam erupit, ,& præcipitatus eſt de cœlo: Nam iuxta Veritatis teſtimonium, *Ab initio mendax fuit, & in veritate non ſtetit*: quia ſtatim vt factus eſt, ce- ,cidit. Fuit quidem in veritate conditus, ſed non ſtando confeſtim à veritate eſt lapſus'. Ex his clarè ſequi videtur, Angelos in beatitudinis termino conditos fuiſſe. Conditi enim ſunt ſimul cum diabolo: Diabolus autem *mox, ſtatim, confeſtim* vt conditus eſt, cecidit: Ergo ſi reliqui Angeli ante eius caſum fuére beati, conſequens eſt vt ipſo creationis ſuæ momento fuerint beati. Confirmatur hæc Obiectio argumento deſumpto ex ipſo diabolo. Nam Angeli lucis non fuerunt conditi in deteriori ſtatu quàm fuit diabolus, cui dictum eſt, *In medio lapidum ignitorum ambulaſti.* Sed diabolus in termino beatitudinis conditus eſt: Ergo & Angeli lucis. Minor probatur, quia diabolus ante ſuum lapſum fuit beatus: Ergo primo momento ſuæ creationis fuit beatus. Conſequentia patet ex mox allegatis Iſidori verbis, quibus ſubſcribens Angelicus Doctor ait: [h] 'Probabilior, & ſanctorum di- ,ctis magis conformis eſt opinio, quòd STATIM POST PRIMVM INSTANS SVÆ CREATIONIS diabolus peccaverit'. Antecedens probatur inprimis ex Auguſtino, qui de apoſtatis Angelis apertè pronunciat: [i] 'Beati erant antequam caderent'. Qui rurſus Enchiridij capite 29. affirmat, 'Homines in locum dæmonum in ſuperna Hieruſa- ,lem ſucceſſuros, & *in ea pace de qua illi ceciderunt*, ſine vllo temporis termino permanſuros'. Certum autem eſt, pacem, in qua ſine temporis termino permanſuri ſunt homines in ſuperna Hieruſalem, eſſe beatificam. Ergo de pace beatifica ceciderunt dæmones. Indicat hoc ipſum papa Leo Serm. 10. de Quadrageſima cap. 2. dicens de diabolo: 'Dolet, hominem Dei miſericordiâ reparari, & in ea bona quæ ipſe perdidit introduci'. Nec minus dilucidè Papa Gregorius de eodem loquens: [k] 'Eo telo (inquit) ſalutem noſtræ immortalitatis impetijt, quo vitam SVÆ BEATITVDINIS extinxit'. Et ſuperiùs lib. 5. eiuſdẽ Operis cap 28. 'Si Angelorum ſubſtantia (inquit) à mutabilitatis ,motu fuiſſet aliena, benè ab Authore condita, neq; quam in reprobis ſpiritibus à BEATITVDINIS SVÆ ARCE cecidiſſet'. Cecidit ergo Angelorum ſubſtantia in reprobis ſpiritibus à beatitudine, non quali-

[f] *Fulg. l. de Fide ad Petrum c. 3.*

[g] *Iſidor. l. 1. de Summo bono c. 12. Vide Didymum lib. 1. de Spiritu ſancto ſub medium, & Greg. Nazian. Orat 12. & Proſp. l. 1 de Vita Contempl. cap. 3. & Iſidorum l. 7. Origenum cap. 5.*

Ab Ioan. 8

Confirmatio.

In medio Ezech. 14.

[h] *D. Th. 1. p. q. 63. ar. 6. in Corp.*

[i] *Aug. l. de Corr. & Grat. c. 10. Vide lib. 22. de Civit. c. 1.*

Leo.

[k] *Greg. lib 34. Moral. cap. 18.*

Digitized by Google

cunque, sed à tali quæ *Beatitudinis arx* dici potuerit. Quid est autem beatitudinis arx, nisi supernę gloriæ culmen? Sanè Bernardus liquidissimè asserit, dæmones in gloria conditos fuisse: 'Dæmones (inquiens) superna nobis & æterna invidere noscuntur; non tamen vt sibi cedat, quod irreparabiliter amiserunt; sed ne illuc pauper de pulvere fuscitatus accedat, vnde ipsi IN GLORIA CONDITI irreparabiliter ceciderunt. Indignatur, & livore tabescit obstinata malignitas, humanã fragilitatem obtinere, quod retinere ipsa non meruit'. Alibi idem differens de occasione Angelici lapsus, & inquirens quomodo potuerit in cœlo invidere hominibus nondum adhuc tunc conditis, sed postea cõdendis, respondet his verbis Serm. 17. super Cantica: 'Potuit contingere, si tamen incredibile non putetur, *plenum sapientiâ, & perfectum decore*, homines præscire potuisse futuros, etiam & profecturos in PAREM GLORIAM. Sed si præscivit, in Dei Verbo absque dubio vidit'. Quomodo verò præscire potuisset futuros homines in *pari gloria*, nisi ipse tunc fuisset in gloria? Quomodo futura prævidisset in Verbo Dei, nisi ipsum vidisset Verbũ Dei? Huc denique; referri possunt quę de cognitione matutina & vespertina Angelorum tradit Augustinus lib. 4. de Genesi ad Litt. cap. 24. & sequentibus, item lib. 11. de Civit. cap. 7. & 29. vbi per *matutinam cognitionem* intelligit cognitionem creaturarum in Verbo Dei; & per *vespertinam cognitionem*, eam quà cognoscuntur in semetipsis. Inter quas cognitiones talem ipse statuit ordinem, vt matutina sit prior, vespertina posterior. Vnde apparet consequens, Angelos ipso creationis suę momento habuisse matutinã cognitionem rerum creatarum: atque adeò beatificam visionem Verbi Dei. Alioquin enim nec vespertinam habere potuissent, siquidem hęc præsupponit illam, sicut vespera præsupponit mane; si non durationę temporariâ, saltem ordine naturæ.

[l] *Bern. Serm. in Psal. Qui habitat.*

Augustinus.

Tertiò obijci potest communis Theologorum sententia de quatuor coævis, superiori capite §. 3. relata, quam Angelicus Doctor recolit vbi ait: [m] 'Communiter dicitur, quatuor esse primò creata, scilicet naturam Angelicam, cœlum empyreum, materiam corporalem informem, & tempus'. Cùm enim neque in his numeretur, neque his annumeretur Angelorum peregrinatio, videtur non fuisse cæteris coæva. Nec satisfit dicendo, ibi enumerari tantùm ea quæ per veram creationem primitus producta sunt, non quæ à taliter productis quomodolibet processerunt. Nam si hoc ita esset, non debuisset in coævis numerari tempus: [n] 'Motus enim (inquit Augustinus) si nullus esset vel spiritalis vel corporalis creaturæ, quo per præsens futura succederent, nullum esset tempus omninò. Moveri autem creatura vtiq; non posset, si non esset. Potiùs ergo tempus à creatura, quàm creatura cœpit à tempore; vtrumque autem ex Deo'. Quartò peregrinatio ista non greſſibus localibus, sed affectibus moralibus agitur & peragitur: Sed in Angelis pro primo creationis momento non potuit esse vllus affectus moralis: Ergo nec vllum peregrinationis initium. Minor, de qua sola dubitari posset, probatur: quia nullus repe-

3.ª

[m] *D. Th. 1. p. q. 66. ar. 4. in Corpore.*

Præoccupatio.

[n] *Aug. lib. 5. de Gen. ad litt. c. 5. Vide lib. 11. de Civit. cap. 6.*

4.ª

riri poteſt affectus moralis, vbi nullus intervenit vſus libertatis: ſed in Angelis pro primo creationis momento nullus fuit aut eſſe potuit vſus libertatis: Ergo nullus fuit aut eſſe potuit affectus moralis. Minor, quæ ſola probari indiget, probatur: quia, vt apertè perhibet Magiſter Sententiarum; o 'Liberum arbitrium ad præſens vel præteritum non ,referetur, ſed ad futura contingentia. Quod enim in præſenti eſt, de-,terminatum eſt; nec in poteſtate noſtra eſt vt tunc ſit vel non ſit, quã-,do eſt. Poteſt enim non eſſe, vel aliud eſſe, poſteà: ſed non poteſt non ,eſſe, dum eſt; vel aliud eſſe, dum id eſt quod eſt: ſed in futuro an hoc ſit, vel illud, ad poteſtatem liberi arbitrij ſpectat'. Et ne fortè quis hanc Magiſtri doctrinã ad humanum duntaxat arbitrium putaret coarctandam, non etiam ad Angelicum arbitrium extendendam, obſervandum eſt, eundẽ Magiſtrum ibidem ſuperiùs Diſt. 5. §. 2. eandem doctrinam ſuam Angelis ex profeſſo applicare. Sic enim de eis ibi ait: 'Habebant omnes liberum arbitrium, quod eſt libera poteſtas & habilitas voluntatis rationalis: Poterant enim voluntate eligere quod ,libet, & ratione iudicare, id eſt, diſcernere: in quibus conſtat liberum ,arbitrium. Nec creati ſunt volentes averti vel converti, ſed habiles ,ad volendum hoc vel illud: & poſt creationem ſpontaneâ voluntate ,alij elegerunt malum, alij bonum: & ita *Diſcrevit Deus lucem à tenebris*, *Gen.* ſicut dicit Scriptura, id eſt, bonos Angelos à malis'. Atque vt de mente Magiſtri nulla maneat ambiguitas, notandum eſt, Magiſtrum deſcripſiſſe hanc ſuam doctrinam penè verbatim ex Hugone Victorino: p 'Cuius dicta (vt Angelicus Doctor ait) magiſtralia ſunt, & robur authoritatis habent'. Is enim in Summa Sent. Tract. 2. capite 2. præmiſſo hoc titulo: *De ſtatu Angeli in principio creationis eius*, ait in textu capitis: 'Nec iuſti nec iniuſti tunc fuerunt Angeli, nec aliquam virtutem tunc habuerunt. Eſt enim omnis virtus meritum, & omne meritum ex libero arbitrio: ſed liberum arbitrum ſemper eſt ad futurum, & non eſt ad præſens & præteritum. Quod enim eſt, non poteſt ,tunc non eſſe; & quod non eſt, non poteſt tunc eſſe: & ideò in poteſtate liberi arbitrij non eſt. Non igitur erat liberi arbitrij vt tunc eſſent ,boni, quod tunc erant ex creatione; vel mali, quod non erant: ſed in poſterum tantùm'. Et lib. 1. de Sacram. p. 5. cap. 22. loquens de iiſdem pro primo creationis momento: 'Quod primùm facti ſunt ipſi ,(inquit) non eſſe non potuerunt: quia facti ſunt hoc totum, & non fecerunt ipſi, & non potuerunt non eſſe hoc cùm primùm erant; quo-,niam tunc ipſum erant, & eſſe cœperunt ſolummodò: Etſi poteſtas ,illis erat vt aliud eſſent, quia liberum arbitrium erat; non erat tamen ,poteſtas illis vt tunc aliud eſſent, quia hoc erant; ſed vt hoc eſſe deſi-,nerent quod tunc erant, & aliud eſſe inciperent quod non erant. Non ,enim eſſe poterant quod non erant, niſi priùs eſſe deſinerent quod ,erant, & tunc deinde eſſe inciperent quod non erant: quoniam libe-,rum arbitrium de præſenti eſſe non poteſt, tametſi ipſum in præſenti ,eſt; ſed ſpectat ſemper ad futuros eventus, & ſolùm qui in contingen-

o *Magiſter lib. 2. Sent. Diſt. 25. §. 2.*

Præoccupatio.

p *D. Th. 2. 2. q. 5. ar. 1. ad 1.m Hugo Victor.*

ti con-

Digitized by Google

,ti consist unt : Futura quippè quæ ex necessitate futura sunt, liberum ,arbitrium non sequuntur, sed constant immobiliter ad vnum tantùm, ,nec recipiunt vtrumlibet contingentis. Sic igitur liberum arbitrium ,erat tunc in illis, non quidem vt tunc aliud essent quàm erant, sed ,potestate quam habebant in eo quod erant, vt hoc esse desinerent, & aliud esse inciperent quod non erant'. Hugoni consonat Petrus Cellensis lib. 1. Mysticæ Expositionis Tabernaculi Moysaici paulò ante finem, vbi cùm retulisset sententiam asserentem, Angelos omnes in creatione fuisse bonos, non per vsum liberi arbitrij, sed per creationis beneficium; subdidit: 'Hæc verior est sententia'. Rursus ibidem mox infrà subiungit : 'Aureos ergo Cherubim fecit Deus, quia liberi arbi-,trij, quia simplicis essentiæ & immaterialis constituit, quia per ratio-,nem inseruit intelligentiam, memoriam, & voluntatem; quia perso-,naliter singulos & numero & merito discrevit. Productiles quòque ,facti sunt Cherubim, non quia volentes averti vel converti creati ,sunt, sed quia habiles ad volendum hoc vel illud. Post creationem ,verò, quia productiles facti sunt, spontaneâ voluntate alij elegerunt bonum, alij malum'. Consonat Alexander Alensis apud Carthusianum in 2.m Dist. 3. q. 4. 'Dicimus (inquiens) quòd in aliquo instanti incœperunt Angeli esse, & in alio se verterunt, seu operati sunt'. Et mox infrà : 'Dicendum (inquit) quòd nec in cœlo, neque in Angelo, ,neque in aliqua creatura contingit hoc, quòd in eodem instanti in quo ,primò est, habeat aliquem actum : In omnibus namque, citra Deum, ,priùs est potentia quàm actus, non solùm naturâ, sed etiam duratione'. Hoc si verum est generaliter de quavis potentia creata, à fortiori indubiè verum erit de potentia libera. Vnde Bonaventura apud eundem Carthusianum ibidem superiùs, improbat quidem eam sententiã ita generaliter assertam, approbat tamen quantum ad potentiam liberam : 'Quamvis aliqui dicant (inquiens) in nulla creatura simul esse ,rei productionem, & operationem; quia tamen Augustinus videtur ,contrarium dicere, in luce, & splendore; concedamus hoc ipsum in ,Angelo : non tamen fuit simul in actu electionis, quoniam illum antecedit deliberatio & præcognitio plurium'. Bonaventuræ consonãt Albertus & Vdalricus apud Carthusianum ibidem. Quibus addi potest Capreolus in 2.m Dist. 4. q. 1. ar. 3. in Responsione ad 1.m argumentum contra quartam conclusionem, ita scribens : 'Licet Angelus ,in primo instanti sui *esse* haberet liberum arbitrium, & alias causas sui ,actus meritorij vel demeritorij; tamen ipse Angelus secundùm suam ,naturalem potentiam non poterat moveri in actum meriti vel demeriti, nisi priùs moveretur ad actum naturalem, in quo nec meritum nec demeritum propriè consistit'. Et inferiùs ibidem in Responsione ad 3.m: 'Angelus (inquit) secundùm suam naturalem potentiam non ,potest in primo instanti sui *esse* habere volitionem electivam : quia oportet quòd primus actus cuiuslibet voluntatis sit naturalis'. Probat ibi Capreolus assertionem suam varijs Angelici Doctoris testimonijs,

Petrus Cellensis.

Alensis.

Bonaventura.

Albertus. Vdalricus. Capreolus.

D. Thomæ

monijs, quæ apud ipſum videri poſſunt ; & ex quibus apparet, inter huius ſententiæ patronos Angelicum Doctorem non immeritò recenſeri poſſe. Holkot. Poteſt etiam pro ea citari Holkot in 2.^m q. 3. prope finem, vbi reſpondens quintæ replicæ adversùs 9.^m argumentum obiectæ, quæ erat huiuſmodi : *Angelus in primo inſtanti ſuæ creationis habuit cognitionem boni & mali, & perfectam voluntatem æquè facilem ad volendum ſicut intellectum ad cognoſcendum ; nec cognovit per diſcurſum, nec componit nec dividit, ſicut multi dicunt : Ergo in primo inſtanti potuit benè vel malè velle* : ita ſcribit: 'Quando quæritur, an Angelus in primo inſtanti habuit cogni-,tionem &c. Apparet mihi dicendũ quod non; ſed tunc incepit habere ,dilectionem & cognitionem: & dicitur creatus in cognitione, quia in ,inſtanti creationis habuit omnia requiſita ad principiandum in ſe actũ cognitionis & dilectionis'.

5.ª Quintò tunc ſolùm quiſque actualiter peregrinatur, quando ſuæ metæ appropinquat, vel ab ea elongatur : Sed Angeli pro primo creationis momento nec appropinquarunt ſuæ metæ, nec ab ea ſunt elongati: Ergo Angeli pro primo creationis momẽto non ſunt peregrinati. Probatur minor, quia meta Angelicæ peregrinationis eſt cœleſtis gloria, ad quam acceditur merendo, & à qua receditur demerendo : ſed Angeli pro primo creationis momento nihil omninò meruerunt aut demeruerunt : Ergo nec ad metam ſuam acceſſerunt, nec à meta ſua receſſerunt. Minor probatur quantùm ad demeritum : quia, vt refert Angelicus Doctor, [q] 'Quidam aſſerere præſumpſerunt, quòd Dia-,bolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuit malus; non quidẽ per natu-,ram, ſed per motum liberi arbitrij quo peccavit. Sed hæc poſitio reprobata fuit ab omnibus Magiſtris tunc Pariſijs legentibus'. Circumfertur iſta Pariſienſis cenſura ad calcem Magiſtri Sententiarum. Docet præterea idem Angelicus Doctor 1. p. q. 63. ar. 5. in Corpore, 'Impoſſibile fuiſſe Angelum in primo inſtanti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrij'. Probatque hâc ratione: quia 'Quamvis res ali-,qua in primo inſtanti quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari: ,tamen illa operatio quæ incipit cum eſſe rei, eſt ei ab agente à quo habet eſſe'. Vnde cùm Angelus habeat ſuum eſſe à Deo, qui non poteſt author eſſe peccati, rectè concludit ibidem Sanctus Doctor, Angelum pro primo inſtanti non potuiſſe peccare. Quæ ratio non minùs militat in peccato omiſſionis, quàm in peccato commiſſionis, prout obſervavimus lib. 2. cap. 11. §. 6. Quantùm verò ad meritum attinet, probatur eadem minor ex iam dictis de impotentia demerendi. Nam vt quis mereatur, aut laudem qualemcunque ex ſua actione reportet, neceſſe eſt vt *potuerit tranſgredi, & non ſit tranſgreſſus ; facere mala, & non fecerit.* Quiſquis igitur pro quocunque inſtanti non poteſt demereri, non poteſt etiam pro eodem mereri. Unde Anſelmus ex profeſſo differens de Angelis lucis, qui cadente cum ſuis coapoſtatis diabolo perſtiterunt : [r] 'Si non potuerunt peccare (inquit) non poteſtate, ſed neceſſitate ſervaverunt iuſtitiam'. Quæ ſequela non minus pro

[q] D. Th. q. 16. de Malo ar. 4. in in Corpore.

[r] Anſelm. Dialog. de caſu diaboli cap. 5.

Ecclꝛ

primo

primo inſtanti, quàm pro quovis ſubſequenti militât. Ac per hoc quotquot cenſent, Angelos non potuiſſe pro primo inſtanti peccare, neceſſe habent fateri, quod pro eodem primo inſtanti non poteſtate ſed neceſſitate ſervarint iuſtitiam. Sed quid ex ea hypotheſi vlteriùs concludat Anſelmus adverte: 'Quare (ſubdit ibidem de ijſdem) non ,magis meruerunt gratiam à Deo quia ſteterunt alijs cadẽtibus, quàm quia ſervaverunt rationabilitatem, quam perdere nequiverunt'. Quiſquis igitur cum Angelico Doctore ſuſtinet, Angelos nequiviſſe primo inſtanti demereri, conſequens eſt vt cum Anſelmo dicat, eos eodem inſtanti nequiviſſe mereri. Quid ergo reſtat, niſi vt cum Hugone Victorino ſuperiùs relato exclamet: 'Nec iuſti nec iniuſti tunc fuerunt, *Hugo Victor.* ,nec aliquam virtutem tunc habuerunt: Eſt enim omnis virtus meri-,tum, & omne meritum ex libero arbitrio: ſed liberum arbitrium ſemper eſt ad futurum, & non ad præſens & præteritum'? Quod quidem vt minimum videtur tunc verum, quando liberum arbitrium pro præſenti ita ad vnum conſtringitur, vt non poſſit pro tunc velle oppoſitum. Taliter autem fuit conſtrictum Angelorum arbitrium, quando iuxta Angelicum doctorem impoſſibile fuit eos per inordinatum actum peccare. Quam Angelici Doctoris ſententiam, vt teſtatur ,Bannezius, ['Sequuntur vniverſi Thomiſtæ: illamque D. Thomas *[Bannez in 1. p. q. 63. ar. 5. Dub. 1. Concluſ. 2.*
,fuſiùs explicat q. 16. de Malo ar. 4. Eandem ſequitur Durandus, & ,Hervæus Diſt. 5. q. 2. Bonaventura ar. 2. q. 2. Alexander Alenſis 2. ,p. q. 19. Membro 1. & Henricus Gandavenſis Quodlib. 8. q. 9. 10. & 11'. His addi poſſunt Richardus de Media Villa in 2. Diſt. 3. ar. 8. q. 2. Thomas Argentinas in 2.^m Diſt. 6. ar. 2. & Albertus in 2. Diſt. 3. ar. 14. Et quanquam non deſint qui oppoſitam tueantur ſententiam, negari tamen non poteſt quin D. Thomæ ſententia inter Scholaſticos ſit magis recepta, quamvis in reddenda eius ratione inter ſe diſſideant. Qua de re videri poterit Capreolus in 2. Diſt. 4. & 5. Hi igitur omnes, cum innumeris alijs quos brevitatis ſtudiò ſuppreſſimus, in ſententiam Hugonis & Magiſtri Sententiarum ſuperiùs memoratam recidere, aut certè Anſelmi authoritatem iam relatam repudiare coguntur.

Durandus. Hervæus. Bonaventura. Alenſis. Henricus. Richardus. Argentinas. Albertus. Capreolus.

4. Sextò ſi Angeli primo inſtanti peregrinari cœpiſſent, ea peregrinatio fuiſſet bona & meritoria: Nam ex iam dictis claret, non fuiſſe nec potuiſſe eſſe malam; nulla autem dari poteſt indifferens in individuo inter bonam & malam, vt nunc ſuppono. Atqui primo inſtanti non cœperunt benè aut meritoriè peregrinari: Ergo primo inſtanti non cœperunt vllo modo peregrinari. Minor probatur, quia nulla creatura poteſt meritoriè peregrinari ſine adiutorio divinæ gratiæ, vt inferiùs monſtrabitur: Atqui Angeli pro primo inſtanti non habuerunt adiutorium divinæ gratiæ: Ergò nec tunc meritoriè peregrinati ſunt. Minor probatur inprimis authoritate Auguſtini lib. de Correpț. & Gratia cap. 10. dicentis: 'Saluberrimè confitemur, quòd rectiſſimè *Auguſtinus.*
Gen. 1. 31. ,credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui *creavit omnia bona valde,*

,*na valde*, & malâ ex bonis exortura eſſe præſcivit, & ſcivit magis ad ,ſuam omnipotentiſſimam bonitatem pertinere etiam de malis benè ,facere, quàm mala eſſe non ſinere : ſic ordinaſſe Angelorum & ho- ,minum vitam, vt in ea PRIVS oſtenderet quid poſſet eorum liberum ,arbitrium, DEINDE quid poſſet ſuæ gratiæ beneficium, iuſtitiæque iudicium'. Cùm enim peccaminoſa actio indicium ſit liberi arbitrij peccare potentis, meritoria verò actio indicium ſit divini beneficij liberum arbitrium ſublevantis ; ſi hæc illam in Angelorum hominumve vita præceſſerat, non *priùs* certè oſtendit Deus quid poſſet eorum liberum arbitrium, ſed potiùs è contrario quid poſſet ſuæ gratiæ beneficium : quod eſt contra ſaluberrimam Auguſtini confeſſionem. Præterea ſi primo creationis momento collatum fuiſſet Angelis auxilium gratiæ neceſſariæ ad meritoriè peregrinandum, non parum derogaretur ſupernaturalitati ac gratuitati talis auxilij : Nam quod cùm natura incipit, inter naturalia reputatur ; nec exiſtimatur gratuitum aut indebitum, quod nunquam non fuit habitum. Confirmatur hic diſcurſus ex eo, quòd gratia non minùs ſit indebita Angelo, quàm terreſtris paradiſus homini : Atqui homo idcircò extra paradiſum eſt conditus ac ſubſequenter in paradiſum tranſlatus, vt ait Baſilius Seleucianus, [t] 'Ne cognationi naturæ donum adſcriberet, ſed gratuitæ potiùs munificentiæ' : Ergo & Angelus extra gratiam condi ac ſubſequenter ad gratiam ſubvehi debuit, ne cognationi naturæ donum adſcriberet, ſed gratuitæ potiùs munificentiæ. Neque enim hìc adhiberi poteſt reſponſio quam præcedenti capite §. 7. dedimus ad elidendâ obiectionem, quâ contendebatur, Angelos extra cœlum empyreum fuiſſe conditos. Nam, vt ibidem diximus, cœlum empyreum congruit Angelis ſecundùm naturam præcisè ſpectatam ; quia ordo naturalis exigit, vt ſpiritualia præſideant corporalibus. At verò gratia totum naturæ creatæ atque etiam creabilis ordinem tranſcendit ; cùm ſit ſimpliciter & in ſubſtantia ſupernaturalis, hoc eſt, ſuperioris & altioris ordinis quàm vlla natura ſubſtantialis creata vel creabilis. Ad hanc ergo ſupereminentiam gratiæ demonſtrandam, omninò conveniebat vt Angeli abſque gratia crearentur, & iam creati ad ſupernaturalem ordinem per gratiam ſubveherentur. Confirmatur denuò, quia plus diſtat ordo gratiæ ab ordine naturæ, quàm ordo gloriæ ab ordine gratiæ : Ergo æquè vel magis decuit vt natura præcederet duratione gratiam, quàm gratia gloriam. Conſequentia probatur, quia cùm gratia ordine perfectionis mediet inter naturam & gloriam, congruũ omninò apparet, vt ab eo extremo plus vel ſaltẽ æquè diſtet duratione, à quo plus diſtat perfectione. Confirmatur tertiò, quia Deus etiam in ſupernaturalibus procedere conſuevit ab imperfectioribus paulatim ad perfectiora : vt vel inde patet, quòd priùs det gratiam quàm gloriam ; ſimiliter intra ordinem gratiæ priùs inſpiret fidem & timorem initialem quàm diffundat perfectam charitatem : Ergo veriſimile eſt eum etiam in Angelis ab inferiore perfectione naturæ proceſſiſſe ad ſublimiorem perfectionem gratiæ. Favet huic diſcurſui Auguſtinus,

Confirmatio. 1.ª

[t] *Baſil. Seleuc. Orat. 2.*

Præoccupatio.

Confirmatio 2.ª

Confirmatio 3.ª

Digitized by Google

ens ait: Manifestum eſt, omne mutabile ex aliqua informitate formari. Cui propoſitioni ſubſequenter accommodat illud quod Gen. 1. 2. de terra ſuperius dictum eſt de Deo: *Terra autem erat inanis & vacua*, inquit, *& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas*. Et ſubdit: *Ergo, ſi in his legis, recte mutabile ex materia & informi. Et ſuper hæc omnia addit: Quod ergo dicitur, Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: An tantum intelligendum eſt (inquit) creaturæ ſpiritualis, & omnibus quæ ſub eſt perfectibilia & beata femper? Terra autem & corporalis materies, adhuc imperfecta (quia terra, inquit, erat inanis & vacua) & nonnihil quæ tenebræ erant ſuper eam? Quæ ſi ita ſunt, videtur informitatem ſignificare materiæ corporalis? An vtriuſque informitas hoc eſtum quod dicitur? Nihil ſignificat: Corporalem enim in eo quod dicitum eſt, *Terra erat inviſibilis & incompoſita*, ſpiritualis autem in eo quod dictum eſt, *Tenebræ erant ſuper abyſſum*: vtrumque vero modo tenebræ dicit abyſſum, quia nondum naturam vitæ acceperat, quamvis nihil contrariatur ad creaturam: quo ſolo modo formari poteſt, vt vnus ſit abyſſus & illuminata, vt alia ſit tenebroſa? Hactenus Auguſtinus. Conſule cap. 20. inter varias expoſitiones illorum verborum, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, &c. vbi agit hanc de verbo Dei, & ſpiritu ſancto ſententiam INFORMEM MATERIAM CREATVRÆ SPIRITALES fuiſſe corporalis. In lib. 12. confeſſion. Operis cap. 6. exponens quemadmodum *ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas*: Superferebatur (inquit) incorporabilis & incommutabilis voluntas tua, quia in ipſo filio principio, quod tum quam fecerat vitam, cui non ſic vivere eſt aliud & aliud vivere, quia vivit EXTRA LIVIDINEM IN OBSCVRITATE SVA, ſuperferebatur convertenti eum à quo facta eſt, & magis magisque lucenti vere apud ſeetum ſuum, & in lumine eas vitæ lumen, & perfecte, & illuminatum, & beatè. Pulchrè hanc Auguſtini ſententiam expreſſit Hugo Victorinus, vbi ait: "Quamvis in creatione ſua, quoniam vno & eodem tempore partier cœpiſſe creditum & viſibilis omnis materies, & ſpiritualis, quæ ſpiritualis non ſecundum locum aliquid, & vitamen ſecundum aliquid formata. Sicut enim viſibilis & corporalis omnis materia in exordio ſui conſtituta primarie & formam viſibilem non habuit, & non habuit formam diſpoſitionis donec poſtea formaretur, ſic ordinem accipere ac diſpoſitionem ita ſpiritualis & Angelica natura in ſui conſtitutione per ſapientiam & diſtributionem TRI-VNIVS MAESTVM NATVRÆ formata fuit; & tamen illam, quam poſtea per ornatum converſionem ad creatorem ſuum acceperat, non habuit, non habuit ſed erat informis ſine illa, formanda per illam". Hugonis Eadem ſcitu, imò Hugonem hunc non tranſcribit Magiſter Sententiarum, lib. 2. Dift. 2. 5. 7. vbi ad extremum hæc adnotat, quibus ſe Auguſtinum auctoritate eorum innitum? Vide Auguſtinum multipliciter expoſitum grandis verba Genelis (in principio) *Terra autem erat inanis & vacua*, per eadem dicit intelligi INFORMEM NATVRAM VTI SPIRITVALEM, ſive in ſe penitus nullam formam ab ordinem, in quo formam

Magiſter.

* Hugo Vict. l. 1. de Sacram. p. 1. c. 6. Idem ſcribit Rupert. Tuitiens. l. 1. c. 3.

,tur : per *Terram* corporalem materiam, ſine omni qualitate quæ appa-
ret in materia formata'. Nec minùs dilucidè eidem ſententiæ ſuffra-
Rupertus. gatur Rupertus lib. 1. in Geneſim cap. 7. & 8. vbi exponens initialia
Vide Aug. lib. 1. de Gen. ad litt. c. 6. & 7. Geneſis verba : 'Summatim (inquit) breviterque tota præſcripta eſt
,creaturæ INFORMITAS, tam inops & vacua, vt fruſtrà eſſet *in princi-* *Gen. 1. 1.*
,*pio*, id eſt, in Filio, creata; niſi quia Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas,
,qui eſt tertia in Trinitate perſona : Sic enim protinus ſubiungitur, *Et* *Gen. 1. 2.*
,*ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Deinceps namque creaturæ eiuſdem
,formatio vel exornatio SVCCEDIT : tantam ex intentione Spiritus
,Dei melioratione, & tantum inopiæ ſuæ ſupplementum capit, quã-
,tum pro modulo ſuo melioratur ovum in eo quòd calore volucris
animatur, & pullum producit'. Scholaſticos eidem ſententiæ ſub-
ſcribentes recenſere ſupervacaneum hìc foret, tum quia permultos in
præcedentibus recenſuimus, tum quia Angelicus Doctor in 2.^m Diſt.
4. q. 1. ar. 3. teſtatur, eam ſuo tempore in Scholis fuiſſe communio-
rem. Videri interim poterunt citati à Soto lib. 1. de Natura & Gra-
tia cap. 5. & à Suarez lib. 5. de Angelis cap. 4. & à Vaſquez in 1. p.
Diſp. 227. cap. 1. & à Granado in 1. p. q. 61. Tract. 11. Diſp. 3.
Quibus addi poteſt & Aureolus in 2^m. Diſt. 4. q. vnicâ ar. 1. 'Ange-
Aureolus. ,li boni (inquiens) non fuerunt creati in gratia, licet opinio multorum
ſit ad oppoſitum'. Vbi ne quis ſuſpicetur eum de habituali duntaxat
gratia loqui, paulò inferiùs aſſignat congruentiam quæ non minùs in
actuali quàm in habituali gratia militat : 'Ne videretur (inquiens) gra-
tia eſſe eis à natura, ſed ex mera liberalitate Dei'. Subdit porrò mox
infrà ibidem : 'Hæc videtur intentio Auguſtini ſuper Geneſi ad litte-
,ram, vbi videtur ſentire, quòd natura Angelica creata fuit informis, ſi-
cut materia prima'. Teſtimonia Auguſtini iſthuc ſpectantia iam ſuprà
congeſſimus.

7.ª Septimò argumentari poſſumus à creatione dæmonum, hoc modo: 5.
Dæmones primo inſtanti non cœperunt peregrinari: Ergo nec alij An-
geli. Conſequentia patet ex eo, quòd dæmones vſque ad lapſum non
fuerint deterioris conditionis quàm cæteri : fuiſſent autem deterioris
conditionis, ſi cæteris primo inſtanti peregrinantibus ipſi otio tor-
puiſſent; cæteris merentibus ipſi demeruiſſent. Oſtendimus enim lib.
2. cap. 11. §. 6. creaturam rationalem obligari, ad Deum ſe converte-
re primo inſtanti vſus rationis. Vnde conſequens eſt dæmones peccaſ-
ſe contra hanc obligationem primo inſtanti, niſi actum converſionis
adeoque meritoriæ peregrinationis elicuerint. Antecedens probatur
x Greg. lib. 32. Moral. cap. 18. authoritate Gregorij Papæ, qui de Lucifero loquens : x 'Capax cha-
,ritatis (inquit) eſt conditus : quâ ſi repleri voluiſſet, ſtantibus Ange-
,lis, tanquam poſitis in Regis ornamento lapidibus, potuiſſet inhære-
,re. Si enim charitatis auro ſeſe penetrabilem præbuiſſet, ſanctis An-
,gelis ſociatus in ornamento Regio lapis fixus maneret. Habuit ergo
,lapis iſte foramina, ſed per ſuperbiæ vitium charitatis auro non ſunt
Ioannes Papa. repleta'. Conſonat Gregorio Joannes Papa in Epiſtolâ ad Iſaacum

Syra-

Primogenitus ex duabus uxoribus, quarum una ante, altera post divortium peperit, ambo legitimi.

Primogenitus ex duabus uxoribus, quarum una ante, altera post divortium peperit, ambo legitimi. Si vir duxerit uxorem, & ex ea filium genuerit, deinde divortium inter eos factum fuerit, & vir aliam uxorem duxerit, & ex ea filium genuerit, ambo filii legitimi sunt, & ad successionem patris admittuntur. Ita Bald. in l. 1. C. de natural. lib. Alex. in l. 1. §. 1. ff. de ventre in poss. mitt. Ias. in l. 1. §. 1. ff. de ventre in poss. mitt. Rol. à Valle cons. 1. n. 1. vol. 1. Ias. cons. 1. n. 1. vol. 1. Ias. cons. 1. n. 1. vol. 2. Ias. cons. 1. n. 1. vol. 3. Ias. cons. 1. n. 1. vol. 4. Ias. cons. 1. n. 1. vol. 5. Ias. cons. 1. n. 1. vol.

dulcedine beatitudinis inchoatę, quę in ſapientia pietatis cõſiſtit, cuius ſapore vita pia ac Deo devota dulceſcit: Subdit quippe ibidẽ continuò Auguſtinus de eodem: 'Proinde nec ſui caſus prę ſcius eſſe potuit, quo-,niam ſapientia pietatis eſt fructus: Ille autem continuò impius, con-,ſequenter & mente cæcus, non ex eo quod acceperat cecidit, ſed ex eo ,quod acciperet, ſi ſubdi voluiſſet Deo: quod profectò quia noluit, & ,ab eo quod accepturus erat cecidit, & poteſtatem illius ſub quo eſſe noluit non evaſit'. Rurſus lib. 11. de Civit. cap. 13. refert nęc improbat eorum ſententiam qui cenſent quòd diabolus 'Ab initio ſuæ ,conditionis in veritate non ſteterit; & ideò nunquam beatus cum ſan-,ctis Angelis fuerit, ſuo recuſans eſſe ſubditus creatori, & ſua per ſu-,perbiam velut privatâ poteſtate elatus, ac per hoc falſus & fallax; quia ,nec vnquam poteſtatem omnipotentis evadit: & qui per piam ſubie-,ctionem noluit tenere quod verè eſt, affectat per ſuperbam elationem ,ſimulare quod non eſt: vt ſic intelligatur etiam quod B. Ioannes ,Apoſtolus ait, *Ab initio Diabolus peccat*, hoc eſt, ex quo creatus eſt iuſti- 1. I
,tiam recuſavit, quam niſi piâ Deoque ſubdita voluntate habere non poſſit'. Confirmatur ſecundò ex Angelico Doctore, qui 1. p. q. 62. ar. 5. in Corpore ait: 'Angelus poſt primum actum charitatis quo beatitudinem meruit, STATIM beatus fuit'. Et paulò infra ibidem: ſtatim poſt meritum (inquit) in Angelo fuit beatitudo conſecuta'. Et rurſus ibidem in Reſponſione ad 3.^m: 'De natura Angeli eſt (inquit) ,quòd ſtatim ſuam perfectionem conſequatur, ad quam ordinatur: Et ,ideò non requiritur niſi vnus actus meritorius, qui eâ ratione mediũ ,dici poteſt quia ſecundùm ipſum Angelus ad beatitudinem ordina-,tur'. Ex quibus licebit hunc in modum ratiocinari: Dæmones nunquam pervenerunt ad beatitudinem finalem: Ergo nullum vnquam elicuerunt actum meritorium: quia, vt D. Thomas aſſerit, Angelus poſt primum actum charitatis, ſeu meritorium, ſtatim beatus fuit. Quòd ſi Dæmones nullum vnquam actum meritorium elicuerunt, profectò non ab initio peregrinationem inchoaverunt: Nam primo inſtanti peccare non potuerunt, & meritoriam peregrinationem nullatenus exercuerunt; alioquin ad finalem beatitudinem ſtatim perveniſſent, à qua nunquam ampliùs excidere potuiſſent. Confirmatur tertiò ex alia ſolemni eiuſdem D. Thomæ ac ſectatorum eius doctrina, qua Angelorum voluntas poſt electionem ſemel factam aſtruitur inflexibilis. Hinc quippe conſequens eſt dæmones nunquam flexiſſe ſuam voluntatem ad amandum caſtè Deum: alioquin non eam poſtea flexiſſent in oppoſitum: [z] 'Voluntas hominis (ait ille) adhæret ,alicui mobiliter, quaſi potens etiam ab eo diſcedere, & contrario ,adhærere; voluntas autem Angeli adhæret fixè & immobiliter: Et ,ideò, ſi conſideretur ante adhæſionem, poteſt liberè adhęrere & huic ,& oppoſito, in his ſcilicet quæ non naturaliter vult; ſed poſtquam ,iam adhæſit, immobiliter adhæret. Et ideò cõſuevit dici, quòd liberũ ,arbitriũ hominis flexibile eſt ad oppoſitũ & ante electionem, & poſt; libe-

Confirmatio ſecunda. *D. Thomas.*

Confirmatio tertia.

z D. Th. 1. p. q. 64. ar. 2. in Corp.

y Google

liberũ autẽ arbitriũ Angeli eſt flexibile ad vtrumq; oppoſitũ ante electionẽ, ſed non poſt[a]. Nec reſponderi poteſt, hanc doctrinã debere intelligi de adhæſione quæ fit per conuerſionem ad bonum naturale, nõ etiam ad ſupernaturale. Hanc etenim evaſionem diſertè præcludit ipſe Angelicus Doctor q. 16. de Malo ar. 5. in Corpore, dicens : 'Quia ,omne quod advenit alicui, advenit ei ſecundùm modum ſuæ naturæ, ,conſequens eſt vt immobiliter Angeli perſeverent vel in averſione vel in converſione reſpectu ſupernaturalis boni'. Aut igitur dæmones nunquam fuerunt converſi ad Deum vt bonum ſupernaturale, aut certè adhuc adhærent Deo vt bono ſupernaturali. Hoc autem poſtremum omninò erroneum eſt : Ac ſic verum erit illud primum, prout obiectio prætendit. Confirmatur demum, quia dæmones ante lapſum non habuerunt fidem, quę eſt vnica peregrinantium lucerna, ſine qua nullus purus viator Deo placere, aut ad Deum converti poteſt : Ergo dæmones ante lapſum non ſunt ſaltem meritoriè peregrinati. Quæ ratio etiam in cęteris Angelis pariformiter militat. Antecedens traditur à Bonaventura in 3.[m] Diſt. 23. ar. 2. q. 3. 'Licet Angeli (ait ille) ,in ſua cõditione habuerint cognitionẽ Trinitatis, nihilominus illa nõ merebatur tunc dici fides'. Conſonat Alẽſis 3.p.q.64.Memb. 8. Conſonat & Durandus in 3.[m] Diſt. 23. q. 9. Conſentit & Paludanus ibidem q. 4. in fine, ſaltem quantum attinet ad ſupremum Angelum. Ratio eſt, quia fides requirit inevidentiam divinę attẽſtationis, quam ſupremus ſaltem Angelorum non habuit : quippe qui evidenter ſciebat, à ſolo Deo ſe poſſe interiùs erudiri vel illuminari. Quamvis enim inferiores Angeli poſſint per ſuperiores inſtrui vel illuminari, non tamen viciſſim ſuperiores per inferiores. Ac per hoc ſupremus Angelus non ab vllo Angelo, ſed à ſolo Deo illuminari poterat, vtpote quo ſolo erat ipſe inferior. Quinimò nec inferiores Angelos habuiſſe in via fidem, apparet ex eo, quòd non ſit veriſimile quemquam Angelorum minùs claram Dei atteſtantis habuiſſe notitiam, quàm primus homo habuerit ante lapſum; de quo tamen ait Hugo Victorinus : [a] 'Cogno- ,vit homo creatorem ſuum, non eâ cognitione quæ foris ex auditu ſo- ,lo percipitur, ſed eâ quę potiùs intùs per inſpirationem miniſtratur: ,non eâ quidem quâ Deus modò à credentibus abſens fide quęritur, ,ſed eâ quâ tunc per pręſentiam contemplationis ſcienti manifeſtiùs cernebatur'. Hoc ſi verum eſt de homine etiam pro ſtatu ſuæ innocentię, quantò magis de Angelis pro ſtatu ſuę innocentiæ ? Omnes enim Angeli hominibus ſunt ex naturę conditione ſublimiores; & quamdiu in via hæſerant etiam innocentiâ parẽs, & gratiâ non inferiores.

Præoccupatio.

Confirmatio quarta.

Bonaventura. Alenſis. Durandus. Paludanus.

[a] Hugo Victor. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 14.

6. His non obſtantibus amplectenda eſt ſententia quę Angelorum peregrinationem creationi coęvam aſtruit : [b] 'Deus (ait Angelicus Do- ,ctor) non diſcrevit inter Angelos ante averſionem quorundam, & ,converſionem aliorum : vt Auguſtinus dicit lib. 11. de Civit. Dei. Et ideò omnes in gratia creati in primo inſtanti meruerunt'. Nec dicì poteſt, quòd iuxta Angelicum Doctorem hìc non omnes ſimpliciter

Decisio.

[b] D. Th. 1. p. q. 63. ar. 5. ad 4.[m]

Præoccupatio.

ter in primo instanti meruerint, sed *omnes in gratia creati* : tanquam aliqui fuerint sine gratia creati, qui proinde non meruerint. Nam illa clausula, *in gratia creati*, non restringit, sed explanat suum determinabile : prout patet tam ex precedenti quàm subsequenti contextu. Praecesserat enim illud, *Deus non discrevit inter Angelos* &c. Vnde palam est, Deum non quosdam in gratia, quosdam sine gratia creasse : alioquin enim inter eos discrevisset, quia alijs possibilitatem benè volendi ac merendi dedisset, alijs denegasset. Subsequitur denique ibidem cõtinuò : 'Sed quidam eorũ statim impedimentum præstiterunt, suę ,beatitudinis precedens meritum mortificantes : & ideò beatitudine, quam meruerunt, sunt privati'. Ex quo manifestum est, etiam dęmones primo instanti ex D. Thomæ mente meruisse, sed statim pòst suum meritum mortificasse, atque ideò suo iure ad beatitudinem excidisse. Hausit porrò hanc doctrinam Angelicus Doctor, vt ipse agnoscit, ex Sancto Augustino, qui loco hìc citato ait : [c] 'Nullo quidem modo se-,cundùm aliquod temporis spatium priùs erant illi spiritus tenebræ, ,quos Angelos dicimus : sed simul vt facti sunt, lux facti sunt : non ta-,men ita tantùm creati, vt quoquo modo essent, & quoquo modo vi-,verent; sed etiam illuminati, vt sapienter beatèq; viverent. Ab hac il-,luminatione aversi quidam Angeli non obtinuerunt excellentiam sa-,pientis beatæque vitæ, quæ proculdubio non nisi æterna, æternitatisque suæ est certa atque secura'. Quibus verbis Angelos indiscriminatim, sive qui perseveraturi, sive qui casuri erant, ab initio ita illuminatos fuisse asserit, *vt sapienter beatèque viverent* : hoc est, prout D. Thomas interpretatur, *vt beatitudinem mererentur* : Nam non fuisse eos ab initio consummatè beatos, indicant sequentia illa Augustini verba, *Ab hac illuminatione aversi quidam Angeli, non obtinuerunt excellentiam sapientis beatæque vitæ* &c. Et hoc est quod D. Thomas ait : *Quidam eorum statim impedimentum præstiterunt* &c. Rursus idem Augustinus lib. 12. eiusdem Operis cap. 9. de Angelis indiscriminatim loquens : 'Simul ,vt facti sunt (inquit) ei à quo facti sunt, amore CVM QVO FACTI SVNT, adhæserunt'. Hunc amorem inferiùs ibidem vocat bonam voluntatem : 'Hoc discutiendum est (inquiens) si boni Angeli ipsi in se ,fecerunt voluntatem bonam, vtrum aliquâ eam, an nullâ voluntate ,fecerunt. Si nullâ vtique nec fecerunt : Si aliquâ, vtrum malâ, an ,bonâ : Si malâ, quomodo esse potuit mala voluntas bonæ voluntatis ,effectrix ? Si bonâ, Iam ergo habebant. Et istam quis fecerat, nisi il-,le, qui eos cum bona voluntate, id est, CVM AMORE CASTO, quo illi ,adhærent, creavit; SIMVL in eis & condens naturam, & largiens gratiam'? Gratiam vtique benè volendi, ac per hoc merendi, seu meritoriè peregrinandi. Porrò ne quis suspicaretur particulam, *simul*, ex Augustini mente non importare simultatem durationis, sed paritatem divinæ operationis, Augustinus continuò subtexuit : 'Vnde sine ,bona voluntate, hoc est, Dei amore, NVNQVAM sanctos Angelos fuisse, credendum est'. Si nunquam, Ergo nec ipso primo momento quo condi-

[c] *Aug. l. 11. de Civit. cap. 11.*

Vide D. *Tho. 1. p. q. 62. ar. 3. in Argumento, Sed contra.*

Digitized by Google

condita est eorum natura: Ac per hoc simul duratione fuerunt, Angelicæ naturæ conditio, & gratuiti amoris largitio. Alioquin enim si naturæ conditio vel vno durationis momento præcessisset, sancti Angeli sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, aliquando fuissent: adeòque falsum foret illud, 'Sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, NVNQVAM sanctos Angelos fuisse, credendum est'. De Apostatis verò Angelis ante suam apostasiam, nihil debemus sentire diversum. Nam vt Augustinus ibidem de eis subdit: 'Aut minorem acceperunt amoris ,divini gratiam quàm illi qui in eadem perstiterunt: aut si vtriq; boni ,æquales creati sunt, istis malâ voluntate cadẽtibus, illi ampliùs adiuti, ,ad eam beatitudinis plenitudinem, vnde se nũquam casuros certissimi fierent, pervenerunt'. Sive igitur minorem, sive æqualem cum cæteris divini amoris gratiam dæmones in sua creatione acceperint, aliquam certè acceperunt; & per illã meruerunt, quoadusque eam peccando deIoan. 1. 9. seruerunt: [d] 'Lumen quippe verum (ait alibi idem) quod *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, hoc illuminat & omnem Ange,lum mundum; vt sit lux, non in seipso, sed in Deo: à quo si avertitur Mat. 3. 11. ,Angelus, fit immundus; sicut sunt omnes qui vocantur *immundi spiri,tus*, nec iam lux in Domino, sed in seipsis tenebræ, privatî participatione lucis æternæ'. Quamdiu igitur dæmones fuerant Angeli mundi, tamdiu fuerant à vero lumine illuminati; & tum demum sunt participatione lucis æternæ privati, quando se avertendo immundi sunt faIoan. 8. 44. cti. Huc spectat & illud quod de eorum principe scriptum est, *In veritate non stetit*. Quod expendens Augustinus inferiùs ibidem cap. 15. 'Oportet (inquit) illud quod dictum est, *In veritate non stetit*, sic accipiamus, quòd in veritate fuerit, sed non permanserit'. Et lib. de Corrept. & Grat. cap. 6. 'Dictum est (inquit) de diabolo, *In veritate non stetit*; quia fuit ibi, sed non permansit'. Unde idem rursus lib. 11. de Civit cap. 13. in fine observat, non dixisse Dominum, 'A veritate ,alienus fuit, sed *In veritate non stetit*; vbi à veritate lapsum intelligi ,voluit, in qua vtique si stetisset, eius particeps factus, beatus cum sanctis Angelis permaneret'. Et Tract. 42. in Ioannem? 'In veritate non *stetit*: Ergo in veritate fuit, sed non stando cecidit'. Et paulò infrà ibidem: 'In veritate non stetit, quia de veritate lapsus est'. Et adhuc inferiùs: 'In veritate non stetit: Agnoscimus quia de veritate lapsus est: *Quia* ,*veritas in eo non est*: verum est, quia recedendo à veritate non habet veritatem'. Porrò causalis illa, *Quia*, non denotat causam cur diabolus non steterit in veritate, sed indicium quo ostenditur non stetisse: vt ex professo docet idem Augustinus lib. 11. de Civit. cap. 14. De qua vsurpatione notarum causalium obiter quædam attigimus lib. 2. cap. 17. §. 6. quæ ex Augustini loco proximè indicato illustrari possunt. Cæterùm quòd ab initio conditionis suæ fuerit in veritate, indicat Ezech. 28. prophetica illa sermo quo ei dicitur, *In medio lapidum ignitorum ambu-* 14. & 15. *lasti, perfectus in viis tuis* A DIE CONDITIONIS TVÆ, *donec inventa est iniquitas in te*: [e] 'In medio ignitorum lapidum (ait Gregorius) perfe-

[d] *Aug. lib. 11. de Civit. c. 9. in fine.*

Vide Isidor. l. 1. de Summo bono cap. 10.

[e] *Greg. lib. 32. Moral. cap. 18.*

,ctus ambulavit, quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa clarus GLORIA CONDITIONIS extitit'. Vbi per *gloriam conditionis*, inchoatam illam beatitudinem intelligit, quam Lucifer vnà cum cæteris Angelis in die conditionis suæ, hoc est, in instanti creationis suæ adeptus est. Unde & inferiùs ibidem subdit de Deo: 'Feriendo illi ,parcere noluit, quem CREANDO in gloriam tantæ claritatis elevavit'. Observat præterea ibidem superiùs Gregorius, hominem dici *Ad similitudinem Dei* cõditum, Angelo autem maius aliquid tribui, quatenus *Signaculum similitudinis* fuisse perhibetur: 'Quid boni non habuit ,(inquit) si signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe an- ,nuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem ,essentialiter habetur. Et licet homo *ad similitudinem Dei* creatus sit, ,Angelo tamen quasi MAIVS ALIQVID TRIBVENS, non eum ad simi- ,litudinem Dei conditum, sed ipsum *signaculum Dei similitudinis* dicit: ,vt quò subtilior est in natura, eò in illo similitudo Dei plenius credatur expressa'. Et Homil. 34. in Evangelia: 'Notandum est (inquit) ,quòd non *ad similitudinem Dei* factus, sed *signaculum similitudinis* dici- ,tur: vt quò in eo subtilior est natura, eò in illo imago Dei similiùs insinuetur expressa'. Ex eo quòd homo ad similitudinem Dei conditus dicatur, Patres communiter colligunt, in gratia eum fuisse creatum, vt infrà ostendemus cùm de homine disseremus. Cùm ergo maius sit creari signaculum similitudinis, quàm creari ad similitudinem; proculdubio Angelus in gratia conditus fuit, siquidem in sua creatione *signaculum similitudinis* extitit. Nec dici potest, signaculum illud similitudinis consistere in naturalibus Angeli talentis. Nam sic non esset aliquid maius eo quod homini per Dei similitudinem est donatum: cùm constet supernaturalem gratiæ splendorem quibuslibet naturæ dotibus supereminere. Nec refert quòd Gregorius dicat de Lucifero, *Quò subtilior est in* NATVRA, *eò in illo similitudo Dei plenius creditur expressa*. Non enim per hoc intendit signaculum similitudinis in ipsa naturæ subtilitate constituere; sed potiùs illam communem Theologorum sententiam astruere, quâ Angelis iuxta proportionem suorum naturalium dicitur facta distributio donorum supernaturalium: prout censet Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 6. post Magistrum Sentent. lib. 2. Dist. 3. §. 2. Quibus favet Damascenus lib. 2. de Fide orthodoxa cap. 3. 'Per verbum (inquiens) Angeli omnes creati sunt, ac per ,Sancti Spiritus sanctificationem omnes perfectionis numeros accepe- ,runt: ita tamen, vt pro sua quisque dignitate & classe, luminis gratię participes sint'. Addi potest & Isidorus lib. 1. de Summo Bono c. 10. vbi Gregorij sententiam modò relatam penè verbatim describit tanquam suam. Sed & olim ante hos omnes eandem sententiam tradiderat Basilius Magnus lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochium cap. 16. dicens de Angelis: 'Iuxta proportionem quâ se invicem superant, à Spiritu habent sanctificationis mensuram'. Atque vt noveris quandonam hæc sancti ficationis mensura Angelis primùm impensa sit, audi

Gen. 5. 1. Eccli. 18. 12.

Præoccupatio.

Præoccupatio.

D. Thomas. Magister. Damascenus.

Isidorus.

Basilius.

eundem

Digitized by Google

eundem in Psal. 32. ad vers. 6. apertissimè sententiam nostram astruẽtem: 'Nihil est sanctum (ait ibi) citra Spiritus sancti præsentiam: Angelos namque initio vt essent, verbum opifex omnium condidit; sanctificationem verò SIMVL impendit ipsis Spiritus sanctus. Non enim in infantili statura sunt creati, deinde paulatim exercitati atque perfecti sic Spiritus susceptione digni sunt habiti: sed IN PRIMA CONSTITVTIONE, & quasi quàdam conspersione suæ substantiæ, SIMVL insitam habuere sanctitatem'. Sed fortè hìc dicet quis, Basilium loqui de gratia habituali, non de actuali, quæ ad meritoriè peregrinandum necessaria est. Respondeo eum loqui de vtraque, expressè quidem de habituali, implicitè verò etiam de actuali. Nam idcircò Angelos non in infantili statura creatos fuisse asserit, vt innuat, eos sanctificationi suæ per liberum arbitrium actuali gratiâ instructum consensisse. Vnde lib. 3. adversùs Eunomium paulò post initium, mensuram sanctitatis in Angelis proportionari mensuræ divini amoris affirmat: 'Principatus & potestates (inquiens) & omnis creatura talis, quæ ex attentione & studio sanctificationem habent, non iure naturæ sanctæ dicentur. Appetentes enim bonum, secundùm amoris, quem ad Deum habent, proportionem, sanctitatis mensuram participant'. Inquirit Angelicus Doctor 1. p. q. 95. ar. 1. *vtrùm primus homo fuerit creatus in gratia*? Respondet autem affirmativè: sed quamvis ex professo loquatur de gratia habituali, aliquid tamen miscet etiam de actuali. Obiecerat quippe sibi inter alia hoc argumentum: *Ad hoc quod aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis; cùm per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter Deum & animam: Sed consensus in gratiam esse non potest nisi priùs existentis: Ergo* &c. Respondet verò inferiùs his verbis: 'Ad quintum dicendum, quòd cùm motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis primum hominem gratiæ consensisse'. Quæ responsio potiori iure locum habet in Angelis, vt colligitur ex eodem superiùs ibidem q. 63. ar. 8. ad 1.^m Hinc cùm consensus in gratiam præexigat actualem gratiam, ipseque sit meritorius, proculdubio vbi talis consensus agnoscitur, actualis gratia & meritoria peregrinatio astruitur. Angeli itaque primo instanti creationis suæ peregrinari cœperunt, quando per amorem castum, vt ex Augustino memoravimus, ad Deum se converterunt, & creatorem suum spirituali præconio laudaverunt, sicut ipse ait ad Iob servum suum: *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ*? ——— *cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*? Superiori capite §. 3. & 5. ex hoc loco collegimus, Angelorum creationem non fuisse creatione terræ posteriorem. Vnde eâdem ratione nunc colligere licebit, eorum iubilum & laudis canticum creationi terræ esse coævum: atque adeò etiam creationi ipsorum, siquidem hæc creationi terræ ac cœli coæva est. Scio apud 70. Interpretes locum Job quoad postremam partem aliter haberi, hoc nimirum modo: *Quando facta sunt astra, laudaverunt me voce magnâ omnes Angeli mei.* Sed quàm

Obiectio.

Diluitur.

D. Thomas.

Iob. 38. 4. & 7.

Præoccupatio.

efficaciter ex textu 70. Interpretum colligitur, Angelorum creationē & peregrinationis inchoationem non fuisse posteriorē factione astrorum ; tam efficaciter ex vulgata editione colligitur, Angelorum creationem peregrinationisque inchoationem non fuisse posteriorem fundatione terræ. Vnde sicut Augustinus ex loco isto Job, secundùm editionem 70. Interpretum lecto, infert sic : [f] 'Iam ergo erant Angeli, quando facta sunt sydera' : ita nobis licebit, ex eodem loco, secundùm vulgatam approbatamque editionem lecto, inferre sic: Iam ergo laudaverunt Angeli Deum,& iubilaverunt ei, quando posita sunt fundamenta terræ. Hæc porrò laudatio atque iubilatio quid nisi meritoria peregrinatio est ? Sed quoniam de hac re in sequenti capite sermo redibit, solvendo obiectiones superiùs hìc propositas, hic sit capitis huius terminus.

[f] *Aug. lib. 11. de Civit. cap. 9.*

CAPVT III.

Doctrina iam tradita vberiùs stabilitur, & ad Argumentorum in contrarium obiectorum solutionem transitur.

ANgelicus Doctor in Summa Theologica, propositæ quæstioni, *Vtrùm Angeli sint creati in gratia* ? respondet his verbis : [a] 'Dicendum, quòd quamvis super hoc sint diversæ opiniones, quibusdam dicentibus, quòd creati sunt Angeli in naturalibus tantùm; alijs verò, quòd sunt creati in gratia : hoc tamen probabilius videtur tenendum, ET MAGIS DICTIS SANCTORVM CONSONVM EST, quòd fuerunt creati in gratia gratum faciente'. Pro hac sententia in Argumento, *sed contra*, Augustini authoritatem adduxerat, dicentis: [b] 'Bonam voluntatem quis fecit in Angelis, nisi ille qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhærent, creavit ; simul in eis condens naturam, & largiens gratiam' ? Ex quo apparet, Angelicum Doctorem de actuali potissimùm gratia loqui : quę, teste Augustino lib. 4. ad Bonif. cap. 5. 'Propriè est inspiratio dilectionis'. Hanc quippe dilectionem loco per Angelicum Doctorem adducto Augustinus vocat *amorem castum*, qui ei idem est quod *bona voluntas*: quam ipse iterum lib. de Patientia cap. 25. describit, dicens: 'Voluntas bona, id est, voluntas Deo fideliter subdita, voluntas sanctitate superni ardoris accensa, volùntas quæ diligit Deum, & proximum propter Deum: sive amore, de quo respondit Apostolus Petrus, *Domine, tu scis quia amo te* : sive timore, de quo dicit Apostolus Paulus, *In timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini* : sive gaudio, de quo dicit, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* : sive tristitia, qualem se dixit *magnam habuisse pro fratribus suis* : quæcunque amara & aspera sufferat, charitas Dei est, quæ *omnia tolerat*: quæ non *diffunditur in cordibus nostris*, nisi *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*'. Sed hæc, inquies, de hominibus dicta sunt, non de Angelis. Fateor : Sed vide quid de Angelis alibi

I.

[a] *D. Th. 1. p. q. 62. ar. 3. in Corpore.*

[b] *Aug. lib. 12. de Civit. cap. 9.*

Præoccupatio.

Io. 21. 15. Phil. 2. 12. Rom. 12. 11 & 3. 1. Cor. 13. 7. Rom. 5. 5.

Digitized by Google

,gustinus) & Angeli eius, ETSI BEATI ERANT ANTEQVAM CADE-
,RENT, & se in miseriã casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod
,eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitriũ in veritate ste-
,tissent, donec istam SVMMÆ BEATITVDINIS PLENITVDINEM, tan-
,quam præmium ipsius permansionis acciperent: id est, vt magnâ per
,Spiritum sanctum datâ abundantiâ charitatis Dei, cadere vlteriùs
,omninò non possent, & hoc de se certissimè nossent. Hanc plenitudi-
,nem beatitudinis non habebant; sed quia nesciebant suam futuram
,miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine sine vllo vitio
fruebantur'. Si beatitudine quâlicunque fruebantur, proculdubio
creatorem suum ordinato amore prosequebantur: Nam, vt iam ex
Fulgentio memoravimus, *Creatura rationalis aliæ beatitudo nec potuit, nec potest esse, nec poterit; nisi vt agnoscens, à quo non solùm facta, sed etiam à quo rationalis est facta, maiorem dilectionem exhibeat bono creatori, quàm sibi.* Ex hac dilectione prorumpebant omnes Angeli in laudes creatoris *quando ponebat fundamenta terræ.* Ponebat autem fundamenta ter- Iob.
ræ, quando *in principio creabat cœlum & terram*: terram quidem inanem & vacuam, quia nihil adhuc virentium germinum vel viventium producentem animantium: Cœlum verò non inane vel vacuum,
f Beda in Hexamero sub initiũ. Vide supra hic c. 1. §. 5.
quia suis incolis dũm crearetur impletum: f 'Quos à princi-
,pio (inquit Beda) cum cœlo & terra conditos esse, ac mox conditio-
,nem suam, simul & totius creaturæ primordialis, ad laudem crea-
,toris retulisse, testatur ipse conditor, qui loquens ad sanctum famu-
,lum suum Iob, dicit: *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?* Et
,paulò pòst: *Cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?*
Porrò qui *omnes* dixit, nullum eorum qui tunc filij Dei erant excep-
tum voluit: ac per hoc etiam eos, qui apostaturi erant comprehendit.
g Cyrill. Alex. lib. 1. Glaphyrorum, sub initium.
Nam, vt Cyrillus Alexandrinus ait: g 'Accensus est etiam in eis dra-
,co apostata, aliæque cum eo pravæ potestates: & erant vnà cum alijs
,sanctis atque rationabilibus creaturis, supernas mansiones implentes,
,excellentes in gloria; longè præstantiore & incomparabiliter subli-
,miore, quàm nostra est, conditione præditi: vnde dictum est alibi à
,Deo, *Post Cherubim posui te.* Cæterùm firmam quidem ac stabilem 3. Re
,suam gloriam habent sancta Cherubim; propriam dignitatem incon- 25. i
,cussam tuentur, & *mille millia serviunt Deo, ac totidem myriades astiterunt* 70.
ei. Lapsus autem est cum alijs Satanas, suâque gloriâ privatus'. Idem Dan
rursus lib. 4. adversùs Iulianum, paulò post initium, loquens de ijs-
dem apostaticis spiritibus: 'Erant (inquit) in numerum sanctorum
,Angelorum olim adscripti, & supremorum spirituum choris adlecti,
,beatam & sanctam vitam degentes: sed, vt sacra Scriptura loquitur,
,*non servarunt suum principatum*; & Dei consortio quasi valedicentes Iuda
,in deteriora prolapsi sunt, ac sortem sibi attributam miseri repudia-
,runt; Deoque debitâ subiectione reiectâ, duri ac superbi à sanctorum
multitudine separati sunt'. Consonat Hieronymus in caput 3.m Oseæ,
Hieronymus.
vbi de dæmonibus loquens: 'Lapsi à propria dignitate (inquit) & ni-
hil

Vtrum Aqua ex Mari ascendens dulcis fiat.

Aristot. 2. Meteor. 3. text. 24.

Vtrum Aqua ex Mari ascendens dulcis fiat.

Aristot. 2. Meteor. 3. text. 24.

memoravimus, quæ responsionem istam sufficienter corroborant. Vnde verbis primo loco ex Augustino obiectis, quibus Angeli mox vt facti sunt, *sapienter beatèque vixisse* perhibentur, continuò subditur:

[i] 'Ab hac illuminatione aversi quidam Angeli, non obtinuerunt EXCELLENTIAM SAPIENTIS BEATAQVE VITÆ, quę proculdubio non ,nisi æterna, æternitatisque suæ est certa atque secura'. Hanc beatę vitæ *excellentiam* citato loco de Corrept. & Grat. *summa beatitudinis plenitudinem* appellat: & lib. 11. de Civit. cap. 13. simpliciter *beatitudinem*: 'Cuivis (inquiens) non difficulter occurit, vtroque coniuncto ,effici BEATITVDINEM, quam recto proposito intellectualis natura ,desiderat: hoc est, vt bono incommutabili, quod Deus est, sine vlla ,molestia perfruatur, & in eodem se in æternum esse mansuram nec ,vllâ dubitatione cunctetur, nec vllo errore fallatur. Hanc habere ,Angelos lucis, piâ fide credimus: hanc nec antequam caderent ha,buisse Angelos peccatores, qui suâ pravitate illâ luce privati sunt, con,sequęti ratione colligimus: habuisse tamen aliquam, etsi non prę,sciam ,beatitudinem, si vitam egerunt ante peccatum, profectò credendi sunt'. Quamvis igitur Angeli omnes in sua creatione *aliquam beatitudinem* habuerint; quia tamen *summæ beatitudinis plenitudinem* nondum tunc attigerunt, ad eam peregrinando pervenire potuerunt ac debuerunt. Neque enim peregrinationi repugnat qualiscunque beatitudo, sed tantùm facialis patriæ. Nam beatitudo viæ vsqueadeò non repugnat peregrinationi, vt potiùs hoc ipso quòd dicitur *viæ*, coexigat peregrinationem. Nec obstat quod ex Augustino ibidem obiectum fuit, Angelos sanctos *nunquam fuisse peregrinatos*. Id enim intelligendum est de peregrinatione pœnali seu ærumnali, per modum exilij iuncta vel inflicta: de qua etiam loquitur idem Augustinus in Programmate citatus cùm dicit, 'Peregrinationis nostræ causam esse peccatum': item cùm ait alibi: [k] 'Homo civis est Hierusalem, sed venditus sub peccato factus est peregrinus'. Vnde Beatus Gregorius subinde huiusmodi peregrinationem mavult dicere *exilium*, vt cùm ait: [l] 'Cor bonorum amaritudinem suam novit; quia ærumnam EXILII, in qua proiectum laceratur, intelligit'. De hac peregrinatione Pseudo-Anselmus intelligit illud Apostoli, *Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino*: 'Per hoc (ait in eius loci Commentario) EXVLES & ,PEREGRINI sumus à Deo, quia LONGE PROIECTI à facie contem,plationis eius, cæcitatis nostræ tenebras in hac valle lachrymarum ,patimur. Adhuc enim nos antiqua nox gravat; & corruptibilis hu,ius carnis oculos, quos hostis callidus ad concupiscentiam aperuit, iudex iustus à contuitu interni sui fulgoris premit'. Quia igitur Angeli lucis nihil vnquam exilio vel bannitione dignum commiserunt, idcircò nunquam ad pœnaliter peregrinandum proiecti aut proscripti fuerunt: & hoc solùm Augustinus intendit. Malè proinde eius mentem interpretatur Ludovicus Vivez, dum ad illa quæ tractamus verba, quibus pars illa civitatis Dei quæ ex Angelis constat, eò beatio-

rem

Præoccupatio.

[i] *Aug. lib. 11. de Civit. cap. 11.*

[k] *Aug. in Psal. 125. subinitiũ.*

[l] *Greg. l. 5. Moral. c. 3. Vide eund. lib. 18. Moral. cap. 19.*

Pseudo-Anselm.

2. Cor. 5

Ecclesiasticæ locum in præiudicium purgatorij vel Limbi Patriarcharum: ita non nisi per merum abusum detorquere quisquam potest locos Patrum in argumento obiectos in præiudiciũ peregrinationis sanctorũ Angelorũ. Proinde sicut Augustinus dicẽdo: [o] 'In quo quemq; ,invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi no-,vissimus dies; quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur': nihil derogat assertioni purgatorij vel limbi Patriarcharum; sed duntaxat astruit identitatem status gratiæ respectivè vel iniustitiæ: ita tam ille ipse quàm alij Patres dicendo, Angelos sanctos in eodem statu mansisse in quo fuerunt conditi, nihil derogant peregrinationi eorum; sed duntaxat astruunt identitatem status innocentiæ & sanctitatis, in quo Angeli omnes fuerant conditi, & Angeli sancti perseverant & perseverabunt.

[o] *Aug. Epist. 80. subinitium. Vide eund. in Psal. 36 ad vers 10. & l. 50. Homil. Homil. 13. & 28*

Ad Confirm. Ad Confirmationem secundæ Obiectioni subiunctam patet responsio ex iam dictis. Neque enim Angeli sive lucis sive tenebrarum in termino, sed in stadio peregrinationis sunt conditi. Ad Isidori & Divi Thomæ testimonia, quibus diabolus *statim* post primum instans creationis cecidisse perhibetur, commodiùs respondebitur cùm de Angelicæ peregrinationis duratione differetur. Ad Augustini locum, quo dæmones ante lapsum beati pronunciantur, iam suprà responsum est, eum esse intelligendum de beatitudine viæ, non patriæ; de beatitudine ambulantium per fidem, non contemplantium per speciem. **Scrupulus.** Cui responsioni vnicum illud obstare adhuc videtur, quòd iuxta Augustinũ lib. de Correpț. & Grat. cap. 10. & lib. 12. de Civit. cap. 9. & lib. 11. de Civit. cap. 11. & 13. *excellentia* seu *plenitudo* beatitudinis, quam sancti Angeli labentibus apostatis adepti sunt, non videatur superaddere beatitudini priùs habitæ & vtrisque communi, nisi certam eiusdem beatitudinis nunquam amittendæ notitiam. Ex quo apparet, Angelos omnes ab initio habuisse beatitudinis essentiam, solùmque eis defuisse perpetuitatis eius notitiam. Cur ergo non dicantur tam fuisse ab initio in peregrinationis termino, quàm Moyses aut Paulus quando Deum in hac vita transeunter contuiti sunt? Hic scrupulus facilè **Excutitur.** excutietur, si Augustini contextus attentè consideretur. Nam immediatè ante verba ex capite 10. de Correpț. & Gratia in confir-**Augustinus.** matione adducta, præcedunt hæc de Angelis lucis: 'Per liberum ar-,bitrium in veritate steterunt, eamque de suo casu nunquam futuro ,certissimam scire meruerunt. Si enim nos de Scripturis sanctis nosse ,potuimus, sanctos Angelos iam nullos esse casuros, quanto magis hoc ,ipsi, REVELATA SIBI SVBLIMIVS VERITATE, noverunt? Nobis *Mat.* ,quippe *beata sine fine vita promissa est*, & *æqualitas Angelorum*: ex qua *46.* ,promissione certi sumus, cùm ad illam vitam post iudicium veneri-*Luc.* ,mus, non inde nos esse lapsuros. Quod si de seipsis Angeli nesciunt, ,non æquales, sed beatiores erimus: Veritas autem nobis eorum pro-,misit æqualitatem. Certum est igitur, HOC EOS NOS E PER SPE-,CIEM, quod nos per fidem, NVLLAM SCILICET AM RVINAM CVIVSQVAM SANCTI ANGELI FVTVRAM'. Ex quibus manifestum

est, notitiam quæ Angelis sanctis iuxta Augustinum accessit, fuisse beatificam, quâ cœperunt nosse *per speciem* in verbo Dei perpetuitatem beatitudinis suæ. Vnde & de ijsdem ait ipse Deo in Confessionibus suis: [p] 'Vident faciem tuam semper, & ibi legunt sine syllabis tem- ,porum QVID VELIT ÆTERNA VOLVNTAS TVA. Legunt, eligunt, ,diligunt: semper legunt, & nunquam præterit quod legunt: Eligen- ,do enim & diligendo legunt ipsam INCOMMVTABILITATEM CON- SILII TVI'. Quia igitur Deus secundùm incõmutabile consilium voluntatis suæ vult Angelorum beatitudinem esse perpetuam, ipsi Angeli videndo voluntatem Dei & incommutabilitatem consilij eius, vident in ea perpetuitatem beatitudinis suæ. Si dicas, Deum habere se respectu beatorum instar speculi voluntarij, nec necesse esse vt qui eum vident videant omnia eius decreta. Respondeo, nostro scopo sufficere quòd videant ea decreta quorum visio connaturaliter cohæret visioni ipsius Dei. Talis autem est visio perpetuitatis beatitudinis: vt patet tum ex iam citatis Augustini locis, tum ex his eius verbis §. 2. descriptis: 'Cuivis non difficulter occurrit, VTROQVE CONIVNCTO EF- ,FICI BEATITVDINEM, quâ recto proposito intellectualis natura de- ,siderat: hoc est, vt bono incõmutabili, quod Deus est, sine vlla molestia ,perfruatur; & in eo se in æternum esse mansuram nec vllâ dubitatione cunctetur, nec vllo errore fallatur'. Unde quãvis Moyses & Paulus in hac vita Deum transeunter viderint, adeoq; essentialem seu radicalem beatitudinẽ attigerint, quia tamẽ alterum è duobus iam dictis assecuti non fuerunt, plenitudine beatitudinis caruerunt. Sed quia de ordinaria lege duo prædicta cohærent, nec posterius à priori seiungitur, quod Augustinus de vno expressit, de altero etiam intelligi voluit. Vnde cùm lib. 11. de Civit. cap 13. dicit, quòd Angelis bonis post malorum ruinam 'Certa scientia suæ sempiternæ fælicitatis acceserit', beatificâ scientiã sine vlla ambiguitate intelligit. Huc referri potest & illud eiusdẽ alibi: [q] 'Quid eâ beatitudine falsius atq; fallacius, vbi nos ,futuros miseros aut in TANTA VERITATIS LVCE nesciamus, aut in ,summa fælicitatis arce timeamus'? In luce itaque veritatis beati vident non solùm Deum, sed etiam perpetuitatem beatitudinis suę: quoniam ibi legunt sine syllabis temporum quid velit æterna voluntas eius quem vident. Ad Augustini testimonium ex Enchiridio, & Leonis ex Serm. 10. de Quadragesima obiectum, respondetur, Homines eatenus assumi ad replenda in cœlestibus loca dæmonum, quatenus assumuntur ad eos gradus beatitudinis qui dæmonibus destinati fuerant si perseverassent. Homines enim, vt communior fert Theologorum sententia, ad singulos Angelorum ordines subvehuntur, vt bravium Angelis inde cadentibus repositum adipiscantur: [r] 'Mali Angeli (ait quidam) cùm de singulis ordinibus caderent, fecerunt vnum ,ordinem, quia in malitia similes; licet impropriè in eis dicatur ordo: ,Et ille decimus ordo de hominibus restauratur. Sed cùm Gregorius ,dicat, assumendos esse homines in ordines Angelorum, quidam in ,ordinem superiorum, qui scilicet magis ardent charitate; quidam in

[p] *Aug. l 13 Cõfess. c 15. Vide eund lib 11. de Civit. cap 29.*

Scrupulus.

Excutitur.

Augustinus.

[q] *Aug. lib 12. de Civit. cap. 20.*

[r] *Hugo. Vict. in Summa Sentent. Tract. 2. cap 5. Vide Greg. Homil 34 in Evãgelia, & D Th. 1 p. q 63. ar. 9. ad 3.m & q 108 ar. 8. per totum.*

Digitized by Google

,ordinem inferiorum, qui ſcilicet minus perfecti ſunt: non videtur ,quòd decimus ordo de hominibus fiat, ſed novem tãtùm remaneant.' ,Ad quod poteſt dici, quòd ſecundùm convenientiam donorum quam ,habent cum Angelis, dicuntur aſſumendi in ordines Angelorum: ,ſed ſecundùm naturam quam habent differentem ab illis, alium ordinem dicuntur facturi'. Quamvis ergo homines ſint diſpares Angelis in natura, ſunt tamen pares in gratia: & qui pares fuerint in gratia Angelis cuiuſque reſpectivè ordinis, etiam parem accipient gloriam cum Angelis inde lapſis ſi perſeveraſſent: [f] 'Tales (ait Anſelmus) ,oportet eſſe homines in illa civitate ſuperna, qui pro Angelis in illã ,aſſumentur, quales illi futuri ibi erant, pro quibus ibidem erunt'. Non ait, Quales ibi erant: ſed, *Quales ibi futuri erant.* Nec obſtat quòd idem Anſelmus Dialogo de Caſu diaboli cap. 18. dicat, 'Malum An- ,gelum debere Deo gratias agere pro beatitudine, quam ſibi abſtulit'. Nam vel loquitur de beatitudine viæ, vel certè de beatitudine patriæ; quam ſibi eatenus abſtulit, quatenus obicem ei ſponte ſuâ poſuit: vel fortè vtramque reſpectivè intellexit, quia ibidem de eodem malo Angelo præmiſerat: 'Sibi abſtulit quod Deus dedit, & noluit accipere quod Deus obtulit'. Cuius ſententiæ pars prior congruenter intelligitur de beatitudine viæ, quam reipsâ habuit, & ſibi abſtulit: poſterior autem de beatitudine patriæ, quam habuit in ſpe, ſed oblatam repulit. Conformiter exponi poſſunt Gregorij teſtimonia ibidem obiecta: ſicut & Bernardi locus ex Sermone 7. in Pſalmum 90.[m] deſcriptus. In altero autem loco, ex Sermone 17. in Cantica obiecto, Bernardus nihil determinat: imò videtur innuere, ſententiam ibi relatam non fruſtrà cenſeri incredibilem. Certè enim probabilius, & ſanctorum dictis magis conſonum eſt, diabolum cecidiſſe per ſuperbiam, quam ſubſecuta ſit invidia: prout infrà dicetur. Bernardus autem loco obiecto alludit ad eorum opinionem, qui primum Luciferi peccatum cenſent fuiſſe invidiam. Contra quam Angelicus Doctor ait: [g] 'Peccatum primum Angeli non poteſt eſſe aliud quàm ſuperbia: ſed conſequenter potuit in eo eſſe etiam invidia'. Ad Auguſtinum poſtremo loco obiectum reſpondet Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 1. ad 3.[m] 'Angelus (inquiens) duplicem habet verbi cognitionem, vnã ,naturalẽ, & aliam gloriæ: Naturalẽ quidẽ, quâ cognoſcit verbum per ,eius ſimilitudinẽ in ſua natura relucentẽ; cognitionẽ verò gloriæ, quâ ,cognoſcit verbũ per ſuam eſſentiã. Et vtrâq; cognoſcit Angelus res in ,verbo, ſed naturali quidẽ cognitione imperfectè, cognitione verò glo- ,riç perfectè. Prima ergo cognitio rerũ in verbo adfuit Angelis à prin- ,cipio ſuæ creationis: ſecunda verò non, ſed quando facti ſunt beati per ,converſionem ad bonum. Et hæc propriè dicitur cognitio matutina'. Et q. 8. de Malo ar. 16. ad 8.[m]: 'Angelus (inquit) in principio ſuæ ,creationis non fuit beatus, nec per eſſentiam Deum vidit: Vnde nec ,cognitionem matutinam habuit, ſed primò habuit veſpertinam: ,quod veſpere tranſivit in mane, quia lux illa ſpiritualis quæ primo die

[f] *Anſelm. lib. 1. Cur Deus homo cap. 18.*

Præoccupatio.

Vide Aug. lib. de Bono perſever. cap. 6.

[g] *D. Th. 1. p. q. 63. ar. 2. in Corp.*

,die facta dicitur, ſcilicet ſubſtantia Angelica, ſtatim facta ſeipſam cog-
,novit; quod fuit cognitionis veſpertinæ: & hanc cognitionem retu-
,lit ad laudem verbi, in quo facta eſt ei cognitio matutina: Et propter
hoc dicitur Geneſis 1. *Factum eſt veſpere & mane* &c. Videri poteſt
idem 1. p. q. 58. ar. 6. & 7. nec non Auguſtinus lib. 11. de Civit. *Auguſtinus.*
cap. 7. & 29. & lib. 4. de Gen. ad litt. cap. 22. Illud tamen obſtare Scrupulus.
videtur, quòd idem Auguſtinus lib. 4. de Gen. ad litt. cap. 23. ma-
tutinam cognitionem videatur facere priorem veſpertinâ: cùm tamen
reſponſio ex D. Thoma iam data ſupponat oppoſitum; & ad hoc indi-
candum expendat, non eſſe dictum, Factum eſt mane & veſpere: ſed,
Factum eſt veſpere & mane. Auguſtini verba ibi ſunt: 'Proculdubio vni-
,verſam creaturam, in qua ipſi ſunt principaliter conditi, in ipſo verbo
,Dei PRIVS (Angeli) noverunt: in quo ſunt omnium, etiam quę tem-
,poraliter facta ſunt, æternæ rationes, tanquam in eo per quod facta
,ſunt omnia: ac DEINDE in ipſa creatura, quam ſic noverunt tan-
,quam infrà deſpicientes, eamque referentes ad illius laudem, in cu-
,ius incommutabili veritate rationes ſecundùm quas facta eſt, princi-
paliter vident'. Ad hoc reſponderi poteſt multipliciter: primò dicen- Excutitur.
do voces illas, *prius*, &, *deinde*, non importare ordinem ſucceſſionis,
ſed dignitatis ſeu principalitatis. Secundò ſermonem ibi eſſe de An-
gelis iam beatificatis & lumine gloriæ illuminatis: prout indicat D.
Thomas vbi ait: [u] 'Matutina & veſpertina cognitio ad diem perti- [u] D. Th. 1. p. q.
,net, id eſt, ad Angelos illuminatos, qui ſunt diſtincti à tenebris, id eſt, 58 ar. 6. ad
à malis Angelis'. Quia enim cognitio beatifica primò & per ſe tendit 2.
in Deum, nec niſi per redundantiam quandam terminatur ad creatu-
ras in propria ſpecie: ideò vbi de Angelis vt eâ iam præditis & per eam
cognoſcentibus agitur, rectè dicuntur priùs cognoſcere res cognitio-
ne matutinâ quàm veſpertinâ. Illud interim hìc obiter obſervandum,
triplicem à quibuſdam ſtatui cognitionem Angelorum, Matutinam,
veſpertinam, & meridianam ſeu diurnam. Vnde Author Compendij *Compend. Theol.*
Theologici lib. 2. cap. 15. 'Angeli (inquit) cognitionem habent ma- *Vide Albert. in*
,tutinam, hoc eſt, cognitionem rerum in verbo: item veſpertinam, *Summa p. 2.*
,id eſt, cognitionem rerum in ſe: item meridianam, id eſt, apertam *Tract. 4. q. 14.*
Dei viſionem'. Innuit hanc diſtinctionem Auguſtinus lib. 4. de Gen. *Memb. 3. ar. 2.*
ad litt. cap. 29. & 30. Nam in fine capitis 29. ait de Angelis ſanctis: *p. 2. & Ægid. in*
'Simul habent & diem, & veſperam, & mane'. Rurſus cap. 30. lo- *2. Diſt. 13. q. 1.*
quens de ſuperna ſanctorum civitate, 'Ibi (inquit) ſemper eſt dies in *ar. 3.*
,contemplatione incommutabilis veritatis, ſemper veſpera in cogni- *Auguſtinus.*
,tione in ſe ipſa creaturæ, ſemper mane etiam ex hac cognitione in
laude creatoris'. Cui propoſito ibidem paulò infrà accommodat illud
Pſal. 54. 18 Pſalmographi, *Veſpere & mane & meridie enarrabo & annunciabo* &c.
Qui rurſus lib. de Natura & Gratia cap. 31. meminit cognitionis me-
ridianæ, quâ dicit abſorbendam extremam ſuperbiæ vmbram. Ex
quo patet, quàm falsò dicat Vaſquez in 1. p. Diſp. 51. cap. 1. n. 2. *Vaſquez.*
prædictam diſtinctionem triplicis cognitionis nullum in Auguſtino
habere fundamentum.

Ad

Ad Obiectionem tertiam.

Ad Obiectionem tertiam §. 2. propositam respondetur, peregrinationem Angelorum non exprimi quidem distinctim à Theologis inter quatuor coæva seu coæquæva, sed nihilominus comprehendi sub nomine ipsorum Angelorum: sicut etiam sub eorundem nomine intelligunt etiam species intelligibiles eisdem concreatas, & gratiam seu actualem seu habitualem simul cum natura impertitam, & amorem castum cum quo conditi sunt. Similiter etiam sub nomine cœli empyrei comprehendi intendunt innatum ei & congenitum splendorem & lucem: & sub nomine terræ & aquæ virtutem inditam producendi terrestria & aquatilia animalia &c. [w] 'Sicut secundùm opinionem Augustini (ait Angelicus Doctor) ponitur, quòd statim in prima creatione corporalis creaturæ, inditæ sunt ei seminales rationes omnium naturalium effectuum: ita statim à principio sunt Angeli creati in gratia'. Præmiserat ibidem, Hanc sententiam esse probabiliorem, & dictis sanctorum conformiorem. Et adhuc superiùs in Argumento, *Sed contrà*, citaverat pro ea Augustinum lib. 12. de Civit. cap. 9. dicentem, Angelos cùm amore casto, quo adhærent Deo, fuisse creatos. Ex quo loco superiùs ostendimus, Angelorum peregrinationem creationi eorundem fuisse coæquævam. Superest explicandum cur inter prima coæva numeretur potiùs *Tempus*, quàm Angelorum peregrinatio, vel reliqua iam commemorata. Ratio porrò assignari potest inprimis, quod Scriptura sacra primam rerum creationem memorans expresserit tempus, vbi ait: *In principio creavit Deus cælum & terram.* Etenim illud, *In principio*, idem valet quod, *Ab initio temporis*, prout indicat Lateranensis Synodus, superiùs hìc cap. 1. §. 1. relata. Vnde Angelicus Doctor exponens Synodi Sanctionem, singulasque eius clausulas minutim elucidans, cùm ad præsentem perveniisset clausulam: [x] 'Error (inquit) fuit Aristotelis, ponentis quidem omnia à Deo producta esse, sed ab æterno; & NVLLVM FVISSE PRINCIPIVM TEMPORIS: cùm tamen scriptum sit Genesis 1. *In principio creavit Deus cælum & terram.* Et ad hoc excludendum additur, *Ab initio temporis*'. Ideò ergo Theologi inter prima coæva exprimunt *Tempus*, quia divina Scriptura primam creationem perstringens meminit eius. Deinde ratio altera eiusdem expressionis esse potuit, quòd circa ipsum *Tempus* gravissimæ inter eruditos motæ fuerint altercationes, quæ vix sedari potuissent nisi certum *Temporis* initium designatum fuisset. Meminit Apostolus *temporum æternorum*, cùm humanæ redemptionis sacramentum vocat *Mysterium temporibus æternis tacitum:* [y] 'Quæritur (ait in eum locum Hugo Victorinus) quomodo vocet tempora æterna, dicens, *Temporibus æternis*? Solutio: Tempora æterna vocat omne id quod præcessit creationem mundi à creatione Angelorum, vt volunt quidam: in quibus temporibus erat successio, non tamen decessio: ideò miro modo erat quædam immutabilitas, & sic quædam æternitas; & quædam mutabilitas, & sic quædam temporalitas. Omnes tamen ferè dicunt, Angelos non creatos ante mundi creationem. Ideò for-

4.

[w] D. Th. 1. p. q. 62. ar. 3. in Corp.

[x] D. Th. Opusc. 23. super prima Decretalium.

Gen. 1. 1.

[y] Hugo Vict. q. 331 super Epist. ad Romanos.

Rom. 16. 25.

Digitized by Google

'forsitan *tempora aterna* vocat, ac si diceret, quòd mysterium fuit tacitum & absconditum ab origine mundi'. Simili penè modo Sedulius in Collectaneis interpretatur *Tempora sæcularia*, quorum meminit idem Apostolus in Epistolis ad Timotheum & Titum: [a] 'Tempora sæcularia (inquit) hoc est, quæ multis sæculis cyclisve ab initio mundi revoluuntur. Sunt etenim tempora quę non sunt sæcularia, vt vnius horæ vel diei tempus; quæ non sæculis, sed momentis constant'. In idem ferè recidit quod in eundem Apostoli locum scribit Pseudo-Anselmus: 'Ex quo (inquiens) iuxta historiam Geneseos factus est mundus, & per vices noctium & dierum, mensium pariter & annorum, tempora constituta sunt; in hoc curriculo & rota labuntur *sæcularia tempora*, quæ cum sæculis cœperunt'. Hæc illi, sequentes vulgatam editionem latinam, quæ habet *Tempora sæcularia*: sed antiquiores ex Græco passim legunt *Tempora aterna*: quæ lectio non minoribus est difficultatibus obnoxia: [b] 'Quæ sæcula præterierunt (ait Augustinus) antequam genus institueretur humanum, me fatcor ignorare. Non tamen dubito, nihil omninò creaturæ Creatori esse coæternum: Dicit enim Apostolus *Tempora aterna*; nec ea futura, sed, quod magis est mirandum, præterita: Sic enim ait, *In spem vitæ æternæ, quam promisit non mendax Deus ante tempora aterna: manifestavit autem temporibus suis per verbum suum.* Ecce dixit, retrò quòd fuerint tempora æterna, quæ tamen non fuerunt Deo coæterna: siquidem ille *ante tempora aterna* non solùm erat, verùmetiam *promisit vitam æternam*'. Qui rursus lib. contra Priscillianistas cap. 6. eundem Apostoli locum obiter explicans, Tempora æterna censet nominari ea, 'Quæ ante se non habent vllum tempus'. Et lib. 83. quæst. q. 72. 'Quæri potest (inquit) quomodo ab Apostolo Paulo dictum sit, *Ante tempora aterna*. Si enim tempora, quomodo æterna? Nisi fortè *Ante omnia tempora* intelligi voluit: quia si dixisset, *Ante tempora*, neque addidisset, *aterna*; posset accipi, Ante quædam tempora, quæ ante se haberent alia tempora. *Aterna* autem maluit dicere, quàm *Omnia*; fortassis ideò, quia tempus non cœpit ex tempore. An tempora æterna *ævum* significavit; inter quod & *tempus* hoc distat, quòd illud stabile est, tempus autem mutabile'? Sed hinc nova emergit difficultas: Si enim tempus non cœpit ex tempore, consequens apparet, tempus esse Deo coæternum. Sed negatur hæc sequela. Non enim idcircò dicitur tempus non cœpisse ex tempore, quòd ab æterno extiterit; cùm manifestè implicet, ens successivum fuisse ab æterno; sed quòd tempus non præsupponat aliud tempus vel temporis partem tanquam mensuram suæ incœptionis: [b] 'Quod enim in tempore fit (ait idem alibi) & post aliquod fit, & ante aliquod tempus: post id quod præteritum est, ante id quod futurum est'. Hoc ergo sensu tempus non cœpit ex tempore, quia nimirum non post aliquod tempus tunc præteritum cœpit. Ipsum alioqui cœpisse, pro certo habet idem Augustinus, vbi ait: [c] 'Illud certè accipiendum est, in fide, etiamsi modum nostrę cogitationis excedit, omnem creaturam habe-

1. Tim. 1. 9

Tit. 1. 2

[a] *Sedulius in caput 1.m ad Titum vers. 2.*

Pseudo-Anselm.

[b] *Aug. l. 12. de Civit. c. 16.*

Tit. 1. 2.

Scrupulus.

Excutitur.

[b] *Aug. lib 11. de Civit. cap. 6.*

[c] *Aug. lib. de Genes. imperf. c. 3.*

,habere initium, TEMPVSQVE ipſum creaturam eſſe; ac per hoc, ipſum habere initium, nec coæternum eſſe creatori'. Hinc rurſus emergit alia difficultas, An nimirum Deus fuerit ab æterno Creator, vel Rex, vel Dominus. Videtur enim quòd non; quia nulla fuit ab æterno creatura, cuius diceretur creator; nullus ſubditus, quem regeret; nullus ſervus, cui dominaretur. In contrarium tamen ſunt divina teſtimonia: vt eſt illud, *Deus ſempiternus* DOMINVS: & illud item Pſalmographi, *Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum; & dominatio tua in omni generatione & generationem*: & illud Eccleſiæ in Hymno Laudum Dominicalium, *Æterne rerum conditor*: & in Hymno matutinali tempore Paſchali, *Rex ſempiterne* DOMINE: & in Hymno matutinali Aſcenſionis, *Æterne Rex altiſſime*. Ventilant hanc quæſtionem Scholaſtici poſt Magiſtrum lib. 1. Sentent. Diſt. 30. Ventilaverat eandem ante ipſos Auguſtinus lib. 12. de Civit. cap. 15. 'Ego quidem (inquiens) ſicut Do,minum Deum, aliquando Dominum non fuiſſe, dicere non audeo: ,ita hominem nunquam antea fuiſſe, & ex quodam tempore primum ,hominem creatum eſſe, dubitare non debeo. Sed cùm cogito, cuius ,rei Dominus ſemper fuerit, ſi ſemper creatura non fuit, affirmare aliquid pertimeſco'. Perſiſtit porrò in hac pertimeſcentia toto illo capite, ſatis alioqui prolixo. Vnde poſt longam diſceptationem, ſubdit paulò ante finem: 'Redeo ad id, quod Creator noſter ſcire nos voluit: ,illa verò quæ vel ſapientioribus in hac vita ſcire permiſit, vel omninò ,perfectis in alia vita ſcienda ſervavit, vltra vires meas eſſe profiteor. ,Sed ideò putavi ſine affirmatione tractanda, vt qui hæc legunt, vi,deant, à quibus quæſtionum periculis debeant temperare, nec ad omnia ſe idoneos arbitrentur'. Rurſus eandem quæſtionem diſcutit lib. 5. de Trinit. cap. 16. eamque ſententiam cenſet præferendam, quæ Deum ante creaturæ exortum negat fuiſſe Dominum: Cui paſſim Theologi poſteriores ſubſcribunt, ſignanter Magiſter cum ſuis ſequacibus loco proximè citato, poſt Hugonem Victorinum in Summa Sentent. Tract. 1. cap. 10. dicentem: 'Sicut nomina ſubſtantiæ di,cuntur de ſingulis perſonis, ſimiliter illa nomina quę reſpectu creatu,ræ competunt Deo TEMPORALITER: velut hæc nomina, *Dominus*, ,*creator*, *miſerator*. Ut enim Auguſtinus ait in libro de Trinitate, *Non ,antè fuit Dominus, quàm eius eſſet ſervus*. Itaque temporaliter cœpit eſſe ,Dominus, quoniam creatura in tempore facta cœpit ei ſubſervire: Si,militer cœpit eſſe creator in tempore, ex quo fecit creaturam: Non enim creavit eam ab æterno, nec Creatori eſt coæterna'. Et pauculis interpoſitis: 'Quod aliqua (ſubdit) dicantur de Deo temporaliter, & ,ſine eius mutatione, Auguſtinus oſtendit per ſimilitudinem rei quæ ,incipit eſſe pretium ſine ſui mutatione, in libro 5. de Trinitate: *Num,mus cùm dicitur pretium, relativè dicitur; nec tamen mutatus eſt cùm cœpit ,eſſe pretium, neque cùm dicitur pignus, & ſiqua ſunt ſimilia. Si ergo nummus ,nullâ ſui mutatione poteſt relativè dici, quantò magis de immutabili ſubſtantia ,Dei accipiendum eſt, vt quamvis temporaliter incipiat dici, non tamen ſubſtantia*

Scrupulus.

Magiſter.
Auguſtinus.

Excutitur.

Hugo Victor.

Vide Aug. l. 5. de Trinit. c. 16.

Iſa. 40. 28.
Pſal. 144. 13.

tia

,ria *Dei aliquid accidisse dicatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur*? Quòd ,ergo incipit temporaliter dici quod antè non dicebatur, manifestum ,est relativè dici; non secundùm accidens quod ei acciderit, sed secun-,dùm accidens eius ad quod dicitur. Patet itaque quod Deus ex tem-,pore est *Dominus*, & *Creator*: & tamen verum est, Dominus omnium ,est ab æterno, & Creator ab æterno; non ab æterno Dominus, nec ,ab æterno est Creator. Nec mirum videri debet, quòd aliquid dici-,tur ei ex tempore competere: Nam assumpsisse carnem, ex tempore ,convenit ei; & hoc nomen, *Christus*, ex tempore convenit Filio Dei: Christus tamen ab æterno est'. Ex his patet quo sensu admittendæ sint locutiones in contrarium allegatæ. Intelligendæ enim sunt iuxta appellationem materialem, non secundùm formalem relationem *Domini, Regis, creatoris* &c. Aut certè exponi possunt secundùm potentiam, non secundùm actum: Potest enim Deus dici ab æterno *Dominus*, aut *Rex*, aut *Creator*; quia ab æterno potens fuit creare sibi, cùm vellet, servos quibus dominaretur, subditos quos regeret &c. Addi præterea potest, Deum ab æterno decrevisse creare sibi servos & subditos: & propter huius decreti irrefragabilitatem censeri quodammodò iam fecisse quidquid in tempore facturus fuerat, iuxta illud Prophetæ, *Fecit quæ futura sunt*. Ex quibus omnibus liquidò apparet, quàm plena difficultatibus sit doctrina de initio Temporis; & quàm iustis de causis Theologi inter prima coæva Tempus specialiter numeraverint: ne fortè ob rationes in contrarium formabiles putaretur tempus Creatori esse coæternum.

Isa 45. 11. iuxta 70.

5. Ad quartam Obiectionem §. 2. propositam Respondetur negando minorem, & rursus minorem Probationis subiunctæ. Ad Magistri Sententiarum & Hugonis Victorini testimonia in favorem minoris adducta respondet Richardus in 2.^m Dist. 25. ar. 3. q. 2. ad 4.^m ea esse intelligenda 'De libero arbitrio non tantùm inquantum est liberum, sed etiam inquantum deliberativum'. Verùm hæc responsio non videtur sufficiens: Nam Magister & Hugo ex eo quòd liberum arbitrium non sit ad præsens aut præteritum, sed duntaxat ad futura contingentia, intendunt probare quòd Angeli & homines nequierint primo instanti mereri vel demereri. Vnde perspicuum apparet, eos loqui de libero arbitrio quatenus est necessarium ad meritoriè vel demeritoriè operandum. Aut ergo fatendum est, eos ad meritum & demeritum requirere deliberationem tempore præcedentem; aut certè non loqui de libero arbitrio duntaxat vt deliberativum est, sed etiam vt est liberum. Prius dici non potest; siquidem vterque admittit, Christum ipso primo instanti conceptionis suæ meruisse: [d] 'Ab ipsa ,conceptione (ait Magister) ex quo homo factus est, per charitatem ,& iustitiam & alias virtutes, in quarum plenitudine fuit secundùm ,hominẽ conditus, sibi tantum meruit, quantũ pòst per martyrij tolerantiam'. Et mox infrà ibidem: 'Non ergo plus meruit sibi per cru-,cis patibulum, quàm à conceptione meruit per gratiam virtutum'.

Ad Obiectionem quartam.

Richardus.

[d] *Magister lib. 2. Sentent. Dist. 8. §. 2.*

Et iterum infrà : 'Meruit ergo à conceptione non modò gloriam im-
,passibilitatis & immortalitatis corporis, sed etiam impassibilitatem
,animæ. Per quid ? Per obedientiam & voluntatem perfectam; quam
,non tunc primò habuit, nec maiorem cùm pati cœpit & mori. Obe-
,diens enim, perfectus, & bonus extitit secundùm hominem, ex quo
fuit homo'. Quibus consonè scribit Hugo in Summa Sentent. Tract.
1. cap. 16. Vnde licebit sic ratiocinari : Ante instans conceptionis
nulla præcedit deliberatio ordine durationis in eo qui concipitur : At-
qui is qui concipitur potest ipso instanti conceptionis elicere actum li-
berum & meritorium, prout de facto Christus elicuit : Ergo ad eli-
ciendum actum liberum & meritorium non prærequiritur deliberatio
ordine durationis anterior. Dici proinde potest, quòd Magister &
Hugo, & si qui alij cum eis dixerunt, liberum arbitrium ad sola fu-
tura referri ; non tam decidendo quàm disputando locuti sint : vel
certè non tam durationis, quàm naturæ prioritatem intellexerint. Si
cui porrò nulla harum responsionum satisfaciat, dicat cum Gregorio
[d] *Greg. Arimin. in 2.m dist. 4. & 5. ar. 3. ad 1.m* Ariminensi : [d] 'Nec magister nec Hugo in hac parte tenendus est ; cùm
Sancti dicant oppositum'. Nec obstat quòd D. Thomas in Obiectione
subiunctus dicat, 'Hugonis dicta esse magistralia, & robur authoritatis
habere'. Non enim per hoc significare intendit, Omnia Hugonis dicta
esse irrefragabilis authoritatis : sed quòd non sint spernenda ; nec, nisi
maiore authoritate premente, reijcienda. In præsenti autem puncto
maior est in contrarium authoritas, vt sub finem capitis præcedentis
& initium præsentis ostendimus. Accedit quòd, vt iam insinuavimus,
Hugo magis disputando ac disquirendo quàm decidendo locutus sit:
prout apparet ex eis quæ post verba obiecta continuò subdit, dicens:
[f] *Hugo Vict. lib. 1. de Sacram. p. 1. Tract. 5. c. 22.* [f] 'Sic quidem studiosiùs INQVIRENTIBVS ratio occurrit de primo sta-
,tu Angelorum, de primordio existentiæ illorum ; quales facti sunt
,primùm, & de natura, & de sapientia, & de arbitrij libertate propo-
sita'. Vnde quamvis locis in Obiectione citatis videatur ad arbitrij
libertatem requirere indifferentiam ad vtramlibet partem contingen-
tis, alibi tamen indicat, libertatem consistere cum determinatione ad
vnam partem. Nam cum alicubi sibi obiecisset : *Christus habuit liberum arbitrium : Ergo in vtramque partem poterat flecti* : continuò respondit:
[g] *Hugo. Vict. in Summa Sentent. Tract. 1. c. 18.* [g] 'Sed hoc non valet; cùm etiam Angeli habeant liberum arbitrium,
,& tamen ita sunt confirmati per gratiam, quòd peccare non possunt.
,Sed multo magis credimus, illum hominem Deo vnitum, per gratiã
,confirmatum esse ab ipsa conceptione'. Et rursus Tractatu proximè
,sequenti cap. 4. 'Sciendum est (inquit) quòd boni Angeli ita sunt
,confirmati per gratiam, quòd peccare non possunt; mali autem ita ob-
,stinati per malitiam, quòd bonum facere non possunt. Ad hoc oppo-
,nitur, quò *liberum arbitrium habent: Ergo in vtramque partem possunt flecti.*
,Sed inde nõ dicitur liberũ arbitriũ, vt suo loco ostendemus; sed *liberũ*,
,id est, *voluntariũ*. Et boni non necessitate cogente, sed liberâ voluntate
à malo abstinent : similiter & mali à bono'. Et inferiùs Tract. 3. c. 9.

Liberum

'Liberum arbitrium (inquit) ex eo dicitur, quia eſt voluntarium. ,Quòd enim boni Angeli non poſſunt mali eſſe, non facit neceſſitas, ,ſed confirmata per gratiam voluntas: quòd mali non poſſunt boni eſſe, non facit vlla coactio, ſed voluntas obſtinata in malo'. Et ſuperiùs capite proximè præcedente ibidem: 'Sic poteſt (inquit) definiri ,liberũ arbitriũ: Eſt habilitas rationalis voluntatis, quâ bonum eligi-,tur gratiâ cooperante, vel malum eâ deſerente. Et conſiſtit in duo-,bus: in voluntate, & ratione. Liberum namque dicitur, quantum ad voluntatem; arbitrium, quantum ad rationem'. An fortè putandum eſt, hæc ab Hugone dici de libertate latiùs ſumpta, quam nonnulli vocant eſſentialem; non autem de libertate requiſita ad merendum aut demerendum? Ita quidem aliqui volunt, ſed planè contra mentem Hugonis, qui mox infrà ibidem ſubtexit: 'Cùm habeamus cum pe-,coribus communem ſenſum & appetitum, liberum arbitrium nos ab ,eis diſcernit, penes quod OMNE MERITVM conſiſtit. Cùm enim nul-,lâ vi, nullâ neceſſitate COGITVR, non immeritò beatitudinem ſeu miſeriam PROMERETVR'. Qui rurſus alibi: [h] 'Liberum arbitrium ,(inquit) eſt habilitas rationalis voluntatis, quâ poteſt vel adiuvante ,gratiâ ad bonum quod non habet, vel minus habet, PROFICERE; vel ,ſinente gratiâ à bono quod vel habet, vel habere debet, per ſemetipſum DEFICERE'. Vbi audis profectum & defectum, agnoſce meritum & demeritum. Atque vt noveris qualem arbitrij libertatem Hugo ad merendum demerendumque requirat, attende quod ibidem continuò ſubiungit: 'Item (inquiens) liberum arbitrium eſt in ratio-,nali voluntate ſpontaneus appetitus boni: qui nec coacto dari, nec invito auferri poteſt'. Priùs deſcripſerat liberum arbitrium pro potentia vſurpatum, hìc pro talis potentiæ actu ſeu exercitio ſumptum. Hugoni ſubſcribit, imò eum penè deſcribit Magiſter Sentent. lib. 2. Diſt. 24. & 25. quem veteres Scholaſtici communiter ſecuti ſunt. Quę cùm ita ſint, proculdubio Magiſter & Hugo vel non aſſertivè ſed diſquiſitivè quæ obiecta ſunt ſcripſerunt, vel certè in primo conceptu non perſtiterunt. Vnde non immeritò Facultas Lovanienſis improbavit hanc aſſertionem Ieſuitarum Lovanienſium, obſoletam iam doctrinam reſuſcitare molientium: *De ratione actus liberi eſt, vt procedat à voluntate, tempore & naturâ priùs indeterminatâ ad ipſum*: [i] 'Neque verum ,id eſſe principium (ait Facultas) ex eo poteſt intelligi, quòd in Deo ,certè proprijſſima ſit ratio liberi actus: qui tamen priuſquam cœlum ,& terram vellet condere, fingi non poteſt ad eum actum fuiſſe inde-,terminatus & indifferens. Chriſtum quoque ex primo conceptionis ,ſuæ puncto meruiſſe, liberèque pro humano genere mori voluiſſe, ,rectiſſimè in Eccleſia defenditur. Cur ergo neceſſe eſt, vt liberum ,actum tempore & naturâ precedat indeterminatio & indifferentia voluntatis'?

Scrupulus.

Excutitur.

[h] *Hugo Victor. lib. 1. Miſcell. cap. 175.*

Ieſuitæ Lovanienſes.

Facultas Lovanien. in Iuſtif. Cenſura cap. 12. n. 130. Vide Durandum in 2. diſt. 18. q. 2. n. 7.

6. Ad quintam Obiectionem §. 3. propoſitam reſpondetur negando minorem, & rurſus minorem probationis eius. Tametſi enim Angeli

Ad Obiectionem quintam.

nequierint primo creationis instanti demereri, potuerunt nihilominus mereri, & de facto meruerunt: Neq; enim par est ratio demeriti & meriti; vt manifestè patet in Christo Dño, qui ab initio conceptionis vsq; ad suppliciũ passionis seu corporis exanimationẽ cõtinuò meruit, nec demereri potuit. Sicut ergo in Christo pro toto tẽpore vitæ mortalis fuit possibilitas merendi cum impossibilitate demerẽdi, ita in Angelis fuit possibilitas merẽdi pro primo creationis instãti sine possibilitate demerẽdi pro eodem instanti. Objcit sibi alicubi Angelicus Doctor: *Sicut aliquis peccat per liberum arbitrium; ita & meretur: Sed aliqua creatura meruit in primo instanti suæ creationis, scilicet anima Christi: Ergo & diabolus potuit peccare in primo instanti suæ creationis.* Respondet verò ibidẽ inferiùs his verbis: [k] 'Ad 20.[m] dicendum, quòd alia ratio est de ,merito, & de peccato: Nam meritũ procedit ex hoc quòd mens ratio,nalis creaturę movetur à Deo, qui à principio potest movere ad hoc ad ,quod voluerit: Sed ad peccandũ movetur mens rationalis creaturæ à ,seipsa, quę non potest se movere nisi secundùm exigentiã naturalis ordinis'. Hanc porrò exigentiã naturalis ordinis insinuat ipse q. 29. de Verit. ar. 8. ad 2.[m] dicens: 'Volũtas rationalis naturę NATVRALITER ,ORDINATVR in bonum, non autem in malum. Et ideò in primo ,instanti suæ creationis, nisi aliquid impediat, potest ferri in bonum, ,non autem in malum; in quod non fertur nisi per errorem, qui inci,dit in conferendo vel inquirendo. Vnde præexigitur tempus collationis ad malum, non autem ad bonum'. His addi potest & illud eiusdem 1. p. q. 63. ar. 5. ad 3.[m]: 'Quicquid est in merito, est à Deo: Et ,ideo in primo instanti suæ creationis Angelus mereri potuit. Sed non est similis ratio de peccato, vt dictum est'. In corpore scilicet eiusdem Articuli, vbi hoc solemne axioma pręmiserat: 'Quamvis res ,aliqua in primo instanti quo esse incipit, simul incipere possit operari: ,tamen illa operatio quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse'. Cui consonum est illud eiusdem q. 16. de Malo ar. 4. ad 5.[m] 'Voluntas rationalis creaturæ determinata est ad vnum, in ,quod naturaliter movetur; sicut omnis homo naturaliter vult esse, & ,vivere, & beatitudinem. Et ista sunt ad quæ primò movetur natu,raliter creatura vel intelligenda vel volenda: quia semper actio natu,ralis præsupponitur alijs actionibus. Et ideò si Angelus in primo in,stanti suæ creationis peccasset, videretur hoc competere suæ naturæ; & ita aliqualiter referretur ad authorem naturæ'. Huic doctrinæ obstare videntur duo: primò authoritas Augustini, secundò experientia quodammodo quotidiana. Etenim Augustinus cùm quorundam commemorasset sententiam, qui dicebant, Diabolum ab initio per proprium voluntatis actum peccasse, hoc est, ipso primo instanti iustitiam recusasse, subiecit: [l] 'Huic sententiæ quisquis acquiescit, non cum ,illis hæreticis sapit, id est, Manichæis, & siquę aliæ pestes ita sentiunt, ,quod suam quandam propriam, tanquam ex adverso quodam principio, diabolus habeat naturam mali'. Et lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 19. 'Non sine causa (inquit) putavi posse dici, Diabolum ab ipso ,creaturæ, hoc est, ab ipso vel temporis vel suæ conditionis initio ceci-

[k] D. Th. q. 16. de Malear. 4. ad 20.[m]

Scrupuli duo.

[l] Aug. l. 11. de Civit. cap. 13.

Digitized by Google

dissè, nec aliquando in veritate stetisse'. Et inferiùs ibidem cap. 23. 'Quod ergo (inquit) putatur diabolus nunquam in veritate stetisse, ,nunquam cum Angelis beatam duxisse vitam, sed ab ipsô suæ condi-,tionis initio cecidisse; non sic accipiendum est, vt non propriâ voluntate depravatus, sed malus à bono Deo creatus putetur'. Hęc de primo scrupulo in authoritate fundato. Secundus scrupulus experientiâ subnixus sic formari pôtest: Omnes homines primo instanti vsus rationis obligantur convertere se ad Deum, vt ex D. Thoma §. 1. memoravimus. Constat autem, satis paucos esse, vel fortè nullos, qui huic obligationi satisfaciant, præsertim apud infideles & à gratia alienos. Vnde consequenter apparet, plurimos esse homines qui primo instanti vsus rationis peccent. Nemo tamen sanæ mentis audebit huiusmodi peccatum Deo adscribere. Cur ergo Deo adscribendum fuisset peccatum Angelorum primo instanti vsus rationis prævaricantium? Et augetur difficultas, quia si quispiam à Deo vsum rationis miraculosè acciperet primo instanti infusionis animæ in corpus, posset is primo instanti conceptionis seu animationis suæ peccare. Similiter Lazarus vel alius quispiam miraculosè resuscitatus, potuisset primo instanti resuscitationis suæ peccare: nec tale peccatum Deo imputandũ fuisset. Ergo etiamsi diabolus primo instanti peccasset, nequaquam eius peccatum Deo imputari potuisset. Ad primum scrupulum authoritate Augustini subnixum respondetur, Augustinum non excusare dictam sententiam ab omni falsitate aut pravitate, sed solùm à Manichęorum & similium hæreticorum fatuitate, qui dæmones non liberâ voluntate, sed naturali necessitate malos esse finxerunt. Vnde cùm circa tempora D. Thomę quidam prædicta Augustini testimonia tanquam assertivè ab eo dicta vellent intelligere, atque ita diabolum ab instanti creationis suæ peccasse liberâ voluntate contenderent, eorum assertio omnium Magistrorum Facultatis Parisiensis calculo reprobata est: : vt testatur idem D. Thomas 1. p. q. 63. ar. 5. in Corpore, & q. 16. de Malo ar. 4. in Corpore. Ad secundum scrupulum respondetur, disparem esse rationem de natura integra, & de corrupta. Integra enim natura secundùm totam integritatem suam Deum habet authorem, tam sui esse, quàm suæ operationis coævæ: Corrupta verò natura secundùm corruptionem suam spectata Deum non habet authorem, quamvis eum habeat authorem ipsius naturæ vt natura est. Vnde si operetur etiam primo instanti vsus rationis non secundùm inclinationem naturæ vt sic, sed secundùm inclinationem naturæ vt iam corruptæ ac vitiatæ, operatio eiusmodi non adscribetur authori, sed corruptori naturæ, vel ipsi naturæ vt iam corruptæ. Vnde Angelicus Doctor cùm alicubi dixisset: [m] 'Li-,berum arbitrium creaturæ in primo instanti creationis potest moveri ad bonum merendo, non autem ad malum peccando': continuò subiunxit: 'Si tamen natura sit integra'. Quo additamento non obscutè innuit disparem esse rationem de natura corrupta. Habet quippe hęc ex corruptione sua ascititiam quandam inclinationem ad malum, quam sequi potest illecta voluntas etiam primo instanti vsus rationis.

Executitur primus.

Executitur secundus.

[m] D. Th. 3 p. q. 34. ar. 3. ad 1.[m]

Digitized by Google

Neque verò ex prædicta D. Thomæ ſententia conſequens eſt, coævam naturæ integræ operationem nullius eſſe laudis aut meriti. Etenim qui id inde conſequi contendunt, omnes argutiarum ſuarum vires in Chriſto viatore amittunt: qui vtique toto peregrinationis ſuæ tempore non ſolùm laudabiliter, ſed meritoriè etiam eſt operatus, non obſtante perpetuâ impoſſibilitate peccandi. Ex quo manifeſtum eſt, impeccabilitatem Angelorum pro primo inſtanti non derogare eorum meritis pro eodem inſtanti. Si enim perpetua impeccabilitas non minuit meritum operum, certè nec illud minuet impeccabilitas momentanea. Laudat quidem Eccleſiaſticus eum, *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus*: At non inde laudat quòd potuerit tranſgredi, ſed inde duntaxat quòd non ſit tranſgreſſus, hoc eſt, quòd liberè adhæſerit rectitudini propter ſeipſam. Sed hoc ipſo, inquies, quòd dicitur *liberè adhæſiſſe*, innuitur peccandi poſſibilitas adfuiſſe. Nullo modo: Nam certum eſt, Deum & omnes ſanctos perfectam habere arbitrij libertatem, qui tamen non habent peccandi poſſibilitatem. Sed hìc, inquies, agimus de libertate viatorum, quæ neceſſariò includit poſſibilitatem tranſgrediendi. Nego eam includere, imò etiam coexigere poſſibilitatẽ traſgrediendi. Tu verò qui id aſſeris, redi mecum ad Chriſtum viatorem: & audi Auguſtinum de eo dicentem: [n] 'Nunquid me-,tuendum fuit, ne accedente ætate homo ille libero peccaret arbitrio? ,An ideo in illo non libera voluntas erat; ac non TANTO MAGIS erat, QVANTO MAGIS PECCATO SERVIRE NON POTERAT'? Non defuere aliqui olim, qui præmemorato Eccleſiaſtici teſtimonio impeccabilitatem Chriſti impugnare præſumerent: [o] 'Solet quæri (ait quidam) vtrum Chriſtus peccare potuerit. Quod QVIDAM VOLVNT ,PROBARE AVTHORITATE ILLA, *potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; malum facere, & non fecit.* Sed hoc non putamus dictum de Chriſto, ſed de ſanctis hominibus. Item opponunt: Chriſtus habuit liberum arbitrium: Ergo in vtramque partem poterat flecti. Sed hoc ,non valet; cùm etiam Angeli habeant liberum arbitrium, & tamen ita ſint confirmati per gratiã, quod peccare nõ poſſint'. De arbitrio Chriſti teſtatur apertè Angelicus Doctor, [p] 'Quòd etiamſi eſſet determinatũ ,ad vnum numero, ſicut ad diligendum Deum, quod non facere non ,poteſt; tamen ex hoc non amittit libertatem, aut RATIONEM LAVDIS ,SIVE MERITI: quia in illud non coactè, ſed ſponte tendit; & ita eſt actus ſui Dominus'. Non ergo ratio laudis aut meriti amittitur ex hoc quòd operans nequeat tranſgredi: quicquid in contrarium oganniat Leſſius de Prædeſt. & Reprob. ſect. 2. n. 17. quem non immeritò ob id redarguit Gibeufius lib. 1. de Libert. Dei & Creat. cap. 31. vbi poſtquam fusè monſtraſſet, peccandi potentiam non eſſe libertatem aut libertatis partem, tandem n. 5. hæc ſubdidit de Vaſquezio & Leſſio: 'Hanc doctrinam, quamvis clariſſimam certiſſimamque, & ,quam nemo in dubium hactenus revocare auſus fuerat, idcò paulò ,fuſiùs explicare, pluribuſque confirmare libuit; quia aliqui inter neote-

Scrupulus. Excutitur. Scrupulus. Excutitur.

[n] *Aug. lib. de Prædeſt. ſanct. cap. 15.*

[o] *Hugo Vict. in Summa Sentent. Tract. 1. c. 18.*

[p] *D. Th. in 3.m Diſt 18. ar. 2. ad 5.m.*

Leſſius. Gibeufius.

Ecclı 18.

,neotericos, præsertim Gabriel Vasquez & Leonardus Lessius, sanctitatem eius violare non sunt veriti'. Multùm quidem sudat Theophilus Raynaudus in sua Antistropha Tractatione novæ libertatis p. 1. cap. 4 §. 7. & seqq. vt Confedales illos suos ab hac violatæ sanctitatis exprobratione vindicet; sed profectò tam inaniter ac frustraneè, quàm aliàs pro expurgando Valeriano Cornelio sudavit. Videat Lector quod Gibeufius scripsit, & quod Raynaudus rescripsit; nec dubitabit verum esse quod dixi. Porrò inter Patres, quos pro se allegat Gibeufius, est Anselmus Cantuariensis, cui Dialogum suum de libero arbitrio exorsus est ab istò titulo, *Quod potestas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrij*. Ex quo facilè perspicitur quàm alienum sit à mente Anselmi quod in 5.ª Obiectione ex eius verbis sequi prætenditur. Unde ad eius testimonium ibi obiectum responderi inprimis potest, illud non ex Anselmi, sed ex Colloquutoris eius sententia proferri: prout indicat textus integer, ita sonans: 'Hoc certum HABES: quia si non potuerunt ,(Angeli lucis) peccare, non potestate, sed necessitate servaverunt iu,stitiam. Quare non magis meruerunt gratiam à Deo, quia steterunt ,alijs cadentibus, quàm quia servaverunt rationabilitatem, quam perdere nequiverunt'. Anselmus est qui loquitur; nec ait de se ipso, Hoc certum HABEO; sed Colloquutori ait, *Hoc certum* HABES. Igitur subiunctam sententiam non sibi, sed Colloquutori adscribit, cui dicit, *Hoc certum habes*. Secundò responderi potest, testimonium obiectum ipsius esse Anselmi; quippe qui illud non improbando, approbare videtur: sed intelligendum esse de potestate peccandi remota seu radicali, non de proxima & expedita. Prior quippe potestas inest naturaliter omni creaturæ rationali: quia nulla est quæ deserente Deo peccare non possit. Vnde de ipsa Christi humanitate ait Hugo Victorinus: [g] 'Non ,negamus quin peccare posset homo ille, si non esset vnitus verbo: Sed postquam fuit vnitus verbo, peccare non potuit': manens vtique vnitus; nam alioqui si dimitteretur, & sibi relinqueretur, peccare posset. Idem rursus Tractatu proximè sequenti cap. 4. cùm dixisset, Angelos sanctos simul esse liberos & impeccabiles, subdidit: 'Opponitur de ,hoc, quòd Hieronymus dicit: *Solus Deus est, in quem peccatum cadere ,non potest: cætera, cùm sint liberi arbitrij, in vtramque partem flectere vo,luntatem suam possunt*. Sed qualiter hoc intelligendum sit, ex his verbis Isidori conijcere possumus: *Angeli mutabiles naturâ, immutabiles gratiâ*'. Hæc itaque Angelorum ex natura mutabilitas Anselmo est peccandi potestas: quam si Angeli non habuissent, non potestate sed necessitate iustitiam servassent; atque ita meriti ac demeriti incapaces essent. Sed quemadmodum naturalis ista Angelorum mutabilitas absque præiudicio libertatis potuit per gratiam cohiberi in termino peregrinationis, ne possit ad malum sese deflectere: ita potuit absque præiudicio eiusdem libertatis per gratiam cohiberi in ipso initio peregrinationis, ne possit ad malum similiter deflectere. Atq; ita reipsâ cohibitam fuisse pro primo instanti creationis Angelorũ, Angelici Doctoris authoritate ac rationibus hactenus ostendimus. CAP.

Raynaudus.

Anselmus.

[g] *Hugo Vict. in Summa Tract. 1. c. 18.*

Vide Hieron. Epist. 146. prope finem.

Vide Isidor. l. 1. de Summo Bono cap. 10.

CAPVT IV.

Diluuntur reliquæ Obiectiones capite 2. § 4. & 5. propositæ, & corroborantur vberiùs doctrina hactenus tradita.

ANgelis ad inchoandum meritoriæ peregrinationis cursum non sufficit status viæ cum naturali rationis ductu ac libertatis vsu, nisi simul adsit supernaturalis gratiæ opitulatio. Ratio ex Angelico Doctore assignari potest, [a] 'Quòd videre Deum per essentiam, in quo ,vltima beatitudo rationalis creaturæ consistit, est supra naturam cu-,iuslibet intellectus creati. Vnde nulla creatura rationalis potest ha-,bere motum voluntatis ordinatum ad illam beatitudinem, nisi mota ,à supernaturali agente: Et hoc dicimus auxilium gratiæ. Et ideò di-,cendum est, quod Angelus ad illam beatitudinem voluntate conver-ti non potest, nisi per auxilium gratiæ'. Quod Angelico Doctori est Motus voluntatis ordinatus ad beatitudinem, hoc nobis est Meritoria peregrinatio. Neque verò imperfectioni, sed dignitati potiùs creaturæ rationalis præ reliquis deputandum est, quòd finem suum vlti-mum proprijs viribus assequi nequeat. Tanta quippe est excellentia illius finis præ eis ad quos cæteræ creaturæ respectivè ordinantur, vt vel ipsa ordinabilitas in ipsum maximę præcellentiæ magnum sit argumentum: [b] 'Quanquam ergo (inquit Augustinus) summa non sint, ,quibus Deus maius bonum est; magna tamen sunt ea mutabilia bona, ,quæ adhærere possunt, vt beata sint, immutabili bono; quod vsque ,adeo bonum est eorum, vt sine illo misera esse necesse sit. Nec ideò ,cætera in hac creaturæ vniversitate meliora sunt, quia misera esse non ,possunt: Neque enim cætera membra corporis nostri ideo dicendum ,est oculis esse meliora, quia cæca esse non possunt. Sicut autem me-,lior est natura sentiens, & cùm dolet, quàm lapis qui dolere nullo ,modo potest: ita rationalis natura præstantior est etiam misera, quàm ,illa quæ rationis vel sensus est expers, & idcò in eam non cadit miseria. ,Quod cùm ita sit, huic naturæ quæ in tanta excellentia creata est, vt ,licet ipsa sit mutabilis, inhærendo tamen incommutabili bono, id est, ,summo Deo, beatitudinem consequatur; nec expleat indigentiam ,suam nisi vtique beata sit; eique explendæ non sufficiat nisi Deus; pro-fectò non illi adhærere, vitium est'. Sed quia de hac excellentia creaturæ rationalis sequenti libro differturi sumus, ad indigentiam ipsius pandendam regrediamur; quam idem Augustinus generaliter innuit vbi ait: [c] 'Si natura nostra esset à nobis, profectò & nostrâm nos ge-,nuissemus sapientiam; nec eam doctrinâ, id est, aliunde discendo, per-,cipere curaremus; & noster amor à nobis profectus, & ad nos relatus, ,ad beatè vivendum sufficeret, nec bono alio quo frueremur vllo in-,digeret. Nunc verò, quia natura nostra, vt esset, Deum habet autho-,rem, proculdubio vt vera sapiamus, ipsum debemus habere doctorem, ipsum

[a] *D. Th. 1. 2 q. 62. ar. 2. in Corp.*

[b] *Aug. lib. 12. de Civit. cap. 1.*

[c] *Aug. lib. 11. de Civit. cap. 25. Vide lib. 11. de Gen. ad litt. c. 8.*

Digitized by Google

ipſum etiam vt beati ſimus, ſuavitatis intimæ largitorem'. Tam Angelis quàm hominibus commune eſt, Deum habere authorem, vt ſint; adeòque doctorem ſeu illuminatorem, vt ſapiant; & ſuavitatis intimæ largitorem, vt beati ſint. Idem rurſus lib. de Corrept. & Grat. cap. 11. loquens de adiutorio divinæ gratiæ: 'Si hoc adiutorium (inquit) ,vel ANGELO vel homini quùm primùm facti ſunt defuiſſet, quoniam ,non talis natura facta erat vt ſine divino adiutorio poſſet manere ſi ,vellet, non vtique ſuâ culpâ cecidiſſent: Adiutorium quippe defuiſſet, SINE QVO MANERE NON POSSENT'. Paulò ſuperiùs ibidem præmiſerat: 'Liberum arbitrium ad malum ſufficit; ad bonum autem nihil eſt, niſi adiuvetur ab omnipotenti bono'. Et lib. 12. de Civit. cap. 9. loquens ſignatè de Angelis viatoribus: 'Si non potuerunt (inquit) ,ſeipſos facere meliores quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quid- ,quam facit; profectò & bonam voluntatem, qua meliores eſſent, niſi ,operante adiutorio creatoris habere non poſſent. Et cùm id egit eo- ,rum voluntas bona, vt non ad ſeipſos, qui minus erant, ſed ad illum, ,qui ſummè eſt, converterentur; eique adhærentes magis eſſent, eiuſ- ,que participatione ſapienter beatèque viverent; quid aliud oſtendi- ,tur, niſi voluntatem quamlibet bonam inopem fuiſſe in ſolo deſiderio ,remanſuram, niſi ille qui bonam naturam ex nihilo ſui capacem fece- ,rat, ex ſeipſo faceret implendo meliorem, priùs faciens excitando avi- diorem'? Et Concione 2. in Pſalm. 70. 'Ne putes (inquit) hominem ,ſolum pertinere ad gratiam Dei. Quid erat Angelus antequam fieret? Quid eſt Angelus, ſi deſerat qui creavit'? His conſentaneum eſt illud Ambroſij de Angelica natura: [d] 'Illa eget miſericordiâ Dei, ne poſſit errare, & aversâ à ſe Dei gratiâ labatur in vitium'. Nec obſtat quòd Auguſtinus alicubi neget, cœlos ſeu Angelos egere miſericordiâ: vt cùm exponens illud Pſalmographi, *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*: inquirit: [e] 'Quid cœli'? Et continuò reſpondet: 'Audi quid cœli: ,Non indigent miſericordiâ vbi nulla eſt miſeria. In terra abundat ho- ,minis miſeria, ſuperabundat Dei miſericordia. Miſeriâ hominis plena eſt terra, & *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*'. Non, inquam, hoc obſtat: quia hìc ſermo eſt de miſeria & miſericordia propriè ac rigoroſè vſurpata, ibi autem de eadem latiori modo ſumpta: quo ſenſu Angelicus Doctor electionem Angelorum ad cœleſtem gloriam dicit pertinere ad miſericordiam, & vocari poſſe propoſitum miſerendi: [f] 'Dici ,poteſt (inquit) quòd omnis collatio boni ſupra debitum eius cui conferetur, ad miſericordiam pertineat'. Et ſuperiùs q. 21. ar. 4. in Corpore: 'Neceſſe eſt (inquit) quòd in quolibet opere Dei miſericordia ,& veritas inveniantur, ſi tamen miſericordia pro remotione cuiuſcunque defectus accipiatur'. Indigent ergo cœli ſeu Angeli miſericordiâ largè ſumpta pro collatione boni naturam tranſcendentis, aut pro remotione defectus ex naturæ de nihilo creatæ imbecillitate ſurgentis: de qua Alredus ait: [g] 'Cùm omnis creatura de nihilo ſit facta, & mu- ,tabilis facta, naturali quodam ſuæ mutabilitatis impulſu ſemper ad

[d] *Ambroſ. Serm. 8. in Pſal. 118. ad verſ. 58. Præoccupatio.*

[e] *Aug. Conc. 2. in Pſal. 32. v. 5.*

[f] *D. Th. 1. p. q. 23. ar. 1. ad 3.m*

[g] *Alredus lib. 1. Speculi Clarit. c. 13. & 14.*

Vide Laur. Iustin. serm. de Vita solitaria c. 17 & Anſel. Dialog. de Caſu Diaboli cap. 1.

,id de quo facta eſt, id eſt, ad nihilum, vergit. Et revera perfacile eſt ,videre, omne quod naturâ mutabile eſt, quodam incommutabili indi-,gere vt non mutetur. Nullum ſiquidem mutabile in ſe habet incom-,mutabilitatem, alioquin ne mutabile quidem eſſet; quanto minùs al-,teri conferret? Si verò nullius fulcita præſidio creatura mutetur, quis ,non facilè videat, eam naturaliùs, vt ita dicam, & expreſſiùs, ad id de ,quo facta eſt, impetu quodam neceſſario commutari? Quapropter vt ,in inferiora, ſuâ mutabilitate non defluat; vt in eo quod eſt, ſuam mu-,tabilitatem cohibeat; vt ad altiora auſpicio fœliciori ſe ſurrigat; ſem-,per illius eget gratiâ, cuius eſt creata potentiâ. Vnde & in cœlis An-,gelo, & homini in paradiſo, licet nulla eos coarctaret infirmitas, ,quibus nulla dominabatur iniquitas, quia tamen vterque mutabilis ,naturâ, vtrique hæc gratia neceſſaria; quæ vtique ſi collata non eſſet, excuſabiliter vterque peccaſſet'. Vide quàm conſonet Alredus Auguſtino ex libro de Corrept. & Grat. iam ſuprà hìc relato. Qui rurſus loco ex Enarrat. in Pſal. 32. proximè obiecto ſubiungit: 'Cœli ,ergo, vbi nulla eſt miſeria, nunquid quia non indigent miſericordiâ, ,non indigent Domino? Omnia indigent Domino, & miſera, & fœ-,licia. Sine illo miſeri non ſublevantur, ſine illo fœlix non regitur'. Sed quid ex defectu huiuſce regiminis Proſper Auguſtini diſcipulus deducat, adverte: [h] 'Voluntas mutabilis (ait ille) quæ non ab incom-,mutabili voluntate regitur, tanto citiùs propinquat iniquitati, quanto acriùs intenditur actioni'. Audi & alterum Auguſtini diſcipulum Fulgentium, qui rationem aſſignans cur homini reparando Angelus ſuffi-cere nequierit: [i] 'Angelica natura (inquit) tunc homini reparando ali-,quatenus eſſet idonea, ſi cadendi mobilitate nunquam naturaliter eſ-,ſet obſtricta. Cùm verò ſe IVVAMINIS EGENAM conſubſtantialis ,ruinæ documento teſtetur; profectò cognoſcitur, multò minus ad ,humanæ poſſe redintegrationis efficaciam redundare, quæ PROPRIÆ NEQVEAT STABILITATI SVFFICERE'. Et Epiſt. 4. ad Probam cap. 3. 'Omne (inquit) quod creatum eſt, ſicut antequam crearetur, non ,fuit; ſic antequam acciperet, habere non potuit. Et ſicut ſubſiſtere ,non poteſt ſine illius operatione qui fecit, ſic bonum non poteſt velle ſeu facere, niſi Deus dignetur iugiter adiuvare'. Et lib. de Fide ad Petrum cap. 3. ſub initium: 'Ideò (inquit) naturæ à Deo factæ pro-,ficere poſſunt, quia eſſe cœperunt: ideò deficere, quia ex nihilo fa-,ctæ ſunt. Ad defectum eas conditio ducit originis, ad profectum verò provehit operatio creatoris'.

h *Proſp. lib. 1. de Vocat. Gent. c. 6.*

i *Fulg. lib. 2. ad Trasimund. c. 2.*

Videibid. c. 23.

Huius veritatis conſtans aſſertor eſt Baſilius Magnus: [k] 'Quomo- 2.
,do (inquiens) dicent Angeli, *Gloria in excelſis Deo*, niſi à Spiritu ſancto Luc. 2. 14.
,accepta poteſtate? *Nemo* ſiquidem *poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ,Spiritu ſancto; & nullus in Spiritu Dei loquens dicit Ieſum anathema.* Quod 1. Cor. 12.
,ſanè dicerent impij & adverſari, ſpiritus, quorum defectio compro- 3.
,bat quod dicimus, virtutes inviſibiles eſſe ſui arbitrij, æquè ad virtu-,tem atque ad vitium vertibiles; & ob id, opus habentes auxilio Spiri-tus'.

k *Baſil. l. de Spiritu Sancto ad Amphiloch. c. 16.*

Digitized by Google

tus'. Et inferiùs ibidem: 'Quomodo possent dicere Seraphim, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus*, nisi docti per Spiritum, quoties pium est hunc glorificationis hymnum canere? Sive igitur *laudant Deum omnes Angeli eius, sive laudant eum omnes virtutes eius*, per Spiritus instinctum fit: Sive *adstant millies mille Angeli*, sive *centies centum millia Angelorum illi ministrant*, per virtutem Spiritus suum officium citra reprehensionem perficiunt. Itaque tota illa supercœlestis & ineffabilis harmonia, tum in culturis Dei, tum in vltramundanarum virtutum inter ipsas consonantia, nequaquam servari posset, nisi præesset Spiritus'. Nec interest, vtrum de comprehensoribus, an de viatoribus Angelis hæc intelligas. Si enim vera sunt de comprehensoribus, æquali profectò aut potiori iure, quantum ad indigentiam auxilij Spiritus sancti, vera erunt de viatoribus. Et sanè de viatoribus loqui videtur Basilius in subsequentibus ibidem, cùm ait: 'Ad eum quidem modum IN CREANDO adest Spiritus sanctus ijs, quæ non proficiendo perveniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus CREATIONE perfecta sunt; in hoc vt perficiatur consummeturque illorum substantia, simul conferens gratiam suam'. Qui rursus in Psal. 32. generaliter pro omni statu ait: 'Nihil est sanctum citra Spiritus sancti præsentiam'. Videri præterea potest lib. 3. adversùs Eunomium paulò post initium. Consonat Cyrillus Hierosolymitanus: [1] 'Vide (inquiens) Virtutes, vide Principatus, vide Potestates, vide Thronos, vide Dominationes. Eorum omnium præses apud Deum, & Magister, & sanctificator, est Paracletus. Eo indiget Elias & Isaias inter homines, eo opus habent Gabriel & Michaël inter Archangelos'. Et paulò infrà rursus ibidem: 'Angeli (subdit) naturâ suâ mutabiles sunt, tanquam creaturæ; tametsi iam EX GRATIA non mutentur, neque convertantur'. Consonat & Cyrillus Alexandrinus in caput 2. Osee ad versum 21. 'Nec ipsam (inquiens) Angelorum naturam quidquam habere proprium ac suum, omnes autem opes suas à Deo consecutam, docuit illis verbis, *Exaudiam cælum*'. Vnde idem rursus lib. 1. in Joan. cap. 7. omni creaturæ tam Angelicæ quàm humanæ accommodat illam Pauli sententiolam, *Quid habes quod non accepisti?* & rationem adiungit, dicens: 'A se enim nihil habet creata & facta natura, sed quodcunque habere cernitur, hoc vtique est à Deo, qui & esse, & essendi modum largitur'. Et inferiùs ibidem cap. 9. paulò ante finem, ex eodem Apostoli loco colligit, 'Non ESSE solùm, sed etiam benè, & hoc aut illo modo ESSE, datum fuisse à Deo creaturæ; nihilq; à se habere, sed solâ benignitate largientis'. Et lib. 9. de Adorat. in Spiritu & Verit. post medium: 'Angeli (inquit) & Archangeli, illæ etiam quæ supra hos sunt naturæ, ipsa denique Cherubim, non aliter quàm per Christum solum in sancto Spiritu sancta sunt'. Hoc ipsum affirmat & Papa Gregorius lib. 1. in caput 2. lib. 1. Regum super illis Annæ verbis, *Neque enim alius est extra te*: 'Subauditur (inquiens) *Sanctus*. Extra eum sanctus aliquis esset, si absque dono vnigeniti, sanctificationis spiritum

Præoccupatio.

[1] *Cyrillus Hierosol. Catech. 16. Illuminat.*

Cyrill. Alexan.

Gregor. Papa.

,ritum habere potuisset. Sed quis hoc asserere audeat de hominibus, ,quod de Angelis nequaquam constat? Scriptum quippe est, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum*'. Huic eidem sententiæ Scholasticos omnes consentire necesse est, qui liberi arbitrij descriptionem à Magistro Sentent. lib. 2. Dist. 24. & 25. traditam amplectuntur, quæ talis est: [m] 'Liberum arbitrium est facultas ,rationis & voluntatis, quâ bonum eligitur GRATIA ASSISTENTE, vel malum eâdem desistente'. Vbi obiter notandum, pro definitò statuendum esse liberum arbitrium, non in tota sua generalitate sumptum, sed creatum. Increatum quippe Dei arbitrium nec gratiæ assistentiâ indiget aut capax est, vt bonum eligat; nec vllâ ratione eligere malum potest. Vnde Hugo Victorinus, ex quo Magister prædictã definitionem liberi arbitrij descripsit, eo ipso loco vbi eam tradidit, adiecit inferiùs: [n] 'Liberum arbitrium soli rationali CREATVRÆ datum est'. Rursus capite proximè sequenti adduxit testimonium Hieronymi dicentis: *Solus Deus est, in quem peccatum cadere non potest; cætera, cùm sint liberi arbitrij, in vtramque partem possunt flecti.* Vbi de creato ac defectibili arbitrio sermonem esse, antithesis ipsa evincit: Defectibili vtique ex sua natura, adeoque gratiæ assistentis indigo, vt bonum eligere valeat. Subdit porrò Victorinus post Hieronymi verba mox citata: 'De Deo etiam legitur, quòd liberum arbitrium ,habeat. Ambrosius ad Gratianum: *Spiritus vbi vult Spirat: Apostolus quòque dicit, quia omnia operatur vnus Spiritus, dividens singulis prout vult. Prout vult*, inquit, *id est, pro libero voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.* Nec est aliud liberum arbitrium in Deo, nisi divina voluntas, quæ non necessitate, sed solâ bonitate omnia facit: Eius enim natura bonitas est'. Itaque quotquot prædictam liberi arbitrij, vtique creati, definitionem approbant, necessitatem gratiæ ad eligendum bonum, tam respectu Angelici quàm respectu humani arbitrij pro quovis statu, agnoscere consequenter debent: Ac per hoc nostræ sententiæ, quantum ad præsens propositum, subscribunt. Atque ita amplectuntur illud Augustini, precedenti §. relatum: 'Liberum arbitriũ ,ad malum sufficit; ad bonum autem nihil est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono'.

[m] *Magist. Sent. l. 2. Dist. 24. §. 5. & Dist. 25. §. 1.*

[n] *Hugo Vict. in Summa Sentent. Tract. 3. cap. 8. Hieronymus.*

Hugo Victor. Ambrosius.

Ad Obiectionem sextam.

3.

His præsuppositis diluendæ supersunt postremæ duæ Obiectiones cap. 2. §. 4. & 5. propositæ. Ad quarum priorem respondetur negando minorem, & rursus minorem probationis subiunctæ. Ad Augustini locum de Correpț. & Grat. pro astructione eiusdem minoris adductum respondet Angelicus Doctor his verbis: [o] 'Ex illa authoritate Augustini non habetur quòd Angelus vel homo priùs fuerit creatus in naturali libertate arbitrij quàm habuisset gratiam; sed quòd ,Deus ostendit quid in eis posset liberum arbitrium ante confirmationem, & quid postmodùm consecuti essent per auxilium gratiæ confirmantis'. Non itaque Augustinus qualemcunque gratiam denegat Angelis vel hominibus pro eo tempore quo Deus ostendit quid posset eorum

[o] *D. Th. 1. p. q. 95. ar. 1. ad 3.m.*

Digitized by Google

rum liberum arbitrium, sed duntaxat talem, qualem postea vel Angelis confirmatis vel hominibus per Christum reformatis impertijt; quâ nimirum fieret in eis vt invictissimè quod bonum est vellent, & hoc deserere invictissimè nollent. Qua de re videri possunt quæ lib. 2. c. 8. per totum, & cap. 11. §. 3. tradidimus. Illud præterea hìc observandum, Augustinum loco obiecto non agere de prima institutione, sed de subsequente ordinatione Angelicæ ac humanæ vitæ. Non enim dicit, Deum sic instituisse, sed *Sic* ORDINASSE *Angelorum & hominum vitam, vt in ea priùs ostenderet* &c. Quantum porrò inter duo ista intersit, indicat ipse ibidem. Ad institutionem quippè rerum pertinet quod ibi ait, *Deum* CREASSE *omnia bona valde*; ad ordinationem verò quod sequitur, *Etiam de malis benè facere* &c. Rursus alibi eadem apertissimè distinguit, vbi ait: [p] 'Deus sicut naturarum bonarum optimus ,CREATOR est, ita malarum voluntatum iustissimus ORDINATOR'. Sed ne fortè quis hinc suspicaretur, Ordinationem prout contraponitur institutioni seu primæ creationi, esse solummodò malorum: [q] 'Omnipotenti Deo (ait alibi) summo', ac summè bono CREATORI ,omnium naturarum, voluntatum autem bonarum adiutori ac remu-,neratori, malarum autem relictori ac damnatori, VTRARVMQVE ORDINATORI; non defuit vtique consilium' &c. Ex quibus manifestum est, Augustini locum in argumento obiectum, non infirmare doctrinam hactenus traditam de institutione vitæ Angelicæ in gratia; tum quia non de institutione vitæ ibi agit, sed de ordinatione potiùs iam institutæ; tum etiam quia non qualemcunque gratiâ removere intendit, sed eam quæ libero arbitrio indeclinabiliter & invictè præsideat. Si dicas, gratiam primo instanti Angelis & hominibus datam indeclinabiliter & invictè eorum arbitrio præsedisse, ne pro tunc labi possent: prout indicavimus lib. 2. cap. 11. §. 6. & hoc libro cap. 3. §. 6. Quomodo ergo stabit quod Augustinus ait, *Deum sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, vt in ea* PRIVS *ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium,* DEINDE *quid posset sua gratia beneficium* &c? Respondeo ex iam dictis, sermonem esse de ordinatione vitæ iam benè institutæ, non de ipsa prima institutione. Itaque sive gratia primo instanti præsederit, sive subfuerit libero arbitrio, stat Augustini dictum propositæ materiæ accommodatum. Ubi & illud obiter notandum, eum non dixisse, Vt in ea PRIMÒ ostenderet; sed, *vt in ea* PRIVS *ostenderet* &c. Unde quamvis illa ostensio non fuerit omnium prima, siquidem non fuerit pro primo instanti creationis Angelorum & hominum; fuit tamen prior alterâ ostensione de qua ibi agitur, quæ nimirum subsecuta est lapsum creaturarum benè institutarum, & aliquamdiu in bono incœpto moratarum. Etenim Augustinum ibi ex professo loqui non de prima institutione seu creatione Angelorum & hominum, patet manifestè ex verbis quibus quæstionem ventilandam exorditus ibidem fuerat: [r] 'Exoritur (ait ibi) alia quæstio, non sanè ,contemnenda, sed in adiutorio Domini, in cuius manu sumus & nos ,& sermones nostri, aggredienda atque solvenda. Quæritur enim à

[p] *Aug. l. 12. de Civit. cap. 17.*

[q] *Aug. lib. 14. de Civit. cap. 26.*

Scrupulus.

Exsuitur.

[r] *Aug. l. de Cor. & Gratia c. 10.*

Digitized by Google

,nobis, quantum ad hoc donum Dei attinet, quod est PERSEVERARE ,IN BONO VSQVE IN FINEM, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certè sine vllo vitio FACTVS EST RECTVS'. Vides quæstionem proponi de perseverantia in bono, in quo homo supponitur factus fuisse rectus, id est, bonæ voluntatis, vt capite sequenti ibidem exprimitur? Eadem porrò, quo ad hoc, est ratio de Angelo. Suppositâ ergo tam hominis quàm Angelicreatione in gratia, Augustinus verbis in Obiectione relatis tractat de eorundem perseverantia: in qua vtiq; Deus ostendit priùs quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium &c. Postquam igitur Deus Angelos & homines primitùs in gratia ac voluntatis rectitudine creasset, submini strauit eis adiutorium perseverantiæ, non quo fieret vt perseverarent, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non possent: atque ita ostendit quid posset eorum liberum arbitrium etiam tali adiutorio instructum. Hoc autem ostenso, subsequenter monstravit, quid posset suæ gratiæ beneficium, sive confirmando Angelos bonos vt ampliùs cadere non possent, sive erigendo homines prostratos vt contra omnes carnis mundi ac dæmonis tentationes invictè dimicarent, atque ad æqualem cum bonis Angelis stabilitatem finaliter pervenirent. In reliquis verò sive Angelis sive hominibus ostendit suæ iustitiæ iudicium, retribuendo eis debitum pro inobedientia supplicium.

Ad Confirmationē primam. Ad primam Confirmationem eiusdem obiectionis respondetur, arctiorem esse necessitudinem gratiæ respectu naturæ rationalis, quàm paradisi terrestris respectu hominum. Ratio est, quia gratia est mediū omninò necessarium vt creatura rationalis assequi possit suum finem vltimum, sine quo miseriam necessariò incurreret: vnde nō potuisset ei congruenter sine sua culpa denegari. Terrestris verò paradisus non fuit ita necessarius hominibus, vt sine eius incolatu nequirent suum finem vltimum consequi. Vnde non improbabile est, etiam durante innocētiæ statu non omnes omninò homines fuisse paradisum terrestrem inhabituros, sed quosdam extra eum nascituros & victuros. Neque enim durante illo statu reliquas orbis terrarum plagas verisimile est mansuras fuisse incultas, dicente Propheta: *Ipse Deus formans terram & faciens eam, ipse Plastes eius. Non in vanum creavit eā: vt habitaretur formavit eam.* In quacunque autem terræ plaga homines eo statu durante nascerentur, in gratia vtique nascerentur, sine qua finem suum vltimum nec insequerentur nec assequerentur. Vnde quamvis primus homo extra paradisum creatus fuerit, in sua tamen creatione gratiam accepit: Cuius adiutorium, vt Augustinus ait, [f] 'Si vel Angelo vel homini quùm primùm facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat vt sine divino adiutorio posset manere si vellet, non vtique suâ culpâ cecidissent: Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent'. Nec tamen hinc consequens est, gratiam esse naturalem homini vel Angelo perinde ac terra respectivè vel cœlum empyreum:

4.

Isa. 45. 18.

[f] *Aug. l. de Cor. & Gratia c. 11.*

Ad Præoccup.

Quia

Quia terra & cœlum empyreum non trascendunt ordinem naturæ, nec homines aut Angelos ad altiorem ordinem subvehunt: Gratia verò totum naturæ ordinem supergreditur, & rationalem creaturam cui datur attollit. Atque ita, quanquam aliquo sensu possit dici naturalis, vt libro sequenti monstrabimus; nihilominus simpliciter dicenda est supernaturalis: quamvis propter necessitudinem præmemoratam natura sine ea condi non debuerit. Ad secundam Confirmationem respondet Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 3. ad 3.m dicens: 'Quamvis ,gratia sit medium inter naturam & gloriam ordine naturæ, tamen ,ordine temporis in natura creata non debuit simul esse gloria cum na-,tura, quia est finis operationis ipsius naturæ per gratiam adiutæ. Gra-,tia autem non se habet vt finis operationis, quia non est ex operibus, ,sed vt principium benè operandi. Et ideò statim cum natura gratiam dare conveniens fuit'. Quæ responsio corroborari potest ex iam dictis. Nam cùm gratia sit creaturæ rationali necessaria ad insequendum finẽ suum vltimum, congruum omninò fuit vt simul cùm natura præberetur, ne alioqui natura otio torpescere aut certè à fine sibi præstituto recedere cogeretur. Non est autem par ratio de ipso fine vltimo seu beatitudine patriæ: quia tametsi Deus posset eam naturæ in ipsa statim creatione conferre, longè tamen glorioſius fuit vt creatura eam promereretur suo labore, quàm vt ei gratis donaretur sine vllo labore. Nec obstat quòd Christo sit ab initio absque labore prævio donata. Hoc enim idcirco factum est, quia dignitas personæ ita fieri exigebat. Ad tertiam Confirmationem respondetur, Deum eatenus in provectione Angelorum processisse ab imperfectioribus ad perfectiora, quatenus Angelos in gratia conditos promovit paulatim ad gloriã, quæ perfectior est quàm gratia. Sed cur, inquies, eos non similiter ab imperfectiori statu puræ naturæ paulatim provexit ad statum gratiæ perfectiorẽ? Respondeo, quia natura pura nihil operari potest, quo valeat ad gratiam pertingere: potest autem natura auxilio gratiæ instructa operari aliquid, quo pertingat ad gloriam. Ad Augustini testimonia subsequenter in argumento obiecta respondet Angelicus Doctor his verbis: [1] 'Informitas Angeli potest intelligi vel per comparatio-,nem ad formationem gloriæ, & sic præcessit tempore informitas ,formationem: vel per comparationem ad formationem gratiæ, & sic non præcessit ordine temporis, sed ordine naturę'. Postremam huius solutionis partem Augustinus tradiderat de informitate quidem corporali lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 15. De spirituali verò Angelorum informitate lib. 11. de Civit. cap. 11. dicens: 'Nullo quidem ,modo secundùm aliquod temporis spatium priùs erant illi spiritus ,tenebræ, quos Angelos dicimus: sed simul vt facti sunt, lux facti ,sunt: non tamen ita tantùm creati, vt quoquo modo essent, & quo-,quo modo viverent; sed etiam illuminati, vt sapienter beatèque viverent'. Beatitudine vtique viæ, non patriæ: vt capite præcedenti §. 2. dictum est.

Ad Confirm. secundam. D. Thomas.

Præoccupatio.

Ad Confirm. tertiam.

Scrupulus.

Excutitur.

[1] D. Th. 1. p. q. 62. ar. 3. ad 1.m

Augustinus.

Dis-

Dubium.

Disputant Scholastici vtrùm Angeli primo instanti habitualem gratiam ex pura Dei liberalitate acceperint, an verò se ad eam per actus proprios cum actuali gratia elicitos disposuerint. Quæ quidem disputatio supponit, Angelos vtramque gratiam ab initio habuisse; sed in dubium revocat an merè cõcomitanter infusæ fuerint, an potiùs actualis habitualem ordine naturæ & causalitatis præcesserit. Supponit præterea, præparationem ad habitualem gratiam posse esse simul tempore cum ipsa: vt patet in perfecta contritione peccatoris, quæ est dispositio ad habitualem iustitiam quæ eodem momento infunditur. Plerique recentiores existimant, Angelos actuali gratiâ instructos disposuisse se per actus liberos ad habitualem gratiam simultancè infusam. Cui sententiæ favere videtur ratio, & authoritas. Ratio quidem, quia Angeli primo instanti fuerunt adulti, ac liberi arbitrij compotes: Ergo sanctificati fuerunt more adultorum: adeoque per propriam ipsorum dispositionem: [u] 'Sine voluntate tua (ait adulto Augustinus) non ,erit in te iustitia Dei. Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non ,est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest nisi per voluntatem tuam'. Et paulò infrà ibidem: 'Qui fecit te sine te, non te iustificat sine te'. Præterea Adamus primo instanti sanctificatus est per propriam dispositionem, eò quòd adultus & rationis compos esset conditus: Ergo idem à fortiori censendum est de Angelis. Antecedens traditur à D. Thoma 1. p. q. 95. ar. 1. ad 5.[m] vbi dicit, primum hominem primo instanti consensisse gratiæ. Denique Christus ob eandem rationem sanctificatus est per propriam dispositionem primo instanti cõceptionis suæ, vt tradit idem D. Thomas his verbis: [w] 'Christus primo instanti conceptionis suæ sanctifi,catus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio; vna quidem ,adultorum, qui secundùm proprium actum sanctificantur; alia autem ,puerorum, qui non sanctificantur secundùm proprium actum fidei, ,sed secundùm fidem parentum, vel Ecclesiæ. Prima autem sancti,ficatio est perfectior quàm secunda, sicut actus est perfectior quàm ha,bitus, & quod est per se eo quod est per aliud. Cùm ergo sanctifica,tio Christi fuerit perfectissima, quia sic sanctificatus est vt esset alio,rum sanctificator, consequens est quòd ipse secundùm proprium mo,tum liberi arbitrij in Deum fuerit sanctificatus: qui quidem motus ,liberi arbitrij est meritorius. Vnde consequens est, quòd in primo instanti suæ conceptionis Christus meruerit'. Ergo etiam Angeli per proprium similiter actum sanctificati sunt: siquidem, vt testatur Basilius, [x] 'Nullus apud illos puer, nec adolescens, neq; senex; sed in quo ab initio creati sunt statu, in hoc perpetuò remanent'. Et in Psalmum 32. ad vers. 6.[m] de ijsdem cùm præmisisset: 'Angelos ab initio, vt es,sent, Verbum opifex omnium condidit; sanctificationem verò simul impendit ipsis Spiritus sanctus': continuò subiecit: 'Non enim in infantili statura sunt creati'. Si non in infantili statura sunt creati, non ergo infantili sed virili sanctificatione sunt sanctificati: præsertim cùm

[u] *Aug. serm. 15. de Verbis Apost. cap. 11.*

[w] *D. Th. 3. p. q. 34. ar. 3. in Corp.*

[x] *Basilius in Psal. 44 super titulo.*

iuxta

Digitized by Google

iuxta D. Thomam iam citatum, hic sanctificationis modus sit altero perfectior. His rationibus accedit authoritas, inprimis eiusdem Basilij lib. 3. adversùs Eunomium sub initium, vbi dicit, 'Principatus & Potestates ex attentione & studio sanctificationē habere'. Favet Angelicus Doctor 2.2.q. 24.ar.3.ad 3.m dicens: 'Angelus est intellectualis ,naturæ, & secundùm suam conditionem competit ei vt totaliter fera-,tur in omne id in quod fertur. Et ideò in superioribus Angelis fuit ,MAIOR CONATVS, & ad bonum in perseverantibus, & ad malum in ,cadentibus: Et ideò superiorum Angelorum persistentes facti sunt meliores, & cadentes facti sunt pejores alijs'. Similia habet 1.p.q. 62. ar. 6. in Corpore. Ex quibus apparet, gratiam sanctificantem & gloriam beatificantem datam fuisse Angelis iuxta proportionem conatus quem cum actuali auxilio adhibuerunt ad eam assequendam, secundùm illud Basilij de ijsdem: [y] 'Secundùm amoris, quem ad Deum habent, proportionem, sanctitatis mensuram participant'. Præterea idem Angelicus Doctor triplicem conversionem in Deum distinguit in Angelis, inter quas recenset etiam illam quæ consistit in actibus præparatorijs ad gratiam sanctificantem: [z] 'Triplex est (inquit) con-,versio in Deum: vna quidem per dilectionem perfectam, quæ est ,creaturæ iam Deo fruentis; & ad hanc requiritur gratia consumma-,ta: Alia conversio est, quæ est meritum beatitudinis; & ad hanc re-,quiritur habitualis gratia, quæ est merendi principium: Tertia con-,versio est, per quam aliquis præparat se ad gratiam habendam; & ad ,hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam convertentis'. Atque ita Angelicum Doctorem intellexit & secutus est Bannez in 1.p.q. 62. ar. 3. Dub. 2. post Caietanum in 2. 2.q. 24. ar. 3. & Ferrariensem lib. 3. contra Gentes cap. 110. Quibus consonat Gregorius Valentia in 1. p. Disp. 4. q. 13. puncto 1. Concluf. 3. vbi inter alia ait, 'Omninò certum esse quòd D. Thomas ita senserit'. Subscribit Suarez lib. 5. de Angelis cap. 8. Vasquez in 1. p. Disp. 228. cap. 1. Arrubal Disp. 175. cap. 1. Granadus Tract. 11. Disp. 4. Moncæus Disp. 7. cap. 3. Tannerus Disp. 5. q. 6. Dub. 1. Præpositus in 1. p. q. 62. ar. 3. Dub. 2. cum plerisque alijs Molinistis, contra suum Molinam in 1. p. q. 62. ar. 3. ad 1.m cui subscribit Mæratius Disp. 44. de Angelis Sect. 2. deserto præter morem suo Vasquezio, nec immeritò: Nam, vt rectè ait Franciscus Amicus, alter horum Confodalis: [a] 'Probabilius est, iustitiam habitualem habuisse ,Angelos in principio suæ creationis omninò gratis, & absque vlla dispositione, aut merito etiam de congruo'. Probatur hæc sententia retorquendo & invertendo præcedentis sententiæ fundamenta. In prima etenim rerum conditione omninò congruebat vt Deus taliter vniversa perageret, qualiter eorum natura deposceret. Atqui gratia sanctificans eo ipso quòd gratia est, ex sua quasi natura deposcit vt gratis conferatur. Vt ergo Deus hanc eius proprietatem patefaceret, verisimile est eum purè gratis ab initio eam contulisse. Nec obstat quod

D. Thomas.

[y] Basil. l. 3. cont. Eunomium sub initium.

[z] D. Th. 1.p q. 62. ar. 2. ad 3.m

Banner. Caietanus. Ferrariensis. Valentia. Suarez. Vasquez. Arrubal. Granadus. Moncæus. Tannerus. Præpositus.

[a] Franc. Amicus tomo 2 in 1.p. disp. 18. Sect. 4. n. 75.

Præoccupatio

allegatum est de iustificatione hominum adultorum. Nam cùm homines gratiam in primo parente omnibus collatã suâ culpâ amiserint, meritò statuit Deus vt ad eius recuperationem se per proprios actus disponerent. In prima autem rerum creatione nihil simile intervenerat: Atque ideò Deus sanctificantem gratiam eo modo contulisse censendus est, quo maximè eluceret tam ipsius gratiæ proprietas, quàm ipsius largitoris liberalitas. Et certè de primo homine aperta satis est illa Augustini sententia: [b] 'Ille in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris acceperat: Neque enim ea bona & ille suis meritis comparaverat'. Neque verò contrarium docet D. Thomas ex 1. p. q. 95. ar. 1. ad 5.[m] obiectus. Longè quippè aliud est *consentire gratiæ primo instanti*, & disponere se ad gratiam primo instanti. Prius illud à D. Thoma admittitur, non istud posterius. Præterea si ex modo sanctificationis Christi argumentari lubeat, nostra non parum corroborabitur assertio. Expressa quippe Angelici Doctoris de ipso sententia est 3. parte quæst. 19. articulo 3. in Corpore: 'Nec gratiam, nec scientiam, nec beatitudinem animæ, nec divinitatem meruit'. Sed audi adhuc rationem quam continuò subijcit: 'Quia cùm meritum non sit nisi eius quod nondum habetur, oportet quod Christus aliquando istis caruisset; quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi, quàm augeat meritum'. Si meritum non est nisi eius quod nondum habetur, profectò Angeli primo instanti non meruerunt gratiam habitualem; siquidem eam tunc habuerint. Nec obstant quæ pro contraria sententia ex q. 34. ar. 3. allegata sunt. Intelligenda quippe sunt non de merito dispositivo ad infusionem gratiæ sanctificantis, sed de merito concomitante infusionem gratiæ sanctificantis: sicut iam insinuavimus, cùm de consensu primi hominis in suam sanctificationem ageremus. Hanc sententiam confirmant Hilarij verba ex Canone 5. in Matthæum citata superiùs cap. 2. §. 1. quibus Angelos comparat *liliis non laborantibus neque nentibus*. Favent etiam quæ ex Basilio in Psal. 32.[m] adducta sunt cap. 2. §. 6. quibus addi possunt & quæ idem scribit lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium cap. 16. negans, 'Angelos proficiendo perveniisse ad perfectionem'. Favent præterea Patres alij cum Scholasticis ibidem relati, quatenus censent Angelis datam fuisse in creatione gratiam iuxta proportionem suorum naturalium. Non enim dicunt fuisse datam secundùm proportionem præviorum meritorum aut dispositionum, sed secundùm proportionem *suorum naturalium*. Imò Angelicus Doctor satis expressè excludit priorem illam proportionem, cùm ait: [c] 'Actus rationalis creaturæ sunt ab ipsa: sed natura est immediatè à Deo. Vndè magis videtur quòd gratia detur secundùm gradum naturæ, quàm EX OPERIBVS'. Ubi ex professo agit de Angelis, & de modo quo assecuti sunt gratiam in sua creatione. Signanter autem in eius verbis, præter vltimam clausulam quâ removetur respectus ad opera seu merita, notanda est particula, *Immediatè*: quæ videtur excludere quodcumque medium collationi gratiæ prævium,

[b] *Aug. l. de Cor. & Grat. c. 11.*

D. Thomas.

Vide q. 29. de Verit. ar. 8.

Hilarius.

Basilius.

Mat. 6. 28

[c] *D. Tho. 1. p. q. 62. ar. 6. ad 2m*

Digitized by Google

vium, ſicut excludit quodcumque inſtrumentum inter Deum creantem & naturam creatam intermedians. Præmiſerat autem ibidem ad 1.m hæc verba, quibus eadem intelligentia vehementer roboratur: 'Si,cut gratia eſt EX MERA DEI VOLVNTATE, ità etiam & natura Ange,li: & ſicut naturam voluntas Dei ordinavit ad gratiam, ita gradus naturæ ad gradus gratiæ'. Ex quo apparet, Deum non magis reſpexiſſe ad merita vel diſpoſitionem in prima collatione gratiæ, quàm in ipſa creatione naturæ: adeoq; Angelos non magis meruiſſe primã ſuam ſanctificationẽ, quàm ſuæ naturæ de nihilo creationẽ. Vnde quoties apud Eccleſiaſticos Tractatores legitur, quòd Angeli ſuã ſanctificationẽ promeruerint, de cõſummata ſanctificatione patrię exponendi ſunt, aut certè de augmento ſanctificationis viæ; non de prima ſanctificatione, quam Deus ex ſua liberalitate in primo momento creationis impertijt. Conformiter intelligendus eſt D. Thomas 2.. 2. q. 24. ar. 3. ad 3.m Tractat enim ibi de conatu quo vel boni Angeli beatitudinem, vel mali damnationem promeruerunt; non quo hi vel illi primã ſanctificationem obtinuerunt. Nec obſtat quod de triplici converſione in Deum obijciebatur: quia, vt ex poſtremis verbis ſolutionis conſtat, non aliud ibi D. Thomas intendit, quàm oſtendere, quomodo non ſit admittendus proceſſus in infinitum in converſione creaturę rationalis ad Deum.

6. Ad ſeptimam Obiectionem §. 5. propoſitam reſpondetur negando antecedens. Ad cuius probationem, teſtimonijs Gregorij & Joannis Pontificum ſubnixam, quidam reſpondent, eos loqui de charitate conſummata patriæ, quam diabolus pręvaricando reſpuit ac recuſavit; non de tranſitoria charitate viæ, quam primo inſtanti cum reliquis accepit & habuit. Verùm hæc reſponſio non videtur congruere verbis Papæ Joannis, quicquid ſit de verbis Gregorij. Ioannes quippe aſſerit, *homines tenere charitatem* IN TERRA, *quam diabolus habere nequivit in cælo.* Non tenent autem homines in terra conſummatam charitatem patriæ, ſed meritoriam viæ: Non ergo de illa, ſed de hac loquitur Ioannes. Congruentiùs proinde reſponderi poteſt, ſermonem ibi eſſe de charitate permanente ſeu perſeverante. Hanc quippe homines ex lutea materia conſtantes tenent in terra, quam diabolus, ab omni corporea concretione immunis, amiſit in cœlo. Similiter reſponderi poteſt ad verba illa ſub Augũſtini nomine obiecta, *charitas quæ deſeri poteſt, non fuit vera.* Unde cùm Hugo Victorinus eadem verba ſibi obieciſſet, ita reſpondit: [d] 'Dicimus quòd *vera* dicitur duobus modis, ,& quantum ad permanentiam, & quantum ad ſubſtantiam. *Non fuit vera*, id eſt, permanens & conſtans'. Quæ reſponſio firmari poteſt ex eo quòd Auguſtinus lib. de Corrept. & Grat. cap. 9. neget, eos verè dici filios Dei, aut diſcipulos Chriſti, qui finaliter à filiatione vel diſcipulatu lapſuri ſunt: 'Appellamus (ait ille ibi) eos & electos ,Chriſti diſcipulos, & Dei filios; quia ſic appellandi ſunt quos rege,neratos prè vivere cernimus: ſed tunc VERE ſunt quod appellantur,

Ad Obiectionem ſeptimã.

Ad Confirmationem primã.

[d] *Hugo Vict. in Summa Sent. Tract. 3. cap. 7.*

Auguſtinus.

Digitized by Google

Videsuperiùslib. 2.c. 2. §. 4.

,si MANSERINT in eo propter quod sic appellantur : Si autem perseve-
,rantiam non habent, id est, in eo quod cœperunt esse non manent,
,NON VERE appellantur quod appellantur,& nõ sunt: Apud eum enim
hoc non sunt,cui notum est quod futuri sunt,id est,ex bonis mali'. Ad
hunc ergo modum exponi potest quod de charitate obiectum est:
quanquam non admodum referat, quid author ille apocryphus sense-
rit, cuius Operi,*de Salutaribus Documentis* inscripto, atque in Appen-
dicem Tomi 4. Operum Augustini reiecto, Lovanienses Theologi

Lovanienses.

pridem hanc præfixere censuram : 'Qui scribit hunc librum, subindi-
,cat se fuisse clericum, qui cesserit ad vitæ correctionem : Laicum au-
,tem fuisse, cui scribit. Apparet, hominem fuisse pium, sed absque lit-
,teris: nam sermo nec purus est, nec cohæret alicubi. Capite septimo
dicit, *Charitas qua deseri potest, nunquam fuit vera*'. Ad ea quæ subse-
quenter ex Augustino obiecta sunt, facilis est responsio. Etenim Au-
gustinus ijs locis non suam sententiam exprimit, sed adversantium sibi
sensa proponit, vt intuenti contextum facilè apparet. Nam caput illud
23. libri 11. de Genesi ad litteram his verbis orditur : 'Quod ergo PV-
,TATVR nunquam diabolus in veritate stetisse, nunquam cum Ange-
lis beatam duxisse vitam' &c. Vbi manifestè refert quid à quibusdam
putetur, non quid ipse putet. Similiter lib. 11. de Civit. cap. 13. præ-
miserat verbis in Obiectione allegatis hæc : 'Nisi fortè QVIS DICAT'
&c. Quid verò ipse hac de re senserit, in præcedentibus sufficienter pa-

Ad Confirmationẽ secundã.

tefecimus. Ad secundam Confirmationem respondetur, Angelicum
Doctorem ibi loqui de Angelis bonis, quorum primus actus chari-
tatis in via correspondit duobus actibus Angelorum malorum; vni
charitatis cum quo creati fuerunt, alteri cupiditatis quo diuinã æqua-
litatem perversè ambierunt. Vnde idem ipse inferiùs quæst. 63. ar.

D. Thomas.

6. ad 4. 'Prima operatio (inquit) fuit omnibus communis,sed in se-
,cunda sunt distincti: Et ideò in primo instanti omnes fuerunt boni,
sed in secundo fuerunt boni à malis distincti'. Quando ergo locis in
Obiectione allegatis dicit, Angelos statim post vnum actum merito-
rium adeptos fuisse beatitudinem, non intelligit actum correspon-
dentem vnico instanti temporis realis aut imaginarii, sed continuatum per

Ad Confirmationem tertiã.

certam durationis moram : de qua inferiùs tractabitur. Ad tertiam
Confirmationem respondetur, doctrinam D. Thomæ de inflexibilita-
te Angelici arbitrij post electionem semel factam, pati multas excep-
tiones vel restrictiones, fatentibus ipsis Thomistis : ex quibus Ban-

[e] Bannez in 1. p. q. 64. ar. 2. ad 2.m

nez in solutione præsentis difficultatis : [e] 'Angelus (inquit) in primo
,instanti habuit quidem operationem liberam,sed non plenè delibera-
,tam, vt dictum est superiùs: At operatio per quam D. Thomas in-
,quit liberum arbitrium Angeli inflexibile reddi,est operatio plenè de-
,liberata,quæ non est referenda in authorem naturæ, sicut reducitur
,prima Angeli operatio ; sed in ipsummet Angelum deliberatè se mo-
ventem & applicantem'. Subdit & aliam restrictionem paulò infrà
ibidem in responsione ad 2.m Confirmationem, dicens : 'Inflexibilitas

arbi-

,arbitrij in Angelo orta ex conuerſione deliberata in finem, non eſt circa media, ſed circa finem'. Rurſus aliquanto ſuperiùs ibidem cùm ſtatuiſſet hanc concluſionem, 'Obſtinatio Dæmonum provenit & ex natura ſtatus in termino, & ex inflexibilitate arbitrij eorum'; & priorem partem concluſionis probaſſet, adiecit: 'Secunda pars concluſionis non eſt tam certa ſicut præcedens: Etenim in aſſignanda illa ratione inflexibilitatis arbitrij, pauciſſimi Theologi ſunt extra D. Thomæ Scholam, qui ipſi conſentiant'. Ex quibus patet, prætactam doctrinam etiam ab ipſis Thomiſtis non tradi vt certam, vel communem in Scholis; ſed duntaxat vt probabilem, & Thomiſtis peculiarem; qui tamen ipſi eam multifariè limitant, vt vel ſpeciem quandam veriſimilitudinis habeat. Quapropter ſi per eam procreari poſſet aliquod præiudicium præaſſertæ à nobis hactenus veritati, poſſemus eam ſimpliciter abnegare. Sed non procreatur, dummodo intelligatur iuxta limitationes prædictas; & inſuper addatur, quòd inflexibilitas Angelici arbitrij non importet omnimodam inconvertibilitatem in oppoſitum eius quod ſemel cum plena deliberatione ſpontaneè elegerat, ſed maiorem duntaxat firmitatem in adhærendo, quàm ſit hominum:

[f] 'Non ſic exiſtimandum eſt (ait Franciſcus Sylvius) inflexibilem eſſe ,Angeli plenam & perfectam finis apprehenſionem, eiuſque perfectam ,appetitionem; quaſi iuxta naturales Angeli vires omninò ſit impoſſibile, ipſum dimoveri ab eo quod ſic apprehendit & elegit: Alioquin ,enim ſequeretur, Angelos non eſſe confirmatos in bono per gratiam, ,& per viſionem beatificam (quod tamen docet Sanctus Doctor q. 62. ,ar. 8. conſentaneè his B. Fulgentij verbis lib. de Fide ad Petrum cap. ,23. *Hoc ipſum quòd ab illo ſtatu beatitudinis in quo ſunt, mutari in deterius ,nullatenus poſſunt, non eſt eis naturaliter inſitum; ſed poſtquam creati ſunt, gratiæ diuinæ largitate collatum*) ſed per naturæ ſuæ vires'. Huc referri poteſt & illud Iſidori ſub finem præcedentis capitis citatum: 'Angeli mutabiles naturâ, immutabiles gratiâ'. Certè Fulgentius obſtinationem dæmonum non in arbitrij inflexibilitatem, ſed in gratiæ denegationem referre videtur vbi ait: [g] 'Si poſſibile eſſet, vt humana natura, ,poſtquam à Deo averſa bonitatem perdidit voluntatis, ex ſeipſa rurſus eam habere potuiſſet, multò poſſibiliùs hoc natura haberet Angelica: quæ quanto minus gravatur terreni corporis pondere, tantò ,magis hac eſſet prædita facultate. Sed oſtendit Deus, vnde bona voluntas hominibus detur, quam ſic amiſerunt Angeli cùm haberènt, vt amiſſam deinceps habere non poſſint'. Vnde & Proſper in Reſp. ad Obiectionem 6.[m] Vincentianam, homines à Deo deſertos comparat in malitia vel obſtinatione dæmonibus. Addit præterea ibidem inferiùs: 'Hoc inter malos homines diſtat & dæmones, quòd homi-,nibus etiam valdè malis ſupereſt, ſi Deus miſereatur, reconciliatio: dæmonibus autem nulla eſt in æternum ſervata converſio'. Ubi notandum quòd non eos diſtinguat penes arbitrij flexibilitatem & inflexibilitatem, ſed penes excluſionem vel non excluſionem à miſericordia

[f] *Sylvius in 1. p. q. 64. ar. 2.*

Fulgentius.

Iſidorus.

Vide Cyrill. Hieroſol. hic ſuprà §. 2.

[g] *Fulg. l. de Fide ad Petrum c. 3.*

Proſper.

Digitized by Google

dia Dei. Vnde ipſe Angelicus Doctor non dicit peccatum Angeli eſſe omnimodè irremediabile, ſed ait: [h] 'Peccatũ eius eſt MAGIS IRREMEDIABILE, quàm peccatum hominis'. Quia nimirum, vt ante præmiſerat, 'Non ſolùm non poteſt per ſeipſum reſurgere à peccato, ſicut ,nec homo: ſed vlteriùs ſecundùm modum naturæ ſuæ competit ei ,vt immobiliter inhæreat ei quod per propriam voluntatem elegit'. Immobiliter vtique non omnimodè, ſed ſecundùm modum naturæ ſuæ, quæ minus flexibilis eſt quàm natura hominis: Vt proinde peccatum eius non ſit omnimodè irremediabile, ſed *magis irremediabile quàm peccatum hominis*. Ad quartam Confirmationem reſpondetur negando antecedens. Longè quippè verius eſt, Angelos omnes ab initio habuiſſe fidem, perinde ac reliquas theologicas virtutes, divinitùs infuſam. Nec obſtat quod obijcitur de evidentia in atteſtante: Quia, vt Angelicus Doctor ait: [i] 'Cùm Angelus ante confirmationem, & ,homo ante peccatum, non habuerit illam beatitudinem quâ Deus per ,eſſentiam videtur, manifeſtum eſt, quòd non habuit ſic manifeſtam cognitionem, quòd excluderetur ratio fidei'. Et paulò infrà ibidem: 'Neceſſe eſt dicere, quòd Angelus ante confirmationem habuit fidem, & ſimiliter homo ante peccatum'. Ad authoritatem Hugonis Victorini in contrarium adductam reſpondet Angelicus Doctor ibidem ad 1. [m], eum non negare homini integro vel Angelo qualemcunque fidẽ, ſed eam 'Quâ ita quæreretur Deus abſens, ſicut à nobis quæritur. ,Erat enim eis magis præſens per lumen ſapientiæ, quàm ſit nobis; licet nec eis eſſet ita præſens, ſicut eſt beatis per lumen gloriæ'. Hominem certè primum ante lapſum habuiſſe fidem Auguſtinus apertè indicat libro 14. de Civitate capite 26. 'Gaudium verum (inquiens) ,perpetuabatur ex Deo, in quem flagrabat charitas ex corde puro, & conſcientia bona, & FIDE non ficta'. Conſonat Proſper Reſp. ad tria priora Dubia Genuenſium, & lib. contra Collatorem cap. 19. & 21. nec non Fulgentius lib. de Incarn. & Gratia cap. 13. 22. & 23. quibus locis apertiſſimè aſſerunt, Adamum prævaricando amiſiſſe fidem: Quæ vtique amitti non poſſet, niſi priùs habita fuiſſet. Sed de hoc aliàs.

[h] D. Th. q. 16. de Malo ar. 5. ad 6. [m]

Ad Confirm. quartam.

[i] D. Th. 2. 2. q. 5. ar. 1. in Corp.

Auguſtinus.

CAPVT V.

De Angelicæ peregrinationis duratione diſſeritur, de cuius fine multiplex ſententia refertur.

DE initio Angelicæ peregrinationis diſſeruimus, reſtat nunc expendenda eius duratio. Non defuére antiquitus qui hanc ad extremi vſque iudicij diem prorogandam cenſuerint. Ex horum numero videtur fuiſſe Origenes, quatenus Angelos humanæ cuſtòdiæ deputatos exiſtimat in die extremi iudicij præmium vel pœnam pro benè vel malè functo miniſterio recepturos: [a] 'Venient Angeli (ait ille) ad

I.

[a] Origenes Homil. 20. in Numeros.

Digitized by Google

,ad iudicium nobiſcum, & ſtabunt pro nobis ante Solem iuſtitiæ, ne ,fortè aliquid etiam ex ipſis cauſæ fuèrit quòd nos deliqui- ,mus, ne fortè minus erga nos operis & laboris expenderint, quo nos à peccatorum labe revocarent'. Similia habet ſuperiùs ibidem Homil. 11. & inferiùs Homil. 24. & turſus Homil. 13. & 35. in Lucã. Angelicus Doctor benignè Origenẽ interpretari ſatagit, vbi obiectæ ſibi eius authoritati reſpondens: [b] 'Angeli (inquit) ducuntur in ,iudicium pro peccatis hominum, non quaſi rei, ſed quaſi teſtes ad convincendum homines de eorum ignavia'. Sed quamvis hæc interpretatio aliquibus fortè Origenis locis aptari poſſit, non tamen omnibus. Nam paulò poſt verba iam citata Origenes ſubijcit: 'Si mercedẽ ,ſperat Angelus, verbi gratia, qui me conſignatum accepit à Deo, pro ,ijs quæ benè geſſi; certum eſt, quia & culpari ſperabit pro eis quæ à me non benè geſta ſunt'. Non ergo vt meri teſtes, ſed potiùs vt rei, pro benè vel malè præſtito miniſterio mercedem aut pœnam reportaturi comparebunt in iudicio nobiſcum Angeli, ſecundùm Origenem. Pro eadem ſententia allegatur & Hieronymus ex Commentario in caput 6.[m] Michęę, vbi exponens illud, *Contende iudicio adversùm montes*, ita ſcribit: 'Legamus Apocalypſim Ioannis Apoſtoli, in qua lau- ,dantur accuſanturque Angeli Eccleſiarum pro virtutibus vitijſque ,eorum quibus præeſſe dicuntur. Sicut enim interdum Epiſcopi cul- ,pa eſt, interdum plebis; & ſæpè magiſter peccat, & ſæpè diſcipulus; ,& nonnunquam patris vitium eſt, nonnunquam filij, vt benè vel ma- ,lè erudiantur: ita in iudicio Dei vel ad Angelos crimen referetur, ſi ,non egerint cuncta quæ ad ſuum officium pertinebant; vel ad popu- lum, ſi illis vniverſa facientibus ipſi audire contempſerint'. Sed non eſt novum quod Hieronymo adſcribantur alienæ ſententiæ, quas in ſuis Commentarijs ſine authorum mentione cõmemorat: Hoc enim Vigilantius, hoc Ruffinus, hoc Celeſtius, alijque fecerunt: 'Satis mi- ,ror (ait ipſe Vigilantio Epiſt. 75.) te voluiſſe Origenis mihi obijcere dogmata'. Et paulò infrà rurſus ibidem: 'Neque enim (inquit) ,ita debemus bona eius recipere, vt mala quòque ſuſcipere cogamur'. Obiecit ei ſimiliter eadem Origenis dogmata Ruffinus ex Commentarijs in Epiſtolam Pauli ad Epheſios. Cui reſpondens in priori adversùs eum Apologia: 'Ego (inquit) in Commentarijs ad Epheſios ,ſic Origenem, & Didymum, & Apollinarium ſecutus ſum, qui cer- ,tè contraria inter ſe habent dogmata, vt fidei meæ non amitterem veritatem'. Tanquam diceret, Sic eorum ſententias retuli, vt non iuxta eorum ſenſum ſentirem. Vnde cùm ei Celeſtius, Ruffini ſectator, Origeniſmi calumniam ſimiliter impegiſſet, ipſe in Præfat. libri 1. Comment. in Hieremiam ei repoſuit: 'Nuper indoctus calumniator ,erupit, qui Commentarios meos in Epiſtolam Pauli ad Epheſios re- ,prehendendos putat. Nec intelligit, nimiâ ſtertens vecordiâ, leges ,Commentariorum; in quibus multæ diverſorum ponuntur opinio- ,nes, vel tacitis, vel expreſſis Authorum nominibus: vt Lectoris ar-

[b] *D. Th. 1. p. q. 113. ar. 7. ad 4.m*

Origenes.

Mich. 6. 1.

Hieronymus.

bitrium

bitrium sit, quid potissimùm eligere debeat, decernere'. Itaque Hieronymus Origeniani illius dogmatis assertor non est, sed relator. Potest autem pro eodem dogmate non immeritò allegari Moyses Barcepha Comment. de Paradiso p. 1. cap. 22. 'Angeli (inquiens) iussa ,peragunt, divinæque voluntati obsequentes sunt; non absque spe ,præmij, quod ipsis dabitur post generalem mortalium resurrectionem'. Eidem dogmati favere videtur Magister Sentent. lib. 2. Dist. 5. §. vltimo, & Dist. 11. §. 4. & seqq. Non tamen existimat differendam esse Angelorum beatitudinem vsque ad extremum iudicium, sed eam censet eis mox à creatione fuisse collatam, propter obsequia tamen quæ subsequenter exhibituri fuerant vsque ad diem iudicij: ita vt in eis merces præcesserit meritum. Meminit huius sententiæ Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 4. in Corpore: eamque, tacito Magistri nomine, refellit hâc ratione: 'Meritum habet rationem viæ ad fi-,nem: Ei autem qui iam est in termino non convenit moveri ad terminum: & sic nullus meretur quod iam habet'. Quamvis itaque Magister non censuerit differri Angelorum beatitudinem ad finem vsque mundi, nihilominus censuit eorum peregrinationem protendi ad finem vsque mundi: non quòd non fuerint iam olim beati, sed quòd simul sint comprehensores & viatores: comprehensores quidem, quia terminum iam assecuti; viatores autem, quia eundem terminum per obsequia subsequentia promerentes. Vnde non est similis ratio de Christo, qui comprehensor extitit simul & viator: Non enim id meritus est vt viator, quod iam possedit vt comprehensor; sed gloriam corporis & alia nondum tunc possessa promeruit, beatitudinem verò animæ & reliqua ab initio habita non promeruit, vt superiori capite §. 5. memoravimus. Refert Angelicus Doctor 1. p. q. 64. ar. 4. ad 3.^{m} quorundam sententiam, tacitis Authorum nominibus, qui generaliter tam Angelorum quàm hominum beatitudinem pariter ac supplicium, ad consummationem vsque sæculi retardandam putarunt: 'Aliqui dixerunt (inquiens) vsque ad diem iudicij differri pœnam sen-,sibilem tam dæmonum quàm animarum, & similiter beatitudinem sanctorum differri vsque ad diem iudicij: quod est erroneum'. Et pauculis pro refutatione erronei huius dogmatis interpositis, subdit: 'Alij verò, licet hoc non concedant de animabus, concedunt tamen de dæmonibus'. Sed an hi peregrinationem dæmonum ad diem vsque iudicij prorogaverint, incertum est. Sicut enim qui animarum beatitudinem vsque ad diem iudicij differendam censuerunt, non ideò earum peregrinationem vltra diem mortis protenderunt; ita fieri potuit vt prædicti dogmatistæ consimili modo de dæmonibus censuerint: quòd nimirum eorum peregrinatio finita sit lapsu, sicut hominum peregrinatio finitur morte; iuxta illud Damasceni: [c] 'Quod hominibus mors est, hoc Angelis lapsus extitit'.

Moyses Barcepha.

Magister.

D. Thomas.

[c] *Damasc. l. 2. cap. 4.*

Est

2. Est & alia quorundam, vt apparet, veterum sententia; quæ Angelorum peregrinationem, non quidem ad finem vsque sæculi, sed tamen ad illud tempus protendit, de quo ait Moyses, *Cùm cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent; videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Censent hi Authores, Diabolum & Angelos eius de cœlo fuisse primùm prolapsos ob concupiscentiam fœminarum, cum quibus concumbentes progenuerint gigantes, de quibus subiungitur, *Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt; isti sunt potentes à sæculo, viri famosi.* Moventur hi authoritate potissimùm 70. Interpretum, qui pro *filijs Dei* transtulerunt *Angelos Dei.* Huic sententiæ suffragari videtur Iustinus Martyr in priori pro Christianis ad Senatum Romanum Apologia, ita scribens: 'Deus qui hunc mundum vniversum condidit, postquam ,res terrenas subiecit homini, cœlestes verò ad proventum frugum di-,stinxit certis vicibus quotannis recurrentibus, & iussa divina in ho-,minum vsum, vt apparet, exequentibus; eorum quæ sub cœlo sunt ,curam commisit designatis ad hanc functiónem Angelis: qui ab offi-,cio decedentes, victique fœminarum complexibus susceperunt ex eis progeniem, quam vulgus vocat genios'. Consonat Athenagoras in sua ad Imperatores pro Christianis Legatione paulò ante finem: 'Ex ,Angelis (inquiens) amatoribus virginum gigantes nati sunt, cùm alioqui res divinitùs concreditas malè in terris administrassent'. Subscribit Clemens Alex. lib. 3. Pędagogi cap. 2. in fine: 'Mens (inquiens) ,à voluptate abducitur; & rationis integritas, quæ verbo Pędagogo ,non vtitur, labitur in libidinem: lapsus autem mercedem recipit, ,quòd excidat. Harum rerum tibi sunt indicio Angeli, qui Dei reli-,querunt pulchritudinem, propter pulchritudinem quæ flaccessit; atque adeò è cœlis in terram ceciderunt'. Et lib. 3. Stromat. paulò ante medium: 'Angeli (inquit)' cùm fuissent incontinentes, victi cupiditate, huc è cœlo descenderunt'. Et lib. 5. Stromat. paulò post initium: 'Angeli illi (inquit) quibus superna sors obtigerat, delapsi ad voluptates enuntiarunt arcana mulieribus'. Eidem sententiæ subscribit Tertullianus lib. de Idololatria cap. 9. vbi Mathematicos refellens ait inter cætera: 'Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam huius curiositatis; propterea etiam damnatos à Deo'. Idipsum & alibi frequenter insinuat: vt lib. de Cultu fœmineo cap. 10. & lib. de Velandis virginibus cap. 7. & lib. de Habitu Mulicbri cap. 2. & 4. & lib. 5. contra Marcionem cap. 18. Quem secutus est Cyprianus lib. de Disciplina & Habitu virginis paulò post medium, vbi exquisita fœminarum ornamenta improbans ait de eis: 'Quæ omnia peccatores & apostatæ Angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia devoluti cœlesti vigore recesserunt'. Extat inter eiusdem Cypriani Opera Liber, de Singularitate clericorum inscriptus, quem nonnulli attri-

Gen. 6. 1. & 2.

Gen. 6. 4.

Iustinus.

Athenagoras.

Clemens Alex.

Tertullianus.

Cyprianus.

Origenes. buunt Origeni; vbi hæc legitur in fornicarios invectiva: 'Eant nunc ,prædones pudoris, & plagiarij castitatis, mulierculis suis exponere ,molestias querelarum. Apud sanctos nostros non habent omninò suf- ,fugium, quibus misceri Ecclesiæ authoritate Pauli Apostoli prohibe- ,tur: *Et hos*, inquit, *devita: ex hu enim sunt qui repunt in domos, & capti-* 2. Ti
,*vas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desideriis.* Post & 6
,hoc edictum vtinam confidant sibi Angelorum exempla conducere. ,Nos iam non valent flectere, qui novimus, & Angelos cum fœminis cecidisse'. Favet eidem sententiæ Minutius in Octavio aliquantulùm post medium, vbi de dæmonibus loquens, eorumque lapsum perstringens, ait: 'Spiritus sunt insinceri & vagi, à cœlesti vigore terrenis la- bibus & cupiditatibus degravati'. Consonat Severus Sulpitius lib. 1. Historiæ sacræ paulò post initium: 'Cùm iam (inquiens) humanum ,genus abundaret, Angeli, quibus cœlum sedes erat, speciosarum for- ,mâ virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt; ac naturæ suæ ,originisque degeneres, relictis superioribus, quorum incolæ erant, ,matrimonijs se mortalium miscuerunt. Hi paulatim mores noxios ,conferentes, humanam corrupêre progeniem; ex quorum coitu gi- ,gantes editi esse dicuntur, cùm diversæ inter se naturę permixtio mõ- strа gigneret'. Favet & Ambrosius lib. de Noë & Arca cap. 4. 'Non ,Poëtarum more (inquiens) gigantes illos terræ filios vult videri di- ,vinæ Scripturę conditor, sed ex Angelis & mulieribus generatos as- serit'. Et lib. 1. de Virginibus paulò ante finẽ: 'Quid pluribus (inquit) ,exequar laudem castitatis? Castitas etiam Angelum facit: Qui eam servavit, Angelus est; qui perdidit, diabolus'. Et mox infrà ibidem: 'Quàm præclarum (inquit) Angelos propter intemperantiam suam in ,sæculum cecidisse de cœlo, virgines propter castimoniam in cœlum transisse de sæculo'! Et rursus in Apologia David cap. 1. alludens ad adulterium Davidis cum Bethsabee: 'Non miraris hominem (ait Le- ,ctori) & Angelis adæquandum iudicas? Plurimùm vitæ suæ, imò à ,pueritia, in divitijs, honoribus, imperijs demorantem, in multis ten- ,tationibus positum, semel tantùm locum errori dedisse; & ei errori, ,quo etiam Angeli cœlorum, vt Scriptura commemorat, de sua vir- tute & gratia deiecti sunt'. Hausit porrò Ambrosius hanc sententiam

Minutius.

Severus Sulpit. Vide Eusseb. l. 5. Præp. Evang. c. 4. & Lactan. l. 2. cap. 14.

Ambrosius.

Philo. ex Philone Judæo lib. de Gigantibus, vt advertit Sixtus Senensis
Sixtus Senensis. lib. 5. Biblioth. Annotat. 77. & noviſſimè Leonardus Marius in ca-
Leon. Marius. put 6.m Geneseos n. 3. vbi & Philoni adiungit Platonicos: 'Neque ,mirum est (inquiens) Ambrosium sententiam hanc secutum esse; cùm ,Philonem, quem ferè etiam ijsdem verbis sequitur, anteceſſorem ,habuerit: & omnis Platonicorum Schola, cuius sententiæ ,apud Christianos Patres primis sæculis magis receptæ erant quàm ,scholę Peripateticæ, Angelis corpora, coitum, & prolem tribuerit'.

Hilarius. Favet eidem sententiæ vetus quædam traditio, cuius meminit Hila- rius in Psalmum 132. his verbis: 'Hermon mons est in Phœnice, cu- ius interpretatio est Anathema. Quod enim nobis *Anathema* nuncu- patur,

,patur, id Hebraicè *Hermon* dicitur. Fertur autem id, de quo etiam ne-
,scio cuius liber extat, quòd Angeli concupiscentes filias hominum,
,cùm de cœlo descenderent, in hunc montem maximè convenerint
excelsum'. Vbi illis verbis, *Nescio cuius liber extat*, alludit Hilarius ad librum Enoch, quem nonnulli veterum velut canonicam Scripturam habuerunt: in quo historia descensus Angelorum ad filias hominum refertur. Potest itaque prædicta sententia corroborari authoritate libri Enoch, cuius Fragmentum huc spectans recitat Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, & ex ipso Iacobus Boulducus lib. 1. de Ecclesia ante legem cap. 19. Videri præterea de eo potest Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth. verbo *Henoch*, vbi inter alia ait: 'Quale fuerit libri huius argumentum, ignotum est: apparet tamen ex ,Patrum monumentis fuisse in eo capita quædam, *De numero ac nomi-*
,*nibus stellarum, & ipsarum secretis virtutibus: De descensu filiorum* DEI *ad fi-*
,*lias hominum: De gigantibus ex Angelorum coitu progenitis:* DE *extremo iu-*
dicio Dei erga impios'. Et quidem ad postremum hoc capitulum quod attinet, Iudas Apostolus certam facit fidem quòd de eo Enoch prophetaverit: *Prophetavit*, ait ille, *de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce*
Iude v. 14. & 15. *venit* DOMINVS *in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra* DEVM *impij peccatores*. Non quidem hìc dicitur Enoch scripsisse, sed *prophetasse*. Vnde Michaël Medina lib. 5. de Recta in Deum fide cap. 24. negat, Prophetiam Enoch litteris ab eo consignatam fuisse. Sed Augustinus pro indubitato censet habendum oppositum, dicens: [d] 'SCRIPSISSE quidem nonnulla divi-
,na Enoch illum septimum ab Adam, negare non possumus; cùm hoc in Epistola canonica Judas Apostolus dicat'. Qua de re videri potest Leonardus Coquęus in eius loci Commentario, nec non Serarius in Epistolam canonicam Iudæ, & Pererius lib. 7. in Genesim Disp. de Translatione & Scriptis Enoch q. 6. & Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 18. & Bonfrerius in Præloquijs Bibliacis cap. 6. Sect. 2. & 6. & Pamelius in Notis super libro Tertulliani de Habitu Muliebri n. 30. & seqq. Non defuére tamen ex adverso, qui vsqueadeò Prophetiã Enoch censuerunt spuriam, vt ob eam in Epistola Iudæ allegatam, etiam hanc ipsam pro apocrypha habuerint: [e] 'Iudas (ait Hierony-
,mus) Frater Iacobi, parvam, quæ de septem canonicis est, Epistolam
,reliquit: Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reijcitur'.

Enoch.
Scaliger.
Bouldue.
Sixtus Senen.
Medina.
[d] *Aug. lib. 15. de Civit. cap. 23. Videibid. l. 18. c. 38.*
Coquæus.
Serarius.
Pererius.
Bellarm.
Bonfrerius.
Pamelius.
[e] *Hieron. lib. de Scritt. Ecclesiast. cap. 4.*

3. Duabus precedentibus sententijs subnectenda est tertia, quæ Angelorum peregrinationem ad hominis vsque creationem atque in Paradiso collocationem prorogat. Pro hac allegari possunt ij omnes, qui dæmones per invidentiam erga hominem iam conditum, ac specialibus prærogativis decoratum, corruisse existimant. Etenim vsque ad lapsum dæmones fuére in via: adeoque si per invidentiam iam dictam lapsi sunt, consequens est vt non nisi post hominis creationem atque

in paradiſo collocationem deſierint eſſe viatores. Quod à fortiori verum eſt de Angelis lucis: quippe qui demum poſt dæmonum lapſum conſecuti ſunt æternæ beatitudinis plenitudinem, vt poſtea videbitur. Huic ſententiæ favere videtur Irenæus cùm de Lucifero archiapoſtata loquens: [f] 'Ex tunc (inquit) Apoſtatà eſt Angelus hic & inimicus, ,ex quo zelavit plaſma Dei, & inimicum illum Deo facere aggreſſus eſt'. Conſonat Proclus, & eius tranſcriptor Methodius Serm de Reſurrect. apud Epiphanium Hæreſi 64. & apud Photium in Biblioth. n. 480. 'Diabolus (inquiens) eſt Spiritus, circa materiam, à Deo fa,ctus, vt & Athenagoræ placuit (quemadmodum & reliqui Angeli ab ,eodem Deo facti ſunt) cui & materia, & formarum in materia ad,miniſtratio procuratioque commiſſa eſt. Ea enim productionis An,gelorum ratio fuit, vt in ijs quæ à Deo condita eſſent, providentiâ ,moderandis, vicariam Deo operam navarent: vt nimirum commu,nem ac generalem omnium curam gerens Deus, omnium ipſe Do,minium imperiumque, pendente ab ipſo omnium virtute fir,mamentoque, teneret; cùm interim ſingularem functionem atque ,curam præpoſiti ad hoc Angeli ſuſtinerent. At verò cæteri quidem in ,ea ſtatione perſtiterunt, cuius gratiâ à Deo conditi, & in quam præ,fecti erant: Diabolus verò petulâter egit, & in eorum, quę ſibi fuerant ,commiſſa, procuratione, CONCEPTA ADVERSVS NOS INVIDIA, ,peſſimum ſe præbuit; quemadmodum & illi qui poſtea corporum ,concupiſcentiâ flagrantes, cum filiabus hominum ſtupri conſuetudinem habuerunt'. Conſonat Tertullianus lib. de Patientia cap. 5. & lib. 2. contra Marcionem cap. 10. vbi pro eo quod in vulgata editione legitur dictum diabolo ſub perſona Regis Tyri apud Ezechielem, *Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te*, ipſe legit, *Fuiſti inviuperabilis in diebus tuis ex qua die conditus es, donec inventæ ſunt læſuræ tuæ*: Per *læſuras* intelligens invidiæ ſtimulos quibus hominem pupugit & deiecit: vel, vt ipſe ait: 'Quibus læſit hominem, ,electum à Dei obſequio: & ex illo deliquit, ex quo delictum ſemi,ſavit: atque inde *negotiationis*, id eſt, malitiæ ſuæ, *multitudinem* exercuit'. Tertulliano ſubſcribit Cyprianus lib. de Zelo & Livore paulò poſt initium: 'Videamus (inquiens) vnde zelus, & quando, & quo,modo cœperit: faciliùs enim à nobis malum tam pernicioſum vita,bitur, ſi eiuſdem mali & origo & magnitudo noſcatur. Hinc diabo,lus inter initia ſtatim mundi & perijt primus, & perdidit. Ille du,dum Angelicâ maieſtate ſubnixus, ille Deo acceptus & charus, poſt,quam hominem ad imaginem Dei factum conſpexit, in zelum male,volo livore prorupit; non priùs alterum deijciens inſtinctu zeli, quàm ,ipſe zelo antè deiectus, captivus antè quàm capiens, perditus antè ,quàm perdens; dum ſtimulante livore homini gratiam datæ immor,talitatis eripit, ipſe quòque id quod prius fuerat amiſit. Quale ma,lum eſt, quo Angelus cecidit, quo circumveniri & ſubverti alta illa & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt ipſe qui decepit'! Qui

[f] *Irenæus l. 4. c. 78. Videcund. l. 5. c. 24.*

Proclus.

Methodius.

Tertullianus.

Ezech. 28. 15.

Cyprianus.

Vide Aug. lib. 4. de Baptiſmo cont. Donatiſtas cap. 8.

rurſus

rursus lib. de Bono Patientiæ post medium : 'Diabolus (inquit) ho-
,minem ad imaginem Dei factum impatienter tulit: inde & perijt pri-
mus, & perdidit'. Refert Damascenus lib. 2. Parallel. cap. 3. hanc
ex Basilio Magno sententiam : 'Invidiæ telo ab orbis ortu vsque ad *Basilius.*
,mundi finem omnes ferit ac prosternit ille vitæ nostræ corruptor
,diabolus; atque exitio nostro gaudens, qui ob invidiam corruit, nos
eodem telo deijcit'. Extat ea sententia apud Basilium tomo 1. Homil.
11. de Invidia, prænotata. Vbi & antea præmiserat hanc monitionem:
'Fugiamus invidiam, pugnæ in Deum magistram' : Quia nimirum
Diabolum ad bellandum adversùs Deum excitavit. Et adhuc superiùs propè initium : 'Caveamus (inquit) invidiæ vitium, ne socij ge-
,storum diaboli reddamur, & eodem cum ipso condemnati iudicio *Vide Aug. lib. de Disciplina christiana cap. 7. & Serm. 83. de Tempore.*
reperiamur'. Ubi satis indicat, diabolum propter invidiam fuisse cō-
demnatum : adeoque invidiam fuisse primum eius peccatum : siqui-
dem propter primum suum peccatum damnatus est. Qui rursus infe-
riùs Homil. 21. in aliquot Scripturæ locos, ait : 'Dictum suprà de
,invidia. Ad maiorem eius mali custodiam nunc rursus aliquid adde-
,mus: Ipsa namque proprium est diaboli vitium : Non enim diabolus
,creatus est diabolus; sed cùm Angelicam potestatem accepisset, in de-
,monis naturam conversus est, & factus iniquus dæmon : Hâc enim
,iniquitate imbutus, & à Dei familiaritate alienatus, ad partem de-
,fectionis conversus, post quam vidit hominem, parvum quidem ani-
,mal, supra omnem creaturam honoratum ; hunc ei honorem invidit'.
Et Homil. Quod Deus non est author malorum, loquens de diabolo: 'Quæris (inquit) vnde illi sit contra nos bellum? Quoniam cùm
,omnis ipse mali promptuarium existeret, invidiæ quòque morbum in
,se recepit, & invidit nobis illum honorem, nec facilè tulit vitam in
paradiso beatam ducere'. Similia habet Gregorius Nyssenus Basilij *Greg. Nyssenus. Greg. Nazian.*
frater Orat. Catech. cap. 6. Consonat & Nazianzenus Orat. 27. non
longè ante medium, vbi de invidia loquens : 'Hæc (inquit) Luciferum
obscuravit'. Nec minùs disertè Lactantius lib. 2. divin. Instit. cap.
8. loquens de Lucifero : Suapte invidiâ (inquit) tanquam veneno in- *Lactantius.*
fectus est, & ex bono in malum transcendit'. Et mox infrà : 'Vnde
apparet (subdit) cunctorum malorum fontem esse livorem'. Ex quo
planè consequitur, invidiam fuisse primum diaboli peccatum: Nam si
aliud peccatum eam præcessisset, cunctorum peccatorum fons ipsa non
esset : quia vtique non illius, quod eam antecessisset. Vnde & Petrus
Chrysologus Serm. 4. expresè eam appellat primam labem : 'Invidia *Chrysologus.*
,(inquiens) malum vetustum, PRIMA LABES, antiquum virus, sæcu-
lorum venenum, causa funeris'. Et ne fortè putares, eam dici primam *Præoccupatio.*
labem & causam funeris; quia per eam causatum est funus Abelis, om-
nium primum : subdit ibidem Chrysologus : 'Hæc in principio ipsum
Angelum eiecit & deiecit de cœlo'. Et Serm. 48. 'Invidia (inquit)
de cœlo deiecit Angelum'. Et Serm. 172. 'Invidia cœlum tentat: ibi
enim diabolum fecit ex Angelo'. Sed cuinam invidit Angelus in cœ-

lo

lo exiſtens, vt inde eijci & deijci mereretur? Vtique homini in paradiſi amœnitatem introducto atque ad eandem cum Angelis gloriam ordinato: 'Authoris lex refert (ait idem Serm. 148.) quòd Deus ho-,minem propriam creavit ad vitam, quòd homini terram iuſſit pro-,ferre fructus ſpontaneâ ſervitute, quòd beſtias, pecudes, armenta hu-,manæ iuſſit poteſtati ſubiacere, non arti; vt homo laboris neſcius, do-,loris ignarus, beatus delitias poſſideret. Sed omnia hæc ne haberet ,homo, Angelus, qui inter primos habebatur, invidit: maluitque in ,diabolum commutari, ne hominem plenum gloriâ ſic videret. Deni-,que hoc livore ſuccenſus aggreditur dolis fœminam, virginemque vt ,vetitum deguſtaret pomum inducit: inducta virgo inducit virginem mox maritum'. Suffragatur eidem ſententiæ Auguſtinus Tract. 5. in

Auguſtinus. Ioannem: 'Quid eſt (inquiens) invidere? Horrendum malum: Ipſo malo Zabulus deiectus eſt; ipſum deiecit multùm maligna peſtis'. Et lib. de Vera Religione cap. 13. 'Quid mirum (inquit) ſi fit ex defectu ,inopia, & ex inopia invidentia: quâ diabolus vtique diabolus eſt'? Et lib. de Diſciplina Chriſtiana cap. 7. loquens de vitio invidentiæ: 'Avertat Deus (inquit) hanc peſtem ab animis omnium hominum, ne-,dum Chriſtianorum: Vitium diabolicum, quo ſolo diabolus reus ,eſt, & inexpiabiliter reus: Non enim dicitur diabolo vt damnetur, ,Adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti: ſed homini ſtanti lapſus invidiſti'. Et Serm. 83. de Tempore: 'Obſer-,vemus (inquit) vitij huius incurſum; ne fortè participes operis dia-boli inveniamur, & pari cum illo ſententiâ condemnemur'. Addi his poteſt Anaſtaſius Sinaita in *Duce via* adversùs Acephalos capite 4. ita

Anaſt. Sinaita. ſcribens: 'Cùm Deus aſpectabilem hunc mundum fabricaret, hoc eſt, ,cœlum, ac terram, quæque terrâ continentur; arbitrabatur diabolus ,(vt quidam Doctorum ait) ſe à Deo conſtitutum iri regem ac Domi-,minum aſpectabilis creaturæ. Poſtquam autem productum Adam ,vidit, & à Deo collatum ipſi terrenarum rerum omnium dominatú, ægrè hoc ferens, & invidens homini, decepit ipſum'. Conſonat Pru-

Prudentius. dentius in Hamartigenia, ita de Lucifero canens: 'Factus de ſtirpe ,bonus, bonitatis in vſum proditus, & primo generis de fonte ſerenus; ,deterior mox ſponte ſuâ, dum decolor illum inficit INVIDIA, ſtimu-liſque inſtigat amaris'. Favet & Bernardus Serm. 17 in Cantica: 'Pu-

Bernardus. ,taſne (inquiens) *Lucifer* ille *qui mane elevabatur*, antequam verteretur *Iſa.14.12.* ,in tenebras, generi noſtro inviderit & ipſe olei effuſionem; vt per ſe-,ipſum iam tunc indignabundus muſſitaret, dicens intra ſe quodam-modo, *Vt quid perditio hæc*? Et paulò infrà rurſus ibidem de eodem *Matt.26.8* magis reſolutè: 'In cœlo concepit dolorem, & in paradiſo peperit ,iniquitatem'. Concepit vtique in cœlo dolorem, impatienter ferens quod Deus hominem de lutea materia plaſmatum ſibi quodammodo coæquaſſet, & omnibus terrenis dominari iuſſiſſet, ſecundùm illud

§ *Tertull. lib. de Patientia c. 5.* Tertulliani: § 'Natales impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo: ,Iam tunc cùm Dominum Deum vniverſa opera quæ feciſſet, imagini

ſuæ

,ſuæ ,id eſt, homini,ſubieciſſe impatienter tulit.Nec enim doluiſſet ,ſi ,ſuſtinuiſſet : nec inuidiſſet homini, ſi non doluiſſet. Adeò decepit eũ, ,quia inuiderat : inuiderat autem, quia doluerat : doluerat , quia pa- ,tienter vtique non tulerat. Quid primum fuerit ille Angelus perdi- ,tionis , malus an impatiens, contemno quærere : palàm cùm ſit, im- ,patientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auſpicatam; de- inde inter ſe conſpiraſſe , & individuas in vno patris ſinu adoleviſſe'.

4. Communior in ſcholis, veriorque ſententia eſt, Angelos ſuæ pere- grinationis curſum priùs abſolviſſe in cœlo,quàm genus humanum in- ſtitueretur in terra. Hanc ſententiã neceſſe eſt amplecti eos omnes,qui homines ad hoc conditos cenſent,vt prælapſorũ Angelorũ ruinas ſup- plerent. Ex his eſt Bernardus Serm.1.de Adventu,ſub initium,vbi de Deo loquens ait inter alia: 'Novit in affectum malitiæ & nequitiæ ,tranſiſſe Angelos deſertores, nec ex ignorantia aliqua ſeu infirmitate ,peccaſſe ; ideòque perire neceſſe eſſe pœnitere nolentes : Patris enim ,amor & honor regis iudicium diligit. PROPTER HOC ENIM ET IP- ,SE CREAVIT HOMINES AB INITIO, QVI SVPPLERENT LOCVM IL- LVM, ET RVINAS HIERVSALEM RESTAVRARENT'. Eandem ſenten- tiam apertè tradit Potho Prumienſis lib. 4. de Domo Dei capite 14. 'Homo (inquiens) ad ruinam apoſtatæ Angeli ſupplendam conditus ,eſt. De ipſis autem apoſtatis Angelis, ex ſingulis novem ordinibus ,Angelorum aliquos lapſos eſſe , Scripturæ ſanctæ teſtimonio affirma- ,tur. Unde ad inſtaurandum in ſingulis ordinibus numerum Angelo- ,rum qui lapſi ſunt, ſancti & electi homines, ſicut divina providentia ,diſpoſuit,aſſumuntur.Sunt ergo in hominibus aliqui qui Angelis,ſunt ,qui Archangelis , ſunt qui Principibus, ſunt qui Poteſtatibus , ſunt ,qui Virtutibus, ſunt qui Dominationibus,ſunt qui Thronis,ſunt qui Cherubim, ſunt qui Seraphim, vitæ ſuæ merito annumerantur'. Sup- ponit eandem ſententiam Rupertus lib. 2. in Geneſim cap. 20. cùm ait : 'Sobriè quærere, id eſt, mirari licet, cùm Deus poſſet ruinas An- ,gelorum novis Angelis reædificare,& totidem quot ceciderunt ſimul ,creare & in cœlum levare, vt vnius generis eſſet plebs cuncta, omniſ- ,que nobilitas cœleſtis patriæ : cur homines , alterius naturæ vel con- ,ditionis fecit, quos reponeret pro Angelis; & non cunctos, aut mul- ,tos ſimul, ſed vnum tantummodò plaſmavit, de quo propagarentur cæteri'. Conſonat Franco Affligenienſis Abbas Tomo 2. de Gratia Dei, quem his verbis orditur : 'Sapientia Dei à fine vſque ad finem ,attingens , omnia implens , omnia complectens , cui nihil latere, ,nihil poteſt perire ; numeroſam illam Angelorum multitudinẽ ,in eam , quæ oculis eius placuerat, integritatis ſummam concluſerat: ,quæ etſi ruinâ ſuperbientium imminuta erat , ſua tamen Deo ſumma ,deperire non poterat. Ne ergo videretur aliquid creationis ſuæ in- ,curriſſe detrimentum, inijt ſecum reparationis mirabile conſilium; vt ,vilem in quandam materiam arte ſapientiæ ſuæ in eandem transfor- ,maret gloriam'. Et pauculis interpoſitis ſubdit inferiùs : 'Sapientia

Bernardus.

Potho Prumien.

Rupertus.

Franco Affligē. Vide Laurentium Iuſtinianum lib. de caſto connubio verbi & Animæ cap. 8.

,itaque Dei ad reſtaurationem cœleſtis ruinæ, terrenum, vt ita dixe-
,rim, Angelum, factura hominem, primùm ei domum, in qua condi-
tus habitaret, condidit'. Favet eidem ſententiæ Anſelmus lib. 1. Cur
Anſelmus. Deus homo cap. 16. dicens: 'Deum conſtat propoſuiſſe, vt ex huma-
,na natura, quam fecit ſine peccato, numerum Angelorum qui ceci-
derãt reſtitueret'. Verum quidem eſt, Anſelmum inferiùs ibidem cap.
18. de hac ſententia diſputativè problematicéque differere; nihilomi-
Author Elucid. nus etiam ibi ſatis innuit eius probabilitatem. Author Elucidarij ei-
dem Anſelmo attributi eandem ſententiam ſupponit cap. 8. dum in-
quirit, Cur pro Angelis lapſis non alij Angeli, ſed homines ſint crea-
ti? Rurſus inferiùs cap. 10. præmiſſæ interrogationi, 'Nonne caſus
malorum minuit numerum bonorum'? reſpondet: 'Etiam: ſed vt
impleretur electorum numerus homo eſt decimus creatus'. Quæ reſ-
Gregorius. ponſio ex Papa Gregorio ſumpta eſt Homil. 34. in Evangelia, vbi
exponit parabolam de decem drachmis: vt vidimus lib. 2. cap. 7. §. 3.
Conſonat Fulgentius lib. de Trinitate ad Felicem Notarium cap. 9.
Fulgentius. 'Poſt lapſum malorum (inquiens) & ſtabilitatem bonorum, placuit
,omnipotenti Deo aliam condere creaturam rationalem, libero arbi-
,trio exornatam, per quam numerus ille Angelorum de cœlo laben-
,tium, qui perierat, ſuppleretur: hominum dico primorum, ſecundùm
animam ex nihilo, ſecundùm corpus ex limo ſubſtitutorum'. Sunt
præterea alij non pauci nec ignobiles Tractatores, qui eidem ſenten-
tiæ quantum ad præſens noſtrum intentum ſuffragantur, quanquam
non ad reſtaurandam Angelorum ruinam conditos fuiſſe homines ar-
bitrentur. Ex his eſt Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. p. 5. cap.
Hugo Victor. 30. 'De ordinibus Angelorum (inquiens) hoc authoritas promulga-
Vide eund. ibid. p. 6. c. 34. & in Summa Sent. Tract. 3. c. 3. & Dialogo de Sacram ſub initiũ. ,vit: Novem in principio conditos à Deo Ordines Angelorum: id eſt,
,Angelos, Archangelos, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Domina-
,tiones, Thronos, Cherubim & Seraphim: vt addito homine dena-
,rius conſummaretur perfectionis cœleſtis. Non enim, vt quidam pu-
,tant, conditio hominis ita ad reſtaurationem Angelorum proviſa eſt,
,quaſi homo non fuiſſet factus, niſi Angelus cecidiſſet: Sed idcircò ad
,reſtaurandum & ſupplendum lapſorum Angelorum numerum factus
,homo dicitur, quia cùm homo POSTMODVM CREATVS, illuc vnde
,illi ceciderunt ductus eſt, illius ſocietatis numerus qui in cadenti-
bus diminutus fuerat, per hominem reparatur'. Conſonat Magiſter
Magiſter. Richard. Victor. lib. 2. Sentent. Diſt. 1. §. 9. Richardus item Victorinus Annot. in
Pſal. 74. vbi de Angelis generatim differens: 'Alijs (inquit) per cul-
,pam cadentibus & confirmatis in malo, alijs per gratiam ſtantibus &
,confirmatis in bono; vtrique ex vno divinæ iuſtitiæ calice potati
,ſunt: ſed illi de fæce, iſti de vino mero ſufficienter inebriati ſunt.
,FACTA POSTMODVM HVMANA NATVRA, ſimiliter & ipſa de Domi-
ni calice bibitura'. Author librorum de Mirabilibus ſacræ Scripturæ
inter Opera Auguſtini tomo 3. idipſum ſentit lib. 1. capite 3. dicens:
Pſeudo Auguſt. 'Non ſolùm peccatum hominis præceſſiſſe diabolica ruina credenda
eſt,

Digitized by Google

,eſt, ſed etiam perfectionem creaturarum illarum quæ in die ſexta facta eſt': Conſonat Iſidorus lib. 1. de Summo Bono cap. 10. ita ſcribens: 'Priùs de cœlo cecidiſſe diabolum credimus, quàm homo con- *Iſidorus* ,deretur: Nam mox vt factus eſt, in ſuperbiam erupit, & præcipitatus eſt de cœlo'. Quam Iſidori ſententiam ipſdem penè verbis tradit Venerabilis Beda lib. qq. variarum q. 9. Sed & ante hos eandem docuerat Chryſoſtomus Homil. 22. in Geneſim: 'Antequam formaretur protoplaſtus (inquiens) à ſua dignitate exciderunt & diabolus & qui cum eo maiorem quàm decebat dignitatem ambiebant'. Cyprianus, vel quiſquis alius author eſt libri de Cardinalibus Chriſti Operibus apud ipſum, Serm. de Ieiunio & Tentationibus Chriſti: 'Gloriabantur aliquãdo diſcipuli (inquit) & cõplacebant ſibi in mira- *Cyprianus.* ,culis, gratulabũdi, quòd eis etiam dæmonia obedirent. Sed repreſſa eſt, Luc. 10. ,increpante Dño, ſimplicitatis eorũ præſumptio: *Videbã*, inquit, *ſatanam ,ſanquã fulgur deſcendentẽ de cœlo.* His verbis eorũ animis intimans, quia ,ante hoc tẽporale initiũ, ipſe in principio, imò ipſe principiũ, exiſtens ,apud Deũ; ante hominis conditionẽ, ſuperbientis diaboli ruinã vĩdit; ,& affectatæ dominationis ambitionẽ, deiectionis eius fuiſſe causã'.

§. Sed cùm homo ſexto demùm die à creatione Angelorum ſit conditus, ſupereſt inquirendum quoto die ante hominis conditionem, vel poſt Angelorum creationem, Angeli ſuam finierint peregrinationem. Non deſunt qui Angelorum peregrinationem primo die finitã arbitrentur, quando nimirum *Diviſit Deus lucem à tenebris, appellavitq; Gen. 1. 4. lucem diem, & tenebras noctem.* Tenet hanc ſententiam Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. p. 1. cap. 10. 'Ut mihi videtur (inquiens) eo- *Hugo Victor.* ,dem prorſus temporis momento quo viſibiliter & corporaliter diviſa ,eſt lux à tenebris, inviſibiliter quoque boni Angeli diſcreti ſunt à ,malis: illis in tenebras peccati cadentibus, & iſtis ad lucem iuſtitiæ ,converſis, illuminatiſque à luce, vt lux eſſent, & 'non tenebræ. Sic ,enim conſonare debuerunt exemplaria operum Dei, vt quę viſibilia ,erant opera Sapientiæ, inviſibilium proventus ſequerentur; ſecundùm ,quod ipſa quæ vtrobique operabatur Sapientia, ibi iudicium exercuit, hìc formavit exemplum'. Et paulò inferiùs ibidem: 'Nuſquam ,dixit Deus, Fiant tenebræ: ſed de luce dixit *Fiat lux: & diviſit lucem à ,tenebris, & vocavit lucẽ diem, & tenebras noctẽ.* Ergo non fecit vtrumque, ,tamen vtrũque diviſit, & vtrumq; nominavit: Diviſit per iudicium, & ,per meritum nominavit: iudicavit, & diſpoſuit: quia nec hoc apud ,eum iudicantem inordinatum eſſe potuit, quod apud delinquentes inordinatum fuit'. De hoc Dei iudicio intelligendum eſt illud, quod ſcribit Author librorum de Vita contemplativa inter Opera Proſperi: h 'Hoc iudicium, quod inter iuſtos homines iniuſtoſque futurum di- *h Proſp. lib. 1. de* ,cimus, inter ſanctos Angelos immundoſque credimus factum. Nam *Vita Contempl.* ,cùm eſſent vtrique ſine peccato creati, & ad ſerviendum Deo ſuo fœ- *c. 3.* ,liciter inſtituti, eorum quidã voluntate propriâ depravati, noluerunt ,permanere quod facti ſunt: & cùm ſe contra Creatorem ſuum typho

Digitized by Google

,ſuperbiæ læthalis hoſtiliter extuliſſent, de ſuperna cœli regione pro-
,iecti ſunt. Quos diuina ſententia eo ſupplicio condemnavit, vt quia
,noluerunt perſeverare cùm poſſent, nec vellent reparari, nec poſſent:
,Siquidem prævaricationis eorum fuit, quòd irrevocabiliter iudicij
,animadverſione percuſſi ſunt; & ad damnationem iuſtiſſimam profe-
,ctò pertinuit, quòd voluntatem redeundi ac facultatem penitùs amiſe-
,runt: Sicut è contrario, voluntatis ſanctorum Angelorum fuit, quòd
,malis ſponte cadentibus ipſi in ſua dignitate manſerunt: & divino iu-
,ſtoque iudicio actum eſt, vt quæ fuit cum Deo ſuo manendi volun-
tas, fieret permanendi voluntaria fœlixque neceſſitas'. Eandem ſen-
Rupertus. tentiam amplectitur Rupertus l.1.in Geneſim c. 18.& 19. 'Lucem (in-
,quiens) id eſt, bonorum Angelorum pulchritudinem, Diem: & tene-
,bras, id eſt, malorum ſqualorem ſpirituum, Deus appellavit noctem.
,Appellaſſe autem diem & noctem Deus dicitur, non quia vel Hebrai-
,cè, vel Græcè, vel Latinè fuerit locutus; quippè qui nec linguam,
,nec labia quæ moveret habuit: nec enim eſt corporeus ſive localis:
,ſed quia ſententiam cuique parti firmam poſuit, quæ vlteriùs
,mutari non poſſit. Hæc appellatio diei, ſtabilimentum eſt fœ-
,licitatis, firmamentum gratiæ & honoris: vt ampliùs lux illa, quæ
,hoc nomen ex ore Dei ſemel accepit, dieſque vocari meruit, iam non
,poſſit in tenebras converti, iam non valeat amoveri. A fonte luminis
,æterni tunc apoſtatantibus ſpiritibus lucifugis, in luce ſtare maluit;
,& idcircò iam in æternum lux decoris & pulchritudinis huius prove-
,cta eſt eò, vt perfecta ſit ad ſimilitudinem *Patris luminum, apud quem* Iac.1.1
,*non eſt tranſmutatio, nec vicißitudinis obumbratio.* E contrà noctis appel-
,latio, firma & ſtabilis eſt ex ore eiuſdem incommutabilis Dei ſemel
,prolata tenebrarum damnatio: vt quia *venit illis pes ſuperbiæ*, & de lo- Pſal.35.
,co ſuo moti ſuâ ſponte ceciderunt, & iniquitatem operati ſunt, iam
,ſemel *expulſi non poßint ſtare* inconvertibiles apoſtatæ: quamvis quo- Pſal.35
,rundam hæreticorum ſtulta compaſſio fuerit auſa promittere illis ne-
,ſcio quod tempus pœnitentiæ. Graviſſimè ergo dictum ſapienter eſt
,accipiendum: quia Deus, *qui non eſt homo vt mutetur, aut filius homi-* Num.2
,*nis vt mentiatur*, ſemel huiuſmodi *lucem diem, & tenebras appellavit* 19.
noctem: & ſic vtrinque ſententiam poſuit, quæ non præteribit'. Pro
eadem ſententia allegari poteſt Rabanus lib. 1. in Geneſim cap. 2. vbi
illa verba, *Dixit Deus*; *Fiat lux, & facta eſt lux*, hoc commentario elu-
Rabanus. cidat: 'Congruit operibus Dei, vt mundi ornatum à luce incipiat,
,cùm ipſe ſit lux vera, *lucemq; habitet inacceßibilem*: Cuius beatiſſima vi- 1.Tim.
,ſione mox creati in cœlis cœlorum Angeli iam perfrui cœperant'. 16.
Beda. Quæ ſententia verbatim tranſcripta eſt ex Beda in Hexamero. Ex re-
centioribus eandem amplectitur Pererius lib. 1. in Geneſim n. 71. di-
Pererius. cens: 'Hugo lib. 1. de Sacram. p.1. c. 10. exiſtimat Angelos ſimul eſ-
,ſe creatos cum cœlo & terra; & per illam moram quâ terra fuit inanis
,& vacua & tenebroſa, vſque ad creationem lucis, fuiſſe eos in via ad
,merendum vel demerendum: Primâ die cùm facta eſt lux, & à tene-
bris

Digitized by Google

,bris diviſa, bonos Angelos eſſe in bono confirmatos, malos autem ob-
,firmatos in malo eſſe à bonis ſegregatos: & ita quod agebatur in mũ-
,do ſenſibili, imago erat eorum quæ in mundo intelligibili agebantur.
,Quæ Hugonis imaginatio & coniectura MIHI QVIDEM MAIOREM
,IN MODVM PLACET ET PROBATVR. Vide Ægidium in Hexame-
ron cap. 16. primæ partis'. Hæc ibi Pererius: Cui conſonans Suarez
libro 7. de Angelis capite 21. numero 13. 'Probabiliùs creditur
,(inquit) peccaſſe Angelos primo die, vt Altiſiodorenſis ſuprà
,dicit, cum Gloſſa in id Geneſis, *Et diviſit lucem à tenebris.* Fuitque
,hæc celebris ſententia Auguſtini, dicentis, diviſionem lucis à tenebris,
,primâ die factam, fuiſſe ſeparationem malorum Angelorum à bonis:
,in quo CLARE SVPPONIT, Angelos in primo die peccaſſe; vt DISER-
,TE EXPLICAT lib. 1. Geneſ. ad litt. cap. 17. & in imperf. cap. 5. &
,lib. 11. de Civit. cap. 19. & alijs multis in locis: Eumque Beda,
,Rupertus, Petrus Comeſtor, & Gloſſa in Geneſim ſecuti ſunt. Et
,quamvis ſenſus ille non ſit litteralis, vt ſuo loco dicemus in Tract.
ſequenti, ſententia ipſa per ſe eſt valdè probabilis'. Probabilem qui-
dem eſſe hanc ſententiam non omninò negamus: ſed quòd eam Au-
guſtino Suarez affingat, intolerabile certè apparet: præſertim cùm
duobus prioribus locis per eum allegatis Auguſtinus nihil omninò re-
ſolvat, tantum abeſt vt ſententiam illam *clarè ſupponat*, aut *diſertè ex-
plicet*: Poſtremo autem loco contrariam potiùs ſupponat vel explicet.
Cùm enim ibi præmiſiſſet hæc verba, quibus Suarez videtur fuiſſe de-
ceptus, quia ſequentia non legit, vel certè non attendit: [i] 'Non mihi
,videtur ab operibus Dei abſurda ſententia, ſi cùm *lux* illa prima *facta*
,*eſt*, Angeli creati intelligantur: & inter ſanctos Angelos & immun-
,dos dæmones fuiſſe diſcretum, vbi dictum eſt, *Et diviſit Deus inter lu-
,cem & tenebras: & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem*':
Continuò ſubdidit: 'Solus quippè ille iſta diſcernere potuit, qui po-
,tuit etiam PRIVSQVAM CADERENT PRÆSCIRE CASVROS, & lumine
privatos veritatis in tenebroſa ſuperbia remanſuros'. Et rurſus infe-
riùs ibidem: 'Inter illam lucem (ſubdit) quæ ſancta ſocietas Ange-
,lorum eſt, illuſtratione veritatis intelligibilis fulgens, & ei contrarias
,tenebras, id eſt, malorum Angelorum averſorum à luce iuſtitiæ te-
,terrimas mentes; ipſe dividere potuit, cui etiam FVTVRVM, non na-
,turæ, ſed VOLVNTATIS MALVM, occultum aut incertum eſſe non
potuit'. Ex quibus manifeſtum eſt, Deum ex Auguſtini ſententia nõ
actualiter ſed præſcientialiter diſcreviſſe inter Angelos lucis & An-
gelos tenebrarum, quando lucem à tenebris diviſiſſe memo-
ratur: nec quenquam Angelorum adhuc tunc peccaſſe, ſed
Deum peccata quorundam tunc futura prævidiſſe. Atque ita Augu-
ſtinum intellexit Angelicus Doctor, quem mirum eſt à Suario non
fuiſſe lectum, aut certè fuiſſe deſpectum: [k] 'Illa diſtinctio (ait ille) lu-
,cis & tenebrarum, ſecundùm quam per tenebras peccata dæmonum
,intelliguntur, accipienda eſt SECVNDVM DEI PRÆSCIENTIAM.

Ægidius.

Suarez.

Refellitur.

i *Aug. lib. 11. de Civit. cap. 19.*

k *D. Th. 1. p. q. 63. ar. 5. ad 2.m Vide eund. q. 16 de Malo ar. 4. ad 12.m*

'Vnde Augustinus dicit VNDECIMO DE CIVITATE DEI, quod *Solus lucem ac tenebras discernere potuit, qui potuit etiam priusquam caderent præscire casuros*'. Ecce quomodo iuxta Augustini mentem ab Angelico Doctore lucidissimè intellectam & expressam, contraria Suarezio sententia astruitur, & quidem eo ipso loco quem pro sua astruenda ille allegat. Observet præterea hìc obiter Lector, Augustinum verbis mox citatis evertere alteram Suarezij sententiam, quâ Angelorum discretionem autumat divinitùs fuisse prædestinatam antecedenter ad absolutam meritorum prævisionem: vt videre est apud ipsum lib. 1. de Prædestinatione cap. 9. Sed quia adversùs hanc Suarezij autumationem satis disseruimus lib. 2. cap. 8. & tribus sequentibus, in quorum postremo §. 7. hunc ipsum Augustini locum ponderavimus, eò nunc Lectorem remittendum duximus.

Cùm igitur & post lucis primordialis à tenebris discretionẽ, & ante hominis primi conditionem, Angeli suam compleverint peregrinationem; ad intermedium tempus nostram coarctare debemus indagationem. Ac inprimis ex Scriptura divina nihil super hac re habemus expressè determinatum, dicente Augustino: [l] 'Quando deiecerit superbia diabolum, vt naturam suam bonam pravâ voluntate perverteret, SCRIPTVRA NON DICIT: Antè tamen factum fuisse, & ex hac eum homini invidisse, ratio manifesta declarat. In promptu est enim omnibus hoc intuentibus, non ex invidentia superbiam nasci, sed ex superbia potiùs invidentiam'. Sine præiudicio igitur aliarum opinionũ quæ ab eruditioribus & diligentioribus excogitari possunt, non mihi videtur ab operibus Dei absurda sententia, quâ putatur Angelorum discretio tunc facta esse, quando Deus memoratur dixisse, *Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis*. Pro hac sententia non minùs quàm pro præcedente militat congruentia ex Hugone Victorino §. præcedenti relata, atque à Pererio ibidem comprobata, quâ dicitur: 'Consonare debuerunt exemplaria operum Dei: vt quæ visibiliter erant opera Sapientiæ, invisibilium proventus sequerentur; secundùm quod ipsa, quæ vtrobique operabatur, Sapientia, ibi iudicium exercuit, hìc formavit exemplum'. Etenim satis congruenter per visibile firmamentum denotatur firma Dei sententia, & per aquas superiores supercœlestium Angelorum populus, per inferiores denique dæmonum in hæc ima depulsorum multitudo: [m] 'Virtutes Angelicæ (ait Papa Gregorius) quæ in divino amore fixæ perstiterunt, lapsis superbientibus Angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, vt nullâ iam rubigine furripientis culpæ mordeantur: vt in contemplatione Conditoris sine fœlicitatis fine permaneant, & in hoc quod sunt conditæ æternâ stabilitate subsistant. Quod benè apud Moysen ipsa de mundi origine historiæ verba testantur, cùm & priùs factum *cœlum* dicitur, & hoc idem postmodùm *Firmamentum* vocatur: quia videlicet natura Angelica & priùs est in superioribus condita, & pòst, ne vnquam potuisset cadere, mirabiliùs confirmata'. Qui rursus Homil. 9.

6.

[l] *Aug. l. 11. de Gen. ad litt. c. 16.*

Vera sententia.

Gen. 1. 6.

Hugo Victor.

[m] *Greg. lib. 27. Moral. cap. 24. Vide etiam Homil. 7. in Ezechielem, item Homil. 8. ibid.*

Digitized by Google

103.3 mil. 9. in Ezechielem, obiter expendens illud Psalmographi, *Extendens cœlum sicut pellem, qui tegit aquis superiora eius*: 'Quid (inquit) *Aquarum* nomine, nisi sanctissimi Angelorum signantur chori, de quibus
148.4 scriptum est: *Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini*'? Et inferiùs Homil. 17. tractans eundē Psalmographi locum: 'Sunt aquæ ,in cœlo (inquit) superiores videlicet multitudines, id est, Angelorum agmina'. Easdem Angelorum multitudines *Aquarum* vocabulo denotari indicat Hieronymus, si tamen ipse Author est Commentarij in Psalmos qui sub eius nomine circumfertur: [n] 'Superiora cœli (in- ,quiens) iuxta Genesim ab aquis teguntur: quia aquas, quas super fir- ,mamentum positas dicimus, multitudinem Angelorum intelligimus, iuxta illud: *Aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini*'. Consonat Hilarius in Psalmum 148. & Richardus Victorinus in Cantica cap. 24. & Beda lib. de Sex dierum Creatione, Die secunda in fine, item in Genesim ad capitis 1. vers. 4. & in Quæstionibus super Genesim per modum dialogi ex dictis Patrum, vbi recitat & suam facit hanc Gregorij sententiam: 'Tales creati sunt Angeli, vt si vellent, in ,beatitudinis luce persisterent; si autem nollent, etiam labi potuissent: ,vnde & Satan cum sequacibus legionibus cecidit: sed post eius lap- ,sum ita confirmati sunt Angeli qui perstiterunt, vt cadere omninò ,non possint. Quod benè in ipso exordio Geneseos historicâ descrip- ,tione signatum est: quia *creavit Deus cœlum*, quod postmodùm *voca- ,vit firmamentum*. Cœli ergo fuerunt, vt diximus, hi, qui priùs benè ,sunt conditi: sed postmodùm firmamentum appellati sunt, quia ne ,omninò iam caderent, virtutem incommutabilitatis acceperunt'. Consonat Isidorus lib. 7. Originum cap. 5. dicens: 'Postquam apo- ,statæ Angeli ceciderunt, cæteri in perseverantia æternæ beatitudinis ,solidati sunt. Vnde & post cœli creationem in principio repetitur, ,*Fiat firmamentum, & vocatum est firmamentum cœlum*: nimirum osten- ,dens, quòd post ruinam Angelorum malorum, hi qui permanserunt, ,firmitatem æternæ perseverantiæ consecuti sunt; nullo iam lapsu aver- ,si, nullâ superbiâ cadentes, sed firmiter in Dei amore & contemplatione manentes'. Eadem repetit lib. 1. Sententiarum cap. 10. & ex ipso describit Beda lib. qq. variarum q. 9. & Rabanus Maurus lib. 1. de Universo cap. 5. Refert eandem sententiam, tacitis authorum nominibus, Augustinus lib. 11. de Civit. cap. 34: 'Nonnulli ,(inquiens) putaverunt, *Aquarum* nomine significatos quodammodo ,populos Angelorum; & hoc esse quod dictum est, *Fiat firmamentum ,inter aquam & aquam*: vt supra firmamentum Angeli intelligantur; ,infra verò, vel aquæ istæ visibiles, vel malorum Angelorum multi- ,tudo, vel omnium hominum gentes. Quod si ita est, non illic ap- ,paret vbi facti sunt Angeli, sed vbi discreti'. Authorum porrò ita sentientium non tam opinionem, quàm opinandi motivum seu rationem impugnat ibidem subsequenter Augustinus: quòd nimirum non putarent 'Aquarum fluidam gravemque naturam in superioribus

[n] *Hier. in Psal. 103. vers. 3.*

Hilarius
Rich. Vict.
Beda.

Isidorus.

Beda.
Rabanus.
Augustinus.

Præoccupatio.

mundi

mundi locis posse constitui'. Quinimò idem ipse Augustinus lib. 13.
Præoccupatio. Confess. cap. 15. & 32. sententiam ipsam diserte amplectitur. Et quanquam lib. 2. Retract. cap. 6. eam revocare videatur, non tamen eam revocat tanquam falsam, sed duntaxat vt sine hæsitationis indicio inconsideratè assertam. Vnde quia lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 11. non asseveranter sed dubitanter eam tradiderat, nihil inde sive
Rupertus. vt falsum sive vt inconsideratè assertum retractavit. Fatetur Rupertus lib. 1. in Genesim cap. 23. hanc eandem sententiam calculis *Magnorum & illustrium virorum* comprobari, tametsi eam ipse non approbet. Favet præterea eidem sententiæ Ecclesiastica constitutio de Celebratione Missarum per singulas hebdomadæ ferias, cuius meminit
°*Durand. in Rationali l. 4. c. 1. n. 28. & 29.* Durandus in rationali divinorum Officiorum, his verbis: °'Priscis ,temporibus, hæresibus pullulantibus & Trinitatem impugnantibus, ,ex institutione Alcuini Magistri Caroli, rogatu Bonifacij Archie- ,piscopi Moguntini, primâ Feriâ dicebatur Missa de Trinitate, se- ,cundâ Feria de Sapiẽtia, tertiâ Feriâ de Spiritu sancto, quartâ de Cha- ,ritate, quintâ de Angelis, sextâ de Cruce, septimâ de beata Virgi- ,ne. Causâ verò illâ cessante, illud cessavit: & Dominicali Officio or- ,dinato, statutum fuit, quòd prima Feria suum haberet Officium, sci- ,licet de Trinitate: secunda de Angelis, QVIA TVNC PRIMÒ CREA- ,TI SVNT IN BONIS GRATVITIS: TVNC ENIM LVX DIVISA FVIT ,A TENEBRIS, ID EST, BONI ANGELI A MALIS; QVIA TVNC CE-
Præoccupatio. CIDERVNT MALI, BONI VERO CONFIRMATI SVNT' &c. Nec obstat quòd ex alia quadam Ecclesiæ ordinatione, Rubricæ Missalis Romani inserta, pro defunctis celebranda sit Missa Feriâ secundâ. Quia, vt ibidem subiungit Durandus, 'Cantatur Feriâ secundâ pro defunctis, vt illis adhibeamus suffragia Angelorum'. Hinc in Odertorio Missæ pro defunctis semper mentio fit Michaëlis Archangeli, cum allusione ad prælium cum Angelis tenebrarum commissum, in quo ille tenuit vexillum signatum symbolo, *Quis sicut Deus?* vnde ei Michaëlis nomen est inditum. Supponunt eandem sententiam ij, qui apud Petrum Comestorem lib. 1. Historiæ Sacræ cap. 4. & apud Guilielmum Altisiodorensem in Summa lib. 2. Tract. 2. cap. 4. existimant, Deum idcircò operibus secundæ diei non benedixisse, quòd eâ die Angeli tenebrarum apostataverint: Ecclesiam præterea instituisse, vt Missa de Angelis eâdem Feria secundâ recurrente celebraretur,
Obiectio. quòd tunc Angeli lucis de apostatantibus victoriam reportarint. Vnicum porrò illud huic sententiæ obstare videtur, quòd eam in Origene Patres condemnasse putentur. Nam Hieronymus Epist. 61. ad Pammachium, enumerans octo Origenis execranda dogmata, penultimo
Hieronymus. loco recenset illud: *Quòd aquas, quæ super cœlos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernasq; virtutes; quæ super terram & infra terram, contrarias & dæmoniacas, esse arbitretur.* Epiphanius item Epist. ad Ioannem Hierosolymitanum de erroribus Origenis, quæ apud Hieronymum
Epiphanius. ordine 60.ᵃ extat: 'Illas verò præstigias (inquit) quis non statim abijciat

,ijciat atque contemnat, dicente Origene de aquis quæ ſuper firma-
,mentum ſunt, non eſſe aquas, ſed fortitudines quaſdam Angelicæ po-
,teſtatis: & rurſus aquas quæ ſuper terras ſunt, hoc eſt, ſub firmamen-
to, eſſe virtutes contrarias, id eſt, dæmones? Baſilius denique Ho-
mil. 3. Hexam. cùm eandem Origenis ſententiam commemoraſſet, ad-
iunxit: 'His igitur & eius generis ſententijs, vt quæ SOMNIORVM *Baſilius.*
,CONIECTVRIS & ANILIBVS FABELLIS conferendæ veniunt, relega-
tis, *Aquam* nos vt aquam intelligamus'. Verùm hæc obiectio præaſ- Diluitur.
ſertæ à nobis opinioni non officit: quæ vtique retento litterali Scrip-
turæ ſenſu, veras naturaleſque aquas interpoſitione firmamenti die
ſecundâ ſeparatas agnoſcit: ſed huic aquarum ſeparationi diſcretionem
Angelorum contemporaneam fuiſſe aſſerit. Erravit Origenes negan-
do illud primum, non erraturus ſi admiſſo primo ſuperadieciſſet ſecun-
dum. Extat in ſexta Synodo generali Act. 11. Sophronij Hieroſolymitani Epiſtola, à Patribus Synodalibus Act. 13. approbata, quâ
Origenes, Didymus & Evagrius reprobantur; non ex eo quòd An-
gelorum diſcretionem aquarum ſeparationi contemporaverint, ſed
quòd *Supercæleſtium aquarum creaturam improbaverint.*

CAPVT VI.

Poſtrema opinio ſuperiori capite tradita vberiùs firmatur reliquarum ibidem memoratarum poſitionum diſpulſione, Obiectionum dilutione, Dubiorum enodatione, ac Corollariorum deductione.

1. QUinque vniverſim ſententias ſuper Angelicæ peregrinationis du-
ratione iam ſuperiori capite memoravimus, ex quibus poſtremâ,
§. finali relatam, cæteris præferendam cenſuimus. Et quanquam
ex ibidem dictis atque deductis aliarum quatuor falſitas eluceat, nihilominus pro pleniori veritatis perſpectione ac falſitatis de-
tectione quædam hic ſupplenda ſunt, quæ ibidem complecti anguſtia
capitis vetuit. Prima quidem ſententia, cui poſt Origenem ſubſcripſere Moyſes Barcepha & Magiſter Sententiarum, ab omnibus iam ex-
ploſa eſt, & patronum in Scholis habere pridem deſijt: [a] 'Eccleſia *[a] Theophil. Alex. Epiſt. 67. inter Hieronymianas.*
,enim Chriſti (vt Theophilus Alexandrinus ad Epiphanium ſcribit)
,quæ non habet maculam neque rugam aut aliquid iſtiuſmodi, egre-
,dientes de cavernis ſuis Origenis colubros Evangelico enſe trunca-
vit'. Nec mirum eſt, Origenem de Angelorum peregrinatione per-
peràm ſenſiſſe, qui, teſte Auguſtino, [b] 'Diabolum atque Angelos eius *[b] Aug. lib. 21. de Civit. c. 17. Videsibid. c. 23. & 24. & l. de Hæreſib. ad Quodvult-Deum c. 43 & l. cent. Priſcillianiſtas c. 9.*
,poſt graviora pro meritis ac diuturniora ſupplicia, ex illis cruciati-
,bus eruendos, atque ſociandos ſanctis Angelis tradidit. Sed illum &
,propter hoc, & propter alia nonnulla, & maximè propter alternan-
,tes ſine ceſſatione beatitudines & miſerias, & ſtatutis ſæculorum in-
tervallis,

Digitized by Google

,intervallis,ab iſtis ad illas, atque ab illis ad iſtas, itus ac reditus interminabiles; non immeritò reprobavit Eccleſia'. Meritò proinde idem Auguſtinus lib. 8. de Civit. cap. 22. primam dæmonum prævaricationem vocat *Irregreſſibilem tranſgreſſionem.* Cui conſonans Damaſcenus, capite præcedente §. 1. in fine citatus, ait: 'Quod hominibus mors eſt, hoc Angelis lapſus extitit'. Vnde & Angelicus Doctor 1. p. q. 64. ar. 4. ad 3.[m] 'Dicendum (inquit) quòd idem iudicium ſit ,de malis animabus, & malis Angelis; ſicut idem iudicium eſt de bonis animabus, & bonis Angelis'. De Animabus quid ſecundùm catholicam fidem, poſtquam per crucem Chriſti reſerata eſt ianua cœli, ſentiendum ſit, Florentina Synodus definivit his verbis: [c] 'Illorum ,animas qui poſt baptiſmum ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, ,vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, ſunt purgatæ, in ,cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum Trinum & vnum ,ſicuti eſt, pro meritorum tamen diſparitate alium alio perfectiùs: Illorum verò animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali ,decedunt, mox in Infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas, Definimus'. Cùm igitur ſimilis ſit ratio de hominum morte & de Angelorum lapſu, vt ex Damaſceno iam memoravimus, conſequens omninò eſt, vt quemadmodum homines moriendo, ita dæmones labendo, & Angeli lucis in veritate tunc perſiſtendo, ſuam finierint peregrinationem. Sine vlla proinde hæſitatione amplectendum eſt illud, quod ex Authore librorum de Vita contemplativa deſcripſimus capite præcedente §. 5. 'Hoc iudicium, quod inter iuſtos ,homines iniuſtoſque futurum dicimus, inter ſanctos Angelos & immundos credimus factum'. Ubi & illud paulò infrà ſubditur de Angelis ſanctis: 'Contemplativæ vitæ ſemel facti participes, inexplebili,ter authorem beatitudinis ſuæ conſpiciunt; ac merito ſuæ ſtabilitatis ,in æternum fœlices effecti, de ſua permanſione ſecuri ſunt. Qui ſum,mum ſolidumque gaudium, quo inſatiabiliter perfruuntur, de divi,na contemplatione percipiunt, ac Deo ſuo infatigabiliter & amanter ,inſerviunt: ita perfectè beati, VT NEC CVPIANT BEATIORES ESSE, NEC VALEANT'. Refert Angelicus Doctor 1. p. q. 62. ar. 9. ad 3.[m] quorundam ſententiam, qui dixerunt, Angelos ſanctos mereri præmium ſaltē accidentale: 'Sed melius eſt (ait ipſe ibidē) vt dicatur, quòd nullo ,modo aliquis beatus mereri poteſt, niſi ſit ſimul viator & comprehen,ſor, vt Chriſtus, QVI SOLVS FVIT VIATOR ET COMPREHENSOR'.

Damaſcenus. *D. Thomas.* *c Synodus Florent. in Definitione fidei ad calcem Seſſionis 25.* *Proſper.* *D. Thomas.*

Nunc proponendæ ac exponendæ ſunt Patrum authoritates, quibus nonnulli contendunt, aut contendere poſſunt, Angelos ſaltem malos vſque ad diem Iudicij vel certè vſque ad Chriſti adventum peregrinaturos in via. Arguitur ergo ſic: Angeli mali nondum ſunt ſententialiter condemnati: Ergo nondum finierunt curſum peregrinationis ſuæ. Antecedens probatur authoritate Ambroſij, dicentis: [d] 'Differtur diaboli iudicium, vt ſit ſemper in pœnis reus, ſemper improbitatis

d Ambroſ. Serm. 20. in Pſal. 118

Digitized by Google

'bitatis suæ inn[illegible]us catenæ, conscientiæ suæ vt in perpetuum sustineat ipse iudicium'. Et mox infrà : 'Diabolus nequaquàm puniri ad iudi-'cium demonstratur, nequaquam adhuc pœnis est subiectus ; nisi quas 'ipse, tantorum conscius scelerum, solvit timore perpetuo, ne aliquando securus sit'. Consonat Lactantius lib. 3. Divinarum Instit. cap. 28. 'Idcircò (inquiens de diabolo) in primordijs transgressionis non 'statim ad pœnam detrusus à Deo est, vt hominem malitiâ suâ exerceat ad virtutem'. Eidem proposito Hilarius aecommodat illud Psalmographi ad Deum, *Quando facies de persequentibus me iudicium ?* Persequentium vocabulo dæmones intelligens, & planis verbis asserens, 'Eos in resurrectionis sæculo fore iudicandos'. Videri potest & idem Hilarius in Psalmum 143. ad versum 5. & in Psalmum 148. ad versum 14. Favet & Hieronymus in caput 8. Matthei : 'Dæ-'mones (inquiens) cernentes Dominum in terris repente versari, ad iudicandum se venisse credebant'. Quomodo autem ipsi id crederent, si iam ab initio iudicati fuissent ? Favet præterea Martyr Irenæus, & ab eo laudatus Martyr Justinus : 'Benè iustinus dixit (ait Irenæus) 'quoniam ante Domini adventum nunquam ausus est Satanas blasphe-'mare Deum : QVIPPE NONDVM SCIENS SVAM DAMNATIONEM'. In quem Irenæi locum sic scribit in suis Notis Feuardentius : 'Senten-'tiam istam, quamvis singularem esse lubens agnoscam, damnatam ta-'men vel à Concilio, vel à quoquam veterum, me legisse non memi-'ni. Quin potiùs illam citat & probat Oecumenius explanans vltimũ 'caput prioris Canonicæ B. Petri. Neque parum roboris ei adferunt 'verba B. Andreæ Apostoli, quibus dæmones relegat in loca arida & 'infructuosa, *donec accipiant debitum sibi ignis æterni supplicium*, referente 'Abdiâ lib. 3. quasi necdum planè accepissent. Quin etiam eximius 'omnium errorum investigator & expugnator Epiphanius, eandem 'sententiam confirmans, ait : *Ante Christi adventum nusquam ausus est 'Diabolus in Dominum suum blasphemum aliquod verbum loqui, aut contra 'elationem cogitare. Expectavit enim Christi adventum, audiens semper Prophe-'tas enim annuntiantes Redemptorem futurum eorum qui peccaverunt, & per 'Christum pœnitentiam agunt ; putavitq; se misericordiam aliquam consecutu-'rum esse.* Sed & longè ante Epiphanium Clemens Alexandrinus scrip-'serat, *Diabolum posse duci pœnitentiâ, quia liberum habeat arbitrium.* Quam 'veluti præceptoris doctrinam non modò secutus est, verumetiam vsq; 'ad fanaticas opiniones amplificavit Origenes lib. 1. & 3. Periarchon. 'De hac sententia nihil adversùs tot Patres audemus pronuntiare'. Potest præterea in favorem prætactę sententię adduci Ecclesiæ authoritas, quæ in Exorcismo baptizandorum compellat diabolum hisce verbis : 'Non te lateat, imminere tibi pœnas, tormenta, diem iudi-'cij, diem supplicij sempiterni qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi & vniversis Angelis tuis æternus veniet interitus'. His addi potest & illud Bernardi Serm. de Transitu B. Malachiæ : 'Jam 'diabolo ignis paratus, & nondum ille præcipitatus in ignem, modico

Psal. 118. 8.

Lactantius.

Hilarius in Psal. 118. ad vers. 84

Hieronymus.

Irenæus. lib. 5 cap. 26. Vide Euseb. l. 4. Hist. cap. 18.

Feuardentius.

Oecumenius.

Andreas Apost.

Epiphanius. Vide Hæres 39.

Clemens Alex. Vide lib. 1. Stromatum ante medium.

Origenes.

Ecclesia.

Bernardus.

Digitized by Google

adhuc tempore finitur malignari'. Illud item Hugonis Victorini lib. 2. de Sacram. p. 18. cap. 11. de eodem: 'Eius pœna tunc initium accipiet, cùm districtus ad extremum Iudex veniet'. Illud præterea Fulgentij lib. de Trinitate cap. 8. 'Pars Angelorum nolens sui Creatoris facere voluntatem, ab eius contemplatione deiecta servatur in iudicio punienda, Petro Apostolo dicente: *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed catenis Inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium reservari cruciandos*'. Quem Petri locum incidenter expendens & huic proposito accommodans Augustinus lib. de Natura Boni cap. 33. 'Hinc (inquit) Petrus ostendit, adhuc eis vltimi iudicij pœnam deberi, de qua Dominus dicit: *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius*'. Ubi signanter notandum, non dixisse Dominum, Quo cruciatur diabolus & Angeli eius, vel Cui adiudicatus est diabolus & Angeli eius: sed, *Qui paratus est diabolo & Angelis eius*. Quod longè diversum est, vt vel inde patet, quòd paulò superiùs ibidem præmissum est de electis, *Possidete* PARATVM *vobis regnum à constitutione mundi*: cùm tamen nullus hominum gaudia illius regni à constitutione mundi gustasse reperiatur, sed demum post Christi in carnem adventum. Quinimò quædam parata esse dicuntur, quæ nunquam ei cui parata fuerant adhibentur, sicut in libro Esther legitur: *Suspensus est Aman in Patibulo quod paraverat Mardochæo*. Ecce patibulum Mardochæo paratum; cui tamen non ipse, sed Aman fuit affixus. Quò spectat & illud Proverbiastis oraculum, *Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus*. Neque enim derisores, de quibus ibi agitur, iam tunc iudicati fuerant, sed iudicandi; nec stultorum corpora malleis percutientibus subiecta, sed subijcienda. Igitur diabolus & Angeli eius, quibus æternus ignis dicitur esse *paratus*, nondum sunt iudicialiter in ignem præcipitati, sed in fine demum præcipitandi. Unde ait de eis alibi idem Augustinus: § 'Prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inveniri potest, cur verissimâ pietate teneatur fixum & immobile, nullum regressum ad iustitiam vitamque sanctorum diabolum & Angelos eius habituros, nisi quia Scriptura, quæ neminem fallit, dicit, *Eis Deum non pepercisse*: & sic ab illo esse interim prædamnatos, vt *carceribus caligmis Inferni retrusi traderentur servandi, atque vltimo iudicio puniendi*, quando eos ignis æternus accipiet, vbi cruciabuntur in sæcula sæculorum'. Non ait, Eos ignis æternus accepit, & ab eo cruciatur: sed, *accipiet vbi cruciabuntur*. Eòdē spectat & illud eiusdē in Explanatione Psalmi 54. 'Diabolus & Angeli eius in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quòd AD IGNEM ÆTERNVM SVNT DESTINATI'. Nondum ergo in ignem sunt missi, sed duntaxat ad eum *destinati*. Et ne fortè quis putaret, destinationem istam includere vel præsupponere iudicium condemnatorium, notandum est, quòd idem Augustinus in Expositione Psalmi 85. differens de eo quòd Christus exaudierit diabolum *postulantem mitti in porcos*, & non exaudierit Apostolum petentem *liberari à stimulo carnis*, ait: 'Exaudivit eum, quem DISPONEBAT 8.

Hugo Victor. *Vide Greg. l. 4. Moral. cap. 10.* *Fulgentius Vide eund. lib. de Fide ad Petrum c. 28* *Augustinus.* 2. Pet. 2. 4. Mat. 25. 41 Mat. 25. 34 Esth. 7. 10. Prov. 19. 29. § *Aug. lib. 21. de Civit. cap. 23.* Præoccupatio. Mat. 5. 12. 1. Cor. 15.

Digitized by Google

NEBAT DAMNARE; & non exaudivit eum, quem volebat sanare'. Non ergo diabolum iam damnaverat, sed damnare disponebat; sicut Paulum nondum tunc sanaverat, sed sanare volebat. Idem rursus lib. 11. de Civit. cap. 33. 'Peccasse quosdam Angelos (inquit) & in huius ,mundi ima detrusos, qui eis velut carcer est, vsque ad FVTVRAM IN ,DIE IVDICII VLTIMAM DAMNATIONEM, Apostolus Petrus aper- 2.Pet.2.4. ,tissimè ostendit, dicens, quòd *Deus Angelis peccantibus non pepercerit, sed ,carceribus caligins Inferni retrudens tradiderit, in iudicio puniendos reservari'.* Favet præterea eidem sententiæ Iudas Apostolus, in Canonica sua Iud. v. 6. Epistola dicens de Deo: *Angelos qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in* IVDICIVM MAGNI DIEI *vinculis æternis sub caligine* RESERVAVIT. Favet denique Paulus Apostolus, 1.Cor.6.3 dum ait Corinthijs, *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* [h] 'Quos Angelos (inquit Augustinus) nisi apostatas Angelos'? Videri in eundem Pauli locum possunt Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Pseudo-Anselmus, cum alijs passim interpretibus; necnon Tertullianus lib. de Habitu muliebri cap. 2. & lib. de Fuga in persecutione cap. 10. Ex quibus omnibus tam Scripturarum oraculis quàm Tractatorum eloquijs manifestè evincitur, imminere adhuc Angelis apostatis condemnatoriam sententiam, in die demum extremi Iudicij pronunciandam. Verùm qui hinc contendunt, Angelos vsque ad diem Iudicij peregrinationis cursum continuaturos, non rectè ratiocinantur: vt patet à simili in ipsis hominibus, quibus similiter extremum imminet iudicium, tametsi singulatim cùm moriuntur iudicentur. Sicut ergo homines statim à morte particulare iudicium damnationis aut salvationis subeunt, & tamen in generali iudicio rursus iudicandi sunt: ita Angeli secunda mundi die iudicium subierunt, & tamen eis supersest vltima sententia, quam spectante toto mundo in die extremi iudicij accipient. Indicat hoc Augustinus tum lib. 8. de Civit. cap. 22. & lib. 21. cap 23. tum lib. 11. de Civit. cap. 33. Nam duobus prioribus locis dicit, dæmones esse *prædamnatos*: postremo autem loco asserit, eos detineri in carcere vsque ad futuram in die iudicij *vltimam damnationem*. Qua de re Rupertus lib. 1. in Genesim cap. 17. loquens de Lucifero: 'Vtrumque iudicium eius (inquit) Petrus Apostolus ex- ,primens: *Peccantibus*, inquit, *Angelis Deus non pepercit, sed rudentibus In- ,ferni detractos in tartarum tradidit in diem iudicij cruciandos reservari*: In- ,fernum sive Tartarum sic appellavit istum aërem, videlicet ad comparationem cœli, de cuius altitudine ceciderunt'. Et mox infrà ibidem: 'Isaias quòque Propheta (subdit) cùm de primo eius iudicio Isa.14.12. ,dixisset, *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer qui manè oriebaris &c.*? conti- Isa.14.15. ,nuò de secundo adiunxit, *Verumtamen ad Infernum detraheris in profundum laci*'. Neque verò ex prædictis colligere fas est, dæmones vsque ad diem extremi iudicij immunes fore à cruciatu ignis Infernalis. Nam, vt scitè admonet Beda in caput 3.[m] Epistolæ Jacobi Apostoli ad versum 6.[n]: 'Vbicunque vel in aëre volitant, vel in terris aut sub

Vide Aug. lib. 1. de Nupt. & Concup. cap. 23.

[h] *Aug. in Psal. 86.*
Chrysostomus.
Theodoretus.
Oecumenius.
Pseudo-Anselm.
Tertullianus.

Decisio.

Augustinus.

Rupertus.

Præoccupatio.
Beda.

,terris vagantur, ſive detinentur, ſuarum ſecum ferunt ſemper tor-
,menta flammarum; inſtar febricitantis, qui etſi in lectis eburneis, etſi
,in locis ponatur apricis, fervorem tamen vel frigus inſiti ſibi languo-
,ris evitare non poteſt. Sic ergo dæmones, etſi in templis colantur
,auratis, etſi per aërem diſcurrant, igne ſemper ardent gehennali'.
Videri in hanc rem poteſt D. Thomas 1. p. q. 64. ar. 4. per totũ, ſignan-
D. Thomas. ter in Reſponſione ad 3.^m vbi ait: 'Sicut locus cœleſtis pertinet ad glo-
,riam Angelorum, tamen gloria eorum non minuitur cùm ad nos ve-
,niunt; quia conſiderant illum locum tanquam ſuum, eo modo quo
,dicimus, honorem Epiſcopi non minui dum non actu ſedet in cathe-
,dra: Similiter dicendum eſt, quòd dæmones, licet non actu alligen-
,tur gehennali igni, dum ſunt in aëre iſto caliginoſo; tamen ex hoc
,ipſo quòd ſciunt illam alligationem ſibi deberi, eorum pœna non di-
Præoccupatio. ,minuitur. Vnde dicitur in quadam Gloſſa Iacobi 3. quòd portant
,ſecum ignem gehennæ quòcunque vadant. Nec eſt contra hoc, quòd
,*Rogaverunt Dominum vt non mitteret eos in abyſſum*, vt dicitur Lucæ 8. Luc. 8. 31.
,Quia hoc petierunt reputantes ſibi pœnam ſi excluderentur à loco in
quo poſſunt hominibus nocere'. Hinc facilè apparet cur tantopere
formident dæmones ac horreant finale iudicium, poſt quod nequibũt
hominibus ampliùs nocere; & in quo eorum ſuperbia coram toto
mundo palam confundetur. Plura in hanc rem videri poſſunt apud
Eſtius. Eſtium in 2.^m Diſt. 6. §. 14. & apud Sylvium in Commentario ſu-
Sylvius. per articulum D. Thomæ proximè citatum.

3. Secundam ſententiam ſuperiori capite §. 2. relatam Chryſoſtomus
dementiâ plenam cenſet: [i] 'Quantâ dementiâ plenum fuerit (inquiens)
i Chryſoſt. Homil. 22. in Geneſim. ,dicere, Angelos deiectos vt cum mulieribus rem habeant, & incor-
porea illa natura copuletur corporibus'? Et paulò infrà rurſus ibi-
dem: 'Quis (ſubdit) etiam valde inſanus comprobaret talia verba de-
,mentiæ plena, quòd incorporea & ſpiritualis natura corporis com-
plexum ferret'? Neque mitiori cenſurâ eandem perſtringit Cæſarius,
Cæſarius. Gregorij Nazianzeni frater, Dialogo 1. in Reſponſione ad Interroga-
tionem 48. dicens: 'Blaſphemiæ & ſtultitiæ eſt putare quòd Angeli
,fœminas depereant. Neque enim de his inquit Scriptura ſacra, quòd
,*Ingreſſi ſint filij Dei ad filias hominum*: Nuſquam enim Angeli filij Dei Gen. 6. 4.
appellantur'. Hoc poſtrẽmum cum Cæſario docet Chryſoſtomus Ho-
milia proximè citata: Sed ambo reſpexerunt ad vulgatem inter Grę-
cos tunc Scripturæ editionem. Alioqui enim in Latino textũ, atque in
Græco 70. Interpretum prout nunc circumfertur in Biblijs regijs, An-
geli apud Iob appellantur *Filij Dei*. Rurſus apud eundem cap. 38. ver- Iob. 1. 6.
ſu 7. vulgata latina editio *Filios Dei* nominat, quos 70. Interpretes *An-
gelos* tranſtulerunt. Inquirit Theodoretus quæſt. 47. in Geneſim,
Quoſnam Moyſes vocavit Filios Dei? Cui inquiſitioni reſpondens ſubte-
Theodoretus. xit: 'Quidam nimis ſtupidi & ſtolidi exiſtimarunt eos eſſe Angelos:
,putantes ſuæ forſan intemperantiæ patrocinium ſe habituros, ſi An-
,gelos eiuſdem criminis reos tenerent. Oportebat autem eos audiſſe
Deum

Gesellschaft, die sich ihrer Freiheit begeben hat, ihre Mitglieder zu zwingen, daß sie ihr Geld in ihrer Gesellschaft niederlegen, ihre Waaren nur in ihrer Gesellschaft verkaufen, ihre Bedürfnisse nur in ihrer Gesellschaft einkaufen, und ihre Kinder nur in ihrer Gesellschaft erziehen lassen. Sie kann ihnen nicht verbieten, daß sie nicht ihr Geld, ihre Waaren, ihre Bedürfnisse, ihre Kinder anderswo hinbringen, und sie kann ihnen nicht verbieten, daß sie nicht ihre Gesellschaft verlassen. Sie kann ihnen nicht verbieten, daß sie nicht ihre Gesellschaft verlassen, weil sie sonst ihre Freiheit einbüßen würde, und weil sie sonst ihre Freiheit einbüßen würde, so kann sie ihnen nicht verbieten, daß sie nicht ihre Gesellschaft verlassen.

Die

Die

Ich

Ich

Boethius

Quæ cum ita sint, nonne manifestum est, omnem beatitudinem, quæ mutabilis sit, nullo modo esse veram? Nam si quæ ex parte aliqua deficiat, quis dubitet, eam non ex sua plenitudine, sed ex alterius, quæ deficere non possit, posse lætari? Quæ vero mutabilis est, eam sæpe vel ipsa sibi sufficientia, quam habere videtur, amittit. Quid enim? Si quis hanc humanam, quam cuncti petimus, beatitudinem, quæ fragilis caduca et varia sit, sufficientem sibi putet, nonne is, si quid ex ea vel auferatur, vel omnino pereat, aut ferre non poterit, aut, si ferat, non beatus esse desinet? Sufficientia igitur, potentia, claritudo, reverentia, lætitia, quæ bona esse diximus, si quis eorum aliquid in mutabili fortuna putet esse, quam vana sit, facile est cognoscere. Quæ vero sit vera, non difficile est videre. Quæ cum ita sint, tertium quoque beatitudinis genus, quod in bonorum statu collocavimus, quam sit inane, non ambigitur.

Restat igitur, ut, si quid in his humanis rebus beatitudinis esse constat, id nullo modo esse dubitemus. Sufficientia quidem, potentia, reverentia, claritudo, lætitia, quæ beatitudinem videbantur efficere, quoniam eadem quæ beatitudo, sed imperfecta quædam esse monstrata sunt, beatitudinis nomen sibi usurpare non possunt. Quæ vero beatitudinis propria sunt, ea nullo modo inesse his, quæ mutabilia sunt, manifestum est. Quid igitur? Nonne hæc omnia, quæ humana petunt, quoniam beatitudinis esse non possunt, ipsa quoque beatitudo esse non potest? Quæ cum ita sint, nonne manifestum est, omnem beatitudinem, quæ mutabilis sit, nullo modo esse veram? Nam si quæ ex parte aliqua deficiat, quis dubitet, eam non ex sua plenitudine, sed ex alterius, quæ deficere non possit, posse lætari? Quæ vero mutabilis est, eam sæpe vel ipsa sibi sufficientia, quam habere videtur, amittit. Quid enim? Si quis hanc humanam, quam cuncti petimus, beatitudinem, quæ fragilis caduca et varia sit, sufficientem sibi putet, nonne is, si quid ex ea vel auferatur, vel omnino pereat, aut ferre non poterit, aut, si ferat, non beatus esse desinet? Sufficientia igitur, potentia, claritudo, reverentia, lætitia, quæ bona esse diximus, si quis eorum aliquid in mutabili fortuna putet esse, quam vana sit, facile est cognoscere. Quæ vero sit vera, non difficile est videre. Quæ cum ita sint, tertium quoque beatitudinis genus, quod in bonorum statu collocavimus, quam sit inane, non ambigitur.

Restat igitur, ut, si quid in his humanis rebus beatitudinis esse constat, id nullo modo esse dubitemus. Sufficientia quidem, potentia, reverentia, claritudo, lætitia, quæ beatitudinem videbantur efficere, quoniam eadem quæ beatitudo, sed imperfecta quædam esse monstrata sunt, beatitudinis nomen sibi usurpare non possunt. Quæ vero beatitudinis propria sunt, ea nullo modo inesse his, quæ mutabilia sunt, manifestum est. Quid igitur? Nonne hæc omnia, quæ humana petunt, quoniam beatitudinis esse non possunt, ipsa quoque beatitudo esse non potest?

ne hominis initium peccati ſuperbia eſt'. Conſonat Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 17. 'Si initium peccati requiritur (inquiens) nihil ,aliud niſi ſuperbia invenitur: Dicit enim Scriptura, *Initium omnis peccati ſuperbia.* Quæ vtique tunc initium ſumpſit, cùm Angelus ſuper-,sùs Deum elatus, & ipsâ elatione proſtratus, per concupiſcentiam, ,quæ radix eſt omnium malorum, volens vſurpare quod illi datum à Deo non fuit, à Deo diſceſſit, & cecidit'. Similia habet Gelaſius Papa in Opuſculo adversùs Pelagianos paulò poſt initium. Leo item Papa Serm. 4. de Collectis & Eleemoſyna ſub initium: 'Incentor ille (inquit) authorque peccati, PRIMVM SVPERBVS VT CADERET, DEINDE INVIDVS VT NOCERET'. Favet & Papa Gregorius lib. 29. Moral. cap. 6. vbi de malo Angelo & homine loquens: 'Idcircò (inquit) vterque cecidit, quia eſſe Deo ſimilis non per iuſtitiam, ſed per potentiam concupivit'. Et mox infrà de ſolo diabolo: 'Ideò cecidit, quia perverſo ordine eſſe Deo ſimilis voluit'. Pulchrè Auguſtinus Concione 2. in Pſal. 58. 'Quamdiu exaggerem (inquit) quid mali ſit ,in ſuperbia? Diabolus inde SOLVM puniendus eſt. Certè princeps eſt ,omnium peccatorum, certè ſeductor eſt ad peccandum. Non ei imputatur adulterium, non violentia, non fornicatio, non rapina rerum alienarum: SOLA SVPERBIA LAPSVS EST. Et quoniam ſuperbiæ comes eſt invidentia, fieri non poteſt vt ſuperbus non invideat. ,Ex hoc vitio, quod ſuperbiam neceſſariò ſequitur, lapſus invidit ſtanti, & dedit operam ſeducere hominem, ne illò levaretur vnde ille dejectus eſt'. Et libro de Natura & Gratia cap. 29. 'Ideò (inquit) veriſſimè dictum eſt, *Initium omnis peccati ſuperbia*; quoniam diabolum, à ,quo extitit origo peccati, ipſa dejecit; & ſubſequente invidentiâ hominem ſtantem, vnde ipſe cecidit, inde ſubvertit'. Huic ſententiæ omnium penè ore decantatæ, atque ab Auguſtino tam conſtanter perſeveranterque aſſertæ, ne contraire Auguſtinus ipſe vel alij Patres in contrarium adducti putentur, exponendi ſunt de invidia non ſecundùm ſe ſpectata, ſed ſecundùm ſuam radicem ſeu matrem, quæ eſt ſuperbia. Unde Auguſtinus poſt verba ex libro de Diſciplina chriſtiana in contrarium objecta ſubiungit: 'Invidentia diabolicum vitium eſt, ,ſed habet matrem ſuam: Superbia vocatur mater invidentiæ: ſuffoca matrem, & non erit filia'. Et lib. de Sancta virginitate capite 31. 'Menſura humilitatis cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt, ,cui eſt periculoſa ſuperbia, quæ ampliùs amplioribus inſidiatur. Hanc ſequitur invidentia tanquam filia pediſſequa: Eam quippe ſuperbia continuò parit, nec vnquam eſt ſine tali prole ac comite. ,Quibus duobus malis, hoc eſt, ſuperbiæ & invidentiæ, diabolus præeſt'. Et in Pſalm. 100. ad verſ. 5. 'Superbia mater invidentiæ eſt: non poteſt niſi generare hanc, & cum illa ſemper eſſe'. Quod ſi hinc conſequens fore contendas, diaboli lapſum non anteceſſiſſe hominis ortum, ſiquidem eius invidia matri ſuperbiæ coæva non potuit antecedere eum quem zelavit: Reſpondetur negando ſequelam. Potuit enim

Fulgentius.

Vide Aug. Enchiridij c. 28.

Gelaſius.

Leo.

Gregorius.

Vide eund. l. 32. Moral. cap. 18.

Auguſtinus.

Ecclı. 1

Præoccupatio

Digitized by Google

enim diabolus ante hominis ortum invidere Deo ſuperiori ſuo, *quòd ei non coæquaretur*, vt innuit Auguſtinus hìc ſuprà relatus, & expreſsè
Mat.12.31 aſſerit Pſeudo-Anſelmus in caput 12. Matthęi ad illa verba, *Spiritus blaſphemia non remittetur*. Secundò potuit invidere alijs Angelis, *quòd ſibi coæquarentur*, vt ibidem Auguſtinus inſinuat. Tertiò potuit invidere homini, nondum quidem tunc condito, ſed quem prænovit poſteà condendum, & ad coæqualem ſecum gloriam provehendum: prout indicat Bernardus Serm. 17. in Cantica, dicens: 'Potuit contingere, ſi tamen incredibile non putetur, *plenum ſapientiâ & perfectum decore*,
Ezech. 28. 12. 'homines præſcire potuiſſe futuros, etiam & profecturos in parem 'gloriam. Sed ſi præſcivit, in Dei verbo abſque dubio vidit, etſi livore ſuo invidit; & molitus eſt habere ſubiectos, ſocios dedignatus'. Neq; verò id videri mirum debet eis præſertim Theologis, qui cenſent, diabolum invidiſſe humanæ naturę vnionem hypoſtaticam, nondum tunc exiſtentem, ſed poſt multa ſęcula futuram. Quòd ſi fortè aliqui ex Patribus in contrarium adductis nullo ex his tribus modis exponi veriſimiliter poſſint, eorum authoritas cedere debet communiori authoritati Patrum, atque etiam eis ſubſcribentium Scholaſticorum, quorum princeps Angelicus Doctor 1. p. q. 63. ar. 2. in Corpore diſertè ait: 'Peccatum primum Angeli non potuit eſſe aliud quàm ſuperbia: ſed conſequenter potuit in eo eſſe etiam invidia'. Quę ſententia omninò conſentanea eſt ijs quæ ex Auguſtino & alijs Patribus iam protulimus. Quibus addi poteſt & Hieronymus Epiſt. 83. ad Oceanum, & in caput 14. Iſaiæ verſ. 12. Item Ambroſius in Pſal. 36. verſ. 35. & Ser. 3. in Pſal. 118. verſ. 21. & Serm. 7. verſ. 51. Item Chryſoſtomus Homil. 15. in Joannem, & Homil. de Adam & Eva, & lib. 2. de Compunctione cordis. Item Baſilius Serm. Quod Deus non ſit author malorum. Item Nazianzenus Orat. 38. & 42. Item Athanaſius lib. de Virginitate ſub initium, & Author Quæſtionũ ad Antiochum eidem Athanaſio aſcriptarum, qui q. 6. aliàs 10. ait: 'Diabolus ante, quam creatus eſſet Adam, cecidit: conſtat verò cecidiſſe eum SVA SVPERBIA'. Item Cyprianus, vel quiſquis alius author eſt libri de Cardinalibus Chriſti operibus, Serm. de Ieiunio & Tentationibus Chriſti. Item Rupertus lib. 1. in Geneſim cap. 16. & lib. 2. de Victoria Verbi Dei cap. 12. Item Bernardus Serm. 5. de Dedicatione Eccleſię, & lib. de Gradibus Humilitatis & ſuperbiæ. Favet deniq;
Eccli. 10.15 Scriptura, ſive cùm ait, *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*: ſive cùm alibi
Tob. 4.14. ait, *Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.*

Vide Rupert. l. 1 de Victor. verbi Dei cap. 14.

Bernardus.

Vide Iac. Valentiam in Pſal. 81. v. 8. & Vigerium Inſtit. c. 3. §. 15. & Catharinum in caput 3. Geneſeos.

D. Thomas.

Hieronymus. Ambroſius. Chryſoſtomus Baſilius. Nazianzenus Athanaſius. Cyprianus. Rupertus. Bernardus.

5. Non deerit fortè qui prædictas de ſuperbia & invidia ſentẽtias cõciliare contendat, dicendo, Diabolũ ſuperbiendo primitùs peccaſſe, ſed non niſi ob ſubſecutã poſtmodum invidiam irreparabiliter damnatum deiectumque fuiſſe: intermedio proinde ſpatio in via hæſiſſe, & ad priſtinum ſtatum pœnitendo redire potuiſſe. Ita ſentire videtur Caſſianus, vel potiùs Serenus Abbas apud ipſum Collat. 8. cap. 10. vbi

Caſſianus.

Germanus Abb. respondens Abbati Germano obijcienti : 'Nos hactenus credebamus, ,cauſam initiumque ruinæ ſeu prævaricationis diabolicæ, qua de An-,gelica ſtatione deiectus eſt, invidiam ſpecialiter extitiſſe, quando Adã *Serenus Abbas.* & Evam lividâ calliditate deiecit', ita ſcribit : 'Non eſſe iſtud initium ,prævaricationis illius ſeu deiectionis, Geneſeos lectio manifeſtat, quæ ,ante illorum deceptionem *ſerpentini* nominis eum notâ credidit inu-rendum'. Et paulò inferiùs rurſus de eodem : 'Priorem eius lapſum ,(ſubdit) quo ſuperbiendo corruerat, quo etiam *Serpens* meruerat nun- *Gen.* ,cupari, ſecunda ruina per invidiam ſubſecuta eſt : quæ inveniens eum ,ADHVC ALIQVID IN SE RECTVM HABENTEM, ita vt etiam cuiuſ-,dam colloquij atque conſilij cum homine poſſet habere conſortium, ſententiâ Domini vtiliter in ima deiectus eſt'. Eidem ſententiæ pa-trocinari videtur Baſilius Serm. *Quod Deus non ſit author malorum*, iun-cto Commentario in caput 14. Iſaiæ verſ. 20. Nam priori loco ait de *Baſilius.* diabolo : 'Cùm omnis mali promptuarium exiſteret, invidiæ quoq; ,morbum in ſe recepit, & invidit nobis illatum honorem, nec facilè ,tulit vitam in paradiſo beatam ducere. Quamobrem dolis hominem ,aggreſſus, cãdẽ AMBITIONIS CVPIDITATE, QVAM IPSE AB INITIO ,HABVIT, velle ſimilem eſſe Deo, hâc rurſus ad decipiendum nos vſus ,lignum oſtendit, per cuius deguſtationem pollicitus eſt hominem ſi-milem fore Deo'. Poſteriori denique loco : 'Fieri poteſt (inquit) vt ,priuſquàm homo cõderetur, ipſi etiam diabolo ad reſipiſcendum pa-,tuerit locus, & illa ſuperbientis ſpiritus elatio, vtcunque morbus ex-,taret vetuſtiſſimus, per pœnitentiam vt medelam aſſequatur, rogantis, ,in locum & ſtatum vnde exciderat, eum reſtituere potuiſſet. At poſt-,quam ſucceſſit creatio huius vniverſi, & plantatio paradiſi, & homi-,nis in illo habitatio, mandatum Dei, invidia diaboli, & homicidiũ ,illius qui hâc honoris prærogativâ ornabatur, locus illi pœnitentiæ ,nequaquam adaperiebatur. Si enim Eſau nullum invenit pœnitentiæ ,locum, quòd ius ſuæ primogenituræ diſtraxiſſet, quis tandem pœni-,tentiæ locus relinqui debuit diabolo, qui protoplaſtum hominem in-teremit, & per illum mortem invexit poſteritati'? Favet & Rupertus lib. 1. de Victoria verbi Dei cap. 21. ita de diabolo loquens : 'Il- *Rupertus.* ,lud datur intelligi, quòd non ſtatim in initio peccati de cœlo proie-,ctus fuerit, ſed ipſum quoque expectaverit patientia Dei : ipſe autem ,ſecundùm duritiam ſuam & cor impœnitens iram ſibi theſaurizavit'. Et infrà rurſus ibidem : 'Non parva (ſubdit) intelligitur mora in ini-,quitate illius peccatoris antiqui, ad inſtruendos electos Angelos, vt ,ſcirent iuſtum eſſe iudicium Dei, videntes illum peccatorem, quòd eſ-ſet incorrigibilis'. Vbi tametſi non exprimat quanta fuerit iſta mora diabolo ad reſipiſcendum conceſſa, tamen lib. 3. de Divinis Officijs cap. 14. videtur eam protendere ad hominis vſque tentationẽ : 'Om-,nium (inquiens) modorum optimus hic modus eſt, qui Deo compla-,citus eſt : vt diabolus, AD SVÆ DAMNATIONIS CVMVLVM, HOMI-,NEM DECIPERE PERMITTERETVR; & ſuæ fraudis effectu potitus-

tum

Digitized by Google

tum demum per hominem ad iudicium traheretur'. Rursus ibidem paulò inferiùs asserit, 'Jn die Iudicij puniendum fore in diabolo, & ,quod in Deum, & quod in hominem commisit, id est, & superbiam quâ contra Deum tumuit, & invidiam quâ hominem decepit'. Cùm ergo in die Iudicij non puniantur peccata nisi viatorum, consequens omninò est, diabolum in via adhuc fuisse quando per invidiam dececepit hominem. Pro eâdem sententia stare videtur Scotus in 2.^m Dist. 6. q. 2. ad 4.^m Principale, non quidem quòd diaboli condemnationem ad hominis vsque tentationem protrahat, sed quòd non statim post primum peccatum secutam fuisse existimet: 'Cùm dicis (inquit) ,quòd primum peccatum fuit irremediabile: Dico, quòd quando pec- ,cavit secũdo peccato, adhuc fuit in via: & per consequẽs, quando pec- ,cavit secundo peccato potuit pœnitere de primo peccato: & ita pri- ,mum peccatum ex se non fuit irremediabile; quia si pœnituisset, inveniisset veniam & misericordiam'. Scoto subscribit Gabriel in 2.^m Dist. 6. ar. 2. & novissimè Scribonius in Cosmodisi Disp. 8. q. 4. necnon Salmeron in Epistolam 2. Petri Disp. 3. ad capitis 2. versum 4.^m disertè pronuntians, 'Angelos non fuisse de cœlo præcipitatos, nisi priùs ,Dei benignitate DIV INVITATOS ET EXPECTATOS AD PÆNITENTIAM'. Pro qua sententia ratiunculas aliquot congerit, ex Dei clementia ac benignitate potissimùm conquisitas, quas videre licet relatas ac refutatas ab eius Consodale Suarezio lib. 8. de Angelis cap. 1. Citat insuper pro eadem Bernardum Ser. 17. in Cantica, Hieronymũ in caput 1.^m ad Ephesios, Gregorium Nyssenum lib. 1. de Philosophia cap. 3. Cyrillum Hierosolymitanum Catech. 2. Illuminatorum, præter Basilium in caput 14. Isaiæ iam suprà descriptum. Sed apud Bernardum dicto Sermone nihil extat quòd Salmeroni veraciter faveat. Dicit quidem ibi Bernardus, sed sub forma interrogationis, non assertionis, 'Luciferum, antequam verteretur in tenebras, generi nostro invidisse olei effusionem'. Verùm de hac invidia satis dictum est §. 4. Dicit præterea ibidem inferiùs: 'Jn cœlo concepit dolorem, & ,in paradiso peperit iniquitatem prolem malitiæ matrem mortis & æ- ,rumnarum omnium prima parens superbia. Nam etsi *invidiâ diaboli* ,*mors intravit in orbem terrarum*, tamen *initium omnis peccati superbia*'. Sed non dicit diabolum in via hæsisse quoadvsque per invidiam hominem decepisset. Imò contrarium manifestè indicat Serm. 1. de Adventu sub initium, dicens de Lucifero: 'Nihil ille fecit, nihil operatus est, ,tantùm cogitavit superbiam; & IN MOMENTO, IN ICTV OCVLI, IRREPARABILITER PRÆCIPITATVS EST'. Ecce quem Salmeron dicit, *Diu invitatum & expectatum ad pœnitentiam*, Bernardus, *in momento, in ictu oculi præcipitatum* affirmat, & quidem *irreparabiliter*. Rursus idem Bernardus Serm. de Triplici Misericordia & quatuor miserationibus: 'Magna omninò misericordia (inquit) expectatio Domini est: Nam peccantem Angelum omninò non expectavit, sed præcipitavit'. Et ne fortè putares hæc intelligenda esse de solo Lucifero reliquorum seductore, non etiam de cæteris per eum seductis: audi quid de omni-

Scotus.
Gabriel.
Scribonius.
Salmeron.
Suarez.
Bernardus.
Hieronymus.
Gregor. Nyssen.
Cyrill. Hieros.
Basilius.
Ad Bernardũ.
Præoccupatio.

sp. 2. 24.
teli. 10.
5.

bus indiſcriminatim ſcribat idem Bernardus Serm. 22. in Cantica, dicens: 'Superbiæ lapſu IRREMEDIABILI corruentes, redimi deinceps non merentur'. Cùm verò etiam Hieronymum ex Commentario ad Epheſios pro ſuo dogmate allegat Salmeron, Ruffinum imitatur atque Celeſtium: quibus ſimiliter calumniantibus quid ipſe reſponderit, videat Lector ſuperiùs hìc cap. 5. §. 1. & eadem Salmeroni reponat. Videat præterea quæ in hanc rem ſcribit Sixtus Senenſis lib. 5. Biblioth. Annot. 117. & lib. 6. Annot. 170. & 292. & aliquot ſequentibus, item quæ ſcribit Franciſcus Meſſana in *Difficilibus Hieronymi* verbo *Angelus* Pericope 3. Mentem porrò ſuam de lapſu Luciferi ſatis indicat Hieronymus Epiſt. 45. cùm ait: 'Satanas ex Archangelico faſtigio NON ALIAM OB CAVSAM, niſi ob contrariam humilitati SVPERBIAM, ruit'. Et Epiſt. 83. cap. 4. 'Judicium (inquit) & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia ſit'. Et in caput 14. Iſaiæ adverſum 12. 'Propter ſuperbiam ſuam (inquit) de cœlo in terram præcipitatus eſt, atque contritus'. Utique *irreparabiliter* ſeu *irremediabiliter*, vt ex Bernardo mox retulimus: ſive *irrevocabiliter*, vt Auguſtinus loquitur Epiſt. 120. cap. 23. in fine, ſic ſcribens: '*Initium omnis peccati ſuperbia eſt*, quâ diabolus IRREVOCABILITER in exteriora progreſſus eſt; hominemque, invidendo, & ei ſimile aliquid ſuadendo, deiecit'. Eòdem ſpectat quòd lib. 8. de Civitate cap. 22. loquens generaliter de dæmonibus, eorum prævaricationem vocat *irregreſſibilem tranſgreſſionem*. Qui rurſus Tract. 110. in Ioannem: 'Noverimus (inquit) bonorum omnium creatorem reparandis Angelis malis NIHIL GRATIÆ CONTVLISSE'. Cui conſonans Fulgentius lib. de Fide ad Petrum cap. 3. 'De Angelis (inquit) hoc diſpoſuit Deus, & implevit, vt ſi quis eorum bonitatē voluntatis perderet, nunquam eam divino munere repararet'. Et inferiùs ibidem: 'Oſtendit Deus (inquit) vnde bona voluntas hominibus detur, quā ſic amiſerunt Angeli cùm haberent, vt amiſſam deinceps habere non poſſint'. De ijſdem Proſper, vel quiſquis alius author eſt librorum de Vita contemplativa: 'Cùm ſe (ait lib. 1. cap. 3.) contra creatorem ſuum typho ſuperbiæ læthalis hoſtiliter extuliſſent, de ſuperna cœli regione proiecti ſunt. Quos divina ſententia eo ſupplicio condemnavit, vt quia noluerunt perſeverare cùm poſſent, nec vellent reparari, nec poſſent: ſiquidem prævaricationis eorū fuit, quòd IRREVOCABILITER iudicij animadverſione percuſſi ſunt: & ad damnationem iuſtiſſimam profectò pertinuit, quòd voluntatem redeundi ac facultatem penitùs amiſerunt'. Conſonat Iſidorus lib. 2. de Summo Bono cap. 15. 'Nonnulli (inquiens) ita deſpiciuntur à Deo, vt deplorare ſua mala non poſſint, etiamſi velint. Conſilium immundorum Spirituum hoc eſt, vt quia IPSIS NEGATVM EST POST PRÆVARICATIONEM REGREDI AD IVSTITIAM, obſerare aditum pœnitentiæ hominibus cupiant, ne vel ipſi revertantur ad Deum'. Favet & Gregorius lib. 4. Moral. cap. 10. dicens: 'Apoſtata Angelus ad reſtaurationis lucem nullâ ſpe veniæ, nullâ

Ad Hieronym.

Sixtus Senenſis.

Franc. Meſſena.

Auguſtinus.

Fulgentius.

Proſper.

Iſidorus.

Gregorius.

Digitized by Google

là conversionis emendatione revocatur'. Et mox inferiùs ibidem de eodem: 'Sic eum erroris sui cæcitas obruit, vt nequaquam vlteriùs ad lucem pœnitentiæ per divini respectus memoriam resurgat'. Ex his, & alijs innumeris Patrum testimonijs, quę brevitatis studio prætereo, manifestum est, falsò à Salmerone contendi, *Angelos non fuisse de cœlo præcipitatos, nisi priùs Dei benignitate* DIV INVITATOS ET EXPECTATOS AD PÆNITENTIAM. Vnde rectè monet Suarez loco proximè citato, Salmeronis sententiam, *saltem propter particulam* DIV, *valdè novam & singularem esse*. Quòd autem Salmeron pro se alleget Gregorium Nyssenũ ex libris de Philosophia, merus abusus est: siquidẽ libri illi nõ sunt Nysseni, sed Nemesij Philosophi, qui se alicubi Origenistã, alicubi Pelagianistã nõ obscurè prodit: vt advertit Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Nysseno. Addo insuper, Authorem videri docere contrarium eius quod Salmeron ei affingit. Ait quippe eo ipso loco quem ille allegat: 'Solus homo inter omnia quæ ratione sunt ,prædita, habet hoc præcipuum, vt eius erratum pœnitentiæ condo-,netur: Nam neque dæmones, neque Angeli, per pœnitentiam delictorum veniam impetrare possunt'. Vnde quod paulò pòst addit, quo deceptus fuisse videtur Salmeron; non ex sua, sed ex aliorum sententia profert: 'Angelos (inquiens) NONNVLLI VOLVNT non ampliùs post-,quàm lapsi sunt, consequi veniam per pœnitentiã: mors enim illorum ,lapsus est. Sed ante lapsum, ad similitudinem vitæ hominum, etiam ,ipsis veniam Deum daturum fuisse: Nunc verò, cùm non pœnituerit eos erratorum suorum, æternis, nec vllâ veniâ remittendis supplicijs, suisque meritis congruentibus mulctantur'. Vbi non esse sermonem de lapsu in culpam, saltem primam, sed de lapsu è cœlo in pœnam culpæ priùs commissæ nec per pœnitentiam retractatæ, apparet ex illis verbis, *Sed ante lapsum, ad similitudinem vitæ hominum, etiam ipsis veniam Deum daturum fuisse: Nunc verò, cùm non pœnituerit eos erratorum suorum* &c. Quinam porrò fuerint qui sic senserint, author non expressit, nec se eis consentire indicavit. Inanitet proinde à Salmerone allegatur, maximè sub nomine Gregorij Nysseni. Frustrà etiam adducitur Cyrillus Hierosolymitanus: cuius vtique locus Salmeronem vel nihil vel nimis iuvat: 'Nescimus (ait ille) quanta Deus & Angelis condonaverit'. Si enim sermo sit de condonatione impropriè sumpta, quæ consistit in præservatione à culpa aliàs incurrenda; sic nihil iuvat allegantem; siquidem condonatio sic sumpta locum habet in eis qui nunquam reipsâ deliquerunt: vt varijs exemplis ostendit Augustinus in Psalmum 85. ad illum versiculum, *Eruisti animam meam ex Inferno inferiori*: Videtur autem Cyrillus eiusmodi condonationem intellexisse, cùm continuò subdiderit: 'Indulget enim & illis, quandoquidẽ ipse tantùm vnus est, qui peccare non possit'. Tanquam diceret: Cùm non ex seipsis, sed ex ipso habeant quòd extra peccandi aleam sint, ipsius munificentia reputanda est quasi indulgentia, ipsius præservatio quasi condonatio. Si verò sermo sit de propriè dicta indulgen-

Salmeron.

Suarez.

Ad Gregor. Nyssen.

Bellarminus.

Nemesius.

Ad Cyrill. Hieros.

Psal. 85. 13

Augustinus Vide Bernar. serm. 22. in Cantica.

tia

tia vel condonatione, quæ præſupponit culpam, certè diſſimulanda potiùs eſt illa tanti Patris ſententia, quàm prodenda, nedum amplexanda. Unde ſi Salmeron hoc poſteriori ſenſu eum pro ſe alleget, vereor ne verum ſit quod de Conſodale ſuo ait Suarez loco iam citato: *Suarez.* 'Conſtanter aſſerit, potuiſſe Angelos reſipiſcere: Quòd verò de facto ,aliqui ex peccatoribus ſalvati fuerint, non audet affirmare, QVAMVIS NON MVLTVM REPVGNET'. Notandum præterea, Cyrillum ibi nihil aſſertivè decidere, ſed negativè loqui, dicendo: *Neſcimus quanta* *Ad Baſilium.* *Deus* &c. Similiter Baſilius nihil determinat de re ipſa, ſed ſolùm ait: *Ad Caſſianſi.* *Fieri poteſt* &c. Quid porrò Caſſianus vel Serenus ſenſerit, non admodum refert. Videri interim poſſunt Notæ Cuyckij in eum Caſſiani locum. *Ad Rupertum, & Scotum & Gabrielem.* Ad Rupertum & Scotum & Gabrielem dici poteſt, eos ſub aſſertionis forma inquiſitionis ſtudium tenuiſſe: quorum proinde inquiſitioni præferenda eſt tot Patrum iam citatorum conſenſio. Quibus addi poteſt Damaſcenus lib. 2. de Fide cap. 4. *Damaſcenus.* 'Illud (inquiens) ſcire ,non alienum fuerit, Quod hominibus mors eſt, hoc Angelis lapſum ,extitiſſe. Poſt lapsũ enim præcluſa iam eſt illis omnis reſipiſcẽdi facul-,tas, quemadmodum & hominibus poſtquam ex hac vita migrarunt'. *Anſelmus.* Conſonat Anſelmus Dialogo de Libero arbitrio cap. 14. & lib. 2. *Vide Greg. l. 4.* *Cur Deus homo* cap. 21. vbi loquens de Angelis apoſtatis: 'Hoc quoq; *Moral c. 10. &* ,(inquit) removet eorum reſtaurationem, quia ſicut ceciderunt nullo *Hug. Vict. Dia-* ,alio ſuadente vt caderent, ita nullo alio adiuvante reſurgere debent: *logo de Sacram.* quod eſt illis impoſſibile'. Eadem habentur in Elucidario eidem Anſelmo attributo cap. 8. Quæ tamen ratio in ſolo Lucifero militare videtur, non in reliquis qui eo ſuadente ac inſtigante peccarunt: vt colligitur ex D. Thoma 1. p. partim q. 63. ar. 8. partim q. 64. ar. 2. ad 4. Qui rurſus de irreparabilitate Angelorum ſemel lapſorum videri poteſt q. 16. de Malo ar. 5. per totum.

D. Thomas.

Corollarium. Ex dictis deducitur, non ſolùm falli Salmeronem quatenus con- 6.
Salmeron. tendit dæmones *diu* poſt primum lapſum potuiſſe reſipiſcere ac priſtinum ſtatum recuperare, ſed etiam quatenus protẽdit eorum viam per diuturnam illam moram quam comminiſcitur. Ac per hoc falli etiam *Molina.* Molinam in 1. p. q. 63. ar. 6. qui in hoc poſteriori conſentit Salmeroni, à quo tamen diſſentit in illo primo. Nam cùm præmiſiſſet: 'Lu-,cifer commiſit peccata, quæ neque per vnum ſolùm inſtans, neque ſi-,mul videtur perpetraſſe; præſertim cùm in ſuam ſententiam Angelos ,complures traxerit, *prælumq́* diſceptationibus & locutionibus *com-* *Apoc. 12.7*
,*miſſum fuerit magnum in cælo* inter Angelos bonos & malos: quod du-,raſſe ſolùm per inſtans, qui aſſeruerit, anſam irriſioni dabit. Quare ,NON MODICVM TEMPVS, multis diſceptationibus vltrò citròque habitis, conſumptum fuiſſe videtur, quæ in Angelis malis fuerunt peccata, neque caruiſſe videntur ſucceſſione': Paulò pòſt ſubdidit hanc concluſionem ordine quintam: 'Angeli recuperare non potuerunt ,gratiam ſemel amiſſam per peccatum: & idcircò poſt primum peccatum evadere non potuerunt damnationem æternam'. Hoc poſtremum

nos

nos libenter amplectimur, & satis ex Patribus præcedenti §. adductis evincitur: Primum verò non minus dilucidè ex ijsdem refellitur. Certè enim si *in momento, in ictu oculi* Lucifer ob *cogitatam superbiam præcipitatus est*, vt ex Bernardo memoravimus, falsum omninò est quod Molina comminiscitur de *Non modico tempore* durationis prælij in cœlo. Ubi obiter notandum, non haberi scriptum, Prælium diuturnum; sed, *Prælium* MAGNVM *factũ est in cœlo*. Advertit præterea Molinæ Socius Ribera in eum locum, 'In Græcis codicibus non legi *Magnum*; ,neque apud Aretham, aut Tychonium Homil. 9. aut Primasium, aut Gregorium Homil. 34. in Evangelia, aut apud Victorinum'. Qui & addit: 'Hoc prælium vulgus initio mundi factum putat, cùm diabo-,lus & Angeli eius è cœlo ejecti sunt. Sed SINE DVBIO PERTINET AD EXTREMA TEMPORA'. Ex quo patet quàm caduco fundamento sententia Molinæ nitatur. Adde insuper, quòd etiamsi concedatur prælium illud ab initio inter bonos & malos Angelos in cœlo esse commissum, non inde sit consequens, alterutros fuisse tunc viatores. Fortè enim initum fuit quando prolata iam in dæmones sententia ejectionis & præcipitationis mandabatur executioni per Michaëlem & socios iam beatitudine donatos. Falsò præterea supponit Molina, Angelos indigere morâ temporis ad committendum eiusmodi prælium: imò temerè asserit, instantanei prælij assertores *ansam dare irrisioni*. Neque enim Angelicus Doctor ansam irrisioni præbet cùm ait: [l] 'An-,gelus non indiget ad eligendum, VEL EXHORTANDVM, vel etiam ,consentiendum, temporis morâ; sicut homo, qui deliberatione in-,diget ad eligendum & ad consentiendum, & locutione vocali ad exhortandum'. Quòd si Angeli ad se mutuò exhortandum, ad sibi mutuò consentiendum aut dissentiendum, non indigent temporis morâ; profectò nec ad inter se præliandum indigent temporis morâ. Porrò cùm hìc neget Molina dæmones in via post lapsum non modico tempore hærentes potuisse resipiscere, agnoscat autem potuisse peccare & demereri; evertit funditùs aliam suam sententiam, quâ contendit, hominibus viatoribus quantumlibet obduratis adesse auxilium gratiæ sufficiens ad implenda Dei iussa; quia aliàs non demererentur transgrediendo præcepta: [m] 'Quia ergo (ait ipse) eos ipsos peccatores, qui ,in Scripturis sanctis leguntur obdurati & excæcati à Deo, in eisdem ,Scripturis constat læthaliter peccasse non adimplendo ea circa quæ ,leguntur obdurati & excæcati; MANIFESTVM EST, Deum non dene-,gasse eis auxilia, sine quibus nullâ ratione obedire possent: alioquin ,nullâ ratione imputaret eis ad culpam; quòd Deo tunc non obedis-sent'. Hæc si vera sunt de hominibus obduratis, profectò vera erunt & de Angelis viatoribus, non minus ex Molinæ sententia obduratis post lapsum. Si autem vera non sunt de Angelis, certè nec vera esse possunt de hominibus. Sed audiamus quod Molina de obduratis hominibus subdit: 'Porrò quòd anteà commiserint crimina aliqua, in ,quorum pœnam iustè à Deo sunt obdurati & obcæcati, id planè non efficit,

Ribera.

[l] D. Th. 1. p. q. 63. ar. 8. in Corpore.

[m] Molinain Concordia q. 14 ar. 13. Disp. 10

,efficit, vt quæ post indurationem & obcæcationem committunt, pec-
,cata sint, illisque ad culpam imputentur, si iam tunc nullâ ratione ea
vitare possunt'. Qui sanè discursus aut nihil omninò probat de homi-
nibus, aut æquali iure militat de Angelis. Vnde idem ipse Molina in-
feriùs in eadem sua Concordia q. 23. ar. 4. & 5. Disp. 1. Membro 11.
ad probandum quòd Angeli indifferenter omnes seu reprobi seu ele-
cti habuerint in via possibilitatem tam excidendi à salute quàm asse-
quendi salutem, argumentum sumit à statu viæ id postulante: 'Planè
,(inquiens) STATVS VIÆ VTRORVMQVE ID POSTVLABAT, ad meri-
,tumque & demeritum eorum vtrumque erat necessarium, neque salvâ
fide catholicâ video posse negari'. Si status viæ vtrorumque id postu-
labat, quomodo Angeli reprobi, non modico tempore post lapsum
in via hærentes, evadere non potuerunt damnationem æternam? Quo-
modo item subsistere poterit illa eiusdē authoris q. 63. ar. 6. conclusio
finalis: 'Nullam Deus Angelis fecit iniuriam, quin potiùs æqualitate
,quâdam cum eis vsus est, dum certam periodum viæ eis statuit, in
,qua tota mereri aut demereri possent: estò gratiam recuperare non
possent, si pro sua culpa & libertate semel amitterent'? Sed has & si-
miles Molinæ antilogias alijs expendendas relinquens, ex dictis de-

Corollarium. duco novum hoc Corollarium: Angeli lucis nullo vnquam peccato
Fulgentius. maculati sunt. Id colligo ex istis Fulgentij verbis §. 5. relatis: 'De
,Angelis hoc disposuit Deus, & implevit, vt si quis eorum bonitatem
voluntatis perderet, nunquam eam divino munere repararet'. Cùm
igitur indubitatum sit, Angelos lucis iam bonitatem voluntatis habe-
re, consequens omninò est, eos nunquam eam perdidisse. Idipsum

Augustinus. consequitur ex illo Augustini ibidem relato: 'Noverimus bonorum
,omnium Creatorem reparandis Angelis malis nihil gratiæ contulis-
se'. Consonat Prosper lib. 1. de Vita contemplat. cap. 3. dicens de

Prosper. Angelis lucis: 'Nec peccaverunt vnquam, nec peccare iam possunt'.
Eòdem spectat quod de ijsdem ait Augustinus lib. 11. de Civit. cap.

Augustinus. 9. 'Eò beatiores illos esse, quòd nunquam peregrinati sint'. Qui rur-
sus lib. de Agone Christiano cap. 1. loquens de Christo Dei Filio:
'Quoniam sub illo (inquit) est creatura QVÆ NON PECCAVIT, quantò
,magis sub illo est omnis creatura peccatrix? Ergo quoniam sub illo
,sunt OMNES SANCTI ANGELI, multò magis sub illo sunt omnes præ-
varicatores Angeli'. Videri de eadem sanctorum Angelorum perpe-
tua impeccantia potest lib. 12. Confess. cap. 9. & lib. 11. de Civit. cap.
28. & lib. 22. de Civit. cap. 29. & lib. 3. de Libero Arbitrio cap. 5.
11. & 12. & lib. contra Priscillianistas cap. 10. & lib. 1. contra Ad-
versarium legis & Prophet. cap. 14. Eandem impeccantiam evincunt
multa Patrum testimonia superiùs hìc cap. 2. §. 1. relata, quibus An-
geli sancti dicuntur perpetuò mansisse in dignitate, vel forte, vel statu

Dubium. suæ originis. Hoc ergo stabilito, superest inquirendum, An Angeli
lucis suam peregrinationem in via vnquam interruperint, an verò in-
cessanter eius exercitio institerint. Hæc dubitatio supponit, Angelos

potuisse

potuiſſe ſine peccato peregrinationem interrumpere, adeòque non habuiſſe præceptum inceſſanter peregrinandi: Nam ſi tale præceptum habuiſſent, interrumpendo peregrinationem proculdubio peccaſſent. Non peccarunt autem, vt mox ſuprà oſtendimus: Adeoque vel tale præceptum non habuerunt, vel certè ſuam peregrinationem nullatenus interruperunt. Sed ſive tale præceptum habuerint, ſive ab eo liberi fuerint, peregrinationem ſuam ne vel vno momento interruperunt. Patet id ex Auguſtino lib. 12, de Civit. cap. 9. dicente: 'Sine bo-,na voluntate, hoc eſt, Dei amore, NVNQVAM ſanctos Angelos fuiſſe, credendum eſt'. Si *nunquam* ſine Dei amore fuerunt, ergo toto tempore viæ ſine interruptione meruerunt: adeoque meritoriam peregrinationem ne vel momento vno intermiſerunt. Accedit quòd veroſimilius ſit, eos habuiſſe præceptum ſine intermiſſione peregrinandi. Probabilius eſt enim, Angelos non poſſe ab omni omninò occupatione etiã morali ceſſare. Similiter probabilius eſt, non dari occupationem moraliter in individuo indifferentem. Ex quibus duobus ſequitur, Angelos illos qui nunquam peccaverunt, nunquam in via à meritoriç peregrinationis exercitio ceſſaſſe. Jterum inquiri poteſt, An bonorum & malorum Angelorum via æqualiter duraverit. Apparet enim quòd non: Primò quia Angeli mali adhuc in via fuerunt quando peccaverunt; alioquin enim eorum peccatum non fuiſſet demeritorium, ſiquidem nullus meretur aut demeretur niſi viator. Atqui Angeli boni terminum peregrinationis ſuæ iam attigerunt, quando mali peccaverunt. Ergo via bonorum brevior fuit quàm malorum: Simul enim inceperunt, & boni citiùs abſolverunt. Minor probatur ex Auguſtino, qui lib. 12. de Civit. cap. 9. ait de eis reſpectivè: 'Iſtis malâ vo-,luntate cadentibus, illi ampliùs adiuti, ad eam beatitudinis plenitu-,dinem, vnde ſe nunquam caſuros certiſſimi fierent, pervenerunt'. Ergo *perventio* bonorum contemporanea fuit *caſui* malorum. Non enim ait, Poſtquam iſti cecidiſſent, illi pervenerunt: ſed, *Iſtis cadentibus illi pervenerunt*. Secundò quia D. Thomas 1. p. q. 62. ar. 5. in Corpore: 'Angelus (inquit) poſt primum actum charitatis quo beatitudinem meruit, STATIM beatus fuit'. Cùm ergo Angelus malus non niſi poſt actum peccati ſuccedentem actui charitatis, cum quo creatus fuerat, finierit ſuam viam, conſequens eſt vt diutiùs in via hæſerit, quàm bonus. Vnde idem inferiùs q. 63. ar. 6. ad 4.^m ait: 'In primo inſtanti omnes fuerunt boni, ſed in ſecundo fuerunt boni à malis diſcreti'. Quæ diſcretio, quantum ad bonos attinet, facta eſt per confirmationem beatificam, vt ex loco proximè citato apparet: quantum verò ad malos, per lapſum in ſuperbiam quo meruére ſubſequenter damnari. E contrario autem apparet, viam bonorum diuturniorem fuiſſe quàm malorum. Nam teſte Auguſtino lib. 11. de Civit. cap. 13. 'Poſt iſtorum ruinam illis certa ſcientia ſuæ ſempiternæ fœlicitatis acceſſit'. Si poſt ruinam, Ergo poſt ſuam viam. Nam ſive per ruinam intelligatur lapſus in peccatum, ſive ſententialis condemnatio, non equidem re-

Deciſio.

Dubium.

Auguſtinus.

D. *Thomas.*

Auguſtinus.

BIBLIOTECA [illegible] DE LA [illegible] DE CHILE

igitized by Google

fert: Quia teste eodem Augustino Enchiridij cap. 28. 'Diabolus ipsâ suâ elatione prostratus est'. Unde & Fulgentius lib. de Fide ad Petrũ

Fulgentius. cap. 3. 'Pars Angelorum (inquit) quæ à suo Creatore Deo, quo solo bono beata fuit, voluntariâ prorsus aversione discessit, æquitatis ,supernæ IVDICIO initium suæ DAMNATIONIS in ipsa aversione voluntatis invenit'. Quò spectat & illud Bernardi Serm. 1. de Adventu

Bernardus. dicentis de Lucifero, 'Tantùm cogitavit superbiã;& in momento, in

Decisio. ictu oculi irreparabiliter præcipitatus est'. His tamen non obstantibus tenenda est sententia quæ bonorum & malorum Angelorum viam statuit æqualem. Probatur, quia eo momento quo mali demeruerunt, boni meruerunt: prout ostendimus lib. 2. cap. 11. §. 4. Atqui immediatè pòst vtrique respectivè desierunt esse viatores, alijs in bono beatifico firmatis, alijs sententialiter ad exitium damnatis: vt ex dictis ibidem & hoc capite satis constat. Igitur quandoquidem via vtrorumque simul inceperit, æqualis in vtrisque extitit durationis. Ad 1.^{m} argumentum pro contrario adductum patet solutio ex loco libri 2. iam citato. Secundum argumentum laborat in æquivoco. Non enim per *Instans* intelligit D. Thomas indivisibile momentum temporis continui, sed durationem operationis Angelicæ vniformis. Unde re-

Bannez. ctè advertit Bannez in 1. p. q. 63. ar. 6. 'Quòd si Angelus in hodier-,num diem in illa actione in qua creatus est vniformiter perseveraret, ,adhuc eius actio vno instanti mensuraretur, coexistente multo tempori nostro'. Quàm diuturna porrò fuerit via Angelorum per comparationem ad tempus nostrum, dictum est superiori capite §. 6. Fatendum est igitur, Angelos bonos fuisse adhuc in via quando mali peccarunt, sed non quando mali sententiam damnationis acceperunt. Nec

Caietanus. Ferrariensis. audiendus Caietanus in 1. p. q. 63. ar. 6. aut Ferrariensis lib. 3. contra Gentes cap. 110. §. *Hæc dicta sint*, quatenus asserunt, Angelos malos eodem momento fuisse damnatos quo peccarunt. Certum quippe est, eos peccando demeruisse; adeoque nondum in termino, sed in via fuisse: Sicut enim solis viatoribus competit mereri, ita & demereri.

[n] *D. Th. 1. p. q. 62. ar. 5. ad 2.^{m}* Quod ergo de bono Angelo ait D. Thomas, [n] 'Oportet diversa in-,stantia accipi, in quorum vno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus': ita de malo Angelo verissimè dicitur, Oportet diversa instantia accipi, in quorum vno meruerit damnationem, & in alio fue-

Obiectio. rit damnatus. Quòd si obijcias, inter quælibet duo instantia mediare tempus, sicut inter quælibet duo puncta mediat linea. Ergo non po-

Diluitur. tuit instans damnationis dæmonum succedere instanti prævaricationis eorundem, nisi mediante tempore. Respondeo ex D. Thoma 1. p. q. 63. ar. 6. ad 4.^{m}: 'In Angelis, qui non sunt subiecti cœlesti motui, qui ,primò per tempus continuum mẽsuratur, tempus accipi pro successione operationum intellectus, vel etiam affectus'. Addo præterea, Antecedens intellectum etiam de tempore physico, non esse exploratum. Pendet enim ex doctrina admodum incerta & multùm controversa, an nimirum continuum componatur ex divisibilibus sine fine. Unde

apparet

apparet quàm caduco fundamento superstruxerit Molina suam sententiam suprà hic explosam, dicens: °'Cùm peccatum Angelorum incœperit per primum sui esse, & inter quæcunque duo instantia nostri temporis mediet tempus: Consequens est profectò, vt secunda mora peccati Angelorum, quæ præcessit supplicium eorum æternum, non fuerit instantanea, sed temporalis comparatione nostri temporis'. Quod quidem fundamentum etiamsi subsisteret, non plus concluderet quàm quod inter culpam & damnationem dæmonum interceserit tantillum spatium, quantillum intercludunt duo instantia continui terminativa: cùm tamen Molina contendat, Angelos post primam transgressionem *Non modico tempore* hæsisse in via. Sed rectiùs ait Bernardus, Luciferum cogitasse tantùm superbiam, & *in momento, in ictu oculi*, fuisse præcipitatum. Aut ergo nulla omninò fuit mora intermedia, aut certè tam exigua visa est Bernardo, vt pro nihilo eam reputaverit. Alluſit quippe ad illud Apostoli, *In momento, in ictu oculi.* Quâ phrasi instantaneam durationem denotari Interpretes passim indicant: Favetque Græcus textus, qui pro *momento* habet *atomum*: quæ vox in successivis instans denotat, quemadmodum in magnitudine punctum. Vnde & Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. p. 5. cap. 24. aversionem & præcipitationem dæmonum coniungit, dicens de eis: 'Idcircò à gratia deserebantur, quia avertebantur & præcipitabantur'. Sicut autem eo ipso instanti quo dæmones avertebantur & aversione suâ præcipitationem mox imminentem demerebantur, adeòque viatores fuerũt; Angeli lucis convertebantur & conversione suâ glorificationem mox imminentem promerebantur, adeòque viatores fuerunt: ita eo ipso instanti quo dæmones præcipitabantur, Angeli lucis glorificabantur, nec alterutri iam merebantur, quia viatores esse desierunt: Ac sic viam quam simul decurrere incœperant, simul etiam finierunt, sed dispari sorte, quia dispari cursu.

° *Molina in 1. p q. 63. ar. 6.*

Bernardus.

1. Cor. 15. 52.

Hugo Victor.

CAPVT VII.

Transitus ad Humanæ Peregrinationis indaginem, cuius exordium adversùs Origenem creationi primi hominis pariatur.

1. ANgelicæ peregrinationis terminis vtrinque defixis, tractandam se consequenter humana peregrinatio subingerit: quæ, pro gemino statu hominum per fidem in hac vita ambulantium, geminam exigit indaginem. Primò itaque de eius exordio ac progressu pro statu primæ conditionis differendum est, demum pro statu novissimæ reparationis. Habet porrò humana hæc peregrinatio illud cum Angelica hactenus elucidata commune, quòd non localibus gressibus, sed moralibus affectibus peragatur. Habet insuper, quòd ad eandem cum illa metam contendat: vt lib. 2. cap. 7. ostensum est. Etenim homi-

nes qui pijs affectibus perſeveranter eliciendis inſiſtunt, cœleſti patriæ peregrinando appropinquant, vbi Angelis ſanctis pro ſuo gradu ac ordine permiſcendi ſociandiq́ue ſunt: Sicut è contrario qui pravis affectibus vel tota vita, vel ſaltem in exitu vitæ læthaliter indulgent, in barathrũ tendunt; cum deſertoribus Angelis vitiatoribus & poſſeſſoribus & conſortibus ſuis ſine fine cruciandi: [a] 'Poſt reſurrectionem (ait ,Auguſtinus) facto vniverſo completoque iudicio, ſuos fines habe,bunt civitates duæ, vna Chriſti, altera diaboli; vna bonorum, altera ,malorum; VTRAQVE TAMEN ANGELORVM ET HOMINVM: Iſtis ,voluntas, illis facultas non poterit vlla eſſe peccandi, vel vlla condi,tio moriendi: Iſtis in æterna vita verè fœliciterque viventibus, illis ,infœliciter in æterna morte ſine moriendi poteſtate durantibus, quo,niam vtrique ſine fine. Sed in beatitudine iſti alius alio præſtabiliùs, in miſeria verò illi alius alio tolerabiliùs, permanebunt'. Quia igitur homines cum Angelis vnam reſpectivè civitatem inhabitaturi, ſocietatemque conſtituturi ſunt; diſciplinæ methodus exigit, vt peregrinationis ſtadio ac ſpatio conſocientur.

[a] *Aug. Enchir. cap. 111.*

Primos humani generis parentes poſt Angelorum peregrinationem non modò inchoatam ſed & finitam conditos fuiſſe, perhibuimus ſuperiùs cap. 5. §. 4. Vnde conſequens eſt, humanæ peregrinationis exordium poſt Angelicæ peregrinationis completionem eſſe ſtatuendum. Non defuêre nihilominus, etiam Chriſtiani, qui Platonicorum præſtigijs deluſi, contrarium dogma in Eccleſiam invehere contenderint, quorum princeps vel certè præcipuus fautor cenſetur Origenes; qui in libris Periarchon humanas animas Angelis coævas, & pro meritis anterioris vitæ in corpora cenſuit eſſe contruſas. Excogitavit porrò vel reſuſcitavit Origenes inſanam hanc ſententiam, ad obviandum alteri errori vetuſtiorum hæreticorum, qui duo creaturarum principia commenti fuerant, alterum bonum, alterum verò malum. Qua de re Angelicus Doctor in Summa: [b] 'Origenes (inquit) volens excludere ,poſitionem ponentium diſtinctionem in rebus ex contrarietate prin,cipiorum, boni, & mali; poſuit, à Deo à principio omnia creata eſſe ,æqualia. Dicit enim, quòd Deus primò creavit creaturas rationales ,tantùm, & omnes æquales: in quibus primò orta eſt inæqualitas ex ,libero arbitrio, quibuſdam converſis ad Deum ſecundùm magis & ,minus, quibuſdam etiam ſecundùm magis & minus à Deo averſis. ,Illæ igitur rationales creaturæ quæ ad Deum per liberum arbitrium ,converſæ ſunt, promotæ ſunt ad diverſos ordines Angelorum, pro di,verſitate meritorum: Illæ autem quæ averſæ ſunt à Deo, ſunt corpo,ribus alligatæ diverſis ſecundùm diverſitatem peccati. Et hanc cauſam dicit eſſe creationis & diverſitatis corporum'. Et inferiùs ibidem q. 90. ar. 4. 'Origenes poſuit (inquit) non ſolùm animam primi ho,minis, ſed animas omnium hominum, ante corpora ſimul cum Ange,lis creatas; propter hoc quòd credidit, omnes ſpirituales ſubſtantias, ,tam animas quàm Angelos, æquales eſſe ſecundùm ſuæ naturæ conditionem,

Origenes.

[b] *D. Th. 1. p. q. 47. ar. 2. in Corp. Vide ibid. q. 70. ar. 3. & q. 75. ar. 7. & q. 118. ar. 3 & l. 2. contra Gentes c. 44. 70. & 83. & in 3.m Diſt. 3 q. 6. ar. 3. & Opuſc. in 1.m Decretaliũ, & q. 6. de Potentia ar. 6. & q. 16. de Malo ar 1. & q. de Spiritualibus creaturis ar. 5. & 6. & q. de Anima ar. 7. & q. 3. de Potentiâ ar. 7.*

Digitized by Google

,ditionem, ſed ſolùm merito diſtare: ſic quòd quædam earum corpo-
,ribus alligantur, quæ ſunt animæ hominũm, vel cœleſtium corporũ;
,quædam verò in ſui puritate ſecundùm diverſos ordines remanent'.
Ex quibus Angelici Doctoris teſtimonijs varia Origenis ſenſa pateſ-
cunt: Primò creaturas ſpirituales corporalibus præextitiſſe: Secundò
corpoream creaturam non tam vt conderentur bona, quàm vt puni-
rentur mala, fuiſſe inſtitutam: Tertiò humanas animas ex ſua natura
pares eſſe Angelicis ſpiritibus: Quartò cœleſtia corpora perinde ac ho-
mines rationali ſpiritu animari ac vivificari: Quintò homines in hac
vita pœnas pendere pro nòxis in anteriori vita perpetratis. De primo
ſatis diſſeruimus hìc ſuperiùs cap. 1. §. 2. & 3. De ſecundo Auguſti-
nus lib. 11. de Civit. cap. 23. dicit eſſe mirandum, 'Quòd etiam qui-
,dam vnum nobiſcum credunt omnium rerum eſſe principium, nul-
,lamq; naturam quæ non eſt quod Deus eſt, niſi ab illo conditore eſſe
,poſſe; noluerunt tamen iſtam cauſam fabricandi mundi tam bonam
,ac ſimplicem, benè ac ſimpliciter credere; vt Deus bonus conderet
,bona, vt eſſent poſt Deum quæ non eſſent quod Deus eſt, bona tamen,
,quæ non faceret niſi bonus Deus: Sed animas dicunt, non quidem
,partes Dei, ſed factas à Deo, peccaſſe à conditore recedendo, & di-
,verſis progreſſibus pro diverſitate peccatorum, à cœlis vſque ad ter-
,ras, diverſa corpora quaſi vincula meruiſſe, & hunc eſſe mundum:
,eamque cauſam mundi fuiſſe faciendi, non vt conderentur bona, ſed
,vt mala cohiberentur. Hinc Origenes iure culpatur: In libris enim
,quos appellat *Periarchon*, id eſt, de principijs, hoc ſenſit, hoc ſcripſit'.
Conſonat Iſidorus lib. 8. Originum cap. 5. 'Origeniani (inquiens)
,ab Origene authore exorti ſunt, dicentes, quòd non poſſit filius vide-
,re patrem, nec Spiritus ſanctus filium: Animas quoque in mundi
,principio dicunt peccaſſe, & pro diverſitate peccatorum de cœlis vſ-
,que ad terras lapſas, diverſa corpora quaſi vincula meruiſſe; eâquo
cauſâ mundum factum eſſe'. Vbi tametſi hunc errorem non adſcribat
Origeni, ſed Origenianis; tamen Auguſtinus eum Origeni ipſi attri-
buit, vt mox vidimus. Addit præterea Angelicus Doctor lib. 2.
contra Gentes cap. 83. Origenem fuiſſe primum è Chriſtianis qui hũc
errorem tradiderit. Cùm enim diverſos ethnicorum Philoſophorum
de animabus humanis errores commemoraſſet, adiunxit: 'Quidam
,verò catholicam fidem profitentes, Platonicorum doctrinis imbuti,
,humanas quidem animas æternas non poſuerunt, ſed eas cum mundo,
,ſive potiùs antè mundum viſibilem creatas eſſe; & tamen eas de novo
,corporibus alligari. Quam quidẽ poſitionem PRIMVS INTER CHRI-
,STIANÆ FIDEI PROFESSORES ORIGENES POSVISSE INVENITVR,
,& poſt eum plures ipſum ſequentes. Quæ quidem opinio vſque ho-
,die apud hæreticos manet: quorum Manichæi eas etiam æternas aſſe-
runt, cum Platone; & eas de corpore ad corpus tranſire'. Refellit
hunc errorem idem Doctor ibidem ſubſequenter: Argumenta verò
quibus nititur ſolvit capite proximè ſequenti. Meminit eiuſdem dog-
matis

Origenis dogmata quintuplicia.

De primo.

De ſecundo. *Auguſtinus.*

Iſidorus.

D. Thomas.

Digitized by Google

matis Augustinus lib. adversùs Priscillianistas & Origenistas cap. 8. ita de hæreticis illis scribens: 'Quod autem dicunt de rationalibus ,creaturis, id est, sanctis Angelis & immundis dæmonibus & ipsis ani- ,mabus hominum, *Quòd maiorem locum minor culpa promeruerit*; quâ im- ,pudentiâ conentur Ecclesiæ Christi persuadere, non video. Meliùs ,itaque credimus, Deum non peccatis rationalium spirituum adductũ ,esse ad fabricam mundi; ne illa sequantur absurda, quòd duo soles, vel ,tres, vel quatuor, vel quotlibet, nobis esset necesse, si plurium Spiri- ,tuum per liberum arbitrium tanta culpa præcederet, quanta illos in ,similibus corporum cœlestium globis oporteret includi: sed factum ,esse mundum Dei bonitate, magnum bonum, à summo non facto ,bono; in quo fierent omnia bona valdè secundùm naturam, & alijs ,alia meliora, à summis creaturis vsque ad infima, distinctis gradibus ,ordinata: vt eo modo essent omnia, dum non essent sola potiora; & ,haberent eius numeri terminum, quem constituendum apud se vidit ,omnium naturarum creatarum conditor Deus; qui ea non facta didi- cit, sed noverat facienda'. Simili penè modo eundem errorem refutat lib. 11. de Civit. cap. 23.

Augustinus.

De Tertio. *D. Thomas.*

Tertium dogma refutatur ab Angelico Doctore in Quæstionibus disputatis q. vnica de Anima ar. 7. per totum, & 1. p. q. 75. ar. 7. eiusque falsitas vel inde satis evincitur, quòd Angelus nullam ex sua natura propensionem habeat ad informandum corpus, vt Origenes ipse vltrò fatetur: Anima autem humana propensionem eiusmodi habeat. Hoc quidem postremum negat Origenes, sed eius Paradoxum in Concilio generali Viennensi sub Clemente V. explosum, & oppositum sancitum est, hisce verbis: 'Doctrinam omnem seu positionem te- ,merè asserentem, seu vertentem in dubium, quòd substantia animæ ,rationalis seu intellectivæ verè ac PER SE humani corporis non sit ,forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, sacro ,approbante Concilio reprobamus: Definientes, vt cunctis nota sit ,sinceræ fidei veritas, ac præcludatur vniversis erroribus aditus ne ,subintrent, quòd quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere per- ,tinaciter præsumpserit, quòd anima rationalis seu intellectiva non sit ,forma corporis humani PER SE ET ESSENTIALITER, tanquam hæ- reticus sit censendus'. Quæ definitio rursus in Concilio Lateranensi sub Leone X. iteratur ac rata habetur. Non igitur per accidens, aut occasione peccati alicubi priùs perpetrati, sed *per se & essentialiter* anima rationalis est forma humani corporis: [c] 'Si ad hoc fit anima (in- ,quit Augustinus) vt mittatur in corpus, quæri potest vtrum si no- ,luerit, compellatur. Sed meliùs creditur hoc NATVRALITER velle, ,id est, in ea natura creari vt velit; sicut naturale nobis est velle vi- vere'. Etenim si anima non per se & essentialiter ac naturaliter ordinaretur ad informandum corpus, non magis ex ipsa & corpore fieret vnus homo, quàm ex dæmone & assumptitio aëre, vel ex homine & vestimento quo tegitur. Unde Angelicus Doctor q. 3. de Potentia ar. 10.

3.

Concil. Vienn.

Concil. Lateran.

[c] *Aug. lib. 7. de Gen. ad litt. cap. 27.*

Digitized by Google

ar. 10. 'Quicunque (inquit) posuerunt, Animas extra corpora fuisse ,antequam corporibus vnirentur, æstimaverunt eas esse naturas per- ,fectas, & quod naturalis perfectio animæ non esset in hoc quòd ani- ,ma corpori vniretur; sed vniretur ei accidentaliter, sicut homo in- ,dumento: sicut Plato dicebat *quòd homo non est ex anima & corpore, sed est anima vtens corpore*'. Longè aliter quàm Plato, vel eùm secutus Origenes, de innata animæ propensione ad corpus censuit Augustinus lib. 12. de Genesi ad litt. cap. 35. vbi tantam ac tam indissimulabilem esse hanc propensionem subindicat, vt nonnihil imminuat de beatitudine animarum in cœlestibus separatarum: 'Si quem movet (inquiens) ,quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione re- ,cipere, si potest eis etiam sine corporibus summa illa beatitudo præ- ,beri: difficilior quidem quæstio est, quàm vt perfectè possit hoc ser- ,mone finiri. Sed tamen minimè dubitandum est, & raptam hominis ,à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsam carne deposita, & ,transcensis etiam similitudinibus corporalium, non sic videre posse ,incommutabilem substantiam, vt sancti Angeli vident: sive aliâ la- ,tentiore causâ, sive ideò, QVIA INEST EI NATVRALIS QVIDAM ,APPETITVS CORPVS ADMINISTRANDI; quo appetitu retardatur ,quodammodo, ne totâ intentione pergat in illud summum cœlum, ,quamdiu non subest corpus, cuius administratione appetitus ille con- quiescat'. In Angelis nullum huiusmodi appetitum Augustinus ag- noscit: quos vtique sine vllo corporis consortio plenè consummatèq; beatos esse non ambigit. Vnde planè sequitur, Angelos esse substan- tias per se ac naturâ suâ completas, animas verò è contrario incom- pletas. Nec obstat quòd Augustinus subinde perhibeat, humanam animam Deo esse proximam, solo Deo inferiorem, creaturis cæteris præstantiorem, Angelis parem: vt cùm Enarrat. in Psal. 145. de ea loquens: 'Res spiritualis est (inquit) res incorporea est, vicina est substantiæ Dei'. Et lib. de Quantitate animæ cap. 44. 'Quemadmo- ,dum fatendum est (inquit) Animam humanam non esse quod Deus ,est: ita præsumendum est, nihil inter eâ omnia quæ creavit, Deo esse propinquius'. Et inferiùs ibidem: 'Eorum (inquit) quæ Deus crea- ,vit quiddam est eâ deterius, quiddam par: Deterius, vt anima peco- ris; par, vt Angeli; melius nihil'. Et lib. de Immortalitate animæ cap. 13. 'Quod animâ rationali melius est, omnibus consentientibus Deus est'. Et lib. 6. de Musica cap. 5. 'Superior illâ solus Deus est'. Et lib. 83. qq. q. 46. 'Anima rationalis (inquit) inter eas res quæ sunt à Deo conditæ, omnia superat, & Deo proxima est'. Et inferiùs q. 54. 'Quod est omni animâ melius, id Deum dicimus'. Et paulò infrà ibidem: 'Nec quidquam est melius rationali animâ, nisi Deus'. Et lib. 3. de Libero arbitrio cap. 11. comparans expressè animas cum Angelis: 'Animæ (inquit) sunt rationales, illis superioribus officio quidem impares, sed NATVRA PARES'. Et lib. 3. contra Maximinum cap. 25. 'Quod tibi videtur (ait adversario) *nihil magnum de Deo Patre dici*

D. Thomas.

Plato. Vide Origenem l. 4. Periarch. prope finem, & Hugon. Vict. l. 1. de Sacram. p. 6. c. 1. Augustinus. Vide eund. l. 1. Retract. c. 14. & l. 13. de Civit. c. 19. & Bernard. Serm. 3 de Solemnitate omnium Sanctorum, & Hug. Vict. l. 2. Erud. Theol. ex 2. Miscell. c. 115. & l. 4. c. 57. & Magistrum l. 4. Sent. Dist. 49. § 5. & D. Thomã 1. 2. q. 4. ar. 5. ad 6.m

Præoccupatio.

Maximinus.

Augustinus.

'*dici, si formâ servi maior est, quâ maiores videntur & Angeli*: non rectè cogitas quem locum in rebus habeat humana natura, quæ condita est ad imaginem Dei. Maiores Angeli dici possunt homine, quia maiores sunt hominis corpore: maiores sunt & animo, sed in forma quam peccati originalis merito corruptibile aggravat corpus. Naturâ verò humanâ, qualem naturam Christus humanæ mentis assumpsit, quæ nullo peccato potuit depravari, solus maior Deus. Denique propter quid dictum sit, *Minorasti eum modico minus quàm Angelos*, aperuit Scriptura, vbi legitur: *Eum autem modico minus quàm Angelos minoratum videmus Iesum propter passionem mortis.* Non ergo propter naturam hominis, sed *propter passionem mortis.* Naturâ verò hominis, quæ mente rationali & intellectuali creaturas cæteras antecedit, Deus solus est maior'. Hæc, inquam, & similia Augustini testimonia non obstant: quia partim intelligenda sunt de humana anima comparatione rerum corporearum, quibus omnibus supereminet: partim de eius æqualitate cum Angelis quoad capacitatem supernæ & æternæ beatitudinis in Dei fruitione consistentis; vel etiam quoad innatam arbitrij libertatem, quæ soli Deo in suis motibus subest: partim de carentia superioris cui humana anima cultum religionis exhibeat, præter Deum à quo condita est: partim denique ab ipso Augustino correcta sunt, vt videre est lib. 1. Retract. cap. 26. vbi retractans quod ex libro 83. qq. allatum est, *Quod est omni anima melius, id Deum dicimus*, sic scribit: 'Magis dici debuit, omni creato SPIRITV MELIVS'. Quæ correctio servire potest pro alijs similibus locutionibus: vt nimirum in eis *Animæ* nomine genericus gradus *creati spiritus* intelligatur. Nam quòd alioqui Augustinus Angelos humanis animabus penes naturæ perfectionem anteponat, patet partim ex dictis hìc superiùs, partim ex alijs eiusdem locis: vt cùm lib. 13. de Civit. cap. 21. asserit 'Hominis naturam quodammodo mediam inter Angelos & bestias à Deo esse conditam': Item cùm Tract. 110. in Ioannem, exaggerans gravitatem peccati Angelorum præ peccato primorum hominum: 'Tanto damnabilior (inquit) eorum iudicata est culpa, quanto erat natura sublimior'. Item cùm lib. 5. de Genesi ad litt. cap. 5. primatum totius creaturæ rationalis attribuit Angelicæ naturæ, dicens: 'Oportebat vt primatum creaturæ obtineret illa natura, quæ creaturam per Creatorem, non Creatorem per creaturam posset agnoscere'. Ex quibus omnibus satis iam redarguta est falsitas istius tertij dogmatis Origeniani quod commemoravimus.

Hebr. 2.

Hebr. 2.

Vide Aug. lib. 1. de Nupt. & Concup. c. 23.

De Quarto. *Origenes.*

4. Quartum dogma de cœlestium corporum animatione traditur ab Origene lib. 5. contra Celsum paulò post initium: 'Cœlestes stellæ (ait ille ibi) animalia sunt rationalia; virtute prædita, illustrata cognitionis lumine à Sapientia illa quæ est splendor sempiterni luminis'. Et paulò inferiùs ibidem: 'Non ignorantes (inquit) quòd sol, luna, stellæque, preces offerant Deo rerum omnium Domino, iudicamus non opus esse vt precibus sollicitemus eos, qui & ipsi precantur'.

Digitized by Google

tur'. Idipsum & fusiùs prosequitur lib. 1. Periarchon cap. 7. vbi inter alia ait: 'Putamus posse ea per hoc animantia designari, quòd & man-,data dicuntur accipere à Deo: quod vtique non nisi rationabilibus ,animantibus fieri solet. Ait ergo, *Mandatum ego omnibus stellis præcepi*'. De Platonicorum porrò cellàrijs hausit Origenes dogma istud, quos Augustinus lib. 10. de Civit. cap. 29. redarguens: 'Solem istum (in- *Augustinus.*
,quit) & cætera sydera, non solùm in libris vestris corpora esse fate-,mini, quod vobiscum omnes homines conspicere non cunctantur & ,dicere: verùmetiam altiore, vt putatis, peritiâ, hæc esse animalia beatissima perhibetis'. Et lib. 13. eiusdem Operis cap. 16. loquens de Platone: 'Neque ei (inquit) continuò concedendum est, globos ,istos luminum, sive orbiculos luce corporeâ super terras seu die seu ,nocte fulgentes, suis quibusdam propriis animis vivere, eisque intel-,lectualibus & beatis: quod etiam de ipso vniverso mundo, tanquam ,vno animali maximo, quo cuncta cætera continerentur animalia, in-stanter affirmat'. Inquirit Angelicus Doctor 1. p. q. 70. ar. 3 *Vtrùm* *D. Thomas.*
luminaria cœli sint animata? Et in corpore articuli respondet his verbis: 'Circa istam quæstionem apud Philosophos fuit diversa opinio: Ana- *Anaxagoras.*
,xagoras enim, vt Augustinus refert lib. 18. de Civit. Dei, factus est *Vide Aug. l. 18.*
,reus apud Athenienses, quia dixit, *Solem esse lapidem ardentem*, negans *de Civit. c. 41.*
vtique ipsum esse Deum, vel aliquid animatum. Platonici verò po-suerunt corpora cœlestia animata. Similiter etiam apud Doctores fi-,dei fuit circa hoc diversa opinio: Origenes enim posuit cœlestia cor- *Origenes.*
,pora animata: Hieronymus etiam idem sentire videtur exponens il- *Hieronymus.*
l. 1. 6. ,lud Ecclesiastæ 1. *Lustrans vniversa per circuitum pergit spiritus*: Basilius *Basilius. Vide*
,verò & Damascenus asserunt corpora cœlestia non esse animata: Au- *Homil. 3. Hexa.*
,gustinus verò sub dubio derelinquit, in neutram partem declinans, *Damascenus. Vide lib. 2. c. 6.*
,vt patet ex 2. super Genesi ad litteram, & in Enchiridio, vbi etiam *Vide Aug. l. 2.*
,dicit, quòd si sunt animata cælestia corpora, pertinent ad societatem *de Gen. ad litt. c.*
Angelorum, eorum animæ'. Videri in eandem rem potest in Quæ- *18 & Enchir.*
stionibus disputatis q. de Spiritualibus creaturis ar. 6. Solet præterea *cap. 58.*
pro memorata Origenis sententia allegari Ambrosius lib. 5. Epist. 21. ad Horontianum: 'Luna (inquiens) novit occasus suos: novit quan- *Ambrosius.*
,do pleno orbe suo luceat, quando exinanito. Stellæ quoque nebulis ,obductæ vanescunt, quæ sustinent ministerium huius mundani vsus, ,non sponte vtique, sed in spe: quia sperant etiam huius laboris gratiam ,ab eo qui subiecit eas: ideoque propter eum sustinent, id est, propter ,eius voluntatem. Nec mirum si patienter sustinent, cùm sciant Do-,minum suum, & creatorem omnium sive quæ in cœlo sive quæ in ter-,ra sunt, suscepisse nostri corporis fragilitatem, nostræ conditionis servitutem'. Et mox infrà iterum de eisdem: 'Illius ergo imitantes
l. 12. ,bonitatem cœlestes creaturæ, licet *ingemiscant quòd mundi huius vanitati*
l. 21. ,*subiecta sint*, consolantur se tamen quòd *liberabuntur à servitute corrup-*
,*tionis in libertatem gloriæ*, cùm filiorum Dei adoptio venerit, quæ est vniversorum redemptio'. Ex hoc fortassis Ambrosij loco Augustinus

Digitized by Google

ſumpſit anſam hæſitandi ac rem indeciſam relinquendi locis ab Angelico Doctore iam notatis, atque etiam Serm. 143. de Tempore cap. 8. vbi de Platonicis loquens: 'Illi (inquit) quid dicunt? *Stellæ iſtæ quas ,videtis, corpora ſunt quidem, ſed habent animas ſuas intellectuales, & Dij ,ſunt.* Interim de corporibus, quia corpora ſunt, verum dicunt; ſed vtrum habeant animas ſuas, VT QVID DISCVTIO'? Rurſus lib. 13. de Civit. cap. 16. poſt verba inde hìc ſuprà tranſcripta, ſubdit continuò: 'Sed hæc alia quæſtio eſt, QVAM NVNC DISCVTIENDAM NON SVSCEPIMVS'. Porrò Ambroſius non tam ex Origene quàm ex Philone Judæo, quem plerunque imitatur, prædictam ſententiam hauſiſſe videtur. Tradit quippe eam Philo varijs locis, vt lib. de Opificio mundi, & lib. de Gigantibus, & lib. de Somnijs: Eamq; ex Platonicis ſumpſiſſe videtur, cum quibus vſquadeò ſymbolizaſſe perhibetur, vt, teſte Hieronymo lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 11. de eo vulgò diceretur: *Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat.* Cæterùm vt Philonẽ cum Platonicis Platonizare ſinamus, certè orthodoxi Patres hactenus allegati non ſunt putandi cum Origene Origenizare. Ac inprimis Hieronymus loco per Angelicum Doctorem deſignato nihil de Origeniano dogmate determinat, imò vix aut ne vix eius facit mentionem: 'Quod ait (inquit) *Gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur*: ſive ipſum ſolem Spiritum nominavit, quòd ,animet, & ſpiret, & vigeat, & annuos orbis curſus expleat, vt ait ,Poëta, *Interea magnum ſol circumvolvitur annum*: & alibi, *Atque in ſe ,ſua per veſtigia volvitur annus*: Sive quòd & Lunæ lucentem globum, & ,aſtra Titania *Spiritu intus alit, totamq; infuſa per artus mens agitat molem, ,& magno ſe corpore miſcet*: non de annuo ſolis curſu, ſed de quotidianis ſemitis eius loquitur'. Etenim hìc facilè exponi poteſt Hieronymus de ſpiritu non quidem animante vel informante globos ſydereos, ſed de aſſiſtente regente ac movente. Accedit quòd idem ipſe Hieronymus in caput 1.m Iſaiæ verſ. 2. & in caput 13. verſ. 13. contrariam Origeni ſententiam propugnet. Quinimò in caput 8.m Matthæi verſ. 26. hæreticos vocat eos, *qui omnia putant animantia.* Rurſus Epiſt. 59. ad avitum, recenſens errores in libris Periarchon cavendos, hunc inter alios ponit: *Solem, & lunam, & aſtra cætera eſſe animantia.* Ambroſius item lib. 2. Hexam. cap. 4. cùm Origenis ſententiam his verbis memoraſſet 'Nec præterit, retuliſſe aliquos *cœlos cœlorum admirabiles ,virtutes, firmamentum ad operatorias: & ideò laudare cœlos vel enarrare gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiare firmamentum*': continuò eam reijcit, & ſuam exprimit, ſubdens: 'Sed nõn quaſi ſpiritalia, ſed quaſi opera mundi enarrant'. Auguſtinus denique eandem Origenis ſententiam deſtruit lib. de Quantitate animæ cap. 34. aſſerens, animam quamlibet eſſe cœlo ac ſtellis naturâ præſtantiorem: quod profectò falſum foret ſi cœli ac ſtellæ animas ſuas haberent ac includerent: 'Animæ naturâ (ait ipſe ibi) nec terra, nec maria, nec ſyde- ,ra, nec luna, nec ſol, nec quidquam omninò quod tangi, aut his oculis

Auguſtinus. Platonici.

Philo.

Hieronymus.

Ecclu. 1.

Ambroſius. Vide Bapt. Hom. 3. Hexam. & Aug. l. contra Priſcill. c. 8. & Hieron. Epiſt. 61. c. 5.

Auguſtinus.

,oculis videri poteſt; non denique ipſum, quod videri à nobis non po-
,teſt, cœlum, melius eſſe, credendum eſt: imò hæc omnia longè de-
,teriora eſſe quàm eſt quælibet anima, RATIO CERTA CONVINCIT'.
Videri præterea poteſt lib. 1. Retract. cap. 5. 7. & 11. vbi quædam
retractat, ſaltem vt inconſideratè aſſerta ſeu aſſeverata, quæ Origeniano iſti dogmati favere videbantur. Verum quidem eſt, Auguſtinum non reputaſſe hæreticam Origenis ſententiam de animatione cœleſtium corporum, imò eam ſubinde toleraſſe vt adiaphoram: ſed non idcircò ei vnquã aut vſquã adhæſit, eiuſve oppoſitã de falſitate redarguit. Nec mirũ eſt, eam ab Auguſtino hæreticã nõ fuiſſe reputatã, cùm Angelicus Doctor longè ipſo recentior, ſuo adhuc ęvo hęreticã fuiſſe neget: [d] 'Hoc (inquiens) quod dictum eſt de animatione cœli, non ,diximus quaſi aſſerendo ſecundùm fidei doctrinam: ad quam nihil ,pertinet ſive ſic, ſive aliter dicatur. Vnde Auguſtinus in Enchiridio ,dicit: *Nec illud quidem certum habeo, vtrum ad eandem ſocietatem* (ſcilicet Angelorum) *pertineant ſol & luna, & cuncta ſydera*'. Similia rurſus habet Quodlibeto 12. ar. 9. Qui rurſus Quæſt. de Spiritualibus creaturis ar. 6. in corpore, ſuggerit modum exponendi Patres animationem cœli apparenter aſtruentes: 'Negandum eſt (inquiens) corpo-
,ra cœleſtia eſſe animata eo modo quo iſta inferiora animantur. Non
,eſt tamen negandum, corpora cœleſtia eſſe animata, ſi per animationem nihil aliud intelligatur, quàm vnio motoris ad mobile'. Portò quia vnio iſta motoris ad mobile non niſi impropriè dicitur animatio, ſimpliciter negandum eſt cœleſtia corpora eſſe animata. Unde non defuêre qui oppoſitam ſententiam velut hæreticam reprobaverint. Ex his videtur eſſe Rupertus lib. 9. de Glorif. Trinit. cap. 4. vbi cùm dixiſſet, Philoſophos aſtris vitam tribuiſſe, ſubiunxit: 'Quod recipere nec voluit nec debuit Eccleſia Dei'. Item Hieronymus Epiſt. 59. ad Avitum iam citata: Item Fulgentius lib. de Fide ad Petrum cap. 24. vbi firmiſſimè tenendum & nullatenus dubitandum eſſe aſſeverat, 'Solos ſpiritus Angelicos & humanos intelligendi facultatem diviniùs accepiſſe'. Addi poteſt Bonaventura in 2.m Diſt. 15. & Gerſon in Trilogio Aſtrologiæ Propoſ. 13. Accedit quòd D. Thomas q. 6. de Potentia ar. 6. in Corpore perhibeat, eandem ſententiam fuiſſe ſuo tempore *à pluribus reprobatam*. Nihilominus quia nec Auguſtinus nec D. Thomas eam pro hæretica habuerunt, nec poſt ipſos quidquã de ea reperitur ab Eccleſia definitum, rectiùs ſentire videntur qui temerariam quidem eam eſſe fatentur, non tamen hæreticam. Qua de re videri poteſt Eſtius in 2.m Diſt. 15. §. 8. & 9. nec non Sylvius in 1. p. q. 70. ar. 3. In quinta quidem Synodo Generali collat. 8. can. 11. Origenes nominatim anathematizatur, cum impijs ſuis Scriptis & complicibus: ſed nulla ibi eius dogmata vel ſcripta in particulari deſignantur. Et ſanè ex eius Prologo in librum 1. Periarchon apparet, non niſi dubitanter eum tradidiſſe dogma prædictum. Ait quippe ibi: 'De ſole & luna & ſtellis vtrum animantia ſint, an exanima; manifeſtè non traditur'. Refert quidem Nycephorus lib. 17. Hiſtoriæ cap.

Vide Leonē Ser. 7. de Nativit. c. 6. & Alredum in Speculo Charitatis c. 23. & Pet. Chryſol. Serm. 120.

[d] *D. Tho. lib. 2. cont. Gent. c. 70*

Rupertus. Hieronymus. Fulgentius.

Bonaventura. Gerſon. D. Thomas.

Eſtius. Sylvius. Synodus V.

Origenes.

Digitized by Google

Synodus V. 28. hunc anathematiſmum ſub nomine Synodi V. Generalis : *Si quis dicit, cælum, & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ ſupra cælos ſunt, animatas quaſdam eſſe & materiales virtutes, Anathema ſit.* Sed quia non omninò certum eſt huiuſmodi anathematiſmum ab illa Synodo fuiſſe procuſum, non habet authoritatem Eccleſiaſticæ ſanctionis. Extat quidem cum alijs octo Anathematiſmis ad calcem Synodi in Tractatu Iuſtiniani Imperatoris, ſed à Synodo approbatum fuiſſe non liquet. Nihilominus non ſpernendæ authoritatis cenſeri debet, præſertim ſi vera ſunt quæ Liberatus Diaconus teſtatur in Breviario cap. penultimo, vbi loquens de Pelagio Apoſtolicæ Sedis Apocryſario, ait: 'Re-

Liberatus. ,deunte Pelagio Conſtantinopolim, Monachi quidam à Hieroſoly-,mis, per quos Pelagius in Gazam tranſitum habuit, venerunt ad eum ,in comitatu, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volentes ,agere apud Imperatorem vt Origenes damnaretur cum illis capitulis. ,Igitur Pelagius, æmulus exiſtens Theodoro Cæſareæ Cappadociæ ,Epiſcopo, volens ei nocere eò quòd eſſet Origenis defenſor, vnà cum ,Menna Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, flagitabat à Principe, vt ,iuberet fieri quod illi Monachi ſupplicabãt, vt Origenes damnaretur, ,ipſaque capitula talia dicentia. Annuit Imperator facillimè, gaudens ,ſe de talibus cauſis iudicium ferre. Iubente eo dicta eſt in Origenem ,& illa capitula anathematis ſententia : quam ſubſcribentes vnà cum ,Menna Archiepiſcopo apud Conſtantinopolim reperti, deinde dire-,cta eſt Vigilio Romano Epiſcopo, Zoilo Alexandrino, Euphremio ,Antiocheno, & Petro Hieroſolymitano : quibus EAM ACCIPIEN-,TIBVS ET SVBSCRIBENTIBVS, Origenes damnatus eſt mortuus, qui vivus olim fuerat antè damnatus'. Horum capitulorum ordine ſextũ eſt illud iam memoratum de animatione cœli ac ſtellarum. Quorum condemnationi ſubiungitur hic Anathematiſmus in Origenem, tanquam eorundem capitulorum aſſertorem : *Anathema Origeni, qui & Adamantius, qui hæc expoſuit: vnà cum nefaria atque execrabili ſceleſtaque eius doctrina; & cuivis qui ea ſentiat, aut defendat, aut vllo modo prorſus quocunque tempore tueri præſumat.*

De Quinto. Supereſt dogma de incorporatione animarum ob noxas in anterio- 5.
re vita patratas, ab Origene non tam noviter inventũ, quam ex ethnicorum Philoſophorum promptuarijs hauſtum. Nam Cicero in Hortenſio exaggerans humanæ in hoc mundo vitæ ærumnas, dogmatis

[e] *Aug. l. 4. cont. Iulian cap. 15.* iſtius vt olim à vatibus decantati meminit : [e] 'Cùm multa (ait de

Cicero. ,Cicerone Auguſtinus) quæ videmus & gemimus, de hominum va-,nitate atq; infœlicitate dixiſſet: *Ex quibus humanæ*, inquit, *vitæ erroribus ,& ærumnis fit, vt interdum veteres illi, ſive vates, ſive in ſacris initijſq; tra-,dendis divina mentis interpretes, qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſu-,periore, pœnarum luendarum causâ natos eſſe dixerunt, aliquid vidiſſe videan-*

Ariſtoteles. *,tur : verumq; ſit illud quod eſt apud Ariſtotelem, Simili nos affectos eße ſuppli-,cio, atque eos, qui quondam cùm in prædonum Hetruſcorum manus incidiſ-,ſent, crudelitate excogitatâ necabantur; quorum corpora viva cum mortuis, adverſa*

Digitized by Google

,adverſa adverſis accommodata , quàm aptiſſimè colligabantur : Sic noſtros animos cum corporibus copulatos, vt vivos cum mortuis eſſe coniunctos'. Jn hac ſententia fuiſſe Platonicos innuit Auguſtinus lib. de Peccato Originali cap. 31. 'Nonnulli (inquiens) SECVNDVM PLATONICOS ,opinantur, hoc vniuſcuiuſque infantis animæ reddi , quod ante iſtam vitam ſuâ voluntate commiſit'. Non quidem hìc exprimit quinam illi fuerint, qui ſecundùm Platonicos iſtud docuerint: ſed quicunque fuerunt, conſtat eos *ſecundùm Platonicos* ſenſiſſe, atque adeò Platonicos idipſum docuiſſe. Vnde & de ipſo Platonicorum patriarcha idem alibi ait: [f] 'Plato ille Philoſophus nobilis perſuadere conatus eſt, vixiſſe hìc ,animas hominum & antequam iſta corpora gererent: & hinc eſſe, ,quòd ea quæ diſcuntur, reminiſcuntur potiùs cognita quàm cognoſcuntur nova'. Origenem certè hac etiam in parte Platonizaſſe, perſpicuum eſt ex lib. 3. Periarchon cap. 1. & 3. Vnde paſſim à poſterioribus Patribus & Scholaſticis ob id redarguitur: vt à Hieronymo Epiſt. 8. 27. 59. & 61. Epiphanio in Panario Hæreſi 64. Methodio apud eundem ibidem, Theophilo Alexandrino Epiſt. 1. Paſchali, Cyrillo Alexandrino lib. 1. in Ioannem ad illa verba, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientè in hunc mundum*, Leone Papa Epiſt. 11. & 93. D. Thoma lib. 2. contra Gentes cap. 83. & alijs paſſim. Refellit eam ſententiam Auguſtinus, velut *improbabilem fabulam*, lib. 1. de Peccat. Meritis cap. 22. & velut *fabulam vanitatis*, Serm. 7. de Verbis Apoſtoli cap. 5. Qui videri rurſus in eandem rem poteſt lib. 1. de Origine animæ cap. 6. 7. 12. & 19. item lib. 3. cap. 7. & 15. item lib. 4. cap. 24. item Epiſt. 157. ad Optatum, vbi cùm dixiſſet, Sine periculo nos latere originem animæ, ſubdidit: 'Hactenus autem dicimus, ſine pe-,riculo latere animæ originem, vt non tamen eam partem Dei eſſe ,credamus, ſed creaturam: Nec de Deo natam, ſed ab illo factam; atq; ,in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiæ, non parili dig-,nitate naturæ: Nec eam corpus eſſe, ſed ſpiritum; non creatorem vti-,que, ſed creaturam: Nec ideò veniſſe in hoc corpus corruptibile quo ,gravatur, quòd illuc eam vitæ in cœleſtibus vel quibuſcunque alijs ,partibus mundi anteà malè geſtæ merita compulerint'. Ad hoc poſtremum perſuadendum vbique vtitur Apoſtolico illo teſtimonio: *Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali* &c. Unde graviter errat Origenes lib. 3. Periarchon cap. 1. electionem Iacob præ Eſau in ſuperioris vitæ merita refundens. Porrò quia Eutyches & Priſcillianus errorem Origenis de incorporatione animarum revehere in Eccleſiam tentarunt, eorum machinationi obvians Papa Leo, ita adverſùs priorem ſcribit Epiſt. 11. 'Quod in Origene meritò damnatum eſt, qui animarum, antequam corporibus inſererentur, non ,ſolùm vitas, ſed & diverſas fuiſſe aſſeruit actiones; neceſſe eſt vt etiam in iſto, niſi maluerit ſententiam abdicare, plectatur'. Adverſùs Priſcillianum verò eiuſque Sequaces ſic ſcribit Epiſt 93. ad Turibium cap. 10. 'Decimo capitulo referuntur aſſerere, Animas quæ humanis cor-

[f] *Aug. l. 12. de Trinit. cap. 15*

Hieronymus. Epiphanius. Methodius. Theoph. Alex. Cyrill. Alex. Leo Papa. D. Thomas. Auguſtinus.

Leo Papa.

Cf. 2 Kor. 6,14

Cf. 1 Kor. 10,21

Cf. 1 Kor. 10,21

Psalm.

Augustin.

,meritis peccatorum in diversa corpora esse detrusas, Apostolicæ non ,convenire sententiæ; cùm apertissimè dictum sit, *Nihil egisse rondum natos, seu boni, seu mali*'. Et lib. 4. contra Julianum cap. 16. prope finem: 'Apostolus (inquit) amputat opinionem, quâ creduntur singulæ animæ pro meritis anteactæ vitæ diversis corporibus inseri'. Vnde Angelicus Doctor in caput 9. ad Romanos Lect. 2. tractans prætactum Apostoli locum: 'Excluditur per hoc (inquit) error Origenis, D. Thomas. ,qui posuit animas hominum simul cum Angelis esse creatas, & quòd ,pro meritis eorum quæ ibi egerunt benè vel malè, diversitatem vitæ ,sortiuntur; secundùm quem non posset esse verum quod hìc dicitur, *Cùm nondum aliquid mali vel boni egissent*'. Qui rursus 1. p. q. 23. ar. 5. in Corpore: 'Fuit positio Origenis (inquit) qui poluit animas humanas ab initio creatas, & secundùm diversitatem suorum operum di- ,versos status eas sortiri in hoc mundo corporibus vnitas. Sed hanc ,opinionem excludit Apostolus Rom. 9. dicens: *Cùm nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni vel mali*' &c. Videri præterea potest 2. 2. q. 164. ar. 1. ad 4.^m & lib. 2. contra Gentes cap. 83. vbi contrariam Origeni sententiam ad Catholicam fidem pertinere insinuat: 'Huic veritati (inquiens) catholicæ fidei sententia concordat. Dici- *Vide Rich. Vict. Tract. de Meditandis Plagis novissimis prope finem.*

Psal. 32. 15 ,tur enim in Psal. 32. *Qui finxit sigillatim corda eorum*: quia scilicet vni- ,cuique seorsim propriam Deus animam fecit, non autem simul omnes creavit, nec vnam diversis corporibus adiunxit'. Allegari solet pro astruenda eadem certitudine Hieronymus in *Explanatione fidei ad Damasum*, & Augustinus Serm. 191. de Tempore, quatenus inter articulos certâ fide credendos dicunt, 'Se condemnare eorum errorem, ,qui animas antè peccasse, vel in cœlo conversatas fuisse dicunt, quàm in corpora mitterentur'. Verùm ista fidei explanatio non est Hieronymi, nec iste sermo Augustini: sed est Pelagij Hæresiarchæ libellus ad Papam Innocentium primum ex Oriente directus: prout apud eruditos omnes iam notorium est. Itaq; sufficiant authoritates Hieronymi & Augustini hactenus ex genuinis eorum scriptis allegatæ pro certitudine catholicæ veritatis adversùs Origenistas & Priscillianistas; nec legitimis misceantur authoritates spuriæ.

6. Sed cùm Origenianus articulus superiori §. explosus duas habeat Dubium. partes, quarũ prior animas ante corpora conditas, posterior in corpora ob anterioris vitæ scelera detrusas perhibet: Non immeritò dubitatur, an æquali certitudine ambæ sint repudiandæ. Et quidem ad posteriorem partem quod attinet, constat ex iam dictis, eam sanè fidei adversari: De priori autem res non adeò habetur explorata. Subindicat hanc disparitatem Papa Leo Epist. 11. iam citata, quatenus dicit, 'In Leo. ,Origene meritò damnatum esse, quòd animarum, antequam corpori- ,bus insererentur, non solùm vitas, sed ET DIVERSAS FVISSE ASSERVERIT ACTIONES'. Ubi tacitè innuit, Origenis damnationem solo posteriore niti, nec secuturam fuisse si primum duntaxat asseruisset. Accedit quòd Augustinus, qui postremum membrum reputavit hæreticum

Digitized by Google

reticum, vt vidimus; in primum ſubinde inclinaſſe videatur, præſertim quoad animam primi hominis: [h] 'Illud ergo videamus (inquiens) ,vtrùm forſitan verum eſſe poſſit, quod certè humanæ opinioni tole-,rabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus quæ ſimul om-,nia creavit, animam etiam humanam creaſſe, quam ſuo tempore mē-,bris ex limo formati corporis inſpiraret; cuius corporis in illis ſimul ,conditis rebus rationem creaſſet cauſaliter, ſecundùm quam fieret ,cùm faciendum eſſet corpus humanum. Nam neque illud quod di-,ctum eſt, *Ad imaginem ſuam*, niſi in anima; neque illud quod dictum ,eſt, *Maſculum & fœminam*, niſi in corpore rectè intelligimus. Creda ,tur ergo, ſi nulla Scripturarum authoritas, ſeu veritatis ratio contra-,dicit, hominem ita factum ſexto die, vt corporis quidem humani ,ratio cauſalis in elementis mundi, anima verò iam ipſa crearetur, ſicut ,primitus conditus eſt dies; & creata lateret in operibus Dei, donec ,eam ſuo tempore ſufflando, hoc eſt, inſpirando, formato ex limo corpori inſereret'. Videri præterea poteſt lib. 2. de Geneſi contra Manicheos cap. 8. & lib. 12. de Civit. cap. 23. vbi rem ſimiliter in ambiguo relinquit. Atque ita Auguſtinum intellexit Hugo Victorinus in Summa Sentent. Tract. 3. cap. 2. vbi de humana loquens anima: 'Utrùm in corpore (inquit) an extra corpus creata ſit, non mul-,tum ex authoritate habemus certum. Auguſtinus tamen ſuper Gene-,ſim videtur dicere quòd extra corpus facta fuerit, & propriâ volun-tate illud ſubintravit'. Nec ſatisfacere videtur reſponſio quam ibidem Hugo ſubiungit, dicens: 'Sed, ſicut ipſemet dixit, magis quærendo ſuper Geneſim, quàm aſſerendo locutus eſt'. Nam præſenti noſtro propoſito ſufficit quòd priorem partem Origeniani articuli non reputaverit hæreticam, qualem vtique reputavit poſteriorem. Deinde reſponſio Hugonis non poteſt accommodari reliquis duobus locis ex Auguſtino deſignatis, ſed duntaxat ei quem ex Opere de Geneſi ad litt. deſcripſimus. Hugoni porrò penè verbatim conſonat Magiſter lib. 2. Sent. Diſt. 17. §. 3. Sed & Durandus reſolutiùs vtroque loquitur in 4.m Diſt. 43. q. 1. n. 12. 'Hoc (inquiens) Auguſtinus ſen-,ſit de anima humana primi hominis, quòd fuit producta cum Angelis, & ſexta die in formatione hominis corpori vnita'. Et quoniam de anima primi hominis Auguſtinus ex profeſſo tractabat locis ſuprà citatis, idcircò Hugo ſubſequenter ibidem de ea paulò hæſitantiùs quàm de poſterorum animabus loquitur, ſubdens: 'Sed quicquid de ,anima primi hominis dicatur, de alijs verisimilius eſt vt in corpore creentur'. Conſonat Magiſter loco iam citato, quoad animam primi hominis; ſed aſſeverantiùs reſolvit quoad animas cæterorum: 'Sed ,quicquid (inquiens) de anima primi hominis æſtimetur, de alijs CERTISSIME TENENDVM EST quòd in corpore creentur'. De anima certè primi hominis expreſſa Hilarij ſententia eſſe videtur, quod ante corpus, adeòque extra corpus creata fuerit: [i] 'Non enim (ait ille) cùm ,ad imaginem Dei homine fecit, tunc & corpus effecit. Geneſis docet, longè

[h] *Aug. lib. 7. de Gen. ad litt. cap. 24.*

Gen. 1 Ibid.

Hugo Victor.

Præoccupatio.

Magiſter. Durandus.

Hugo Victor.

Magiſter.

[i] *Hilar in Pſal. 129. v. 2.*

Digitized by Google

'longè poſteaquam ad imaginem Dei homo erat factus, pulverem 'ſumptum, formatumque corpus: dehinc rurſus in animam viventem 'per inſpirationem Dei factum: naturam hanc ſcilicet terrenam atque cœleſtem quodam inſpirationis fœdere copulatam'. Ubi per *Hominem ad imaginem Dei factum*, animam humanam indubitanter intelligit; quam ante corpus diu quidem creatam affirmat. Cui ſententiæ adeò fidenter ſubſcribit Philaſter Brixienſis lib. de Hæreſibus cap. 49. vt oppoſitam non vereatur Hæreſeos condemnare. Sed ſine dubio excedit, vt benè oſtendit Alphonſus à Caſtro lib. 2. de Hæreſibus Verbo *Anima*, Hæreſi 3.ª Quinimò Hugo Victorinus indicare videtur Philaſtri ſententiã non eſſe catholicam; cuius vtique oppoſitam pro catholica habendam cenſet lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 3. ita ſcribens: 'Fides catholica hoc potiùs elegit, & veritati magis conſentaneum iu- 'dicavit, vt credamus, Animam primi hominis, quando facta eſt, non 'de præiacente aliqua materia factam, ſed de nihilo creatam: Neque 'factam à principio, quando Angeli facti ſunt, ſed poſteà, cùm corpus 'ipſum, cui infundenda fuerat, formatum eſt: ab ipſo creatore ſimul & factam, & corpori ſociatam'. Hunc Victorini locum deſcribit & magno cum authoris præconio comprobat eiuſdem ævi ſcriptor Philippus Bonæ-Speenſis Abbas Epiſt. 1. ad Wedericum poſt medium. Favet præterea Leo Epiſt. 93. ad Turibium ſuprà citata, quatenus aſſerit, 'Fidem catholicam conſtanter prædicare atque veraciter, quòd ANI- 'MÆ HOMINVM PRIVSQVAM SVIS INSPIRARENTVR CORPORIBVS NON FVERE'. Ubi cùm indefinitè de animabus hominum loquatur, animam etiam primi hominis comprehendere rectè cenſetur. Et notandum quòd non loquatur de merito vel demerito animarum ante corpora, ſed de exiſtentia earum: Non enim ait, *Priuſquam ſuis inſpirarentur corporibus* nihil meruére vel demeruére, ſed, *Non fuére*. Et ſanè ſi priuſquam inſpirarentur corporibus nihil meruerint aut demeruerint, conſequenter apparet quòd nec etiam fuerint. Unde ait Hieronymus Epiſt. 61. cap. 5. 'Si fuit anima, antequam Adam in Para- 'diſo formaretur, in quolibet ſtatu & ordine; & vixit, & egit aliquid '(neq; enim poſſumus incorporalẽ & æternam in modũ gliriũ immo- 'bilẽ torpentẽq; ſentire) neceſſe eſt vt aliqua cauſa præceſſerit, cur quæ priùs ſine corpore fuit, poſteà circumdata ſit corpore'. Subdit ibidem continuò Hieronymus aliam probationem ſimiliter ex abſurdo deſumptam: 'Si animæ eſt naturale (inquiens) eſſe ſine corpore: Ergo 'contra naturam eſt, eſſe in corpore. Si contra naturam eſt, eſſe in corpore: Ergo reſurrectio corporis contra naturam erit'. Cui probationi congruit illud D. Thomæ 1. p. q. 91. ar. 4. ad 3.m. 'Contra 'rationem perfectionis primæ conſtitutionis rerum eſt, quòd Deus vel 'corpus ſine anima, vel animam ſine corpore fecerit; cùm vtrumque ſit pars humanæ naturæ'. Qui diſcurſus corroboratur authoritate Conciliorum Vienneníis & Lateranenſis, definientium, quòd anima rationalis ſit forma corporis humani *per ſe & eſſentialiter*, vt viſum eſt hìc ſuperiùs §. 3. Accedit præterea definitio anterioris Concilij Lateranen-

Philaſter.

Alphon. à Caſtro.

Hugo Victor.

Philip. Bonæ-Speenſis.

Leo.

Hieronymus.

Vide Scotum in 2.m Diſt. 17. q. 1. n. 4.

D. Thomas.

Concil. Vien. & Lateran.

Digitized by Google

ranensis sub Innocentio III. quâ decernitur firmiter credendum, quòd Deus 'Suâ omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de ,nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, Angelicam vi-,delicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam'. Quâ sanctione sublatum esse omne dubium in præsenti puncto existimat Suarez lib. 3. de statu Innocentiæ cap. 7. n. 12. vbi præmissis Concilij verbis, non satis alioqui fideliter citatis, adiungit: 'In quibus verbis duo continentur: vnũ est, Animam ,non fuisse creatam cum Angelis, sed post Angelos: Aliud, Ani-,mam tunc fuisse creatam, quando homo conditus est, ex illa & corpo-,re compositus. Quibus verbis rectè perpensis, videtur hæc assertio esse citra omne dubium, & ad certa dogmata pertinere'. Sed profectò non rectè Concilij verba perpensa esse videtur Suarezius: alioquin enim facilè animadvertisset, discursum suum penitùs everti argumento retortorio ex corporis humani creatione sumendo. Cùm enim Synodus pariformiter loquatur de corpore & Spiritu quibus humana creatura constituta est, proculdubio tam ineptè ex Synodi verbis colligitur Animam non præextitisse constitutioni hominis, quàm corpus non præextitisse constitutioni eiusdem. At nullus hactenus, ne ipse quidem Suarez, ausus est ex verbis Synodi id tanquam certum dogma colligere de corpore. Ac per hoc non nisi per insignem oscitantiam id tanquam certum dogma indidem colligit de anima. Meliùs proinde dicitur quòd Lateranensis Synodus nihil de præsenti controversia deciderit, sed eam in eodem statu quo fuerat antè reliquerit. Quod faciliùs perspicietur, si consideretur quod cap. 1. §. 1. notavimus, Definitionem Synodi verbatim desumptam esse ex Soliloquijs quæ sub Augustini nomine circumferuntur: quæ licet ipsius fortassis non sint, sunt tamen hominis non mediocriter Augustiniani. Quamvis ergo propter communiorem Tractatorum consensum omninò tenendum sit, Animam primi hominis non priùs fuisse creatam quàm corpori inspiratam; contraria tamen assertio non videtur esse hæretica, sed ad summum erronea, vel temeraria, vel offensiva. Quapropter tametsi vtraque pars Origeniani dogmatis falsa & improbanda sit, non tamen æquali gradu, quantum saltem attinet ad animam primi hominis. Vnde Augustinus nusquam retractavit ea quæ de anima primi hominis ante incorporationem condita sub dubio tradiderat: retractavit autem correxitque ea quibus videri poterat favere dogmati de meritis animarrum antè incorporationem: vt videre est lib. 1. Retract. cap. 1. 4. & 8. Notandus præterea est modus exponendi Augustinum à D. Thoma traditus 1. p. q. 90. ar. 4. in Corpore his verbis: 'Sustinen-,do opinionem Augustini de operibus sex dierum, dici poterit, quòd ,anima humana præcessit in operibus sex dierum secundùm quandam ,similitudinem generis, prout convenit cum Angelis in intellectuali natura'. Quæ expositio ante Angelicum Doctorem placuerat Philippo Abbati Bonæ-Speensi Epist. 1. ad Wedericum, vbi ait: 'Naturæ ,spiritalis sive rationalis sunt Angeli, sunt & animæ humanæ: quorum

Concil. Lateranen. sub Innocentio III.

Suarez.

Refellitur.

Decisio.

Augustinus.

D. Thomas.

Philip. Bonæ-Speensis.

Digitized by Google

,Angeli ſimul & ſemel à principio ſunt creati, animæ verò humanæ ,proceſſu temporis & creatæ ſunt, & creantur, & vſque in finem ſæcu-,li creabuntur. Sed quamvis quotidie nòvæ animæ crcentur, nova ,tamen fieri natura non dicitur: quoniam animarum ſpiritalis ratio-,naliſque eſt natura, & iam à principio in Angelis huius naturæ præ-ceſſit creatura'. Atque hæc ſufficere poſſe videntur, quibus vniquiq; ſobriè ſapienti perſuadeatur, humanæ peregrinationis exordium ante hominis conſtitutionem ex anima & corpore minimè eſſe ſtatuendum. Cùm igitur, vt cap. 1. §. 8. oſtenſum eſt, homo ſexto die mundi ex anima & corpore conſtitutus ſit; fruſtrà ante illum diem quæritur peregrinationis eius exordium. An autem mox vt creatus eſt peregrinari incœperit, iam nunc accuratiùs pertractandum ſupereſt.

CAPVT VIII.

Novellus Origenis Apologiſta notatur. Humanæ peregrinationis initium non à plaſmatione corporis Adæ, ſed ab inſpiratione animæ in corpus præformatum ducitur.

1. EX dictis præcedenti capite claret, quàm rectè ab Auguſtino lib. 1. de Peccatorum meritis cap. 22. Platonicorum dogma, per Origenitas & Priſcillianiſtas ſucceſſivè reſuſcitatum, appelletur *Exploſum repudiatumq;*. Nec audiendus eſt nuperus Origenis defenſor Petrus Halloix, quatenus lib. 4. Defenſionis Origenis q. 4. §. 4. aſſerit, Nihil à Scriptura, nihil à definitione Eccleſiæ certum fuiſſe ſuper iſto dogmate, quando ab Origene, non aſſerente, ſed diſſerente tractatum fuit. Nam, vt Auguſtinus proximè citatus adiungit, 'Sancta Scriptura ei Rom. 9. 11. ,APERTISSIME contradicit, quæ cùm gratiam commendaret, Non-12. ,dum, inquit, *natis, neque qui aliquid egerant boni aut mali, vt ſecundùm ,electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quod maior ſerviet minori*'. Viderit Lector cui malit hìc fidem adhibere: Halloixio neganti, quidquam à Scriptura certũ de iſto dogmate eſſe; an Auguſtino aſſeveranti, Scripturam ei apertiſſimè contradicere. Dicturus eſt, credo, Halloixius, in cauſa Origenis non eſſe Auguſtino credendũ. Sic enim ſuperiùs l. 3. c. 22. cùm allegaſſet Auguſtinũ l. 21. de Civit. cap. 17. dicentem, quòd *Origenes & ipſum diabolum atque Angelos eius, poſt graviora pro meritis & diuturniora ſupplicia, ex illis cruciatibus eruendos, atque ſociandos ſanctis Angelis, credidit*: hæc ſubdidit: 'Quę ,verba, pace Auguſtini dixerim, ſunt falſiſſima. Tantum enim abeſt vt hoc Origenes crediderit, vt potiùs contraria docuerit'. Quòd ſi pro Auguſtino adducas Hieronymum, Epiphanium, Theophilum Alexandrinum: reſpondebit Halloixius inferiùs lib. 4. q. 4. §. 1. 'Cùm ,illa in tempeſtate, contra Origenem, ex cauſis inimicitiarum iam allatis, toti ferrentur Hieronymus, Epiphanius, Theophilus; quicquid ,ab Arianis in Origene corruptum fuit, facilè locum apud illos inve-

Auguſtinus.
Præoccupatio P. Halloix.
Auguſtinus. Vide hìc ſuperiùs cap. 7. §. 5.
Auguſtinus.
Halloixius.

nit'. An fortè etiam Papam Gregorium ex ſimili aliqua inimiciţia dicturus eſt ſcripſiſſe :[a] 'Origenes dum apparentem Dominum ſine ,verbo Domini videre voluit, viſionem nubis inordinatè conſpexit; ,quia ignis apparitionem horruit. Nam dum, abnegatâ vel minutâ iu- ,ſtitiâ Dei, ſuperfluam eius clementiam prædicaret, aſſeruit, *quòd non ,ſolùm omnibus damnatis hominibus parceret, ſed etiam de æterna pœna re- probos Angelos quandoque liberaret*'? Non opinor. Sed malè informatum fuiſſe Gregorium contendet. Quod ne gratis confingere videar, referam quæ lib 4. q. 10. §. 17. ad eiuſdem Gregorij authoritatem ſibi obiectam reſpondet. Cùm itaque illic ſibi obieciſſet Gregorium lib. 1. Regiſtri Epiſt. 24. poſt quatuor primorum Conciliorum velut totidem Evangeliorum approbationem, de quinto ſubdentem : 'Quintum quoque Concilium pariter veneror' : Reſpondit : 'Si aliqui po- ,ſteriores Pontifices, bonis ac veris inſtructi informationibus, & re ,diligenter ac ſufficienter examinatâ, validum ac legitimum eſſe Con- ,cilium quintum iudicaverint, æquum eſt ipſorum iudicium ; & qui ,ſequuntur, non peccant. Si tamen aliquid poſtea in lucem emanet, ,quod occultum erat, & ea quæ pro veris adducta erant, manifeſtæ ,falſitatis arguat; tum nec iudicium illud prius ſtare poteſt, nec quæ ſuper illo fundata ſunt, valent conſiſtere'. Summa reſponſionis eſt, Approbationem quintæ Synodi factam eſſe à Gregorio ex ignorantia alicuius occulti, quod eum & alios etiam pontifices diu latuit; donec ab Halloixio nunc demum eſt detectum. Unde & inferiùs ibidem §. 18. ſubdit : 'Jam igitur circa quintum Concilium faciam, Deoadiuvante, ,vt aliquid aperiatur, quod perdiu clauſum fuit; & id cognoſcatur, ,quod dolo non ſolùm malo, ſed etiam peſſimo, ſæculis pluribus la- tuit'. Sed quodnam illud tandem eſt myſterium ? Nimirum Vigiliũ Pontificem, qui tunc Eccleſiæ præerat, non modò non approbaſſe, ſed etiam reprobaſſe Acta iſtius Synodi. Ex quo inferiùs §. 22. concludit Author tamquam *clarum & manifeſtum*, 'NVLLIVS OMNINO ESSE VA- ,LORIS ILLVD, QVOD QVINTVM VOCANT CONCILIVM ? NEQVE MAIORIS ITIDEM, QVÆ POSTEA PRO ILLO SCRIPTA SVNT'. Quâ poſtremâ clauſulâ viam ſibi ſternit ad enervanda teſtimonia ſubſequẽtium omnium tam Pontificum quàm Conciliorum in favorem quintæ Synodi alleganda. Vnde & inferiùs §. 23. in Margine Paginæ 390. ſic ſcribit : 'Sexta Synodus in errorem tracta eſt à quinta, & poſt ſe traxit ſeptimam'. Ecce quò tandem prorupit zelus defendendi Origenem, vt etiam ſextam & ſeptimam Synodos Oecumenicas, vnà cum quinta, erroris argueret. Ex quo conſequens eſt, vt ob eandem rationem arguat erroris Lateranenſem Synodum ſub Martino 1. habitam, quæ Conſult. 4. Symbolum Nicænum, & Conſtantinopolitanum, cum definitionibus Conciliorum tertij, quarti, & quinti, verbatim recitat & recipit : ſignanterque Canonem XI. quintæ Synodi, quo Origenes nominatim anathematizatur: Et rurſus Conſult. 5. Canone 18. eundem Origenem cum reliquis hæreticis aliàs ab Eccleſia repro-

[a] *Greg. lib. 2. in 1.m Regum, prope finem.*

Origenes.

Halloixius.

Vide Baron. Tomo 2. Annal. ad Annum 256. n. 40. & Bellarm. lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. in Origene.

Digitized by Google

reprobatis anathematizat. Fingere autem id factum esse ex ignorantia facti, nimis puerile est: Siquidem, vt iam monui, non confusè aut in generali, sed specificè & in propria forma recitatur ibi definitio quintæ Synodi, descriptis ad longum totis quatuordecim canonibus, quorum vndecimus Origenem nominatim ferit. Vnde verendum fuit novello Origenis Defensori, ne caput suũ obijceret fulmini Papæ Gregorij Epist. 24. iam citata, vbi prosequens approbationem quinque Synodorum: 'Cunctas verò (inquit) quas prædata veneranda Con- *Gregorius.*
,cilia PERSONAS respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: Quia ,dum vniversali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quis- ,quis præsumit AVT SOLVERE QVOS LIGANT, aut religare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, Anathema sit'.

2. Repudiato iam dogmate de peregrinatione animarum ante incorporationem, supersest discutiendum an primus homo ipso primo momento suæ animationis inchoarit suam peregrinationem. Priùs tamen paucis expediendum est dubium quo quæritur, an corporis plasmatio prior fuerit quàm animæ inspiratio. Negare videtur Angelicus Doctor 1. p. q. 91. ar. 4. ad 3.[m] vbi cùm præmisisset: 'Quidam intelle- *D. Thomas.*
,xerunt, corpus hominis priùs tempore formatum, & postmodùm Deum formato iam corpori animam infudisse': subdidit continuò: 'Sed contra rationem perfectionis primæ institutionis rerum est, quòd ,Deus vel corpus sine anima, vel animam sine corpore fecerit; cùm ,vtrumque sit pars humanæ naturæ. Et hoc etiam est magis inconveniens de corpore, quod dependet ex anima, & non è converso'. Eidem sententiæ patrocinatur Damascenus, vbi ait: [b] 'Corpus & anima vnà *[b] Damasc. lib. 2. de Fide c. 12.*
,creata sunt; non autem, vt Origenes deliravit, hæc priùs, illud posteriùs'. Consonat Gregorius Nyssenus lib. de Opificio hominis cap. 28. 'Vtraque opinio (inquiens) reprehensionem meretur, tam eorum *Greg. Nyssenus.*
,qui animas proprio quodam in statu ante corpora vivere nugantur, quàm qui eas post corpora primùm condi existimant'. Et rursus initio capitis sequentis: 'Cùm vnus (inquit) & idem homo sit, qui corpore ,& animo constat, vnum esse communeque tribuendum ei dicimus ,existendi principium; ne parte hâc seipso prior, altera iunior sit & posterior'. Contraria sententia vt communior, ita verisimilior nobis *Decisio.*
apparet. Tenet eam Bernardus Tract. de Vita solitaria, seu Epist. ad Fratres de Monte Dei, post medium: 'Primò (inquiens) formavit *Bernardus.*
,Deus hominem, DEINDE inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem'. Vbi *hominem* priori loco corpus hominis intelligit, cui *deinde* inspirata sit anima, vt fieret vivens, quod priùs vitâ carebat. De qua vsurpatione *hominis* pro corpore, etiam exanimi, videri potest Augustinus lib. 2. de Genesi contra Manichæos cap. 7. & 8. & lib. 13. de Civit. cap. 24. vbi in hanc sententiam planè propendet, & argumenta quibus impugnatur infirmat. Consonat Irenæus lib. 5. cap. 12. 'Oportuerat (inquiens) primò plasmari hominem, & plasmatum accipere animam'. Favet & *Augustinus.* *Irenæus.*

Papa

Leo. Papa Leo Serm. 12. de Paſſione cap. 2. dicens de Deo: 'Plaſmatum de limo terræ hominem flatu vitæ rationalis animavit'. Subſcribit

Gregorius. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 27. dicens: 'Priùs de terra factus eſt ,homo; & poſtmodùm, ſicut ſcriptum eſt, *Inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem*'. *Gen.* Videri in eandem rem poteſt inferiùs lib. 23. cap. 9. & ſuperiùs lib. 9. cap. 27. Conſonat

Rupertus. Rupertus lib. 3. in Geneſim cap. 27. vbi commemoratâ quorundam ſententiâ qui cenſuerunt, primos parentes tum demum accepiſſe corpora quando poſt lapſum DEUS *fecit eis tunicas pelliceas*: 'Sed hic error *Gen.* ,(ſubdit) omni irriſione dignus, iam dudum exploſus eſt. Melius ſa- ,pere oportet, terrena corpora quaſdam quidem eſſe animarum tuni- ,cas, veruntamen ipſa PRIVS ESSE FACTA QVAM ANIMAS. Sic enim ,ſuprà ſcriptum eſt, quia priùs *Formavit Dominus Deus hominem de limo terra*, & DEINDE *inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ*'. Et lib. 1. de Operibus Spiritus ſancti cap. 16. 'Cùm formatum (inquit) eſſet cor- ,pus de limo terræ, tunc demum inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ, id eſt, creatam indidit illi ſubſtantiam viventis animæ'. Favet

Hilarius. Hilarius in Pſal. 118. ad illa verba, *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me.* *Pſal.* Conſonat Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 24. & *73.*

Tertullianus. lib. de Reſurrectione carnis cap. 5. 'Hominem (inquiens) me- ,mento carnem propriè dici, quæ prior vocabulum hominis occupavit: ,*Et finxit Deus hominem limum de terra*: Iam homo, qui adhuc limus. ,*Et inſufflavit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo*, id eſt, limus, *in* ,*animam vivam. Et poſuit Deus hominem quem finxit, in paradiſo.* Adeò homo figmentum PRIMO, DEHINC totus'. Eandem ſententiam ex pro- ,feſſo aſtruit

Chryſoſtomus. Chyſoſtomus Homil. 12. in Geneſim: 'Cogita obſecro ,(inquiens) formationis ordinem; & expende tecum, antequam inſpi- ,raretur à Domino ſpiraculum vitæ, quis erat formatus ille. Simpli- ,citer inanimis quædam imago, operatione carens & ad nihil vtilis'. Et inferiùs ibidem: 'Fortè (inquit) diceret aliquis: Quare ſi anima ,dignior eſt corpore, indignius primò formatum eſt, & poſteà quod ,eminentius? Non vides, quòd & in creaturis hoc idem vſu evenit? ,Sicut enim cœlum, & terra, & ſol, & luna, & cætera omnia formata ,ſunt, & irrationabilia animalia, & poſt hæc omnia homo, horum prin- ,cipatum ſuſcepturus: ita & in hac hominis formatione PRIVS cor- ,pus producitur, & POSTEA anima, quæ dignior. Et ſicut bruta ani- ,malia miniſterio hominis vtilia futura, ante hominem formantur; vt ,paratum haberet miniſterium is ad cuius vſum creabantur: ita etiam ,corpus ante animam formatur; vt cùm ſecundùm ineffabilem condi- ,toris ſapientiam anima produceretur, poſſet ſuas potentias proferre

Abulenſis. per corporis motionem'. Subſcribit Abulenſis in caput 2.^m Geneſis verſ. 7. & Alphonſus à Caſtro lib. 2. adverſùs Hereſes verbo, *Anima*,

A Caſtro. Hæreſi 3.ª 'Quòd autem (inquiens) priùs ſit corpus formatum, dein- ,de anima creata, verba quæ in 2. capite Geneſis narrantur, ſatis apertè oſtendunt'. Et pauculis interpoſitis: 'Cùm ergo conſtet (ſubdit) ex ipſius

Digitized by Google

ipſius litteræ decurſu, priùs fuiſſe hominem formatum de limo terræ, & poſteà in faciem eius Deum inſpiraſſe ſpiraculum vitæ, convincitur inde, corpus fuiſſe priùs formatum, & deinde animam fuiſſe à Deo creatam'. Similia habet Bonfrerius in caput 2.m Geneſis verſ. 7. & Lippomanus in Catena ad eundem verſum. Conſonat Salianus in Annalibus ad diem ſextum mundi n. 18. nec non Janſenius Jprenſis in caput 2.m Geneſis verſu 7. vbi hanc ſententiam veteribus paſſim attribuit: 'Formavit Deus (inquiens) hominem: Synecdochicè, corpus hominis inſtar figuli plaſmavit & finxit, prout Auguſtinus propriè tran ferendum tradit cap. 24. libri 13. de Civit. Vnde Adam in libro Sapientiæ Protoplaſtus dicitur: hoc enim propriè verbum tam Latinum quàm Græcum, & Hebraicum ſignificat. Modum exactiùs explicat Job cap. 10. verſ. 8. Significatur enim corpus hominis fuiſſe inſtar ſtatuæ plaſmatum à Deo: vt docet Hilarius in Pſalmum 118. & Tertullianus lib. de Reſurrectione carnis cap. 5. & paſſim veteres'. *Bonfrerius. Lippomanus. Salianus. Janſenius.*

Conſonat Maiolus tomo 5. Dierum canicularium Colloquio 2. paulò poſt initium: 'Fecit Deus hominem (inquiens) priùs corpore, tanquam tabernaculum & domicilium, imò officinam organicam vivam animæ præparans: Deinde ſpiraculum vitæ inflavit'. Obſervat prætereà idem ſuperiùs tomo 2. Colloquio 1. ante medium, Gentiles ex hac vera hiſtoria plaſmati & animati protoplaſti ſumpſiſſe occaſionem fabulæ Prometheanæ: 'Græci (ait ille ibi) ſuperſtitionum inventores, primum formatorem hominis dixerunt fuiſſe Prometheum, Japheti & Themidis filium: qui ex limo terræ formavit imaginem ad ſimilitudinem humanam. Sed cùm ex terrena materia facta eſſet craſſa & ſtupida, eam animavit igne cœleſti, quem ex Jovis ſolio furatus eſt, concava arundine incluſum, ne furtum animadverteret Iuppiter'. Idipſum obſervat & Janſenius loco proximè citato: 'Ex iſta (inquiens) tam accuratâ deſcriptione formati & animati corporis humani, nata eſt fabula Gentilium de Prometheo formante ſimulachrum hominis ex molli luto, & furante ignem de cœlo, quo corpus animaret'. Vnde & Tertullianus Apologet. cap. 18. & lib. 1. contra Marcionem cap. 1. Deum appellat *verum Prometheum*: quia verè ipſe eſt humani corporis plaſmator, & animæ inſpirator. Idem rurſus lib. de Carne Chriſti c. 9. 'Ipſum certè corpus noſtrum (ait) quòd de limo ſit figuratum, etiam ad fabulas Nationum veritas tranſmiſit'. Conſonat Lactantius libro de Opificio Dei cap. 1. & lib. 2. Inſtit. cap. 10. 'De hac hominis fictione (inquiens) Poëtæ quoque, quàmvis corruptè, tamen non aliter tradiderunt: Namque hominem de luto à Prometheo factum eſſe dixerunt. Res eos non fefellit, ſed nomen artificis'. Qua de re qui plura deſiderat, legat Rhodiginum libro 7. Lect. antiquarum cap. 19. & duobus ſequentibus, Ludovicum Vivez Comment. in lib. 18. de Civit. cap. 8. Polidorum Virgilium lib. 2. de Inventione rerum cap. 23. Natalem Comitem lib. 4. Mythol. cap. 6. Iacobum Boulducum lib. 2. de Oggio Chriſtiano c. 16. *Maiolus. Janſenius. Tertullianus. Lactantius. Rhodiginus. Vivez. Polid. Virgil. Natalis Comes. Bouldu.*

Philip-

Digitized by Google

Phil. Bonæsp. Philippum Bonæ-Speenſem lib. de Silentio Clericorum cap. 47. Eu-
Euſebius. ſebium in Chronico ad annum mundi 3520. &
Clemens Alex. Clementem Alex. lib. 5. Stromatum poſt medium. Sed quicquid de hac Prometheana fabula ſentiatur, ſatis ex allegatis authoritatibus conſtat, ſententiam de plaſmatione humani corporis ante infuſionem animæ, eſſe vt minimum valde probabilem. Et fortè authores pro contraria adducti, quoad rem ipſam non ei adverſantur. Loquuntur enim de corpore humano completè diſpoſito ad ſuſceptionem animæ rationalis. Ac ſic verum eſt quod aſſerunt, corpus non anteceſſiſſe tempore infuſionem animæ. Authores autem pro noſtra aſſertione adducti non loquuntur de corpore taliter diſpoſito; ſed duntaxat de plaſmato ad effigiem humanam, licet nondum plenè ad animæ ſuſceptionem temperato: iuxta quem modum ſolemus paſſim cadaver hominis appellare corpus humanum: [c] 'Verum eſt (inquit Suarez) Auguſtinum 13. de Civit.
[c] *Suarez l. 3. de Statu Innoc. cap. 7. n. 12.* ,cap. 24. dicere, nomine *hominis* poſſe ſignificari ſolum corpus, iam ,organizatum adſuſcipiendam animam, eo modo quo corpus mor- *Gen. 2.7* ,tuum Petri ſolet Petrus appellari. Quod etiam ſentit Chryſoſtomus ,Homil. 12. & 13. in Geneſim, & Abulenſis ibi, cum alijs: quia in-,de intulerunt, corpus fuiſſe creatum ante animam. Ex quo non infir-,matur, ſed confirmatur potiùs quod intendimus, ſcilicet Animam ,non fuiſſe creatam ante corporis formationem. ESTQUE ILLA EXPOSITIO PROBABILIS'. Hæc ibi Suarez: qui tamen ibidem paulò inferiùs contendit ex decreto Synodi Lateranenſis aſtruere certitudinem ſententiæ negantis, animæ humanæ creationem antecedere incorporationem; cùm tamen pariformiter de corpore & anima Synodus loquatur: vt dictum eſt capite præcedente §. 6. Addimus poſtremò pro probabilitate ſententiæ hactenus aſſertæ illud Eſdræ ad
Vide Delrium in cap. 2 Gen. v. 7 & Pererium l. 4 in cap. 2. v. 7. Geneſeos. Deum: *Dediſti Adam corpus mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum* 4. *Eſdræ* *tuarum erat: Et inſufflaſti in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt vivens coram* 5. *te.* Verum quidem eſt, librum 4. Eſdræ non eſſe canonicum, ſed non idcircò ſpernendæ authoritatis eſt: præſertim cùm veteres Eccleſiæ Patres frequenter eius teſtimonijs vſi reperiantur: vt Ambroſius lib. de Bono mortis cap. 10. & 11. & lib. 2. in caput 1. Lucæ, & Epiſt. 21. item Tertullianus lib. de Præſcript. cap. 3. & lib. 4. contra Marcionem c. 16. imò etiam ipſa Eccleſia inde ſumpſit Introitũ Miſſæ Feriæ 3. Pentecoſtalis. Quâ de re videri poteſt Bonfrerius in Præloquijs Bibliacis cap. 5. Sect. 2.

His obiter de cõſtitutione hominis ex corpore & anima prælibatis, 3.
reſtat indagandum, An peregrinatio hominis coæva fuerit eiuſdem conſtitutioni. Et quia actualis peregrinatio potentiam peregrinandi prærequirit, videndum ante omnia eſt, an homo ita conditus ſit, vt primo inſtanti peregrinationem inchoare potuerit. Supponendum eſt autem ex dictis de Angelis cap. 3. §. 6. & generaliter etiam de homine lib. 2. cap. 11. §. 6. non poſſe hominem vel Angelum primo inſtãti ſuæ creationis inchoare demeritoriam peregrinationem: hæc enim in pec-

Digitized by Google

in peccaminosa operatione vel omissione consistit, quæ sine redundantia in naturæ authorem non potest pro primo instanti inesse. De sola proinde meritoria peregrinatione differendum est, ad quam prærequiritur status viæ, libertas arbitrij, & opitulatio gratiæ. Et quidem primum hominem non in termino beatitudinis, sed in statu viatoris institutum fuisse, colligi à pari vel fortiori potest ex institutione Angelorum, de qua dictum est cap. 3. §. 2. & 3. Specialiter autem de ipso primo homine id perhibet Hugo Victorinus, vbi ait: [c] 'Quia homo ,ex duplici natura compactus fuerat; vt totus beatificaretur, duo illi ,bona conditor à principio præparabat: vnum visibile, alterum invi-,sibile; vnum corporale, alterum spirituale; vnum transitorium, alte-,rum æternum: vtrumque plenum, & vtrumque in suo genere perfe-,ctum: vnum carni, alterum spiritui; vt in vno sensus carnis ad iu-,cunditatem foveretur, in altero sensus mentis ad fælicitatem re-,pleretur: Carni visibilia, spiritui invisibilia; carni ad solatium, spiritui ad gaudium. Ex his bonis vnum dedit, ALTERVM ,PROMISIT: vnum vt gratis possideretur, ALTERVM VT PER MERI-,TVM QVÆRERETVR. Quod visibile bonum erat, gratis dedit; QVOD ,INVISIBILE ERAT, MERITO QVÆRENDVM PROPOSVIT: VT EX do-,no gratuito probaretur & excellentia promissionis, & fides promit-,tentis. Si enim tale ac tantum est quod gratis dedit, quale & quantum ,esse putandum est illud pro quo servitium quærit? Rursum si boni-,tas tanta illi inerat, vt nihil meritis tam multa daret; quomodo mali-,tia ei inesse poterit, vt servientes non remuneraret? Ad hoc spectabat, ,quòd visibilia omnia gratis data sunt homini; & continuò creatus, ,dominus rerũ constitutus est: Postea verò obedientia iuncta est illi, ,& præceptum datum: vt primùm mereretur, DEINDE REMVNERA-,RETVR: non remuneraretur in his quæ iam data fuerant in dono, sed ,in ijs QVÆ PROPOSITA FVERANT IN PRÆMIO. Neque verò idcircò ,servitium ab homine quæsitum est, quòd omnipotens condi-,tor hominis à se facti servitio indigeret; sed vt ipse homo vera bona ,merito acquisita glorioſiùs possideret. Et quia plus erat summæ bo-,nitati, & meritum dare, & præmium; pro temporalibus autem & ,transitorijs homo servire non debuit, ne dignitas humanæ conditio-,nis ad vilitatem deduceretur si pro his quæ subiecta illi fuerant ser vi-,re cogeretur: propter hoc invisibilia, quasi vera bona, servienti post ,meritum promittuntur; visibilia autem, quasi modica & transitoria, ,gratis inter merendum adijciuntur: ista interim ad solatium, ista PO-,STEA ad gaudium; ista ad sustentationem, ILLA AD GLORIFICATIO-,NEM: sine illis non potest homo BEATIFICARI IN PATRIA, sine istis ,non potest sustentari IN VIA. Propter quod TALIS FACTVS EST HO-,MO, VT INTERIM nunc ad tempus istis indigeret, quatenus per ista ,indigentiam suam in illis agnosceret; & vt intelligeret ipse, quia quod ,erat bonum, sibi sufficiens non erat, nisi illud quoque habere MERE-,RETVR, à quo erat. Hoc autem bonum illi fuit, quòd ipse sibi sufficiens

[c] *Hug. Vict. l. 1. de Sacr. p. 6. c. 6 Vide eund. serm. 61. & Lactant. lib. 7. cap. 5. & Greg. Nazian. Orat. 38 & 42. & Greg. Nyssen. l. de Opificio hominis c. 2. & Magistrum l. 2. Sent. Dist. 1. §. 10. & Dist. 20. §. 10. & Damasc. l. 2. c. 12.*

Vide Irenæum l. 4. c. 28. & Aug. l. 13 Confess. c. 4. & l. 8. de Gen. ad litt. c. 12 & Damasc. l. 2. c. 29. & Hilar. in Psal. 2 v. 5. & Thomam à Kempis in Soliloq. c. 25. §. 4.

,ciens non fuit. Magna quippe dignitas humanæ conditionis, quòd ,talis facta est, vt nullum ei bonum præter summum sufficeret: & ,rursum magna libertas, quòd INTERIM ARBITRIO SVO DIMISSA ,EST, vt ad ipsum bonum summum cogi non possit: quatenus solâ ,voluntate AD ILLVD IRET, quod solâ dilectione possidere deberet. ,Ut ergo interioris vitæ bonum quærere addisceret, exterior vita eius ,talis est facta, vt ad tempus per se stare non sufficiens, alio præter se & extra se bono sustentante indigeret'. Idem rursus in Summa Sententiarum Tract. 3. cap. 4. 'Sicut (inquit) duæ naturæ sunt in homine, ,ita duo bona homini præparaverat Deus; temporale, & æternum: Et ,quia *priùs quod animale, deinde quod spirituale*, temporale priùs datum 1. Cor. 15. ,fuit; alterum, id est, æternum, non tunc datum, sed propositum fuit'. 46. Extat inter opera eiusdem Hugonis Tomo 2. Tractatus exceptionũ, cuius priores quatuor libri circumferuntur etiam sub nomine Richardi Victorini, vbi hæc ad præsens propositum leguntur lib. 1. cap. 2.

Rich. Victor. 'Tria bona principalia dedit Deus homini in creatione: Primum bo- ,num fuit, quòd eum fecit ad imaginem suam; Secundum bonum ,fuit, quòd eum fecit ad similitudinem suam; Tertium bonum fuit ,immortalitas corporis, si perstitisset homo in obsequio conditoris. ,Jsta tria bona fuerunt homini in conditione divinitùs data, etiam na- ,turaliter & originaliter insita. Fuerunt & alia duo bona hominis quasi ,extra eum: vnum subtus eum, aliud supra eum: Subtus eum mun- ,dus, supra eum Deus: Mundus visibile bonum, & transitorium; Deus ,invisibile bonum, & æternum. Jn isto fuit homo creatus, IN ILLO ,BEATIFICANDVS. Sub Deo fuit homo conditione, supra mundum ,dignitate: De inferiori bono recessurus, AD SVPERIVS BONVM PER- VENTVRVS'. De eodem Protoplasto differens Philippus Bonæ-Speensis Abbas, Victorinis contemporaneus, in speciali Opusculo

Philip. Bonæ-Speensis. quod *de salute primi hominis* inscripsit, ita ait cap. 1. 'In eo statu ille fa- ,ctus est homo, in quo nullus post eũ factus est homo: Factus est enim ,mortalis, & immortalis: Mortalis quidem, vt posset mori; immor- ,talis verò, vt posset non mori. Data est ei libera facultas peccandi, & non peccandi; & VTRIVSQVE REI APPOSITA MERCES'. 'Consonat

Prosper. Prosper lib. contra Collatorem cap. 18. 'Rectum (inquiens) atque ,omni vitio carentem creatum esse hominem primum, in quo omnium ,hominum concreata natura est, dubitare fas non est; eumque tale ac- ,cepisse liberum arbitrium, vt si auxiliantem sibi Dominum non dese- ,reret, posset in bonis, quæ naturaliter acceperat, perseverare, quia ,vellet: & MERITO voluntariæ perseverantiæ AD EAM BEATITVDI- ,NEM PERVENIRE, vt nec vellet in deteriora decidere, nec posset'. Supervacaneum foret recitandis pro hac veritate astruenda Patrum testimonijs immorari; cùm ex mox allegandis indubitanter elucebit, verissimum esse quod D. Thomas ait: [f] 'Primus homo Deum per ,essentiã non vidit, secundùm cõmunem statum illius vitæ, nisi fortè ,dicatur quòd viderit eum in raptu, quando *Deus immisit soporem in Adã*, Gen. 2.

[f] *D. Th. 1. p. q. 94. ar. 1. in Corp.*

vt dicitur Geneſis 2. 'Et inferiùs q. 95. ar. 3. in corpore: 'Perfectio primi ſtatus non ſe extendebat ad hoc, quòd videret Deum per eſſentiã, & vt habetur cum fruitione finalis beatitudinis. Unde fides & ſpes eſſe poterant in primo ſtatu, & quantũ ad habitum, & quantũ ad actum'. Et 2.2.q. 5.ar. 1. in corpore: 'Cùm Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, non habuerit illam beatitudinẽ, quâ Deus per eſſentiam videtur; manifeſtum eſt, quòd non habuit ſic manifeſtam cognitionem, quòd excluderetur ratio fidei'. Obiectiones in contrarium fieri ſolitæ proponentur ac diluentur ſuo loco inferiùs.

4. Altera conditio ad peregrinandum prærequiſita eſt rationis vſus arbitriúque libertas. Et quidem quod ad rationis vſum attinet, ita in hanc rem ſcribit Hugo Victorinus: [g] 'Sicut, quantum pertinet ad perfectionem ſtaturæ & ætatis humani corporis, primum hominem perfectum credimus factum: ita quòque, quantum ad animam, cognitionem veritatis & ſcientiam, eam duntaxat quæ primæ perfectioni congrua fuit, perfectam, mox conditum accepiſſe putamus; & ad illam non ſtudio aut diſciplinâ aliquâ per intervalla temporis profeciſſe, ſed ſimul & ſemel AB IPSO SVI CONDITIONIS EXORDIO, vnâ ac ſimplici divinæ inſpirationis illuminatione illam percepiſſe. Triplici autem cognitione primum hominem eruditum conſtat: cognitione ſcilicet creatoris ſui, vt cognoſceret à quo factus erat; & cognitione ſui, vt cognoſceret quid factus erat, & quid ſibi faciendum erat; deinde cognitione quòque illius quod ſecum factum erat, & quid ſibi de illo & in illo faciendum erat'. Eadem habet Magiſter lib. 2. Sent. Diſt. 23. §. 2. quem Scholaſtici paſſim omnes ſequuntur, ſignanter Angelicus Doctor 1. p. q. 94. ar. 3. in corpore: 'Sicut primus homo (inquiens) inſtitutus eſt in ſtatu perfecto quantum ad corpus, vt ſtatim poſſet generare: ita etiam inſtitutus eſt in ſtatu perfecto quantum ad animam, vt ſtatim poſſet alios inſtruere ac gubernare'. Conſonat Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Joannem c. 9. ita ſcribens: 'Author ille noſtri generis Adam, non in tempore, ſicuti nos, ſapientiam videtur eſſe conſecutus; ſed A PRIMO STATIM ORTVS SVI INITIO PERFECTA INTELLIGENTIA PRÆDITVS CERNITVR'. Subſcribit Philippus Bonæſpeenſis Epiſt. 1. poſt medium, dicens de Protoplaſto: 'Illum Deus talem fecit, vt ſtatim & maturitatem haberet pubertatis, & rationis capax obedire poſſet legibus ſanctitatis'. Atque hoc ipſum ex iam dicendis de libertatis vſu manifeſtè patebit: Neque enim ſine diſcretione rationis reperiri poteſt vſus libertatis. Porrò primum hominem cum vſu libertatis, adeoque cum diſcretione rationis, conditum fuiſſe, colligunt paſſim omnes Orthodoxi Interpretes ex illis Geneſeos verbis, *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam*: [h] 'Hominem (ait Damaſcenus) ex viſibili & inviſibili natura *Deus* manibus ſuis *ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidit*: ſic nimirum vt corpus è terra effingeret, animam autem ratione & intelligentiâ præditam

[g] *Hugo Viſt. l. 1. de Sacram. p. 6. cap. 12.*

Magiſter.

D. Thomas.

Cyrillus Alex. Vide eund. l. 1. Glaphyr. in Geneſim, & l. 1. de Adorat. in Spir. & Verit.

Philippus Bonaſpeen. Vide Aug. lib. 1. de Pec. Merit. c. 36

Gen. 1. 27

[h] *Damaſc. l. 2. c. 12. Vide eund. l. 3. c. 14. & l. 4. cap. 4.*

›ditam per insufflationem suam ei tribueret: id quod *Divinam imagi-*
›*nem* appellamus. His enim verbis, *Ad imaginem*, vis intelligendi, ar-
›bitrij, que libertas significatur: his autem, *Ad similitudinem*, virtutis,
quoad eius fieri potest, expressa similitudo'. Consonat Cyrillus Alex.
Cyrillus Alex. lib. 1. Glaphyrorum in Genesim paulò post initium: 'Factus est (in-
›quiens) in principio homo, suæ ipsius voluntatis Dominus, liberque;
›ad quod velit, motus ei est concreditus. Liber enim Deus est, *ad cu-*
ius imaginem formatus est'. Et post paucula rursus ibidem: 'Adeptus
›est igitur (subdit) INITIO homo liberum atque expeditum ad quam-
vis rem agendam, mentis motum'. Subscribit Bernardus Serm. 1.
Bernardus. Vi- de Annuntiatione: 'Ad imaginem (inquiens) & similitudinem Dei
cend. lib. de ›factus est homo: in imagine arbitrij libertatem, virtutes habens in
Gratia & Libe- similitudine'. Idem perhibet Abbas Dorotheus Doctrina 1. sub ini-
ro arbit. cap. 7. tium, dicens: 'Ad imaginem suam fecit Deus hominem: immortalem
Dorotheus. scilicet, LIBERVM, ornatum omni virtute'. Consonat Theodoretus
Theodoretus. q. 27. in Genesim, vbi loquens de primis parentibus: 'Quomodo fie-
›ri poterat (inquit) vt ij, qui ratione ornati, & *ad imaginem divinam*
creati erant, discretionem boni & mali non haberent'? Origenes apud
Origenes. eundem ibidem superiùs q. 20. 'Qui asseret (inquit) illud, *Ad imaginem*,
›non in corpore consistere, sed in anima rationali, dogma statuet non
›contemnendum, comprehendens quæ facultates sint ipsius. Nam quę
›in homine est facultas cognoscendi, iudicandi, benè merendi, agendi
›quæ iusta sunt; fortitudinis, & vt semel dicam, omnis boni effectrix,
à Deo ipsi creata est *ad imaginem*'. Eòdem collimat Tertullianus lib.
Tertullianus. 2. adversùs Marcionem cap. 5. dicens: 'Liberum, & sui arbitrij, &
›suæ potestatis invenio hominem à Deo institutum; nullam magis
›imaginem & similitudinem Dei in illo advertens, quàm eiusmodi
›status formam'. Et ibidem capite proximè sequenti: 'Oportebat (in-
›quit) imaginem & similitudinem Dei, liberi arbitrij & suæ potestatis
›institui, in qua hoc ipsum imago & similitudo Dei deputaretur, ar-
bitrij scilicet libertas & potestas'. Adrianus Papa 1. Epist. ad Con-
stantinum & Irenem, quę extat in VII. Synodo generali Act. 2.
Adrianus Papa. 'Creator noster (inquit) Dominus Deus, dum ad imaginem & simili-
›tudinem suam de limo terræ plasmasset hominem, sagacitatis indu-
›strià illustrans in propriæ considerationis arbitrio eum constituit'.
Irenæus. Vide Eòdem collimat Irenæus lib. 4. cap. 9. cùm ait: 'Frumentum, &
ibid. inferiùs ›palea, & animalia irrationabilia existentia, naturaliter talia facta sunt:
cap. 71. ›Homo verò rationabilis, & secundùm hoc similis Deo liber in arbi-
trio factus, & suæ potestatis'. His addi possunt & alij Patres, qui
tametsi rationem divinæ imaginis non præcisè in arbitrij libertate con-
stituant, primum tamen hominem cum libertatis vsu conditum non
ambigunt. Ex his est Augustinus lib. de Natura & Gratia cap. 43. vbi
Augustinus. loquens de Adamo: 'Quis eum nescit (inquit) sanum & inculpabilem
›factum, & LIBERO ARBITRIO, ATQVE AD IVSTE VIVENDVM PO-
TESTATE LIBERA CONSTITVTVM'? Et Serm. 2. de Verbis Apo-

stoli

ſtoli cap. 6. 'Magnas liberi arbitrij vires homo CVM CONDERETVR accepit'. Et lib. adversùs Fortunatũ Diſp. 2. 'Liberum voluntatis arbitrium in illo homine fuiſſe dico, qui primus formatus eſt. Ille SIC FACTVS EST, vt nihil omninò voluntati eius reſiſteret, ſi vellet Dei præcepta ſervare'. Et lib. de Corrept. & Gratia cap. 10. loquens de Deo: 'Hominem (inquit) fecit cum libero arbitrio'. Et inferiùs cap. 12. loquens de Adamo: 'Illi (ait) ſine peccato vllo data eſt, CVM QVA CONDITVS EST, voluntas libera'. Et lib. 3. de Libero arbitrio cap. 18. 'Cùm de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa ſcilicet IN QVA HOMO FACTVS EST loquimur'. Quem locum occaſione Pelagiani erroris repetit & approbat lib. de Natura & Gratia cap. 67. & lib. 1. Retract. cap. 9. Cui ſubſcribit Proſper cap. 18. & 26. adversùs Collatorem, & Reſp. ad Obiectionem 8. Gallorum in fine, nec non Fulgentius lib de Fide ad Petrum cap. 3. & 25. & lib. de Trinit. ad Felicem Notarium cap. 9. & lib. de Incarn. & Gratia cap. 12. & lib. 1. de Veritate Prædeſt. cap. 2. Item Papa Gregorius lib. 17. Moral. cap. 18. 'Diabolus (inquiens) in illa nos parentis primi radice ſupplantans, ſub captivitate ſua quaſi iuſtè tenuit hominem, qui LIBERO ARBITRIO CONDITVS, ei ſuadenti conſenſit. Ad vitã namque conditus IN LIBERTATE PROPRIÆ VOLVNTATIS, ſponte ſuâ factus eſt debitor mortis'. Et ſuperiùs lib. 9. cap. 33. 'Humana mens (inquit) capta eſt, quæ IN LIBERTATE ARBITRII CONDITA, dum nutrire deſideria carnis appetivit, quaſi leæna catulis eſcam quæſivit'. Huc ſpectat & illud Irenæi lib. 4. cap. 71. de homine primo: 'Liberum eum Deus fecit ab initio'. Quæ ſententia ſatis diſertè Eccl. 15. 14 aſtruitur in ſacro eloquio, cùm dicitur: *Deus ab initio conſtituit hominẽ, & reliquit eum in manu conſilij ſui.* Qua de re inſpiciendus eſt liber 3. Hypognoſticon cap. 2. & D. Thomas 1. 2. q. 109. ar. 8. ad 3.^m nec non Auguſtinus lib. de Gratia & Libero arbitrio cap. 2. ybi cùm prædictum Eccleſiaſtici locum memoraſſet: 'Ecce (ſubiunxit) APERTISSIME videmus expreſſum liberum humanę voluntatis arbitrium'. Qui rurſus lib. de Natura & Gratia cap. 65. reſpondens Pelagio alleganti pro ſuo dogmate illud Hieronymi lib. 2. adversùs Jovinianum cap. 2. *Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin vbi neceſſitas, nec corona eſt*: ait: 'Quis non agnoſcat? Quis non toto corde ſuſcipiat? QVIS ALITER CONDITAM HVMANAM NEGET ESSE NATVRAM'? Quem Auguſtini locum expendit Remigius Lugdunenſis lib. de Tribus Epiſt. cap. 39. prope finem. Qui & ibidem ſuperiùs cap. 3. præmiſerat: 'Primus homo liberi ar- Eccl. 15. 13. bitrij à Deo conditus, quamdiu *ſenſu voluntatis Dei*, id eſt, divinæ gratiæ, protectus eſt atque munitus, beatam vitam duxit cum Deo'. Cui conſonans Prudentius Tricaſſinus Epiſcopus, eiuſdem ſęculi Scriptor, lib. contra Scotum Erigenam cap. 8. n. 8. Sect. 5. 'Fides Catholica (inquit) inconcuſsè tenet & prædicat, humanam naturam rectam atque perfectam à Creatore ſummè & ſingulariter bono conditam,

Proſper.
Fulgentius.
Gregorius.
Vide Francon. Aſſligen. Tom. 2. de Gratia Dei ſub medium.
Irenæus.
Auth. Hypognoſticon.
D. Thomas.
Auguſtinus.
Hieronymus. Auguſtinus.
Remig. Lugdun.
Prudẽt. Tricaſſ.

,tam, omnibusque, quibus eam secundùm vtramque substantiam con-
,sistere iudicavit, bonis donatam: quippe cui secundùm corpus nihil
,honesti defuit, & secundùm animam nihil decoris abfuit; adeò vt
,LIBERRIMA VOLVNTATE donatâ semper haberet liberum inhærere
conditori, si mandati custodiam obedienter servavisset'. Consonat
Petrus Diaconus cum Collegis suis, Orientalis Ecclesiæ pro causa fi-
Petrus Diacon. dei legatis, lib. de Incarn. & Gratia cap. 6. dicens: 'Credimus itaq;
,bonum, & sine vlla carnis impugnatione, à Deo creatore omnium fa-
ctum Adam, MAGNAQVE PRÆDITVM LIBERTATE'. Quam profes-
sionem Fulgentius cum Collegis approbat lib. de Incarn. & Gratia
Fulgentius. cap. 12. vsque adeò quidem, vt non dubitet, eos qui aliter sapiunt,
Inaniter, imò damnabiliter, Christianæ religionis portare vocabulum. Alios
eiusdem Fulgentij locos eòdem spectantes iam suprà hìc designavi-
mus. Atque hæc quæ de secunda conditione ad peregrinandum pre-
requisita disseruimus, pleniùs intelligentur ex mox dicendis de condi-
tione tertia.

Supereſt illud è tribus poſtremum, quòd ad meritoriè peregrinan- §.
dum requiri indicavimus: Divinæ nimirum gratiæ opitulatio. De cu-
ius neceſſitate ſatis copioſè egimus hìc ſuperiùs cap. 4. §. 1. & 2. Nam
quæ ibi de Angelorum inidoneitate ad meritoriè peregrinandum ſine
opitulatione gratiæ allegavimus, pari vel potiori iure locum habent
in hominibus: de quorum primo fœlicitatis ſtatu loquens Auguſti-
[i] *Aug. Enchirid. cap. 106. Vide l. 14. de Civit. cap. 27.* nus: [i] 'Sine gratia (inquit) nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet'.
Unde & Alredus generaliter de omni creatura rationali ait: [k] 'Vt in
,inferiora, ſuâ mutabilitate non defluat; vt in eo quod eſt, ſuam mu-
[k] *Alredus lib. 1. Speculi charitatis cap. 13.* ,tabilitatem cohibeat; VT AD ALTIORA, AVSPICIO FALICIORI SE
SVBRIGAT, ſemper illius eget gratiâ, cuius eſt creata potentiâ'. Hoc
igitur ſuppoſito, tanquam in præcedentibus ſufficienter probato, diſ-
quirendum eſt, an primus homo in ſua creatione gratiam habuerit
quâ peregrinationem inchoare potuerit. Negant ij, quos cap 2. §. 4.
memoravimus negaſſe idipſum de Angelicis ſpiritibus. Verùm rectiùs
D. Thomas. alij affirmant, qui & idipſum affirmant de Angelis, de quibus ait D.
Thomas ſub initium capitis 3. relatus, 'Hoc probabiliùs videtur te-
,nendum, ET MAGIS DICTIS SANCTORVM CONSONVM EST, quòd
fuerunt creati in gratia gratum faciente'. Ex qua doctrina de Ange-
lis idem ipſe arguit ad primum hominem 1. p. q. 95. ar. 1. in Argu-
mento, *Sed contrà*: 'Homo (inquiens) & Angelus æqualiter ordinan-
,tur ad gratiam. Sed Angelus eſt creatus in gratia: Dicit enim Au-
,guſtinus 12. de Civitate Dei, quòd *Deus ſimul erat in eis condens naturã, & largiens gratiam.* Ergo & homo creatus fuit in gratiâ'. Cui ratiocì-
nationi robur accedit ex authoritate Sanctorum Patrum, qui primum
hominem pro ſtatu primæ conditionis vocant, *Alterum Angelum, Ange-*
[l] *Damaſc. lib. 2. c. 12.* *lum terreſtrem*; illumque eius ſtatum vocant *Angelicum*: [l] 'Creavit Deus
,hominem (ait Damaſcenus) innocentem, rectum, probum, mœroris
,ac ſollicitudinis expertem, omni virtutum genere coornatum, omni-
bus

,bus bonis florentem,velut alterum quendam mundum in magno parvum, ANGELVM ALTERVM'. Similiter ſcribit Gregorius Nazianzenus Orat. 38. & 42. Gregorius item Nyſſenus lib. de Opificio hominis cap. 17. nec non Chryſoſtomus Homil. 16. in Geneſim, vbi protoplaſtum vocat *Angelum terreſtrem*, & primum eius ſtatum vocat *Angelicum*. Cui conſonans Franco Affligenienſis Tomo 2. de Gratia Dei ſub initium,eundem vocat *Terrenum Angelum*. Ex his & ſimilibus Patrum phraſibus non malè colligitur,Protoplaſtum fuiſſe in gratia creatum; ſiquidem homo extra gratiam conſtitutus appellatione *Angeli* cenſetur indignus. Vnde Auguſtinus lib. 15. de Civit. cap. 23. exponens quemadmodum poſtori Seth & Enos in Scriptura dicti ſint *Angeli Dei*, qui tamen & fuerunt & dicti ſunt Homines: 'Spiritu Dei (inquit) fuerant facti *Angeli Dei*,& *Filij Dei*; ſed declinando ad inferioria, *Homines* dicuntur, nomine naturæ, non gratiæ'. Præmiſerat ibidem ſuperiùs: 'Angelos fuiſſe etiam Dei homines nuncupatos, Scriptura ſancta locupletiſſimè teſtis eſt: Nam & de Joanne ſcriptum eſt, *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam*: Et Malachias Propheta, propriâ quâdam, id eſt, propriè impertitâ gratiâ, dictus eſt Angelus'. Alludit his poſtremis verbis ad proprium *Malachiæ* nomen, quod interpretatur *Angelus meus*, ſivo *Nuncius meus*. Aggæus etiam Propheta ſeipſum appellat *Nuntium Domini de Nuntijs Domini*, quod perinde eſt ac ſi alijs verbis diceret *Angelum Domini de Angelis Domini*. Porrò diſcurſum D. Thomæ iam ſuprà relatum præformaverat Anſelmus alijs verbis vbi ait: [m] 'Rationalis natura iuſta eſt facta, vt ſummo bono fruendo beata eſſet: Homo ergo, qui rationalis natura eſt,factus eſt iuſtus, ad hoc, vt Deo fruendo beatus eſſet'. Paulò aliter idipſum colligit Gregorius Nyſſenus Orat. Catecheticæ capite 5. 'Si homo (inquiens) ideò deducitur ad generationem,vt divinorum bonorum fiat particeps; neceſſariò conditur eiuſmodi, vt ſit aptus ad eorum bonorum participationem'. Idem rurſus Homil. 2. in Cantica, creationem primi hominis in gratia luculenter aſtruit, dicens: 'Factus eſt homo ab initio nullius divini boni indigens'. Et inferiùs Homil. 4. ſub initium: 'Aurea (inquit) ab initio erat humana natura, & reſplendens ſimilitudine quæ ei intercedebat cum bono ſincero in quod non cadit interitus'. Hinc nobis ſuggeritur novum argumentum ex Scriptura deſumptum, quæ ait: *In die qua creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum*. Hanc quippe Dei ſimilitudinem in donorum ſupernaturalium reſplendentia Interpretes non pauci nec ignobiles conſtituunt: qui proinde hominem in gratia conditum fuiſſe cenſent. Ex his eſt Nyſſenus proximè citatus, Damaſcenus item & Bernardus præcedenti §. deſcripti, necnon Proſper Sent. 104. dicens: 'Imago quidem Dei eſt homo; & qui per iuſtitiæ ambulat vias, ad ſimilitudinem ſui tendit authoris': Hugo item Victorinus lib. 1. Didaſcal. cap. 9. 'In hoc (inquiens) ſimilis Deo eſt homo, quòd ſapiens & iuſtus eſt: ſed iſte mutabiliter, ille immutabiliter & ſapiens & iuſtus

Nazianz.
Nyſſenus.
Chryſoſt.
Franco.
Auguſtinus.
Vide eund. q. 3. in Geneſim, & Chryſoſt. Hom. 21. in Geneſim, & Cyrill. Alex. l. 1. in Ioan. c. 7 & Tertull. l. 2. cont. Iudæos c. 9. & Greg. lib. 5. Moral. c. 28.
[m] *Anſel. lib. 2. Cur Deus homo cap. 1. Vide eund. l. de Concept. Virgin. c. 1. Greg. Nyſſen.*
Damaſcenus. Bernardus. Proſper.
Hugo Vict. Vide Anſel. in Manuiſſa Meditationum Meditat. 1 §. 5.

iustus est'. Videri idem potest Serm. 70. & lib. 4. Allegor. in Lucam cap. 12. & lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 2. & lib. 1. Except. cap. 1. & lib. 2. de Anima cap. 5. Cui consonat Richardus Victorinus in Cantica cap. 2. 'Nihil (inquiens) tam propinquum Deo est, quàm eius ,character & similitudo. Cùm autem facta fuerit anima iusta, vera, ,misericors, sapiens per gratiam, quod Deus habet per naturam; quan- ,tum has virtutes in se formaverit, tantum in se Dei similitudinem re- ,formabit'. Videri etiam idem potest Tract. *De Meditandis plagis noviſsimis* prope finem. Favet eidem sententiæ Irenæus lib. 5. cap. 6. 'Prop- ,ter effusionem Spiritus (inquiens) spiritualis & perfectus homo fa- ,ctus est: & hic est qui *secundùm imaginem & similitudinem factus est Dei.* Si autem defuerit animæ spiritus, animalis est verè qui talis est, & ,carnalis derelictus imperfectus erit, imaginem quidem habens in plas- ,mate, similitudinem verò non assumens per spiritum'. Videatur Ambrosius libello de Dignitate conditionis humanæ cap. 3. & lib. de Isaac & Anima cap. 2. & Clemens Alex. lib. 2. Stromat. post medium, & Hieronymus in caput 28. Ezechielis ad illa verba, *Tu signaculum similitudinis*: & Origenes lib. 3. Periarchon cap. 6. & Paulinus Epist. 2. ad Severum: & Isidorus Peluſiota lib. 3. Epist. 95. & Augustinus lib. de Spiritu & Litt. cap. 22. & 23. & lib. 11. de Civit. cap. 26. & Rupertus lib. 2. in Genesim cap. 3. & 6. & lib. 6. de Glorificatione Trinit. cap. 19. & lib. 7. de Divinis officijs cap. 4. & lib. 11. cap. 17. & lib. 1. in Ioannem ad illa verba, *Et vita erat lux hominum*: & D. Thomas 1. p. q. 93. ar. 9. Atque, vt alijs commemorandis supersedeam, Ferdinandus Uellosillus in Advertentijs super Tomo 1. Augustini ad Quæsitum 8^m. testatur hanc interpretationem esse communem sanctorum Patrum: 'Plus (inquiens) connotat similitudo, quàm ima- ,go: Nam anima similitudo Dei dicitur secundùm essentiam & secun- ,dùm actus, nempe secundùm virtutes & dona gratiæ quæ à Deo ac- ,cipit. Unde sensus loci huius est, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, ,propter naturalia; *& ad similitudinem nostram*, propter gratuita. Ex- ,positio hæc est Damasceni, & COMMVNIS PATRVM SANCTORVM'. Accedit quòd etiam nonnulli percelebres Patres, rationem *imaginis Dei*, ad quam homo primus est conditus, in gratuitorum charismatũ resplendentia constituant: vt Ambrosius lib. 6. Hexam. cap. 7. 'Illa ,anima (inquiens) benè picta est, in qua elucet divinæ operationis effi- ,gies: Illa anima benè picta est, in qua splendor gloriæ & paternæ ,imago substantiæ. Secundùm hanc imaginem, quæ refulget, pictura ,pretiosa est: secundùm hanc imaginem Adam ante peccatum; sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem'. Item Leo Papa Serm. 1. de Ieiunio decimi mensis: 'Si fideliter (inquiens) ,atque sapienter creationis nostræ intelligamus exordium, inveniemus hominem ideò *ad imaginem Dei conditum*, vt imitator sui esset Au- ,thoris: & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis ,quasi in quodam speculo divinæ benignitatis forma resplendeat: Ad quam

Rich. Victor.

Irenæus. Videcund. l. 3. c. 20. & 37. & Cypr. l. de Bono Patientiæ sub initium.

Ambrosius.

Clemen. Alex.

Hieronymus.

Origenes.

Paulinus.

Peluſiota.

Augustinus.

Rupertus.

D. Thomas.

Velloſillus.

Ambrosius. Videcund. l. de Bono mortis c. 5. & l. de Isaac & Anima cap. 2.

Leo. Videcund. Serm. 4. de Nativit. c. 2. et Rupert. l. 2. de Vict. Verbi Dei ● 6.

Exech. 12.

Ioan. 1.

Digitized by Google

quàm vtique nos quotidie reparat gratia Seruatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo'. Et paulò infrà ibidem: 'Diligendo itaque nos Deus (inquit) ad imaginem suam nos reparat: & vt in nobis formam suæ bonitatis inveniat, dat vnde ipsi quoque quod operatur operemur: accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suæ charitatis inflammans'. Consonat Cyrillus Alex. in Thesauro Assertione 13. & 34. sive, iuxta vetustiorem editionem, lib. 4. cap. 1. & lib. 13. cap. 3. & Gregorius Nyssenus lib. de Opificio hominis cap. 16. & Chrysostomus Homil. de Adam & Sodomitis Tomo 1. & Hilarius lib. 11. de Trinit. prope finem, & in Psal. 129. vers. 2. & Chrysologus serm. 120. & Augustinus lib. contra Adimantum cap. 5. & Enchiridij cap. 27. & lib. de Spiritu & litt. cap. 27. & Fulgentius lib. de Incarn. & Gratia cap. 12. & lib. 1. de Verit. Prædest. cap. 1. & Petrus Damiani lib. 2. Epist. 5. paulò ante medium. Ex historia igitur creationis primi hominis duo nobis suppetunt argumenta, quibus iuxta diversas Patrum interpretationes ostenditur, quòd in gratia fuerit ille creatus: vnum sumitur ex eo, quòd *ad similitudinem*; Alterum ex eo, quòd *ad imaginem Dei* conditus perhibeatur. Tertium præterea sumi potest ex eo quod scriptum est, *Deum inspirasse in faciem eius spiraculum vitæ*. Non enim desunt Tractatores celebres, qui per *vitæ spiraculum* gratiam Spiritus sancti intelligant: vt Ambrosius lib. de Paradiso cap. 5. vbi dicit, Adamum habuisse pignus vitæ ex insufflatione Dei: loquitur autem de vita æterna, cuius pignus est gratia. Et rursus Ser. 10. in Psal. 118. ad versum 73. agens de Christo pro humani generis reparatione incarnato: 'Imago (inquit) ad eum qui est ad imaginem venit, & quærit imago ,eum qui est ad similitudinem sui, vt iterum signet, vt iterum conformet, quia amisisti quod accepisti: *Insufflaverat* enim *tibi Deus*, vt inspirationis suæ dono haberes gratiam, quam tibi tua culpa sustulerat'. Cui consonat Basilius in Psal. 48. ad versum 13. '*Insufflavit in faciem* (inquiens) hoc est, partem aliquam propriæ gratiæ apposuit homini, vt per hanc sibi impressam similitudinem, eum cui similis est, agnosceret'. Consonat & Cyrillus Alex. in Thesauro locis proximè designatis, & rursus lib. 1. in Joannem cap. 9. & lib. 2. cap. 1. alàs 3. & lib. 9. cap. 47. & lib. 12. cap. 56. Consonat Tertullianus lib. de Baptismo cap. 5. in finalibus verbis, & eum secutus Cyprianus Epist. 74. ad Pompeium. Quibus vsque adeò consentit Philaster Hæresi 50. vt oppositam interpretationem censeat hæreticam. Quanquam verò opposita interpretatio, non obstante Philastri censura, sit communior & verior; vt post Augustinum libro 13. de Civitate capite 24. docet D. Thomas Opusculo contra errores Græcorum cap. 27. nihilominus rectè colligimus, Patres iam citatos nobiscum sentire quòd primus homo sit creatus in gratia; tametsi locus Scripturæ id non importet, nisi fortè iuxta sensum allegoricum: vt D. Thomas proximè citatus insinuat. Qui rursus 1. p. q. 95. ar. 1. in Corpore,

Cyrill. Alex. *Greg. Nyssen.* *Chrysostomus.* *Hilarius.* *Chrysologus.* *Augustinus.* *Fulgentius.* *Pet. Damiani.* *Ambrosius.* *Basilius.* *Cyrill. Alex.* *Tertullianus.* *Cyprianus.* *Philaster.* *Augustinus.* *D. Thomas.*

V cum

cùm commemoraſſet quorundam ſententiam, negantium primum hominem in gratia fuiſſe conditum, ſubdidit: 'Sed quòd fuerit conditus ,in gratia, vt alij dicunt, videtur requirere ipſa rectitudo primi ſtatus, ,in qua Deus hominem fecit, ſecundùm illud Eccleſiaſtis 7. *Deus fecit* Eccle. 7. ,*hominem rectum.* Erat enim rectitudo ſecundùm hoc, quòd ratio ſub- ,debatur Deo, rationi verò inferiores vires, & animæ corpus. Prima ,autem ſubiectio erat cauſa & ſecundæ, & tertiæ: Quamdiu enim ratio ,manebat Deo ſubiecta, inferiora ei ſubdebantur, vt Auguſtinus dicit'. Alludit veriſimiliter ad ſermonem 12. de verbis Apoſtoli, vbi Auguſtinus ait cap. 3. 'Mentis & carnis vnus eſt artifex: Ipſe, QVANDO HOMINEM CREAVIT, vtrumque fecit, vtrumque coniunxit; carnem animæ ſubdidit, animam ſibi. Si ſemper illa ſtaret ſub Domino ſuo, ſemper & iſta obediret Dominæ ſuæ'. Qui rurſus lib. 13. de Civit. cap. 13. poſt verba à D. Thoma ibidem inferiùs deſcripta ſubtexit: 'Iam quippe anima libertate in perverſum propriâ delectata, & ,Deo dedignata ſervire, priſtino corporis ſervitio deſtituebatur: Et ,quia ſuperiorem Dominum ſuo arbitrio deſeruerat, inferiorem famulum ad ſuum arbitrium non tenebat'. Et mox initio capitis ſequẽtis: 'Deus enim (ſubdit) *creavit hominem rectum*, naturarum author, non ,vtique vitiorum: ſed ſponte depravatus, iuſtèque damnatus, depravatos damnatoſque generavit'. Hanc porrò rectitudinem lib. de Natura & Gratia cap. 41. & 43. *Salutem* vocat, & *ſanitatem*: & Enchiridij cap. 104. rurſus *ſalutem*: & ibidem cap. 106. *iuſtitiam*, & *vitam iuſtitiæ*: & cap. 107. *Rectitudinem*: & Epiſt. 106. *integritatem*, & *ſalutem*. Quem locum tranſcripſit Proſper Sent. 308. & in canonem fidei redegit Synodus Arauſicana cap. 19. ſic definiens: 'Natura humana, etiam- ,ſi in illa INTEGRITATE, IN QVA CONDITA EST, permaneret, nullo ,modo ſeipſam, creatore ſuo non adiuvante, ſervaret. Vnde cùm ſine ,Dei gratia SALVTEM non poſſit cuſtodire quam accepit, quomodo ſine Dei gratia poterit reparare quod perdidit'? Cui noviſſimè Tridentina Synodus aſtipulatur, anathema dicens ei [n] 'Qui non confite- ,tur, primum hominem Adam, cùm mandatum Dei in paradiſo ,fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam, IN QVA CONSTITVTVS FVERAT, amiſiſſe'. Tametſi enim pro eo quod Arauſicana dicit, naturam humanam fuiſſe in ſalute ſeu integritate *conditam*, Tridentina dicat, Primum hominem fuiſſe in ſanctitate & iuſtitia *conſtitutum*; idem tamen ſenſus ab vtraque videtur intentus: vt proinde Auguſtini hac in parte ſenſum vtraque Synodus expreſſerit; Arauſicana quidem verbis eiſdem, Tridentina paululùm variatis. Cui ſenſui congruit Apoſtolica illa parænefis, *Renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.* Eph. 4. 2. Vbi quanquam per *novum hominem* alij Chriſtum, alij Chriſtianum de vetuſtate renovatum intelligant, nihil tamen vetat intelligi protoplaſtum noviter creatum: 'Expoſuit (ait in eum locum Primaſius) quid ,ſit hominem ad imaginem Dei eſſe creatum: vt ſit ſcilicet iuſtus, & ſanctus, & verax, ſicut Deus'.

Auguſtinus. Vide Greg. lib. 26. Moral. c. 13.

Proſper.

Synodus Arauſ. Vide Fulgent. Epiſt. 4. ad Probam cap. 2.

[n] *Synod. Trident. Seſſ. 5. Can. 1.*

Primaſius.

Digitized by Google

6. Reſtat nunc dicendum de peregrinationis exercitio; & probandum de primo homine, quod cap. 2. §. 6. & cap. 3. §. 1. probatum eſt de Angelis, eum ſcilicet primo inſtanti exiſtentiæ ſuæ peregrinari cœpiſſe. Prima probatio ſumitur ex obligatione, quâ creatura rationalis tenetur ſe ad creatorem ſuum convertere primo inſtanti vſus rationis, vt cap. 3. §. 1. ex Angelico Doctore oſtenſum eſt. Vnde ſic licebit ratiocinari: Primus homo creatus eſt adultus ac rationis compos: Ergo tenebatur primo inſtanti convertere ſe ad creatorem ſuum tanquam finem vltimum. Aut ergo primo inſtanti peccavit, aut certè huic obligationi ſatisfecit. Non peccavit autem, imò nec peccare potuit: vt ex dictis cap. 3. §. 6. patet. Jgitur prætactæ obligationi ſatisfecit: adeòque meritoriam peregrinationem inchoavit: Neque enim agnoſcenda eſt vlla peregrinatio moralis inter meritoriam & demeritoriam media; vt nunc ſuppono, alibi probandum. Addo præterea, converſionem creaturæ ad creatorem, pro primo inſtanti vſus rationis debibitam, ex mente D. Thomæ iam citati, eſſe meritoriam: vſqueadeò quidem vt in homine lapſo ſufficiat ad remiſſionem peccati originalis. Secunda probatio ſumitur ex Scripturis præcedenti §. allegatis, quibus Deus dicitur *feciſſe hominem rectum*, item *creaſſe hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*. Eccle. 7. 30. Gen. 1. 27. Etenim rectitudo, & imago, & ſimilitudo iſta, non in nuda potentia, vel habitu, vel actu primo; ſed potiſſimùm in actibus ſecundis conſiſtit: ° 'Primò & principaliter (ait Angelicus ,Doctor) attenditur imago Trinitatis in mente, ſecundùm actus: pro-,ut ſcilicet ex notitia quam habemus cogitando interiùs, verbum for-,mamus; & ex hoc in amorem prorumpimus'. Jndicat hoc ipſum Papa Gregorius in caput 2.^m libri 1. Regum ad illa verba, *vt offerat nummum argenteum*, ita ſcribens: 'Imago & ſimilitudo Dei eſt, inclyto ,odio malum odire, & amore perfecto Deum diligere. Vnde & Pro-,pheta claritatem divinæ ſimilitudinis ab humano genere perijſſe in-,tuens, ad eum qui cum inclyta reparationis noſtræ luce de cœlo venit, ,reſpicit, dicens: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem*. Hinc ſe iam de ,eius contemplatione in perfectionis formam renovatum conſiderans, ait: *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi*'. Huc referri poſſunt quæ præcedenti §. ex papa Leone & Proſpero deſcripſimus. Quibus addi poteſt & illud eiuſdem Leonis Serm. 4. de Nativitate capite 2. 'Primus homo carnis ſubſtantiam accepit è terra, & rationali ſpiritu ,per inſufflationem creantis animatus eſt; vt ad imaginem & ſimilitu-,dinem ſui Authoris vivens, formam Dei bonitatis atque iuſtitiæ in ſplendore IMITATIONIS tanquam in ſpeculi nitore ſervaret'. Conſonat Anſelmus in Mantiſſa Meditationum Medit. 1. §. 5. 'Jn hoc (in-,quiens) homo ſimilis eſt Creatori; quia Creator voluntate bonus, ho-,mo voluntate bonus: ſed in hoc differens, quia Creator æternaliter ,à ſeipſo eſt bonus, & eſſentialiter; homo verò ideò eſt bonus, quia IMITATVR eum qui æternaliter & eſſentialiter à ſeipſo eſt bonus'. Et paulò infrà ibidem: 'Si homo (inquit) concordat cum voluntate Dei,

° D. Thomas 1. p. q. 93. ar. 7. in corpore.

Gregorius.

Proſper.

Leo.

Anſelmus.

'& idem vult, quod vult Deus; exprimit in se imaginem Dei'. Consonat Rupertus lib. 2. de Vict. verbi Dei cap. 6. quatenus asserit, 'Hominem factum esse ad Dei similitudinem in eo, VT ESSET IMITATOR SVI CREATORIS, & IMITANDO ILLVM PROFICERET AD GLORIAM VISIONIS'. Nec aliud intendit Richardus Victorinus, si tamē ipse author est & non potiùs Hugo Victorinus, l. 1. exceptionū c. 1. vbi exponens quemadmodū Deus creaturam rationalem ad imaginem & similitudinem suam condiderit: 'Ad imaginē suam (inquit) fecit eam secundùm rationem, ad similitudinem suam secundùm DILECTIONEM: Ad imaginem suam secundùm intellectum, ad similitudinem suam secundùm AFFECTVM: Ad imaginem suam secundū cognitionem veritatis, ad similitudinem suam secundùm AMOREM VIRTVTIS. Sic Opifex Deus fecit creaturam rationalem ad imaginem & similitudinem suam, vt per hoc quòd facta esset ad imaginem Dei, Deum cognosceret; & per hoc quòd facta esset ad similitudinem Dei, Deum diligeret; & cognoscendo & diligendo, Deum possideret, & possidendo beata esset'. Et paulò infrà ibidem: 'Secundùm illud originale bonum (subdit) quo facta est ad imaginem Dei ipsa spiritualis creatura, elucet ad cognitionem; & secundùm illud bonum quo facta est ad similitudinem Dei, CALET AD DILECTIONEM'. Idem rursus lib. 1. de Eruditione interioris hominis cap. 31. tractans illud Danielis ad Nabuchodonosor, *Tu es caput aureum, & post te consurget regnum aliud minus te*: 'Si post multam charitatem (inquit) magnamque animi devotionem desieris esse devotus, destiteriſque esse aureus, nunquid ipse eris qui priùs? *Homo*, inquit, *cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Similem esse Deo, mirabile decus; similem esse pecoribus, miserabile dedecus. Ergo alius & alius similis Deo, & similis pecoribus. Homo bonus factus est, & ad bonitatem creatus est: *Solummodò hoc inveni*, inquit Ecclesiastes, *quia fecerit Deus hominem rectum, & ipse immiscuerit se infinitis quæstionibus.* Si ergo CHARITATE FERVES, ET IN BONI DILECTIONE PERMANES, *aureum caput* habes, & tu ipse es: quia id es, quod, & ad quod factus es, & esse debes. Sed charitate in te frigescente, cùm iam cœperis à pristino fervore deficere, nunquid adhuc eris ipse, & non potiùs alius minor te'? Ex quo planum est, hominem eatenus ex Richardi mente factum fuisse *Rectum*, quatenus factus est *charitate fervens*, ac *bonum diligens*. Hanc porrò intelligentiam Richardus hausit ex Augustino, qui primævam hominis rectitudinem nihil aliud esse censet quàm bonam voluntatem: P 'Fecit itaque Deus (ait ipse) sicut scriptum est, *hominem rectum*; ac per hoc BONÆ VOLVNTATIS: non enim rectus esset, bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus est Dei: cum ea quippe ab illo factus est homo'. Et inferiùs cap. 27. 'Propter meritum (inquit) primæ malæ voluntatis ita damnato atque obdurato Angelo malo, vt iam bonam voluntatem vlteriùs non haberet, benè vtens Deus, cur non permitteret,

Rupertus.

Rich. Victor.

Dan. 2. 38

Psal. 48. 21

Eccle. 7. 30

Vide Hieron. l. 1 contra Iovinian. c. 16. & in cap. 7 Ecclesiastes ad vers. 30.

P Aug. l. 14. de Civit. cap. 11.

›mitteret, vt ab illo primus homo, qui RECTVS, hoc eſt, BONÆ VOLVNTATIS creatus fuerat, tentaretur? Et lib. de Corrept. & Gratia cap. 11. 'Tunc (inquit) dederat homini Deus BONAM VOLVNTATEM: In illa quippe eum fecerat, qui fecerat RECTVM'. Et ne quis ſuſpicaretur hanc rectitudinem non fuiſſe primo homini coævam, ſed priùs condito ſubſequenter collatam, ſuperiùs ibidem cap. 6. præmiſerat: 'Fecit Deus hominem rectum AB INITIO HVMANÆ CREATVRÆ'. Rurſus ne quis putaret Auguſtinum loqui de voluntate bona, prout dicit potentiam naturalem, vel habitum ei ſuperadditum; non autem vt importat actum volendi, & quidem meritorium; notanda eſt antitheſis quam ponit inter voluntatem bonam cum qua primus homo conditus eſt, & voluntatem malam propter quam Angelus damnari meruit, cùm ait iam citatus: *Propter meritum primæ malæ voluntatis* &c. Vbi manifeſtum eſt, eum loqui de voluntate mala prout importat actum volendi demeritorium: adeoque de voluntate bona prout importat actū volendi meritorium. Nam mox ibidem de homine primo ſubiungit: 9 'Sic inſtitutus erat, vt ſi de adiutorio Dei fideret, bonus homo ma- 9 Aug. l. 14. de
›lum Angelum vinceret; ſi autem creatorem atque adiutorem Deum Civit. cap. 27.
›ſuperbè ſibi placendo deſereret, vinceretur: MERITVM BONVM HA-
›BENS IN ADIVTA DIVINITVS VOLVNTATE RECTA, MALVM VERO INDESERENTE DEVM VOLVNTATE PERVERSA'. Quid apertiùs quàm Auguſtinum hic loqui non de potentia vel habitu aliquo, ſed de actuali volitione, quæ ſola capax eſt meriti ſeu boni ſeu mali: boni quidem ſi ſit recta, mali ſi perverſa? Quid porrò ſit recta voluntas, & quid perverſa, dixerat ſuperiùs ibidem cap. 7. 'Recta voluntas (inquiens) eſt bonus amor, & voluntas perverſa malus amor'. Quam hìc vocat voluntatem *rectam*, ſuperiùs ibidem vocarat *bonam*, dicens: 'Cuius propoſitum eſt amare Deum, & non ſecundùm hominem, ſed
›ſecundùm Deum amare proximum, ſicut etiam ſeipſum; proculdu-
›bio propter hunc amorem dicitur voluntatis bonæ, quæ vſitatiùs in Vide Aug. lib. de Scripturis ſacris charitas appellatur'. Hanc voluntatem bonam lib. 12. Grat. chriſtic. 21.
eiuſdem Operis cap. 9. vocaverat *amorem caſtum*, vt videre eſt hìc ſuperiùs cap. 3. §. 1. vbi & hanc voluntatis bonæ deſcriptionem ex ipſo memoravimus: *Voluntas bona, id eſt, voluntas Deo fideliter ſubdita, voluntas ſanctitate ſuperni amoris accenſa* &c. Porrò voluntatem primi hominis fuiſſe ſic accenſam quamdiu ipſe perſtitit rectus, indicat Auguſtinus lib. 14. de Civit. cap. 13. 'Si voluntas (inquiens) in amore ſuperioris immutabilis boni, A QVO ILLVSTRABATVR VT VIDERET, ET
›ACCENDEBATVR VT AMARET, ſtabilis permaneret; non inde ad
›ſibi placendum averteretur, & ex hoc intenebreſceret, & frigeſceret'. Et inferiùs cap. 26. enumerans dotes quibus vſque ad lapſum primus parens ditabatur, ait inter alia: 'Gaudium verum perpetuaba-
›tur ex Deo, in quem FLAGRABAT CHARITAS ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non fictâ'. In hac itaque flagrantia charitatis, in hoc ardore bonæ voluntatis principaliter conſiſtebat rectitudo primi

Præoccupatio.

Præoccupatio.

mi ſtatus, in qua hominem à Deo conditum fuiſſe Eccleſiaſtes teſtatur. Vnde cùm flagrantia charitatis, & ardor bonæ voluntatis in homine viatore ſit meritoria peregrinatio, quid reſtat niſi vt incunctanter teneamus, humanam peregrinationem homini primo fuiſſe coævam? [r]'Homo enim (vt præclarè ait Auguſtini diſcipulus) ad imaginem Dei factus, RECTITVDINEM ACCEPIT VOLVNTATIS ET OPERIS'. Intellexerat id pridem Cyrillus Hieroſolymitanus: & idcircò Eccleſiaſten dicentem, *Deum feciſſe hominem rectum*, comparavit cum Apoſtolo dicente, *Creatos nos eſſe in operibus bonis, quæ præparavit Deus, vt ambulemus in illis*: [s]'Gravis eſt res peccatum (ait ille) & morbus animæ acerbiſſimus iniquitas, quæ & nervos illius omnes præcidit, & æterno igni obnoxiam fecit: Malum liberi arbitrij, germenque voluntarium. Nam quòd voluntariè peccemus, dicit quodam in loco apertè Propheta; *Ego te plantavi vineam fructiferam, totam veram: quomodo conversa es in amaritudinem vti vinea aliena*? Plantatio quidem bona, ſed fructus ex voluntate malus: atque ideò plantator quidem in culpa non eſt, vinea autem comburetur: quoniam in bonum plantata eſt, & in malum ex voluntate fructificavit: *Fecerat enim Deus hominem rectum*, vt inquit Eccleſiaſtes; *ſed ipſe quæſivit quæſtiones multas*: Et Apoſtolus dicit, *Ipſius enim factura ſumus, creati in bonis operibus, quæ præparavit Deus, vt ambulemus in illis*. Creator itaque, cùm ſit bonus, bonos creavit: creatura verò voluntate propriâ in amaritudinem converſa eſt'.

[r] *Fulgent. l. 1. de Verit. Prædeſt. c. 1.*

[s] *Cyrill. Hieroſol. Catech. 2. Illumin.*

Eph. 2.

Hier. 2.

CAPVT IX.

Referuntur ac refelluntur argumenta quibus tradita mox doctrina impetitur, quorum eliſione veritas amplius conſtabilitur.

I. TAmetſi ex mox dictis liquidò ſatis appareat, humanam peregrinationem humanæ naturæ inſtitutioni fuiſſe coævam; pro pleniori tamen veritatis elucidatione referendæ ac diſpellendæ ſunt obiectiones, quibus adverſa ſententia vel ſuaderi queat imparatis, vel perſuaderi fortè imperitis. Cùm itaque ex dictis ſuperiori capite §. 3. & duobus ſequentibus conſtet, meritoriam peregrinationem tres præexigere in peregrinante conditiones, ſtatum videlicet viatoris, mentis diſcretionem, & gratiæ opitulationem; quid adversùs ſingulas obijci ſoleat, diſcutiendum hìc eſt. Adversùs primam obijcitur eorum Patrum authoritas, qui primos homines vſque ad lapſum beatos fuiſſe indicant: vnde conſequens eſt, eos non in ſtatu viatorum, ſed potiùs comprehenſorum fuiſſe creatos. Ex his eſt Auguſtinus lib. 11. de Civit. cap. 12. 'Quis enim (inquiens) primos illos homines in paradiſo negare audeat BEATOS FVISSE ante peccatum'? Et lib. 14. eiuſdem Operis cap. 10. probans ex abſurdo primos homines ante lapſum non habuiſſe illas animi perturbationes, quibus modò divexantur eorum poſteri

Obiectio. 1.ª

Auguſtinus. Vid. l. 11. de Gen. ad liter. cap. 18. & l. de Corrept. & Grat. c. 10.

Digitized by Google

posteri: 'Si enim habebant (inquit) quomodo erant BEATI in illo memorabili beatitudinis loco, id est, in paradiso'? Nec satisfit dicendo, Hinc vt summum colligi, protoplastos in paradiso fuisse extra statum viæ, non verò Adamum cùm extra paradisum conderetur. Nam inprimis hinc saltem colligitur, Evam fuisse in termino beatitudinis conditam, quippe intra paradisum de costa Adæ formatam. Deinde idem Augustinus lib. 1. Operis imperf. adversùs Iulianum cap. 69. disertè ait: 'Nostra natura BEATA est primitus instituta'. Est autem primitus instituta in Adamo: Ergo Adamus in termino beatitudinis est conditus. Vnde & Evodius apud eundem Augustinum lib. 1. de libero arbitrio cap. 11. 'Quanquam credamus (inquit) hominem ,tam perfectè conditum à Deo, & IN BEATA VITA CONSTITVTVM, vt ,ad ærumnas mortalis vitæ ipse inde propriâ voluntate delapsus sit: ,tamen hoc cùm FIRMISSIMA FIDE teneam, intelligentiâ nondum assecutus sum'. Ecce quàm incunctanter Evodius suum & collocutoris Augustini sensum expresserit, quamvis supra humanam intelligentiam eum esse agnoverit. Nec verò responderi his authoritatibus potest, eas esse intelligendas de beatitudine viæ, non patriæ: prout hìc superiùs cap. 3. §. 2. responsum est ad similes authoritates adversùs Angelorum peregrinationem obiectas. Nam Augustinus alibi apertè satis indicat, Adamum ante lapsum fuisse beatum eâ beatitudine, quæ in visione Dei consistit: [a] 'Dicatur mihi (inquiens de Adamo) quid ,illi deerat in paradiso constituto, in media opulentia, mediisque delicijs; cui magnæ deliciæ erant ipsa DEI VISIO: cuius faciem quasi inimici timuit post peccatum'? Nec satisfit dicendo, Augustinum hìc loqui de visione Dei secundùm corporalẽ aliquã speciẽ apparentis, non verò secundùm divinitatem. Nam idem lib. de Catechizandis Rudibus c. 17. hanc evasionem præcludit, dicens de Deo: 'Fecit omnia per ,Verbum suum: & Verbum eius ipse Christus, in quo requiescunt ,Angeli, & omnes cœlestes mundissimi spiritus in sancto silentio: ,Homo autem peccato lapsus perdidit requiem QVAM HABEBAT IN EIVS DIVINITATE, & recepit eam in eius humanitate'. Ecce apertissimè indicat, hominem ante lapsum requievisse in Christi divinitate, ad eum modum quo in ea nunc requiescunt Angeli sancti. Vnde & capite proximè sequenti ibidem indicat, requiem istam futuram fuisse æternam, nisi peccatum interveniisset. Ait quippe ibi de primis parentibus: 'Constituit eos Deus in quodam loco PERPETVÆ BEATI-,TVDINIS, quem appellat Scriptura paradisum: præceptumque illis de-,dit, quòd si non transgrederentur, in ILLA SEMPER IMMORTALITATIS BEATITVDINE PERMANERENT'. Aut igitur Protoplasti ante lapsum habuerant beatitudinem patriæ, aut certè nunquam eam adepturi fuissent, etiamsi perseverassent. Consequentia patet, quia iuxta Augustinum, semper in illa beatitudine quam habebant permãsissent, si præceptum transgressi non fuissent. Si ergo illa fuit beatitudo viæ, & non patriæ, Protoplasti semper in via mansissent, & nunquam

Præoccupatio.

Evodius.

Præoccupatio.

[a] *Aug. Concione 2. in Psalm. 70. vers. 19.*

Præoccupatio.

quam in patriam perveniſſent, ſi præceptum inviolatè cuſtodiſſent. Vt ergo hæc incommoda evitentur, neceſſariò fatendum eſt, Protoplaſtos vſque ad lapſum fuiſſe beatos beatitudine patriæ, & ab ea excidiſſe per lapſum. Confirmatur hoc ipſum ex eodem Auguſtino, qui lib. 2. Quæſtionum Evangel. q. 19. exponens Parabolam *hominis deſcendentis ab Hieruſalem in Hiericho*: 'Ipſe Adam (inquit) intelligitur in genere humano. *Hieruſalem* civitas pacis illa eſt CÆLESTIS, A CVIVS BEATITVDINE LAPSVS EST'. Quid apertius quàm quòd Adam ex Auguſtini ſententia lapſus ſit à beatitudine cœleſtis Hieruſalem? Eandem beatitudinem lib. 4. de Trinitate cap. 1. vocat incommutabile gaudium: 'Exulavimus (inquiens) ab incommutabili gaudio'. Quæ verba de beatitudine viæ non poſſunt niſi violentè abuſivèque intelligi, cùm omne gaudium viæ commutabile ſit ac tranſitorium. Debent ergo intelligi de beatitudine patriæ, id eſt, cœleſtis illius Hieruſalem, 'Ad cuius reditum ſuſpiramus', vt idem Auguſtinus in Præfat. libri 2. citatus perhibet. Vbi notandum, eum non dixiſſe, Ad cuius aſcenſum ſuſpiramus, ſed, *Ad cuius* REDITVM *ſuſpiramus*: quia nimirum ibi aliquando fuimus, ſed inde in Hiericho deportati ſumus: [b] 'Hiericho enim (ait Ambroſius) figura iſtius mundi eſt; in quam de paradiſo, HOC EST, DE HIERVSALEM ILLA CÆLESTI, electus Adam, prævaricationis prolapſione deſcendit'. Deplorat hunc caſum Beatus Anſelmus cùm ait: [c] 'Manducabat tunc *homo panem Angelorum*, quem nunc eſurit: manducat nunc panem dolorum, quem tunc neſciebat. Heu publicus luctus hominum, vniverſalis planctus filiorum Adæ. Ille ructabat ſaturitate, nos ſuſpiramus eſurie: Ille abundabat, nos mendicamus: Ille fœliciter tenebat, & miſerè deſeruit; nos infœliciter egemus, & miſerabiliter deſideramus; & heu, vacui remanemus. Cur non nobis cuſtodivit, cùm facilè poſſet, quo tam graviter caremus? Quare ſic nobis obſeravit lucem, & obduxit nos tenebris? Vt quid abſtulit nobis vitam, & inflixit mortem? Ærumnoſi, vnde ſumus expulſi, quò ſumus impulſi? Vnde præcipitati, quò obruti? A PATRIA in exilium: à VISIONE DEI ad cæcitatem noſtram: à iucunditate immortalitatis, ad amaritudinem & horrorem mortis'. Conſonat Gregorius Homil. 34. in Evangelia, vbi exponens Parabolam Paſtoris, qui *relictis nonaginta novem ovibus in deſerto* quæſivit ovem centeſimam aberrantem: 'Dimiſit (inquit) *nonaginta novem oves in deſerto*: quia illos ſummos Angelorum choros reliquit in cœlo. Cur autem cœlum *Deſertum* vocatur, niſi quòd *deſertum* dicitur derelictum? Tunc autem CÆLVM HOMO DESERVIT, CVM PECCAVIT'. Homo proinde in cœlo fuit quoadvſque peccavit: non quidem corporaliter, ſed intentionaliter; quia nimirum cum ſanctis Angelis faciem Dei contemplabatur quaſi in meridie. Unde idem Gregorius in Pſalmum 5.[m] pœnitentialem ad verſum 12. 'Quaſi meridies (inquit) in Adam pectore inerat, dum lumine divinæ contemplationis illuſtratus, amoris ſummi facibus ardebat. Sed hunc miſer meridiē perdidit, cùm peccavit. Ibi enim amo-

Vide Baſil. Homil. 21. in Aliquot Scripturæ locos.

[b] *Ambroſ. l. 7. in cap. 10. Lucæ.*

[c] *Anſelm. in Proſologio c. 1.*

Pſal. 7 25.

Luc. 15

Gregorius.

ris

,ris refriguit incendium, caligavit claritas, DEFECIT VISIO'. De hoc *Meridie* videri potest Aug. lib. de Natura & Gratia cap. 31. Videri præterea possunt quæ hìc superiùs cap. 3. §. 3. in fine diximus de cognitione meridiana Angelorum. His consona sunt quæ scribit Fulgen-
l.10. 30 tius Homil. 61. *De eo qui incidit in latrones*: 'Nomen (inquiens) non *Fulgentius.*
,commemoratur, quia deletus erat de libro viventium, DIMISERAT ,VISIONEM PACIS: Sic enim *Hierusalem*, VNDE DESCENDERAT, in-,terpretatur. Dimiserat templum pacis, SEDEM QVIETIS, CVRIAM ANGELORVM, ECCLESIAM PRIMOGENITORVM'. Favet Basilius Homil. *Quòd Deus non sit author malorum*: 'Erat aliquando Adam (in- *Basilius.*
,quiens) in sublimi, nõ loco, sed arbitrio; quando statim animâ sumptâ ,in cœlum lætus aspexit, ex ijs quæ vidit maximè gavisus; ac eũ vehe-,mèter amans, à quo beneficium tantũ, & ÆTERNÆ VITÆ FRVITIO-,NEM ACCEPERAT; qui paradisi interesse delicijs, & AQVE CVM AN-,GELIS ET ARCHANGELIS REGNARE AC VIVERE, ET DIVINÆ VO-,CIS PARTICIPEM ESSE DEDERAT. CVM his omnibus per Deum ,POTIRETVR, statim rebus omnibus refertus, quasi præ satietate ,luxurians, quod corporeis videbatur oculis delectabile intellectuali ,pulchritudini prætulit, & ventris saturitatem spiritali delectatione po-,tiorem habuit. Ex quo statim è paradiso pulsus, extra BEATAM IL-,LAM FVIT VITAM'. Basilij frater Gregorius Nyssenus eandem sententiam perspicuè amplectitur, cùm de summo bono omnem sensum exuperante loquens: [d] 'Huius boni (inquit) quod superat omnem vim *[d] Greg. Nyssen. Orat. 3. de Beatitudinibus.*
comprehendendi, nos homines olim participes eramus'. Et ne quis hæc verba de imperfecta duntaxat & viatoria participatione, non de comprehensoria putaret intelligenda, subdit Author mox infrà: 'Quę ,nunc de illo (bono) per coniecturas speculamur & imaginamur, hæc ,OMNIA circa hominem quoq; erant: incorruptibilitas simul & BEA-,TITVDO: Propria, & à nullius alterius arbitrio dominiove pendens, ,potestas, vita nullis negotijs implicata, nullis molestijs, nulli ægri-,tudini obnoxia, statioque augustior, atque in locis divinis vitæ tra-,ductio: facultas item, APERTA SIMVL AC PVRA MENTE, OMNI VELAMENTO DETRACTO, BONVM CONTVENDI'. Consonat Ru- *Rupertus.*
pertus lib. 1. in Ioannem paulò ante finem: 'Res est (inquiens) non ,meriti, sed gratiæ, magnitudo vel æternitas cœlestis gloriæ. Gratis ,data est beatis Angelis, gratis nihilo minus DATA FVIT PRIMIS PA-RENTIBVS HVMANI GENERIS', Paulò superiùs ibidem dixerat, 'Nos ,in primo parente perdidisse PATRIAM LVCIS, & VERAM TERRAM PROMISSIONIS'. Qui rursus lib. 6. de Divinis officijs cap. 34. 'Homo ,(inquit) cuius est miseria mortalis vel mortalitas misera, à DEI QVI-,DEM BEATITVDINE CECIDIT, sed vsque ad dæmonum miseriam non pervenit'. Consonat Bernardus Serm. 1. de Pugna Spirituali, sub
initium: Ubi loquens de primo homine: 'Instruxit eum (inquit) & *Bernardus.*
,monuit Deus, Dominum eum paradisi constituens, OMNESQVE THE-SAVROS GLORIÆ SVÆ EI OSTENDENS'. His addi potest Hugonis

Hugo Victor. Victorini testimonium cap. 2. §. 5. in fine relatum. Illud item eiusdem lib. 4. de Arca Morali cap. 3. 'Primus homo creatorem suum deseruit, cùm eum PER CONTEMPLATIONEM PRÆSENTEM ASPICERET: nunc autem homo creatorē, QVEM NON VIDET PER SPECIEM, QVÆRIT PER FIDEM'. Videbat ergo primus homo creatorem suum per speciem ante lapsum, quem nunc eius posteri quærunt per fidem. De eodem primo homine fœliciter instituto, ac creatoris sui contemplatione beato, Prosper lib. 2. de Vita contemplativa (si tamen ipse author est, & non potiùs Iulianus Pomerius, vt quidam volunt) ita

Prosper. scribit cap. 18. 'Quid eo fœlicius fuit, cui erat orbis subiectus, nullus infestus, liber animus, & VISIBILIS DEVS'? Hanc eius fœlicitatem superiùs in principio capitis appellarat *Beatitudinem.* Quinimò papa

[c] *Leo Serm. 12. de Passione c. 2.* Leo eandem appellat *ab æternitatis arcem*: [c] 'In ineffabili (inquiens) ,vnitate Trinitatis, cuius in omnibus communia sunt opera atque iu,dicia, reparationem humani generis propriè Filij persona suscepit: vt ,quoniam ipse est *per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil,* Ioan. 1. 3 ,quique plasmatum de limo terræ hominem flatu vitæ rationalis ani,mavit; idem naturam nostram AB ÆTERNITATIS ARCE DEIECTAM, amissæ restitueret dignitati'. Eidem sententiæ astipulari neces-

Confirmatio. 2.ª se est eos, qui censent, homines lapsos in eum paradisum reduci per Christum Salvatorem, vnde fuerant expulsi per Adam prævaricatorem. Cùm enim per Christum reducantur in paradisum cœlestem, qui est superna beatitudo in Dei fruitione consistens, consequens omninò est vt ibidem fuerint ante lapsum; non quidem personaliter, sed originaliter in primis parentibus, in quibus etiam inde exciderunt:

[f] *Greg. lib. 12. Moral. cap. 6.* [f] 'Ho,mo (ait Papa Gregorius) qui per se cecidit, per se AD PARADISI RE,QVIEM REDIRE non potuit, nisi veniret ille, qui suæ Incarnationis ,mysterio EIVSDEM nobis paradisi iter aperiret. Vnde & post culpam ,primi hominis, ad paradisi aditum *romphæa flammea posita esse* memo- Gen. 3. 24 ,ratur, quæ & *versatilis* dicitur, pro eo quod quandoque veniret tempus, vt etiam removeri potuisset'. Vbi manifestè alluditur ad paradisum de quo electi sunt primi homines, vt patet ex mentione *romphææ versatilis.* Aut ergo fatendum est, primos homines de cœlesti paradiso divinæ fruitionis eiectos fuisse; aut certè non illuc, sed duntaxat ad

Confirmatio. 3.ª terrestrem quendam paradisum reduci homines per Christum. Huc etiam spectat, quòd non pauci Patres perhibeant, Latroni Evangelico promissum fuisse paradisum de quo eiectus fuerat Adam, cùm dictum est ei, *Hodie mecum eris in paradiso*: cùm tamen aliunde constet, promis- Luc. 23. 4 sum fuisse latroni illis verbis paradisum cœlestis beatitudinis. Vnde consequens est, Adamum de eodem paradiso cœlestis beatitudinis fuisse eiectum. Hinc Augustinus antiquum serpentem, cuius fraude paradisum amisimus, ita alloquitur:

[g] *Aug. Ser. 122 de Tempore. Videbid. Serm. 40. c. 4. & 5.* [g] 'Prævaluisti in paradiso, sed vi,ctus es de patibulo. Quid mihi circumiectā paradiso *igneā romphæam* ,opponis? Ecce exaltati crucifixi profluēs vnda restinxit versatilē flā,mā. Iam iam patet humano generi paradisus, in quē latronē confitentē

reduxit

,reduxit Dominus Jesus Christus. O quàm grande mysterium! Paradisus, qui clausus fuerat prævaricatori, iam reseratur latroni'. Eòdem spectat & illud Hieronymi ad Dardanum : [h] 'Sanguis Christi clavis paradisi est, dicentis ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso*. Ista ,est terra viventium, terrra divitiarum, & bonorum Dei ; QVAM PRIMVS ADAM PERDIDIT, ET SECVNDVS ADAM INVENIT : IMMO AB ILLO PERDITAM ISTE RESTITVIT'. Consonat Chrysostomus in vtraque Homilia *de cruce & latrone*, Tomo 3. paulò ante finem. Nam in priori ait de die Passionis : 'Hodierna dies antiquam nobis patriam ,reddidit, paternam civitatem ostendit, domum pristinam redonavit: *Hodie* namque ait, *mecum eris in paradiso*'. In posteriori item : 'Hodie ,(inquit) Adam eiectus est de paradiso, & hodie latro in paradisum ,ingreditur. Exijt fur, & introivit fur : exijt prævaricator, & ingressus est latro : exijt contemptor verbi, & introijt confitens verbum : exijt contemnens salutem, & introijt de cruce mercans salutem'. Et paulò infrà ibidem : 'Propter vnum peccatum damnatur ,Adam, & propter vnam fidei vocem salvatur latro : vnum peccatũ ,eiecit illum, & vna iustitia introduxit istum; & latro habitator factus est paradisi'. Cæsarius Gregorij Nazianzeni frater eidem sententiæ suffragatur Dialogo 3. in Resp. ad Interrogationem 143. dicens de Christo : 'Nonne inquit ad latronem in ligno secum suspensum, *Hodie ,mecum eris in paradiso*? Reducit igitur in paradisum, qui latronem ,Adam in exilium egerat, inimicum latronem, cuius misertus erat'. Consonat Gregorius ipse Nazianzenus Orat. 42. paulò ante finem; vbi christianum hominem ad imitationem Evangelici latronis exhortans : 'Adora (inquit) tuâ causâ crucifixum, pendens etiãm ipse. Lucri aliquid ex ipsa quoque improbitate collige : morte salutem eme: ,cum Jesu paradisum ingredere, vt intelligas QVIBVS BONIS EXCIDERAS'. Subscribit Fulgentius Homil. 33. 'Primum habitatorem (inquiens) sine peccato paradisus habuit, secundum latronem post peccatum accepit : Et quia omnis creaturæ in laudibus Dei, & vox auditur, & sensus agnoscitur ; expaviſſe paradisum puto, quòd Adam peccatorem excluserit, latronem peccatorem susceperit'. His atque alijs Sanctorum Patrum attestationibus evidenter ostenditur, Adamũ ante lapsum in eo fuisse paradiso quem Christus latroni commorienti promisit. Ac per hoc æquali evidentia consequitur, Adamum in paradiso cælesti fuisse, ac hunc latroni promissum esse. Cùm igitur cœlestis paradisus non sit peregrinationis stadium, sed meta; consequenter apparet, Adamum non nisi demum post lapsum peregrinari cœpisse. Atque hoc ipsum Augustinus apertè indicat, cùm in Programmate citatus asserit, 'Peregrinationis nostræ causam esse peccatum'. Item cùm in Psalm. 125. vers. 1. ait : 'Homo civis est Hierusalem, sed venditus sub peccato factus est peregrinus'. Antequam igitur peccato venundatus fuit, peregrinus non fuit : quia nimirum civis Hierusalem fuit, & terræ promissionis inhabitator fuit : imò & terra promissio-

[h] *Hieron. Epist.* 129. *Vide* D. *Thomam* 3. p. q. 49. ar. 5.

Chrysostomus. *Vide eund. Homil.* 4. *in Marcum.*

Cæsarius.

Greg. Nazian.

Fulgentius.

Augustinus.

Aug. Ser. 105. de Tempore. nis quodammodo ipse fuit: 'Terra promissionis (ait alibi idem) quam ,toties Deus dicit *Lacte & melle manantem*, nos fuimus antequam pec- *Deut. 6.* ,caret Adam; quando in nobis nihil aliud erat, quàm quod misericordia contulerat conditoris'.

Obiectio 2. Primis hominibus defuisse ab initio discretionem rationis, adeòq; 2. vsum libertatis, suaderi potest hisce argumentis: 'Primò quia eorum posteris deest ab initio discretio & libertatis vsus: Ergo etiam ipsis. Antecedens velut experimento notissimum traditur ab Augustino lib. *Augustinus.* 5. contra Iulianum cap. 4. aliàs 3. 'Quis ignorat (inquiens) omnes homines quicunque sapientes fiunt, ex insipientibus fieri'? Ab hac generali regula Ioannem duntaxat Baptistam & Hieremiam excipi indicat, subdens continuò: 'Nisi fortè aliqui ex præconibus Mediatoris, ,magnâ eius MVLTVMQVE INSOLITA GRATIA, ad sapientiam non ex insipientia, sed ex infantia transire potuerint'. Antecedens probatur illo axiomate communiter recepto, *Modus operandi sequitur modum essendi.* Cùm igitur primi homines eundem habuerint modum essendi quem habent eorum posteri, consequens est vt etiam eundem habuerint modum operandi: Ac per hoc de insipientia transierint ad sapien- *Confirmatio.* tiam, quemadmodum nunc transeunt eorum posteri. Confirmatur hic discursus argumento sumpto ex statu quē habituri fuissent posteri Adę, qui durāte innocentiæ statu nascituri fuissent. Hi namq; in eodē statu, quātum ad rationis & liberi arbitrij vsū, nascituri tunc fuissent, in quo *k Aug. lib. 14. de Civit. cap. 10.* primi parentes fuerunt conditi: dicente alibi eodē Augustino: [k] 'Quàm ,fœlices erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus ,animorum, nullis corporum lædebantur incommodis; tam fœlix so- ,cietas vniversa esset humana, si nec illi malum quod etiam in posteros ,traijcerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet'. Atqui posterorum in illo statu non tanta fuisset fœlicitas, vt mox ab initio conceptionis pollerent vsu rationis ac liberi arbitrij: Ergo nec ipsorum primorum parentum tanta fuit fælicitas vt mox à creatione polluerint vsu rationis & liberi arbitrij. Minor probatur: quia posteris pro illo statu infuisset ab initio ignorantia rerum agendarum, perinde ac nunc; cum hoc solo discrimine, quod nunc illa sit pœnalis, tunc fuisset naturalis. Ex quibus omnibus licebit sic ratiocinari: Posteri Adæ tales in statu innocentiæ nascerentur, quantum ad vsum rationis & liberi arbitrij, qualis fuerat ipse creatus. Atqui non magis nascerentur tunc cum vsu rationis & liberi arbitrij, quàm nunc nascuntur: Ergo ipse Adam non magis cum vsu rationis & liberi arbitrij creatus fuit, quàm nunc eius posteri nascuntur. Maior patet ex Augustini verbis proximè citatis. Minor *Hugo Victor.* probatur authoritate Hugonis Victorini lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 26. dicentis: 'De sensu & cognitione veritatis fortasse minus proba- ,bile existimabitur, quòd ij qui sine peccato nascerētur, sensu & intel- ,ligētia mētis imperfecti nascerētur; propterea quòd omnis ignorātia ,in rationali creatura nō nisi ex pœna peccati esse videatur. Sed qui hoc

dicunt

Digitized by Google

,dicunt, non satis diligenter considerant, quòd non omnis qui aliquid ,nescit, aut aliquid minus perfectè scit, statim ignorantiam habere, si- ,ve in ignorantia esse, dicendus est: quia ignorantia non dicitur nisi ,tunc solùm, cùm id quod ignorari non debuisset nescitur. Talis ita- ,que ignorantia non nisi in pœnam peccati inesse cognoscitur, cùm ,mens à lumine veritatis excæcata, ne ea quæ scire deberet, cognosce- ,re valeat, proprio vitio obscuratur. Illam verò quæ in nascentibus ,cunctis nunc à principio inesse videtur, ET TVNC QVOQVE INESSE ,DEBVISSE CREDITVR, sensus sive cognitionis imperfectionem, NA- ,TVRÆ ESSE, NON CVLPÆ, EX HOC MANIFESTE LIQVET, quòd ,Dominus in Evangelio, cùm sub typo animæ Samaritanam de occul- ,tis suis conveniret, primùm eam quinque viros habuisse, ac deinde, Ioan. 4. 18 ,quem tunc habebat, virum eius non esse testatus est, dicens: *Quinque ,enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir.* Qui sunt quinque ,viri quibus anima rationalis primùm legitimè copulata dicitur, nisi ,quinque sensus corporis, secundùm quos prima ætas vitæ humanæ ,SINE RATIONIS DISCRETIONE GVBERNATVR? Secundùm quorum ,videlicet sensuum affectus incedere, si illi ætati non natura, sed vitiũ ,esset, nequaquam ipsi sensus, *viri*, sed adulteri potiùs appellati fuis- ,sent'. Et paulò infrà ibidem: 'Naturale humanæ naturæ est (subdit) ,in prima ætate secundùm solos sensuum affectus moveri atque ince- ,dere. Cùm verò ad annos discretionis pervenerit, si relictâ veritate ,errorem sequitur, eius error tunc non maritus, sed adulter appella- ,tur. Quod autem priùs secundùm solum motum sensuum incedens ,operatur, nec malum ei ad culpam, nec bonum ad meritum reputatur. ,Non igitur infantibus etiam in peccato natis vitium est, sine cogni- ,tione nasci: sed hoc eis vitium est, cum tali scilicet vitio nasci, vnde ,postmodum, cùm ad annos discretionis pervenerint, contingat eos, si ,gratiam adiuvantem non habuerint, à cognitione veritatis, illâ præ- ,sertim quæ ad salutem pertinet, præpediri. Quod si verum est, NE- ,QVE VITIVM FVISSET ILLIS QVI SINE PECCATO NASCERENTVR, ,SINE COGNITIONE ETIAM NASCI: quia nihil in se nascendo habe- ,rent, vnde postea, cùm ad tempus cognoscendi perveniissent, potuis- ,sent à cognitione veritatis præpediri'. Hugoni subscribit, eumque pro parte transcribit Magister lib. 2. Sent. Dist. 20. §. 8. & 9. favet- *Magister.* que D. Thomas ibid. q. 2. ar. 2. & q. 18. de Veritate ar. 7. & 8. & *D. Thomas.* 1. p. q. 101. ar. 1. & 2. nec non Scotus in 2.^m Dist. 20. q. 3. vbi in *Scotus.* Titulo inquirit, *Virum filij in statu innocentiæ creviſſent in corpore, & ſcientiâ, ſicut modò?* Respondetque in corpore his verbis: 'Dico, quòd ,fuissent primò NESCII: & quòd nervi eorum non fuissent primo apti ad motum progressivum'. Scotum hac in parte sequuntur Scotistæ, vti & Thomam Thomistæ: inter quos Paludanus in 2.^m Dist. 20. *Paludanus.* existimat, parvulos in statu innocentiæ habituros quidem fuisse habitualem quandam agendorum cavendorumque notitiam, sed quæ in actum minimè exisset priusquam ipsi ad annos discretionis pervenissent.

Richardus. sent. A qua sententia non abhorret Richardus de Media villa in 2.m dist. 20. ar. 2. q. 4. Hac ergo supposita sentētia de hominibus ex Adā innocente nasciturīs, procedit discursus superiùs formatus, atque in illo principio fundatus, *Modus operandi sequitur modum essendi.* Sed nec opus videtur ad discursum recurrere, cùm non desint celebres Tractatores, qui id quod colligere per ambages nitimur, sine vllis ambagibus verum esse perhibeant. Ex his est Chrysostomus Homil. de *Adam & Eva* Tomo 1. vbi Adamū ante lapsum vocat 'Rudem hominem'. Et rursus Homil. proximè sequente, quæ *De Interdictione arboris ad Adam* inscribitur:' Adam protoplastus (inquit) nec studuit seruare iussa, nec vigilavit vt serpentis malitiam præcaveret: SIMPLEX, TANTVMMODO FVIT, ASTVTVS CONTRA DIABOLVM NON FVIT'. Idipsum de Eva asserit Cyrillus Alexandrinus lib. 3. adversùs Iulianum ante medium: 'Per NIMIAM SIMPLICITATEM (inquiens) rata est muliercula forsitan & alijs animalibus datum esse vocis humanæ vsum'. Bernardus in Declamatione super illud, *Ecce nos reliquimus omnia*, expressè asserit, 'Evæ defuisse prudentiam'. Eandem defuisse & Adæ indicat Epist. 1. ad Robertum nepotem, dicens de diabolo: 'Protoplastum DOLO CAPTVM expulit de patria fœlicitatis'. De eodem Protoplasto Isidorus Hispalensis lib. de Vita & Obitu Sanctorum cap. 1. 'Hic (inquit) in delitijs florentis paradisi constitutus, inter redolentes aromatum sylvas, ac vernantia floribus arva, RVDIS HABITATOR, novæ vitæ gaudia peragebat'. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem c. 2.' A primordio (inquit de eodē) homo animalis, NON RECIPIENS QVÆ SVNT SPIRITVS, stultitiā existimavit legē Dei'. Vnde & ibidem paulò inferiùs eundem appellat 'RVDEM ADMODVM HÆRETICVM'. Huc spectat quòd Irenæus lib. 3 cap. 37. eidem protoplasto ante lapsum attribuit 'PVERILEM SENSVM'. Moyses Barcepha Comment. *De paradiso* p. 1. c. 20. disertè de eodem pronuntiat: 'Capacem perfectæ disciplinæ, simul atque conditus est, esse non potuisse'. Idque continuò probans adiungit: 'Si enim post vniversam illam legis & Prophetarum doctrinam, Judæorum quidam, in Sadducæorum, vt vocant, sectam prolapsi, mortuorum resurrectionem, & alia sana dogmata negarunt: quanto magis existimandum fuerit, Adamum in ipso statim creationis suæ RVDIMENTO incapacem fuisse absolutæ illius doctrinæ, qua persuaderi quiviſſet, manere aliquid sublime præmium eos, qui Deum amarent, præceptorumque eius obseruantes essent; ipsum nempe cœleste regnum'. Consonat Clemens Alex. lib. 6. Stromatum paulò ante medium, dicens de eodem: 'Perfectus quidem non fuit factus in constitutione, sed aptus ad suscipiendam virtutem'. Cyprianus lib. *de Vnitate Ecclesiæ* sub initium, loquens de diabolo: 'Ab initio statim mundi fefellit (inquit) & verbis mendacibus blandiens, RVDES ANIMAS incautâ credulitate decepit'. Philippus Abbas Bonæ-speēnsis lib. *de Obedientia Clericorum* cap. 5.' Adam (inquit) VELVT INFANS in vestibulo ætatis ineuntis, nondum sibi præca-

Chrysostomus.

Cyrillus Alex.

Bernardus. Mat. 19. 2

Isidorus.

Tertullianus.

Irenæus.

Moyses Barcepha.

Clemens Alex.

Cyprianus.

Philip. Bonæspeensis.

'præcavere consueverat ab incursu molestiæ postmodum subeuntis'. Et paulò infrà ibidem: 'Etsi Adam (subdit) corpore non erat infantilis, tamen non erat maturus tempore, vel senilis'. Qui rursus Epist. 1. ad Wedericum, de eodem protoplasto loquens: 'Iste (inquit) SIMPLEX ET RVDIS, necdum didicerat hostiles insidias præcavere'. Richardus Victorinus lib. de Incarnat. cap. 11. disertè asserit Adamū 'Cecidisse PER INSIPIENTIAM'. Gregorius Nazianzenus Orat. 38. protoplastos recèns conditos appellat 'Simpliciores animas'. Eadem repetit Orat. 42. Idipsum Augustinus indicat lib. de Cantico novo cap. 8. vbi cùm de eodem protoplasto dixisset: 'Deum contempsit, serpenti credidit, & quod acceperat perdidit': protinus adiecit: 'Si tunc homo NON FVIT CAVTVS, nunc homo caveat vel expertus'. Qui rursus lib. 3. de Libero arbitrio cap. 24. redarguens quosdam qui dicebant: *Si sapiens factus est primus homo, cur seductus est? Si autem stultus factus est, quomodo non est Deus author vitiorum, cùm sit stultitia maximum vitium?* ita scribit: 'Quasi verò natura humana, præter stultitiā & sapiē,tiam, nullam mediam recipiat affectionem, quæ nec stultitia nec sa,pientia dici possit. Tunc enim homo incipit aut stultus esse aut sa,piens, vt alterum horum necessariò appelletur; cùm iam posset, nisi ne,gligeret, habere sapientiam, vt vitiosæ stultitiæ sit voluntas rea. Non ,enim quisquam ita desipit, vt stultum appellet infantem, quamvis sit ,absurdior si velit appellare sapientem. Vt ergo infans nec stultus nec ,sapiens dici potest, quamvis iam homo sit; ex quo apparet, naturam ,hominis recipere aliquid medium, quod neque stultitiam, neque sa,pientiam rectè vocaveris: Ita etiamsi quisquam tali affectione anima,tus esset, qualem habent illi qui per negligentiam sapientiá carent, ,nemo eum stultum rectè diceret, quem non vitio, sed naturâ talem videret'. Probat id inferiùs exemplo catulorum, qui recenter nati, nec vident, nec cæci sunt. Quo exemplo præmisso subiungit ad propositū: 'Si ergo talis factus est homo, vt quamvis sapiens nondum esset, præ,ceptum tamen posset accipere, cui vtique obtemperare deberet: nec ,illud iam mirum est, quòd seduci potuit; nec illud iniustum, quòd ,præcepto non obtemperans pœnas luit: nec Creator eius author vi,tiorum est; quia NON HABERE SAPIENTIAM nondum erat vitium hominis, si nondum vt habere posset, acceperat'. Nec satisfit dicendo, Augustinum nihil hìc determinatè asserere, sed ex hypothesi, non admissa, sed dissimulata, loqui. Nam nisi talem hypothesin reputasset probabilem, nequaquam eam dissimulasset, sed explosisset vt futilem. Cùm ergo id non præstiterit, satis dedit intelligi, idem posse dici de primis hominibus, quod ex Hugone Victorino relatum est de eorum posteris.

Rich. Victor. *Greg. Nazian.* *Augustinus.* Præoccupatio.

3. Protoplastum non fuisse ab initio adiutum gratiâ ad meritoriè peregrinandum necessariâ, innuere videtur Apostolus, cùm eum Christo contraponens ait: *Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Vbi prior pars sententiæ intelligenda est Obiectio. 3.ª

Cap. 15.

da est cum exclusione spiritus vivificantis : alioquin enim antithesis non subsisteret, siquidem pars posterior aequit intelligi cum exclusione animæ viventis ; cùm certum sit , novissimum Adam non ita factum esse in spiritum vivificantem, vt non etiam fieret simul in animã viventem. Quòd si primus Adam factus sit in animam viventem & non simul in spiritum vivificantem, consequens est, vt priùs fuerit purè animalis, nec nisi tractu temporis cœperit fieri spiritalis : prout indicat idem ipse Apostolus evestigiò subtexens : *Sed non priùs quod spirituale est, sed quod animale* : DEINDE *quod spirituale.* Atque ita Apostolum intellexit Irenæus lib. 5. cap. 12. 'Oportuerat (inquiens) pri-
Irenæus. ,mò plasmari hominem, & plasmatum accipere animam, DEINDE sic ,communionem spiritus recipere. Quapropter & *primus Adam factus ,est à Domino in animam viventem , secundus autem in spiritum vivificantem*'. Consonat Augustinus lib. 2. de Genesi contra Manichęos cap. 8. vbi exponens quod Gen. 2. scriptum est , *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem* : 'Nondum (inquit) spi-
Augustinus. Vide eund. in Psal. 61. vers. 4. & lib. 15. de Civit. cap. 1. ,ritalem hominem debemus intelligere qui *factus est in animam vivẽtem*, ,sed adhuc animalem. Tunc enim spiritalis effectus est, cùm in paradi-,so, hoc est, in beata vita, constitutus , præceptum etiam perfectionis accepit, vt verbo Dei consummaretur'. Quia verò præceptum ita acceptum violavit, ad animalem statum quem primitus habuerat redijt, subdente ibidem consequenter Augustino : 'Itaque postquam pecca-
,vit, recedens à præcepto Dei , & dimissus de paradiso, in hoc remansit ,vt animalis esset. Et ideò animalem hominem priùs agimus omnes, ,qui de illo post peccatũ nati sumus, donec assequamur spiritalẽ Adã, id ,est, Dominum nostrum Jesum Christum, *qui peccatum non fecit* ; & ab 1. Pet. 2. 22. ,illo recreati & vivificati restituamur in paradisum , vbi latro ille *cum* Luc. 23. 43 ,*ipso eo die* meruit esse, quo vitam istam finivit. Sic enim Apostolus di-
,cit : *Sed non priùs quod spirituale est, sed quod animale, sicut scriptum est, Factus est primus Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem*'. Vnde & lib. 13. de Civit. cap. 24. nullo modo admittendam censet eorum interpretationem, qui primum hominem putant Spiritu sancto vivificatum fuisse, quando *factus in animam viventem* perhibetur: 'Illud (inquiens) parum considerate quibusdam visum est, in eo quod ,legitur, *Inspiravit Deus in faciem eius spiritum vitæ , & factus est homo in ,animam viventem* : non tunc animam primo homini datam, sed eam quę iam inerat, Spiritu sancto vivificatam'. Quem imitans Angelicus Doctor Opusculo contra errores Græcorum cap. 27. ait de eadem interpretatione : 'Videtur esse repugnans dictis Apostoli, qui 1. ad Corinth.
D. Thomas. ,15. dicit : *Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adã ,in spiritum vivificantem : sed non priùs quod spirituale est , sed quod animale:* ,vbi expresè illam vitam animæ dicit esse aliam à vita quæ est per Spi-,ritum sanctum. Unde illa inspiratio per quam dicitur *homo factus in animam viventem* , non potest de gratia Spiritus sancti intelligi'. Atq; hinc eliditur argumentum ex isto loco Geneseos præcedenti capite §. 5.

pro

Digitized by Google

pro aſtruenda creatione primi hominis in gratia allegatum ; & inſuper oppoſita ſententia ſtabilitur. Poſſumus ſimiliter elidere ac retorquere aliud argumentum ibidem allegatum, ex creatione hominis *Ad ſimilitudinem Dei* ſumptum. Quamvis enim ex Geneſis 1. conſtet, Deum
26. quaſi conſultando de hominis creatione dixiſſe, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* : mox tamen infrà, cùm creatio iam peracta memoratur, omiſsâ ſimilitudine, imago duntaxat exprimitur:
27. *Creavit Deus*, ait textus, *hominem ad imaginem ſuam* : Et continuò iterum: *Ad imaginem Dei creavit illum:* [1] 'Vnum habet procreatio (ait quidam) *Ad imaginem* : Nunquid alterum deeſt, *Ad ſimilitudinem* ? An aliter decrevit, aliter fecit ? Nunquid eum in procreando pœnituit ? An eſt infirmitas in Procreatore, vt aliud conſuluerit, aliud effecerit ? An eſt in ſermone nugatorium aliquid, & ſupervacaneum; vt idem fortaſſe ſit, *Faciamus hominem ad imaginem*, & *Faciamus ad ſimilitudinem*; vt qui *ad imaginem* dixit, *ad ſimilitudinem* dixiſſe videatur ? At ſi hoc modo intellexerimus, Scriptorem accuſabimus : Etenim ſi ſic habet, vox vacat, & bis ponitur. Dicere autem, verbum aliquod in Scriptura redundare, eſt grave nefas. Quòd ſi nihil redundat, nihil eſt inane, nihil ſupervacuum; Ergo neceſſe eſt hominem eſſe factum *ad imaginem & ſimilitudinem Dei.* Cur igitur non dixit, *Et fecit Deus hominem ad imaginem &* ſimilitudinem *ſuam* ? Quid ? Non potuit fortaſſe ? Impium eſt dicere. Decretine pœnituit ? Nefarium iſtud vel cogitare. Nunquid dixit, & conſilium mutavit ? Minimè verò. Ergo neque Scriptura hoc dicit, neque creator non poteſt, neque conſilium irritum fuit. Cur igitur ſilentio id prætermiſſum eſt ? Hactenus quæſtionis ventilatio, ſequitur nunc deciſio. Subdit quippe idem continuò, vnde nunc agitur : 'Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram : vnum in creatione, alterum in electione poſitum eſt : Nam vt fieremus *ad imaginem Dei*, dum in principio procrearemur obtinuimus : vt autem efficiamur *ad eius ſimilitudinem*, propoſito voluntateque conſequimur'. Non igitur caſu vel oblivione, ſed certo conſilio ac magno myſterio factum eſt, vt vbi primi hominis creatio decreta eſt, *imaginis* & *ſimilitudinis* mentio inſereretur : vbi verò iam facta refertur, omiſsâ *ſimilitudine*, *imago* ſola memoraretur. Quia nimirum quamvis vtraque homini conferenda eſſet, non tamen ambæ ſimul ab initio, ſed altera tunc, altera poſtmodum impertienda fuerat : 'Habet igitur homo (ſubdit ſtatim inferiùs) in creatione ſua, vt ſit *ad imaginem* : fiat *ad ſimilitudinem.* Vbi tibi gratia ? Quamobrem coronaris ? Si creator omnia dedit, quomodo tibi patet aſcenſus in cœlum ? Vnum igitur dedit, aiterum inchoatum reliquit, vt te ipſe perficiens dignus fias, qui à Deo præmium & mercedem conſequaris. Quomodo igitur ad ſimilitudinem efficimur ? Per Evangelium'. Et ne quis putet hanc ſententiam Nyſſeno eſſe peculiarem, eandem tenet Origenes lib. 3. Periarchon cap. 6. & Origenis Magiſter Clemens Alex. lib. 2. Stromatum poſt
18. medium, & Hieronymus in caput 28. Ezechielis ad illa verba, *Tu ſig-*

[1] *Greg. Nyſſen. Homil. 1. in illud*, Faciamus hominem &c.

Origenes. Clemens Alex. Hieronymus.

Digitized by Google

Paulinus. Rupertus. Peluſiota. Philaſter.

naculum ſimilitudinis, & Paulinus Nolanus Epiſt. 2. ad Severum, & Rupertus l. 2. in Gen. c. 6. & l. 6. de Glorif. Trin. c. 19. & Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 95. & Philaſter Hæreſi 85. qui videri præterea poteſt ibidem ſuperiùs Hæreſi 50. & inferiùs Hæreſi 99. His addi poſſunt & alij Patres, quj diſertè negant, Adamum ab initio Spiritum ſanctum habuiſſe: vt Author Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti apud Auguſtinum Tomo 4. Qui cùm q. 123. præmiſiſſet illud Apoſtoli,

Pſeudo-Auguſtinus.

Factus eſt primus homo Adam in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem &c. ſubdidit: 'Quid tam apertum quàm quòd Adam non habuit Spiritum ſanctum'? Et paulò infrà ibidem: 'Adæ certè ,(inquit) terrena & carnalis fuit factura, non ſpiritalis: Non enim ex ,Deo ſine carne & ſanguine natus eſt, ſed de terra à Deo factus; ideo- ,que non potuit Spiritum ſanctum accipere, qui non erat ſpiritalis, & cui conceſſum non erat Patrem Deum vocare in oratione'. Conſonat

Cyprianus. Vide Tertull. l. de Baptiſmo cap. 5.

Cyprianus Epiſt. 74. 'Non per manus impoſitionem quis naſcitur ,(inquiens) quando accipit Spiritum ſanctum, ſed in baptiſmo: vt ſpi- ,ritum iam natus accipiat, ſicut IN PRIMO HOMINE ADAM factum eſt. ,Antè enim Deus eum plaſmavit, & tunc *inſufflavit in faciem eius ſpiri- ,tum vitæ*: Nec enim poteſt accipi Spiritus, NISI PRIVS FVERIT QVI ACCIPIAT'. Athanaſius Orat. 3. contra Arrianos: 'Quę fiunt & con- ,duntur (inquit) primum eſſendi exiſtendiąue causâ in rerum natu- ,ram proveniunt, ſecundariò DEINDE vt aliquid faciant quod Ver- ,bum præceperit. Ac tale aliquid in omnibus alijs videre licet: Adam ,enim creatus eſt, NON PRIMVM VT OPERARETVR, SED VT HOMO ,EXISTERET, POSTEA AVTEM MANDATVM OPERANDI ACCEPIT'.

Athanaſius.

Cyrillus Alex. Vide eundem lib. 9. in Ioan. c. 47. & l. 12. c. 56. & l. 13. Theſauri c. 3.

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Glaphyrorum in Geneſim: 'Formato ,(inquit) ex terra ſimulachro, animal ratione præditum illud effecit ,Deus: atque, vt propriæ naturæ rationem ſuperaret, corruptionis ,experte ac vivificante ſpiritu STATIM INSIGNIVIT. ,Scriptum eſt enim, *Et inſufflavit in faciem eius ſpiraculum vitæ*'. Vbi particula *ſtatim*, poſterioritatem aliquam importat, licet exiguam. Vnde & antiquior Cyrilli interpres vertit, *Subinde*. 'Non igitur in ipſo exordio, ſed ſtatim ſub exordio creationis ſuæ, proto- plaſtus fuit vivificante Spiritu inſignitus. Cuius ratio aſſignari poteſt, ne gratiam ſibi reputaret debitam, quam cum ipſa natura conſpiceret inſertam. Hac quippe ratione cap. 1. §. 6. & 7. oſtendimus, eundem non intra, ſed extra paradiſum fuiſſe conditum; ne ſcilicet tantâ amœ- nitatem ſibi crederet debitam: 'Paradiſus (aſt Angelicus Doctor §. 7. ,ibi relatus) fuit locus congruus habitationi humanæ quantum ad in- ,corruptionem primi ſtatus: incorruptio autem illa non erat homini ,ſecundùm naturam, ſed ex ſupernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gra- ,tiæ Dei imputaretur, non humanæ naturæ, Deus hominẽ extra para- diſum fecit, & poſteà ipſum in paradiſo poſuit'. Si ad demonſtrandum gratuitatem domicilij corporalis conditus eſt protoplaſtus extra ip- ſum, non in ipſo: quanto magis ad demonſtrandum gratuitatem

D. Thomas.

doni

Digitized by Google

doni ſupernaturalis condi debuit ſine ipſo, non cum ipſo? Atque ita conditum fuiſſe eum ſupponit illa *plerorumq;* percontatio, de qua Hieronymus in Epiſtolam ad Philemonem: 'A *pleriſq;* quæritur (inquit) ,& ſæpiſſimè retractatur, *Quare Deus hominem faciens, non eum bonum rectumq; condiderit*'? Neque verò ipſe Hieronymus ab his diſſidere videtur quoad illam hypotheſin: alioquin reſpondiſſet, Eos ſupponere falſum. Qui tamen longè aliter reſpondit: nimirum eorum quæſtionẽ ſolvi per locum Apoſtoli, ibi dicentis Philemoni: *Sine conſilio tuo nihil volui facere, vt non quaſi ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.* Tamquam ea fuerit vox Dei ad Protoplaſtum recèns conditum, quæ Pauli ad Philemonẽ: 'Si enim Deus (ſubdit ibi Hieronymus) volun-,tariè, & non ex neceſſitate bonus eſt, debuit hominem faciens, ad ,ſuam imaginem & ſimilitudinem facere, hoc eſt, vt ipſe voluntariè, & non ex neceſſitate bonus eſſet'. Qui diſcurſus ſupponit, hominem non fuiſſe factum ab initio bonum aut rectum, ſed expectatum fuiſſe eius conſenſum, vt voluntario motu bonitatem rectitudinemq́ue acquireret. Atque ita Hieronymus hìc recidit in ſententiam Gregorij Nyſſeni iam ſuprà relatam: vel certè in ſententiam Hugonis Victorini, & Magiſtri Sententiarum, quam cap. 2. §. 2. memoravimus, quæ negat, liberum arbitrium ad præſens eſſe, ſed duntaxat ad futurum. Atq; hi duo vltimi ſatis apertè etiam alibi negant, primum hominem ab initio habuiſſe gratiam promerendi, ſeu meritoriè peregrinandi. Etenim Hugo in Summa Sentent. Tract. 3. cap. 7. cùm dixiſſet de protoplaſto: 'Fatemur eum habuiſſe charitatem, & poſteà perdidiſſe': ne putaretur id referre ad exordium creationis eius, mox ſubdidit: 'Nec ,tamen aliquis putet nos dicere quòd in ipſo exordio creationis habuit, ſicut ſuprà de Angelis diximus: ſed POST CREATIONEM'. Quod ſi charitatem non habuit ab exordio creationis, profectò nec mereri potuit ab exordio creationis: [m] 'Non enim fructus eſt bonus (Auguſtino teſte) qui de charitatis radice non ſurgit'. Vnde & Magiſter Hugonem ſecutus, apertè negat, Adamum ab initio habuiſſe gratiam quâ poſſet mereri, vel in melius proficere: [n] 'Homini (ait ,ille) in creatione, ſicut de Angelis diximus, datum eſt per gratiam ,auxilium, & collata potentia, per quam poterat ſtare, id eſt, non de-,clinare ab eo quod acceperat: ſed NON POTERAT PROFICERE in-,tantum vt per gratiam creationis ſine alia mereri ſalutem valeret. Po-,terat quidem per illud auxilium gratiæ creationis reſiſtere malo, ſed NON PERFICERE BONVM'. Quæ ſententia deſcripta eſt ex Hugone capite proximè citato. Nec obſtat quòd Magiſter attribuat protoplaſto in creationis exordio gratiam, quâ poterat ſaltem vitare malum. Nam propoſito noſtro ſufficit quòd deneget ei gratiam proficiendi ad bonum, vel faciendi bonum: Hæc eſt enim gratia peregrinandi, de qua ſola hìc diſſerimus. Accedit quòd Magiſter ibidem inferiùs §. 4. apertè declaret, ſe non aliam ei attribuere gratiam in creatione, quàm ordinis naturalis, ſive gratiam naturæ: 'Conſiderandum

Hieronymus.

Hugo Victor.

[m] *Aug. lib. de Spiritu & litt. c. 14.*

[n] *Magiſter l. 2. Sentent. Diſt. 24 §. 1.*

Præoccupatio.

,est (inquit) quod fuerit adiutorium homini datum in creatione, quo ,poterat manere si vellet. Illud vtique fuit LIBERTAS ARBITRII AB ,OMNI LABE ET CORRVPTELA IMMVNIS, ATQVE VOLVNTATIS ,RECTITVDO, ET OMNIVM NATVRALIVM POTENTIARVM ANIMÆ SINCERITAS ATQVE VIVACITAS'. Vnde Angelicus Doctor 1. p. q. 95. ar. 1. ad 4.^m agnoscit, quòd Magister censuerit, primum hominem in puris naturalibus fuisse creatum. Quinimò Augustinus interdum insinuat, primum hominem nequidem in paradiso habuisse gratiam. Etenim si habuisset in paradiso gratiam, fuisset proculdubio mente spiritalis. Atqui non fuit: Ergo nec gratiam habuit. Minorem probat Augustinus vbi ait: ° 'Si iam spiritalis erat Adam, quam- ,vis mente, non corpore; quomodo credere potuit quod per serpen- ,tem dictum est, ideò Deum prohibuisse ne fructu ligni illius vescerentur, quia sciebat, eos, si fecissent, futuros vt Deos, propter dignos- ,centiam boni & mali; tanquam hoc tantum bonum creaturæ suæ ,Creator inviderit? Hoc, mirum, si homo spiritalis mente præditus credere potuisset'. Idem rursus lib. de Cantico novo cap. 8. disertè indicat, primum hominem caruisse Dei adiutorio cùm peccaret. Ait quippe ibi: 'Quid valeat liberum arbitrium NON ADIVTVM, in ipso ,Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonum non NISI ADIVVETVR A DEO'. Non fuit ergo liberum primi hominis arbitrium à Deo adiutum quando in malum ruit: & ita in eo demõstratum est quid possit sine adiutorio Dei. Si enim tunc habuisset adiutorium Dei, non in eo demonstratum fuisset quid possit *non adiutum*, sed potiùs quid possit adiutum. Idem rursus Serm. 11. de Verbis Apostoli cap. 2. & 3. loquens de eodem protoplasto: 'Voluit (in- ,quit) deserere à quo factus erat. Permisit Deus, tanquam dicens: De- ,serat me, & inveniat se; & miseriâ suâ probet, quia nihil potest sine ,me. Hoc modo ergo ostendere voluit Deus homini quid valeat liberum arbitrium sine Deo. O malum liberum arbitrium SINE DEO! ,Experti sumus quid valeat SINE DEO. Ideò miseri facti sumus, quia SINE DEO QVID VALEAT EXPERTI SVMVS'. Vbi quod ait, *Sine Deo*, perinde valet ac, *Non adiutum à Deo*; prout patet ex collatione prioris loci cum posteriori. Quò spectat quòd Epist. 106. ad Paulinum perhibet, reprobos Adæ posteros idcircò à Deo, omnium præscio, creari: 'Vt in eis ostenderet, liberum desertoris arbitrium SINE SVA GRATIA quid valeret'. Vbi quod ait, *Sine sua gratia*, id ipsum est quod locis iam citatis aiebat, *Sine Deo*, sive *Non adiutum*. Huc etiã referri potest quòd lib. 11. de Civit. cap. 12. beatiorem censet hominem iustum in natura lapsa, quàm hominem primum in delicijs paradisi. Quod planè falsum foret, si homo primus in paradiso gratiam habuisset. Omitto hìc repetere locum ex libro de Corrept. & Grat. cap. 10. descriptum, & obiectum superiùs cap. 2. §. 4. in principio: quia eundem elisi cap. 4. §. 3. subinitium,

D. Thomas.

° Aug. l. 11. de Gen. ad lit. c. vltimo.

Vide Aug. Ser. 8. de Verbis Apost. c. 2. & Prosperum Sent. 255.

Præce-

4. Præcedentes tres obiectiones tanto futuræ ſunt nobis ſolutu faciliores, quanto ſunt obiectionibus adversùs Angelorum peregrinationem motis affiniores. Ad 1.^{am} igitur §. 1. propoſitam reſpondetur, Authoritates pro beatitudine protoplaſtorum innocentium obiectas, de beatitudine viæ, non patriæ eſſe intelligendas. Neque enim protoplaſti ante lapſũ beatiores fuére Angelis ante diſcretionem bonorũ à malis. Sicut ergo locos Patrũ pro aſtruenda Angelorũ beatitudine c. 2. §. 1. obiectos, de beatitudine viæ, & nõ patriæ intelligendos oſtendimus c. 3. §. 2. & 3. ita nunc de Protoplaſtorũ beatitudine reſpondendũ eſſe nõ ambigimus: Etenim præcedenti cap. §. 3. probavimus, protoplaſtos in via, non in termino fuiſſe conditos. Igitur Auguſtinus primo loco obiectus, ſatis indicat ſe de beatitudine viæ loqui, cùm ibidem ſubiungit pro probatione eius quod obiectum eſt: 'Cùm hodie non impudenter beatos vocemus, quos videmus iuſtè ac piè, cum ſpe futuræ immortalitatis, hanc vitam ducere, ſine crimine vaſtante conſcientiam'. Sicut ergo hi dicuntur *beati*, non quod in termino, ſed quòd in via recta ad terminum exiſtant, nec crimini conſcientiam crucianti ſubiaceant: ita primi homines ante lapſum *beati* dicuntur, non quòd beatitudinis plenitudinem attigerint, ſed quòd in via ad ipſam ſine miſeria culpæ aut pœnæ extiterint: [P] 'In beatitudine (inquit Anſelmus) ſecundũm omnium ſenſum eſt ſufficientia competentium commodorum ſine omni indigentia, ſive Angelica intelligatur beatitudo, ſive illa quã habebat Adã in paradiſo. Quamvis enim maior ſit beatitudò Angelorum quàm illa quæ erat hominis in paradiſo, non tamen ideò negari poteſt Adam beatitudinem habuiſſe'. Beatitudinẽ vtique communiter ſumptam, prout importat competentium commodorum ſufficientiam, ſine vlla indigentia; non beatitudinis plenitudinem, qualem habent Angeli ſancti qui *ſemper vident faciem Patris*, & qualem homines adipiſcuntur quando *Angelis coæquantur*: de qua idem Anſelmus cap. 19. ibidem præmiſerat: 'Non promittitur nobis per baptiſmum & fidem chriſtianam beatitudo quam habebat Adam ante peccatum in paradiſo; ſed QVAM HABITVRVS ERAT QVANDO COMPLETVS ESSET NVMERVS HOMINVM QVI ASSVMENDI ERANT AD PERFICIENDVM CIVITATEM SVPERNAM, QVÆ DE ANGELIS ET DE HOMINIBVS EST COMPLENDA'. Qui rurſus inferiùs cap. 23. beatitudinem patriæ, antonomaſticè *Beatitudinem* vocat; beatitudinem verò viæ, *Beatitudinem iuſtitiæ*: 'Non fecit Deus (inquiens) ſine præcedente culpa rationalem creaturam miſeram, quam ad intelligendum & amandum ſe creavit. Fecit igitur Deus hominem beatum, ſine omni indigentia. Simul ergo accepit rationalis natura & BEATITVDINIS voluntatem, & BEATITVDINEM IVSTITIÆ, id eſt, rectitudinem, quæ eſt ipſa iuſtitia, & liberum arbitrium, ſine quo iuſtitiam ſervare non potuit'. Quòd ſi quis obijciat: Si natura rationalis ita creata eſt, vt non indigeret: Ergo creata eſt plenè beata: alioquin enim indiguiſſet plenitudine beatitudinis. Negat Anſelmus conſequentiam, ibidem

Ad Obiectionem primam.

Ad Auguſtinũ.

Auguſtinus. Vide Proſp. l. 1. de Vita contempl. cap. 9.

P *Anſelm. lib. de Concordia Gratiæ & liberi arbitrij cap. 23.*

Mat. 18. 10 Luc. 20. 36

Præoccupatio.

dem præmittens: 'Nihil prohibet Adam beatum fuisse in paradiso si-
,ne omni indigentia. Nempe aliquid minus alio habere non semper
,est indigere: Sed aliqua re, cùm eam habere oportet, carere, quod
,non erat in Adam, est indigere.' Vbi verò est indigentia, ibi est misе-
ria'. Quia igitur Adamum non oportuit ab initio habere beatitudinis
plenitudinem, idcircò eius in ipso carentia non potest rectè dici indi-
gentia. Habuit itaque homo ab initio beatitudinem iustitiæ: habuit
insuper voluntatem beatitudinis plenæ, sed non ipsam beatitudinem
plenam: Nec tamen idcircò indigens fuit, quia nulla re caruit quam
habere tunc debuit. Paulò diversè, sed non adversè Augustinus beati-
tudinem primi status exponit, cùm ait de Deo: [q] 'Hominem fecit
,cum libero arbitrio: & quamvis sui futuri casus ignarum, tamen
,IDEO BEATVM, QVIA ET NON MORI, ET NON MISERVM FIERI, IN
SVA POTESTATE ESSE SENTIEBAT'. Quòd verò nondum fuerit
plenè beatus, sed in via ad plenam beatitudinem positus, indicant hæc
ibidem sequentia: 'In quo statu recto, ac sine vitio, si per ipsum li-
,berum arbitrium manere voluisset, profectò sine vllo mortis & infœ-
,licitatis experimento acciperet illam, MERITO HVIVS PERMANSIO-
,NIS, BEATITVDINIS PLENITVDINEM, QVA ET SANCTI ANGELI
SVNT BEATI'. Nondum ergo habuit illam beatitudinis plenitudi-
nem quâ sancti Angeli sunt beati; sed eam merito suæ permansionis
accepturus fuisset, si in beatitudine viæ vsque ad præfinitum tempus
permansisset: [r] 'Primum hominem (ait alibi idem) Deus in ea salute,
,in qua conditus erat, custodire voluisset, eumque opportuno tempore
,post genitos filios, sine interpositione mortis AD MELIORA perduce-
,re, vbi iam non solùm peccatum non committere, sed nec voluntа-
,tem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut fa-
ctus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse præsciisset'. Et su-
periùs ibidem cap. 25. 'Mortis supplicium (inquit) Dominus ei com-
,minatus fuerat, si peccaret; sic eum munerans libero arbitrio, vt ta-
,men regeret imperio, terreret exitio: atque in paradisi fœlicitate,
,tanquam in vmbra vitæ, vnde iustitia custodita IN MELIORA CON-
SCENDERET, collocavit'. Quid est, *Ad meliora*, sive, *In meliora*; nisi
Ad maiorem eâ, quâ donatus fuerat, beatitudinem? Vnde & alibi
idem ait: [s] 'Quàm fœlices erant primi homines, & nullis agitabantur
,perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommo-
,dis: tam fœlix vniversa societas esset humana, si nec illi malum quod
,etiam in posteros traijcerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniqui-
,tatem committeret quæ damnationem reciperet. Atque ita perma-
,manente fœlicitate, donec per illam benedictionem, quâ dictum est,
,*Crescite & multiplicamini*, prædestinatorum sanctorum numerus com- Gen. 1.
,pleretur, ALIA MAIOR DARETVR, QVÆ BEATISSIMIS ANGELIS
DATA EST'. Nec obstant huic doctrinæ authoritates ex Augustino
vel alijs Patribus obiectæ, quibus indicatur quòd primus homo ante
lapsũ viderit Deũ. Nam non de visione beatifica, sed de corporali in-

telligendæ

[q] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 10.*

Vide Prosp. lib. contra Collat. c. 18.

[r] *Aug. Enchiridij cap. 104.*

[s] *Aug. lib. 14. de Civit. cap. 10.*

telligendæ ſunt: vt innuit Auguſtinus l. 9. de Gen. ad litteram c. 2. & apertiùs Proſper lib. 2. de Vita contempl. cap. 18. vbi poſtquam dixiſſet de primo homine paradiſum incolēte: 'Quid eo fœlicius fuit, ,cui erat orbis ſubiectus, nullus infeſtus, liber animus, & viſibilis Deus'? continuò exponens quomodo fuerit ei *viſibilis Deus*, ſubdidit: 'Quoniam quidem niſi ante peccatum Deum videre IN ASSVMPTIONE VISIBILIS CREATVRÆ ſoleret, quomodo ſe iam peccator ,effectus, *à facie Domini*, quem nunquam viderat, *abſconderet*? Potuit ,ergo ita videre Deum priuſquam peccaret Adam, SICVT EVM PATRIARCHA VIDERVNT'. Eòdem ſpectat & illud Iſidori lib. 9. Originum cap. 1. 'Loquitur Deus hominibus non per ſubſtantiam inviſibilem, ſed per creaturam corporalem, PER QVAM ET HOMINIBVS APPARERE VOLVIT, quando locutus eſt'. Nec obſtat quod ex libro de Catechizandis Rudibus ſubobiectum, eſt de requie protoplaſti in diuinitate Chriſti. Neque enim intelligenda eſt requies beatifica, ſed alia inferior; in Dei quidem contemplatione, ſed abſtractivâ, conſiſtens: [t] 'Sciendum eſt (ait Hugo Victorinus) quòd illam primam ,cognitionem hominis, quam de creatore ſuo habuit, ſicut maiorem ,& certiorem illâ cognitione, quæ nunc in ſola fide conſtat, veraciter ,dicimus: ita illâ, quæ poſtmodum in EXCELLENTIA CONTEMPLATIONIS DIVINÆ MANIFESTÆ REVELABITVR, minorem neceſſe ,eſt confiteamur. Cognovit ergo creatorem ſuum homo NON TAMEN ITA EXCELLENTER, SICVT COGNOSCERE DEBVISSET SI PERSTITISSET'. Quonam porrò ſenſu intelligendus ſit Auguſtinus ibidem ſubſequenter obiectus, cùm primos homines aſſerit perpetuò in illa beatitudine manſuros fuiſſe niſi peccaſſent, patet ex dictis in ſimili de Angelis hìc ſuprà cap. 3. §. 2. in fine. Quibus addi poteſt & illud Hieronymi ad Paulinum: [u] 'Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeveret in cœlo'. Neque enim hìc Hieronymus intendit omnimodam identitatem ſcientiæ in terris acquiſitæ, & in cœlo perſeveraturæ aſtruere: nec ſimiliter Auguſtinus omnimodam identitatem Beatitudinis paradiſialis, & cœleſtis. Sed quemadmodum ſcientia non cenſetur auferri ſed perfici, quando obſcuritas tranſit in claritatem, & ænigma in viſionem: ita beatitudo paradiſialis non cenſeretur auferri ſed perfici, ſi interrupta non fuiſſet donec plenitudinem acquiſiſſet. Ad 1.[am] Confirmationē petitam ex parabola Euangelica Luc. 10. 30 Hominis *deſcendentis ab Hieruſalem in Hiericho*, Reſpondetur, Humanum genus in primis parentibus eatenus deſcendiſſe de Hieruſalem cœleſti, quatenus in eis excidit iure illuc introeundi ſi perſeveraſſet in rectitudine primitus inſita. Simili etenim phraſi dici ſolet, electos homines in cœleſti Hieruſalem occupaturos ſedes Angelorum apoſtatantium: non quòd apoſtatæ Angeli beatas illas ſedes reipsâ poſſederint, ſed quòd poſſeſſuri fuiſſent ſi in originis ſuæ ſorte perſtitiſſent: prout dictum eſt ſuperiùs cap. 3. §. 3. Accedit quòd paradiſus terreſtris fuerit typus & vmbra paradiſi cœleſtis: vt ex Auguſtino cap. 25.

Proſper. Vide ibid. l. 1. c. 10.

Iſidorus. Vide Aug. l. 8. de Gen. ad litt. c. 18. & 27. & D. Th. q. 18. de Verit. ar. 1. ad 15.

[t] Hug. Vict. lib. 1. de Sacram. p. 6. cap. 14. Vide Aug. l. 11. de Gen. ad litt. c. 33.

[u] Hieron. Epiſt. 103. c. 8.

Ad Confirmationem 1.[am]

Enchi-

Enchiridij iam ſuprà memoravimus. Vnde qui inde in mundi huius ęrũnas deſcenderunt, de cœleſti paradiſo ſeu ſuperna Hieruſalẽ deſcẽdiſſe dicuntur, non ſecundùm proprietatem, ſed ſecundùm tropum. Sic ore Veritatis dictum eſt de Ioanne Baptiſta, *Ipſe eſt Elias*: non quòd in perſona, ſed quòd in typo aut figura Elias fuerit. Atque hinc patet reſponſio ad ſecundam & tertiam Confirmationem. Etenim quia natura humana ex originis ſuæ ſorte ius habuit ad poſſidendum ſuo tempore paradiſum cœleſtem, ſi perſeveraſſet; eoque iure excidit prævaricando, nec niſi in Chriſto ius perditum recuperat: rectè dicitur reduci per Chriſtum eò, vnde excidit per Adam: rectè item dicitur, quòd paradiſus fuerit latroni patefactus, qui Adæ prævaricatori fuerat obſeratus. Nec obſtat mentio *romphææ verſatilis*: Nam quemadmodum paradiſus terreſtris fuit typus paradiſi cœleſtis, ita *romphæa verſatilis* ad abercendum inde homines, in aditu collocata, typus fuit peſſuli quo cœlum fuit occluſum. Ac ſic per tropum *romphæa* illa vſurpatur pro clauſura cœli, perinde ac terreſtris paradiſus pro paradiſo cœleſti: ac vice verſa. Cæterùm ſi quæ ſunt authoritates in contrarium obiectæ, quibus nulla prædictarum ſolutionum congruenter accommodari poſſe videatur, referri poterunt ad tempus *immiſſæ in protoplaſtum ecſtaſis* ſeu *ſoporis*. Probabile enim eſt, Adamum in illa ecſtaſi tranſeunter vidiſſe divinam eſſentiam: [w] 'Illa ecſtaſis (ait Auguſtinus) ,quam Deus *immiſit in Adam*, vt ſoporatus obdormiret; rectè intelligi- ,tur ad hoc immiſſa, vt & ipſius mens per ecſtaſim PARTICEPS FIE- ,RET TANQVAM ANGELICÆ CVRIÆ; ET INTRANS IN SANCTVARIVM DEI intelligeret noviſſima'. De eodem Bernardus Serm. 2. in Septuageſima: 'Mihi quidem (inquit) non niſi INCOMMVTABILIS ,VERITATIS INTVITV, ET ABYSSO DIVINÆ SAPIENTIÆ, corporeis ,excedens ſenſibus, obdormiſſe videtur. Quod ex eius verbis vel ma- ,ximè conijci poteſt: Rediens nimirum indicat quò abijſſet, dum TAN- ,QVAM EBRIVS DE CELLA VINARIA veniens, & eructans illud *Mag- ,num Sacramẽtum*, quod tantò pòſt *in Chriſto & Eccleſia* Apoſtolus commendavit: *Hoc nunc*, inquit, *os ex oſſibus meis*' &c. Beda lib. *de ſex dierum creatione* Tomo 8. ſub Titulo, *De immiſſione ſoporis & creatione mulieris*, Auguſtini locum proximè citatum deſcribit vt ſuum. Deſcribit eundem Rabanus lib. 1. in Geneſim cap. 4. Similiter & Gloſſa in caput 2. Geneſ. Ex Scholaſticis favent eidem ſententiæ Altiſſiodorenſis in Summa lib. 2. Tract. 10. cap. 2. q. 2. incidente, Antoninus 4. p Tit. 15. cap. 17. §. 1. Richardus in 2. Diſt. 23. ar. 2. q. 1. in Corpore & ad 2.[m] Durandus ibid. q. 2. n. 5. Allegari ſolet & Magiſter lib. 4. Sent. Diſt. 1. §. 3. quatenus aſſerit, 'Hominem ante peccatum SINE MEDIO Deum vidiſſe'. Nec abhorret D. Thomas 1. p. q. 94. ar. 1. in Corpore, vbi cùm præmiſiſſet: 'Primus homo Deum per eſſentiam non vidit ſecundùm communem ſtatum illius vitæ'; continuò ſubdidit: 'Niſi fortè dicatur quòd viderit eum in raptu, quando *Deus immiſit ſoporem in Adam*, vt dicitur Geneſis ſecundo'. Qui rurſus q. 18. de Verit.

Ad Confirmationem ſecundam & tertiã.

Gen. 3. 24.

Gen. 2. 21.

[w] Aug. lib. 9. de Gen. ad litt. cap. 19.

Bernardus.

Eph. 5. 32.

Beda.

Gen. 2. 23.

Rabanus.
Gloſſa.
Altiſiod.
Antoninus.
Richardus.
Durandus.
Magiſter.
D. Thomas.

Digitized by Google

Verit. ar. 1. ad 14. 'Si intelligamus (inquit) talem ecſtaſim Adæ fuiſ-
,ſe qualis fuit raptus Pauli, tunc dicemus quòd illa viſio erat ſupra
modum communem viſionis quæ ei tunc competebat'. Et ſuperiùs
ibidem ad 13.[m] 'Adæ (inquit) in ſtatu innocentiæ, in quo adhuc via-
,tor erat, non competebat Deum per eſſentiam videre. Si tamen per
,aliquem raptum fuerit ad hoc elevatus ſupra communem cognitionẽ
,quæ tunc ei competebat, vt Deum per eſſentiam videret, NON EST
,INCONVENIENS : cùm talis gratia potuerit conferri in ſtatu innocen-
tiæ, ſicut & poſt ſtatum peccati'. Pro tempore ſtatus innocentiæ cœ-
lum non fuit clauſum hominibus, quod demum per lapſum Adæ ob-
ſeratum eſt. Si ergo Moyſes poſt cœli obſerationem & ante eiuſdem
reſerationem viderit Dei eſſentiam, quantò faciliùs concipitur, idipsũ
fuiſſe Adæ innocenti conceſſum ? Sanè ratio quam D. Thomas 2. 2.
q. 175. ar. 3. ad 1.[m] allegat pro Moyſe & Paulo, pari vel potiori iure
militat pro Adamo : nimirum quòd 'Moyſes fuit primus Doctor Ju-
dæorum, & Paulus primus Doctor Gentium'. Nam, vt idem per-
hibet 1. p. q. 94. ar. 3. in Corpore, Adam fuit primus Doctor totius
humani generis. Si ergo Moyſes & Paulus, ob prærogativam magi-
ſterij Judæorum reſpectivè & Gentium, intromiſſi ſunt in cœlum, vt
tanquam oculati teſtes prædicare poſſent quæ vidiſſent ; quanto ma-
gis Adam, qui totius poſteritatis ſuæ Doctor eſt inſtitutus ? Et qui-
dem reipsâ intromiſſum fuiſſe, indicat præter iam citatos Papa Gre-
gorius : [x] 'Poſtquam de paradiſi gaudijs (inquiens) culpâ exigente, ex- [x] *Greg. lib. 4. Dialog. cap. 1.*
,pulſus eſt primus humani generis parens, in huius cæcitatis atque exi-
,lij, quam patimur, venit ærumnam; quia peccando extra ſemetipsũ
,fuſus, iam illa cœleſtis patriæ gaudia, QVÆ PRIVS CONTEMPLABA-
,TVR, videre non potuit. In paradiſo quippe aſſueverat homo verbis
,Dei perfrui, beatorum Angelorum ſpiritibus cordis munditiâ &
,CELSITVDINE VISIONIS intereſſe: Sed poſtquam huc cecidit, ab illo,
,quo implebatur, mentis lumine receſſit. Ex cuius videlicet carne
,nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem cœleſtem eſſe pa-
,triam, audimus eius cives Angelos Dei, audimus eorundem Angelo-
,rum ſocios ſpiritus iuſtorum & perfectorum. Sed carnales quique,
,quia illa inviſibilia ſcire non valent per experimentũ, dubitant vtrũne
,ſit, quod corporalibus oculis non vident. Quæ nimirum dubietas in
,primo parente noſtro eſſe non potuit; quia excluſus à paradiſi gaudijs,
,hoc quod amiſerat, QVIA VIDERAT, recolebat. Hi autem ſentire vel
,recolere audita non poſſunt; quia eorum nullum, SICVT ILLE, ſal-
tem de præterito experimentum tenent'.

5. Ad ſecundam Obiectionem §. 2. propoſitam reſpondetur, negando conſequentiam. Ad cuius probationem perperàm detorquetur axioma illud, *Modus operandi ſequitur modum eſſendi.* Nam cùm per prævaricationẽ primi hominis ſtatus naturæ mutatus in peius ſit, ex illo axiomate potiùs probaretur oppoſitum. Si enim operandi modus proportionatur modo eſſendi, vbi diſpar eſt modus eſſendi diſparem eſſe

Ad Obiectionem 2.[am]

Digitized by Google

oportet & modum operandi. Neque verò ibi dicitur quòd modu operandi ſequatur eſſentiam ; quaſi vbicunque vel quandocunque eadem eſt eſſentia, idem quoque ſit modus operandi : ſed quòd modus operandi ſequatur MODVM ESSENDI. Modum autem eſſendi multùm differre ab ipſa eſſentia, patet ex alio illo axiomate, de quo Henricus Marcellus Armamentarij Scientifici Titulo 20. n. 5. *Modus rei diverſus non diverſificat eius ſpeciem.* Nonne vnica eſt ſpecies omnium hominum ? Et tamen quis enumeret quot ac quàm diſparibus modis homines ab hominibus ſecernantur, etiam in ſtatu naturæ corruptæ? y 'Alij (inquit Auguſtinus) fatui, alij tardiſſimi ingenij, & ad intelligendum quodammodo plumbei, alij obliviosi, alij acuti memoreſq; naſcuntur, alij vtroque munere præditi, & acutè intelligentes, & tenaciſſimæ memoriæ theſauro cognita recondentes : alij naturâ lenes, alij leviſſimis cauſis irâ facillimâ ardentes, alij ad vindictæ cupiditatem inter vtroſque mediocres : alij ſpadones, alij in concubitu ita frigidi vt vix omninò moveantur, alij libidinoſiſſimi vt vix omninò teneantur, alij inter vtroſque & moveri faciles, & teneri : alij timidiſſimi, alij audaciſſimi, alij neutrum : alij hilares, alij triſtes, alij ad nihil horum proclives : Nec eorum quæ commemoravi aliquid inſtituto vel propoſito, ſed naturâ : vnde medici audent iſta tribuere temperationibus corporum'. Quamvis igitur modus operandi ſequatur modum eſſendi, non tamen hinc conſequens eſt, eiuſdem eſſentiæ eundem ſemper eſſe modum operandi : ſed ſicut manente eâdem eſſentiâ variatur interdum modus ſeu ſtatus eſſendi, ita etiam modus ſtatuſve operandi. Manente, inquam, eâdem eſſentiâ, non ſolùm quoad ſpeciem, ſed etiam in individuo: *Cùm eſſem parvulus*, aiebat Apoſtolus, *loquebar vt parvulus, ſapiebam vt parvulus, cogitabam vt parvulus : quando autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli.* Quàm multi vel divino miraculo, vel vehementiâ morbi aut paſſionis, vel ipsâ ſenectute, ex ſapientibus ſtulti, ex ingenioſis ſtupidi, ex memorioſis oblivij evaſerunt? Albertus Teutonicus cognomento Magnus, Philoſophorum ſui ævi acutiſſimus, quinquennio ante obitum philoſophica omnia miraculosè dedidicit, vt refert Abulenſis in caput 3. libri 3. Regum q. 11. Ioannes Suiſſer vulgo Calculator, catalogo ingeniorum à Cardano inſcriptus, ſenectute confectus vſqueadeò repueruit, vt nec ſua dum legeret inventa intelligeret. Meſſala Corvinus Oratorum ſui ævi nobiliſſimus, biennio ante obitum adeò oblivioſus evaſit, vt proprium ſuum nomẽ ignoraret, teſte Plinio lib. 7. cap. 24. & Solino cap. 7. & Maiolo in Canicularibus Tomo 1. colloquio 4. Ex quibus apparet, quàm impertinenter ad propoſitum detorqueatur axioma in Obiectione memoratum. Vereor autem ne qui eo axiomate in præſenti cauſâ vtuntur, veteres Pelagianos imitentur, aut ſupergrediantur : de quibus Auguſtinus : z 'Scimus (inquit) vos ideò dicere, *peccato hominis naturæ ſtatum non mutari*, quia deſeruiſtis fidem catholicam'. Et paulò infrà rurſus ibidem : 'Verumtamen Pelagio cùm in Palæſtino iudicio fuiſſet obiectum

Henricus Marcellus.

y Aug. l. 4 cont. Iul. ap. 3. Vide eund. Enchirid. c. 103. & Rhodigin. l. 6. c. 12.

Abulenſis

Vide Cardanum de Subtilitate l. 16. paulo ante finem.

Plinius.

Solinus.

Maiolus.

z Aug. l. 1. Ope. perisimperf. cap. 96.

1. Cor. 11.

,iectum, quòd diceret, *Infantes nuper natos in eo ſtatu eſſe in quo Adam ,fuit ante peccatum*, negavit ſe dicere, idque damnavit. Quod ſi feciſſet corde veraci, iam fortaſsè veſtra hæreſis interijſſet'. Non veraci ſanè corde Pelagium illud damnaſſe, apparet ex diſcurſu eius apud eundem Auguſtinum lib. de Natura & Gratia cap. 19. qui eſt talis : *Ante omnia quærendum puto, quid ſit peccatum : Subſtantia aliqua, an omninò ſubſtantiâ carens nomen, quo non res, non exiſtentia, non corpus aliquod, ſed perperàm facti actus exprimitur. Credo ita eſt , & ſi ita eſt, quomodo humanã potuit* DEBILITARE VEL MVTARE NATVRAM, *quod ſubſtantiâ caret*? Cẽſuit igitur Pelagius, ſtatũ naturę non poſſe mutari peccato, quippe ſubſtantiæ vacuo. Unde conſequenter etiam arbitratus eſt, eundem eſſe ſtatũ infantium modò naſcentiũ, qui fuerat protoplaſtorũ primitus innocentiũ. Dubitari autem non immeritò poteſt, an per omnia ſtatum præſentem cum priſtino æquiparaverit, an duntaxat penes aliqua. Hoc poſterius apparet veroſimilius : Nuſquam enim legimus Pelagium vel eius aſſeclas æquiparaſſe Adamo infantes iam natos penes molem corporis. Jdque ſupponere videtur Auguſtinus, cùm adversùs eos diſputans: [a] 'Non hìc agitur (inquit) de Adam quod pertinet ad corporis quan- ,titatem, quia NON PARVVLVS FACTVS EST, SED PERFECTA MOLE ,MEMBRORVM : Poteſt enim dici, etiam pecora ſic creata, nec tamen ,eorum peccato factum eſſe vt ex eis pulli parvuli naſcerentur : quod ,quale ſit, nunc non quærimus. Sed agitur de illius mentis quâdâ valentiâ, vſuque rationis'. Hinc rurſus aliud ſuboritur dubium, propoſito noſtro magis vicinum : An nimirum Pelagiani idcircò infantes iam natos æquipararint Adamo penes vſum rationis, quòd exiſtimaverint Adamum abſque rationis vſu fuiſſe conditum ; an verò quòd putaverint parvulos cum vſu rationis iam naſci vel concipi. Hoc poſterius apparet hìc etiam veroſimilius : Nuſquam enim reperio à Pelagianis negari, Adamum fuiſſe cum vſu rationis conditum. Jdque ſupponere videtur Auguſtinus cap. 36. libri iam citati : vbi cum ignorantiam infantium ab vtero recentium deſcripſiſſet, adiunxit: 'Cur ,non talis creatus eſt Adam ? Cur ille capax præcepti, & valens vxori & omnibus animalibus nomina imponere' ? Quæ interrogatio ſupponit, eos quibuſcum ibi diſputat, agnoviſſe, quòd Adam cum rationis diſcretione creatus ſit. Non igitur infantes primo parenti idcircò quoad vſum rationis æquipararunt, quòd vtroſque ſine eo, ſed quòd vtroſque cum eo conditos exiſtimaverint. Et quidem ad infantes quod attinet, Auguſtinus Epiſt. 106. teſtatur, Pelagianos affinxiſſe eis vſum rationis, & peccata perſonalia : 'Vnde argumentantur (in- 5.12. ,quiens) adversùs Apoſtolum, apertiſſimè dicentem, *Per vnum hominem ,peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines ,pertranſiit, in quo omnes peccaverunt* : dicentes, ETIAM PARVVLOS PRO- ,PRIA PER LIBERVM ARBITRIVM HABERE PECCATA: tædet attendere, pigetque proferre, ſed magis compellimur dicere. Quod enim ,potuerunt magna & acuta ingenia cogitare, aut inopiæ eſt tacendo

Vide eund. lib. de Geſtis Palæſt. c. 11. & 35. & Epiſt. 106. & l. de Peccat. Orig. c. 3. & 4. & Proſp lib de Ingratisc. 9. Pelagius.

Dubium.

Deciſio.

[a] *Aug. lib. 1. de Pec. Merit. c. 37*

Dubium.

Deciſio.

Auguſtinus Vide eundẽ lib. de Nat. & Grat. cap. 21.

Digitized by Google

Pelagiani. ,vitaro,aut arrogantiæ contemnendo præterire : *Ecce*,inquiunt, *Esau & ,Iacob intra viscera materna luctantur ; & dum nascuntur, alter supplantatur ,ab altero, atque in pede precedentis manus consequentis & tenentis inventa, ,perseverans quodammodo lucta convincitur. Quomodo ergo in infantibus hæc ,agentibus nullum est vel ad bonum vel ad malum propria voluntatis arbitrium, vnde præmia sive supplicia meritis precedentibus subsequantur*'? Ecce Pelagianorũ de infantiũ discretione sensum, & simul sentiendi prætextum, ex lucta gemellorum quæsitum;quam tamen Augustinus ibidem subsequenter pernegat fuisse arbitrium, sed prodigium. Jndicat porrò Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis cap. 34. non omnes Pelagianos affinxisse parvulis vsum rationis & liberi arbitrij, sed aliquos duntaxat: 'Jnter istos ergo (ait ibi Marcellino) qui omnino parvulos ab ,omni peccato & originali & proprio puros & liberos esse defendunt, ,& istos qui eos iam natos pr oria putant contraxisse peccata, à qui-,bus eos credunt per baptismum oportere purgari ; quantum interfit, vides'. Idipsum colligitur ex ijs quæ in eandem rem scribit Serm. 7. de verbis Apostoli cap. 6. vbi idem figmentum commemoraturus præmittit : 'Aliqui ipsorum,sicut audivimus, ita disputant'. Dicendo enim, *Aliqui ipsorum*, planè indicat,non omnes idipsum sensisse, sed tantùm aliquos. Horum porrò quidam maluerunt figmentum illud suũ intelligere de parvulis in vtero adhuc clausis, quàm in lucem iam effusis. Vnde cùm alibi idem dixisset : [b] 'Illam recentium natorum pro-,fundissimam ignorantiã videamus,ex qua ad istam non permansuram ,balbutientem fatuitatem, tanquam ad scientiam locutionemque ten-,dentes, proficiendo venerunt. Illas, inquam, consideremus tenebras ,mentis,vtique rationalis;in quibus & Deum prorsus ignorant, cuius ,sacramentis etiam cum baptizantur obsistunt : In has, quæro, vnde & quando submersi sunt'? continuò subtexuit vnde nunc agitur : 'Itane ,verò eas hìc contraxerunt, & in hac vita sua iam propria per nimiam ,negligentiam obliti sunt Deum, PRVDENTES VERÒ ET RELIGIOSI VIXERVNT VEL IN VTERIS MATRVM'? Colorem huic absurditati quæsierunt hi dogmatistæ ex præmemorata gemellorum in Rebeccæ vtero colluctatione. Addit porrò ibidem continuò Augustinus : 'Di-,cant ista qui ausi fuerint,audiant qui voluerint,credant qui potuerint. ,Ego autem puto, quòd omnes quorum mentes non obnubilat defendendæ suæ sententiæ pervicacia, hæc sentire non possunt'. Sed cuiusnam sententiæ defendendæ pervicacia Pelagianos ad sic sentiendum adegit? Illius vtique quam suprà hìc memoravimus, quâ contendebant, *Statum naturæ non posse peccato mutari* : atque adeò, *Infantes nuper natos in eo statu esse in quo Adam fuit ante prævaricationem.* Atque hinc sumi potest nova nostræ sententiæ probatio. Etenim ad salvanda hæc Pelagianorum axiomata non minus servire potuisset, negare protoplasto primitùs vsum rationis & liberi arbitrij, quàm affingere eundẽ infantibus in vteris matrum. Cùm ergo Pelagiani maluerint tentare hoc postremum, quàm illud primum : Proculdubio perspexerunt, christianis

[b] *Aug. lib. 1. de Peccat. Meritis c. 35. & 36. Videibid. cap. 37. & 38. & Prosp. l. de Ingrat. c. 30*

christianis omnibus fuisse persuasissimum, quòd protoplastus cum vsu rationis & arbitrij fuerit conditus. Alioquin enim potiùs elegissent, protoplastum ad statum infantilis nescientiæ deprimere, quàm contra omnem humanum sensum infantes ad statum virilis sapientiæ subvehere. Ad Confirmationem respondetur negando minorem, & rursus minorem probationis subiunctæ. Falsum quippe omninò est, posteros Adæ in statu innocentiæ futuros fuisse rationis aut liberi arbitrij impotes, sive in uteris maternis inclusos, sive ex uteris recenter effusos. Vnde Angelicus Doctor q. 18. de Verit. art. 7. in Corpore, cùm præmisisset, 'Non oportuit filios Adam mox natos omnium scientiam habuisse, sed ad eam tempore proficientes pervenisse': continuò subdidit vnde nunc agitur: 'Sed tamen aliquam scientiam in eis ponere ,PERFECTAM oportet, scilicet eligendorum & vitandorum scientiã, ,quæ ad prudentiam pertinet: quia sine prudentia cæteræ virtutes esse ,non possunt, vt probatur 6. Ethicorum, quas vtique oportebat pueros habere propter originalem iustitiam'. Vbi tametsi non loquatur expressè de parvulis in vtero conceptis, sed de iam natis extra uterum; implicitè tamen de vtrisque concludit: vt patet ex finalibus verbis, quibus pro ratione affignat *iustitiam originalem*: quæ vtique vtrisque fuisset tunc communis. Neque verò huic decisioni obstat illud eiusdem 1. p. q. 101. ar. 1. in Corpore: 'Pueri in statu innocentiæ non nascerentur perfecti in scientia'. Illud item eiusdem articulo proximè sequenti in Corpore: 'Pueri in statu innocentiæ non habuissent perfectum vsum rationis'. Nam solummodo intendit removere ab eis scientiam vel vsum rationis taliter perfectum, qualiter in plena ætate perfectus futurus esset. Unde post illa verba iam citata, *Pueri in statu innocentiæ non habuissent perfectum vsum rationis*; continuò adiunxit: 'Sicut habituri erant in perfecta ætate'. Quanquam ergo non habuissent ab initio tam perfectam scientiam vel vsum rationis, quàm decursu ætatis acquisituri fuissent; habuissent tamen sufficienter perfectam scientiam & rationis vsum pro conditione ætatis incipientis. Hinc idem q. 101. ar. 1. iam citato ad 3.m ait de eisdem: 'Pueri habuissent sufficientem ,scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ, in quibus homines diriguntur'. Duæ proinde extremæ hìc vitandæ sunt sententiæ, tenẽdaque media: Extremarum vna est, quæ omnem prorsus rationis discretionem parvulis in statu innocentiæ nascituris denegat: altera quæ eis ab initio conceptionis plenitudinem discretionis & apicem sapientiæ attribuit: Media denique nec omninò excordes, vt nunc; nec plenè perfectèque sapientes, vt tunc in ætate provecta, nascituros fuisse censet. Primam & secundam reiecit D. Thomas locis iam citatis, tertiamque approbat. Contra primam videri insuper potest Augustinus lib. 1. de Peccat. Meritis cap. 36. 37. & 38. & lib. 2. cap. 29. Contra secundam militant quæ ex Hugone Victorino obiecta sunt. Quæ tamen ne primæ sententiæ favere putentur, notanda sunt hæc eiusdem verba circa finem capitis obiecti subiuncta: 'Nos quidem secundùm hunc

Ad Confirmat.

D. Thomas.

Præoccupatio.

Ad Hugonem Victor.

Digitized by Google

'hunc modum in rebus occultis ea quæ magis probabilia nobis vide-'bantur elegimus; ITA TAMEN VT IN NVLLA PARTE, DVBIA PRO CERTIS ASSERERE PRÆSVMAMVS'. Ex quibus perspicuum est, Hugonem in verbis obiectis non tam assertivè quàm disputativè ac dubitativè suum sensum prodidisse. Cæterùm ne quis putaret Augustinum, in verbis ex libro 14. de Civit. cap. 10. obiectis, patrocinari secundæ sententiæ, æquiparanti parvulos primo ipsi parenti penes sapientiam & discretionem rationis: Notandum est, eum non dixisse, Quàm fœlices erant primi homines, tam fœlices per omnia fuissent eorum posteri: sed, *Quàm fœlices erant primi homines, & nullis agitabantur* PERTVRBATIONIBVS ANIMORVM, *nullis corporum ladebantur* INCOMMODIS &c. Non igitur penes rationis discretionem aut sapientiæ perfectionem æquiparat posteros primis parentibus durante innocentiæ statu, sed penes immunitatem à *perturbationibus animorum, & incommodis corporum.* Porrò sub perturbationibus animorum comprehendi possunt etiam errores ex parte intellectus. Nam, vt idem alibi ait: [c] 'Approbare falsa pro veris, vt erret invitus, & resistente atque torquente dolore carnalis vinculi non poss. à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati'. Quamvis ergo parvuli pro statu innocentiæ non nascerentur plenè sapientes, nascerentur nihilominus ab erroris periculo immunes: quia talem prudentiam ab initio accepissent, quâ cohiberentur non solùm ab assensu falsorum & dissensu verorum, sed etiam ab omni approbatione & reprobatione dubiorum: adeò vt nullum omninò elicerent assensum aut dissensum merè opinativum. Si petas cur potiùs Adamus plenè ac perfectè sapiens est conditus quàm eius conderentur aut nascerentur posteri pro statu illo innocentiæ; cùm non solùm nascerentur eiusdem cum ipso naturæ, verùmetiam paris innocentiæ? Respondeo, quia equidem non nascerentur eiusdem aut paris cum ipso officij: [a] 'Quamvis 'anima Adæ (ait D. Thomas) & animæ filiorum eius fuerint eiusdem 'naturæ, non tamen eiusdem officij: quia anima Adæ constituebatur 'vt quidam fons, vnde in posteros omnis disciplina perveniret: & 'ideò oportebat eam statim esse perfectam, quod non oportuit de animabus filiorum'. Non solùm autem non oportuit, sed nec decens aut congruum fuit: quia, vt idem in argumento, *Sed contra*, præmiserat: 'Filiorum est accipere à Patre Esse, Naturam, & Disciplinam. Sed si 'filij Adam mox nati habuissent plenam scientiam, ab eo disciplinam 'non potuissent accipere. Ergo non servaretur inter eos & primum parentem completus paternitatis ordo'. Ad authoritates Patrum pro astruenda simplicitate vel ruditate vel insciția protoplastorum ante prævaricationem obiectas, responsum est lib. 1. cap. 7. §. 4. & seq. Ad Augustini locum in fine obiectum iam pridem respondit ipse Augustinus lib. 1. Retract. cap. 14. vbi occasione cuiusdam sententiæ quam tradiderat lib. de vtilitate credendi, exponit quod ex libro 3. de libero arbitrio obiecimus: 'Quod dixi (inquiens) *Nemini dubium est,*

Ad Augustinũ

[c] *Aug. l. 3. de lib. Arbit. c. 18. Vide lib. de Nat. & Grat. c. 67. & lib. 1. Retract. c. 9 & Magistrum lib. 3. Sent. Dist. 15. §. 2. & D. Th. 1 p. q 95. ar. 4 & q. 18. de Verit. ar. 6.*

Dubium.

Decisio.

[d] *D Th. q. 18. de Verit. ar. 7. ad 6.m Vide eund. 1. p. q. 95. ar. 3. in Corpore & ad 2.m*

Ad Patres ẽmissivè.

Ad Augustinũ.

Digitized by Google

,eſt, *omnes homines aut ſtultos eſſe aut ſapientes*, poteſt videri contrarium ,illi quod legitur lib. 3. de Libero arbitrio, *Quaſi verò naturâ humana ,præter ſtultitiam & ſapientiam nullam mediam recipiat affectionem.* Sed illud ,ibi dictum eſt, vbi de primo homine quærebatur, *vtrùm ſapiens fuerit ,factus, an ſtultus, an neutrum* : quoniam nullo modo ſtultum dicere po-,teramus qui ſine vitio factus eſt, cùm ſit ſtultitia magnum vitium; & ,ſapientem quomodo diceremus qui potuit ſeduci, non ſatis appare-,bat : Ideòque AD COMPENDIVM DICERE VOLVI. *Quaſi verò natura ,humana præter ſtultitiam & ſapientiam nullam mediam recipiat affectionem.* ,INTVEBAR QVIPPE PARVVLOS, quos licet confiteamur trahere ori-,ginale peccatum, tamen nec ſapientes nec ſtultos poſſumus propriè di-cere, nondum vtentes libero arbitrio ſeu benè ſeu malè' &c. Summa reſponſionis ſeu expoſitionis eſt, Auguſtinum ibi nihil determinaſſe ſuper affectione primi hominis; ſed ad compendiosè elidendum argu-mentum dixiſſe, *Quaſi verò natura humana* &c. Tanquam diceret obie-ctori : Argumentum tuum non concludit, quia conſequentia invalida eſt; quippe fundata in loco topico à contrarijs, quæ ſupponis eſſe im-mediata, cùm tamen mediata ſint, manifeſtamque patiantur inſtan-tiam in parvulis, ſine ſapientia aut ſtultitia naſcentibus. Hoc ergo compendio negationis conſequentiæ Auguſtinus argumento obiecto reſpondit, ſed de primi hominis affectione nihil decidit.

6. Superest nunc poſtrema Obiectio §. 3. propoſita, quâ contenditur, primum hominem in natura pura ſine gratiæ opitulatione fuiſſe crea-Cor. 15. tum. Ad locum igitur Apoſtoli primò obiectum, quo *primus Adam in* 1. *animam viventem, noviſſimus verò in ſpiritum vivificantem factus* perhibetur, Reſpondeo, Ex contextu perſpicuum eſſe, non ibi comparari hominis creationem ad eiuſdem iuſtificationem, ſed ad finalem glorificationẽ ſeu corporalem reſurrectionem. Præceſſerat enim ibidem immediatè: *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale* : [c] 'In eo ergo (inquit Auguſtinus) quod ſcriptum eſt, *Fa-,ctus eſt primus homo in animam viventem*, voluit Apoſtolus intelligi cor-,pus hominis animale: Spiritale autem quemadmodum intelligendum ,eſſet, oſtendit addendo, *Noviſſimus autem in ſpiritum vivificantem* : pro-,culdubio Chriſtum ſignificans, qui iam ex mortuis ita reſurrexit, vt mori omninò deinceps non poſſit'. Et Epiſt. 146. 'Inter *animam vi-,ventem & ſpiritum vivificantem* hoc intereſſe voluit, vt illic ſit *corpus ani-,male*, hìc *ſpiritale*. Anima quippe in corpore animali vivit quidem, ſed ,non vivificat vſque ad auferendam corruptionem : In corpore verò Cor. 6. ,ſpiritali, quoniam perfectè *adhærens Deo vnus ſpiritus eſt*, ſic vivificat, 7. ,vt ſpiritale corpus efficiat, abſumens omnem corruptionem, nullam metuens ſeparationem'. Et Epiſt. 56. 'Tam potenti naturâ Deus fe-,cit animam, vt ex eius pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporum ,ſanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod eſt ,corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor'. Iſtam pleniſſimam

Ad Obiectionem tertiam.

Ad Apoſtolũ.

[c] *Aug. lib. 13. de Civit. c. 23 Vide eund. l. 6. de Gen. ad litt. c. 19 & 20. & l. 12. c. 7. & Enchirid. c. 91. & Pſeudo Anſelm. in cap. 15. Epiſt. 1. ad Corinth. v. 45. & D. Th. ibidem lect. 6. & 7.*

beati-

beatitudinem non habuit primus Adam in ſua creatione, vt cap. 8. §. 3. & hoc capite §. 4. monſtratum eſt: & ideò non *in ſpiritum viuificantem*, ſed *in animam viuentem factus* perhibetur. Neq; enim anima eius pro illo ſtatu ita viuificabat corpus vnitum, vt non indigeret alimentorum ſuſtentaculo, more reliquorum animalium, in quorum creatione dictum eſt, *Producat terra* ANIMAM VIVENTEM *in genere ſuo.* In noviſſima autem reſurrectione ſanctorum animæ ita viuificabunt ſua corpora reſumpta, vt non magis indigeant corporali nutrimento, quàm ſi puri eſſent ſpiritus: & ob hoc ab Apoſtolo dictum eſt, *Reſurget corpus ſpirituale*: [f] 'Sicut enim ſpiritus (ait Auguſtinus) carni ſerviens, non ,incongruè carnalis; ita caro ſpiritui ſerviens, rectè appellabitur ſpiritalis: non quia in ſpiritum convertetur; ſicut nonnulli putant, eò ,quòd ſcriptum eſt, *Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale*: ſed ,quia ſpiritui ſummâ & mirabili obtemperandi facilitate ſubdetur, vſque ad implendam immortalitatis indiſſolubilis ſecuriſſimam voluntatem; omni moleſtiæ ſenſu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non ſolùm enim non erit tale, quale nunc eſt in quavis optima ,valetudine; ſed nec tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante ,peccatum: Qui licet morituri non eſſent niſi peccaſſent, alimentis tamen vt homines vtebantur, nondum ſpiritalia, ſed adhuc animalia corpora terrena geſtantes'. Et lib. 1. Retract. cap. 13. exponens quemadmodum dixerit lib. de vera Religione cap. 12. *corpus noſtrum ſuo tempore reſtituendum priſtinæ ſtabilitati*: 'Sic (inquit) accipiendum eſt, ,quia etiam priſtina ſtabilitas corporis, quam peccando amiſimus, habebat tantam fœlicitatem, vt in defectum non vergeret ſenectutis. ,Huic ergo priſtinæ ſtabilitati reſtituetur hoc corpus in reſurrectione ,mortuorum: ſed habebit amplius, vt nec alimentis corporalibus ſuſtentetur, ſed ad ſufficientiam viuificetur ſolo ſpiritu, cùm reſurrexerit *in ſpiritum viuificantem*, quâ causâ etiam *ſpirituale* erit. Illud autem ,quod primum fuit, quamvis non moriturum niſi homo peccaſſet, tamen *animale* factum eſt, hoc eſt, *in animam viuentem*'. Hanc Apoſtolici teſtimonij interpretationem non infirmat, ſed confirmat locus ex Irenæo ſubſequenter obiectus; vt tam titulus capitis, quàm contextus manifeſtat. Titulus etenim ſic ſonat: 'De differentia mortis & vitæ, ,afflatus vitæ & ſpiritus viuificantis: & quomodo eadem ſubſtantia carnis, quæ mortua eſt, reviviſcet'. Denique contextus immediatè ſubiunctus verbis obiectis ita ſonat: 'Sicut igitur qui *in animam viuentem factus eſt*, divertens in peius, perdidit vitam: ſic rurſus idem ipſe ,in melius recurrens, aſſumens viuificantem ſpiritum, inveniet vitam: Non enim aliud eſt quod moritur, & aliud quod viuificatur'. Ad Auguſtinum Irenæo ſubiunctum reſpondetur, Eum retractando correxiſſe interpretationem ibi traditam: vt videre eſt lib. 1. Retract. cap. 10. vbi ait: 'Nec illud Apoſtoli, vbi adhibet teſtimonium de Geneſi, dicens, *Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem*, ſicut ille ,voluit intellexi, cùm exponerem quod ſcriptum eſt, *Inſufflavit in faciem*

Gen. 1

[f] Aug. l. 13 de Civit. c. 20. Vide Greg. l. 5. Moral. c. 25.

Ad Irenæum.

Ad Auguſtinũ.

,ciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam vivam, vel, in animam ,viventem. Apostolus enim ad hoc adhibuit illud testimonium, vt pro- ,baret esse corpus animale: ego autem hinc putavi hoc esse monstrandum, animalem factum priùs hominem, non corpus hominis solum'. Alterum eiusdem Augustini testimonium ibidem subiunctum, atque ex libro 13. de Civit. cap. 24. desumptum, non est ad rem. Neque enim ibi improbatur eorum sententia qui primum hominem ab initio spiritu sancto vivificatum asserunt, sed qui illam vivificationem putant intelligi litteraliter per illa verba, *Inspiravit in faciem eius spiritum*, seu *spiraculum vitæ*. Dixi, *litteraliter*: quia nihil vetat illa verba allegoricè intelligi de infusione Spiritus sancti: prout D. Thomas agnoscit in Opusculo contra errores Græcorum cap. 27. subtexens immediatè verbis inde obiectis: 'Vnde dicendum est, quòd expositio Cyrilli non potest esse litteralis, sed solùm allegorica'. Quòd si expositio Cyrilli vel iuxta allegoricum sensum subsistit, vera proculdubio est sententia quam astruit: Neque enim Scriptura sacra iuxta vllum sensum à Spiritu sancto intentũ potest astruere quod falsum est. Accedit quòd aliæ Scripturæ iuxta litteralem sensum significent, protoplastum ab initio habuisse Spiritus sancti gratiam: vt videre est capite præcedenti §. 5. Neque huic sententiæ officit, quòd Genesis 1. in creatione hominis non repetatur similitudo, sed *imago* duntaxat. Quanquam enim eo loco subticeatur similitudo, alibi tamen exprimitur: vt cùm dicitur, *In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum*. Nec obstat quòd etiam hoc loco in quibusdam Editionibus pro *similitudine* legatur *imago*. Nam inprimis vulgata editio latina habet *similitudinem*, consonante etiam Chaldaica paraphrasi. Deinde nos cap. 8. §. 5. aliquot Patres citavimus, qui idipsum intelligunt nomine *imaginis*, quod alij passim censent importari per *similitudinem*. Denique in libro Sapientiæ vtraque coniungitur, cùm dicitur, *Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum*. Iacobus item Apostolus disertè testatur, *Homines ad similitudinem Dei esse factos*. Quem locum præsenti proposito accommodans Augustinus: [8] 'Nonnulli putant (inquit) ,ideò non repetitam similitudinem, neque dictum, Et fecit Deus ho- ,minem ad imaginem & similitudinem Dei; quia tunc tantummodo ad ,imaginem, similitudo autem illi postea servabatur in resurrectione ,mortuorum. Quasi possit esse imago aliqua, in qua similitudo non ,sit: Si enim omninò similis non est, proculdubio nec imago est. Ve- ,rumtamen vt non solâ ratione id agere videamur, & authoritas Ia- ,cobi Apostoli adhibenda est; qui cùm de lingua hominis loqueretur, ,ait: *In ipsa benedicimus Deum, & in ipsa maledicimus homines, qui ad simi- litudinem Dei facti sunt*'. His addi potest & Ecclesiæ authoritas, in primo Responsorio Dominicæ in Septuagesima dicentis, & quotannis per orbem legentis: 'In principio creavit Deus cœlum & terram, ,& fecit in ea hominem ad imaginem ET SIMILITVDINEM SVAM'. Hæc cùm ita sint, assignanda superest ratio, ob quam Gen. 1. subti-

Gen. 1. 27.
Gen. 5. 1.
Sap. 2. 23.
Iac. 3. 9.

Ad D. Thomã. *Vide hic suprà c. 8. §. 5.*

Præcuptãte.

[8] *Aug. l. de Genesi imperf. cap. vltimo.*

Ecclesia.

Ad Origenem & reliquos.

ſubticeatur nomen *ſimilitudinis*, vbi hominis creatio peracta recolitur. Duplex autem aſſignari poteſt ſecundùm duplicem ſimilitudinis ſtatũ, imperfectum videlicet viæ, & perfectum patriæ: Dicitur enim ſimilitudo gratiæ, dicitur & gloriæ; quemadmodum & de ìmagine indicat D. Thomas 1. p. q. 93. ar. 4. in Corpore. Quò referri poteſt illud Ioannis, *Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus: ſcimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Dicendo enim, *Nunc filij Dei ſumus*, ſimilitudinem gratiæ ſubindicat: ſubdendo autem, *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus*, ſimilitudinem gloriæ evidenter deſignat: de qua videri poteſt Auguſtinus lib. de Spiritu & Litt. cap. 22. & 23. & lib. 11. de Civit. cap. 26. Prima itaque ratio ob quam in hiſtoria creationis primi hominis ſuppreſſa eſt *ſimilitudo*, reddi poteſt iſta, quia licet homo in creatione acceperit ſimilitudinem gratiæ, dilata tamen fuit ſimilitudo gloriæ, eique propoſita vt meritis acquirenda. Et hanc rationem conſiderarunt nonnulli ex Patribus in obiectione relatis, ſignanter Origenes, Clemens Alexandrinus, Gregorius Nyſſenus, Iſidorus Peluſiota, & Philaſter. Secunda item iſta, quia primus homo ſimilitudinem gratiæ perditurus fuit prævaricando; vnde factum, vt eius poſteri ſine ea naſcerentur, nec niſi regeneratione eam rurſus nanciſcerentur. Hinc quoniam, vt Apoſtolus ait, *Adam fuit forma futuri*, totiuſque poſteritatis perſonam geſſit; id quod in poſteris adimpletur, ipſi velut eorum typo ac ſtipiti attribuitur. Atque hanc rationem conſiderarunt alij Patres in obiectione memorati, vt Hieronymus, Paulinus, & Rupertus: "'In Adam (ait loco obiecto ,Paulinus) ſolã nobis imaginẽ remanſiſſe, ipſa, quæ opificiũ diuinę ma-,nus narrat, Geneſis oſtendit: in qua ſimilitudo cum imagine Dei in ip-,ſo adhuc hominis faciendi molimine nominatur, ſed capite ſubſequẽ-,ti, quo iam factus homo tantũ ad imaginẽ Dei ſcribitur, ſimilitudinẽ ,quaſi peccaturo fuiſſe ſubtractã indicat; profectò futuri præſcientiâ, vt ,reſervaretur hominibus in Chriſto, qui per obedientiã pietatis ſuę re-,conciliavit Patri mundũ, quẽ inconciliavit primi parentis inobedientia'. Vbi rationem quidem aſſignat ob quam Scriptura ſuppreſſit nomen *ſimilitudinis*, ſed non negat hominem fuiſſe reapſe conditum ad Dei ſimilitudinem: Imò ſatis innuit oppoſitum, dum ibidem immediatè præmittit de Chriſto: 'Ideò conformatus eſt corpori carnis no-,ſtræ quæ peccato ſerviebat, vt nos conformaret corpori carnis ſuæ ,quæ peccatum non fecit: vt verè AD ORIGINALEM GLORIAM reformemur, ſi divinam ſimilitudinem Chriſti imitatione capiamus'. Divinam ergo ſimilitudinem capiendo, ad *originalem gloriam* reformamur: Ac per hoc divinæ ſimilitudinis gloria fuit nobis originaliter inſita. Nec minus diſertè idipſum aſtruit Rupertus lib. 1. in Ioan. ad illa verba, *& vita erat lux hominum*: 'Fecit Deus hominem (inquiens) non ſolùm ad imaginem, ſed etiam AD SIMILITVDINEM SVAM'. Et lib. 2. in Geneſim cap. 3. 'Cùm primum (inquit) fecit Deus hominem, non ſolùm rationalem, ſed etiam SIMILITVDINIS SVÆ FECIT

HONORE

D. Thomas. — 1. Io. 3. 2

Auguſtinus.

Origenes. Clemens Alex. Greg. Nyſſenus. Peluſiota. Philaſter.

Rom. 5. 14

Hieronymus. Paulinus. Rupertus. h Paulinus Epiſt. 2. ad Severum.

Rupertus. Vide l. 7. de Offic. c. 4 & l. 11. c. 17. & l. 2. de Victoria Verbi Dei c. 6. & Rich. Vict. l. 1. de Emanuele c. 11. & 19.

Ioan. 1. 4.

Iuda. 7.3. ,HONORE POLLENTEM : *Deus* enim, inquit Scriptura, *fecit hominem rectum*'. Consonat omninò Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum cap. 16. vbi præmisso testimonio Ecclesiastis iam citato, subinfert: 'Cùm ,ergo boni creati simus ET RECTI, à Deo; ipsi vitio nostro sumus ad peiora prolapsi'. Neque verò Hieronymus oppositum asserit aut supponit in commentario ad Philemonem ibidem inferiùs obiecto, dum dicit, 'A plerisque quæri & sæpissimè retractari, *Quare Deus hominem faciens, non eum bonum rectumque condiderit*'. Nam ex eius responso ibidem relato apparet, quæstionem fuisse motam de bonitate & rectitudine inamissibiliter indita. Ac sic quęstionem non supponere falsum; siquidem verissimum est, hominem non ita fuisse conditum, vt inamissibiliter bonus esset ac rectus. Cum quo benè stat, quòd bonus ac rectus fuerit conditus; sed ita, vt bonitas illa ac rectitudo possit propriæ voluntatis arbitrio retineri vel amitti. Alij respondent, Hieronymum in isto commentario, sicut & in alijs frequenter, non suum sensum expressisse, sed aliorum sententiam, tacitis authorum nominibus, retulisse. Ad Pseudo-Augustinum ex libro qq. vtriusque Testamenti obiectum respondetur, Authorem illarum Quæstionum fuisse in multis hæreticum, vt in censura eis præfixa notarunt Lovanienses: qui & ad extremum adijciunt: 'Nonnulli ex multiplici collatio-,ne persuasum habent, hoc Opus, & Commentarium in Paulinas Epistolas Ambrosio inscriptum, eiusdem esse authoris'. Authorem porrò Commentarij in Paulinas Epistolas, qui vsitatè iam in Scholis appellatur *Ambrosiaster*, plerique censent fuisse Hilarium Diaconum, Luciferiani Schismatis tubicinẽ, quẽ Hieronymus in Dialogo adversùs Luciferianos c. 9. irrisoriè agnominat *Orbis Deucalionẽ*: vt nuper ijdem Lovanienses observarunt in libello cui titulus, *Vulpes capta*, cap. 5. §. 14. in fine. Aliam solutionem obiecti testimonij adhibet D. Thomas 1. p. q. 95. ar. 1. ad 2.m sed minimè nobis necessariam, vt ex iam dictis constat. Ad Cyprianum, Athanasium, & Cyrillum Alexandrinum, respondetur, eos quidem astruere prioritatem inter primi hominis formationem, & gratiæ ei infusæ collationem, vel eiusdem operationem: sed non exprimere vtrum illa prioritas fuerit temporariæ durationis, vel naturæ aut rationis. Vnde ne alijs Patribus contradicere existimentur, verisimilius est eos loqui de prioritate duntaxat naturæ seu rationis. Alioquin enim eorum assertio manifestam pateretur instantiam in Christo homine: qui vtique primo momento existentiæ suæ infusam habuit spiritus sancti gratiam, & ex ea ac cum ea meritoriè operatus est. Nihil ergo vetat idem accidisse in primo homine. Ad Hugonem Victorinum & Magistrum Sententiarum patet responsio ex dictis de Angelis hìc superiùs cap. 3. & 4. Sicut enim inquirendo magis quàm definiendo censuerunt Angelos non elicuisse primo instanti actus liberos aut meritorios, ita inquirendo magis quàm definiendo locuti sunt de primis hominibus. Etenim Hugo id apertè profitetur lib. 1. de Sacramentis p. 6. c. 17. vbi loquens de Protopla-

Hieronymus.

Vide Estium in 2.m dist. 25. §. 2.

Ad Pseudo-Augustinum.

Lovanienses.

Hieronymus. Lovanienses.

Ad Cyprianũ, & Athanasiũ, & Cyrillum.

Ad Hugonem Victor. & Magistrum.

Digitized by Google

sto: 'Nihil (inquit) temerè circa ipsum, quantum ad primum illum statum pertinet, definire volumus'. Angelicus Doctor 1.p.q.95. ar.1. nostram ex professo astruens sententiam, obijcit sibi authoritatem Magistri: cui respondens ait: 'Ad quartum dicendum, quòd Magister ,loquitur secundùm opinionem illorum, qui posuerunt, hominem non ,esse creatum in gratia, sed in naturalibus tantùm. Vel potest dici, ,quòd etsi homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit quòd ex ,creatione naturæ posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiæ'. Quæ responsio peræquè adhiberi potest ad Hugonem, quem Magister hac in parte, vt aliàs plerunque, imitatus est. Sicut autem Magister Hugonem, ita Magistrum imitati sunt veteres aliquot Scholastici, vt Albertus, Alensis, Bonaventura, Paludanus, Richardus: quorum locos ad longum recitat Dionysius Carthusianus in 2.m Dist. 24. q. 1. Sed eorum opinioni, vel potiùs disquisitioni, præfert sententiam à nobis hactenus traditam; tanquam 'Doctoribus (vt ait) magnis & sanctis magis consonam'. Quam consonantiam nos superiori capite §. 5. & 6. congestis præcipuorum Patrum authoritatibus ostendimus. Neque verò traditæ ibi ac stabilitæ veritati officere potest ratio ex creatione primi hominis extra paradisum desumpta. Nam licet ad demonstrandum paradisi gratuitatem congruerit, vt primus homo extra illum, non in illo conderetur; non tamen similiter congruum aut decorum fuit, vt ad demonstrandum gratiæ gratuitatem idem homo sine ipsa, non cum ipsa crearetur. Rationem disparitatis assignavimus superiùs hìc cap. 4. §. 4. sub initium, vbi præsentem obiectionem sufficienter eliximus. Ad Augustini authoritatem ex lib. 11. de Genesi ad litt. cap. vltimo obiectam, respondetur inprimis non ibi agi de spiritualitate primi hominis pro tempore quo à Deo est factus, sed pro tempore quo serpenti credens est lapsus. Sive igitur eo tempore fuerit spiritali mente præditus, sive carnali mente ebrius, parum refert ad præsens propositum. Sed dicet fortè aliquis: Si primus homo in paradiso fuit carnalis, à fortiori apparet consequens, vt ante introductionem in paradisum fuerit carnalis. Non magis id sequitur, quàm si quis ita ratiocinaretur: Si primus homo in paradiso peccavit, à fortiori apparet consequens, vt ante introductionem in paradisum peccaverit: Etenim ibi carnalis factus est, vbi in peccatum lapsus est. Sed instabis fortè adhuc & dices, Adam priùs credidit serpenti quàm excidit à sua innocentia: ideò enim hâc excidit, quia illi credidit. Quomódò ergo stabit quod Augustinus lib. 3. de libero Arbitrio cap. 18. ait, 'Approbare falsa pro veris, vt erret invitus, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati'? Respondetur negando assumptum, cum Augustino lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 30. vbi negat, mulierem (eadem est ratio de viro) crediturum fuisse serpenti, 'Nisi ,iam inesset menti amor ille propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio'. Et inferiùs cap. 34. de vtroque protoplasto loquens: 'Quid mirum (inquit) si superbi volentes *esse sicut Dij, evanuerunt in cogitatio-* Gen. 3.

D. Thomas.

Albertus. Alensis. Bonaventura. Paludanus. Richardus. Carthusianus.

Ad Rationem remissivè.

Ad Augustinũ.

Scrupulus.

Excutitur.

Instantia eliditur.

Augustinus. Vide l. 14. de Civit. cap. 13. & Greg. l. 4. Moral. c. 9 & 13. & Prosp. l. 2. de Vita contempl. c. 29. & Fulgen.

Rom. 1. 21. ,gitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum? Se quippe *dixerunt* l. de Incarn. & Gratia c. 22. & Leonem Serm. 5 de Natiuit. c. 5.
v. 22. ,*eſſe ſapientes* in abundantia ſua: & illo auertente faciem ſuam, *ſtulti facti ſunt*". Qua de re videri poteſt D. Thomas 2. 2. q. 163. ar. 1. ex profeſſo probans primum hominis peccatum fuiſſe ſuperbiam. Vbi in reſponſione ad 4.m allegat Auguſtini verba ex libro 11. de Gen. ad litt. cap. 30. iam relata. Quibus & addit per modum expoſitionis: 'Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi ſuperbia præceſſerit ſuaſionem ,ſerpentis; ſed quia ſtatim poſt ſuaſionem ſerpentis inuaſit mentem eius ,(hominis) elatio: EX QVA CONSECVTVM EST, VT CREDERET VERVM ESSE QVOD DÆMON DICEBAT'. Nec obſtat quòd Proſper Reſp. ad tria priora Excerpta Genuenſium, & rurſus lib. contra Collat. cap. 19. videatur indicare, quòd primum Adæ peccatum fuerit infidelitas. Nam, vt monet Auguſtinus Enchiridij cap. 45. & ex ipſo Leo papa Epiſt. 86. ad Nicetam, 'In illo vno peccato, quod *per vnum hominem* ,*intrauit in mundum*, *& in omnes homines pertranſiit*, propter quod etiam ,parvuli baptizantur; poſſunt intelligi plura peccata, ſi vnum ipſum in ,ſua quaſi membra dividatur ſingula. Nam & ſuperbia illic fuit, quia ,in ſua potiùs eſſe, quàm in Dei poteſtate dilexit: Et ſacrilegium, QVIA ,DEO NON CREDIDIT: Et homicidiũ, quia ſemetipſum præcipitavit ,in mortem: Et fornicatio ſpiritalis, quia integritas mentis humanæ ,ſerpentinâ ſuaſione corrupta eſt: Et furtum, quia cibus prohibitus ,vſurpatus eſt: Et avaritia, quia plus quàm illi ſufficere debuit, appeti- ,vit: Et ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſideratione inveniri poteſt'. Quamvis igitur primum Adæ peccatum habuerit etiam malitiam infidelitatis, & ob id poſſit dici perfidia vel hæreſis, hanc tamen malitiam ordine ſaltem naturæ præceſſit malitia ſuperbiæ ſeu elationis: vt Patres iam citati inſinuant. Nec oppoſitum docet Auguſtinus in obiectione allegatus: Imò nihil in alterutram partem ibi reſolvit, vt ex ipſo textu obiecto perſpicuum eſt. An verò inconſiderantia aliqua præceſſerit vel comitata ſit primam Angeli vel hominis elationem, dictum eſt lib. 1. cap. 7. §. 3. & ſequentibus. Ad reliqua eiuſdẽ Auguſtini teſtimonia vſque ad finem paragraphi 3. obiecta, quibus contenditur, primum hominem caruiſſe adiutorio gratiæ cùm caderet, Reſponderi inprimis poteſt: Non à nobis hìc diſceptari an caruerit adiutorio gratiæ cùm caderet, ſed cùm crearetur. Deinde Reſpondetur, non negari illis teſtimonijs quin Adam cùm caderet habuerit qualecunque adiutorium gratiæ, ſed duntaxat adiutorium voluntatis aut operis, quo nimirum fieret non ſolùm vt poſſet, ſed etiam vt vellet perſeverare. Habuit ergo adiutorium *ſine quo non*, ſed non habuit adiutorium *quo*. De quorum adiutoriorum diſcrimine videri poſſunt quæ ſcripſimus lib. 2. cap. 8. & hoc libro cap. 4. §. 3. poſt Auguſtinum lib. de Corrept. & Gratia cap. 10. 11. & 12. quem ſequitur D. Thomas 1. p. q. 95. ar. 1. ad 3. & 1. 2. q. 109. ar. 10. ad 3.m & 2. 2. q. 137 ar. 4. ad 2.m Quando ergo Auguſtinus ex lapſu primi hominis colligendum inculcat quid valeat liberum arbitrium *non adiutum*, vel

D. Thomas. Vide Eſtium in 2.m Diſt. 21. §. 6. & Diſt. 22. §. 1. & ſeqq. Præoccupatio. Proſper. Auguſtinus. Leo.

Auguſtinus. D. Thomas.

vel *sine Deo*, vel *sine gratia*; non removet qualecunque adiutorium, sed illud duntaxat quo indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur ad declinandum à malo & faciendum bonum; manente interim adiutorio possibilitatis, cuius vsus abususque subesset determinationi ipsius arbitrij. Collectio porrò, quam tantopere inculcat, est huiusmodi: Liberum arbitrium primi hominis sanum & integrum, atque etiam adiutorio possibilitantis gratiæ instructum, cecidit: Quanto igitur magis cadet liberum arbitrium hominis lapsi ægrum & imbecillum, omni adiutorio divino destitutum? Quæ collectio optima est, & evincit quod collector intendit. Cęterùm non defuisse vnquam primis hominibus adiutoriûm gratiæ pro statu primæ integritatis, patebit vberiùs ex mox dicendis. Ex quibus etiam Constabit quid respondendum sit ad locum ex lib. 11. de Civitate cap. 12. ad calcem §. 3. obiectum.

CAPVT X.

Humanæ peregrinationis Duratio ac continuatio pro statu primæ conditionis expenditur, peregrinantiumq; felicitas in paradiso præsertim voluptatis perstringitur.

QVod de Angelica peregrinatione hìc superiùs cap. 5. præstitimus, id modò de humana pro statu primæ conditionis præstare conabimur: Indagabimus nimirum quàm fuerit diuturna, quàm gnaviter continuata, an subinde interrupta, quando finita. Ad diuturnitatem quod attinet, non par est ratio vtriusque protoplasti: Nam Eva seriùs inchoavit, & ęitiùs peregrinationem innocentialem finivit. Etenim creata est post Adamum, & peccavit ante Adamum. Creatus est quidem vterque protoplastus sexta die mundi, sed mulier post virum: vt cap. 1. §. 8. ostensum est. Ambo peregrinationem suam inchoarunt eodem momento quo respectivè creati sunt: vt ex dictis cap. 8. §. 6. colligi potest. Hinc proinde consectarium est, eum qui priùs creatus est, priùs peregrinationem inchoasse. Quanto porrò temporis intervallo creatio Adæ præcesserit creationem Evæ, incertum est: præcessisse tamen aliquo, non videtur dubitandum: siquidem Adam extra paradisum creatus est, & subinde in paradisum translatus animalibus ad se adductis nomina imposuit. Quibus demum peractis, sicut scriptum est, *Adæ non inveniebatur adiutor similis eius*: [a] Eodem die sexto (inquit Torneillus) necesse est formatam fuisse Evam: Nam quod facta fuerit post Adamum, præter id quòd manifestè series ipsa historiæ sacræ quæ traditur Genesis cap. 1. & 2. declarat, etiam expressiùs asserit Apostolus 1. ad Timoth. cap. 2. vers. 13. dicens, *Adam enim primus formatus est, deinde Eva.* Quòd autem non fuerit facta die septimo, vt perperàm credidit Catharinus, patet, quia Genesis cap. 1. vers. 27. vbi dicitur, *Masculum & faminam creavit eos*, post pauca subiungitur

1. Gen. 2.

[a] *Torneill. ad die mundi 6.m n. 18.*

Digitized by Google

,tur, *Vidit q; Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona; & factum eſt veſpere ,& mane dies ſextus.* Ex quibus verbis manifeſtè infertur, tum ipſam Evam, tum reliqua omnia eodem die ſexto fuiſſe abſoluta'. Cæterùm priùs peccaſſe, adeoque innocentiâ ſuâ excidiſſe Evam quàm Adamũ, colligitur ex ſerie eiuſdem ſacræ hiſtoriæ Geneſis 3. verſ. 6. & ſeqq.
Eccl. 25. 33. Conſonatque alibi Scriptura, dicens: *A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes moriamur.* Continuaſſe ambos peregrinationis ſuæ curſum abſque interruptione vſque ad lapſum, innuere videtur Auguſtinus, vbi ait: [b] 'Sicut in paradiſo nullus æſtus aut frigus, ſic ,in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accedebat bonæ vo- ,luntatis offenſio. Nihil omninò triſte, nihil erat inaniter lætum. Gau- ,dium verum PERPETVABATVR ex Deo, in quem flagrabat charitas ,de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: atque inter ſe ,coniugum fida ex honeſto amore ſocietas, concors mentis corporiſq; ,vigilia, & mandati ſine labore cuſtodia. Non laſſitudo fatigabat otio- ,ſum, non ſomnus premebat invitum'. Nihilominus quia idem Auguſtinus ſuperiori capite §. 4. relatus inſinuat, Adamum in ecſtaſi Deum intuitivè vidiſſe, conſequenter apparet, eum tempore ecſtaſis ſuæ peregrinationem interrupiſſe. Nec hoc repugnat verbis iam citatis: quia tametſi *gaudium perpetuaretur*, non tamen perpetuò meritorium erat; mutato vtique gaudentis ſtatu. Quemadmodum enim charitas etiam actualis eadem continuari poteſt in patria, quæ inchoata fuerat in via; nec tamen in patria perſtat meritoria, quæ pridem in via fuerat meritoria: ita actuale gaudium perpetuari potuit in ecſtaſi Adæ, tametſi deſierit pro tunc eſſe meritorium. Etenim de Adamo pro tempore illius ecſtaſis philoſophandum eſt eodem modo quo de Moyſe & Paulo dum in hac vita Deum tranſeunter viderunt. Sicut ergo hi per illam momentum non interruperunt amorem aut gaudium erga Deum, interruperunt tamen amoris ſui gaudiq; meritum: ita & Adam in ſua ecſtaſi. Dubitari autem poteſt an protoplaſti innocentes naturali ſubinde ſopori indulſerint, eoque peregrinationis ſuæ curſum interruperint. Reſpondetur, veroſimilius apparere quòd non: Nam inprimis nullum eiuſmodi ſoporis indicium ex Scriptura vel traditione habetur. Deinde Auguſtinus mox citatus contrarium innuere videtur in verbis, *Concors mentis corpori q; vigilia.* Id etiam colligitur ex ijs quæ alibi ait de ſomno: [c] 'Somnum corporis (inquiens) omnes debemus ,habere: quia ſi non habeatur ſomnus corporis, deficit homo, defi- ,cit ipſum corpus. Non enim poteſt diu ſuſtinere corpus noſtrum fra- ,gile animam vigilantem & intentam actionibus. Si diu fuerit intenta ,anima in actionibus, corpus fragile & terrenum non illam capit, non ,illam ſuſtinet perpetuò agentem, & deficit, & ſuccumbit. Ideò Deus ,donavit ſomnum corpori, quo reparantur membra corporis, vt poſſint vigilantem animam ſuſtinere'. Eòdem ſpectat quòd papa Gregorius enumerans miſerias quas homo peccando incurrit, inter alia dicat:

[b] *Aug. l. 14. de Civit. c. 26.*

Vide D. *Thom. q. 18. de Verit. ar. 1. ad 13. & 14. & 2. 2. q. 175. ar. 3. ad 3 & ar. 5. ad 1.*

Dubium.

Deciſio.

[c] *Aug. in Pſal. 62. verſ. 2.*

Cap. 1. de
Mixt. Elem.

Mixtum.

Mixt.

Mixtum.

Mixtum.

Mixtum

'creatum extra paradiſum, deinde tertiâ horâ collocatum in paradiſo, 'poſtea circa horam ſextam comediſſe fructum vetitum, ad horam 'autem nonam veniſſe Deum in paradiſum, & increpaſſe Adamum & 'Evam, ſuiſque vtrumque pœnis mulctaſſe; ad veſperam verò, & an- 'te ſolis occaſum eiectos eſſe de paradiſo. Videtur ea ſententia placuiſ- 'ſe Irenæo lib. 5. adverſus Hæreſes: cuius item probatores citantur 'Cyrillus & Epiphanius. Moyſes Barcepha lib. de Paradiſo & probat 'eam, & fuiſſe in ea confirmat tum alios multos, tum inprimis Philo- 'xenum in Oratione quam ſcripſit de Arbore vitæ, Ephrem quoque 'in Commentariis quos ſcripſit in Geneſim, necnon & Jacobum Sa- 'rugenſem in Oratione de Paſſione Domini: ad quos adiungi poteſt 'Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, vt citatur in Catena in Geneſim ſu-
Gen. 3. 3. per illa verba tertij capitis, *De omni ligno paradiſi veſcimur*'. Allegatur pro eadem ſententia Auguſtinus ex libro 9. de Geneſi ad Litt. cap. 4. vbi præmiſsâ quæſtione de primis parentibus, *Cur non coierunt niſi cùm exiſſent de paradiſo?* ſubiungit: 'Citò reſponderi poteſt, Quia MOX crea- 'tâ muliere, priùs quàm coirent, facta eſt illa tranſgreſſio, cuius me- 'rito in mortem deſtinati, etiam de loco illius fœlicitatis exierunt: 'Non enim Scriptura tempus expreſſit, quantum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain'. Sed Auguſtinum non inſtitiſſe huic reſ- ponſioni, patet ex altera hac quam continuò ſubtexit: 'Poteſt etiam 'dici, Quia nondum Deus iuſſerat vt coirent. Cur enim non ad hanc 'rem divina expectaretur authoritas, vbi nulla concupiſcentia, tanquã 'ſtimulus inobedientis carnis, vrgebat? Ideò autem hoc non iuſſerat 'Deus, quia ſecundùm ſuam præſcientiam diſponebat omnia, in qua '& eorum caſum proculdubio præſciebat, vnde iam mortale genus propagandum eſſet humanum'. Proferunt nonnulli pro eadem ſen- tentia antiquos verſus de Feria VI. ex Hiſtoria Scholaſtica ab Alphõ- ſo Salmerone Proleg. 38. relatos: 'Salve feſta dies, quæ vulnera no- 'ſtra coërces: Angelus eſt miſſus, eſt Chriſtus in cruce paſſus: Eſt 'Adam factus, & eodem tempore lapſus: Corpora ſanctorum cum Chriſto multa reſurgunt'. Sed quàm debilis ſit iſta probatio, vel inde manifeſtum eſt, quòd inter Adami creationem & Chriſti conceptionem & paſſionem aliquot annorum millia interfluxerint: cùm ta- men non minus conceptio ac paſſio Chriſti referatur in eandem diem cum creatione Adami, quàm lapſus eiuſdem Adami. Sicut igitur ibi non intelligitur eadem dies à creatione mundi, ſed eadem feria annua- tim & hebdomadatim recurrens: ita & hìc intelligi ſimiliter poterit. Itaque præcitati verſus non minùs allegari poſſent pro ſententia exten- dente habitationem protoplaſti in paradiſo ad octiduum, vel quinde- nam &c. quàm pro ſententia contrahente eandem ad diem vnicum. Ad eundem modum exponi poteſt Irenæus, quatenus lib. 5. cap. 23. ait de protoplaſtis: 'Jn ipſa die mortui ſunt, in qua & manducaverunt,
Gen. 1. 31. '& debitores facti ſunt mortis; quoniã conditionis vnus dies: *Factum eſt* 'enim, inquit, *veſpere & mane dies vnus*. Jn ipſa autem hac die mã ducave-

runt, in ipſa autem & mortui ſunt'. Ubi alludit ad diem conditionis ipſorũ, qui in ordine primorũ dierum fuit ſextus. Nihil proinde aliud docere intendit, quàm quòd protoplaſti cibum vetitũ manducaverint, & reatum mortis incurrerint, eodem die recurrente in ordine dierum hebdomadalium, quo fuerant conditi. Quotus verò fuerit dies iſte in ordine hebdomadalium, indagandum eſſe monet ex die paſſionis Chriſti, ſubdens: 'Secundùm circulum & curſum dierum, ſecundùm quem alia quidem prima, alia autem ſecunda, & alia tertia ,vocatur, ſi quis velit diligenter diſcere, qua die ex ſeptem diebus ,mortuus eſt Adam, inveniet ex Domini diſpoſitione. Recapitulans ,enim vniverſum hominem in ſe ab initio vſque ad finem, recapitulatus eſt & mortem eius. Manifeſtum eſt itaque, quoniam in illa die ,mortem ſuſtinuit Dominus obediens Patri, in qua mortuus eſt Adam inobediens Deo'. Sicut ergo in poſtremis hiſce verbis non intendit docere, paſſum fuiſſe Chriſtum eodem numero die currente quo lapſus eſt Adam, ſed eodem ſpecie die ſecundùm circulum redeunte: ita nec priori loco vult docere, lapſum fuiſſe Adamum eodem numero die currente quo fuerat conditus, ſed eodem ſpecie die recurrente ſecundùm hebdomadæ vel anni circulum. Pergit porrò Irenæus particulariùs exprimere quotus fuerit ille dies in ordine dierum hebdomadalium: 'Hunc itaque diem (ſubdens poſt paucula) recapitulans in ,ſemetipſum Dominus, venit ad paſſionem pridie ante ſabbatum, QVÆ ,EST SEXTA CONDITIONIS DIES, in qua homo plaſmatus eſt; ſecũ,dam plaſmationem, eam quæ eſt à morte, per ſuam paſſionem donans'. Scopus ergo Irenæi eſt, oſtendere, omnia illa in feriam ſextam incidiſſe, creationem nimirum primi Adæ, lapſum eiuſdem, & paſſionem ſecundi Adæ pro reparatione primi toleratam. Quorum duo poſtrema Chriſtianus Grammaticus ſimiliter in eãdem feriam ſextam congerit, omiſſo primo: 'In ſexto die (inquiens) Domino placuit ,crucifigi, quia Adam in ſexto peccavit, & in ipſo eiectus eſt de paradiſo'. Idem tamen Author ibidem ſuperiùs ad verſum 45. apertè pronunciat, Adamum tribus duntaxat horis in paradiſo habitaſſe: 'Eâdem ,horâ (inquiens) quâ Adam mortem induxit, eâdem horâ ſecundus & ,verus Adam mortem vicit: Et ſicut Dominus tribus horis pependit in cruce, ſic Adam tribus horis fuit in paradiſo'. Hunc authorem non videtur legiſſe Pererius ſuprà hìc relatus: alioquin eum potiùs pro ſententia ibi memorata allegaſſet, quàm Irenæum, vel Cyrillum, vel Epiphanium, vel Moyſen Barcepham. Nam de mente Irenæi iam ſatis diximus quàm parum faveat dictæ ſententiæ. Cyrilli & Epiphanij loca non deſignat, nec facilè in eorum libris modò extantibus reperiuntur: Moyſes denique Barcepha refert quidem eam ſententiã Cõment. de Paradiſo p. 1. c. 28. ſed non magis eam approbat quàm alias repugnantes ibidem commemoratas, ſi non minùs. Explicans quippe illa Moyſis verba, *Audierunt vocem Domini Dei gradientis in paradiſo, inclinante die*: 'Hoc diſceptandum eſt (inquit) de quo die hìc ,agat Moyſes. Sunt autem qui dicant, de eo quo conditi fuêre primi

ℰ Chriſtian. Grammat. in caput 27. Matthæi v. 62.

Moyſes Barcepha.

Gen. 3.

Digitized by Google

'parentes: Illo die enim & peccasse illos lege violatâ, qui dies erat 'sextus. Secundùm hos vno eodemq; die creatus est Adam, & confor-'mata Eva, lataque lex, & violata; atque primi parentes ob hoc tan-'tum facinus obiurgati, & paradiso eliminati. Sed aliorum sententia 'est, alio die creatos illos fuisse, alio peccasse: hìc verò de eo loqui 'Moysen, quo peccarunt. Præter hos alij putant, hunc diem neque 'eum fuisse in quo formati Adam & Eva, neque eum in quo peccarũt, 'sed post illos alium: Neque enim satis consentaneum esse, vt hæc tan-'ta vno accidisse die existimentur. Sed nos hæc inferiùs'. Hic nullam video approbationem, sed sententiarum relationem, ac decisionis in subsequentia remissionem. Videamus igitur quid Author inferiùs prope finem libri subiungat, vbi cùm primam iam relatam sententiam cum suis rationibus coniecturisque retulisset, adiecit: 'Verùm senten-'tia aliorum Doctorum est, nequaquam vno die omnia illa esse pera-'cta'. Et post pauca: 'Sed dices (subdit) *Audivere vocem Dei gradientis per paradisum, die iam tum inclinato*: Pulsi ergo sunt illo die'. Ecce obiectionem: vide refutationem: 'Atqui Scriptura non dicit, eum fuis-'se diem quo conditus fuerat Adamus. Pari ergo confeceris ratione, 'eodem die & Ioannem Baptistam & Christum venisse, quandoquidem 'historiæ series, eis diebus quibus apparuit ille, huius diem subiungit'. Qui rursus inferiùs, post multa in refutationem prædictæ sententiæ congesta, duas adhuc alias præter ipsam recensет, nec reprobat: 'Qui-'dam existimant (inquiens) triginta annos inibi fuisse; nempe quot 'Dominus noster in mundo egit pro expiando illius (Adami) scelere: 'vt quamdiu primi homines magnificentiâ paradisi sunt potiti, tamdiu 'iste mundi huius humilitatem toleraverit. Alij putant, quadraginta 'diebus Adamum illic hæsisse, ideoque Christum dies totidem ieiunũ 'duravisse: nimirum vt huius ieiunium remedio esset illorum ingluvei, per quam admisere peccatum in paradiso'. Hæc postrema sententia videtur arrisisse Cæsario Gregorij Nazianzeni fratri: qui cùm Dialogo 3. Interrog. 122. tres diversas super hac re sententias recensuisset, tertiam iam relatam cæteris prætulit, ac verisimilem iudicavit: 'Multi (ait ibi) qui Adæ gesta memoriæ produnt, partim quidem *Cæsarius.* 'tradunt DIES SEX: ideoque, vt aiunt, sexto die venit Servator. Alij 'verò SEX tantùm dicunt HORAS; ideoque sexta hora crucifixus Ser-'vator. Alij QVADRAGINTA DIES asserũt, quas in paradiso habitaverit, '& in delicijs egerit, vnde propter transgressionẽ expulsus est: quos aiũt 'retulisse Christum & compensasse, quando per quadraginta dies neq; 'comedit neque bibit, in deserto à diabolo velut homo tentatus'. Ecce trium sententiarum relationem. Vide iam postremæ approbationem: 'Quod quadraginta dierum (subdit Cæsarius) tempus atti-'net, id verò & ipse iam antea tradidi, ac VIDETVR MIHI HAVD AB-'SIMILE VERO ESSE. Nam hoc imitans facer Ecclesiæ nostræ cœtus, 'semel per totum anni ambitum cum abstinentia severissima tam cibo-'rum quàm rerum ieiunat; pristinam paradisi patriam & desiderabilem

,illius victum desiderio maximo expetens. Nimirum cunctis primi ,parentis nostri debitis Christus se subiecit: Cùm ille dicto non fue- ,rit obediens, vicissim hic obedijt vsque ad crucem & mortem: Ille ,tentatus per Evam, cùm illa iam à tentatore superata esset, gustavit ,de vetitis; hic tentatus ieiunat, compensans QVADRAGINTA EXA- ,CTOS IN PARADISO DIES à primo parente nostro Adamo, & pro delicijs ad inopiam nos excitans'. Et quibusdam interpositis adhuc inferiùs: 'Quemadmodum (subdit) felle pastus aceto rigatur, eius ci- ,bi causâ quem Adamus sumpserat, dum homo in divina natura illius ,debita dependit: ita mihi videntur & hi QVADRAGINTA DIES pro totidem diebus rependi'. Indicat porrò idem Cæsarius inferiùs ibi- dem se pronum ad extendendum illud tempus primæ habitationis etiam vltra dies quadraginta, subtexens continuò: 'Sed tam pro alio- ,rum SENARIO, & MEO QVADRAGENARIO, profectam ad nos à qui- ,busdam haud obscuris Senibus de hoc rationem, cuius fundamentum ,eximij Apostoli verbis nititur, RECIPERE MALO: quod nimirum ,LONGIORE TEMPORIS SPATIO in paradiso beatè primus ille parens ,noster vixerit. Nam in eius persona Divus Apostolus apertè clamat, ,*Ego autem vivebam sine lege aliquando.* Non fuit vtique Paulus ante le- *Rom. 7. 9.* ,gem, qui fuit omnium discipulorum legis postremus. Neque item ,*aliquando* absque hac erat aut fuit: Nam & Evangelium prædicans le- ,galia testmonia vbique adducit. Nimirum in Adami persona meritò conqueritur, dicens: *Ego verò vivebam absque lege aliquando*'.

3. Jn tanta opinantium dissensione certam proferre sententiam perdif- ficile est. Augustinus lib. 20. de Civit. cap. 26. non alienum se indi- cat ab eorum placito, qui protoplastos in paradiso pluribus diebus, imò annis, commoratos existimant. Tractans quippe illud quod de filijs Levi prophetavit Malachias, *Erunt domino offerentes sacrificia in iustitia: & placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies saculi, & sicut anni antiqui*; cùm ostendisset, Iudæos carnales frustrà sibi hinc polliceri veterum sacrificiorum restaurationem, subdidit: 'Quapro- ,ter exponere nos oportet quomodo sit accipiendum quod dictum est, ,*Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus.* Fortassis enim tempus illud ,commemorat, QVO PRIMI HOMINES IN PARADISO FVERVNT. Tunc nim puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati seipsos Deo nundissimas hostias offerebant. Cæterùm ex quo commissæ præva- ricationis causâ inde dimissi sunt, atque humana in eis natura dam- ,nata est, excepto vno Mediatore, & post lavacrum regenerationis ,quibusque adhuc parvulis, *Nemo mundus à sorde*, sicut scriptum est, *nec* *Iob. 14. 4* ,*infans, cuius est vita vnius diei super terram*'. Et pauculis interpositis rur- *iuxta 70.* sus ibidem: 'Nunquid dicturus est quisquam (subdit) hoc fidei tem- ,pus illi fini esse coæquandum, quando igne iudicij novissimi munda- buntur *qui offerent hostias in iustitia*'? Tanquam diceret, Nullo modo. Unde subinfert ad propositum: 'Ac per hoc, quoniam post talem mũ- ,dationem nullum peccatum iustos habituros esse credendum est, pro- fectò

Augustinus.

'fectò illud tempus, quantum attinet ad non habere peccatum, nulli 'tempori comparandum est, nisi quando primi homines in paradiso an- 'te prævaricationem innocentissimâ fœlicitate vixerunt. Rectè itaq; 'intelligitur hoc significatum esse, cùm dictum est, *Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus*'. Si per *dies pristinos* & *annos priores* intelligendũ est tempus commorationis protoplastorum in paradiso, proculdubio non per aliquot duntaxat horas, sed per dies, imò per annos protoplasti commorati sunt in paradiso. Verum quidem est, Augustinum huic interpretationi non mordicùs insistere, sed aliam interpretationem prophetici oraculi ibidem inferiùs subnectere: nihilominus ita aliam subnectit, vt hanc non improbet, nedum reprobet: tantummodo enim ait: 'Istam prætereo quæstionem, ne cogar, quod prolixũ 'est, cuncta discutere, vt aliquid horum veritas manifestata confirmet: video quippe alterum sensum' &c. Neque verò eidem sententiæ officit quod ex Augustino allegari solet Serm. 65. de Tempore, 'Prin- 'ceps ille humani generis Adam, quamdiu ieiunavit servans mandatũ, in paradiso fuit: vbi verò comedit, eiectus est de paradiso': vnde quidam colligunt, Adamum eodem die fuisse eiectum quo fuerat in paradisum introductus; eò quòd verisimile non sit, eum vltra vnum diem mansisse ieiunum. Non, inquam, hoc efficit: tum quia non constat Sermonem illum esse Augustini, siquidem Censores Lovanienses Augustini nomen expunxerunt de titulo: tum denique quia non ibi agitur de quovis ieiunio, sed duntaxat de ieiunio præscripto hoc est, de abstinentia à fructu vetito; prout clarè apparet ex verbis illis, *Quamdiu ieiunavit* SERVANS MANDATVM. Unde Augustinus lib. 2. de Peccat. Meritis cap. 21. protoplastos in paradiso vsos fuisse fructibus licitis asserit: 'Rectè profectò (inquiens) intelliguntur ante malignam diabo- 'li persuasionem abstinuisse cibo vetito, ATQVE VSI FVISSE CONCESSIS, ac per hoc cæteris, & præcipuè ligno vitæ'. Et lib. 13. de Civit. c. 20. 'Licet morituri non essent (inquit) nisi peccassent, alimentis tamen vt homines vtebantur'. Et mox infrà ibidem: 'Alios (subdit) sumebant cibos, præter vnam arborem quę fuerat interdicta'. Et adhuc inferiùs: 'Alebantur alijs, quæ sumebant, ne animalia corpora 'molestiæ aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent: De ligno autem vitæ 'propterea gustabatur, ne mors eis vndecunque subreperet, vel sene- 'ctute confecti decursis temporum spatijs interirent; tanquam cætera essent alimento, illud sacramento'. Et lib. 11. de Gen. ad Litt. cap. 31. 'Tale (inquit) pomum credendum est fuisse in illa arbore (vetita) cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia SENSERANT'. Senserant vtique experimento, ex frequentatis manducationibus comparato. Ex quo apparet, diuturno eos tempore in paradiso vixisse, ac concessis fructibus vesci consueviſse: prout etiam colligi potest ex verbis Evæ respondentis serpenti, *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur*. Quæ verba non vnum vescendi actum, sed consuetudinem importare videntur. Huc referri potest & illud Gregorij capite præcedenti

Præoccupatio. *Augustini.*

Gen. 3. 2.

Gregorius. cedenti §. 4. in fine relatum: 'In paradiſo ASSVEVERAT homo verbis ,Dei perfrui, beatorum Angelorum ſpiritibus cordis munditiâ & celſitudine viſionis intereſſe'. Ubi tametſi non loquatur de conſuetudine veſcendi, loquitur tamen de conſuetudine ſeu *aſſuetudine* verbis Dei perfruendi &c. Vbicunque verò aſſuetudo aſtruitur, diuturnitas temporis & frequentatio actuum innuitur. Eòdem ſpectat & illud Ioſe-

Ioſephus. phi lib. 1. Antiquit. cap. 2. 'Cùm Deus in hortum veniſſet, Adamus, ,antea FAMILIARITER cum Deo colloqui SOLITVS, conſcius ſibi in-,iuſtitiæ, ſecedebat: Deus autem miratus cauſam, ſciſcitabatur, quid ,ita priùs delectatus ſuâ CONSVETVDINE, nunc fugitaret, ac latitaret'.

Vide Aug. l. 14. de Civit. c. 11. Paulò ſuperiùs ibidem præmiſerat: 'Cùm per id tempus nullum eſſet ,inter animalia diſſidium, & ſerpens FAMILIARITER cum Adamo & ,fœmina DEGERET, invidebat eis fœlicitatem venturam, ſi iuſſis Dei parerent'. Quis autem dixerit quempiam *familiariter* cum altero *degere*, cum quo aliquot duntaxat horis ageret? Si cui fortè Ioſephi au-

Damaſcenus. thoritas hac in parte non ſufficit, audiat Damaſcenum lib. 2. de Fide cap. 10. dicentem de primo homine innocente: 'Serpens quoque FA-,MILIARIS ipſi erat, vt qui præ cæteris animantibus ad eum accederet, ,blandiſque motibus cum eo velut colloqueretur. Ex quo etiam fa-,ctum eſt, vt ille mali omnis author diabolus, ipſius operâ vteretur, cùm ſceleratiſſimum facinus primis parentibus ſuaderet'. Accedit &

Auguſtinus. alia eiuſdem ſententiæ probatio deſumpta ex Auguſtino, qui verbis proximè ex ipſo citatis ſubiungit continuò de ijſdem protoplaſtis: 'Vn-,de magis crediderunt, Deum poſſe peccantibus facilè ignoſcere, quòd ,PATIENTER TVLERINT, non cognoſcere, quidnam eſſet, vel cur eos inde cibum ſumere vetuiſſet'. Neque enim *patientia* niſi diuturno tempore cenſetur exerceri.

His & ſimilibus argumentis permoti non pauci recentiores proba- 4.
biliter opinantur, primos parentes pluſquam vno die in paradiſo fuiſ-

Abulenſis. ſe commoratos. Et quidem Abulenſis in caput 13. Geneſeos q. 611. quamvis fateatur, ſententiam de vnici diei commoratione eſſe communem; ipſe tamen eam protrahit in diem alterum. Cui ſubſcri-

Suarez. bens Suarez lib. 4. de Statu innoc. cap. 8. in fine: 'Eſt ergo veriſi-,milius (inquit) quod Abulenſis coniectat, peccaſſe primos parentes ,altero die poſt creationem, & eodem die fuiſſe eiectos: Neque obſtat, ,quòd ille fuerit dies ſabbati. Quia Deus in eo requievit ab opere crea-,tionis, non gubernationis: & ideò meritò potuit in eo iuſtum iudi-,cium cum miſericordia coniunctũ exercere'. Dionyſius Petavius cen-

h Petav. l. 2. de Opificio 6. dierum c. 19. n. 12 ſet quidem protoplaſtos vltra vnum diem in paradiſo manſiſſe, ſed diem eiectionis eorum non determinat: [h] 'Eſt hoc quidem dubium ,(ait ille) nec omninò compertum, quanto temporis ſpatio in volup-,tuario illo domicilio & innocentis vitæ ſtatu primi noſtri parentes ,manſerint: variantque de eo coniecturæ. Cæſarius partim dies qua-

Cæſarius. *Cedrenus.* ,draginta præfinit, partim longiore ibi fuiſſe ſpatio putat. Cedrenus ,ſeptem annos, aut centum etiam. Quæ vt temerè definita conſtitu-

taque

igitized by Google

,taque credimus ; sic eodem, quo creati sunt, die, in tantam calamita-
,tem illos incidisse, equidem non arbitror : etsi scio aliter Irenæo pla-
,cuisse : qui eadem die ac feria sexta primùm animâ mortuum Adamũ,
,id est, peccasse putat : deinde post aliquot sæcula etiam corpore fun-
,ctum, quâ secundus passus ac mortuus est Adamus. Sed nescio quo
modo mihi opinio ista non placet'. Vbi, vt de alijs sileam, nimis pro-
fectò petulcè Martyri Irenæo obstrepit Petavius ; non solùm ei præ-
fidenter imponendo quod ille non sensit, sed nec aliâ eum responsione
dignando quàm *Non placet*. Cur non è suis quempiam Socijs in scenã
produxit, ac tali responso inhoneravit ? An fortè eorum nullus istam
sententiam tenuit, quam Petavius in Irenæo explodit ? Imò verò eam
Gen. 3. 23. tenuit Cornelius à Lapide in cap. 3. Gen. ad illa verba, *Emisit eum Do-*
minus Deus de paradiso voluptatis. Tenuit item Franciscus Mendoza in
cap. 1. libri 1. Regum vers. 1. Annotat 4. Sect. 3. §. 4. n. 49. 'Quid
,Adamo volubilius (inquiens) qui VNO NON POTVIT DIE IN ILLO
Psal. 48. 13 ,FÆLICI STATV INNOCENTIA PERSEVERARE ? David : *Homo*, in-
,quit, *cùm in honore esset, non intellexit* : Hæbraicè, *Non pernoctavit*. Nam,
,vt refert Genebrardus ex Hebræis, Adamus in vltima hora eius diei,
,quâ productus est, peccavit. Die stetit, nocte cecidit, *Non pernoctavit*'.
Horum alterutrum potiori iure in scenam proferre debuisset Petavius,
quàm Irenæum sibi fingere adversarium, nec aliud eius authoritati
reponere, quàm, *Nescio quo modo* MIHI *opinio ista* NON PLACET. Placuit
tamen, si Pererio superiùs citato creditur, *multis nobilibus & illustribus*
Autoribus. Et quanquam Pererius falsò eam Irenæo & alijs quibus-
dam fortassis imponat, deceptus, vt apparet, à Feuardentio in Notis
ad lib. 5. cap. 15. Irenæi n. 11. nihilominus verè vel saltem verisimi-
liter eam attribuit Diodoro Tarsensi, Iacobo Sarugensi, Philoxeno, &
Ephrem; nisi fallatur aut fallat Moyses Barcepha, vel Aloisius Lip-
Gen. 3. 1. pomanus. Hic etenim in catena super cap. 3. Gen. ad illa verba, *Cur*
præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi ? refert Diodo-
rum ita scribentem : 'Hinc manifestè colligi potest, Adam & Evam
,nondum quidquam comedisse. Si enim de lignis paradisi comedis-
,sent, nunquam profectò id (serpens) scisciatus esset. Sed quia legem
,non comedendi de ligno scientiæ boni & mali non audierat, vtpote
,quam Deus, quemadmodum & Prophetis, non exteriùs, sed interiùs
,inspirasset; videns tum reliqua animantia herbam gustare, putavit pri-
,mos parentes lege aliquâ adductos non comedisse. Id ergo scire atq;
intelligere volens, Evam scisciatur'. De tribus reliquis ita scribit
Barcepha Comment. de Paradiso parte 1. in fine: 'Dominus Ephrem,
,Philoxenus, & Dominus Iacobus Sarugensis, aiunt, Adamum in pa-
,radiso commoratum esse horas non ampliùs sex ; à tertia scilicet ad
,nonam vsque diei sexti : idque tribus rationibus demonstrare nitun-
,tur, quarum prima est : Quia multò faciliùs decipi potuit Adamus in
,ipso statim initio, quàm si longiore tempore paradisum incoluisset.
,Altera, quoniam si diutiùs apud animum suum meditando expen-
disset

Corn. à Lapide.
Franc. Mendoza.
Vide Franciscũ Lucam Notat. in Psal. 48. v. 13.
Genebrardus
Pererius.
Lippomanus.
Diodorus Tarsensis.
Moyses Barcepha.
Ephrem.
Philoxenus.
Iac. Sarug.

Digitized by Google

,disset imperatam sibi legem,cautior factus fuisset: Verùm quando exi-
,guum illud temporis spatium egit, simul vt mandatum à Deo acce-
,pit, fraudem etiam sibi facilè fieri passus est. Tertia,credibile est,Deũ,
,quem paradiso pulsurus erat, eum haud longo tempore tantâ fœlici-
,tate frui siviſſe, ne nimium excruciaretur, sed molliùs minusque ægrè
,ferret se tantis delicijs spoliari: Solet enim Deus clementer castigatio-
Anast. Sinaita. nem exercere'. His addi potest Anastasius Sinaita lib. 7. Contempla-
Eugubinus. tionum in Hexameron: Eugubinus item in Cosmop. super illis ver-
Chrysostomus. bis, *Maledicta terra in opere tuo*, citans pro eadem sententia Chrysosto- *Gen.3. 17.*
mum, eamque coniecturis nonnullis confirmans, quæ penè coinci-
dunt cum eis quas Barcepha ex Ephrem & Philoxeno & Jacobo Sa-
Abulensis. rugensi memoravit. Tenuit eandem Abulensis in caput 3. Geneſis q.
14. quamvis inferiùs in caput 13. Geneſis, vt suprà hìc memoravi-
Suarez. mus, prætulerit aliam; cui tametsi subscribat Suarez ibidem relatus,
de priori tamen Tostati sententia, commorationem protoplastorum
in paradiso ad vnicum diem coarctante, sic scribit ibidem n. 6. 'Hæc
,quidem sententia nihil continet vel in se impossibile, vel narrationi
,Moysis repugnans. Quia, vt ex dictis suprà lib. 3. cap. 4. & 5. intel-
,ligitur, omnia illa quæ de creatione primorum hominum in capite
,1.& 2. Geneſis narrantur, potuerunt in sexto die ante meridianum
,tempus perfici; & sub meridiem per duas vel tres horas potuit tenta-
,tio serpentis & lapsus hominis consummari; & sub vesperam hora
,nona,paulò ante solis occasum, potuerunt fieri cætera, quæ vsque ad
eiectionem hominum de paradiso Moyses narrat'. Verum quidem est,
Argumenta in favorem huius sententiæ adduci solita, & iam à nobis
relata, non concludere; nihilominus communitas & antiquitas ipsius
sententiæ apud Hebræos & Christianos, ex Genebrardo & Abulensi
memorata, aliquid reverentiæ promeretur, vt non tam inhonorè ab-
Petavius. ijciatur, quàm Petavius audet, dicendo: *Nescio quo modo mihi opinio ista non placet.* Interim quia opinio ista Petavio non placet,in eius gra-
tiam proponemus adhuc aliam, ab Abulensi q. 611. iam citata memo-
ratam nec improbatam: quâ nimirum protoplasti tertia creationis fuę,
octava verò mundi, die, quæ fuit prima sabbati,prævaricati,& de pa-
radiso eiecti existimantur. Juxta hanc opinionem facilè salvantur ea
quæ de diuturnitate illius commorationis, deque familiaritate
conversationis cum Deo & Angelis, cum serpente & alijs animanti-
bus, necnon de manducatione fructuum ligni vitæ, aliorumque lici-
torum, allegata sunt §. 3. Optimè præterea salvatur congruentia in-
staurationis cum restauratione humani generis: vt quemadmodum
Adam primus feria sexta factus & in hortum voluptatis introductus
fuit, ita Adam noviſſimus feria sexta passus & in *hortum* mortalitatis *Io.19. 41.*
sepeliendus invectus fuerit: & quemadmodum Adam primus triduo
quod est à paraſceve vsq; ad primam sabbati fuit in medio paradiſi, ita
Adam noviſſimus triduo quod est à paraſceve vsque ad primã sabbati
fuerit *in corde terræ*: item quemadmodum Adam primus tertia die à *Mat.12.40*

sua

sua creatione prævaricando incurrit mortalitatẽ, ita Adam noviſſimus
1.Cor.15. *tertia die* à sua paſſione reſurgendo adeptus fuerit immortalitatem. At-
4. que huic propoſito accõmodari poteſt quod de primo adam ait Apo-
Rom.5.14 ſtolus, *Qui eſt forma futuri*: 'Cuius *futuri* (ait Auguſtinus) niſi Chriſti? [i] *Aug. lib.2. de*
1.Cor.15. ,Et qualis *forma*, niſi à contrario ? Quod etiam alibi breviter dicit, *Si-* *Nupt. & Con-*
22. ,*cut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viviſicabuntur*: Si- *cup. cap. 27.*
cut in illo illud, ita & in iſto iſtud'.

5. Ex omnibus ſententijs hactenus commemoratis ea videtur cæteris præferenda, quæ commorationem primi hominis in paradiſo ad octiduum extendit. Hanc inter neotericos tenet Pererius lib.6. in Geneſim n. 189. & ſequentibus, Salianus Tomo 1. Annalium ad diem mundi ſeptimum n. 13. Torneillus item Tomo 1. ad Annum mundi 1. Titulo, *poſt primam mundi hebdomadam* n. 21. Del-Rio in caput 3.
Gen.3.23. Geneſis ſuper illis verbis, *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis*: 'Arbitror (inquiens) hunc peccati diem fuiſſe feriam ſextam, nempe ,octavam creationis eius. Videtur opus fuiſſe aliquot dierum inter- ,vallo, vt beatum illum ſtatum experiretur: vt eodem quoque die ,peccarit, quo redemptus. Eſt ſententia B. Gaudentij: & fortaſſis Irenæus & alij Patres, *vno die* dixerunt, pro tali ſeu ſimili die, hoc eſt, ſicut die veneris creatus, ſic die veneris peccavit, & iectus'. Quod ad Irenæum quidem attinet, noseum hìc ſuperiùs §. 2. pro hac ſententia interpretati ſumus, vti & Authorem verſuum de Feria ſexta. Vereor autem ne Del-Rio imponat Gaudentio, cuius locum non deſignat vllum. Etenim in Opuſculis Gaudentij, quæ extant Tomo 2. Bibliothecæ SS. Patrum, nihil reperire potui quod vel in ſpeciem huic opinioni faveat. Fortaſſis Del-Rio deceptus eſt ex his Gaudentij verbis Tract. 1. in Exodum: 'Vult nos Chriſtus, promulgator legis & gra- ,tiæ, neque legitimos iuxta lunę curſum computatos præterire dies, ne- ,que diem ſuæ reſurrectionis otio ingrato tranſcendere. Nam ſexta ,feria, qua hominem fecerat, pro eodem paſſus eſt: & die Dominica,
Mat.28.1 ,quę dicitur in Scripturis *primi ſabbati*, in qua ſumpſerat mundus exor-
Gen.1.1. ,dium, reſurrexit: vt qui prima die *creavit cœlum & terram*, vnde po- ,ſtea hominem faciens figuravit, prima etiam die repararet hominem, propter quem fecerat mundum'. Sed in his verbis nulla fit mentio durationis Adæ in paradiſo; vti nec diei lapſus aut iectionis eius, ſed duntaxat diei creationis eius & diei paſſionis Chriſti, diei item creationis mundi & reſurrectionis Chriſti. Sunt qui feriam ſextam creatione primi Adam & paſſione ſecundi Adam nobilitatam, in eundem diem menſis Martij incidiſſe contendant: ſignanter Ado Viennenſis in Breviario Chronicorum ſub initium. Enumerans quippe ibi dies primę creationis, ait de Deo: 'Sexto animalia terreſtria, & ipſum hominem ,Adam formavit; de cuius latere dormientis, matrem omnium viven- ,tium Evam produxit: qui nunc, quantum credibile videtur, decimus ,Calendarum Aprilium dies appellatur. Vnde meritò creditur, ſi non ,verior ſententia vicerit, eodem decimo Calendarum Aprilium die,

Decißo.

Pererius.
Salianus.
Torneillus.
Del-Rio.

Gaudentius.

Ado Vienn.
Vide Bedam lib. de Temporum Ratione cap. 65

,Dominum fuisse crucifixum. Decebat enim vnâ eâdemque non so-
,lùm hebdomadis, sed & mensis die, secundum Adam pro generis hu-
,mani salute vivifica morte sopitum, de productis è latere suo cœlestî-
,bus sacramentis Sponsam sibi Ecclesiam sanctificare; qua videlicet
,die primum Adam humani generis patrem ipse creaverat, eique de
,latere costam tollens, mulierem ædificaverat, cuius adiutorio genus
humanum propagaret'. Decentiam quidem hìc ab Adone insinuatam omnes passim admittunt, quoad feriam etiam hebdomadalem vniversi consentiunt, quoad diem denique mensis eundem pauci dissentiunt; sed eum fuisse decimum Calendarum Aprilium, permulti Ecclesiæ Patres negant: [k] 'Quod Dominus (ait Beda) decimâ quintâ lunâ, fe-
,riâ sextâ, crucem ascenderit; & vnâ sabbatorum, id est, die Domini-
,ca, resurrexerit à mortuis; nulli licet dubitare Catholico: ne Legi,
,quæ agnum paschalem 14. die primi mensis immolari præcepit, pa-
,riter & Evangelio, quod Dominum eâdem vesperâ tentum à Iudæis,
,& mane sextâ feriâ crucifixum, ac sepultum, primâ sabbati resurrexisse
,perhibet, videatur incredulus. Quòd autem OCTAVO CALENDARVM
,APRILIVM crucifixus, sexto Calendarum earundem die resurrexe-
,rit, MVLTORVM LATE DOCTORVM ECCLESIASTICORVM CON-
STAT SENTENTIA VVLGATVM'. Ex his Ecclesiasticis Doctoribus est Augustinus lib. 18. de Civit. cap. 54. & lib. 4. de Trinit. cap. 5. vbi ait de Christo: 'Octavo Calendarum Aprilium conceptus creditur, quo & passus'. Quam sententiam Beda Martyrologio suo inseruit, Annuntiationem & passionem Dominicam dici XXV. Martij affigens. Et quamvis Romanum Martyrologium eo die non meminerit passionis, sed duntaxat Annunciationis seu Conceptionis, inferendo tamen *Commemorationem Sancti Latronis, qui in cruce Christum confessus, ab eo meruit audire, Hodie mecum eris in paradiso*, apertè indicat, etiam Passionem eidem diei esse affigendam. Consonant etiam alia Martyrologia, Adonis, Vsuardi, Rabani, Wandelberti, Notkeri, Molani. Quibus vsqueadeo consentit Petrus Damiani, vt non dubitet lib. 6. Epist. 35. dicere: 'Ecclesiastica fides habet, quia octavo Calendas Aprilis Re-
,demptor noster est crucifixus, quo videlicet die & in virginali vtero
fuerat antè conceptus'. Turrecremata apud Salmeronem Prolegom. 38. indicat, censuratum in Abulensi fuisse hunc Articulum, *Christus nequaquam XXV. Martij, sed 3. Aprilis est mortuus.* Fortè tamen reprobatus est iste Articulus propter partem postremam, non propter primam. Etenim nec antiquitùs defuêre, nec adhuc hodie desunt, qui Christũ die 23. Martij passum perhibeant. Refert enim Beda lib. de Ratione Temporum cap. 65: 'Quòd Beatus Theophilus cum cæteris non so-
,lùm Palæstinæ, sed & permultis aliarum regionum Episcopis, de Pa-
,scha disputans, scripserit: *Decimo Calendarum Aprilium die Dominum fuisse crucifixum*'. Vbi alludit ad Synodum Cæsarienſem sub Theophilo Archiepiscopo de mandato Victoris Papæ habitam; cuius Fragmentũ huc spectans extat apud eundem Bedam lib. de Æquinoctio vernali in fine,

[k] *Beda lib. de Ratione Temporum cap. 45.*

Augustinus. Vide eund. l. 83. qq. q. 56.

Beda. Martyrol. Romanum & alia.

Pet. Damiani.

Turrecremata. Abulensis.

Beda.

Synodus Cæsariensis.

Digitized by Google

fine. Unde ex recentioribus Dionysius Petavius in Animadversionibus ad Epiphanium Pag. 96. & lib. 12. de Doctrina Temporum cap. 12. & 13. & in Auctuario lib. 8. cap. 3. & in Rationario Temporum p. 1. lib. 5. cap. 1. & p. 2. lib. 4. c. 4. mordicus sustinet, Christi passionem in diem 23. Martij incidisse. Ex quo planè consequens est, non eodem mensis aut anni die Christum fuisse passum, quo fuerat conceptus: cùm tamen Augustinus lib. 83. qq. q. 56. ex die passionis, tanquam fidelibus notiore, ingenitam dicat fidem de die conceptionis: 'Octavo Calendas Aprilis (inquiens) conceptus Dominus CREDITVR, QVIA EODEM DIE ETIAM PASSVS EST'. Sed Petavius locis mox citatis magnam vim ponit in definitione Synodi Cæsarienſis, iam ex Beda relata. Cur ergo tam præſidenter contra eiusdem Synodi definitionem idem ipse lib. 9. de Doctrina Temporum cap. 6. & lib. 2. Rationarij temporum p. 2. cap. 1. affirmat, Mundum in æquinoctio autumnali, hoc est, in cardine libræ, fuisse creatum? An nescit, in eodem Fragmento Synodi apud Bedam haberi, quòd Theophilus Patribus Synodalibus dixerit: *In quo caput mundi esse creditis?* Et quòd illi responderint: *In æquinoctio, octavo Calendarum Aprilium.* Si Synodi definitio tantopere Petavio in illo priori puncto placuit, cur in posteriori tantopere displicuit? Jam puto Lectori subluceſe incipit, cur Irenæi opinio de primo & secundo Adam *Non placuerit* Petavio. Vidit quippe se non posse Irenæo vllatenus consentire, nisi creationem & lapsum primi Adæ de autumno in ver revocaret, adeoque pristinam sententiam retractaret. Vt igitur compendio quodam se expediret, breviter dixit: *Nescio quo modo* MIHI *opinio ista* NON PLACET. Appositè ait de talibus Augustinus: [l] 'Cùm arripiunt defensionem cuiusq; ,opinionis, ab ea vel nunquam vel difficilè inflectuntur, dum docti atque sapientes magis putari, quàm esse concupiscunt': Ostendentes nimirum suâ pertinaci incorrigibilitate, [m] 'Quantum in malis humanis valeat, eò quenquam fuisse progressum, vbi manere non lubeat, vnde iam redire pudeat': Nec advertentes quòd [n] 'Sicut laudabile ,est à vera sententia non amoveri, ita culpabile persistere in falsa: quã nunquam tenuisse, prima laus est; secunda, mutare'. Sed ne videretur Petavius frustrà inhiasse laudi primę, vltrò respuit secundam. In primo quippe libro de Opificio sex dierum cap. 14. n. 4. opportunam nactus resipiscendi occasionem, eâ spretâ elegit damnabilem confusionem, de qua Augustinus Epist. 48. prope finem: 'Confusio (inquit) adducit ,peccatum, cùm erubescit quisque pravam mutare sententiam; ne aut Psal 54.16 ,inconstans putetur, aut diversus à se ipso iudice teneatur. Ita *descendunt in Infernum viventes*, id est, iuam perditionem sentientes: quos Num. 16. ,*Dathan & Abiron & Core, hiatu terra absorpsit*, tanto antè futuros figuraverunt'. Nunquid opportunam nactus est Petavius resipiscendi occasionem, cùm loco iam designato scripsisset: 'Est multorum hæc opinio, vere mundum esse productum'? Sed vide quemadmodum eâ spretâ elegit confusionem: 'NOBIS TAMEN (subdit continuò) VISVM

Petavius.

Augustinus. Vide Tertull. lib. contra Iudæos c. 8.

Petavius.

Beda. Theophilus. Synodus Cæsarienſis.

Petavius.

[l] *Aug. Epiſt. 174.*

[m] *Aug. l. 2. contra Iulian. c. 5.*

[n] *Aug. l. 3. cont. Creſc. cap. 3.*

Petavius.

,ALIAS EST, in autumnum potiùs incidiſſe mundi natalem: QVOD MINIME MVTAMVS'. Si minimè mutas priſtinam de mundi natali opinionem, cur pro aſtruenda die paſſionis toties obtendis Synodi Cęſarienſis definitionem? An eouſque inſanire lubet, vt putes Synodum pro ea parte ſacroſanctè valere, qua ſancit pro te; minimè autem pro ea, qua ſancit adversùs te? Si ita eſt, quid reſtat niſi vt te eorum profitearis Socium, qui apud Auguſtinum Epiſt. 48. iam citata dicebant, *Quod volumus ſanctum eſt*? Nunquid enim hoc alijs verbis dicis, quando non aliâ dignaris reſponſione Irenæum, quàm, *Neſcio quo modo* MIHI *opinio iſta* NON PLACET? Etenim qui opinionem reſpuit, quia *non placet*; innuit ſe opinionem contrariam amplecti, quia *placet*. Hoc eſt ergo illud, *Quod volumus ſanctum eſt, quod nolumus eſtq; profanum*. Cæterùm pro opinione Irenæi, non vt à Petavio intellecta, ſed vt à nobis §. 2. interpretata eſt, allegari poſſunt etiam ij, qui apud Cæſarium eodem paragrapho relatum, protoplaſtum in Paradiſo ſex diebus commoratũ exiſtimant: [o] 'Cùm enim (ait Salianus) ſex dies memorant; ,primum quo creatus eſt, & vltimum quo peccavit, quaſi inchoatos & ,imperfectos omiſerunt. Eodem modo duo Evangeliſtæ, *poſt ſex dies*; tertius, *poſt dies octo*, factam transfigurationem domini affirmant'. Fuit igitur protoplaſtus in paradiſo, ex horum ſententia ſic explicata, per ſex dies completos, & duos incompletos: nam introductus eſt Feria ſexta iam inchoata, & eiectus eſt ſequenti feria ſexta necdum finita: manſit autem ibi integro ſabbato cum quinque ſubſequentibus ferijs. Nec obſtant argumenta pro diaria commoratione adducta. Ad primum, fundatum in clauſula, *Non pernoctavit*, Reſpondetur, interpretationem illam vocis Hebraicæ non eſſe authenticam, nec conſtare vtrum congruat ſenſui à Spiritu ſancto intento. Adducitur quidem cum alijs à Franciſco Luca in ſuis Notationibus ſuper Pſalmum 48. verſ. 13. ſed non eam Eccleſia admiſit aut approbavit. Ac per hoc neminem ſtringit. Ad Diodori Tarſenſis coniecturam reſpondetur, ex reſponſo Evæ ad ſciſcitationem ſerpentis patere, Diodori collectionem eſſe caducam: *De fructu lignorum*, ait ipſa, *quæ ſunt in paradiſo, veſcimur*. Imò nec ipſa ſerpentis ſciſcitatio ſupponit, quod Diodorus eam ſupponere ſupponit vel contendit. Quid eſt enim, *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de* OMNI *ligno paradiſi*? niſi Cur excepit Deus aliquod lignorum paradiſi vt ex eo non liceret vobis comedere? Sive Cur non omnia ſine exceptione ligna paradiſi veſtro vſui conceſſit Deus? Norunt enim dialectici, Negationem præfixam ſigno vniverſali affirmativo reddere ſenſum particularem negativum: vt proinde, *Non comedere de omni ligno*, æquivaleat huic, *De aliquo ligno non comedere*. Vnde ſi vera eſſet Diodori ſuppoſitio aut collectio, ſerpens hoc aut ſimili modo interrogaſſet: Cur præcepit vobis Deus vt de nullo paradiſi ligno comederetis? Quapropter ex ſerpentis percontatione, ſicut & ſuprà diximus de Evæ reſponſione, rectiùs colligitur veritas noſtræ ſententiæ, quàm adverſæ. Nam diabolus non eo modo interrogaſſet,

[o] *Salianus ad Annum mundi* 1. *Die* 7. *n.* 13.

Mat. 17. 1. & Marc. 9. 1. Luc. 9. 28.

Ad Argumenta.

Pſal. 48. 13.

Franc. Lucas.

Gen. 3. 3.

Gen. 3. 1.

Digitized by Google

ſet, niſi protoplaſtos paſſim ex alijs lignis comedentes, atque ab vno ſpecialiter abſtinentes, diuturnâ obſervatione comperiſſet. Ad coniecturas ex Ephrem, Philoxeno & Iacobo Sarugenſi allegatas, atque ab Eugubino noviſſimè replicatas, Reſpõdemus cum Saliano ſuprà n. 11. 'Nos non requirere multa tempora, ſed paucos duntaxat dies, quos *Salianus.*
,ipſos guſtaſſe profuit, ad tanto magis dolendum de peccato poſt lapsũ,
,& ab illo abhorrendum in poſterum. Nec neceſſe fuit tam ſubitam à
,creatione fieri probationem, ne, ſi priuſquam ille ſe ſuaque circum-
,ſpicere & agnoſcere poſſet, in tentationem induceretur, Deus tenta-
,tori favere voluiſſe videretur; qui homines in tumultu priuſquam ſe
,colligant ſolet invadere, vt Philiſtæi adhuc ſemiſomnem Samſo-
nem'.

6. Atque hęc ſine aliarum præiudicio ſententiarum dicta ſint de primæva peregrinationis noſtræ diuturnitate, conſequens eſt vt breviter perſtringamus eius facilitatem, peregrinantium que in terra plena voluptatis Domini fœlicitatem. Vtramque complexus eſt Auguſtinus vbi ait: [P] 'Vivebat homo in paradiſo ſicut volebat, quamdiu hoc vo- [P] *Aug. lib. 14. de Civit. c. 26. Vide Baſil. Homil. 30. de Paradiſo, Tomo 1.*
,lebat quod Deus iuſſerat: Vivebat fruens Deo, ex quo bono erat bo-
,nus: vivebat ſine vlla egeſtate, ita ſemper vivere habens in poteſta-
,te. Cibus aderat, ne eſuriret; potus, ne ſitiret; lignum vitæ, ne illum
,ſenecta diſſolveret: Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore vl-
,las moleſtias vllis eius ſenſibus ingerebat: Nullus intrinſecùs morbus,
,nullus ictus metuebatur extrinſecùs: Summa in carne ſanitas, in ani-
ma tota tranquillitas'. Et ſuperiùs ibidem cap. 11. 'Vivebat homo
,(inquit) ſecundùm Deum in paradiſo & corporali & ſpiritali: Ne-
,que enim erat paradiſus corporalis propter corporis bona, & propter
,mentis non erat ſpiritalis; aut verò erat ſpiritalis, quo per interiores,
,& non erat corporalis, quo per exteriores ſenſus homo frueretur.
Erat planè vterque propter vtrumque'. Conſonat Damaſcenus lib. 2. de Fide cap. 11. 'Nonnulli (inquiens) ſenſilem prorſus paradiſum *Damaſcenus.*
,fuiſſe, animo ſibi finxerunt: alij contrà, ſpiritalem, & qui intelligen-
,tiâ ſolâ perciperetur. Mea autem hæc eſt ſententia, quòd quemad-
,modum homo ita conſtructus fuerat, vt ſimul & ſenſus, & rationis
,atque intelligentiæ particeps eſſet; ſic etiam ſanctiſſimum ipſius tem-
,plum tale erat, vt & in ſenſum caderet, & animo ac ratione cernere-
,tur, duplicemque ſpeciem haberet. Corpore namque in diviniſſima,
,vt memoriæ proditum accepimus, ac pulcherrima regione degebat:
,animo autẽ in ſublimiori ac pulchriori, atq; omni comparatione præ-
,ſtantiori loco cõmorabatur; Deũ ſimul & pro domo, & pro hoſpite, &
,pro illuſtri indumento habens, eiuſq; gratiâ conveſtitus, atq; eius con-
,tẽplatione, qui ſolus dulciſſimus fructus eſt, mira cum voluptate, ve-
lut alius quiſpiã Angelus, fruens, eâq, ſe paſcens'. Pulchrè hanc primi hominis corporalẽ ſpiritalemq; fœlicitatẽ ob oculos repręſentat Laurentius Juſtinianus Tract. 2. de ligno vitæ c. 1. vbi cùm præmiſiſſet: 'Condidit Deus Angelorum ſpiritus, vt eſſent potentes: Condidit ſpi- *Laurent. Juſtin.*

ritus

Vide eund. Ser. de Nativit. Ioānis Baptiſtæ, & Proſp. lib. 2. de Vita Contempl. c. 18. & l. cont. Collat. c. 21.

,ritus glorioſos, beatos, diſtinctos in perſonis, diſpoſitos in dignitate, ,ab initio ſtantes in ordine ſuo, perfectos in genere ſuo, immor- ,talitate perpetuos, mente puros, affectu benignos, religione pios, vni- ,tate individuos, fœlicitate ſecuros, futurorum præſcios, divinis lau- dibus atque obſequijs deditos': mox ſubdidit ad propoſitum: 'Crea- ,vit quoque *hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum* Gen. 2. ,*vitæ*: ſcilicet animam, quam inſignivit imagine & ſimilitudine ſua, ,ſecundùm memoriam, intellectum, & voluntatem: cui copulavit ,corpus, vt eſſet obtemperans ſine rebellione, eſſet propagabile ſine li- ,bidine, eſſet vegetabile ſine mortalitate, eſſet & proportionabile ,quantum ad proportionem æqualem. Fuit enim illud corpus ita con- ,ditum, vt in eo nulla eſſet pugna rebellionis, nulla pronitas libidinis, ,nulla imminutio vigoris, nulla corruptio mortis. Quæ immortali- ,tas fuit ab animâ, ſicut ab influente; à corporis æquali proportione, ,ſicut à diſponente; à ligno vitæ, ſicut à vegetante; à regimine verò di- ,vinæ potentiæ, ſicut ab interiùs conſervante & exteriùs protegente. ,Factus eſt ſine culpa & miſeria, nec ad culpam habuit fomitis incita- ,mentum. Quinimò datum eſt illi quadruplex adiutorium: primum ,ad rectè vivendum, quod eſt conſcientia; ſecundum ad murmuran- ,dum contra malum & ſtimulandum ad bonum, quod eſt ſyntereſis; ,tertium ſcientia intellectum illuminans ad cognoſcendum Deum ſuũ, ,ſeipſum, & mundum iſtum qui factus fuerat propter ipſum; quartum ,charitas accendens affectum ad diligendum Deum ſuper omnia, & ,proximum ſicut ſeipſum. Fecit itaque Deus hominem ratione ſapien- tem, vitâ innocentem, & dominio potentem'. Et inferiùs ibidem

Vide Bern. Ser. 35. in Cantica.

Tract. 6. cap. 2. loquens de protoplaſto: 'In honore conſtitutus (in- ,quit) habitabat in paradiſo, & in loco voluptatis habitatio eius: Ni- ,hil moleſtiæ, nihil indigentiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis, ful- ,citus floribus, gloriâ & honore coronatus, & conſtitutus ſuper opera ,manuum plaſmatoris fuerat. Magis autem ob inſigne divinæ ſimili- ,tudinis præcellebat: & erat ei ſors & ſocietas cum gepere Angelo- rum, & cum omni militia civium ſupernorum'. Hic præterea reco- lenda ſunt quæ de primi illius ſtatus beatitate ex Patribus deſcripſimus

Præoccupatio.

cap. 9. §. 1. & 4. Quibus nihil obſtat quod ibidem §. 3. in fine obie- ctum, atque ex fine capitis huc remiſſum eſt; de comparatione nimi- rum protoplaſti in paradiſo, cum homine iuſto in præſenti exilio. Neq; enim ea comparatio ſimpliciter inſtituitur, ſed limitationibus nonnul- lis ac reduplicationibus conſtringitur; vt ex ipſo textu liquet, qui ita

¶ *Aug. l. 11. de Civit. cap. 12.*

ſonat: ¶ 'QVANTVM pertinet ad delectationẽ præſentis boni, beatior ,erat primus homo in paradiſo, quàm quilibet iuſtus in hac infirmitate ,mortali: QVANTVM autẽ ad ſpem futuri boni, beatior quilibet in qui- ,buſlibet cruciatibus corporis, CVI NON OPINIONE, SED CERTA VE- ,RITATE MANIFESTVM EST, SINE FINE SE HABITVRVM OMNI MO- ,LESTIA CARENTEM SOCIETATEM ANGELORVM IN PARTICIPA- ,TIONE SVMMI DEI, quàm erat ille homo SVI CASVS INCERTVS in

magna

magna illa fœlicitate paradisi'. Ex quo clarũ inprimis est, non simpliciter præferri iustum protoplasto, sed *quantum ad spem futuri boni*: Deinde non de quolibet iusto ibi agi, sed de eo duntaxat qui securitatem futuræ suæ salutis iam nactus est. Vnde à contrario apparet, beatiorem fuisse Adamum cæteris iustis, nondum de futura sua beatitudine securis. Fuit proinde Adamus tunc iustus, prout disertè perhibet Prosper, cùm ait: [r] 'Scientiam boni Adam tunc habebat, quando bonum sanctumque mandatum Dei fideli corde servabat, & ERAT IVSTVS manens in imagine creatoris sui, legisque eius non obliviscens'. Hanc porrò iustitiam non in paradiso demum adeptus est, sed ab initio conditionis suæ nactus; vt non minus disertè tradit Anselmus: [s] 'Adam & Eva (inquiens) originaliter, hoc est, IN IPSO SVI INITIO MOX VT HOMINES EXTITERVNT, SINE INTERVALLO IVSTI SIMVL FVERVNT'. Vbi particula, *simul*, non importat simultatem temporis inter Evę & Adami iustitiã saltem cœptã, cùm constet Evam post Adamum creatã, adeoq; iustificatã esse; sed inter primã vtriusque respectivè existentiã, & iustitiã: sive inter illa duo, *Homines extiterunt*, & *iusti fuerunt*. Vterque proinde eodem respectivè instanti iustus esse cœpit, quo esse homo cœpit. Neque verò in creatione datam amiserunt iustitiam, nisi quando creatorem suum deseruerunt per inobedientiam. Quò spectat quòd Augustinus alicubi inducit Deum illis dicentem: [t] 'Qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram vos per iustitiam'. Neq; verò habitualem duntaxat iustitiam seu gratiam sanctificantem, sed etiam actualem gratiam declinandi à malo & faciendi bonum toto suę innocentiæ tempore habuere paratam: [u] 'Sane (ait de Adamo Richardus Victorinus) ABSQVE DVBIO, & SINE OMNI CONTRADICTIONE, sufficientem gratiam habuit ante peccatum, non ad omne bonũ faciendum, sed AD OMNE DEBITVM SOLVENDVM, & ad omne malum cavendum'. Habuit Adamus debitum convertendi se per amorem castum ad suum creatorem primo instanti suæ creationis, siquidem creatus est cum discretione rationis: prout cap. 8. §. 6. ex Angelici Doctoris principijs deduximus. Habuit ergo sufficientem gratiam ad hoc debitum exolvendum: [w] 'In prima (ait quidam) humani generis institutione talis à Deo factus est homo, vt discretionis haberet iudicium, atque liberam eligendi quod vellet, acciperet facultatem. Semen quippe virtutis gerebat in corde, divinæ prorsus miserationis indicium, necnon adipiscendæ gloriæ incentivum maximum. Inhærebat namque illi naturæ bonum, ipsa scilicet lex, quæ assiduis & optimis illum suasionibus ad sui amorem hortabatur authoris. Decebat proculdubio Dei sapientiam taliter suam insignire imaginem, donisque eandem decorare gratuitis, vt naturali impulsu Deum quæreret, atque iniuncta sibi mandata servaret. Nam quemadmodum *cuncta quæ Deus fecerat* ab initio *erant* nedum bona, sed & *valde bona*: ita & homo. Hinc rectè colligitur, quòd in sui creatione compellebatur homo ad diligendum Deum, ipsum colendum, honorandumque tanquam bonum

[r] *Prosp. l. contra Collat. cap. 21.*

[s] *Anſel. l. de Cõceptu Virginali cap. 1. in fine. Vide ibid. c. 5.*

[t] *Aug. lib. 13. de Civit. cap. 15.*

[u] *Rich. Vict. Tract. 1. de statu interioris hominis cap. 21.*

[w] *Laurent. Iustinianus lib. de Obedientia c. 2.*

l. 31.

,num perfectum, ſummum, æternum, incommutabile; nec non & fi-
,nem, ad quem naturaliter ſuſpiraret, in quo requieſceret, quo fruere-
,tur, & de quo beatus eſſet. Hoc ſi negamus, deterioris conditionis,
,imperfectioriſque naturæ quàm cætera, quæ *valde bona* ſunt condita,
,hominem extitiſſe fatemur. Quod quidem apud perſonas graves, ra-
,tione vtentes, ſapientiâ ac ſcientiâ præditas aſſeverare, ridiculum eſt'.

Præoccupatio. An fortè putandum eſt, Deum primo quidem inſtanti gratiam diligendi ſe Adamo ſubminiſtraſſe, ſed non vſque ad lapſum ſubminiſtrationem ſuam continuaſſe? Audi ſuper hoc Richardum Victorinum

Rich. Victor. cap. 22. ibidem ſubdentem: 'Gratia quam homo ſemel accepit ante
,peccatum, iuſtè ſubtrahi non potuit. Quam etſi præter meritum ac-

Præoccupatio. ceperat, ſine culpa tamen amittere non debebat'. Sed fortè dicturus es, hæc eſſe intelligenda de gratia ſanctificante, non etiâ de auxiliante. Jmò verò vel maximè de auxiliante intelligi oportere, indicant ſequentia: 'Nunc autem (ſubdit continuò Author) OMNI HORA poteſt iuſtè ſubtrahi, quia NVNQVAM poteſt homo SINE CVLPA INVENIRI'. Vbi manifeſtè ſermo eſt de gratia ad cuius iuſtam ſubtractionem ſufficit illud genus culpæ quo homo adultus nunquam in ſtatu naturæ corruptæ caret. Jſta autem gratia non eſt habitualiter ſanctificans, ſed actualiter auxilians: Nam hæc ſola iuſtè ſubtrahitur ob venialem culpam, ſine qua nunquam reperitur homo adultus: de qua ibi loqui Richardum, perſpicuum eſt ex his eius verbis capite proximè præcedenti: 'Jllud
,ſcimus, *quia in multis offendimus omnes*: & *Si dixerimus quia peccatum* 1.ad.3.1
non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt'. Peccatum 1.Io. 1
vtique veniale, pro cuius impetranda venia iuſti quotidie ad Deum clamant, *Dimitte nobis debita noſtra*. Huiuſmodi itaque culpa non Mat.6.
tollit gratiam ſanctificantem, poteſt tamen eſſe cauſa iuſtè ſubtrahendi gratiam auxiliantem. De qua gratia loqui Victorinum ſatis ipſe indicat dicto cap. 22. dicens: 'Sæpe negligentibus & torpentibus nobis
,vltrò gratia offertur, & ſæpe multis & magnis conatibus noſtris ſubitò & inopinatè ſubtrahitur'. Hæc de ſanctificante gratia nullo modo intelligi poſſunt: quippè quæ nec ſubtrahitur conantibus, nec offertur

[x] *Aug. ſerm. 15. de Verbis Apoſt. cap. 11.* torpentibus: [x] 'Qui fecit te ſine te (ait homini adulto Auguſtinus)
,non te iuſtificat ſine te. Ergo fecit neſcientem, iuſtificat volentem'. Quamdiu itaque protoplaſtus ſine culpa fuit, nunquam ei auxiliatrix gratia defuit. Vnde idem Auguſtinus lib. de Corrept. & Gratia cap. 12. 'Voluntas primi hominis (inquit) fortis & ſana, in bono amplio-
,re non perſeveravit, habens virtutem liberi arbitrij, QVAMVIS NON
,DEFVTVRO ADIVTORIO DEI, ſine quo non poſſet perſeverare ſi vellet'. Cui ſententiæ congruit & illa Alredi lib. 1. Speculi Charitatis

Alredus. cap. 4. 'Primus parens noſter libero muneratus arbitrio, poterat qui-
,dem, DEI TAMEN ADIVTVS GRATIA, ipſum Deum PERPETVO amando, in huius memoria notitiaque PERPETVO delectari'. Porrò quòd etiam reipsâ Deum perpetuò amaverit, ac de eius memoria notitiaque delectatus fuerit, quamdiu in originali integritate permanſit;

innuit

innuit Augustinus lib. 14. de Civit. cap. 10. & 26. Quorum priori percensens bona primi illius status, ait inter cætera: 'Amor erat IMPERTVRBATVS in Deum'. Posteriori item: 'Gaudium verum PERPETVABATVR ex Deo, in quem flagrabat charitas'. Non ergo mirum est, Adamum istis vitalibus passibus, octidui spatio perpetuatis, magnum conquisisse cumulum meritorum, atque ad iustitiæ conscendisse culmen. Quamvis enim fortasse tempore suæ ecstasis cursum meritorium paululùm interruperit, si tamen toto reliquo illo spatio cucurrerit, dubium non est quin altè conscenderit: adeò vt Augustinus eum dicat de culmine iustitiæ descendisse, cùm delinqueret: *Augustinus.*

[y] 'Quis eum nescit (inquiens) sanum & inculpabilem factum, & libero ,arbitrio, atque ad iustè vivendum potestate liberâ constitutum? Sed ,nunc de illo agitur, quem *semivivum latrones reliquerunt*: qui gravibus ,saucius, confossusque vulneribus, non ita potest ad IVSTITIÆ CVL,MEN ascendere, sicut potuit INDE descendere. Qui etiamsi iam in stabulo est, adhùc curatur'. De hoc semivivo à latronibus sauciato, ac Samaritani miseratione in stabulũ deportato, grandis nobis superest sermo, quem reliqua libri huius parte prosequemur. *[y] Aug. l. de Nat. & Grat. c. 43.* *Luc. 10. 30*

CAPVT XI.

Transitus ad stadium humanæ peregrinationis post eiectionem protoplastorum de paradiso voluptatis. Congruentia reparationis humanæ præ Angelica discutitur. Salus primorum parentum astruitur.

1. DEcem superioribus libri huius capitibus peregrinationes Angelorum & hominum innocentium quâ potuimus brevitate ac perspicuitate perstrinximus, easque tam stadijs quàm durationibus secrevimus. Quòd si, vt Angelica, ita humana peregrinatio primo peregrinantium lapsu finita fuisset, terminari iam præsens liber potuisset. Quia verò benignissimus conditor, *non continens in ira sua miserationes suas*, humanum genus non in ima detrusit, sed in medio reliquit, vberiorem nobis materiam sequentibus capitibus expendendã suppeditavit: [a] 'Utinam (inquit Bernardus) discam non superbire, sed vnctione potiùs quàm vltione magistra: *Domine, ne in furore tuo arguas me, sicut* Angelum extollentem se in cœlo, *neque in ira tua corripias me*, sicut ,hominem in paradiso. Ambo iniquitatem meditati sunt, altitudinem ,affectantes, ille potentiæ, iste scientiæ. Denique credidit insipiens ,mulier pollicenti, sed seducenti, *Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* Iam sese antè, seduxerat, cui persuaserat *similem fore Altissimo*: ,Nam *qui se putat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* Verùm vtraque ,altitudo deiecta est, sed in homine mitiùs, iudicante ita illo, qui *omnia ,facit in pondere & mensura.* Nam Angelo *in furore* punito, imò damna,to, homo *iram* tantùm sensit, & non *furorem*. Nempe *cum iratus fuit, misericor-* *[a] Bern. Serm. 69 super Cantica.* *Psal. 6. 2.* *Gen. 3. 5.* *Isa. 14. 14.* *Gal. 6. 3.* *Sap. 11. 21* *Hab. 3. 2.*

misericordiæ recordatus est'. Huic misericordiæ debet homo, quod non statim in imum terræ detrusus, sed in medio terræ collocatus sit, cùm deliquisset: vt nimirum spem salutis reponere adhuc in illum posset, qui *operaturus erat salutem in medio terræ*: [b] 'Propter hanc enim salutem ,(ait alibi idem Bernardus) quam in medio terræ erat operaturus, non ,confestim sub terra posuit hominem, sicut peccando meruerat, sed in ,terra. Sic quidem respirandum est nobis, & nullatenus desperandū, ,donec in terra adhuc interim constituti, & suspicere cœlum possumus, ,& suscipere *data optima & dona perfecta desursum à Patre luminum*, à Patre spirituum, à Patre misericordiarum'. Huic proposito ibidem superiùs accommodat Evangelicam parabolam *Hominis descendentis ab Hierusalem in Hiericho*; obsérvatque, eum nequaquam ad finalem metam sui descensus, hoc est, ad Hiericho, perveniſſe; sed in peregrinatorio stabulo collocatum à Samaritano fuisse: 'Pepercisti creaturæ ,tuæ (ait Deo) pepercisti gloriæ nominis tui, vt descendentem de ,Hierusalem minimè vsque in Hiericho patereris abduci. Semivivus ,adhuc relictus IN VIA semilaudare possum: vbi totus vixero, ibi to- ,tus erumpam in laudem; & *dicent omnia ossa mea: Domine, quis similis tibi?* ,Propter hoc nempe *cùm iratus fuisses, misericordiæ memınisti*; non dam- ,nans hominem in loco perditionis, sed in loco afflictionis humilians'. Ubi per locum perditionis intelligit Hiericho, in quam relegatus est Angelus apostatans; per locum afflictionis stabulum itinerarium, in quo positus est homo à latronibus sauciatus. Sed quid dico Angelum in Hiericho *relegatum*, cùm idem Bernardus malit dicere *præcipitatum*? [c] 'Vis (inquit) videre furoris filium? Si vidisti *Satanam tanquam fulgur ,calentem de cælo*, quod est, in impetu furoris præcipitatum, cognovi- ,sti de furore Dei. Denique non est *recordatus misericordiæ suæ*: quia ,*cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur*, non cùm iam vsque ad furo- rorem exarserit'. Rursus Serm. 1. de Adventu sub initium, loquens de eodem apostata Angelo: 'Tantùm (inquit) cogitavit superbiam: & in momento, in ictu oculi, irreparabiliter præcipitatus est'. Quinque loca enumerat Hugo Victorinus, inter se quodammodo subordinata; de quorum summo Angelus præcipitatus est in imum: homo verò de medio relegatus in aliud medium: [d] 'Cœlum (ait ille) in ,summo est, post cœlum paradisus, post paradisum mundus, post mun- ,dum ignis purgatorius, post purgatorium Infernus. Diabolus ergo ,qui à summo ceciderat, in imum detrusus est, propterea, quia reparan- ,dus non erat. Homo autem quia non à summo corruit, non est po- ,situs in imo, sed in medio collocatus: vt ei locus esset quò ascendere posset per meritum iustitiæ, vel descendere per reatum culpæ'.

[b] *Bern. Serm. de Festo S. Martini.*

Psal. 73.

Iac. 1. 1

Luc. 10.

Psal. 34.

Hab. 3. 2

[c] *Bern. Serm.* 69 *super Cantica. Vide Rupert. l.* 1. *de Victor. verbi Dei cap.* 22. *& seq.*

Luc. 10. 18

Psal. 97.

[d] *Hug. Victor. l.* 1. *de Sacram. p.* 8. *cap.* 2. *Vide eund. l. lib.* 4. *Miscell. c.* 60. *& Dialogo de Sacram. ante medium.*

2.

Variæ à Theologis assignari solent congruentiæ, ob quas Deus homines præ Angelis apostatantibus reparare decreverit: *Prima* sumitur ex papa Gregorio lib. 4. Moral. cap. 10. 'Quia nimirum Angelus suâ malitiâ cecidit, hominē verò aliena prostravit'. Quæ congruentia dupliciter intelligi potest, primò vt idcircò homo præ Angelo reparandus

Gregorius. Vide Bern. Serm. 1. *de Adventu, &*

Digitized by Google

dus fuisse dicatur, quòd diabolicâ tentatione pulsatus succubuerit, Angelus autem sine vlla prævia tentatione sponte propria Deum deseruerit: Secundò quòd non singulatim omnes homines proprijs ac personalibus actibus Deum offenderint, quemadmodum Angeli singulatim offenderunt. Verùm in neutro sensu congruentia hæc adæquatè concludit intentum. Non priori, quia pari ratione reparandi fuissent inferiores dæmones qui Luciferi archiapostatæ instigatione apostataverunt, vt advertit D. Thomas 1. p. q. 63. ar. 8. & q. 64. ar. 2. ad 4. Cùm ergo Deus absq; vlla incongruentia omiserit reparare inferiores dæmones, proculdubio potuisset absq; vlla incongruentia omittere reparare homines. Non denique posteriori, quia congruentia sic intellecta non habet locum in protoplastis, qui proprio ac personali actu deliquerunt. Vnde sive vno sive altero sensu congruentia intelligatur, tam non concludit intentum quantum ad protoplastos, quàm non concludit quoad dæmones inferiores. *Alia* congruentia sumitur ex eodem Gregorio vbi ait: [e] 'Angelorum spiritus idcircò irremissibiliter pec-,caverunt, quia tanto robustiùs stare poterant, quanto eos carnis com-,mixtio non tenebat: Homo verò idcircò post culpam veniam meruit, quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset accepit'. Similia habet lib. 4. Moral. cap. 9. & ex ipso Isidorus lib. 1. Sentent. cap. 10. Quibus consonat Damascenus lib. 2. de Fide cap. 3. & Rupertus in caput 10. Job vers. 8. Sed nec hæc congruentia omninò evincit intentum: quia tametsi homo in statu innocentiæ molem carnis gestaverit, non tamen eum pro illo statu caro vllatenus aggravavit, aut ad peccandum impulit. Neque enim simpliciter dictum est, sap. 9. 15. corpus aggravat animam; sed, *corpus* QVOD CORRVMPITVR *aggravat animam.* Corporis quidem gestatio arguit minorem perfectionem hominis quàm Angeli; sed minor perfectio non arguit maiorem reparationis decentiam: Alioquin enim Angeli inferiores eádem ratione reparandi fuissent; quippe qui ex sua natura imperfectiores sunt superioribus. *Tertiam* congruentiam assignat Magist. lib. 2. Sentent. Dist. 21. §. 6. ex Augustino Enchiridij cap. 29. desumptam: 'Angelica ,natura (ait ibi Magister) quoniam non tota perierat, sed ex parte per-,stiterat, non est redempta: Humana verò tota perierat; & ideò ne pe-,nitùs repentè perderetur, ex parte redempta est, vt inde ruina supple-retur Angelorum'. Hanc congruentiam Angelicus Doctor in 2.m Dist. 7. q. 1. ar. 2. infirmat ex eo, quòd eâdem ratione ex singulis Angelorum pereuntium speciebus aliqui fuissent reparandi. Quod cùm factum non sit in speciebus Angelicis, potuisset etiam absque vlla indecentia factum non fuisse in specie humana. *Quarta* assignatur ab Angelico Doctore q. 16. de Malo ar. 5. ad 6.m dicente: 'Diabolus ,non solùm non potest per seipsum resurgere à peccato, sicut nec homo; ,sed vlteriùs secundùm modum naturæ suæ competit ei, vt immobili-,ter inhæreat ei, quod per propriam voluntatem elegit. Et ideo peccatum eius est magis irremediabile, quàm peccatum hominis'. Huic

Anselm. lib. 2. Cur Deus homo cap. 21 & Hugonem Vict. dialogo de Sacram. ante medium.

D. Thomàs.

[e] *Greg. lib. 9. Moral. cap. 28.*

Isidorus. Damascenus. Rupertus.

Magister. Augustinus.

D. Thomas. Vide 1. p q 64. ar. 2. in corpore.

Digitized by Google

congruentiæ ſubnectitur *Quinta*, ex Damaſceno lib. 2. de Fide cap. 4. deſumpta: quia nimirum quod hominibus mors eſt, hoc Angelis lapſus fuit. *Sexta* congruentia aſſignari ſolet, quòd cùm Angeli ſint ſublimioris naturæ quàm homines, eorum ruina per homines divinitùs ſublimatos ſuppleri commodè potuerit: at verò cùm homines inter rationales creaturas infimum locum teneant, eorum ruina per inferiores creaturas ſuppleri nullatenus potuit. His addi poteſt *Septimæ* congruentia, in eo ſita, quòd hominum reparatio plus conducere videatur ad perfectionem vniverſi, quàm reparatio Angelorum. Nam cùm homo ſit quaſi omnium creaturarum compendium, de ſingulis aliquid participans, vt perhibet Gregorius Homil. 29. in Evangelia; dum homo reparatur, totus quodammodò mundus reficitur. Quod non habet locum in Angelis, quippe qui puri ſunt ſpiritus, nec quidquam de corporeis creaturis participant. Cæterùm nec hæ congruentiæ etiam collectivè ſumptæ, nec aliæ quæ facilè multiplicari poſſent, ita evincunt intentum, vt oppoſitum probent poſitivè indecens aut incongruum. Vnica ergo irrefragabilis ratio reparandi homines potiùs quàm Angelos eſt Dei beneplacitum: [f] 'Cauſa reparationis noſtræ (ait papa Leo) non eſt niſi miſericordia Dei'. Et Serm. 13. de Paſſione cap. 1. 'Miſereri (inquit) noſtri cauſam Deus niſi in ſua bonitate ,non habuit: Et mirabilior eſt ſecunda hominum generatio, quàm pri-,ma conditio: quia plus eſt, in noviſſimis ſæculis reparaſſe Deum quod perierat, quàm à principio feciſſe quod non erat'. Conſonat Auguſtinus in Enchiridio, ſic ſcribens: [g] 'Et ſi quidem in melius hominum reformationem nullam prorſus eſſe voluiſſet, SICVT IM-,PIORVM NVLLA EST ANGELORVM; nonne meritò fieret, vt natura ,quæ Deum deſeruit, quæ præceptum ſui creatoris, quod cuſtodire ,facillimè poſſet, ſuâ malâ vtens voluntate calcavit atque tranſgreſſa ,eſt, quæ ſui in ſe creatoris imaginem ab eius lumine contumaciter ,averſa violavit, quæ ſalubrem ſervitutem ab eius legibus malè libero ,abrupit arbitrio, VNIVERSA IN ÆTERNVM DESERERETVR AB ,EO, ET PRO SVO MERITO PÆNAM PENDERET SEMPITERNAM? ,Planè ita faceret, ſi tantùm iuſtus, non etiam MISERICORS eſſet, ,ſuamque INDEBITAM MISERICORDIAM multo evidentiùs in indignorum potiùs liberatione monſtraret'.

Vide Bern. Ser 1. de Adventu.

f Leo ſerm. 1. de Ieiunio 10. Menſis ſubinitium.

g Aug. Enchir. cap. 27.

Neque verò huic gratuitæ miſericordiæ derogatum volunt, qui congruentias reparati præ Angelo hominis aſſignant. Eas namque aſſignant non vt debitum reparandi alterum præ altero aſtruant, ſed vt id quod factum eſſe conſtat, non irrationabiliter factum oſtendant. Vnde ſi Deus Angelos neglectis penitùs hominibus reſtauraſſet, divini conſilij congruentias ſimiliter aſſignaſſent; quæ certè inveſtigantibus occurrere facillimè poſſent. Quapropter ſicut Apoſtolus ex conſideratione obdurationis Judæorum & miſertionis Gentium prorupit ex diſceptatione in admirationem, exclamans: *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles* 3. *Rom. 11. 33. & 34*

gabiles viæ eius! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? ita nos in similem admirationem prorumpere par est, vbi Dei benevolentiam erga humanum genus, repudiatis Angelicis spiritibus, perpendimus. Hoc innuere voluit Apostolus, vbi ait de Filio Dei:

Hebr. 2. 16 *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* In quem locum Pseudo-Anselmus: 'Nusquam (inquit) id est, nec in cœlo, nec ,in aëre, nec in terra, nec in abysso *Apprehendit Angelos*, apostatas; imò ,penitùs deseruit eos: *Sed semen Abrahæ apprehendit*, quia nos, quasi re,cedentes ab eo, & longè fugientes insecutus, MISERICORDITER apprehendit'. Metaphoram Interpretes communiter observant in verbo, *Apprehendit*: quod in corporalibus significat fugientis assecutionē, atque è fuga retractionem per manuum iniectionem: 'Quare (ait in ,eundem locum Primasius) dixit, *Apprehendit*; quod pertinet ad fugien,tem? Quia nos quasi recedentes à se, & longè fugientes insecutus apprehendit'. Consonat Chrysostomus Homil. 5. in Epistolam ad Hebræos, vbi eadem Apostoli verba expendens: 'Cur (inquit) non di,xit, Suscepit; sed vsus est hâc dictione, *Apprehendit*? A metaphora eo,rum qui persequuntur aversos, & omnia faciunt vt fugientes com,prehendant, & resilientes apprehendant. Ab ipso enim fugientem hu-

Eph. 2. 13. ,manam naturam, & procul fugientem; *longè enim eramus*; persecutus comprehendit'. Nec minus exertè in eundem locum Eulalius Diaconus: 'Cùm ait *Apprehendit* (inquit) significat quòd nos quidem homi,nes ipsum fugiebamus: Christus verò persequebatur, & persequendo attigit, ac attingens apprehendit'. Nec huic interpretationi adversantur qui per hanc *apprehensionem* denotari volunt naturæ humanæ hypostaticam susceptionem. Nam cum hæc apprehensio propter alteram facta sit, nihil mirum si nunc hanc nunc illam Interpretes intellexerint: [h] 'Antiquus hostis (ait papa Gregorius) superbiæ suæ tene,bris pressus, adventum quidem Redemptoris conspicit, sed nequa,quam ad veniam cum electis redit. Hinc enim scriptum est: *Nusquam ,Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Idcircò namque Re,demptor noster, non Angelus, sed homo, factus est; quia hoc pro,culdubio fieri debuit, quod redemit: vt & perditum Angelum non ,apprehendendo desereret, & hominem in semetipso apprehendendo repararet'. Propterea igitur hominem in semetipso hypostaticè apprehendit, quia fugientem revocare & pristino honori restituere dispositi: Angelum verò apostatam neutiquam apprehendit, quia deserentem non retrahere à fuga decrevit: [i] 'De Angelis quidem (ait Ful,gentius) hoc dispositi, & implevit; vt si quis eorum bonitatem vo,luntatis perderet, nunquam eam divino munere repararet. Pars itaq; ,Angelorum, quæ à suo creatore Deo, quo solo bono beata fuit, vo,luntariâ prorsus aversione discessit, æquitatis supernæ iudicio, initium ,suæ damnationis in ipsa aversione voluntatis invenit: vt non aliud ei ,esset incipere iam puniri, quàm illius beatifici boni dilectione destitu,ti: Quam Deus in æterno sic totam præcepit remanere supplicio, vt etiam

Pseudo-Anselm.

Primasius.

Chrysostomus. Vide Oecumenium & Theophylactum in eundem locum.

Eulalius.

Præoccupatio.

[h] *Greg. l. 4. Moral. c. 11. & 12.*

[i] *Fulg. l. de Fide ad Petrum c. 3.*

'etiam *ignem ei æternum præpararet*: 'in quo omnes illi prævaricatores Mat. 25.41
'Angeli nec malâ possint vnquam voluntate carere, nec pœnâ; sed per-
'manente in eis iniustæ aversionis malo, permaneret etiam iustæ re-
'tributionis æterna damnatio. Horum malorum princeps diabolus pri-
'mos homines quùm ad peccati præcipitium invidus duxit, non eis
'tantùm, sed & vniversæ propagini eorum cum vitio peccati meritum
'mortis inseruit. Deus autem misericors & iustus, sicut diabolo & An-
'gelis eius propriâ voluntate cadentibus cæteros Angelos in suæ dile-
'ctionis æternitate firmavit, sic etiam humani generis massam non to-
'tam in sempiternum perire permisit; sed quos voluit eius gratuita
'bonitas, repulsis tenebris, in quibus omnis humana nativitas pecca-
'ti originalis condemnatione versatur, reducendos prædestinavit ad
'lucem: In eo præcipuè demonstrans, quòd istos originalis peccati
'vinculis indebita gratia liberatoris absolveret, cùm alios, & quàm-
'maximè parvulos, quibus nulla possunt vel bona vel mala inesse
'propria merita voluntatis, insolubili nexu æterna damnatio retineret'.
Pars itaque Angelorum superbiæ ingressa viam deseruit Deum, to-
tumque humanum genus in longinquam abduxit regionem, nequa-
quam tamen ad metam vsque damnationis. Deus enim, *qui dives est in* Ephes. 2. 4.
misericordia, fugientem hominem insecutus apprehendit, à fuga retra-
xit, domum reduxit. Cur non & Angelos? An quia iam fuerant in
termino? Sed nunquid apprehendere eos potuisset antequam eò per-
venissent? Cur ergo non apprehendit, nisi quia noluit? Cur autem
noluit, penes ipsum ratio est. Neque enim ideò hoc noluit, quòd An-
geli singulatim proprio actu recesserint: Nam etiam primi duo homi-
nes proprio similiter actu recesserunt; & tamen quæsiti, apprehensi, à
fuga retracti, ac pristinæ civitati reinscripti sunt. Ecce multi parvuli,
qui alienà duntaxat voluntate recesserunt, dimittuntur: & primi ho-
mines, qui proprio motu seductorem secuti sunt, reducuntur. Huius
reductionis testem habemus Salomonem, qui cùm de divina Sapien-
tia dixisset, *Per Sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi Domine à* Sap. 9. 19.
principio: mox subdidit, *Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis* Sap. 10. 1.
terrarum, cùm solus esset creatus, custodivit, & EDVXIT ILLVM A DE-
LICTO SVO.

4. Primum reparationis sive salutis protoplasti contradictorem Ire-
næus statuit Tatianum hæresiarcham, ex Iustini Martyris auditore
Encratitarum sectæ conditorem: [k] 'Contradicunt (ait de Encratitis
'Irenæus) eius saluti, qui primus plasmatus erat: & hoc nunc adinven-
'tum est apud eos, Tatiano quodam primò hanc introducente blasphe-
miam'. Quam blasphemiam idem ipse Irenæus multis argumentis ex
professo refutat inferiùs lib. 3. cap. 34. & aliquot sequentibus; conclu-
dens tandem cap. 39. refutationes suas hisce verbis: 'Mentiuntur er-
'go omnes, qui contradicunt eius (Adæ) saluti, semper seipsos exclu-
'dentes à vita, in eo, quòd non credant *inventam ovem quæ perierat*. Si Luc. 15. 6.
'autem illa non est inventa, adhuc possidetur in perditione omnis ho-
minis

[k] *Iren. l. 1. c. 30 & 31. Vide Aug. l. de Hæresibus c. 25. & Tertull. lib. de Præscript. c. 52 & Euseb. lib 4. Histor. cap. 28. & seqq. & Epiphan. Hæresi 46. & Prateolū*

Digitized by Google

,minis generatio. Mendax ergo is, qui PRIOR hanc ſententiam, imò ,hanc ignorantiam & cæcitatem induxit, Tatianus: Connexio qui- ,dem factus omnium hæreticorum, quemadmodum oſtendimus; hoc ,autem A SEMETIPSO ADINVENIT, vti novum aliquid præter reli- ,quos inferens, vacuum loquens, vacuos à fide auditores ſibi pra pa- ,raret, affectans magiſter haberi, tentans & ſubinde vti huiuſmodi à
v.15. ,Paulò aſſiduè dictis, *Quoniam in Adam omnes moriuntur*: ignorans au- ,tem, quoniam *vbi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia.* Oſtenſo er-
v.20. ,go hoc manifeſtè, erubeſcant omnes qui ab eo ſunt, & concertant de Adam, quaſi magnum aliquid lucrentur, ſi ille non ſalvetur'. Cate- rùm quia nimis longum foret argumenta Irenæi pro aſtruenda ſalute Adæ ſingulatim percenſere prout apud ipſum habentur, eorum Su mmaria ex Feuardentio exhibebimus: [l] 'Noſter Irenæus (ait ille) lib. 3. ,cap. 34. 35. 37. & 39. his argumentis eum (Adam) ſalvum eſſe con- ,firmat: Primò quia Tatianorum ſententia contraria, eſſet inaudita ,& nova: Secundò quoniam Deus noluit maledicere Adamo vel Evæ,
v.17. ,ſed tantùm *terræ*, ac *ſerpenti*: Tertiò quia fructibus pœnitentiæ ſeip-
14. ,ſos mox addixerunt: Quartò quòd decuerit Chriſtum paſtorem op- ,timum hanc primam ovem ſuam aberrantem quærere & ſalvare: Po- ,ſtremò ne diabolus adverſus Deum gloriaretur, quòd adhuc invictus cum primis ſpolijs ſuis remaneret'. Huic poſtremo argumento robur accedit ex papæ Leonis authoritate, dicentis: [m] 'Quia gloriabatur dia- ,bolus, hominem ſuâ fraude deceptum, divinis caruiſſe muneribus; & ,immortalitatis dote nudatum, duram mortis ſubijſſe ſententiam; ſeq; ,in malis ſuis, quoddam de prævaricatoris conſortio invenisse ſolatiũ; ,Deum quoque iuſtè, ſeveritatis exigente ratione, erga hominem, quẽ ,in tanto honore condiderat, antiquam mutaſſe ſententiam: Opus fuit ,ſecreti diſpenſatione conſilij, vt incommutabilis Deus, cuius volun- ,tas non poteſt ſuâ benignitate privari, primam pietatis ſuæ diſpoſitio- ,nem ſacramento occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquita- tis verſutiâ actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret'. Ex hoc Dei propoſito proceſſit illa vocatio Dei, de qua poſt lapſum pri-
3.9. morum hominum legimus ſcriptum: *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit: Vbi es?* [n] 'De Adam (ait Chryſoſtomus) illo modo quæſivit, vt in accuſationem peccati eum induceret'. Et Homil. *de lapſu primi ho- minis*, Tomo 1. 'Adeò gaudet ſerpens (inquit) perpetraſſe quod vo- ,luit, lætatur hominem amiſiſſe quod optavit, exultat malitiæ effectus ,hominis deceptionem impleſſe; & neſcit infœlix vulneratum ſemet, ,dum vulnerat; trucidatum, dum trucidat; dum hominem perimit, ſe- ,ipſum eſſe peremptum. Contriſtatus eſt Deus, hominem ſententiam ,mortis meruiſſe quàm vitam, meruiſſe interitum quàm ſalutem, glo- ,riam contempſiſſe quàm mortem. Sed tamen plùs malitiâ ſerpentis ,quàm hominis contemptu commotus eſt, plùs fallaciam diaboli quàm ,hominis per invidiam denotavit: Adeò Dominus Deus & ſevitiam ,execratus eſt hoſtis, & caſum miſeratus eſt hominis; crudelitatem ho-

lib. 18. cap. 3. & Philaſtrum Hæreſi 1. ſub Apoſtolos, & Alphenſ. à Caſtro l. 2. verbo Adã Hæreſi 1.

[l] *Feuard. in Notis ad lib. 1. Irenæi c. 31. n. 2.*

[m] *Leo Serm. 2. de Nativit. c. 1.*

[n] *Chryſ. Homil. 78. in Matth.*

hoſtis

,ſtis exhorruit, & deceptum hominem paternâ pietate condoluit; ini-
,mici atrocitate permotus eſt, & hominem clementer doluit qui dece-
,ptus eſt. Denique Dominus Deus: *Vbi es*, inquit, *Adam*? Ad confeſſio-
,nem provocat, dum interrogat: vult eum fateri peccatum, dum ab eo
,inquirit admiſſum: quærit miſereri, dum cum reo de culpa colloqui-
,tur: veniam cogitat, qui cauſam contemptæ legis incuſat: obiurgat
,culpam, vt poſſit retribuere veniam; vt quos formare inſtruendo non
,potuit, eos poſſit confitendo purgare. Accipiunt *indumenta pellicea*, vt Gen. 3. 21.
,qui confeſſi iam delictũ fuerant, veniã cultus humilitate perciperent'.
Videri poteſt idem Chryſoſtomus Homil. proximè ſequenti ibidem,
quæ *de Adam & Sodomitu Achab & pœnitentia* inſcribitur, itẽ Homil. 17.
in Gen. & Hom. 7. ad populũ Antiochenũ. Videri præterea poſſunt alij
Patres à nobis citati lib. 1. cap. 8. §. 3. Quibus addo nunc Hugonem
Victorinum in caput 3.^m Geneſis ad illa verba, *cùm audiſſent vocem Do-* Gen. 3. 8
Hugo Victor. *mini Dei deambulantis in paradiſo* &c. ita ſcribentem: 'Ecce quanta eſt
,miſericordia Dei: non vult eos ſubitò convenire de culpa ſua, ne
,amiſsâ verecundiâ inverecundi fiant, & pertinaces; ſed dat eis locum
,pœnitentiæ, & conſilij: vnde deambulat, vt audiant, & ſic fiant me-
,mores ipſius Dei'. Qui rurſus inferiùs expendens illud Dei ad ſerpen-
tem, *Quia feciſti hoc, maledictus es*: 'De homine peccante (inquit) non
,ſtatim dedit ſententiam, ſed propoſitâ quæſtione dedit ei ſpatium, vt
,cogitaret de cauſa ſua, & pœniteret: Super diabolum autem ſtatim
protulit ſententiam'. Simili antitheſi vtitur Irenęus lib. 3. cap. 37.
Conſonat his Gregorius lib. 22. Moral. cap. 9. ita de protoplaſtis re-
Irenæus. *Gregorius. Vide Rabanum lib. 1. in Geneſim c. 17* cèns lapſis diſſerens: 'Ad hoc requiſiti fuerant, vt peccatum quod
,tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent. Vnde & ſerpens
,ille perſuaſor, qui non erat revocandus ad veniam, non eſt de culpa
requiſitus'. Scripſit peculiarem de ſalute primi hominis Tractatum
Philippus Bonæ-ſpeenſis Abbas: vbi inter alia huc ſpectantia legun-
Philipp. Bonæ-ſpeenſis. tur iſta ſub finem ſecundi, & initio tertij capitis: 'Deus, *qui dives eſt in* Epheſ. 4.
,*miſericordia*, hominem, quem fecerat, nolens perire, ſed redire; re-
,quirit eum vt corrigatur, arguit vt reſipiſcat; oſtendens quòd poſteà
,dicturus erat, *Nolo mortem peccatoris, ſed vt convertatur, & vivat*: *Adam*, Ezech. 33.
inquit, *vbi es*? Et ſubſequenter diſſerens de varijs differentijs divina- 11.
rum vocationum, ſubdit inferiùs cap. 5. 'Vltima vocatio Dei eſt ſpe- Gen. 3.
,cialis: quâ perſe, eo modo quem ipſe novit, vocare homines reperitur,
,vbi nullus homo internuncius comperitur: aliquoties quidem apertè,
,ſicut *Moyſen vocavit de rubo*; multoties verò occultè, ſicut millia milliũ Exod. 3.
,à ſæculo. Hæc autem huic vocationi ſpecialis prærogativa aſſigna-
,tur, vt rarò infructuoſa inveniatur: imò, vt videtur, de illa Prophe-
,ta Joel per antonomaſiam dixerit: *In monte Sion & in Hieruſalem erit* Ioel. 2. 3
,*ſalvatio, & in reſiduis quos Dominus vocaverit*. Tantam quippè intelligi
,voluit huius eſſe excellentiam vocationis, vt eam ſequatur vtilitas
,ſalvationis; & nihil ſit aliud ſic nos à Deo vocari, quàm ad ſalutem
,efficaciter provocari. Vnde, vt mihi videtur, divinæ Scriptor hiſto-

riæ,

Digitized by Google

,riæ, id quod dictum eſt, *Vocavit Deus Adam*, non perfunctoriè atten-
,di voluit, ſed in eo pium vocantis affectum, magnum vocati profectũ
intelligi debere commonuit'. Et rurſus cùm ſub finem capitis 12.
nonnulla præmiſiſſet de vocatione Dei quam Apoſtolus appellat *Se-*
Rom.8.28. *cundùm propoſitum*, & de qua ſcriptum eſt, *Sine pœnitentia ſunt dona &*
Rom.11.29 *vocatio Dei*: 'Quòd ſi hâc vocatione (ſubdidit) vocatum fuiſſe Adam
,liber Geneſis apertè non dicit, poſſe tamen intelligi non interdicit: nec
,illum à ſalute contendit excludere; cùm potiùs verba eius, ſaluti il-
,lius videantur alludere: *Vocavit*, inquit, *Deus Adam, & dixit: Adam,*
,*vbi es?* Magna dignatio creatoris, quòd plaſma ſuum requirit, nec
,ſuſtinet vt remaneat in latibulo iniquitatis, ſed vult vt prodeat, &
,redeat ad lucem veritatis. Hac incude, hoc malleo huius inquiſitio-
,nis, iam nunc ſacramentum cudebatur noſtræ reparationis, dum ille
,qui peccaverat vitio iniquiæ conſenſionis, invitatur ad medelam dig-
,næ confeſſionis: vt eodem ore quo contra ſalutem facta eſt iniuſta
,comeſtio, iam fièret ad ſalutem vera confeſſio. *Adam*, inquit, *vbi es?*
,Ac ſi dicat: Non expedit tibi vt diutiùs lateas, exi foras, progrede-
Pſ.43.26. re, confitere, *Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris*'.

5. Prædictis obijci nonnulla poſſunt, quæ pro pleniori veritatis illu- Obiectiones. 1.ª
ſtratione diſcutere oportet: vt inprimis quòd vocatio ſecundùm pro-
poſitum ſuo nunquam fruſtretur effectu, dicente per Prophetam ipſo
Domino: *Quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, ſed fa-*
Iſa.55.11. *ciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud*: dicente item
Apoſtolo, *Omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundùm propoſitum vo-*
cati ſunt: dicente denique Auguſtino: ° 'Illâ vocatione, quæ *ſine pœ-* ° *Aug. l. de Prædeſt. Sanct. c. 19*
nitentia eſt, id prorſus agitur & peragitur, vt credamus'. Et ſuperiùs
ibidem cap. 16. 'Ad hanc vocationem qui pertinent, omnes ſunt do-
cibiles Dei'. Atqui protoplaſti vocatio, de qua agimus, non ſolùm ſuo
fruſtrata effectu eſt, ſed ipſum etiam reddidit deteriorem: Ergo non
fuit ſecundùm propoſitum. Minor probatur authoritate Gregorij Pa-
Gen. 3. 9. pæ, dicentis: P 'Interrogatus homo eſt, *Vbi eſſet*; vt perpetratam cul- P *Greg. lib. 22. Moral. c. 9. Vide ibid. ſuperiùs l. 4. c. 19. & 25. & inferiùs l. 33 cap. 24. & Rabanum l. 1. in Geneſim cap. 17.*
,pam reſpiceret; & confitendo cognoſceret, quàm longè à Conditoris
,ſui facie abeſſet. Sed adhibere ſibimet vtrique defenſionis ſolatia,
,quàm confeſſionis elegerunt. Cùmque excuſare peccatum voluit vir
,per mulierem, mulier per ſerpentem, auxerunt culpam, quam tueri
,conati ſunt: obliquè Adam Dominum tangens, quòd ipſe peccati eo-
,rum author extiterit, qui mulierem fecit: & Eva culpam ad Domi-
,num referens, qui ſerpentem in paradiſo poſuiſſet. Qui enim ore dia-
Gen.3.5. ,boli fallentis audierant, *Eritis ſicut Dij*; quia Deo eſſe ſimiles in divini-
,tate nequiverunt, ad erroris ſui cumulum Deum ſibi facere ſimilem
,in culpa conati ſunt. Sic ergo reatum ſuum dum defendere moliun-
,tur, addiderunt; vt culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quàm fuerat
perpetrata'. Conſonat Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad Litt. cap. 35.
& lib. 2. de Geneſi contra Manichęos cap. 17. 'Iam (inquiens de
,Adamo) more ſuperbiæ in ſe non accuſat quòd conſenſit mulieri, ſed *Auguſtinus. Vide Bern. ſer. 16.*

& 82. in Cantica, & serm. 1. de Festo omnium sanctorum, & Chrysost. in Psal. 140. v. 4. & Ruffer. l. 3. in Gen cap. 14. & 15.

›in mulierem refundit culpam suam: & sic subtiliter quasi de astutia ›quam miser conceperat, voluit ad ipsum Deum pertinere quòd pec›cavit. Non enim ait, Mulier dedit mihi; sed addidit dicens: *Mulier* Gen. 3. 12. ›*quam dedisti mihi.* Nihil est autem tam familiare peccantibus, quàm ›tribuere Deo velle vndecunque accusantur: & hoc de illa vena super›biæ, vt quoniam sic homo peccavit cùm vult esse par Deo, id est, li›ber esse ab eius dominio, sicut ille ab omni dominio liber est, quo›niam ipse est Dominus omnium: quoniam in maiestate par illi esse ›non potuit, iam lapsus & iacens in peccato suo, parem sibi eum face›re conatur: vel potiùs illum vult ostendere peccasse, se autem esse in›nocentem. Et mulier interrogata refert culpam in serpentem: quasi ›aut ille sic acceperit vxorem, vt ei obtemperaret, & non potiùs vt ›ipsam sibi obtemperare faceret: aut illa non debuerit Dei præceptũ potiùs custodire, quàm verba serpentis admittere'. Et lib. 14. de Civit. cap. 14. cùm præcedenti capite ostendisset, primum protoplastorum peccatum fuisse superbiam: 'Sed est (ait) peior damnabiliorque ›superbia, quâ etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis in›quiritur: sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, *Serpens decepit* Gen. 3. 13. ›*me, & manducavi*; & ille dixit, *Mulier quam dedisti mihi, hæc mihi dedit de ligno, & edi.* Nusquam hìc sonat petitio veniæ, nusquam im›ploratio medicinæ. Nam licet isti non, sicut Cain, quod commise›runt negent, adhuc tamen superbia quærit in aliud referre quod per›peràm fecit: superbia mulieris in serpentem, superbia viri in mulierem'. Ex his manifestè apparet, primos parentes vocatione & interrogatione Dei non in melius, sed in peius profeciſſe. Nam qui pridem fuerant superbi, Deo vocante ac interrogante facti sunt damnabiliter & irremissibiliter superbi. Dico, *irremissibiliter*: quia, vt idem Augustinus Serm. 19. de Sanctis indicat, nisi Adam priori culpæ novam culpam superbæ defensionis adiecisset, de paradiso eiectus non fuisset: 'Cùm de perpetrata (ait illeibi) à Domino argueretur inobedientia, ›non se humiliter, vt culpa exigebat, accusavit; sed authorem super›bè accusavit, dicens: *Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi fructum, &* ›*comedi.* Hæc dicendo se putavit excusatum: & sic * creatorem, mu›lieris conditorem, quæ ad peccandum, virum traxerat in culpam. ›Qui si humiliter se accusasset, & in authorem suum culpam non retorsisset, à paradiso non exulasset'. Hoc ipsum innuit & Papa Gregorius in Psal. 2.m Pœnitentialem ad versum 2.m dicens: 'Imputare si›bi Adam peccatum suum noluit, quando culpam suam in creatorem ›refudit, dicens: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, &* ›*comedi.* Vnde quia se confiteri culpabilem noluit, mortiferæ damnationis sententiam in posteros misit'. Hinc à contrario planè apparet, eum non transmissurum fuisse in posteros sententiam damnationis, si non recurrisset ad superbam culpæ defensionem. Ac per hoc vocatio & interrogatio Dei plus ei ac posteris obfuit quàm profuit. Secundò obijcitur quòd vocatio secundùm propositum propria sit electis. Atqui

* accusatum

Gregorius.

2.ª

qui protoplasti non fuêre electi, sed reprobi: Ergo eorum vocatio non fuit secundùm propositum. Maior traditur ab Augustino innumeris locis, signanter lib. 2. ad Bonifacium cap. 10. & lib. de Corrept. & Gratia cap. 7. & Epist. 59. q. 6. Minor probatur authoritate Prosperi lib. 2. de Vita Contempl. cap. 19. vbi loquens de primis parentibus: 'Qui nolunt (inquit) DAMNATIONIS EORVM SVBIRE SVPPLICIVM, caveant prolapsionis exemplum'. Ex quo apparet primos parentes subijsse damnationis supplicium: ac per hoc reprobos fuisse, non electos. Favet eidem sententiæ Rupertus lib. 3. in Genesim cap. 31. dicens: 'Quia de illo vetere Adam nihil vsquam boni operis invenitur, & novus Adam illi est oppositus: *Sicut* enim *in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*; salvatio eius & A MVLTIS liberè negatur, & à nullo satis firmiter defenditur'. *Augustinus.* *Prosper.* 1. Cor. 15. 22.

6. His tamen non obstantibus insistendum est alteri sententiæ, quæ protoplastos resipuisse, æternamq; salutem obtinuisse affirmat: [q] 'Meritò creduntur (ait de eis Augustinus) per Domini sanguinem ab extremo supplicio liberati'. Et lib. de Natura & Gratia cap. 21. loquens singulariter de Adamo: 'Commendat Ecclesia (inquit) & ipsum Domini Christi misericordiâ liberatum'. Et Epist. 99. ad Evodium, tractans de descensu Christi ad inferos, & *solutis* per eum *doloribus Inferni*: 'De illo quidem primo homine (inquit) patre generis humani, quòd EVM IBIDEM SOLVERIT, ECCLESIA FERE TOTA CONSENTIT: quod eam non inaniter credidisse credendum est, vndecunque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur authoritas: quanquam illud quod in libro Sapientiæ scriptum est, *Hæc illum, qui primus factus est, patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit ei virtutem continendi omnia*; magis pro hac sententia quàm pro vllo alio intellectu facere videatur'. Feuardentius in Notis super libro 3. Irenæi cap. 39. in huius sententiæ confirmationem profert testimonium ex apocrypha Nicodemi de Passione ac Resurrectione Christi Historia: 'Nicodemus (ait ille) Christi discipulus, in Historia, quæ fertur nomine eius, De Passione & Resurrectione Domini, refert, Dominum Jesum, cùm secundùm animam descendisset ad Inferos, manum Adami tenuisse, & dixisse: *Pax tibi, & omnibus filijs tuis iustis meis*: Ipsum verò Adam Christi genibus advolutum lachrymabiliter deprecatum eum voce magnâ his verbis: *Exaltabo te, Dñe, quoniã susceptisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Dñe Deus meus, clamavi ad te, & sanasti me: Eduxisti ab Inferis animã meã, salvasti me à descendentibus in lacu*' &c. Subderidet Lorinus quod hìc refertur de *Advolutione Ade ad genua Christi cum lachrymis, & voce magna*: quia nimirũ [r] 'Nondum receperat corpus, imò non liquet adhuc an receperit'. Vereor autem ne similiter subdérideat quod de *digito Lazari*, de *oculis* ac *lingua* divitis epulonis apud Evangelistam Lucã Christus commemorat. Neque enim alteruter istorum adhuc corpus receperat; cùm tamen vtrique corporalia vel quasi corporalia mẽbra veri- *Decisio.* [q] *Aug. l. 2 de Peccat. Meritis cap. 34.* *Feuardentius.* Psal. 29. 2. & seqq. Luc. 16. 24. [r] *Lorinus in librum Sapientiæ cap. 10. vers. 1. & 2.*

tas attribuat. Sed quicquid de hac Nicodemiana hiſtoria ſit, ex Auguſtino iam relato ſatis apparet quid de protoplaſti ſalute Eccleſia penè tota crediderit. Ex qua quidem Eccleſiæ perſuaſione promanaſſe perhibetur ritus reſumendi in Paſchate Alleluiaticam hymnodiam, novem præcedentibus hebdomadibus intermiſſam, dicente ſummo Eccleſiæ Antiſtite Leone IX. apud Gratianum de Conſecrat. Diſt. 1. cap. *Hi duo*: 'Quòd novè hebdomadibus *Alleluia* intermittimus, non incongruè per novem hebdomadas novem Ordines Angelorum accipimus; ,quorum decimus Ordo per ſuperbiam corruens, Angelicum numerum minuit, & à fœlicitate perturbavit. Qui condolentes ſuæ diminutioni, & parem ruinam ſibi timentes, à perfecta laude Creatoris ,fuêre præpediti. Quorum reparationi & conſolationi conſulens omnipotens Creator, primum hominem *de limo terræ formavit*, qui ſui generis multiplicatione damna cœleſtis patriæ reſarciret, atque Angelorũ ,gaudia ſuppleret. Quâ ſpe Angelicus chorus non modicùm lætatus ,eſt: nec mirum ſi ex lapſu ipſius hominis fuit perturbatus. Unde novem Ordinum concentus in laudem Dei Creatoris permanſit imperfectus, donec in Chriſto reſurgente SVRREXIT LAPSVS ILLE PROTOPLASTVS. Ibi augmento ſui collegij, & ſpe meliori, Angelicus exercitus gaviſus, in novum *Alleluia* conſurrexit totus, & in eo perſtat devotus. Quem & nos pro modulo noſtro imitantes, à Septuageſima, ,quando lapſus protoplaſti in Eccleſia recolitur, *Alleluia* novem hebdomadibus intermittimus; ſcilicet vſque ad Paſcha, vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſtitiam noſtram in gaudium vertit, & *Alleluia* nobis reddidit'. Alphonſus à Caſtro lib. 2. adversùs Hereſes, verbo, *Adam & Eva*, Hæreſi 1. teſtatur, 'Omnium Sacrorum Doctorum concordem ,eſſe ſententiam, Adam fuiſſe ſalvum; fuiſſeque ex eorum numero, quos ,Chriſtus ad Infernum deſcendens, iuxta Zachariæ vaticinium, *Eduxit vinctos qui erant in lacu*'. Huc ſpectat quod ait Origenes Homil. 15. in Geneſim: 'In fine ſæculorum vnigenitus Dei Filius, pro ſalute mundi, vſque ad Inferna deſcendit, & inde protoplaſtum revocavit'. Teſtatur Epiphanius Hæreſi 46. protoplaſtum fuiſſe ex eis de quibus in Evangelica hiſtoria paſſionis Chriſti legitur, *Multa corpora* SANCTORVM, *qui dormierant, ſurrexerunt*. Vnde & paulò ſuperiùs Adamum diſertè appellat *Sanctum*, eumque inter *vivos* eſſe aſſeverat. Pro eadem ſententia ſtant illi Patres, quos magno numero recenſuimus ſuprà hìc cap. 1. §. 6. qui cenſent Adæ primi Calvariam ibi fuiſſe reconditam, vbi ſalutifera Adæ ſecundi crux erecta eſt. Scopum namque horum indicavit Hieronymus Epiſtola 17. quam ſub Paulæ & Euſtochij nomine ſcripſit ad Marcellam: 'Locus (inquiens) in quo crucifixus eſt Dominus noſter, *Calvaria* appellatur; ſcilicet quòd ibi ſit antiqui hominis Calvaria ,condita: vt ſecundi Adam, id eſt, Chriſti, ſanguis de cruce ſtillans, ,primi Adam & iacentis protoplaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille ,Apoſtoli compleretur: *Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*'. Et quanquam alibi idem Hieronymus de ſepultura

Leo IX. Gen. 2. 7. Zach. 9. 11 *Origenes.* *Epiphanius.* Mat. 27. 52. *Vide ſuprà c. 1. §. 6. in fine.* *Hieronymus.* *Vide Tertull. l. 2. Carminum contra Marcionem c. 4* Mat. 27. 33 Eph. 5. 14. *Alph. à Caſtro.*

Adæ

Digitized by Google

Adæ diversum sentiat, de eius tamen salute nusquam dubitasse comperitur. Quinimò in Commentario super caput 14. Marci vers. 57. disertè ait: 'Taciturnitas Christi apologiam Adæ absolvit'. Cui consonat Hilarius canone 8. in Matthæum, & planiùs in Psalmum 119. vers. 3. dicens: 'Adam confessus, veniæ reservatus, & glorificatus in Christo est: Cain negans, maledicto diabolicæ quatus est'. Cui sententiæ planè consona est illa Augustini Serm. 104. de Tempore: 'Adam quia interroganti Deo confessus est peccatum quod commisit, veniæ redditus est: Cain quia negavit parricidium quod commisit, æternâ pœnâ damnatus est'. De eiusdem Adæ pœnitentia ac reditu ad vitam Papa Gregorius: ['Adam (inquit) postmodùm per pœnitentiam ad vitam redijt'. Consonat Tertullianus lib. de pœnitentia cap. 12. 'Ipse (inquiens) & stirpis humanæ, & offensæ in Deum princeps Adam, exomologesi restitutus est in paradisum suum'. Non in terrestrem, qui tantùm fuit vmbra veræ vitæ; sed in cœlestem, vbi vera est ac sempiterna vita. Subscribit Angelicus Doctor in caput 5. ad Romanos Lect. 3. 'Quamvis peccatum Adæ (inquiens) deletum fuerit per suam pœnitentiam, iuxta illud Sap. 10. *Eduxit illum à delicto suo*; non tamen eius pœnitentia delere potuit peccatum posterorum: quia eius pœnitentia fuit per actum personalem, qui vltra eius personam non se extendebat'. Anselmus lib. 2. *Cur Deus homo*, cap. 16. 'Increbile videtur (inquit) quando Deus illos (protoplastos) fecit, & proposuit immutabiliter facere de illis omnes homines quos ad cœlestem civitatem assumpturus erat, quòd illos duos ab hoc excluserit proposito'. Simili modo de Adamo solo ratiocinantur Irenæus lib. 3. cap. 34. & Origenes Homil. 35. in Matthæum, & Tertullianus lib. de Præscript. cap. 52. & Epiphanius Hæresi 46. Sed Anselmus non immeritò Evam Adamo in negotio respiscentiæ ac salutis adiunxit. Sic enim & ante Anselmum fecerat Augustinus lib. 2. de peccatorum Meritis cap. 34. & Ambrosius lib. de Paradiso cap. 14. & lib. de Isaac cap. 5. & Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 25. & Nazianzenus Orat. 31. quamvis Orat. 18. & 39. solius Adæ salutem astruere videatur. Quibus subscribit Hugo Victorinus in caput 3. Geneseos ad illa verba Dei ad serpentem, *Inimicitias ponam inter te & mulierem*: 'Hic innuitur (inquiens) quòd Eva respiscens pœnitentiam egerit, vnde diabolus doluit'. Consonat & Richardus Victorinus Annotat. in Psal. 121. Psal. 121. 'Adam (inquiens) consolatur Evam, dicens: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus*. Non iam pro magno habet Adam reverti in domum suam: neque enim dicit, Lætatus sum pro eo quòd ibimus in domum nostram; sed iam post ærumnas diuturni exilij præsumit se perventurum ad domum Domini'. Perventurum vtique cum sua consorte, cui dicit, *In domum Domini ibimus*: Neq; enim ait, Ibō; sed *Ibimus*. Nec refert quòd Richardus ibidem subsequenter affirmet, per Adam intelligi rationem, & per Evam affectionem. Nam cùm hæc intelligentia sit tantummodò moralis, non excludit

Hilarius. Vide Tertull. l. 2. contra Marcionem cap. 25. Augustinus.

[Greg. l. 6. Registri Epist. 31. Tertullianus.

Sap. 10. 2.

D. Thomas. Vide eund. in Compēd. Theol. cap 198. Anselmus.

Irenæus. Origenes. Tertullianus. Epiphanius.

Augustinus. Ambrosius. Tertullianus. Nazianzenus.

Gen. 3. 15.

Hugo Victor. Vide Iren. lib. 3 cap. 38. Rich. Victor.

Præoccupatio.

dit ſed ſupponit intelligentiam litteralem. Qui plura de ſalute primi hominis vel primorum hominum legere deſiderat, percurrat Lorinum in caput 10. Sapientiæ verſ. 1. & 2. & Pererium lib. 7. in Geneſim n. 112. & Suarezium lib. 4. de Amiſſione ſtatus innocentiæ cap. 9. & Bellarminum lib. 3. de Amiſſione gratiæ & ſtatu peccati cap. 12. & Salianum ad Annum mundi 930. & 940. & Torneillum ad Annum mundi 930. n. 9. maximè verò, quem ſuprà recolueram, Philippum Bonæ-ſpeenſem Tract. de Salute primi hominis per totum. Vbi cùm in poſtremo capite Auguſtinum & Gregorium pro aſtruenda Adæ reſipiſcentia allegaſſet, hæc ſubdidit: 'Quis de Adæ pœnitentia audeat ,dubitare, cùm eam tam apertè Auguſtinus & Gregorius audeant affirmare'? Quæ ſententia notatu digna eſt propter quoſdam neoteri cos, qui pro nihilo ducunt dictis Patribus contraire. Subdit porrò Philippus ibidem inferiùs: 'Quod Doctores Eccleſiaſtici, imò tota, vt ,ait Auguſtinus, Eccleſia de illo (Adamo) ſentit, debemus & nos ſen-,tire; vnde nulla Scripturarum invenitur authoritas diſſentire. Deni-,que Encratitæ, qui & Tatiani dicti ſunt, hæreticæ pravitatis, teſte ,Auguſtino, arguuntur, pro eò quòd inter cætera quæ perversè & ſentiunt & dicunt, ſaluti primi hominis contradicunt'. His omnibus addo Iſidorum Hiſpalenſem lib. de Vita & Obitu Sanctorum, vbi primo loco inter ſanctos Adamum commemorat.

Lorinus. Pererius. Suarez. Bellarminus. Salianus. Torneillus. Philipp. Bonæſpeenſis.

Iſidorus.

CAPVT XII.

Argumenta adversùs reſipiſcentiam & ſalvationem primorum hominum capite præcedenti §. 5. obiecta diluuntur: eorumque occaſione quædam peculiariora de peregrinatione eorundem poſt eiectionem de Paradiſo deliciarum referuntur.

QVanquam argumenta adversùs reſipiſcentiam & ſalutem primi hominis ſuperiori capite §. 5. obiecta, neminem debeant à vera ſententia, tot ac tantorum procerum ſuffragijs ſtabilita, abſtrahere, aut in Tatianorum errorem ſeducere: ne tamen alicui ſcrupulum incutiãt, aut minus firmiter inſiſtendi præaſſertæ veritati anſam præbeant, hoc capite diluenda ſunt. Eorum porrò primum poſtulat vt indagemus an vocatio illa quâ Deus hominem recèns in paradiſo lapſum, iamque *in medio ligni paradiſi abſconſum*, vocaſſe perhibetur, fuerit de genere earum vocationum, quas Apoſtolus appellat *ſecundùm propoſitum*, & *ſine pœnitentia*. Affirmavimus cap. præcedenti §. 4. cum Philippo Bonæſpeenſi ibidem relato, deduximuſque aſſertionem noſtram ex teſtimonio Papæ Leonis ibidem præmiſſo. Vnde ad primam Obiectionem pro adverſa ſententia propoſitam reſpondetur negando minorem. Ad cuius probationem reſpondetur, vocationem de qua agimus *non rediſſe vacuam* ad Deum vocantem, ſed *feciſſe quæcunque voluit* per eam fieri. Neque

I.

Gen. 3. 8.
Rom. 8. 28.
Rom. 11. 29.

Ad Obiectionem primam.

Iſa. 55. 11.

Digitized by

Neque enim Deus voluit vnicâ illâ vocatione protoplastum repente perficere, sed incheativè ad perfectionem disponere. Quod & præstitit, prout colligi vtcunque potest ex dictis lib. 1. cap. 8. §. 3. & 4. vbi ostendimus protoplastos illa Dei vocatione excitatos fuisse ad considerandum vnde exciderint, & quò deuenerint. Sed nec ibi subsistit ista vocatio: quin & terrorem internæ conscientiæ, & fidem supernæ providentiæ, & spem divinæ misericordiæ vocatis ingenuit. Nunquid enim conscientiæ terrore perculsum se agnovit, qui vocatus respondit Deo: *Vocem tuam audiui in paradiso, & TIMVI*? Nunquid providentiæ fidem concepit, qui cùm priùs latibula quæsisset vt nuditatem suam etiam Deo occuleret, vocatus prodijt, & vocanti tanquam omnium conscio ac provido se stitit? Nunquid denique misericordiæ fiduciam induit, qui ad ditâ Dei voce sic secum est ratiocinatus apud Chrysostomum: [a] 'Adhuc mihi Deus sermone communicat? Adhuc voce me ,dignatur? Adhuc me vt pater advocat, nec vt prævaricatorem per,dit iniudicatum? Nondum implet sententiam quam antea minatus ,est, sed dat responsis locum? Quid igitur manifestatus non respondebo? Quid non dicam quod contigit vt miserabili'? Quòd si quis hasce affectiones ex Dei vocatione protoplastis ingenitas conferat cum præparationibus quibus iuxta Tridentinam Synodum peccatores ad iustificationem disponuntur, facilè deprehendet, quàm non fuerit irrita vel inanis ea vocatio. Tradit enim Synodus, disponi peccatores ad iustitiam, [b] 'Dum excitati divinâ gratiâ & adiuti, FIDEM ex auditu ,concipientes, liberè moventur in Deum, credentes vera esse quæ divi,nitùs revelata & promissa sunt; atque illud inprimis, à Deo iustificari ,impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu: ,& dum PECCATORES SE ESSE INTELLIGENTES, à divinæ iustitiæ ,TIMORE, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei MISE,RICORDIAM se convertendo, IN SPEM ERIGVNTVR, FIDENTES Deum sibi propter Christum propitium fore'. Neque verò prædictis obstant quæ in argumento obiecta sunt ex Gregorio & Augustino, quibus contenditur, protoplastos ex Dei vocatione & scitatione factos fuisse deteriores. Etenim non ex Dei vocatione, sed ex superbiæ suæ obstinatione deteriores facti sunt: [c] 'Superbia (ait ,de hac ipsa materia tractans Augustinus) habet confusionis deformitatem, & non habet confessionis humilitatem'. Quia igitur divina vocatio tametsi præmemoratos salubres affectus protoplastis ingenuerit, eos tamen à superbiæ morbo non plenè sanavit; nihil mirum est quòd in decursu examinis suam culpam frivolâ excusatione aggravaverint. Dixi, in decursu examinis: quia ex sacræ historiæ serie perspicuum est, non primitùs vocante Deo, sed subsequenter examinante ac præcepti transgressionem improperante, protoplastos aggravasse suam culpam frivolè tergiversando. Facilè proindè appareret quomodò Deo vocante fuerint meliorati, licet superbiâ postmodùm prurigine deteriores sint facti: [d] 'Nec moveat quemquam (ait ,Philippus Bonæ-spensis) si post vocationem, quâ dixi à Domino

Gen. 3. 10.

Vide Seraphinum Capponium in caput 3. Geneseos vers. 9. conclus. 10. & 11.

[a] Chrysost. Homil. de Adam & Sodomitis Tomo 1. Vide Basil. Seleuc. Orat. 3.

[b] Synod. Tridentina Sess. 6. c. 6

[c] Aug. lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 35.

[d] Philip. Bonaspeus. Tract. de salute primi hominis cap. 15.

Digitized by Google

,Adam fuisse vocatum, invenitur commisisse peccatum; cùm non dixe-
,rim hoc illi vocationem conferre, ne omninò vlteriùs peccaret, sed ne
in peccato pertinaciter permaneret'. Neque enim vocatio *secundùm*
propositum semel vocatos præstat impeccabiles, sed tamen Dei propo-
situm, secundùm quod vocantur, hoc providet, vt si in peccata la-
[c] *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 9.* bantur; cautiores revertantur: [c] 'Talibus Deus (inquit Augustinus)
,*Diligentibus eum omnia cooperatur in bonum*: vsque adeò prorsus *omnia*, Rom. 8.
,vt etiam si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis fa-
ciat proficere in bonum; quia humiliores redeunt atque doctiores'.

Dubium. Tangitur porrò in eadem prima obiectione incidens dubium, hìc breviter expediendum: An nimirum primi parentes plenam peccati sui indulgentiam quoad culpam & pœnam consecuti fuissent, pristinúque statum integrè recuperassent, si humiliter ac pœnitenter ad Dei scisitationem semetipsos accusassent, nec frivolæ defensionis scutum interposuissent. Partem affirmantem innuere videntur Augustinus & Gregorius in Obiectione adducti. Quibus accedit Laurentius Ju-
Laurent. Iustin. stinianus lib. de Humilitate cap. 2. ita scribens: 'Latere post præcep-
,ti prævaricationem arbitratus est Adam, & tamen Deum *ambulantem* Gen. 3. 8
,*ad auram post meridiem audivit*, dicentem: *Adam, vbi es?* Latentem re- Gen. 3.
,perit, & interrogantem vbi esset, ipse intellexit. Non enim de loci
,tantùm qualitate scisitatus est Dominus, sed nuditatis turpitudinem,
,& ignorantiæ suæ tenebras ex obliquo eidem delinquenti obiecit.
,Detentus verò in culpa vtinam vel tunc agnovisset se, vtinam reatus
,sui transgressionem confessus esset humiliter: quoniam SEIPSVM PO-
STERITATEMQVE SVAM LIBERASSET AB EXITIO'. Favet & Ru-
Rupertus. pertus lib. 3. in Genesim cap. 16. 'Quarto (inquiens) peccati incre-
,mento fit, vt nullus veniæ locus sit; scilicet cum cogitationi opus,
operi consuetudo, consuetudini adijcitur defensio'. Quibus verbis in-
dicat, peccato protoplastorum, de quo ibi ex professo tractat, veniã
fuisse dandam, nisi quarto incremento frivolæ defensionis auctum fuis-
set. Vbi per *veniam* intelligit remissionem non culpæ duntaxat, sed
etiam illius pœnæ ad quam condemnati sunt per sententiam Iudicis
subsequentem. Subdit quippè Rupertus ibidem inferiùs de eisdem:
'Redarguti à Deo, semetipsis blandientes, factum suum defendere
,ausi sunt. Itaque REPVLSA VENIA, IVSTE TANDEM SVPER ILLOS
DATVR SENTENTIA'. Illa nimirum sententia per quam adiudicati
sunt laboribus, doloribus, grumnis, exilio, morti, & incinerationi.
Hasigitur omnes pœnas evasissent, si peccatum suum humili confessio-
ne aperuissent, non frivolâ tergiversatione defendissent. Consonat Ber-
nardus Serm. 16. in cantica, vbi cùm tres species infructuosæ confes-
sionis memorasset, nimirum intentionis excusationem, culpæ levigationem, & alieni suasus adumbrationem, subdidit de hac vltima: 'A
Bernardus. Videund. lib. de Præcepto & Dispēs. cap. 14. ,postrema primi hominis dehortetur exemplum; nec culpam quidem
,diffitentis, NEC TAMEN CONSEQVENTIS VENIAM; NEC DVBIVM
QVIN OB REATVS MVLIERIS ADMIXTIONEM'. Pro indubitato igi-
tur

tur habet Bernardus, primum hominem fuisse veniâ donandum, nisi reatum mulieris admiscuisset, hoc est, ad se excusandum respondisset:
Gen. 3. 12. *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Accedit huic sententiæ probabilitas ex eo, quòd Deus intra paradisum instituerit causæ examen. Si enim irremissibiliter decrevisset ob primum peccatum eos à venia repellere, verisimile est quòd absque prævia discussione ipsos ad locum pœnalem ablegasset, atque ibi existentibus sententiam insinuasset. Tangit hanc difficultatẽ Franciscus Suarez lib. 4. de Amissione status innocentiæ cap. 9. n. 5. & 6. atque in summa respondet, transgressionem Adæ quoad pœnas temporales, mortis, amissionis iustitiæ originalis, & exilij à paradiso, fuisse irremissibilem secundùm ordinationem divinam. Respondensque tacitæ obiectioni ex Augustino petitæ ait ibi n. 6. 'Quapropter PER EXAGGERATIONEM & CONCIONATORVM MOREM existimo dictum ab Augustino, Serm. 19. de Sanctis, qui est 3. de Annunciatione, *Non fuisse Adamum à paradiso excludendum, si flatum magna cum humilitate, & sine excusatione, veniam à Deo postulasset.* Hoc enim in rigore sumptum, non solùm est incertum, quia de tali Dei promissione non constat: sed etiam contra alteram Dei legem, *In quacunque die comederis, morte morieris*, esse videtur'. Quâ profectò responsione imperitiam pariter & insolentiam suam nimiopere Suarez propalat. Imperitiam quidem, quatenus eum Sermonem de Sanctis Augustino affingit, quem dudum antea Schola Lovanienses velut spurium reiecerat in Appendicem. Insolentiam denique, quatenus sententiã Augustino attributã adeò petulanter explodit, vt sub *exaggerationis* vocabulo mẽdaciũ tanto Patri impingat. Quod ne gratis dictum putetur, noverit Lector, Augustinum simili planè
Rom. 9. 11 modo redarguisse Iulianum eludentem illud Apostoli, *Non ex operibus,*
& 12. *sed ex vocante dictum est, Iacob dilexi*: atque dicentem, *Ad incurvandam circumcisorum arrogantiam Apostolus de sola Dei præiudicat potestate.* Ex quo sic arguit Augustinus: 'Ergo ad incurvandam circumcisorum arrogantiam, sub nomine gratiæ, MENTITVR Apostolus'. Profectò si hęc Augustini illatio subsistat, subsistet pariter & hæc nostra in proposito: Ergo per exaggerationem & concionatorum morem mentitur Augustinus. Tam enim hoc sequitur ex antecedente Suarezij, quàm illud prius ex antecedente Iuliani. Absit proinde vt vel illud Iuliani, vel istud Suarezij antecedens subsistat. Nunquid verò Suarez se apertè eorum hìc profitetur discipulum, de quibus olim similiter Augustinum submordentibus Pontifex Celestinus aiebat: f 'Cùm Pelagium & Cœlestium anathematizare non dubitent, Magistris tamen nostris, TANQVAM NECESSARIVM MODVM EXCESSERINT, obloquuntur'? Attendat porrò Lector quàm caduco fundamento Suareziana ista insolentia nitatur: 'Illâ enim (ait ipse ibi n. 5.) lex Dei, *In quacunque die comederis, morte morieris*, omninò absoluta fuit, & ab omni conditione, *si pœnitentiam non egeris*, & alia simili, libera'. Hoc à Suarezio assumitur, sed neutiquam probatur. Sed demus ei absque probatione quod

Suarez.

Vide Serm. 75. in Appendice tomi 10.

Vide suprà lib. 2. cap. 14. §. 6. in fine.

f *Celestinus Epist. ad Episcopos Gall. cap. 3.*

Suarez.

assumit: Nunquid propterea assequetur intentum? Audiat Hieronymum in Quæstionibus Hebraicis super Genesim, dicentem: '*In quacunque die comederis ex eo, morte morieris*: meliùs interpretatus est Symmachus, dicens: *Mortalis eris*'. Quis nesciat, Adamum nongentis & ampliùs annis supervixisse suæ vetitæ comestioni? Et tamen non fefellit nec falsus est qui ei dixerat, *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris*. Unde hoc, nisi quia eadem die mortalitatem seu moriendi necessitatem incurrit? Nunquid ergo stare potuisset veritas divinæ comminationis, etiam ab omni conditione liberæ, tametsi Deus Adamum iam lapsum & mortalem factum in pristinam integritatem absque interventu actualis mortis restitueret? Si Suarez discreviſſet inter illud, *In quacunque die comederis, morte morieris*, sive, vt Symmachus à Hieronymo laudatus vertit, *mortalis eris*; & illam Dei sententiam in Adam iam non modò lapsum sed & in examine tergiversatum prolatam, *In pulverem reverteris*: fortè non tam insolenter putatitium Augustinum, velut exaggeranter concionantem, hoc est, exorbitanter mētientem, fugillasset. Priori namque loco Deus homini mortis reatum interminatus est; posteriori autem irremissibilitatem eiusdem reatus intimavit, atque adeò mortem ipsam & huic succedentem incinerationem inflixit. Unde si homo post incursum moriendi reatum egisset condignam pœnitentiam, nec frivolè tergiversando novam addidisset offensam; posteriorem à Domino non extorsisset sententiam, sed postliminio redi sset ad pristinam innocentiam Hoc indicare voluit Author Sermonis memorati, quem falsò Suarezius putavit Augustinum. Hoc voluit & Papa Gregorius, hoc Laurentius Iustinianus, hoc denique Rupertus atque Bernardus. Quibus ego lubentiùs, absque tamen prę-iudicio probabilitatis adversæ, subscribendum duxerim, quàm Suarezio, vel cuiquam Consodalium eius, qui antiquis Magistris, *tanquam necessarium modum excesserint*, obloquuntur: qui prophetice à Psalmista præsignati sunt dicturi, *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, Quis noster Dominus est?* Quid est hoc? Audi Bedam in Commentario eiusdem loci: '*Linguam nostram*, id est, sententias, quas ,nullo revelante, neque Deo neque homine, sed ex propria interpreta-,tione nostra habemus: *Magnificabimus*, id est, ad magnificentiam nos-,stram affirmabimus: quia *Labia nostra*, id est, facundia nostra: *A ,nobis est*, id est, in parte nostra, scilicet nos defendit & commendat: vel, ,*Est à nobis*, id est, nos ipsi, & non alius nos eam docuit: *Quis* igitur ,*noster Dominus est?* Quid ergo nobis Hieronymus, vel Augustinus, vel aliquis Doctor contulit; cùm à nobis omnia habeamus'? Atque hæc pro prima Obiectione diluenda, & incidente Dubio decidendo, sufficiant.

Hieronymus. Vid. Theodoret. q. 38. in Genesim & Aug. lib. 13. de Civit. c. 23. & l. 1. de Pec. Merit. cap. 16. & Prosp. l. 2. de Vita Contempl. cap 19.

Vide Petavium l. 2 de Opificio sex dierum c. 10

Vide Aug. l. 1. de Pec. Merit. c. 2. & 4 & Fulg. l. de Incarn. & Grat. c. 12. & Chrysost. Homil. 17. in Genesim.

Gen. 3.

Decisio.

Beda.

Ad Obiect. 2.am

Prosper.

Secunda Obiectio nititur authoritatibus Prosperi, seu Authoris librorum de Vita Contemplativa, & Ruperti: Quorum prior loquens de primis parentibus monet, *Vt qui nolunt dānationis eorū subire suppliciū, caveant prolapsionis exemplum*: Posterior denique de Adamo singulariter differens

Digitized by Google

differens, ait: *Salvatio eius & à multis liberè negatur, & à nullo satis firmiter defenditur.* Qui tamen neminem ex his *multis* memorat, præter hæreticos Encratitas, & eorum primipilum Tatianum. Addit quippe ibidē continuò: 'Ne quis tamen temerè definiat, constat & hoc, vt Ec-,clesiastica refert historia, ab Encratitis hæreticis inventum esse, quibus Tatianus author extitit'. Si propter istos ab Ecclesia olim reprobatos scripsit Rupertus *Salvationem Adæ à multis liberè negari*, valdè profectò inconsideratè locutus est: nec debet eius hac in parte authoritas veritati tot orthodoxorum Patrum calculis firmatæ, atque ipsi Ecclesiæ penè toti persuasæ, præiudicare: eò vel maximè, quòd librū Sapientiæ, salvationi primi hominis suffragantem, pro apocrypho habendum censeat: [g] 'Hæc Scriptura (inquiens) neque de canone est, ,neque de canonica Scriptura sumpta est sententia hæc, quomodò cæ-,tera quæ de Patribus in eodem libro cum laude sapientiæ commemo-p. 10. 13 ,rantur: verbi gratia, *Hæc venditum iustum*, subaudi Ioseph, *non dereli-*p. 10. 2. ,*quit*: & similia. Quod ergo illic scriptum est, *Eduxit illum à delicto suo,* ,*& dedit illi virtutem continendi omnia*; maiori libertate parvipenditur, quàm suscipitur'. Cui meritò regeritur illud, quod Augustinus Massilienſibus eundem librum repudiantibus regessit: [h] 'Non debuit re-,pudiari sententia libri Sapientiæ; qui meruit in Ecclesia Christi de ,gradu Lectorum Ecclesiæ Christi, tam longâ annositate recitari, & ,ab omnibus Christianis, ab Episcopis vsque ad extremos laicos, fi-,deles, pœnitentes, catechumenos, CVM VENERATIONE DIVINÆ AVTHORITATIS AVDIRI'. Et paulò infrà rursus ibidem: 'Qui senten-,tijs Tractatorum instrui volunt (inquit) oportet vt istum librum p. 4. 11. ,Sapientiæ, vbi legitur, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius,* ,omnibus Tractatoribus anteponant: quoniam sibi eum antepossue-,runt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij Tractatores; ,qui eum testem adhibentes, NIHIL SE ADHIBERE NISI DIVINVM TESTIMONIVM CREDIDERVNT'. Horum Tractatorum Catalogū texere, vel locos recitare, supervacaneum foret; cùm id non ita pridē alij præstiterint, quorum libri passim in manibus sunt. Præ cæteris legendus est Leonardus Marius in Prolegomenis Bibliacis q. 3. Sect. 6. n. 62. & seqq. vbi aliquot Synodorum, & Pontificum, & Patrum, tam Græcorum, quàm Latinorum, in Ecclesia per diversa sæcula post Apostolos sibi succedentium testimonia, pro canonica authoritate libri Sapientiæ verbatim recitat. Vnde non video quomodo Rupertus à gemina temeritate possit excusari, tum quòd librum Sapientiæ velut apocryphum repudiet, qui tantò antèà in canonem recipi meruerat: tum præterea quòd salutem primi hominis ab Ecclesia penè tota, vt Augustinus perhibet, creditam, revocet in dubium, & tantum non ei contradicat. Sed nec argumentum ab eo allegatum, de contrapositione primi Adam adversus secundum, vllius est roboris. Nam, vt capite præcedenti §. 4. ex Irenęo memoravimus, Tatianus hæresiarcha assiduè illud ipsum argumentum ingeminabat: [i] 'Ignorans, quoniam

Rupertus.

Ad Rupertum.

g Rupertus l. 3. in Genes. c. 31.

h Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 14 Vide lib. de Bono Persever. cap. 17.

Vide Bellarm. l. 1. de Verbo Dei c. 13. & Christoph Castrium Prolegom. in Sapientiam, & Lorin. Præfat. in eandem c. 1. & Canum l. 2. de Locis c. 9. & 12 & Sixtum Senens. l. 8. Bibl. Hæresi 3. & Bleſrar in Proleg. Bibliacis cap. 4. Sect. 5.

i Iren. l. 3. c. 39

Vide Philip. Bonæ-ſpeenſem Tract. de ſalute primi hominis cap. 25. & 26.

Vbi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia'. Neque verò Apoſtolus in eo contraponit primum Adam ſecundo Adam, quòd ille ſit damnatus, iſte glorificatus; ſed quòd ille hæreditatem ſuam reddiderit morti corporali obnoxiam, iſte hæreditatem ſuam reddituruſ ſit ſempiternæ vitæ participem. Patet hoc apertè ex ipſo Apoſtoli textu, qui ſic ſonat: *Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur:* [k] 'Neque ,enim aliunde (ait in eum locum Auguſtinus) quàm de corporis reſur-,rectione dicebat. Omnium ergò corporis mortem factam per vnum ,hominem dixit, & omnium corporis reſurrectionem in vitam æter-nam per vnum Chriſtum futuram eſſe promiſit'. Sed fortè obijciet quis illud eiuſdem Apoſtoli ad Romanos: *Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Verùm hæc obiectio non magis præiudicat æternæ ſaluti primi hominis, quàm cuiuſlibet de toto cœtu poſterorum eius. Sicut ergo perperam inde intuleris, neminem è poſteris Adæ ſalvari; ita perperam intuleris, ipſum Adam à ſalute excludi. Per vnius itaque delictum omnes homines dicti ſunt condemnati, non quòd reipſa ſententiam extremæ condemnationis ſint paſſuri; ſed quòd tali ſententiæ naſcantur obnoxij, niſi reatus generatione contractus regeneratione ſolvatur. Qui autem eum reatum in Adæ poſteris ſolvit, in ipſo etiam ſtipite laxavit: [l] 'Cùm ſalvatur homo (inquit Irenæus) ,oportet ſalvari eum qui prior formatus eſt homo: Quoniam nimis ,irrationabile eſt, illum quidem, qui vehemēter ab inimico læſus erat, ,& prior captivitatem paſſus eſt, dicere, non eripi ab eo, qui vicerit ,inimicum; ereptos verò filios eius, quos in eadem captivitate gene-,ravit: Nec victus quidem adhuc parebit inimicus, ipſis veteribus ſpo-lijs manentibus apud eum'. Mirum porrò eſt, Rupertum non exhorruiſſe Cenſuram eiuſdem Irenæi inferiùs ad calcem capitis 39. ita ſonantem: 'Hi qui contradicunt ſaluti Adæ, nihil proficiunt; niſi hoc, ,quòd ſemetipſos hæreticos & apoſtatas faciunt veritatis, & advocatos ſe ſerpentis & mortis oſtendunt'. Ab hac cenſura Proſperum in argumento obiectum eximere par eſt: Neque enim ille æternæ, ſed temporalis duntaxat damnationis ſupplicium intellexit. Patet hoc ex ipſo capitis eiuſdem exordio, quod ſic habet: [m] 'Iam videamus, ſi placet, ,qualiter illi homines primi commiſerint tam grande peccatum, quod ,& IPSOS DE PARADISO PROIECIT IN HOC VITÆ PŒNALIS EXI-,LIVM, & in eis ORIGINALITER TOTVM DAMNAVIT GENVS HVMA-NVM'. Damnavit vtique non æternâ damnatione reapſe ſecuturâ, ſiquidem indubitatum eſt multos finaliter ſalvari: ſed temporali ſupplicio eiectionis de paradiſo in hoc vitæ pœnalis exilium; vel certè etiam reatu damnationis æternæ, quem multis relaxat regeneratio ſubſequens. De huiuſmodi igitur damnationis ſupplicio intelligendus eſt Proſper in argumento obiectus, ſicut & Auguſtinus cùm ait: [n] 'Illa ,coniugum copula divinam ſententiam ſuæ DAMNATIONIS excepit'.

Rom. 5. 20

1. Cor. 15. 21. & 22

Rom. 5. 18

k Aug. l. de Pec. Meris. cap. 30.

Scrupulus.

Excutitur.

l Iren. l. 3. c. 34 Vide Tertull. l. de Præſcript c. 52. & Epiphan. Hæreſi 46. & Anſelm. l. 2. Cur Deus homo, cap. 16.

Ad Proſperum

m Proſp. l. 2. de Vita contempl. cap. 19.

n Aug. l. 13. de Civit. cap. 3.

Vnde-

Digitized by Google

Vnde ait Philippus Bonæ-ſpeenſis Abbas: o 'Dicit Beatus Auguſti-
,nus quibuſdam in locis, *Ipſum Adam excepiſſe ſententiam damnationis:*
,non quòd intelligat, illum æternaliter damnatum, ſed temporaliter
,cruciatum. Damnatio quippe non ſemper illa æterna, de qua dictum
Mat. 25. ,eſt, *Ite maledicti in ignem æternum*; ſed plerunque vel ipſa mors corpo-
41. ralis, vel quælibet intelligitur afflictio temporalis'.

o *Philip. Bonaſpeen. Tract. de ſalute primi hominis cap. 26.*

4. Damnatus itaq; eſt Adam ad vitæ præſentis ærumnas, ſed vt eis expiatus pœnas evaderet æternas: damnatus eſt medicinaliter, ne damnaretur exitialiter: damnatus eſt diſciplinali excommunicatione, ne ſubiaceret finali maledictioni: p 'Alienatus à vita (ait de ipſo Augu-
,ſtinus) non ſolùm quam fuerat, ſi præceptum ſervaſſet, cum Angelis
,acceptuꝰus, ſed ab illa etiam quam ducebat in paradiſo, fœlici quo-
,dam ſtatu; ſeparari vtique debuit à ligno vitæ: ſive quod ex ipſo illo
,ſubſiſteret fœlix ille ipſe ſtatus corporis, ex re viſibili, virtute inviſi-
,bili: ſive quòd in eo eſſet ſacramentum viſibile inviſibilis ſapientiæ.
,Alienandus inde vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam TAN-
,QVAM EXCOMMVNICATVS: ſicut etiam in hoc paradiſo, id eſt, Ec-
,cleſia, ſolent à ſacramentis altaris viſibilis homines DISCIPLINA EC-
CLESIASTICA removeri'. Quis neſciat, excommunicationem, cui comparata eſt Adæ punitio, pœnam eſſe medicinalem, non exitialem? q 'Ipſa (ait alibi idem) quæ damnatio nominatur, quam facit Epiſco-
,pale iudicium, quâ pœnâ in Eccleſia nulla maior eſt, poteſt, ſi Deus
voluerit, in correptionem ſaluberrimam cedere atque proficere'. Pulchrè advertit Irenæus, Deum non maledixiſſe homini in peccatum lapſo, ſed tranſtuliſſe maledictionem viri in terram, mulieris in ſerpẽtem; ipſis verò pro maledictione dediſſe increpationem: r 'Tranſtulit
,Deus, ait ille) maledictum in terram, vt non perſeveraret in homine:
,condemnationem autem tranſgreſſionis acçepit homo, tædia, & ter-
,renum laborem, & manducare panem in ſudore vultus ſui, & con-
,verti in terram ex qua aſſumptus eſt. Similiter autem & mulier tædia,
,& labores, & gemitus, & triſtitias partus, & ſervitiũ, id eſt, vt ſerviret
,viro ſuo: vt neq; maledicti à Deo in totũ perirent, neque ſine increpa-
,tione perſeverantes Deũ contemnerent. Omnis autem maledictio de-
currit in ſerpentẽ, qui ſeduxerat eos'. Obſervat præterea idẽ in ſubſequẽtibus diſcrimen maledictionis Adę, & Cain: quod maledictio Adę in terrã directa ſit, Caini verò in propriam eius perſonam. Adæ quippe
Gen. 3. 17. dictũ eſt, *Maledicta terra in opere tuo*: Caino autem, *Maledictus eris ſuper*
Gen. 4. 11 *terram*. Cuius diſcriminis rationẽ cenſet eam, quòd ille fuerit vas miſericordiæ, iſte iræ. Colligit denique pœnitentiam ſaltem initialem Adæ ex ficulneo perizomate quo lumbos ſuccinxit; & Dei miſericordiam erga eum, ex ſurrogatione melotæ: cuius vtique geſtatio fuit geſtantis humiliatio, ac ſolemnis quodammodo pœnitentiæ profeſſio: vt proinde protoplaſti inter eos cenſeri poſſint, de quibus ſcriptum eſt,
Heb. 11. *Circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti*: s 'Il-
37. ,læ ergo *tunicæ* (ait Origenes) de pellibus erant, ex animalibus ſump-
Gen. 3. 21. tæ:

p *Aug. l. 11. de Gen. ad litt. cap. 40.*

q *Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 15.*

r *Iren. l. 3. c. 35*

s *Orig. Homil. 6 in Leviticum,*

Digitized by Google

Vide Cyrillum. Alex. l. 6. in Leviticum.

,tæ: Talibus enim oportebat indui peccatorem, *pelliceis*, inquam, *tuni-*
,*cis*; quæ essent mortalitatis, quam pro peccato acceperat, & fragilita-
tis eius, quæ ex carnis corruptione veniebat, indicium'. Eucherius

Eucherius. Vide Rabanum l. 1. in Gen. c. 19. & Greg. Nyssen. Orat. Catechet. c. 8. & Basil. in Regulis fusioribus cap. 22.

apud Lippomanum in Catena super caput 3. Genes. vers. 21. 'In *tuni-*
,*cis pelliceis* (inquit) mortis est intelligenda conditio: vt qui per inobe-
,dientiam, Dei similitudinem, id est, immortalitatem tenere noluerũt,
,per mortis conditionem similitudinem susciperent iumentorum &
,pecudum. Ipsi sibi præcinctoria de foliis fici, & Deus tunicas pelli-
,ceas fecit: id est, ipsi appetierunt mentiendi libidinem relictâ facie ve-
,ritatis, & Deus mutavit corpora eorum in istam mortalitatem car-
,nis: quia cùm homo per superbiam Deus esse appetijt, vsque ad bel-

Chrysostomus.

luarum mortalitatem deiectus est'. Pulchrè monet Chrysostomus
Homil. 18. in Genesim: 'Audiant opulenti, & qui luxuriant in ver-
,mium operibus, & vestiuntur sericis, discantque, quomodo ab initio
,humanam naturam misericors Dominus docuerit. Quia propter trãs-
,gressionem, pœnæ mortis reus erat factus protoplastus, opusque ha-
,bebat veste, quæ confusionem tegeret, pelliceas fecit vestes: quo do-
,cuit nos, vt mollem & dissolutam vitam fugiamus, neque inertem &
remissam sectemur, sed magis austeram amplexemur'. Et pauculis in-
terpositis: 'Itaque (subdit) vestium amictus continuum nobis sit mo-
,nimentum, quo memores simus, quantis bonis exciderimus; & dis-
,camus, quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affe-
ctum'. Comparat Tertullianus Adamum pellitum ijs, qui olim ad
metalla damnabantur: [t] 'Quod in novo corpore (inquiens) indebi-

[t] *Tertull. lib. de Pallio c. 3. Videlib. 2. contra Marcionem c. 11*

,tum adhuc pudori erat, protegere festinans, ficulneis foliis interim
,circumdat. Dehinc cùm originis loco exterminat, quippe deliquerat,
pellitus orbi, vt metallo datur'. Philippus Bonæ-speensis in sæpiùs
memorato de salute primi hominis Tractatu: [u] 'Quia pelles (inquit)

[u] *Phil. Bonaspeen. Tract. de salute primi hominis. c. 23.*

,mortuis pecoribus detrahuntur, non incongruè in *tunicis pelliceis*
,mortalitas corporis designatur, quæ illis incussa est, cùm me-
,rito inobedientiæ stolâ immortalitatis nudarentur. Ipso igi-
,tur habitu corporis pœna signata est ipsius corporis, dum qui
,mortales, vel potiùs morituri iam erant, mortuorum pellibus vestiũ-
,tur; qui nudi eatenus fuerant, & tamen vestibus non egebant. Sic
,nimirum huiusmodi vestimentum factum est illis, non solùm novæ
,turpitudinis necessarium tegumentum, verùm etiam infirmitatis suæ
,medicinale monimentum; dum hoc intuentes, vnde, & quò venerint,

Vide Franc. Mendozam in cap. 4. libri 1. Regum vers. 22. Annot. 14. sect. 1.

Vide Bern. in Apologia ad Guibel. Abbat. & Basil. in Regulis fusioribus cap. 22.

,admonentur; & hac admonitione, ne iterum superbiant, reprimun-
,tur. Eapropter, vt arbitror, & Ioannes Baptista *zonam pelliceam circa*
,*lumbos* legitur habuisse: vt scilicet, ex traduce peccati se venisse mor-
,talem recoleret; & de eo, quòd Christus putabatur, minimè super-
biret'.

Mat. 3. 4.

Terminum relegationis Adæ iam pellibus circumdati, ac mortali-
tatis prævaricando incursæ admoniti, Scriptura designat *Terram de qua*
sumptus est. Vbi recolenda sunt quæ superiùs hìc cap. 1. §. 6. differui-

5.
Gen. 3. 23.

mus

Digitized by Google

mus de loco creationis Adæ. Videnda insuper quæ scribit Chrysostomus Homil. 18. in Genesim, signanter quod ait, fuisse *illam ipsam terram* de qua sumptus fuerat. Nec verò procul ab ipso deliciarum horto sitam fuisse hanc terram, indicat Scriptura iuxta veterem editionem 70. Interpretum, qua plerique non solùm Græci, sed Latini etiam Patres sunt vsi; quæ sic habet: *Eiecit Dominus Adam, & collocavit eum ante paradisum voluptatis.* In quem locum Theodoretus ita scribit: [w] 'Iussit Deus Adam è Regione paradisi agere, vt pristinam vitam dolore carentem revocans in memoriam, odio prosequeretur peccatum, tanquam authorem laboriosæ & ærumnosæ vitæ'. Fusiùs hoc ipsum prosequitur Chrysostomus Homil. 18. mox citata: 'Animadverte (inquiens) quòd Dominus noster in singulis operibus, misericordiæ argumentum ostendit, & singulæ pœnarum species bonitate plenæ sunt. Non enim hoc solùm misericordiæ & benignitatis argumentum erat, quòd *emittebat & ejiciebat*; sed & quòd *contra paradisum* illum habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & in quem statum se coniecerit. Et quamvis gravissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio; vt dolens continuo aspectu, munitior & cautior esset in alijs, ne iterum in eadem peccata incideret, qui hominum vt plurimùm mos est. Nam quoniam cùm bonis frueremur, nescivimus ipsis vt oportet vti, illorum privatione emendati sumus; & tunc experientiâ docti, sentire cœpimus nostram desidiam. Itaque tantâ rerum mutatione docemur, & à quibus excidimus, & quibus nos ipsos malis iniecimus. Itaque quòd propè, & è regione paradisi eum, qui illinc exciderat, habitare iussit, maximæ providentiæ & curæ signum fuit: vt & spectando memor esset, & inde lucrum faceret; & neque in modica vivendi aviditate concupiscere, neque foris existens de ligno comedere præsumeret'. Consonat Augustinus lib. 11. de Genesi ad Litt. cap. 40. & lib. 2. de Genesi contra Manichæos cap. 22. 'Dimissus est (inquiens) de paradiso suavitatis, *vt operaretur terram de qua sumptus erat*, id est, vt in corpore isto laboraret, & ibi si posset collocaret sibi meritum redeũdi. Moratus est autem *contra paradisum* in miseria, quæ vtique beatæ vitæ contraria est: Nam beatã vitã paradisi nomine significatã existimo'. Et lib. 2. de Peccat. Meritis c. 34. 'Caro (inquit) quæ primò facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi servare iustitiam. Vnde statuit Deus, vt post eius peccatum propagata caro peccati, ad recipiendam iustitiam laboribus & molestijs niteretur. Propter hoc etiam de paradiso eiectus Adam, *contra Eden habitavit*, id est, contra sedem deliciarum: vt significaret, quòd in laboribus, qui sunt delicijs contrarij, erudienda esset caro peccati, quæ in delicijs obedientiam non servavit antequam esset caro peccati'. Sive igitur ea consideremus quæ ante eiectionem protoplasti de paradiso, sive quæ post eandem gesta sunt circa ipsum, facilè deprehendemus, eum fuisse de eorum numero, *quibus omnia cooperantur in bonum*, quia *secundùm propositum vocati sunt sancti.*

Gen. 3. 24. iuxta 70.

[w] Theodoret. q. 40. in Genesim.

Chrysostomus. Vide ibidē Homil. 26.

Augustinus.

Rom. 8. 28

Ex

6. Ex præallegatis iam Scripturæ ac Patrum teſtimonijs veriſimiliter deducitur, paradiſum terreſtrem non procul inde fuiſſe plantatum, vbi protoplaſti poſt eiectionem de paradiſo habitarunt, pœnitentiam egerunt, ac filios procrearunt: [x] 'Ut rectè (ait Salianus) argumentatur ,Eugubinus, Pererius, & Cornelius, in eo loco putãdum eſt fuiſſe para-,diſum, iuxta quem tam Adam, quàm eius filij, familiaque habitavit, ,& multo deinceps tempore poſteri-, ante & poſt diluvium. Eò enim ,trahebat amor natalis ſoli humani generis, & eximia terræ paradiſo ,proximæ fertilitas, aëriſque gratiſſima ſaluberrimaque temperies, ſup-,par ipſi paradiſo; quæ cauſa fuit antiquis illis Patriarchis tam longin-,quæ ac diuturnæ vitæ. Satis autem conſtat, Adamum iuxta paradi-,ſum habitaſſe cum ſuis: Nam Scriptura, *Et emiſit*, inquit, *eum Dominus* Gen. 3. 2 ,*Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt*: Terram ,illam ipſam de qua ſumptus eſt, ait Divus Chryſoſtomus. Quis autem ,dubitet, Adamum iuxta paradiſum formatum, vt inde mox in ipſum ,hortum induceretur? Idque affirmat Aben Ezra apud Eugubinum. ,Nam eiectione, inquit Chryſoſtomus, & propinqua habitatione caſti-,gatiorem, & in poſterum ſecuriorem faciens, reipſa docuit quantus ,impoſtor fuerit dæmon. Atqui conſtat ex capite 4. 10. & 11. Gene-,ſis, primos illos Patriarchas, Meſopotamiæ, Aſſyriæ, & Babyloniæ, ,ſive Chaldææ regiones incoluiſſe. Certè Cain *habitavit ad orientalem* Gen. 4. 1 *plagam Eden*, & ibi *condidit civitatem*'. Extat apud Iacobum Boulducũ & 17. lib. 1. de Eccleſia ante legem cap. 20. prolixa relatio Patris Pacifici Scala Pruvinienſis Capucini, de loco paradiſi, & de habitatione primorum hominum poſt eiectionem è paradiſo; de loco item ſacrificationis Abelis & Cain, atque etiam de loco cædis ac ſepulturæ Abelis. Quæ omnia apud ipſum videri poſſunt, ac conferri cum eis quę cap. 1. §. 6. ex Brochardo memoravimus. Etenim in re non vſque-adeo certa liberum fuerit tenere quod lubuerit, abſque tamen reprobatoria cenſura partis oppoſitæ. Vbilibet verò habitarint protoplaſti poſt eiectionem de paradiſo, conſtat certè Adamum vixiſſe vniverſim *nongentis triginta annis*. Cui ſummæ ſi octiduum quo in paradiſo com- Gen. 5. 5. moratus eſt ſubtrahas, reſiduum aſſignandum erit pro eius ærumnoſa peregrinatione. Evam verò poſt mariti obitum, decennio vixiſſe tradit Salianus tomo 1. Annalium ad Annum Mundi 940. confirmatque authoritate Mariani Scoti, Genebrardi, & Feuardentij: quibus adiungit Iudæorum traditionem. Idem porrò Salianus ſuperiùs ad Annum mundi nongenteſimum trigeſimum, totam ſeriem vitæ Adami breviter complexus eſt in Epitaphio eiuſdem, quod ſic habet: 'Adam ma-,ximus hìc ſitus eſt, Primum humani generis caput, Orbis vniverſi ma-,giſter & princeps. Hic nec patrem habuit, niſi Deum: neque matrem, ,niſi terram, de qua ſumptus & fictus eſt. Hic vnus omnium mortaliũ ,nullam neque infantiam, neque pueritiam, neque adoleſcentiam ex-,pertus, primâ ipsâ die ſuâ, quæ ſexta fuit ab orbe condito, vir factus eſt;

[x] *Salian. in Annal. ad diem mundi 3.m n. 36.*

Vide Chryſoſt. Homil. 26. in Geneſim.

Iac. Boulduc. Pacificus Scala.

Salianus. Marianus. Genebrardus. Feuardentius. Hebræi.

Adæ Epitaphium ex Saliano. Vide aliud apud Iſidorum l. de Vita & Obitu Sanctorum cap. 1.

Digitized by Google

,est; animoque & corpore longè perfectissimus; divinarum atque hu-
,manarum rerum scientiâ excultissimus; divina gratia, cum reliquo
,virtutum ac divinorum donorum comitatu ornatissimus. Et præter
,illa omnia corporis ornamenta, nobilitatis, pulchritudinis, roboris,
,staturæ, complexionis, optimæque omnium organorum dispositionis
,factus est: Omnibus vitæ nostræ miseriis, cladibus, morbis, ac mor-
,tibus superior. Dominatum insuper in omne genus animantium, ter-
,rasque omnes, ac maria, à patre ac conditore suo liberaliter accepit.
,Ipsum autem vt agnosceret dominum, præceptum abstinentiæ acce-
,pit; Et octiduum, in deliciosissimo Edenis loco diversatus, observa-
,vit. Sed illud mox, cùm invidiâ diaboli, vxori gratificans, infregisset;
,convictus criminis, damnatusque, paradiso ejectus est; miserèque
,spoliatus, & vulneribus insuper contrucidatus, exulavit: & pœniten-
,tiam agens, multis suis suorumq; miseriis exercitus, ipsos DCCCC. &
,XXX. annos in luctu vixit. Denique mortem, quam in mundum in-
,vexerat, expertus; fide ac spe redemptionis humanæ plenus, eductus
,à delicto suo, vivere desijt, & destinatum adijt sanctis Patribus lo-
,cum. Anno ab orbe condito DCCCC. XXX. cùm filios, ac nepotes
,vidisset vsque ad decimam generationem. Tu viator quisquis es, pa-
,rentem hunc tuum & venerare mortuum, & in cœlo regnantem in-
voca, & cole.

CAPVT XIII.

In parentibus primis tota posteritas de paradiso in hunc mundum, quasi in quãdam infirmariam, delata est. Duo fontes humanarum miseriarum designantur, ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum: ob illam nascimur ad gypij, ob illam Babylonij. Primos parentes amisisse fidem evincitur ex Patribus adversùs Massilienses, eorumque assectas.

1. Eccli. 40. 1

IN parentibus primis vniversa progenies de colle deliciarum in vallem corruit miseriarum, vbi *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum grave super filios Adam, à die exitus de vtero matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium*: [a] 'Sub quo *iugo* (inquit Au-
,gustinus) diversis cladibus ita conteritur genus humanum, vt appa-
,reat hoc quòd ex filijs iræ fiunt homines tanquam pignore accepto
,filij misericordiæ, in futurum sæculum præparari; in hoc autem sæ-
,culo, à die ortus vsque ad diem obitus, etiam ipsos sub eodem *gravi*
lib. 7. 20. *iugo* conteri'. Filius quippe misericordiæ fuit qui dicebat, *Factus sum mihi metipsi gravis.* In quem locum Papa Gregorius ait: [b] 'Dum repul-
,sus homo, & à carne molestias, & à mente quassationes tolerat, graue
,nimirum pondus semetipsum portat. Vndique languoribus premitur,
,vndique infirmitatibus vrgetur: vt qui relicto Deo, sibi ad requiẽ

[a] *Aug. l. 6. cont. Iul. cap. 10.*

[b] *Greg. lib. 8. Moral. cap. 20.*

 suffi-

›sufficere credidit, nihil in se nisi tumulum perturbationis inveniret; ›inventumq; se fugere quæreret; sed authore contempto, quò se fugeret, non haberet. Cuius infirmitatis pondera benè quidã Sapiens contẽplatus, ait: *Grave iugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque ad diem sepulturæ in matrem omnium*'. Obseruat Augustinus, primum hominem non tam excluſum de paradiso, quàm dimissum fuisse; iuxta versionem quâ ipse fuit vsus, vbi legitur, *Dimisit illum Deus de paradiso*: [c] 'Benè (inquit) dictum est, *Dimisit*, non excluſit: vt ipso ›peccatorum suorũm pondere tanquam in locum sibi congruum videretur vrgeri'. Sed quis iste locus? Vtique hic mundus: [d] 'In quem ›(vt scitè ait quispiam) quasi in quandam infirmariam, de paradiso homo post peccatum delatus est; vt infirmitatem suam curare studeat, & sanitatem recipiat'. De hac infirmaria vnus clamat ad medicum, *caput meum doleo*: Alius ingeminat, *ventrem meum, ventrem meum doleo*: Alius insonat, *Lumbi mei impleti sunt illusionibus*: Alius denique ait: *Percussum sum vlcere pessimo in genibus & in sura, sanariq; non possum à planta pedis vsque ad verticem.* Sic membra humani generis, tanquam magni cuiusdam ægroti, ægritudines suas medico insinuant, eiusque opem singulatim implorant: [e] 'Ægrotat genus humanum (inquit Augustinus) non ›morbis corporis, sed peccatis: iacet toto orbe terrarum ab Oriente vsque ad Occidentem grandis ægrotus. Ad sanandum grandem ægrotum descendit omnipotens medicus: humiliavit se vsque ad mortalem carnem, tanquam vsque ad lectum ægrotantis'. Et Sermone 13. de Verbis Apost. cap. 1. 'Tolle (inquit) morbos, tolle vulnera; & ›nulla causa est medicinæ. Si venit de cœlo magnus medicus, magnus ›per totum orbem terræ iacebat ægrotus: Ipse ægrotus genus humanum est'. Communem hanc humani generis ægritudinem Ambrosius figuratam fuisse censet illis *Magnis febribus* à quibus Medicus Christus *Socrum Simonis* sanavit: [f] 'Fortassis (ait ille) in typo mulieris illius, Socrus Simonis & Andreæ, varijs criminum febribus caro nostra languebat, & diversarum cupiditatum immodicis æstuabat illecebris. ›Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quàm caloris: itaque illa ›animum, hæc corpus inflammat: Febris enim nostra avaritia est, febris nostra libido est; eò quòd ignitæ sint cupiditates: vnde & Apostolus ait, *Si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri*: Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est'. Et paulò inferiùs exemplo ostendens, hanc animorum febrim corporali febre esse vehementiorem: 'Vehementior (subdit) est animi, quàm corporis febris: & ideò pro animi voluptate salus corporis plerunque contemnitur, nec à periculis abstinetur. Vnde non alienum videtur repetere, quemadmodum Theotimus, cùm gravi oculorum incommodo laboraret, & amaret vxorem; interdictâ sibi à ›medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, se moderari nequiverit. Sciens enim prudensque quòd ›esset oculos amissurus, priusquam conveniret vxori, in ipso æstu ferventis

[c] *Aug. l. 2. de Gen. cont. Manichæos cap. 22*
[d] *Hugo Vict. Ser. 11. Videe vnde lib. 1. de Sacram. p. 8. c. 3*
[e] *Aug. serm. 59. de Verbis Domini cap. 11.*
[f] *Ambr. l. 4. in caput 4. Luce.*

Gen. 3. 2
4. Reg. 4. Hier. 4. 1 Psal. 37. Deut. 28 35.
Luc. 4. 38
1. Cor. 7.

,ventis cupiditatis, & consuetudinis apparatu : *Vale*, inquit, *amicum lu-* Theotimus.
,*men*. Sic febre libido flagrantior est, gravìùsque præcipitat & in-
flammat'. Quid igitur mirum si genus humanum, tam vehementi
febre correptum, in hunc mundum velut quandam infirmariam dica-
tur fuisse delatum, aut dimissum? Sed venturus de cœlo Medicus præ-
Isa.35.4. miserat qui dicerent infirmis : *Pusillanimes confortamini*. Et quasi ratio-
nem sui dicti reddentes subderent : *Deus ipse veniet, & salvabit vos*:
g' Verè (ait quidam) pusillanimes erant, iacendo in doloribus, despe- g Hugo. Vict. l.
,rando in quadruplici infirmitate : Cæci enim erant, surdi, claudi, & 1. Miscell. c. 47.
,muti. Cæci, Deum ignorando : Surdi, ipsum audire contemnendo:
,Muti, peccata sua non confitendo : Claudi, benè operari negligendo.
,Infirmitas ista à primo parente sumpsit initium : Cæcus fuit ex ver-
,bis serpentis, putando se fore Deum; non videndo, se ex verbo Dei, si
,non obediret ei, futurum esse miserum. Claudus fuit, cùm in altero
,pede claudicavit : Duo enim sunt hominis spirituales pedes, dilectio
,Dei, & dilectio proximi : qui altero horum caret, claudicat : Adam
,volens vxori morem gerere, dum amori eius amorem Dei postposuit,
,malè claudicavit. Dùm Deum per inobedientiam non audivit, sur-
,dus fuit. Mutus in confessione peccati fuit, reijciens culpam in vxo-
Psal.57.5. ,rem. In hæc vitia damnavit posteros, Excæcatos cultu idolorum:
Psal.80.12 ,Surdos *in similitudinem aspidis*, quia *populus Dei non audivit vocem eius*:
Psal.17. ,Claudos, quia *claudicaverunt à semitis suis* : Mutos à confessione pecca-
46. ti; *Quia*, inquit, *tacui, inveteraverunt ossa mea*'.
Psal.31.3.

2. Non alienum à proposito fuerit hìc advertere, quòd quemadmodùm
corporales morbi ex intemperantiæ vitio plerunque emanant, ita iam
memoratæ animorum ægritudines ex intemperantia primorum homi-
num fluxerunt : h 'Dominus Deus (inquit Augustinus) creato homi- h Aug. serm. 13
,ni sine vitio temperantiam præcipere dignatus est : quam si ille ser- de Verbis Apost.
,vasset, medicum postea morbo suo non desideraret. Sed quia non c. 2. Vide quod in Psal. 40. & Concione 2. in
,servavit, languidus factus est, cecidit infirmus, creavit infirmos, id est, Psalm. 70. & Ser. 34. de Di-
infirmos genuit infirmus'. Primus ergo parens intemperantiâ quadam versis c. 1. 2. & 3.
infirmum fecit se, & posteros omnes in se : i 'Pro magnitudine quippe i Aug. l. 13. de
,culpæ illius (ait alibi idem) naturam damnatio mutavit in peius : vt Civit. cap. 3.
,quod pœnaliter præcessit in peccantibus hominibus primis, etiam na- Gelasius Papa.
turaliter sequeretur in nascentibus cæteris'. Pulchrè hanc Augustini
doctrinam expressit Papa Gelasius Epist. 7. ad Episcopos per Piceni
adversùs Pelagianos : 'Quicquid isti genitores (inquiens) de suo ger-
,mine protulerunt, opus quidem Dei est secundùm institutionem na-
,turæ ; sed non absque contagio illius mali, quod suâ prævaricatione
traxerunt'. Quod mox infrà ita probat : 'Nam si ipsi primi homines,
,ex nullis parentibus nati, & sine vllo formati contagio, per ambitum
,præsumptionis illicitæ semetipsos depravare potuerunt, & in opere
,Dei opus diabolicæ fraudis annectere, quid mirum si ijdem depra-
,vati protulerunt sobolem depravatam ? Nonne etiam, cùm Deus libe- Vid. Homil. de
,ram condiderit humanam suâ creatione substantiam, apud humanas Adam & Eva apud Chrysost.
tamen tomo 1. &

Petrum Diacon. lib. de Incarn. & Gratacap. 6

,tamen leges extrinsecùs accedens seruitus naturaliter eam reddit ob-
,strictam : & ab obnoxia origine generantur obnoxij, & ex conditio-
,ne seruili gignuntur addicti, & nascendo fiunt priùs obligati quàm
,geniti ? Si hoc agitur de rebus extra naturam positis, quanto magis
,de his prouenire non mirum est, quibus ipsa humana substantia de-
,prauata cognoscitur ? Ac per hoc, sicut se ipsa humana substantia, de
,institutione sincera, actuum reproborum reâ fecit voluntate pollu-
,tam ; sic edidit sobolem atque progeniem naturæ suæ ex actuum suo-
,rum reâ voluntate maculosam : quia huiusmodi genuit prolem, cu-
,iusmodi se ipsa reddidit, prævaricationis excessu'. Huc spectat & il-
lud quod de primo homine Augustinus in Enchiridio ait : [k] 'Post
,peccatum exul effectus, stirpem quoque suam, QVAM IN SE TANQVAM
,IN RADICE VITIAVERAT, pœnâ mortis & damnationis obstrinxit'.
Vitiauerat vtique, quia peccando incurrerat ignorantiam rerum agen-
darum, & concupiscentiam noxiarum : 'Ex quibus (vt idem præmise-
,rat cap. 24.) morborum non vbertatis, sed indigentiæ, tanquam fon-
tibus, omnis miseria naturæ rationalis emanat'. Hinc est quòd Infir-
maria, in quam homo post peccatum delatus est, interdum *Ægyptus*,
interdum *Babylonia* nuncupetur: Ægyptus quidem à tenebris ignoran-
tiæ, Babylonia à confusione concupiscentiæ : 'Vsitatum est satis (ait
,Bernardus in Sententijs) & tritum, sæculum istud merito cæcitatis
& ignorantiæ suæ, *Ægypti* vocabulo nuncupari'. Cui consonans Ru-
pertus in caput 2.[m] Matthæi : 'Nouit Sanctorum fides (inquit) & in
,ore fidelis Ecclesiæ frequentissimum est, quia cunctis filijs Dei mun-
,dus iste, in quo *quamdiu sumus in corpore*, vt ait Apostolus, *peregrina-*
,*mur à* DOMINO, Ægyptus est : Et hoc in illa parte mundi, quæ vulgo
,vocatur *Ægyptus*, figuratum est, qualiter vocet Deus omnem filium
,ex Ægypto huius mundi, id est, *de tenebris, in admirabile lumen suum*,
,per illud, quòd, sicut sacra narrat historia, Populum illum, qui in
,Ægypto seruivit carneo Pharaoni, vocavit Deus exinde tam admi-
rabili ordine in terram promissionis'. Quemadmodum igitur descen-
sus Israëlitarum in Ægyptum figuravit descensum protoplastorum,
reliquorumq; electorum in ipsorum lumbis contentorum, in tenebras
huius mundi : ita ascensus eorundem de Ægypto in Chananæam figu-
ravit transmigrationem tam protoplastorum, quàm reliquorum
electorum, de tenebris ignorantiæ mundanæ, in Ecclesiam, lumine
divinæ cognitionis illustratam. Clamat apud Isaiam Dominus, *In Isa.* 52.4
Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi : & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Quem locum Rupertus libro 4.
Comment. in caput 10. Zachariæ vers. 10. ita exponit: 'Sicut in istam
,localem Ægyptum descenderunt filij Jacob, & ibi multiplicati ge-
,muerunt sub seruitio, & quasi in ergastulo ; & deinde carneus Assur,
,Sennacherib & multitudo eius, & Salmanasar Rex Assur, calumnia-
,tus est, & captivum duxit eum sine causa ; quia nihil contra eum fe-
,cerat ; ita in principio, quando non erant nisi duo in paradiso, mas-

culus

[k] Aug. Enchir. c. 26.

Bernardus.

Rupertus.

2. Cor. 5.6

1. Pet. 2.9

,culus & fœmina, Adam & Eva, descendit in illis duobus omnis ele-,ctorum & ad vitam prædestinatorum populus, in tenebras huius sæ-,culi; vbi Deus, verum lumen, non videtur: & diabolus sub tribu-,tum mortis redegit eum, invidens illi, & odio habens absque vlla causa; quia scilicet homo diabolum de cœlo ruere non fecerat'. Ex quo igitur primi parentes suasu diaboli in Ægyptum descenderunt, posteros suos Regi Ægypti, id est, principi tenebrarum vernaculos fecerunt: [l] 'Incidimus in principem huius sæculi (ait Augustinus) qui ,seduxit Adam, & servum fecit; & cœpit nos tanquam vernaculos Eph. 6. 12. possidere'. Quis est princeps huius sæculi, nisi *Mundi rector tenebrarum harum*? Vbi audis tenebrarum Rectorem, agnosce Ægypti Regem, spiritalem Pharaonem: Nam, vt idem Augustinus in Psal. 77. vers. 43. ait, 'Ægyptus in Hebræa lingua TENEBRAS vel tribulationes significat'. Si Ægyptus tenebras significat, quisquis profectò in ea nascitur, nascendo tenebras ingreditur. Hoc innuere voluit Apostolus, Eph. 5. 8. quando iam fidelibus ad lucem perductis alebat: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Quomodo aliquando tenebræ, nisi quia Eph. 2. 3. *Naturâ filij iræ, sicut & cæteri*? [m] 'Si *filij iræ* (subinfert Augustinus) filij ,vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ? Quomodo *naturâ*, nisi quia pec-,cante primo homine, vitium pro natura inolevit? Si vitium pro na-,tura inolevit, secundùm mentem omnis homo CÆCVS NATVS EST'. Si omnis homo secundùm mentem cæcus naturâ est, proculdubio nativitate Ægyptius est, quia vtique tenebrosus est: imò Ægyptus quodammodo est, quia vtique tenebræ seu caligo est: Neque enim Apostolus iam citatus ait fidelibus, Eratis aliquando tenebrosi; sed, *Eratis*, inquit, *aliquando tenebræ*. Si autem tenebræ, consequenter Ægyptus: quia, vt mox memoravimus, Ægyptus in Hebræa lingua tenebras significat. Ex quo apparet, quemadmodum Adæ posteri nascantur Regis Ægypti seu principis tenebrarum vernaculi: [n] 'Si attendamus ,hæreditariam pœnam nostram (ait alibi Augustinus) totus mundus ,cæcus est. Ideò venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. Omnes cæcos nasci fecit, qui primũ hominẽ decepit'.

[l] *Aug. in Fragmento Sermonis De Miraculo quinque panũ, Tomo 10. Fragmento 7.*

[m] *Aug. Tract. 44. in Ioannem.*

[n] *Aug. Homil. 43. inter 50. c. 1*

3. Novum hìc certamen inire compellimur pro sanctis Patribus adversùs Suarezium: qui, nescio quâ innovandi prurigine concitus, Adamum contendit à fide non excidisse, adeoque nec Ægyptum tenebrescendo introisse: [o] 'Valde incertum mihi est (ait ipse) vtrum ,Adam peccando fidem amiserit: quia LICET ALIOQVI PATRES ID ,SIGNIFICENT, nullo testimonio vel ratione sufficienter probatur'. Qui rursus Tract. de Fide Disp. 9. Sect. 2. n. 3. audacior factus, vsque adeo supercilium inverecundæ frontis attollit, vt omnem verisimilitudinem probabilitatemve adversæ positioni derogare præsumat: 'Neque est verisimile (inquiens) aut probabile, Adamum perdidisse fidem'. Nec hoc contentus, subdit evestigio: 'Quod etiam de Eva probabilius dicendum est'. Amplìus adhuc audet lib. 4. de Amissione status innocentiæ cap. 4. Vbi non solùm contendit Adamum non excidisse

[o] *Suarez. l. 11. de Gratia cap. 5. n. 26. Videeundem Proleg. 4. de Gratia cap. 6 n. 5.*

Digitized by Google

cidisse habitu fidei per infidelitatem propriam, quæ est cum pertinacia; sed nec errasse quidem contra fidem culpabiliter etiam absque pertinacia. Disputans quippe ibi de secundo Adami peccato, quod nimirum superbiæ successit: 'Concludimus (ait n. 18.) secundum Adæ ,peccatum non fuisse infidelitatem, non solùm propriam, quæ est cum ,pertinacia & hæresi, verumetiam nec minùs propriam, quæ est per ,errorem absque pertinacia, quamvis non sine culpa, per negligentiam, ,& ignorantiam culpabilem, vel temeritatem in iudicio ferendo de rebus ad fidem pertinentibus'. Antequam oppositam Suarezio sententiam concordibus Patrum omnium sæculorum testimonijs munire aggrediar, operæ pretium fuerit, Adversarij in hac materia inconstantiam ac cum semetipso contradicentiam Lectori ob oculos proponere: vt vel hinc perspiciat, quàm falsò ac inaniter, partim in Bibliotheca Scriptorum Societatis, partim in Præfatione tomi 3. de Religione, homo tam immemor sui, tam infensus veritati, tam addictus novitati ac infestus vetustati, insigniatur his atque huiusmodi elogijs: *Magnus Suarez: Theologorũ coryphæus, Orbis magister, cõmunis omniũ magister, Alexander Magnus Gordianos nodos dissolvens, vnus Apollo Delphicis Oracula certiora fundens, huius ævi prodigium & Oraculum, Philosophiæ ac Theologiæ lumen, In naturalibus Aristoteles, In divinis Thomas Angelicus, In Scripturis Hieronymus, In cathedra Ambrosius, In Polemicis Augustinus, In fidei explicatione Athanasius, In melliflua pietate Bernardus, In Bibliorum tractatione Gregorius, Alter huius ævi Augustinus, Huius sæculi in Scholasticis Gigas, Populi Christiani oculus* &c. Is itaque lib. 11. de Gratia cap 5. n. 26. dicit quòd ex Patribus qui pro astruenda Adæ infidelitate referuntur, SOLVS *Prosper clarè loqui videtur.* Qui tamen superiùs Prolegomeno 4. de Gratia cap. 6. n. 5. cùm præmisisset, 'An Adam fidem peccando perdiderit, nec refert, nec pertinet ad hunc locum': continuò subdidit: *Fulgentius autem suprà* SIMPLICITER AFFIRMAT: *& Prosper contra Collatorem* &c. Et iterum lib. 4. de Amissione status innocentiæ cap. 4. n. 20. *De Prospero*, inquit, *& Fulgentio id negare non possumus.* Sed vide adhuc aliam contradicentiam eiusdem ibidem: subdit enim continuò: *Quamvis autem eorum sententia* PROBABILIS SIT, *eam sequi non cogimur.* Et tamen ex Tractatu de Fide iam suprà descripsimus hanc contradictoriam eiusdem: *Neque est verisimile* AVT PROBABILE, *Adamum perdidisse fidem* Sed audi adhuc aliam: Sequitur quippe continuò, *Quod etiam de Eva probabilius dicendum est.* Nihilominus ipsemet lib. 4. de Amissione status innocentiæ c. 2. & 4. apertè attribuit Evæ infidelitatẽ. Nam cùm c. 4. n. 22. sibi obiecisset Augustinum dicentẽ, *Primos parentes expertos esse, quid infidelitas, & inobedientia nocerent*: respondit: *Cùm partitione commoda id esse intelligendum*: vt nimirum inobedientia tribuatur Adæ, & infidelitas Evæ: Toto quippe isto capite in id vnicè collimat, vt Adamum ab infidelitate expurget; & idcircò de Eva parùm admodùm curat, dummodo quod intendit de Adamo obtineat. Malè profectò de *Populo Christiano* sentit, qui adeò

cæcu-

Digitized by Google

cæcutientem ei *oculum* affingit, vt tam claras & manifeſtas antilogias ſuas non videat. Quanto rectiùs alius Suarezio accommodabit illud Paræmiaſtis: *Oculum, qui ſubſannat Patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ* ? Nunquid enim ſubſannat Patrem, imò Patres; ac deſpicit filios matris ſuæ cui dictum eſt, *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij*; qui non veretur dicere ac ſcribere, *Licet aliqui Patres id ſignificent, nullo teſtimonio vel ratione ſufficienter probatur* ?

Prov. 30. 17.

Pſal. 44. 17

4. Porrò quia Suarezij ſententia duas habet partes: vnam, quâ contendit Adamum non erraſſe contra fidem: alteram, quâ negat eundem amiſiſſe fidem: de ſingulis diſtinctim eſt tractandum. Et quidem priori parti, vt rectè monet Eſtius, [p] 'Reſiſtere videtur omnium penè ,Patrum authoritas, qui diſertè docent, Adamum verbis ſerpentis fidem habuiſſe, & ab eo deceptum ac ſeductum fuiſſe'. Ex his eſt Ignatius Martyr Epiſt. ad Trallianos, vbi ait fidelibus: 'Fugite impias hæ- ,reſes; ſunt enim diaboli inventa, & excogitatæ artes ſerpentis illius, ,qui omnis mali primus author eſt: QVI PER MVLIEREM DECEPIT PRIMVM GENERIS NOSTRI PARENTEM ADAM'. Decepit vtique inducendo in errorem fidei contrarium: Ex hac quippe deceptione oſtendit Ignatius hæreſes eſſe diaboli inventa. Quæ oſtenſio fuiſſet ineptiſſima, niſi Adæ deceptio fidei adverſaretur. Conſonat Irenæus lib. 3. cap. 37. 'Adam (inquiens,) ſeductus occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur'. Et ſuperiùs cap. 35. loquens de vtroque protoplaſto communiter: 'Omnis maledictio (inquit) decurrit in ſerpentem, qui SEDVXERAT EOS'. Tertullianus lib. 2. adverſùs Marcionem cap. 2. 'A primordio (inquit) homo animalis non recipiens quæ ,ſunt ſpiritus, ſtultitiam exiſtimavit Dei legem; vt quam obſervare ne- ,glexit: ideoque non habendo fidem, etiam quod videbatur habere ademptũ eſt illi, paradiſi gratia, & familiaritas Dei'. Et mox infrà: 'Quis dubitet (inquit) ipſum illud Adæ delictum, HÆRESIM pronunciare'? Et adhuc inferiùs loquens de eodem Adamo: 'Confeſſus eſt ,ſeductionem (inquit) non occultavit ſeductricem: RVDIS ADMODVM HÆRETICVS FVIT'. Cyprianus lib. de Unitate Eccleſiæ prope initium, loquens de diabolo: 'Ab initio ſtatim mundi (inquit) ſefel- ,lit: & verbis mendacibus blandiens, rudes animas INCAVTA CREDVLITATE DECEPIT'. Athanaſius Orat. 1. adverſùs Arrianos, loquens de eodem antiquo ſerpente: 'Jam olim (inquit) ex quo DECE- ,PERAT PRIMVM HOMINEM ADAM, perſuaſus omnes ſeſe homines in ſua ditione habiturum, ferociter inſultabat'. Hilarius Canone 3. in Matthæum, loquens ſimiliter de eodem: 'Adam (inquit) pellexerat, & in mortem FALLENDO traduxerat'. Nazianzenus Orat. 31. 'Peccavit mulier (inquit) eodem quoque modo Adam peccavit: VTRVMQVE SERPENS DECEPIT, atque in fraudem impulit'. Et ſuperiùs Orat. 27. loquens de invidia: 'Adamũ (inquit) per voluptatem & mulierem circumventum è paradiſo expulit: Adductus eſt enim

[p] Eſtius in 2.m Diſt. 22. §. 4.

Ignatius.

Irenæus.

Tertullianus.

Cyprianus.

Athanaſius.

Hilarius.

Nazianzenus.

Digitized by Google

,enim, vt Deitatem sibi invidere CREDERET, dum à scientiæ ligno arceretur'. Basilius Homil. *Quòd Deus non sit Author malorum*, de eodem loquens: 'Dolis (inquit) hominem aggressus, eâdem ambitionis ,cupiditate, quam ipse ab initio habuit, velle similem esse Deo, hac rursus ad DECIPIENDVM NOS vsus, lignum ostendit'. Epiphanius Hæresi 38. 'Diabolus (inquit) per mendaciũ DECEPIT EVAM & ADAM'. Et rursus Hæresi 37. 'Ab initio (inquit) EVAM ET ADAM DECEPIT'. Hieronymus in caput 1. Habacuc ad versum 17. 'Adhæsit (in,quit) hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiso rete suo'. Et mox infrà: 'Quia PRIMVM DECEPIT HOMINEM, quotidie vniversum humanum genus interficere non cessat'. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 4. 'Mulier (inquit) prior DECEPTA est, & virum ipsa DECEPIT'. Et inferiùs ibidem cap. 10. 'Scimus (inquit) quòd antequam fieret mulier, non erraverit Adam: postea verò quàm mulier ,est facta, prior divinum prævaricata mandatum, etiam virum suum traxerit in errorem'. Et rursus inferiùs cap. 12. 'Viro mulier (inquit) ,non mulieri vir author erroris est. Vnde & Paulus ait, *Adam non est deceptus, Mulier autem seducta in prævaricatione fuit*'. Ex quo testimonio non solùm habemus, Adamum à muliere seductum erasse; sed insuper Apostolum, dum negat Adam fuisse seductum, non erroris proprietatem, sed errandi duntaxat prioritatem ei derogasse. Rursus idem Ambrosius lib. de Elia & Ieiunio cap. 4. apertè asserit, Adamum in materia fidei erasse: idque colligit ex illis Dei ad prævaricatorem verbis, *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est*: 'Irridens (ait ille ibi) Deus ,hoc, non approbans dicit: hoc est, PVTABAS TE SIMILEM FORE NOSTRI'. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 3. loquens de Adamo: 'Diabolicâ (inquit) fraude SEDVCTVS, Dei præcepta contempsit'. Chrysostomus in Psal. 143. 'Adam (inquit) PVTAVIT se plus invenire, persuasus à diabolo: & id etiam quod habuit amisit'. Leo Papa Serm. 2. de Nativitate: 'Gloriabatur diabolus (inquit) hominem suâ fraude DECEPTVM divinis caruisse muneribus'. Et inferiùs ibidem Serm. 4. loquens de Adamo: 'Invido (inquit) & deceptori TEMERE ATQVE INFALICITER CREDIDIT'. Gelasius Papa in Opusculo adversùs Pelagianos, loquens de humana natura seu creatura: 'DECEPTA fuerat (inquit) creaturæ potioris incursu: illius ,scilicet, quæ fremebat, illò terrenam proficere posse substantiam, vnde spiritalis ipsa deciderat'. Et paulò infrà ibidem, de eadem humana creatura sermonem continuans: 'Ordinem (inquit) legitimæ rationa,bilitatis excedens, in irrationabilitatis abruptum per verisimilitudi,nem ratiocinationis, quâ DEVM SE FIERI CREDEBAT, abducta est'. Gregorius Papa lib. 33. Moral. cap. 22. loquens de diabolo sub nomine Leviathan: 'Intrare Adam (inquit) in medium oris eius voluit, ,quando intentionem persecutionis illius cautè pensare neglexit. Di,vinitatem quippe SE PER ILLVM ACCIPERE CREDIDIT, & immortalitatem amisit'. Damascenus lib. 2. de Fide cap. 30. in fine, loquens de diabo-

Basilius. Vide Greg. Nyssen. Orat. Cathec. cap. 26.

Epiphanius.

Hieronymus.

Ambrosius. Vide Maximum Taurinensem Homil. 2. & 3. de Pœnitentia Petri, & Petrum Chrysolog. Ser. 168. & Bedam in caput 10. & 18. Luce & in cap. 9. Ioann. Et Theodoretũ, Theophylactum, Oecumẽnium, Primasium, Ambrosiastrum in caput 2. 1. ad Timoth. v. 14. Cyrill. Alex. Chrysostomus. Vide Homil. 3. de Verbis Isaiæ. Leo Papa. Vide Serm. 5. de Ieiunio 10. Mensis

Greg. Papa. Vide lib. 29. Moral. c. 6. & in Psalm. 5. Pœnitent. vers. 12.

1. Tim. 2. 14.

Gen. 3. 22.

Digitized by Google

de diabolo : ' Divinitatis ſpe (inquit) miſerum Adamum mendax illexit'. Moyſes Barcepha Comment. de Paradiſo p. 2. cap. 7. tractans illam Dei comminationem ad Adamum, *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris* : 'Id illi evenit (inquit) vnà cum vxore Eva DIABOLI FRAVDE SEDVCTO : qui non modò eſcæ illecebris eos FEFELLIT, ſed PERSVASIT etiam plures eſſe Deos, cùm diceret : *Si comederitis ex ea arbore, eritis ſicut Dij*'. Hoc poſtremum multis videtur paradoxum, ſed tamen ante Barcepham tradiderat idipſum Cyrillus Alexandrinus lib. 3. adversùs Iulianum ante medium, dicens de diabolo : 'Calumniatus eſt ſupremam atque ineffabilem naturam, & MVLTITVDINIS DEORVM EXITIOSAM DOCTRINAM PRIMORVM HOMINVM ANIMIS IMMISIT'. Qui rurſus ibidem aliquanto inferiùs diſertè aſſerit, Adamum exiſtimaſſe ſe fore Deum, ſi de ligno ederet : 'Quòd enim (ait) draconis FALLACIIS vanam in ſpem abriperetur, & DEVM FVTVRVM SE OPINARETVR HOMO PRIMVS, cùm de ligno ediſſet, declaravit Moyſes. Introduxit enim Deum vniverſorum dicentem, *Ecce Adam factus eſt vt vnus è nobis*'. Eòdem collimat Anſelmus lib. de Incarnatione Verbi cap. 4. dicens de Adamo : 'Falſam ſimilitudinem Dei præſumpſerat'. Qui rurſus lib. de Nuptijs conſanguineorum cap. 5. illud Dei ad protoplaſtum recèns lapſum, *Adam vbi es?* hac paraphraſi illuſtrat : 'Qui Deo eſſe ſimilis voluiſti, non vides quò deveniſti'? Author librorum de Vita Contemplativa inter Opera Proſperi, loquens de vtroque protoplaſto ſic ait lib. 2. cap. 19. 'Se fieri poſſe quod Deus eſt CREDIDERVNT'. Auguſtinus Concione 1. in Pſal. 68. 'Vſurpavit ſibi diabolus (inquit) quod non acceperat, perdidit quod acceperat : & de ipſo calice ſuperbiæ ſuæ, ei quem DECIPERE volebat propinavit : *Guſtate*, inquit, *& eritis ſicut Dij*. Rapere voluerunt divinitatem, perdiderunt felicitatem'. Et ibidem adhuc paulò ſuperiùs : 'Quis (inquit) rapuit? Adam. Quis rapuit primò? Ille qui SEDVXIT Adam'. Iacobus Parez de Valentia Chriſtopolitanus Epiſcopus, in Pſal. 13. ad illa verba, DIXIT *inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus* : 'Quando Adam (inquit) CREDIDIT DIABOLO dicenti ſibi, *Nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*, tunc Adam PVTAVIT tria de Deo : Primò Deum eſſe mendacem in verbis, non facientem quod comminabatur : Secundò putavit eum eſſe invidum, eò quòd timebat ne Adam ſibi æquipararetur in ſcientia : Tertiò putavit Deũ eſſe finitum, cùm de facto ipſe Adam præſumpſit Deo parificari : Vnde ait Auguſtinus, quòd *Adam & Eva volentes rapere divinitatem, perdiderunt felicitatem*'. Et pauculis interpoſitis ſubdit inferiùs : 'Adam CREDENDO DIABOLO ET VXORI inducitur in eoſdem errores, licet indirectè'. Credidiſſe Adamum diabolo, apertè teſtatur Auguſtinus Concione 2. in Pſal. 70. dicens ei : 'CREDIDISTI quod promiſit diabolus, & inveniſti quod minatus eſt Deus'. Et lib. de Cantico novo cap. 8. 'Deum (ait de eodem) contempſit, SERPENTI CREDIDIT, & quod acceperat perdidit'. Et Serm. 34. de Diverſis cap. 2. 'Aurem

Damaſcenus.

Gen. 2. 17.

Moyſes Barceph.

Cyrill. Alex.

Vide Lupum Servatum lib. de 3. quæſtionibus q. 1. ſubintrium, & Petrum Damiani l. 1. Epiſt. 20. & lib. 4. Epiſt. 9. & l. 6. Epiſt. 17.

Gen. 3. 22.

Anſelmus.

Proſper.

Auguſtinus.

Gen. 3. 5.

Pſal. 13. 1.

Iacobus Valētia.

Gen. 3. 5.

Auguſtinus.

Vide Serm. 182. de Tempore ſub initium.

,præbuit ſerpenti, aurem clauſit ad Deum: atq; conſtitutus inter præ-
,ceptorem & ſeductorem, magis ſeductori quàm præceptori obtem-
,perare elegit. Vnde enim audivit Deum, inde audivit diabolum.
Quare non potiùs meliori CREDIDIT'. Idipſum & Proſper diluci-
dè perhibet Reſp. ad tria prima Excerpta Genuenſium, his verbis:
Proſper. 'Credendo Adam diabolo, non credidit Deo'. Cuius ſententiæ pars
poſtrema ex Auguſtino deſumpta eſt, qui Enchiridij cap. 45. perhibet,
Auguſtinus. Adamum prevaricando commiſiſſe ſacrilegium, 'Quia (inquit) NON
CREDIDIT DEO'. Quem Auguſtini locum integrè deſcripſit Papa
Leo Epiſt. 36. ad Nicetam, vt ſuprà notavimus cap. 9. §. 6. Rurſus
Proſper. Vide eund. l. de Ingratis cap. 40. Proſper in Epiſt. ad Demetriadem cap. 8. ait de diabolo: 'Jdeò primis
,hominibus nocere potuit, quia illis malè credulis per mendacia vene-
,nata PERSVASIT, vt meliores ſe futuros PVTARENT, ſi in libertate
,ſui arbitrij proſilirent, quàm ſi in legis datæ cuſtodia permanerent'.
Eòdem ſpectat quod Auguſtinus ait lib. 2. de Geneſi contra Mani-
chæos cap. 15. vbi ad illa ſerpentis verba, *Scit enim Deus, quoniam in quacunque die manducaveritis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*:
Auguſtinus. 'Quid hìc intelligitur (inquit) niſi PERSVASVM ESSE,
,vt ſub Deo eſſe nollent, ſed in ſua poteſtate potiùs ſine Domino, vt
,legem eius non obſervarent; quaſi providentes ſibi vt ſe ipſi regerent,
,non indigentes illius interno lumine, ſed vtentes propriâ proviſen-
,tiâ quaſi oculis ſuis ad dignoſcendum bonum & malum; quod ille
,prohibuiſſet? Hoc eſt ergo quod PERSVASVM EST, vt ſuam poteſta-
tem nimis amarent, & cum Deo pares eſſe vellent'. Pulchrè admodum
Proſper in mox citata Epiſt. ad Demetriadem cap. 10. hæreticam Pe-
lagianorum perſuaſionem huic primorum hominum perſuaſioni aſſi-
milat. Quemadmodum enim primos homines in terreſtri paradiſo de-
liciantes diabolus falſa divinæ ſimilitudinis promiſſione ſeduxit: ita
Proſper. Pelagianos 'In paradiſo Eccleſiæ conſtitutos, & virtutum delicijs
,abundantes, ad confidentiam liberi incitavit arbitrij: vt profectus ſuos
,in ſe conſtituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præ-
ſumptionis extenderent'. Atque ita factum, ſicut ibidem Proſper pre-
Vide hic ſuperiùs lib. 1. cap. 6 §. 4. miſerat, 'Vt inde noviſſima inſtrueretur tentatio, vnde nocuit PRI-
MA DECEPTIO'. Sed nec illud prætermittendum, quòd Papa Leo
Serm. 5. de Jeiunio 10. menſis, hæreticorum linguas aſſimilat corpo-
Leo. rali ſerpenti, cuius miniſterio vſus eſt diabolus in decipiendis primis
hominibus: 'Sicut DECIPIENDIS PRIMIS HOMINIBVS (ait ibi Leo
,de diabolo) miniſterium ſibi ſerpentis aſſumpſit: ita horum (hæreti-
,corum) linguas ad ſeducendos rectorum animos, veneno ſuæ falſita-
tis armavit'. Hoc ſi de omnibus generatim hæreticis verum eſt, quan-
to magis de Pelagianis & eorum catulis, per quorum linguas antiquus
hoſtis noviſſimam inde inſtruit tentationem, vnde nocuit prima decep-
Proſper. tio? Vnde autem nocuerit prima deceptio, indicat Proſper Poëmate
de Jngratis cap. 43. ita canens: 'Hoc Patribus primis mortis ſator in-
,ſinuatus conſilio eſt, hâc arte omnes proſtravit in vno: dum ſuadet,

multo

,multo prestantius esse,quod ipsis,non tribuente licet Domino, spon-
deret habendum prudens libertas, vetitoque instructa cupido'. Sed an addenda sequentia? Addenda prorsus: quia non minus in nostra hæc, quàm in illa Prosperiana quadrant tempora. Sequitur quippe continuò: 'Quæ nunc per veteris serpens vestigia fraudis, deceptos simili studet inflammare furore'. Sed quis crederet, isto furore quempiam nunc vsqueadeò inflammari, vt primorum hominum deceptionem, tot orthodoxorum Patrum ore decantatam, revocare auderet in dubium? An fortè recentiores Patres à vetustioribus hac in parte discordant? Absit omninò: Neque enim hi aliud posteris tradiderunt, quàm quod ab antiquioribus didicerunt. Vnde Beda Homil. in Octavam Epiphaniæ, præcedentium Patrum vestigia insequens: 'Primus Adam ,(inquit) ab immundo spiritu DECEPTVS PER SERPENTEM, gaudia regni cœlestis amisit'. Didicerat quippe ex Augustino Concione 11. in Psal. 118. quòd 'Primi homines PER SERPENTEM DECEPTI & ,deiecti non fuissent, nisi plus quam acceperant, habere; & plus quam facti fuerant, esse voluissent'. Didicerat ex Fulgentio Serm. de Cæco nato, quòd 'Luminosus erat primus homo factus, sed discessit à SERPENTE CÆCATVS'. Bedam imitatus Abbas Rupertus ait lib. 2. de Victoria Verbi Dei cap. 8. 'Credidit mulier magis diabolo, quàm Deo; magis serpenti, quàm creatori'. Sed hæc, inquies, de muliere, non de viro dicuntur. Verùm audi sequentia: 'Et ambo (subdit con-,tinuò Rupertus) comederunt, scilicet mulier & vir: Itaque simili-,tudinem Dei perdiderunt, & ei potiùs facti sunt similes, CVI CREDIDERVNT'. Franco Affligenienſis Tomo 2. de Gratia Dei, paulò ante finem, loquens de primo homine: 'Spiritu (inquit) superbiæ afflatus, & FALLACIA SERPENTIS ANTIQVI SVPPLANTATVS, dum sicut conditor esse voluit, nec quod conditus erat permanere potuit'. Hugo Victorinus hìc suprà §. 1. in fine citatus ait de eodem: 'Cæcus ,fuit ex verbis serpentis, PVTANDO se fieri Deum'. Richardus Victorinus lib. de Incarnatione Verbi cap. 9. 'Oportuit (inquit) vt natura quæ credendo ceciderat, credendo resurgeret: ceciderat CREDENDO SERPENTI, resurgeret credendo Redemptori: vt quod per fidem perdiderat, per fidem recuperaret'. Et inferiùs ibidem cap. 11. 'Par fuit (inquit) vt cui falsitas fuit causa perditionis, veritas fieret via ,salutis: Par fuit, vt qui mortem incurrerat per verbum diaboli, ad vitam rediret per Verbum Dei'. Bernardus Epist. 1. ad Robertum nepotem, loquens de diabolo: 'Protoplastum (inquit) DOLO CAPTVM expulit de patria felicitatis'. Scholasticorum Coryphæus Angelicus Doctor q. 18. de Veritate art. 6. ad 13.^m loquens de eodem protoplasto: 'In statu (inquit) quo peccavit, divinum ei auxilium non de-,fuisset ne SEDVCERETVR, si ad Deum se convertisset. Quod quia non ,fecit, in peccatum & SEDVCTIONEM cecidit: & tamen illa SEDVCTIO peccatum consecuta est'. Videantur quæ ex eodem & Augustino retulimus hìc superiùs cap. 9. §. 6. prope finem. Porrò quæ hactenus

Beda.

Augustinus.

Fulgentius. Vide lib. de Incarn. & Gratia c. 4. & 22.

Rupertus. Vide lib. 6. de Glorif. Trinit. cap. 19.

Præoccupatio.

Franco.

Hugo Victor.

Rich. Victor.

Bernardus.

D. Thomas. Vide eund. 1. p. q. 94. ar. 4. ad 5.^m & 2. 2. q. 163. ar. 1. ad 4.^m & Lect. 3. in cap. 2. prioris ad Timoth.

ctenus de seductione seu deceptione protoplastorum dicta sunt, vberiùs confirmabuntur ex proximè dicendis. Si enim protoplasti fidem amiserunt, proculdubio seducti deceptique fuerunt, atque in fidei materia erraverunt.

Transeamus nunc ad alteram Suareziani dogmatis partem, quâ cõtendit protoplastos non amisisse fidem. Aliud quippe est in materia fidei errare, aliud verò ipsam fidem amittere: Neque enim qualitercunque errando adversùs regulam fidei amittitur fides; sed tunc demum, cùm errori intellectus accedit pertinacia affectus: [9] 'Qui sententiam ,suam (inquit Augustinus) quamvis falsam atque perversam, nullâ per,tinaci animositate defendunt, præsertim quam non audaciâ præsum,ptionis suæ pepererunt, sed à seductis atque in errorem lapsis parenti,bus acceperunt, quærunt autem cautâ sollicitudine veritatem, corri,gi parati cùm invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi'. Consonat D. Thomas in caput 11. 1 ad Corinth. Lect. 4. vbi inter alia ait: 'Hæreticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei quæ divinitùs traditur, PERTINACITER proprium errorem sectatur'. Qua de re fusè differit Vellosillus in Advertentijs super Tomo 2. Chrysostomi Quæsito 9. Hinc nobis hoc loco specialis incumbit necessitas conquirendi nova argumenta, quibus postrema Suareziani dogmatis pars enervetur ac expugnetur. Primum argumentum sumi potest ex testimonijs præcedenti §. congestis, quibus ostendimus protoplastos credidisse diabolo contra attestationem Dei. Inaniter autem Suarez contendit defuisse eis pertinaciam, ad fidei excidium necessariam. Etenim, vt Vellosillus proximè citatus advertit, Pertinacia quæ hæresim facit, non est iudicanda ex duratione, vt scilicet ille solus sit dicendus pertinax, qui in errore durat aut persistit: sed quisquis divinæ authoritati sufficienter ad credendũ propositę deliberatè discredit, aut de ea dubitat, eo ipso pertinax fit, & hæresim incurrit. Quis verò dubitet protoplastis sufficienter à Deo proposita fuisse ea, quibus, seducente per serpentem diabolo, discrediderunt? Quod si ita est, proculdubio pertinaciam & hæresim incurrerunt: atque adeò fidem amiserunt. Secundò idipsum ostenditur illis Patrum testimonijs, quibus protoplasti perhibentur cæcitatem incurrisse, vel in Ægypti tenebras descendisse: Huiusmodi enim phrases iacturam luminis fidei significant. Vnde Augustinus Tract. 44. in Joannem, differens de *Cæco nato* per Christum illuminato: 'Hæc cæcitas (inquit) contigit in PRIMO HOMINE ,per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solùm mortis, ,sed etiam iniquitatis. Si enim CÆCITAS EST INFIDELITAS, ET IL,LVMINATIO FIDES, quem fidelem quando venit Christus invenit'? Eòdem spectat quod de altero *cæco* in via Hierichontina per eundem Salvatorem illuminato scribit Gregorius Homil. 2. in Evangelia: 'Cæcus iste (inquiens) est genus humanum: quod in PARENTE PRI,MO à paradisi gaudijs expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur'. Quas profectò tenebras nemo ex Adamo

5

9 *Aug. Epist. 162. Vide l. 18. de Civit. c. 51. & Serm. 14. de Verbis Apost. c. 21.*

D. Thomas.

Vellosillus.

Augustinus.

Vide Bedam in caput 9. Ioan.

Io. 9.

Gregorius.

Vide Bedam in cap. 18. Lucæ.

Luc. 18.

Adamo contraxiſſet, ſi non in eas Adam ipſe deſcendiſſet: [r] 'Omnes ,in vno peccaverunt (inquit Proſper) & prævaricationis merito tota ,eius propago damnata eſt. Omnes igitur, quod Adam perdidit, per- ,diderunt. Perdidit autem primitus FIDEM: quam omnes, quia pri- mam potuimus amittere, primam habemus accipere'. Perdidit igitur Adam ſibi & ſuis poſteris fidem; non perditurus poſteris, niſi perdidiſ- ſet & ſibi. Vnde non vacat myſterio quòd *cæcus* ille proximè memo- ratus, ſecùs viam Hierichontinam à Chriſto ſit repertus atque à cæ- citate ſanatus: quia nimirum in lumbis Adæ continebatur, cùm *deſ- cendiſſet ille de Hieruſalem in Hiericho, & incidiſſet in latrones, qui deſpolia- verunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemivivo relicto.* Ex qua parabola ſumpſerunt Theologi, poſt veteres Patres, axioma illud, de quo Eſtius in 2.^m Diſt. 24. §. 18. 'Ad Catholicam (inquit) doctrinam pertinet ,illud à Patribus frequentatum, *Quòd homo per peccatum vulneratus eſt in bonis naturalibus*, SPOLIATVS *autem* GRATVITIS'. Appoſitè in hanc rem ſcribit Magiſter lib. 2. Sent. Diſt. 25. §. 8. 'Hic eſt (inquiens) ,ille, qui à latronibus vulneratus eſt, & ſpoliatus: vulneratus quidē ,in naturalibus bonis, quibus non eſt privatus, alioquin non poſſet fie- ,ri reparatio: Spoliatus verò gratuitis, quæ per gratiam naturalibus ,addita fuerant. Hæc ſunt *data optima*, & *dona perfecta*; quorum alia ,ſunt corrupta per peccatum, id eſt, naturalia, vt ingenium, memoria, intellectus: alia ſubtracta, id eſt, gratuita'. Quiſquis proinde contendit Adamum non fuiſſe fide ſpoliatum, conſequens eſt vt neget fidem eſſe gratuitam. Etenim homo ille qui deſcendit de Hieruſalem in Hiericho, non vulneratus in gratuitis dicitur, vt aliquid eorum remanſiſſe putetur; ſed ſpoliatus gratuitis, vt nihil eorum relictum ei fuiſſe noſcatur: [f] 'Negavit Adam Deum (ait Iacobus de Valentia) indirectè, ,volendo rapere divinitatem: per quod peccatum, totum genus hu- ,manum fuit in eo corruptum in bonis naturalibus, & privatum bonis gratuitis'. Huc facit & eorū patrum authoritas qui cenſent protopla- ſtum prævaricando amiſiſſe Dei ſimilitudinem, in ſupernaturalium chariſmatum reſplendentia conſiſtentem: [t] 'Sic offendit Adam (in- ,quit Rupertus) vt propoſitam Dei contemneret ſimilitudinem, PER- DENDO FIDEM, amittendo ſpem, non habendo charitatem'. Et lib. 6. de Glorif. Trinit. cap. 19. 'Ad imaginem Dei (inquit) homo crea- ,tus eſt in eo quòd rationalis eſt, porrò ad eiuſdem creatricis Trinita- ,tis pervenit ſimilitudinem habendo tria hæc, fidem, ſpem, & charita- ,tem. Secundùm hæc tria Salomon tres fecit libros, ſcilicet librum Pa- ,rabolarum ſive Proverbiorum, Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum. ,Librum quippe Proverbiorum ſcripſit ad inſtruendam fidem, Eccle- ,ſiaſten ad corroborandam ſpem, Cantica Canticorum ad dilatandam ,charitatem. Et omnis quidem Scriptura divinitùs inſpirata in hoc ,ipſum tendit; ſed in iſto trium librorum ordine hoc maximè delectat ,intueri, quia ſecundùm ordinem harum trium virtutum ſunt compo- ,ſiti ſive diſpoſiti, fidei ſcilicet, ſpei, & charitatis: A QVIBVS PRIMVS HOMO

[r] *Proſp. Reſp. ad prima tria Excerpta Genuen.*

Eſtius.

Magiſter.

[f] *Iacobus Valētia in Pſal. 13.*

[t] *Rupertus in cap. 2. Ionæ v. 1. Vide eund. l. 2. in Gen. c. 31 & l. 3. c. 11. & l. 2. de Vict. verbi Dei c. 7. & 8*

ai. 10. 30.

ai. 1. 17.

Digitized by Google

'HOMO EXCIDENS AMISIT GLORIAM SIMILITVDINIS DEI, tali 'ordine, vt amitteret charitatem, non teneret ſpem, NON HABERET FIDEM'. Et rurſus ibidem inferiùs, contraponens novum Adam veteri: 'Vetus ille Adam (inquit) à charitate, ſpe, FIDE excidens, ſe & 'poſteritatem ſuam defraudavit, & longè fecit à ſimilitudine beatæ 'Trinitatis. At è contra novus Adam reciprocis gradibus per FIDEM 'ſpem & charitatem nos reformavit ad eandem ſimilitudinem Dei'. Profectò enim niſi vetus Adam fidem amiſiſſet, non eam novus Adam reſtituere nobis debuiſſet, ſed vnà cum naturâ propagata fuiſſet. Eadem quippe eſt ratio de fide, ac de bona voluntate: [u] 'Quam (teſte Ful'gentio) ſi primus homo non perderet, omnis homo deinceps eam NA'TVRALITER poſſideret'. Quia autem vetus Adam eam perdidit, neceſſe eſt vt eam novus reſtituat: [w] 'Quamvis homini primo (ait alibi 'idē) diabolus ABSTVLERIT FIDEM, Deo tamen reddendi quod dederat non abſtulit poteſtatem'. Et ſuperiùs cap. 22. 'Dæmones cre'dunt (inquit) & contremiſcunt, ſed non diligunt eum à quo per ſu'perbiam receſſerunt. In quam ſuperbiam quia primus homo diaboli'câ eſt perſuaſione deiectus, in quo perdidit humilitatem, PERDIDIT 'FIDEM: perdens autem fidem, perdidit divinam protectionem: Scriptum eſt enim, *Qui non credit* DEO, *à Deo non protegitur*'. Et adhuc ſu- *Eccli. 2. 1*
periùs cap. 13. 'Peccans (inquit) ille qui ſine peccandi neceſſitate creatus eſt, in eo quòd animæ ſanitatem delinquendo perdidit, etiam illa 'COGITANDI quæ ad Deum pertinent, AMISIT PROTINVS FACVL'TATEM. *Oblitus eſt* enim *manducare panem ſuum*, & EXPOLIATVS VE- *Pſal. 101. 5.*
'STIMENTO FIDEI, carnaliumq; concupiſcentiarum vulneribus ſau'ciatus, ſic iacuit oppreſſus ditione peccati, vt nullatenus aliquod bo'næ voluntatis initium habere potuiſſet, niſi hoc Deo gratis donante ſumpſiſſet'. Ambroſius Epiſt. 14. aliàs 33. ad Marcellinam ſororem, obiter exponens illud Dei ad protoplaſtum iam lapſum, *Adam vbi es?* *Gen. 3. 9.*
Ambroſius. 'Hoc eſt (inquit) Quid eras antè? Vbi nunc eſſe cœpiſti? Quò ipſe 'progreſſus es? Agnoſcis te eſſe nudum, quia BONÆ INDVMENTA FI'DEI PERDIDISTI'. Sed excogitavit Suarez quemadmodum huic
Cavillatio. Ambroſiano teſtimonio illuderet: [x] 'Quod Ambroſius ait (inquit) *Adam amiſiſſe bona indumenta fidei*, de charitate, virtutibus, & donis intelligi poteſt: Nam hæc ſunt *bona indumenta fidei*'. Quis non hìc cum Auguſtino exclamet: [y] 'Videte acumen, ſed vitreum: Quaſi lucet vanitate, ſed frangitur veritate'? Atque, vt omittam adulterationem textus, quâ pro fœminino ſingulari *Bona*, obtruditur neutrū plurale *Bona*: manifeſtè pervertitur Ambroſij ſenſus. Neque enim ille ait, Agnoſcis fidem tuam eſſe nudam, quia indumenta ſua perdidit: ſed, *Agnoſcis* TE *eſſe nudum*, *quia bona indumenta fidei* PERDIDISTI. Non ergo de nudatione fidei remanentis, ſed de nudatione hominis fidem
Præoccupatio. amittentis loquitur Ambroſius. Sed quia iſte falſator textus, & adulterator ſenſus, videtur arripuiſſe cavillandi anſam ex eo, quòd Ambroſius pluraliter *Indumenta* dixerit, & *Fidei* epitheton *Bona* adiecerit; audiat

[u] *Fulg. lib. 1. de Verit. Prædeſt. cap. 19.*

[w] *Fulg. lib. de Incarn. & Grat. c. 23.*

[x] *Suarez. l. 4. de Amiſſ. ſtatus innoc. c. 4. n. 20.*

[y] *Aug. Serm. 11 de Verbis Apoſt. cap. 7.*

Digitized by Google

diat alibi eundem Ambrosium & singulariter loquentem, & epitheton omittentem; atque adeò hanc cavillandi ansam amputantem. Exponens itaque parabolam illius Hierosolymitæ qui in descensu Hierichontino spoliatus ac vulneratus est à latronibus: [z] 'Qui sunt (inquit) ,isti *latrones*, nisi Angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnunquam ,*transfigurant in Angelos lucis*, sed perseverare non possunt? Hi ante *despoliant* quæ accepimus indumenta gratiæ spiritalis, & sic *vulnera inferre* consueverunt: Nam si intemerata quæ sumpsimus indumenta servemus, plagas latronum sentire non possumus. Cave ergo ne antè nuderis, SICVT ADAM ANTE NVDATVS EST, mandati cœlestis custodiâ destitutus, & EXVTVS FIDEI VESTIMENTO'. Quid huic loco respõsurus est Suarez, vbi videt *vestimentum* singulariter expressum, & nullum epitheton *fidei* adiectum; nec fidem, sed Adam dici *nudatum* & *exutum*? Sed Adam, inquies, non dicitur *exutus* fide, sed *vestimento fidei*. Vereor sanè ne quemadmodum hìc fingitur fides vestita, ita vbi legimus *scutum fidei* aut *loricam fidei*, fingatur similiter scutata aut loricata. Quod ne fortè Suarez simpliciori cuiquam persuadeat, præmuniam eius lectorem verbis Augustini ita scribentis Concione 1. in Psal. 34. sub initium: 'Videmus Apostolum dixisse quodam loco *Loricam fidei*, & alio loco dixisse *Scutum fidei*. Ergo IPSA FIDES, & lorica potest esse, & scutum. Scutum est, quia tela inimicorum excipit & repellit: lorica est, quia interiora tua transfigi non finit'. Si Apostolus ipsam fidem potuit dicere *loricam* & *scutum*, cur non posset eandem Ambrosius dicere *vestimentum*? Est enim fides lumen quoddam: Et verò scriptum est de Deo, *Amictus lumine sicut vestimento*. Adam antequam tenebresceret, Dei præferebat similitudinem: atque ita suo quodam modo *amictus erat* fidei *lumine sicut vestimento*. Certè enim Titus Bostrenus fidem intelligit *stolam primam*, de qua scriptum est, *Proferte stolam primam*: [a] 'Hoc est (ait ille) FIDEM, veritatisque cognitionem, ,quarum rerum, à Patre discedens, iacturam fecerat: *Et induite illum*, qui seipsum exuerat'. Apud Ambrosium legimus *exuvias fidei*; quas ille contraponit *integumentis foliorum*, quibus se Adam fide iam exutus succinxit: [b] 'Si ieiunasset Adam (inquit) FIDEI servasset EXVVIAS, ,nec se aspexisset intectum. Non ergo nos induamus iniquitate & im-,pietate, ne de aliquo nostrûm dicatur, *Induit se maledictione*. Malè se ,induit Adam, qui dum quæreret INTEGVMENTA FOLIORVM, maledictionis excepit sententiam'. Certè hìc non aliud sunt folia, aliud foliorum integumenta: sed integumenta sunt ipsa *folia ficus*; quibus Adam, amissâ fide seu fidei exuviis, sua texit pudenda. Rursus non aliud est fides, aliud fidei exuviæ: sed exuviæ fidei sunt ipsa fides, quæ vestierat Adam ante transgressionem, *amictum lumine sicut vestimento*. Sed audi adhuc Ambrosium absque vllo ambiguitatis involucro de fide ac perfidia adæ differentem: [c] 'Hunc (ait de Adamo) eousque videre nolebat Dominus, vt quæreret, dicens: *Adam vbi es*? Qui quæritur pro absente habetur. FIDES est quæ nos repræsentat Deo, PERFIDIA quæ facit

Luc.10.30 2.Cor.11.14. Psal.103.2 Luc.15.22 Gen.3.7. Psal.108.18. Ioh.5.16 1.Thess.5.8.

[z] *Ambr. l. 7. in cap. 10. Luca. Citatur ab Augustino l. 1. contra Iul. cap. 3.*

Præoccupatio.

Augustinus.

[a] *Titus Bostrenus in cap. 15. Lucæ vers. 22.*

[b] *Ambr. in Psal. 72. vers. 6.*

[c] *Ambr. in Psal. 36. vers. 9.*

Digitized by Google

facit impios exulare. Nemo dubitare hìc ſinitur, quin Adam ex Ambroſij mente fidem amiſerit, ac perfidiam incurrerit, quæ eum à Deo exulare fecerit. Ambroſio hac in parte conſonat Hilarius Comment. in Pſal. 1. verſ. 6. vbi comparans illud Dei ad Abraham, *Nunc cognovi quòd times Deum*, cum illo eiuſdem ad Adam iam lapſum, *Adam vbi es?* Gen. 22. 12

Hilarius. 'Abſolutè (inquit) Dominus oſtendit in Adam atque Abraham, peccatores ſe ignorare, cognoſcere autem FIDELES: Nam Adæ poſt peccatum dictum eſt, *Vbi es Adam*'? Et pauculis de Abrahæ fidelitate, quâ notus erat Deo, interpoſitis: 'Sic itaque (ſubdit) Deus & cognoſcit, & neſcit; cùm Adam peccator neſcitur, & Abraham FIDELIS agnoſcitur'. Vbi antitheſis *peccatoris* & *fidelis*, clarè indicat quòd *peccatoris* vocabulo antonomaſticè intelligatur infidelis: ſicut *peccatum* antonomaſticè intelligitur infidelitas, vt perhibet

Auguſtinus. Auguſtinus Epiſt. 50. & 105. & lib. 3. ad Bonif. c. 3. & Tract. 89. in Joannem, & Tract. 6. in Epiſtolam Joannis, & Serm. 11. de Verbis Domini cap. 7. cui propoſito accommodat illud Chriſti de Iudæis incredulis, *Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem*, PECCATVM *non haberent*. Atque ita Hilariana de Adæ infidelitate ſententia coincidit cum Ambroſiana. Incurrit porrò hanc infidelitatem Adamus, quando eum diabolus, vt alibi idem Hilarius ait, [d] 'Divini nominis ambitione corruperat, *Dijs futurum ſimilem* pollicendo'. Recitat & approbat Auguſtinus lib. 1. contra Julianum cap. 3. ſententiam Olympij Hiſpani Epiſcopi, 'Viri (vt Auguſtinus ibidem ait) magnæ in Eccleſia & in Chriſto gloriæ', præcitatis patribus omninò conſonam: 'Si FIDES (ait ille) vnquam in terris incorrupta manſiſſet, ac veſtigia defixa tenuiſſet, quæ ſignata deſeruit, nunquam protoplaſti mortiferâ trâſgreſſione vitium ſparſiſſet in germine, vt peccatum cum homine naſceretur'. Sicut ergo pro certo habet Olympius peccatum cum homine naſci, ita & fidem in terra incorruptam non manſiſſe, nec veſtigia defixa tenuiſſe, ſed ſignata deſeruiſſe. Tertulliani locum huic propoſito accommodum deſcripſimus ſub initio §. præcedentis. Sed audi quemadmodum Tertulliano Suarez illudat: [e] 'Tertullianus (ait ille) qui verbis magis EXCEDERE videtur, planè METAPHORICE ſe loqui declarat: vocat enim peccatum Adæ HÆRESIM, quia *per electionem ſuæ potiùs quàm divinæ ſententiæ illud admiſit*. In qua ratione ſatis oſtendit ſe tantùm VOCABVLO LVDERE, ſecundùm etymologiam eius'. Sed peſſimâ profectò fide Illuſor iſte ſuperiora Tertulliani verba ſuppreſſit, in quibus nulla metaphoræ aut vocabulariæ luſionis vmbra apparet: 'A primordio (præmiſerat Tertullianus, quod diſſimulat Suarez) homo animalis, non recipiens quę ſunt Spiritus, STVLTITIAM EXISTIMAVIT LEGEM DEI, vt quam obſervare neglexit: ideoque NON HABENDO FIDEM, etiam quod videbatur habere ademptum eſt illi, paradiſi gratia, & familiaritas Dei'. Quænam hìc, quæſo, vel metaphoricæ locutionis vel vocabulariæ luſionis vmbella? Nonne apertè ſine vllo ambiguitatis involucro dictũ eſt: *Stultitiam exiſtimavit legem Dei*? Nonne præterea ad præoccupandas

Gen. 3. 5.

[d] *Hilarius Canone 3. in Matthæum.*

Olympius.

Tertullianus.

Cavillatio.

[e] *Suarez lib. 11. de Gratia cap. 5 n. 26.*

Explodituꝛ.

Tertullianus.

das Suarezij cavillas, quibus fingit abfuiſſe pertinaciam neceſſariam ad amittendam fidem, additum eſt, *Ideoq; non habendo fidem* &c. ? Tanquam diceretur, propter huiuſmodi exiſtimationem, vtique pertinacẽ, caruit fide, ſive excidit fide. Vnde quod ſubditur de etymologia *hæreſis*, non eſt vocabularia luſio, ſed dictorum confirmatio. Tanquam diceretur : Exiſtimatio illa, quâ *ſtultitiam exiſtimavit legem Dei*, vſque adeò hęretica fuit, vt nec ipſa quidem etymologica *hæreſeos* ratio ei defuerit : Nam *hæreſis* ab electione dicitur; Adam autem exiſtimationem illam admiſit *per* ELECTIONEM *ſuæ potiùs, quàm divinæ ſententiæ*. Cyrillus lib. Glaphyrorum in Leviticum ſub initium : 'Primus parens ,Adam (inquit) neglecto divino præcepto ad INCREDVLITATEM INOBEDIENTIAMQVE declinavit'. Auguſtinus lib. 14. de Civit. c. 17. exponens quemadmodum Scriptura dicat protoplaſtos poſt lapſum *cognoviſſe ſe eſſe nudos* : 'Hoc cognoverunt (inquit) quod fæliciùs ignorarent, ſi Deo credentes & obedientes non committerent, quod eos ,cogeret experiri, INFIDELITAS & INOBEDIENTIA quid nocerent'. Huic teſtimonio illudere nititur Suarez per ſuam *partitionem commodam*, vt indicavimus ſuprà hìc §. 3. paulò ante finem. Verùm malâ fide inprimis ſuppreſſit primam ſententiæ partem vſque ad verbum *Experiri*, quod ipſe participialiter expreſſit, ne cogeretur præcedentia cõtexere, ex quibus appareret quàm incommoda ſit illa partitio quam vocat ipſe *commodam*. Certum quippe eſt, *infidelitatem & inobedientiam*, in poſteriori parte à Suarezio expreſsâ, contraponi ei quod præceſſerat, *Si Deo credentes & obedientes* &c. Hoc autem omninò reſpuit partitionem commodam : atque adeò partitionem à Suarezio in altera parte confictam reddit prorſus incommodam. Minor patet, quia certum eſt protoplaſtos non fuiſſe in fœlici ignorantia nuditatis ſuæ permanſuros, niſi vterque perſtitiſſet *Deo credens & obediens*. Alioquin enim ſufficere potuiſſet quod per *partitionem commodam* ita perſtitiſſent *credẽtes & obedientes*, vt vnus credidiſſet licet non obediſſet, alter obediſſet licet non credidiſſet. Secundò Suareziana partitio adeò eſt incommoda, vt authorem deducat ad horrendum incommodum. Etenim dum vult inter Adam & Evam ſic partiri infidelitatem & inobedientiam, vt Eva habeat infidelitatem, Adam inobedientiam; vel intelligit ſingula membra cum excluſione, vel ſine excluſione. Si ſine excluſione, non erit partitio commoda: Si autem cum excluſione, conſequens eſt vt ſicut Adę attribuitur inobedientia ſine infidelitate, ita Evæ infidelitas ſine inobedientia. Quis non hìc exclamet : õ groſſa Suarezij dialectica, quæ Evam excuſat ab inobedientia ! Fortaſſis in eadem ſua dialectica novam Suarezius procudet partitionis ſpeciem, quam vocabit ſemicommodam; iuxta quam Evæ attribuetur infidelitas & inobedientia, Adæ verò ſola inobedientia. Sed quid hoc proderit, niſi hanc dialecticam Auguſtino notam fuiſſe oſtenderit; quod nunquam profectò poterit. Sine vlla itaque ambiguitate Auguſtinus infidelitatem cum inobedientia attribuit non ſolùm Evæ, ſed etiam Adæ:

Cyrill. Alex.

Auguſtinus.

Suarez inepſit.

Præoccupatio.

Atq; ita consonat Ambrosio & Cyrillo suprà hìc citatis: quorũ prior, ab ipsomet Augustino lib. 1. contra Iul. cap. 3. transcriptus & approbatus: *Cave ergo*, inquit, *ne antè nuderis, sicut Adam antè nudatus est*, MANDATI CÆLESTIS CVSTODIA DESTITVTVS, & EXVTVS FIDEI VESTIMENTO. Vbi quid est aliud *Mandati cœlestis custodia*, nisi obedientia? Quid *fidei vestimentum*, nisi fides? Posterior apertissimè asserit, *Adamum ad incredulitatem inobedientiamq; declinasse*. Atque hunc Ambrosij, Cyrilli, & Augustini sui sensum liquidissimè expressit Prosper, ita scribens de Adamo: [f] 'Illum FIDE OBEDIENTIAQVE PRIVATVM, in suas promissiones diabolus à Dei lege traduxit'. Atq; hic est ille Prosper, qui, Suarezio ipso fatẽte, [g] 'Semper fidelissimus Augustinianæ doctrinæ defensor ac sectator fuit'. Subdit porrò Suarez n proximè sequenti ibidem: 'Quapropter inter omnes Patres, qui post exortos Semipelagianos pro gratia Dei scripserunt, Prosper maximam authoritatem post Augustinum obtinuit: & sanè merito'. Sed audi quid ibidem n. 25. subtexat de Fulgentio: 'Propriè (inquit) & ex instituto disputavit de Gratia contra Semipelagianos in libro *De Incarnatione & Gratia*, à cap. 12. Quod Opus vnum est ex præcipuis contra Semipelagianos, & post Augustini & Prosperi Opera maximi ponderis & authoritatis mihi esse videtur'. Ex hoc ipso libro, & quidem pro ea parte quâ contra Semipelagianos de Gratia tractat, testimonia amissæ per Adam fidei iam dedimus, adeò quidem luculenta, vt maluerit Suarez Authorem indissimulanter repudiare, quàm periculum ea in suum sensum quoquomodò detorquendi subire: prout §. 3. iam vidimus. Inaniter porrò laborat Suarez, dum Augustinum à Prospero & Fulgentio separare molitur; quasi hi Præceptoris sententiam vel nescierint, vel ab ea scientes volentesque deflexerint. Atque vt cunctis Suareziani huius moliminis inanitas pateat, vnum adhuc Augustini locum hìc proferam, qui nullis dialecticæ subtilitatis præstigijs in alienum à Prospero & Fulgentio sensum distrahi valet. Tractans quippe Apostolicam illam sententiam, *Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter iustificationem*: [h] 'Hoc dictum est (inquit) ne ideò putarent homines vel nullum vel paruum se habere beneficium de gratia Christi, quia necessariò morituri sunt corpore. Attendere quippe debent, corpus adhuc peccati meritum gerere, quod conditioni mortis obstrictum est; sed iam spiritum cœpisse vivere propter iustitiam fidei, qui & ipse IN HOMINE FVERAT QVADAM MORTE INFIDELITATIS EXTINCTVS'. Cui testimonio quod addam nihil aptius occurrit, quàm illud, quod Augustinus ipse infrà subiungit: 'Quid adhuc tantæ luci fumus contentionis offunditur'? Sed & hunc fumum à Suarezio offundendum quasi propheticè præviderunt, prævisumque dispulerunt Theologi Lovanienses hoc Scholiolo marginali: *Morte* INFIDELITATIS *Adæ spiritus extinctus fuit*. Eodẽ modo Augustinum suum intellexerat Prosper, cùm diceret: [i] 'Scientiam boni Adam tunc habebat quando, bonum sanctumque mandatũ Dei

Rom. 8. 10

Ambrosius.

Cyrillus Alex.

[f] *Prosper Resp. ad Obiectionem 5. Vincent.*

[g] *Suarez Proleg. 6. de Gratia c. 6. n. 22.*

[h] *Aug. l. 1. de Peccat. Meritis cap. 7. Ville Tract. 22. in Ioan.*

Lovanienses in margine loci citati.

[i] *Resp. l. contra Collat. cap. 21.*

Digitized by Google

,Dei FIDELI corde ſervabat, & erat iuſtus manens in imagine creato-
,ris ſui, legiſque eius non obliviſcens: poſtquam autem ſe, hoc eſt,
,imaginem & templum Dei, DECEPTORI ſuo ſubdidit, perdidit bo-
,ni ſcientiam, quia perdidit bonam conſcientiam: Juſtitiam enim ini-
,quitas depulit, humilitatem ſuperbia deſtruxit, continentiam concu-
,piſcentia eliſit, INFIDELITAS RAPVIT FIDEM, captivitas abſtulit li-
,bertatem: Nec potuit illic vlla portio reſidere virtutum, quo tanta
irruperat turma vitiorum'. Addo in hanc rem teſtimonium Hierony-
mi, ſi tamen ipſe eſt author Commentarij in Pſalterium; qui in illud
Pſalmographi, *Conturbata ſunt oſſa mea*: 'Ac ſi dicat (inquit) OMNES
,VIRTVTES, quæ *Oſſa* appellavit, in PRIMO HOMINE tranſgreſſus ſum,
ſive PERDIDI'. Qui *omnes virtutes* dixit, fidem certè non excepit.
Quò ſpectat, quòd ſub finem Dialogi 3. adversùs Pelagianos appro-
bat nominatim libros Auguſtini de Peccatorum Meritis, ſeu de Bapti-
zandis infantibus, vnde apertiſſimum teſtimonium infidelitatis Adæ
iam protulimus: item quòd Epiſt. 151. paulò ante finem aſſerit, 'Nos
in Ægypto quondã fuiſſe'. Quis enim niſi Adã nos in Ægyptũ duxit;
aut quomodo nos Adã in Ægyptũ duxit, ſi nõ ipſe illuc deſcẽdit? Hoc
qui negat, profectò inter Eccleſiæ Patres nullũ patronũ ſui dogmatis
inveniet. Interim ne ſine patrono Suarezium relinquamus, vt Maſſi-
liam vel Genuam tranſmigret admonemus: Jbi ei occurret Semipe-
lagianus ille Satrapes, de quo ait Proſper: [k] 'Fatetur nobiſcum, quòd
,in primo Adam omnium hominum natura vitiata ſit; nec negat, eam
,in illo lapſu ſuas amiſiſſe virtutes, quas niſi per gratiam recipiat, habere
,non poſſit. Quid eſt ergo quòd eidem naturæ SOLAM FIDEM NON
,VVLT ESSE PRÆREPTAM, quam niſi primam amiſiſſet, cæteris bo-
,nis omnibus non careret? Credendo enim Adam diabolo, non cre-
,didit Deo: & cùm ſpiritu ſuperbiæ inebriatus eſſet, diſceſſit à Domi-
,no cor eius; & factus eſt ſervus Apoſtatæ, dum liber vult eſſe iuſtitiæ'.
Recolat porrò Lector quæ de comparatione veterum Semipelagiani-
ſtarum & hodiernorum Moliniſtarum ſcripſimus lib. 2. cap. 12. §. 1.
vbi & hunc ipſum Proſperi locum pro detegenda Semipelagianiſmi
origine adduximus; & Moliniſtas in peius proficientes, Semipelagia-
nis deteriores, ac Chriſtianæ gratiæ inimiciores eſſe oſtendimus: vt
appareat quàm verè prophetaverit Apoſtolus: *Mali homines*, inquiens,
& ſeductores, proficient in peius; errantes, & in errorem mittentes. Vtinam
verò non in eis, vel in eorum diſcipulis aliquando impleatur illud Ho-
ratianum: [l] 'Damnoſa quid non imminuit dies? Ætas parentum pe-
,ior avis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitioſio-
rem'.

Videibid. c. 19. & l. 1. de Vocat. Gentium c. 7.

Hieronymus.

[k] *Proſp. Reſp. ad tria priora Excerpta Genuen.*

[l] *Horat. lib. 3. Ode 6.*

6. Supereſt vt videamus quibus inductus motivis Suarez, protoplaſtum
ab infidelitate vindicandum, contra tantam nubem teſtium, cenſuit.
Poſſumus autem ea ad tria vniverſim capita redigere, quorum primũ
eſt, Eccleſiæ perpetua indefectibilitas; Secundùm, Apoſtoli Pauli ad

Timotheum ſcribentis irrefragabilitas; Tertium denique, Auguſtini Apoſtolum interpretantis authoritas. Etenim cùm fides ſit forma quodammodo conſtitutiva Eccleſiæ, ſi protoplaſtus ante genitas vllas proles fidem amiſerit, conſequens eſt vt Eccleſia de mundo tunc perierit. Hoc argumento adeò preſſus eſt Suarez, vt vtrumque protoplaſtum ab infidelitate vindicare tentaverit: neque enim alterutro in infidelitatem labente alter ſolus quantumlibet fidelis Eccleſiam conſtituiſſet; Siquidem, vt Suarez ipſe agnoſcit, [m] 'Eccleſia nomen eſt collectivum, & ideò ſicut *Populus* vel *Reſpublica* non vnâ tantùm perſonâ conſtat, ita neque *Eccleſia*; cùm politicum ſit corpus, ex plurium hominum coniunctione coaleſcens. Ex quo conſtat, propriè in ſolo Adamo non fuiſſe Eccleſiam'. Hinc ergo ſuborta eſt Suarezio neceſſitas ibidem n. ſequenti dicendi: 'Neque eſt veriſimile aut probabile, Adamum perdidiſſe fidem. Quod etiam de Eva probabiliùs dicendũ eſt'. Sed huius aſſertionis temeritatem Author ipſe tacitè agnoſcit Sectione proximè ſequenti ſub initium: 'Eccleſia (inquiens) à ſui initio (ſaltem poſt primorum parentum pœnitentiam, SI FORTE PER HÆRESIM ETIAM LAPSI FVERANT, de quo alibi) vſque ad adventum Chriſti, perpetuâ quâdam fidelium ſucceſſione duravit, quæ neque minimo tẽpore interrupta fuit, in quo non fuerit in mundo aliqua fidelium congregatio'. Quis hìc non videat, inſertione iſtius clauſulæ, *Si fortè per hæreſim lapſi fuerant*, indicari dubietatem ſententiæ adverſę? Si autem dubia eſt illa, certè temerè præmiſſum eſt, *Neque eſt veriſimile aut probabile, Adamum perdidiſſe fidem* &c. Grandis quippe temeritas eſt, dubiam ſententiam dicere adeò certam, vt eius contradictoriam veriſimilitudine probabilitateque vacuam cenſeas. Alias Suarezij hac in parte antilogias videat Lector ſuperiùs hìc §. 3. Advertat præterea, non negari à Suarezio, nec negari poſſe, quin ambo protoplaſti à ſanctitate exciderint; cùm tamen in Symbolo profiteamur, *Credere nos Sanctam Eccleſiam*. Si ergo non obſtat profeſſioni noſtræ, quâ *credimus Eccleſiam ſanctam*, quòd duo primi homines, cùm ſoli in mundo exiſterent, à ſanctitate exciderint; cur putabimus obſtare alteri profeſſioni noſtræ, quâ credimus Eccleſiam in fide indefectibilem, quòd ijdem primi homines, cùm ſoli in mundo exiſterent, à fide ad infidelitatem defecerint? 'Si de Eccleſia (ait ipſe Suarez inferiùs Sect. 7. n. 4.) vt à Chriſto inſtituta eſt, loquamur, certum omninò videtur, neque fuiſſe, neque fore vnquam tempus, in quo non exiſtat vera ſanctitas in corpore Eccleſiæ, atque adeò in aliquibus eius membris, quamvis non ſit neceſſarium eſſe in his vel illis determinatè ſumptis. Ita interpretantur omnes, imò & tota Eccleſia ita intelligit illos articulos Symboli, *Credo ſanctam Eccleſiam, & Communionem Sanctorum*'. Et mox infrà: 'Si verò (ſubdit) loquamur de Eccleſia ante adventum Chriſti, præcipuè de initio illius, cùm ſcilicet Eccleſia duobus tribuſve cõſtabat fidelibus, non eſt neceſſarium credere, in nullo inſtanti vel tempore Eccleſiam caruiſſe gratia, ſaltem immediatè poſt peccatum primorum parentum. De cæteris verò temporibus nihil

[m] *Suarez. Tract. de Fide Diſp. 9. Sect. 2. n. 2.*

Digitized by Google

est omninò certum'. Sed quis non videat, quæ à Suaresio hìc dicuntur de Ecclesiæ sanctitate, regeri ei posse de eiusdem in fide indefectibilitate? Certè enim pro quocunque tẽpore non obstringimur credere Ecclesiã sanctam, nec obstringimur credere in fide firmam. Verũ quidem est, amitti posse sanctitatem retentâ fide, ex natura rei: Sed similiter verum est, amitti posse fidem perinde ac sanctitatem, ex natura rei. Ac per hoc, non ex natura rei, sed ex promissione Dei habet Ecclesia alterutram indefectibiliter. Deus autem eidem Ecclesiæ promisit sanctitatem, cui promisit in fide firmitatem. Vnde pessimâ fide agit Suarez citatâ Disp. 9. sect. 3. n. 3. dum pro astruenda Ecclesiæ indefectibilitate in fide allegat illas Dei promissiones apud Oseam,

Os. 2. 19. & 20. *Sponsabo te mihi in sempiternum*: item *sponsabo te mihi in fide*; suppressâ hâc promissione ibidem interiacente, *Sponsabo te mihi in iustitia*. Quia enim nullo modo negare vel dubitare poterat primos parentes à iustitia excidisse, adeoque eis accommodari *sponsationem iustitiæ* non posse; maluit hanc è medio reliquarum tollere, quàm manifestæ redargutioni ansam præbere. Sed nos ex omnium collatione colligimus, de eadem Ecclesia dictum esse, *Sponsabo te mihi in iustitia*, de qua dictum est, *Sponsabo te mihi in fide*. At verò certissimum est, non posse de protoplastis pro primo statu intelligi illud prius: adeoque nec de eis intelligitur posterius. Deus enim, vt Augustinus ait, [n] 'Sic ordinavit An-
,gelorum & hominum vitam, vt in ea priùs ostenderet quid posset eo-
,rum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæque iudicium'. Promissiones proinde Dei de conservanda Ecclesia in fide & iustitia, non sunt referendæ ad illud tempus, quo Deus voluit ostendere quid humanum posset arbitrium; sed ad illud, quo voluit ostendere quid posset suæ gratiæ beneficium. Ad illud nimirum tempus, de quo alibi idem ait: [o] 'Post casum hominis non nisi ad
,gratiam suam Deus voluit pertinere vt homo accedat ad eum, neque
,nisi ad gratiam suam voluit pertinere vt homo non recedat ab eo.

Eph. 1. 11. ,Hanc gratiam posuit in illo *quo sortem consecuti sumus, prædestinati se-*
,*cundùm propositum eius qui vniversa operatur*: Ac per hoc sicut operatur
,vt accedamus, sic operatur ne discedamus. Propter quod ei per Pro-

Psal. 79. 18. & 19. ,phetam dictum est, *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium*
,*hominis quem confirmasti tibi: & non discedimus à te.* Iste certè non est
,Adam primus, in quo discessimus ab eo; sed Adam novissimus, super quem sit manus eius, vt non discedamus ab eo'. Primis itaque parentibus fidem & iustitiam Deus primitus infudit, & ad eas perseveranter tenendas adiutorium gratiæ possibilitantis impertijt: quo illi abusi infidelitatem iniustitiamq; incurrerunt; atq; ita, quid liberum posset arbitrium, ostenderunt. Supererat proinde vt Deus in ipsdem ac eorum posteris ostenderet quid posset suæ gratiæ beneficium: [p] 'Ita fa-
,ctum est (ait alibi idem) vt voluntas hominis invalida & imbecilla,
,in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem Dei; cùm voluntas
,primi hominis fortis & sana, in bono ampliore non perseveraverit,
,habens virtutem liberi arbitrij, quamvis non defuturo adiutorio Dei

[n] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 10.*

[o] *Aug. l. de Bono persever. cap. 7.*

[p] *Aug. l. de Corrept. & Grat. c. 12.*

Digitized by Google

,ſine quo non poſſet perſeverare ſi vellet, non tamen tali quo in illo ,Deus operaretur vt vellet. Fortiſſimo quippe dimiſit atque permiſit ,facere quod vellet, infirmis ſervavit vt ipſo donante invictiſſimè ,quod bonum eſt vellent, & hoc deſerere invictiſſimè nollent. Dicen- ,te ergo Chriſto, *Rogavi pro te*, NE DEFICIAT FIDES TVA, intelliga- Luc. 22 ,mus ei dictum, QVI ÆDIFICATVR SVPER PETRAM. Atq; ita homo ,Dei non ſolùm quia *Miſericordiam conſecutus eſt vt fidelis eſſet*, verume- 1. Cor. ,tiam QVIA FIDES IPSA NON DEFICIT, *qui gloriatur, in Domino glorie-* 25. *tur*'. Noluit Suarez ex Auguſtino diſcere diſcrimen adiutorij ad perſe- 1. Cor. 1 verandum in fide & ſanctitate dati hominibus integris, ab adiutorio 31. quod per Chriſtum impenditur hominibus lapſis: & idcirco neſcivit ſecernere Eccleſiam fundatam ſuper petram, ab Eccleſia fundata ſuper arbitrij humani arenam, penes ſtabilitatem atque in fide indefectibilitatem. Quanto rectiùs manſiſſet intra limites ſibi præfixos, nec ad ſtatum innocentiæ prærogativas Eccleſiæ ſuper petram erectæ extendiſſet, ſed ad illud quod ſuperiùs Sect. 1. n. 1. præmiſerat attendiſſet: *Suarez.* 'In præſenti, nomine *Eccleſia* vtimur, quatenus ſignificat & SOLAM & ,totam congregationem fidelium hominum IN CHRISTO CREDENTIVM'. Huius Eccleſiæ in fide ac ſanctitate ſtabilitatem Catholici omnes pro viribus propugnant; ſed qui inter eos ſaniùs ſapiunt, Maſſilienſium deliramentum de protoplaſti perſeverantia in fide devitant: vſqueadeò quidem, vt illam primorum hominum in paradiſo copulã, nuncupatione *Eccleſia* dignari caveant: [q] 'De militante hìc Eccleſia *q Viggers in* ,(ait Ioannes Wiggers) ex hominibus LAPSIS congregata, agimus: *2.2.q.1.ar.10.* ,Ad quam nec ANGELI BEATI, nec PRIMI PARENTES ANTE SVVM LAP- *Tract. de Eccle-* ,SVM PERTINENT: quos & ipſum ECCLESIÆ nomen, dictum ab *ſia Dubio 1.n.7* ,EVOCATIONE, ſcilicet AB INFIDELITATE ET LAPSV, excludit, ſive non admittit'. Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Eccleſia cap. 1. *Bellarminus.* 'Eccleſia (inquit) eſt evocatio ſive cœtus vocatorum. Dicitur autem ,populus Dei cœtus vocatorum, quia nemo ad hũc populum ſe adiun- ,git per ſe, & ſuo proprio inſtinctu; ſed omnes quotquot veniunt, à ,Dei vocatione præveniuntur. Eſt enim vocatio primum beneficium, ,quod ſancti recipiunt: *Quos vocavit*, inquit Apoſtolus, *hos iuſtificavit*; Rom. 8. 3 ,*quos iuſtificavit, hos & magnificavit*. Et Actorum 2. *Quoſcunque advoca-* Act. 2. 3 ,*verit Dominus Deus noſter*. Hinc toties Apoſtolus Chriſtianos appellat *vocatos* in omnibus ferè Epiſtolis'. Vocatos vtique ad fidem de infidelitate, vt ex averſis fiant converſi: [r] 'Uocavit nos Deus (inquit Au- *r Aug Serm. 16* guſtinus) cùm AVERSI eſſemus'. Et inferiùs ibidem c. 3. 'Niſi AVER- *de Verbis Apoſt.* SVS eſſes, non vocareris'. Si Eccleſia dicta eſt à vocatione, vocatio *cap. 1.* autem præſupponit averſionem; proculdubiò Eccleſia non cœpit ante primorum hominum tranſgreſſionem, quæ vtique anteceſſit averſorum vocationem. Non enim ante, ſed poſt tranſgreſſionem, *Abſcon-* Gen. 3. 8 *dit ſe Adam & vxor eius à facie Domini* DEI *in medio ligni paradiſi*: VOCA- & 9. VITQVE *Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Qui ab hac vocatione exordium Eccleſiæ ſumendum cenſent, indefectibilitati eius prudentiùs quàm Suarez conſulunt; qui vt diuturnitatem Eccleſiæ paululùm

Digitized by Google

in anteriora protendat, indefectibilitatem eius præsentissimo periculo exponit: Atque ita non solùm veterum Semipelagianorum perfidiã refovet, vt sub finem præcedentis §. indicavimus; sed Lutheranorum etiam ac Calvinianorum errori imprudenter indulget. Contendunt hi Ecclesiam à fide excidisse, atque adeò defecisse: idq; probant argumento ex primorum parentum apostasia desumpto, vt videre est apud Bellarminum lib. 3. de Ecclesia cap. 16. sub initium. Suarez vt argumentum elidat, negat esse *Verisimile aut probabile* istud postremum: Cuius tamen oppositum tot Patrum attestationibus evicimus, & Suarez ipse §. 3. relatus agnoscit. Ex quo planè sequitur, hæreticos hac in parte probabiliter suum concludere intentum; nec proinde esse hæreticos, sed probabiles dialecticos aut dialectico-theologos. Ecce quàm impensè Suarez eis favet, quibus immoderato zelo obviare voluit. Sed obtendit Apostolum Timotheo scribentem, *Adam non est seductus*. Verùm cùm ad salvandum Ecclesiæ indefectibilitatem fidelitas solius Adæ non sufficiat, & Apostolus ibidem evestigio subtexat, *Mulier autem seducta in prævaricatione fuit*; non video quid hinc pro indefectibilitate prætensæ suæ Ecclesiæ elicere possit opponens. Deinde non negat Apostolus, Adamum errasse, aut circa fidem naufragasse; sed *seductum esse*. Sed quomodo, inquies, non est seductus, si in errorẽ fidei contrarium est lapsus? Respondet Hugo Victorinus: [f] 'Non est ,seductus PRIOR, & IN EO IN QVO MVLIER: vt dicit authoritas'. Sed insurgit hìc Suarez, & ait: [t] 'Hæ expositiones, eo ipso, quòd particulam aliquam addendam vel subintelligendam censent, suspectæ sunt'. Hanc obiectionem sibi formavit Hugo ibidem, eiusque occasione tertiam Apostolicæ sententiæ interpretationem subiecit: 'Sed ,nunquid (inquit) non est seductus, si PRIOR non est seductus, & IN ,EO IN QVO MVLIER? Si enim quis non est vulneratus in capite, ergone non est vulneratus? Nunquid ad negationem determinatam sequitur simplex negatio'? Hactenus obiectio sequitur tertia Apostolici dicti interpretatio: 'Doctores novi Testamenti quandoque dicunt ,aliquid non fuisse, quod Scriptura veteris Testamenti non dicit fuisse. ,Vnde quia Scriptura Geneseos loquens de seductione mulieris, nihil ,dicit de seductione viri; ideò Apostolus dicit, *Adam non est seductus, sed mulier*'. Alias eiusdem loci interpretationes tribus istis adiunctas videre licet apud Pererium lib. 6. in Genesim n. 94. & apud Bellarminum lib. 3. de Amissione gratiæ & statu peccati cap. 7. & apud Estium in Commentario ipsius loci, rursusque in 2.m Dist. 22. §. 5. Qui item §. 6. ad locos Augustini à Suarezio obiectos accurratè respondet. Remisso proinde ad eum Lectore, duo tantùm hìc admonenda putavi: Vnum est, Augustini textum à Suarezio malâ fide truncari, & conditionalem locutionem in absolutam mutari. Vbi enim Augustinus ait de Adamo: [u] 'Non eum arbitror, SI iam spiritali mẽte præditus erat, ,vllo modo credere potuisse, quòd eos Deus ab esca illius ligni invidendo vetuisset': Suarez abscisså voculâ, *si*, fingit Augustinum absolutè

1 Tim. 2. 4.

Obiectio diluitur.

[f] *Hugo Victor. q. 16. in Priorem ad Timoth.*

[t] *Suarez. l. 4. de Amiss. status innoc. c. 4. n. 9.*

Pererius. *Bellarminus.* *Estius.*

[u] *Aug. l. 11. de Gen. ad Litt. cap. 42.*

Digitized by Google

Vide Suarez. lib. & capite iam citatis n. 16. & 17.

solutè assertivè que dixisse, *Iam spirituali mente praditus erat:* atque ita Augustini disceptationem, pro decisione obtrudit. Recolat interim Lector quæ super hunc ipsum Augustini locum scripsimus hìc suprà c. 9. §. 6. paulò ante finem. Alterum est, Suarezium lib. & cap. iam citatis, post commemoratas quatuor sibi adversas Apostolicæ sententiæ, *Adam non est seductus*, expositiones; subdidisse hanc censuram n. 9. 'Hæ ,omnes expositiones probabiles quidem sunt propter Patrum authoritatem : MIHI TAMEN, VT verum fatear, NON SATISFACIVNT'. Ubi refricanda denuo sunt quæ in vilipendium authoritatis Patrum effutierat hìc suprà relatus §. 3. sub initium : quæ item ex Petavio, Molina, & alijs eorum Consodalibus descripsimus cap. 1. §. 1. & 2. & cap. 10. §. 4. Quapropter lubet adversùs hos Patrum Spretores extollere ,vocem cum B. Anselmo, ac dicere [w] 'Palam est, quia illi non habent ,fidei firmitatem, qui, quoniam quod credunt intelligere non possunt, ,disputant contra eiusdem fidei A SANCTIS PATRIBVS CONFIRMA- ,TAM VERITATEM : velut si VESPERTILIONES & NOCTVÆ, non ,nisi in nocte cœlum videntes, de meridianis solis radijs disceptent contra AQVILAS, solem ipsum irreverberato visu intuentes'.

Suarez.

[w] *Anselm. lib. de Incarn. Verbi c. 2.*

CAPVT XIV.

Translatio humani generis in primis parentibus de Paradiso in Babylonicam Infirmariam. Babylon *interpretatur* Confusio, *cuius filia est carnalis quævis cupiditas, quam cordis confusio procreat. Concupiscentiæ vulnere per diabolum inflicto totum genus claudicat humanum.*

QVemadmodú propter plagam cæcitatis in Ægyptum de Paradiso descendimus, ita propter plagam cupiditatis in Babylonem de eodem paradiso transmigravimus : [a] 'Cives fuimus Hierusalem ,(ait quidam) & facti sumus cives Babylonis : Hierusalem paradisus, ,Babylon mundus. Translati sumus in primo parente, in ,quo peccavimus, de Hierusalem in Babylonem, de paradi- ,so in mundum, de patria in exilium, de iubilo in luctum, de re- ,quie in laborem, de gaudio in mœrorem, de libertate in servitutem, ,de gloria in ignominiam, de voluptate in ærumnam, de fælicitate in ,miseriam, de delicijs in esuriem, de integritate in corruptionem, de vita in mortem'. Ecce quàm fœda commutatio, quàm læva commigratio. Non est hæc *mutatio dexteræ Excelsi*, sed sinistræ protoplasti : [b] 'Commutatio enim (Augustino contestante) vel in deterius est, ,vel in melius. Adam & Eva in deterius : qui ex Adam & ,Eva Christo adhæserunt, in melius commutati sunt : Sicut enim *per ,vnum hominem mors*, ita *& per vnum hominem resurrectio mortuorum* : *& ,sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur.* Ab ,eo quod formavit Deus, mutatus est Adam, sed in peius iniquitatis suæ

I.

[a] *Hugo Victor. Sermone 51.*

[b] *Aug. in Psal. 68. super Titulo.*

Psal. 76. 11.

1. *Cor. 15.* 21. & 22.

Vide Hugon. Vict. l. 1. Erud.

Digitized by Google

,ſuæ: ab eo quod operata eſt iniquitas mutantur fideles, ſed in melius ,per gratiam Dei. Vt mutaremur in peius, noſtra iniquitas fuit: vt ,mutaremur in melius, non noſtra iuſtitia, ſed gratia Dei præſtat. ,Quod ergo in peius mutati ſumus, nobis imputemus: quod in melius commutamur, Deum laudemus'. Ex hac Auguſtini ſententia efformatus eſt canon 15. Arauſicanæ Synodi, ita ſonans: 'Ab eo quod ,formavit Deus, mutatus eſt Adam, ſed in peius per iniquitatem ſuã: ,ab eo quod operata eſt iniquitas, mutatur fidelis, ſed in melius per ,gratiam Dei. Illa ergo mutatio, fuit prævaricatoris primi: *Hæc*, ſecundùm Pſalmiſtam, *mutatio dexteræ excelſi*'. Definierat ſuperiùs can. 1. eadem Synodus, 'Per offenſam prævaricationis Adæ, totum, id eſt, ſe,cundùm corpus & animam, in deterius hominem fuiſſe commutatum'. Cui conſonat Tridentina Synodus ſeſſ. 5. in Decreto de peccato originali can. 1. in finalibus verbis: poſt Auguſtinum lib. 2. de Nuptijs & Concup. c. 34. dicentem: 'Illo magno peccato primi ho,minis, natura ibi noſtra in deterius commutata, non ſolùm facta eſt peccatrix, verumetiam genuit peccatores'. Pulchrè hoc ipſum expreſſit Petrus Diaconus cum ſuæ legationis ex parte Orientalis Eccleſiæ collegis, lib. de Incarn. & Gratia capite 6. dicens de primo homine: 'Serpentis aſtutia depravatus, ſponte divinæ legis prevaricator effectus ,eſt: & ideò ſecundùm id quod ei prædictum fuerat, iuſto iudicio Dei, ,mortis pœnâ damnatur; totuſque, id eſt, ſecundùm corpus & ſecun,dùm animam, in deterius commutatus, amiſsâ libertate proprjâ, ſub peccati ſervitio mancipatur'. Eòdem collimat Ambroſius lib. 7. in caput 15. Lucæ, vbi tractans de *Filio adoleſcentiori*, qui accepta paternæ ſubſtantiæ portione profectus eſt in regionem longinquam: 'Poteſt ,(inquit) & hìcin vno accipi ſpecies generis humani. Fuit Adam, & in illo fuimus omnes: periit Adam, & in illo omnes perierunt'. Eòdem & Pſalmographus alludit vbi ait: *Erravi ſicut ovis quæ perijt*'. Vnde & Salvator vtramque parabolam iunxiſſe memoratur: alteram *Ovis errantis*, alteram *Filij adoleſcentioris in regionem longinquam abeuntis* Receſſit quippe & illa à paſtore ſuo, & iſte à patre ſuo, deſcendens in deſertum huius mundi, quod reſpectu priſtini paſcui ac paterni habitaculi eſt *regio longinqua*: [c] 'Deſcendens vtique (vt ſcitè monet Hugo Vi,ctorinus) tribus deſcenſionum gradibus: Primus fuit, à Dei magi,ſtra voluntate recedere, & ſuam ſibi propriam magiſtram conſtituere, ,divinæ voluntati ſuam præferendo: Secundus fuit, à ſua voluntate ad ,carnis voluptates deſcendere, carnis curam in deſiderijs faciendo: ,Tertius fuit, à ſeipſo ſub ſe in terrena effluere, mundum & ea quæ in ,mundo ſunt quærendo. Primo receſſit à Deo intrò ad ſe: Secundo ,ab intus extrà iuxta ſe: Tertio extra ſe. Prima dieta remotum, Se,cunda remotiorem, Tertia eum fecit remotiſſimum. Prima eſt vo,luntatis perverſio, ſecunda carnis delectatio', tertia terrenorum am,bitio. His gradibus ad deſertum, ad regionem longinquam, vſque ad BABYLONEM deſcendit'.

Theol. ex 2. Miſcell. cap. 82.

Synodus Arauſ. Vide Proſp. Sent. 225.

Pſal. 76.11

Synodus Trid.

Auguſtinus.

Petr. Diaconus.

Luc. 15.12

Ambroſius.

Pſal. 118. 176.

Luc. 15.4. 012.

Vide Aug. lib. 1. Confeſſ. cap. 18.

[c] *Hugo Vict. l. 1 Erud. Theol. ex 2 Miſcell. c. 51. Vide infrà ibid. l. 3. cap. 42.*

Quatuor vſurpationes nominis *Hieruſalem* ex Hieronymo & Hugone Victorino memoravimus lib. 2. c. 6. §. 1. Hiſtoricâ, Allegoricâ, Moralẽ, Anagogicam: quibus reſpectivè correſpondent totidem vſurpationes nominis *Babylon*. Hiſtoricè enim vſurpatur pro Aſſyriæ metropole, Allegoricè pro Eccleſia malignantium diabolo in terris militante, Moraliter pro anima paſſionibus confuſa, Anagogicè pro Jnferno inferiori, *Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*. Addidimus ibidem & quintam vſurpationem nominis *Hieruſalem*, pro paradiſo deliciarum: cui ſimiliter correſpondet vſurpatio *Babylonis*, pro valle hac miſeriarum: [d] *Babylonis* nomine (inquit Alredus) quæ *Confuſio* interpretatur, mundum ſignificari, ſatis notum eſt: vbi nimirum confuſa ſunt omnia, vbi boni cum malis, cum electis reprobi vivunt; vbi frumentum cum palea, oleum cum amurca; vbi cum acinis vinum; vbi, quantum ad temporalia, ſicut iuſtus ita & impius; vbi nihil habet homo iumentis amplius, cùm hìc nec ille præmia qui rationabiliter vivit vt homo, nec ille qui ob carnalia vitia mutatur in iumẽtum digna factis reportat ſupplicia'. Pulchrè admodum de *Babylone* ſic vſurpata differit Hugo Victorinus Serm. 38. '*Babylon illa* (inquiẽs) *glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum*, quæ ab antiquo in ſolitudinem ſempiternam ob civium ſuorum ſcelera redacta eſt; & nominis ſui interpretatione, & principum ſuorum crudeli elatione, & habitatorum ſuorum perversâ converſatione, præſens ſæculum ſignificat. Quod videlicet ſæculum tum propter culpam, tum propter pœnam, tum propter vtramque, perverſæ impiæque Babyloni rectiſſimè comparatur. Habet enim ad modum civitatis alicuius, ſecundùm ſenſum tropologicum, portas ſuas, murum ſuum, plateas ſuas, ædificia ſua minora & maiora. Porta per quam introitur eſt nativitas, via per quam tranſitur eſt mortalitas, porta per quam exitur eſt mors. Quicquid nimirum nativitas miſeriæ ſubijcit, totum infœlix mortalitas ſecum trahit: & quicquid mortalitas trahit, totum inſatiabilis mors deglutit. Murus eius eſt orbis iſtius ambitus, quem intramus quidem naſcendo, ſed exire non valemus niſi moriendo. Inter vtramque verò portam, id eſt, nativitatem per quam intramus, & mortem per quam eximus, per viam, id eſt, mortalitatem, per quam tranſimus quotidie horis & momentis, in corruptione & pœnalitate verſamur & fluctuamus, donec ſecundùm arbitrium iudicis interni & æterni per meritum ad præmium veniamus. Plateæ iſtius ſpiritalis Babylonis ſeptem vitia principalia ſunt: Iſtæ plateæ longę ſunt, & latæ; longæ per conſuetudinem diuturnam, latæ per diſſolutam licentiam. Prima eſt *ſuperbia*, ſecunda *invidia*, tertia *ira*, quarta *acedia*, quinta *avaritia*, ſexta *gula*, ſeptima *luxuria*. *Superbia* ad vnam partem, ſive ad vnam manum, habet elationem cordis; ad alteram autem, oſtentationem operis: intus enim ſuperbia, foris iactantia; ſuperbia in elatione cordis, iactantia in oſtentatione operis; ſuperbia magis in occulto coram Deo, iactantia magis in manifeſto coram proximo. Ad hanc plateam inſtruendam

2.

Ioh. 10. 22.

[d] *Alredus Serm. 1 in caput 13. Iſaiæ.*

Hugo Victor.

Isa. 13. 19.

Babylonis portæ.

Plateæ.

Prima Babylonis platea, Superbia.

Isa. 14. 14. ,ſtruendam primum poſuit lapidem diabolus, quando *ſedem ſuam ponere* ,voluit *ad Aquilonem, & ſimilis eſſe Altiſſimo.* Ipſe Rex eſt huius Babylo- ,nis: Ipſe tunc, & hoc modo, ipſam civitatem, plateamque eius pri- ,mam, cœpit ædificare. Secundo loco primi parentes noſtri plateam ,eandem vrbis Babylonicæ ædificaverunt, quando pomum vetitum ,comedentes donum ſcientiæ ſuperbè quæſierunt. In hac platea vnuſ- ,quiſque elatus tanto altiùs ſibi domum conſtruit, quanto ampliùs præ ,cæteris inflatus ſuperbit: & ſic de alijs vitijs intelligendum eſt, quòd ,qui in vitijs inveniendis & exercendis primi extiterunt, ipſi in ædifi- ,candis plateis Babylonis primùm laboraverunt: & quanto ſe quiſque ,vitioſus quolibet vitio graviùs corrumpit, tanto ſublimiorem aulam ſibi in Babylone componit'. Ædificia.

3. Porrò quia contraria ex mutua iuxtapoſitione magis eluceſcunt, operæ pretium fuerit, prætactis portis, muris, plateis, ædificijs Babylonis; portas, muros, plateas, ædificia *Hieruſalem* contraponere: 'Quem- ,admodum ergo (teſte eodem Victorino Sermone proximè ſequenti) ,*Babylon*, id eſt, vita ſæcularis, habet ſuas plateas, & cætera quæ deſcrip- ,ſimus ſuperiùs: ſic & ſancta *Hieruſalem*, id eſt, vita ſpiritalis, habet ſuę ,ædificationis diſpoſitionem in bono, ſcilicet murum ſuum, plateas ,ſuas, ædificia ſua, portas ſuas. Habet etenim murum extrinſecùs in ,circuitu vndique, quo circundatur per bonorum morum diſtrictam, ,continuam, & perfectam diſciplinam. Habet & ſeptem plateas, con- ,tra ſeptem plateas Babylonis, per ſeptem quaſdam virtutes, ſeptem ,vitijs ſuprà deſcriptis contrarias: Habet nimirum *humilitatem*, quæ eſt ,contraria *ſuperbiæ*; habet *charitatem*, quæ eſt contraria *invidiæ*, habet ,*pacem*, quæ eſt contraria *iræ*; habet *ſpiritalem lætitiam*, quæ eſt contraria ,*acediæ*; habet *largitatem*, quæ eſt contraria *avaritiæ*; habet abſtinentiam, ,quæ eſt contraria *gulæ*; habet *continentiam*, quę eſt contraria *luxuriæ*'. Hieruſalem diſpoſitio, per domos, portas, murũ, plateas.

Hęc ille ibi de muro & plateis, ſequitur inferiùs ibidẽ de portis: 'Habet ,quoque portas duas *Hieruſalem* iſta ſpiritalis, quarum prima & inferior ,eſt fides catholica; ſecunda & ſuperior eſt contemplatio divina. De his Portæ Hieruſalem.

Ioa. 10. 9. ,duabus portis ſcriptum eſt: *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet.* In prima porta inveniet paſcua gratiæ, in ſecundâ paſcua gloriæ'. De ædificijs præmiſerat ſuperiùs Serm. 3 'Habet ædificia minora, habet ,maiora, habet maxima. Minora habet ædificia per vitam coniuga- ,torum, maiora per vitam continentium, maxima per vitam virginũ. ,Vita namque coniugatorum per terrenorum actionem & generandi ,voluptatem circa ima ſubſiſtit: vita verò continentium per virtutũ ,exercitationem & bonorum operum exhibitionem ad altiora ſe ſub- ,rigit: vita denique virginum per cordis puritatem & carnis integrita- ,tem ad cœleſtia ſe extollit. Habet ædificia lapidea, habet eburnea: La- ,pidea habet per illos qui ſunt in fide firmi, Eburnea per illos qui ſunt ,caſtitate nitidi: Lapis namque per firmitatem ſignificat fidem, Ebur verò per frigiditatem ſignificat caſtitatem'. Domus Hieruſalem.

Vide eund. lib. 1. Erud. Theol. ca 2. Miſcell. c. 54.

Supereſt vt vtriuſque civitatis plateas ſingulatim ex eodem Authore deſcribamus, ac ſingulas

Platearum Hierusalem & Babylonis contrapositio.

singulis respectivè contraponamus. De prima quidem Babylonis platea, quæ est *Superbia*, iam sub finem præcedentis §. diximus: cui ex adverso respondet prima platea Hierusalem, quæ est *humilitas*: 'Hæc (vt ,Serm. 39. idem perhibet) hinc habet humilitatem illam quam homo ,habet & exhibet intus soli Deo in occulto, illinc habet humilitatem ,illam quam habet & exhibet homo foris propter Deum proximo in ,manifesto. Cuius virtutis fructum, vel plateæ bonum, Dominus demonstrat vbi dicit, *Omnis qui se humiliat, exaltabitur*'. Sequitur secunda Babylonis platea, quã præcedenti §. *Invidiam* esse diximus: 'Hæc (teste ,eodem Ser. 38.) habet ex vna parte proprium decrementum, ex altera ,alienum incrementum. Inter propriam quippe minorationem & alterius augmentationem, vel etiam inter propriam ignominiam & alterius gloriam, omnis mundus, quasi per suæ plateæ medium, cruciatus ,agitur. In hac platea diabolus princeps est, quia INVIDIA *diaboli mors ,introivit in orbem terrarum.* Habet autem multos, sed omnes perditos, ,cives: Cain, Scribas, & Pharisæos, & Principes Sacerdotum, *quos sciebat Pilatus* PER INVIDIAM *tradidisse Christum*'. Huic ex adverso contraponitur secunda platea Hierusalem, de qua scriptum est inter alia, *Charitas non æmulatur*: 'Quæ (vt prædictus Hugo Serm. 39. ait) ,ex vna parte habet dilectionem Dei, ex altera dilectionem proximi. ,Hinc enim iubemur *diligere Deum ex toto corde, animâ, viribus, & memoriâ*: illinc iubemur *proximum diligere sicut nosmetipsos*'. Sequitur tertia Babylonis platea, quæ est *Ira*: 'Hæc (vt idem Serm. 38. perhi-,bet) ad vnam manum habet iram levem & transitoriam; ad alteram, ,odium, id est, iram gravem & continuam: Hìc videbis festucam, illic ,trabem. In hanc miserã plateam concurrunt omnes impetus vniversarum tempestatum: In hac etenim se agitant turbines dissensionum, ,strepunt fragores comminationum, fremunt venti contentionum, ,ruunt imbres & grandines persecutionum, micant fulgura armorum, ,sonant tonitrua percussionum & interfectionum'. Huic è diametro contraponitur tertia platea Hierosolymitana, quæ dicitur *Pax*: 'Hu-,ius vnam partem (vt idem Serm. 39. ait) facit intus concordia cum ,Deo, alteram facit foris concordia cum proximo. Istam hinc & in-,de nos habitare, eamque inter nos mediam esse, Dominus præcepit, vbi ait: *Sal habete in vobis, & pacem habete inter vos*'. Quarta Babylonis platea est *Acedia*, de qua idem Serm. 38. 'Hæc (inquit) habet ex vna ,parte tristitiam, ex altera desperationem. Hæc magis horrenda, & ,ampliùs timenda præ cæteris videtur: Cùm enim grave sit peccare, ,gravius est tamen irrationabiliter in tristitiam decidere, gravissimum ,autem per tristitiam in desperationem se præcipitare. In hac platea ,Cain infœlix primus sibi domum erexit, cùm dixit: *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Sed & Iudas negotiator pessimus in hac ,eadem platea mansionem sibi constituit, dum de venia desperans *laqueo se suspendit*'. Huic ex adverso opponitur quarta platea Hierosolymitana, quæ est *Lætitia*: 'Cuius vnam partem (vt Serm. 39. idem Victorinus

Invidia.

Charitas.

Ira.

Pax.

Acedia.

Lætitia.

Luc. 14. 11

Sap. 2. 24.

Mat. 27. 18

1. Cor. 13. 4.

Luc. 12. 27

Mat. 9. 4

Gen. 4. 13.

Mat. 27. 5

'Victorinus ait) facit exultatio illa quę intus solùm sentitur in affectione, 'alteram facit illa quæ etiam foris apparet in sensualitate. Aliquando 'quippe tanta lætitia cœlitùs infunditur animæ, vt non solùm intus 'sentiatur, sed & foris agnoscatur in vultu, in voce, in gestu, in motu: Psal. 83. 3. vnde Psalmista, *Cor meum & caro mea, exultaverunt in Deum*'. Quinta Babylonis platea est *Avaritia*: 'Hanc (vt Serm. 38. ait idem) ex vna par- Avaritia. Isa. 2. 7. 'te constituit cupiditas, ex altera tenacitas: Quæ, quamvis *repleta sit 'argento & auro, & non sit finis thesaurorum eius*, satiari tamen non potest: Eccles. 5. 9. 'quia *Avarus*, quantùm ad ardorẽ sitis eius spectat, *non implebitur pecuniâ*; sed quanto plus acquirit, tanto ampliùs habere concupiscit'. Huic contraponitur quinta platea Hierosolymitana, quæ est *Largitas*: 'Quam Largitas. '(teste eodem Victorino Serm. 39.) ex vna parte constituit iusta ac- 'quisitio, ex alterâ discreta distributio. Ex vna parte facit eam iusta ac- 'quisitio, quia religiosa & honesta largitas dedignatur vivere vel dare 'ex rapto, ex turpi, ex fraude, ex furto, vel quolibet medio alio iniusto 'acquisitâ substantiâ: dedignatur de fermentato sacrificare laudem. 'Ex parte altera constituit eam discreta distributio: Si enim minus iu- 'sto daret, iam fieret ipsa avaritia; si plus iusto, iam non esset largitas, sed prodigalitas'. Sexta Babylonis platea est *Gula*: 'Cuius (teste eodẽ Gula. 'Victorino Sermome 38.) vnam partem facit edacitas, alteram ebrie- 'tas. Ab huius plateæ mansione nos prohibuit Dominus, vbi dixit, Luc 21. 34 '*Videte ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate*: Et Apostolus, *Non in* Rom. 13. 13 '*commessationibus & ebrietatibus*. Et in ea quidem parte, quæ est edaci- 'tas, sunt omnia genera panum quæ fiunt arte pistoriâ, & obsoniorum 'quæ fiunt arte coquinariâ: genera diversa carnium quadrupedum & 'volucrum, piscium marinorum & fluvialium: piper, & allium, & cy- 'minum ad conficiendos sapores & condimenta. In altera parte, quæ 'est ebrietas, sunt vina diversi coloris, & saporis, & vigoris, & odoris, Isa. 5. 11. 'confecta diversis herbis & aromatibus, ad opus eorum, *Qui consurgunt 'mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam*'. Huic ex adverso respondet sexta platea Hierosolymitana, quæ est *Abstinentia*: Abstinentia. 'Quæ (vt idem Victorinus Serm. 39. ait) ex vna parte habet parsimo- 'niam, ex altera sobrietatem. Parsimonia est contraria edacitati, so- brietas ebrietati'. Septima postremaque Babylonis platea est *Luxuria*: Luxuria. 'Hæc (vt idem Serm. 38. perhibet) ex vna parte habet immunditiam 'cogitationis, ex altera immunditiam actionis. Hæc est vltima & infi- 'ma omnium platearum Babylonis; & in ipsam confluere videntur im- 'munditiæ totius civitatis, & tamen inquinationis suæ profluvio non Prov. 30. 16. 'potest saturari: *Os enim vulvæ*, vt sacra Scriptura testatur, *est insatiabi- le*'. Huic ex adverso contraponitur septima platea Hierosolymitana, quæ est *Continentia* sive *Castitas*: 'Hæc (teste eodem Serm. 39.) ex Continentia. 'vna parte habet munditiam cordis, ex altera munditiam corporis: 'vel ex vna parte habet munditiam cogitationis, ex altera munditiam 'actionis. Cuius virtutis quantus sit fructus atque bonum, in viduis & Mat. 13. 8. 'virginibus enitescit, ex quibus viduæ *sexagesimum*, virgines *centesimum*

possident

poſsident fructum'. Prædictæ ſeptem Babylonis plateæ in Scriptura ſacra interdum appellantur Ægypti flumina, de quibus apud Prophetam legimus: *Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api quæ eſt in terra Aſſur.* Etenim cùm & Ægyptus, & Babylon, mundum iſtum ſignificent, mirum non eſt plateas Babylonis certâ quâdam conſideratione dici etiam flumina Ægypti, vel etiam flumina Babylonis, de quibus ex perſona Hieroſolymitarum captivorum ait Pſalmographus, *Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus, cùm recordaremur Sion*: [c] 'Primum flumen (ait alibi idem Victorinus) eſt *Inanis gloria*, nitidum quodam nitore ſuperducto placens, ſed ſubitò in ſe ,trahens incautos, & demergens. Secundum flumen *Invidia*, lividum ,eſt, quâdam horrendâ profunditate ſuſpectum. Tertium *Ira*, fervidum ,& turbulentum. Quartum *Triſtitia*, tetrum & nubilum, omninò peri-,culoſum. Quintum *Avaritia*, ſcylla vel charybdis rapax, omnia trahēs ,ad ſe, deglutiens & abſorbens. Sextum *Gula*, quædam vorago & ba-,rathrum, fœdas ex ſe generans exhalationes. Septimum *Luxuria*, lu-,teum & viſcoſum. *Muſca* igitur eſt anima noſtra, inquieta, ſordida, & ,impudica: quæ diſcurrendo hunc pungit, illum maculat, alium ve-,neno malitiæ corrumpit; ſicut muſca inquieta, ſordida, & laſciva, ita ,moleſta omnibus & exoſa, vbicunque inſidet pungit vel maculat. Et ,hæc movens de fonte ſuperbiæ, & per omnia flumina diſcurrens, per-,venit ad flumen luxuriæ, quod eſt *extremum flumen Ægypti* huius. ,Poſtquam pertranſierit omnia flumina vitiorū, capitur muſca noſtra, ,delectatur, ſordeſcit, & ita implicatur, vt non minis, non promiſſis, ,non verberibus, non prædicatione vel exhortatione poſſit inde mo-,veri; faciliùs occidi poſſit quàm avelli: nec certè avellitur vnquam, ,niſi *ſibilo Dei*. Sibilus iſte dulcis, ſuavis, lenis, eſt inſpiratio Spiritus ſancti'.

Omnes primo ortu in Babylone geniti ſumus, quia ab ipſo carnali exordio parvulos nos accepit mundana confuſio: nec aliud nobiſcum egit hoc ſæculum, quàm vt per varias opiniones & diabolicas artes diverſis implicaremur erroribus. Sed de hoc generali malo innumeros eruit Dei gratia, & adhuc inter oblectamenta Babylonis morantes iam inter Hieruſalem computat cives: quos qui beatus eſt & beatos facit, eruit de tenebris & de poteſtate tenebrarum, vt ſint filij lucis & regni; alliſi ad Petram Chriſtum, vt moriendo mundo viverent Deo, deiecti & erecti, deſtructi & ædificati, in pulverem comminuti & in petra, petra inſtaurante ,ſolidati. Horum perſonam in ſe transformās ait Pſalmographus, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me.* In quem locum Auguſtinus: [f] 'Exceptis (inquit) illis ,duobus parentibus, de quorum carne nati ſumus, patre maſculo & ,matre fœminâ, tanquam Adam & Eva: Exceptis illis duobus paren-,tibus, habemus hìc alium patrem, & aliam matrem; vel potiùs habui-,mus. Pater ſecundùm ſæculum diabolus eſt, & fuit nobis Pater cùm ,eſſemus infideles: nam infidelibus dicit Dominus, *Vos ex Patre diabolo eſtis*

[c] *Hugo Vict. l. 2 Exod. Theol. ex 2. Miſcell. c. 42 Videibid. lib. 1. cap. 45.*

Vide Proſp. in Pſal. 136. v. 3.

[f] *Aug. Concione 2. in Pſal. 26. v. 10. Vide eund. in Pſal. 86. v. 4.*

Iſa. 7. 18.

Pſal. 136. 1.

4

Pſal. 26. 1

Ioan. 8. 4

Ephes. 2.2. ,ellis. Si ille Pater omnium impiorum, *qui operatur in filijs diffidentiæ*, ma-
,ter quæ est ? Est quædam civitas, quæ BABYLONIA dicitur : civitas
,ista societas est omnium impiorum, ab Oriente vsque in Occidentem
,ipsa habet regnum terrenum. Secundùm hanc civitatem Respublica
,quædam dicitur, quam modò videtis senescere & minui. Hęc prima
,fuit mater nostra, in hac nati sumus. Cognovimus alium patrem, Deũ;
,reliquimus diabolum : quando enim audet accedere ad eos, quos ille
,suscipit qui superat omnia ? Cognovimus aliam matrem, Hierusalem
,cœlestem, quæ est sancta Ecclesia, cuius portio peregrinatur in terris;
,reliquimus Babyloniam'. In tantum vnusquisque veterem matrem
relinquit, in quantum novæ matris amore inardescit, in tantum à Ba-
bylonia se elongat, in quantum Hierosolymæ appropinquat. In Ba-
byloniam nos transtulit primus Adam, de Babylonia nos revocat no-
Gen. 15.7. vissimus Adam. In *Vr Chaldæorum* morabatur Abraham, tanquam in
solo nativo; nec inde vnquam exisset, nisi eum ille eduxisset qui ait
ei, *Eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam* : § 'Ille tunc (ait
,quidam) alienus erat, qui in alieno erat : & vocatus est, vt inde exiret,
,& proximus fieret, & dilectus, & amicus. Ille quidem iam tum dile-
,ctus erat, quia diligebatur, à quo vocabatur : sed amicus non erat, quia
,non diligebat quem non cognoscebat : & ideò non diligebatur quòd
,erat alienus, sed quòd futurus erat proximus & amicus. Erat enim
,tunc in *Hur Chaldæorum*, in igne videlicet & incendio dæmonum,
,quod est concupiscentia & delectatio terrenorum : & ipsum incen-
,dium fuscaverat illum & nigrũ fecerat, vt non esset amabilis: & ideò
,vocabatur, vt de incendio exiret, & veniret ad refrigerium, vt deal-
,bari posset & candidus fieri, ne semper esset odibilis. Propterea
Gen. 12, 1. ,ei dicitur, *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui* : *&*
,*veni in terram quam monstravero tibi*. De terra exire est, ea quæ foris
,possidentur terrena bona relinquere : De cognatione exire est, ijs quę
,in nobis & nobiscum orta sunt vitijs abrenunciare : De domo patris
,exire est, spretis omnibus propter Deum, postremò semetipsum abne-
,gare. Domus enim patris nostri ipsum est cor nostrum ; quoniam pa-
,ter noster habitat in nobis. Pater noster primus diabolus fuit, secun-
,dùm nativitatem quâ nati sumus : Pater noster secundus Deus est, se-
,cundùm nativitatem quâ renati sumus. Et vult vterque pater habi-
,tare in filijs suis, diabolus in filijs iræ, Deus in filijs gratiæ. Quando
,ergo in *Hur Chaldæorum* fuimus, cor nostrum domus diaboli fuit;
Num. 22.5 ,quoniam ipse tunc in nobis habitavit, & fuimus vniversi *filij Beor*,
,quod dicitur, habitans in pelle : Non enim habitare potest nisi in pel-
,le pater iste, quia corda carnalium amat, & in eis solùm requiescit qui
,sapiunt ea quę sunt carnis, & ambulant secundùm carnem. Hæc est
,pellis patris nostri primi, de qua iubemur exire, ipsum videlicet cor
,nostrum, & desideria eius mala relinquere: hoc est enim de corde exi-
,re, elongari à desiderijs eius, & peregrinari ab ipsis, vt non simus con-
,sensu vbi illa sunt, sed proposito sanctitatis tendamus ad terrã quam
monstrabit

§ *Hugo Vict. l. 1 Miscell. cap. 91. Videnud. lib. 2 Allegor. in Gen. cap. 2.*

Vide Ambros. l. 1. de Abraham c. 2. & in Psal. 1. vers. 1.

'monſtrabit nobis Deus: vt primùm propter Deum abijciamus no-'ſtra, deinde relinquamus & nos. Sic enim demum demonſtrabitur 'nobis terra viſionis à Domino, in qua ipſe videbitur Dominus, quam 'in repromiſſionem poſuit filijs, *Lacte & melle manantem*: lacte in contemplatione humanitatis, melle in contemplatione divinitatis'. *Deut.6.3.*

5. Clamat Dominus per Prophetam ad poſteros Abrahæ Babyloniã incolentes, fluviſque eius innatantes: *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis.* Et per alium Prophetam, *Recedite*, inquit, *de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini.* Et iterum per eundem: *Fugite de medio Babylonis, & ſalvet vnuſquiſque animam ſuam.* Atque hoc ipſum eſt quod alijs verbis Ioannes inculcat Apoſtolus, dicens: *Nolite diligere mundum.* Babylon etenim mundus iſte eſt, quem diligendo incolimus, odiendo deſerimus. Deſerimus, inquam, dum B. Petri Apoſtoli monito obtemperamus, *Fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.* Hanc concupiſcentiæ corruptionem Auguſtinus congruenter appellat [h] 'Babylonicam dilectionem'. Per hanc etenim vnuſquiſque conſtituitur incola Babylonis, ſicut per contrariam municeps Hieruſalem: [i] 'Duas (inquit Proſper) in toto mundo civitates faciunt duo 'amores: Hieruſalem facit amor Dei, Babylonem amor ſæculi. Interroget ergo ſe quiſque quid amet, & inveniet vnde ſit civis'. Eadem habet Auguſtinus in Pſal. 64. vbi & addit: 'Si ſe invenerit civem Ba- 'byloniæ, extirpet cupiditatem, plantet charitatem: Si autem ſe in- 'venerit civem Hieruſalem, toleret captivitatem, ſperet libertatem. 'Multi enim cives ſanctæ matris Hieruſalem cupiditatibus Babyloniæ 'corrupti tenebantur, & ipsâ corruptione cupiditatum tanquam cives 'inde facti erant, & multi adhuc ita ſunt, & multi poſt nos in hac ter- 'ra futuri ita erunt: ſed novit Dominus conditor Hieruſalem, quos 'cives eius prædeſtinaverit, quos videat adhuc ſub dominatu diaboli 'tedimendos ſanguine Chriſti: Novit illos ipſe antè quàm ſe ipſi noverint'. Qui rurſus lib. 14. de Civit. cap. 28. 'Fecerunt (inquit) civita- 'tes duas amores duo: terrenam ſcilicet amor ſui vſque ad contemp- 'tum Dei, cœleſtem verò amor Dei vſque ad contemptum ſui. Deni- 'que illa in ſeipſa, hæc in Domino gloriatur: Illa enim quærit ab ho- 'minibus gloriam, huic autem Deus conſcientiæ teſtis maxima eſt 'gloria: Illa in gloria ſua exaltat caput ſuum, hæc dicit Deo ſuo, *Glo- 'ria mea, & exaltans caput meum:* Illa in principibus eius, vel in eis quas 'ſubiugat nationibus dominandi libidine dominatur; in hac ſerviunt 'invicem in charitate & præpoſiti conſulendo, & ſubditi obtemperan- 'do: Illa in ſuis potentibus diligit virtutem ſuam, hæc dicit Deo ſuo, *Diligam te Domine, virtus mea*'. Sed audi adhuc plabiùs diſcrimen duorum amorum, ſuper quibus duarum reſpectivè civitatum fundamenta locata ſunt: [k] 'Hi duo amores (ait idem alibi) quorum alter ſanctus 'eſt, alter immundus; alter ſocialis, alter privatus; alter communi vtilitati conſulens propter ſupernam ſocietatem, alter etiam rem commu- 'nem in poteſtatem propriam redigens propter arrogantem dominationem; *Iſa.48.20. Hier.50.8. Hier.51.6. 1.Io.2.15. 2.Pet.1.4. Pſal.3.4. Pſal.17.2.*

h *Aug.l.4. contra Iul. cap.3.*

i *Proſp. Sentent. 221.*

Auguſtinus.

k *Aug.l.11.de Gen.ad litt.c.15 Vide lib. de Catechiz. Rudibus cap.19.*

Digitized by Google

,tionem;alter ſubditus, alter æmulus Deo; alter tranquillus, alter tur-
,bulentus; alter pacificus, alter ſeditioſus; alter veritatem laudibus er-
,rantium præferens, alter quoquo modo laudis avidus; alter amicabi-
,lis, alter invidus; alter hoc volens proximo quod ſibi, alter ſubijcere
,volens proximum ſibi; alter propter proximi vtilitatem regens pro-
,ximũ, alter propter ſuam: præceſſerunt in Angelis, alter in bonis, alter
,in malis; & diſtinxerunt conditas in genere humano civitates duas
,ſub admirabili & ineffabili providentia Dei cuncta quæ creata ſunt
,adminiſtrantis & ordinantis, alteram iuſtorum, alteram iniquorum,
,quarum etiam quâdam temporali commixtione peragitur ſæculum, *Vide Aug. Enchir. c. 111.*
,donec vltimo iudicio ſeparentur, & altera coniuncta Angelis bonis in
,Rege ſuo vitam conſequatur æternam, altera coniuncta Angelis ma-
,lis in ignem cum Rege ſuo mittatur æternum'. Sed quinam, inquies,
iſti Reges? Audi Pſalmographum ex perſona Chriſti dicentem de Pa-
d.2.6. tre, *Ego conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion.* Audi & Iob de Rege Baby-
.41.25 lonis, *Omne ſublime videt, ipſe eſt Rex ſuper vniverſos filios ſuperbiæ.* Audi
denique Hugonem Victorinum lib. 1. Miſcell. cap. 48. vtramque ci-
vitatem cum ſuis reſpectivè Regibus ac populis deſcribentem: *Hugo Victor.*
,Duæ ſunt civitates (ait ille ibi) Hieruſalem & Babylon: & duo populi,
,amatores Dei cives Hieruſalem, amatores mundi cives Babylonis: &
,duo Reges, Chriſtus Rex Hieruſalem, Diabolus Rex Babylonis. In-
,ter has duas civitates, & duos populos, & duos Reges, bellum eſt iu-
,giter, & diſcordia, & pugna. Signat vterque milites ſuos, Chriſtus ſuos, *Vide ibid. c. 56. & lib. 3. Miſcell. c. 23. & lib. 1 de Sacram. p. 8. cap. 11.*
,& Diabolus ſuos, vt agnoſcant vtrique Regem ſuum, & agnoſcantur
,ab eo, & ſequantur eum. Hieruſalem civitas eſt ſurſum in cœlo, Ba-
,bylon deorſum in terra: Similiter Chriſtus iam ſurſum eſt, diabolus
,deorſum. Milites Chriſti ſequuntur Regem ſuum, & milites diabo-
,li Regem ſuum. Chriſtus tribus exemplis viam nobis oſtendit, quâ
,eum ſequi debeamus: Similiter & diabolus tria propoſuit, quibus poſt
,eum præcipitentur qui eum ſequuntur. Iter ad Chriſtum, quia ſur-
,ſum eſt, arduum eſt, & arctũ, & in longum ſublime: Iter ad diabolũ,
,quia deorſum eſt, latum eſt, breve in profundum, & ad præcipitan-
,dum facile. Ideo Chriſtus exemplum paupertatis reliquit, vt exone-
,rati ſarcinâ terrenarum rerum leves aſcendamus per arduum: exem-
,plum humilitatis, vt modici ſine difficultate tranſeamus per arctum:
,exemplum patientiæ, ne deficiamus in longum. Exemplum pauper-
at.8.20. ,tatis dedit, cùm dixit: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos; Filius*
,*autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Exemplum humilitatis dedit,
at.11.29 ,cùm dixit: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Exemplum
,patientiæ dedit, quando cùm percuteretur non repercuſſit, cùm oc-
,cideretur ſuſtinuit. Exemplum iterum paupertatis, quia in hoc
,mundo divitias habere noluit: Exemplum humilitatis, quia gloriam
,ſprevit: Exemplum patientiæ, quia mala ſuſtinuit. Cùm laudaretur
,non lætabatur, cùm malediceretur non triſtabatur, cùm premeretur
uc.18. ,non frangebatur. Ait quidam illi, *Magiſter bone*: & reſpondit, *Quid me*

'dicis bonum? Ecce humilitas. Alij dixerunt, *Damonium habes*: & di- Io. 8. 48.
'xit, *Ego damonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* Ecce patien-
'tia. Cùm requireret eũ populus *Vt Regẽ faceret*, ille, humilitatis exẽplũ Ioan. 6. 15.
'relinquens, fugit, & gloriã sprevit: & multa alia ad hæc pertinẽtia exẽ-
'pla. Prima est ergo paupertas, vt abijciamus quod gravat: in quo
'est peccandi occasio. Et quia paupertas despicitur, sequitur humilitas;
'quâ ipsa etiam propter Deum vilitas amatur. Et quia rursum qui vilis
'est, sine reverentia læditur, necessaria est post humilitatem patientia,
'quâ omnia adversa propter Deum fortiter tolerentur. Paupertas le-
'vem facit & expeditum, humilitas modicum, patientia fortem & ro-
'bustum. E contrario diabolus suos primùm divitiarum pondere in
'amore & sollicitudine onerat, vt deorsum ruant: Secundò per super-
'biam inflat, vt per latum incedant: Tertiò per impatientiam frangit,
'vt citò deficiant. Hi duo populi duas civitates ab initio suo ædifica-
'verunt: Babylonem, quæ à Cain initium cœpit; & Hierusalem, quæ
'ab Abel. Primus enim homo duos genuit filios, divisionis principiũ,
'& divisionis signum: quia illa massa naturæ humanæ, quæ in ipso
'primùm per conditionem tota condita erat ad gloriã, postea per præ-
'varicationem tota addicta erat ad pœnam: vt ostenderetur quòd mi-
'sericordia & veritas iam tunc dividi incœperint in vasa misericor-
'diæ, & in vasa iræ. Et abiectus est primogenitus terræ, sicut
primogenitus cœli corruerat. Et quibusdam interpositis subdit
inferiùs ad calcem: 'Sic ergo Cain interfector fratris posuit fundamẽ-
'ta Babylonis, Abel autem interfectus sanguine suo primordia Hieru-
'salem in terra consecravit: Sic Ismaël primogenitus reprobus fuit,
'Isaac vero electus: Esau quoque ab hæreditatis sorte & dono bene-
'dictionis reprobatur, Iacob diligitur & eligitur: & reprobato Heliab
'primogenito, David iunior ad regni fastigium sublimatur. Semper
'autem milites diaboli furore pugnaverunt, & milites Christi patien-
'tiâ vicerunt: Regem suum paupertatis amore, & humilitatis studio
'sequentes; patientiâ autem ad ipsum pervenientes'.

Quanquam verò omnes in Babylone nascantur, nec nisi moriendo 6.
inde plenè egrediantur; non tamen eandem omnes plagam incolunt,
Aug. in Psal. 136. aut eandem eius plateam inhabitant: [1] 'Multum interest (inquit Au-
'gustinus) inter medium Babylonis, & exteriora Babyloniæ. Sunt qui
'non sunt in medio eius, id est, non tantâ concupiscentiâ sæculi & dele-
'ctationibus obruuntur. Qui verò, vt aperte dixerim & breviter,
multùm mali sunt, in medio Babylonis sunt'. His dicitur, *Recedite de* Hier. 50. 8.
medio Babylonis: Est aliquid prodisse tenus, si non datur vltrà. Priori-
bus dicitur, *Egredimini de Babylone*. Pro his scriptus est Psalmus 64. hac Isa. 48. 20.
epigraphe prænotatus, *Canticum Hieremiæ & Ezechielis populo transmigra-
tionis, cùm inciperent exire.* In quem locum Augustinus: 'Incipit exire
'(inquit) qui incipit amare: exeunt enim multi latenter, & exeuntiũ
'pedes sunt cordis affectus: exeunt autem de Babylonia. Quid est, de
'Babylonia? De confusione. Quomodo exitur de Babylone, id est, de

confu-

Digitized by Google

confusione? Qui primò confusi erant similibus cupiditatibus, incipiũt charitate distingui: iam distincti, non sunt confusi: etsi adhuc corpore permixti sunt, desiderio tamen sancto discernuntur; & propter permixtionem corporalem nondum exierunt, propter affectum cordis exire cœperunt'. Quanquam etenim humana anima præsentialiter ibi sit, vbi animat; magis tamen ibi est vbi amat, quàm vbi animat: 'Si essemus lapides (ait alibi idem) aut fluctus, aut ventus, aut flamma, vel quid eiusmodi sine vllo quidem sensu atque vita, non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus: Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum, sive deorsum gravitate, sive sursum levitate nitantur. Ita enim corpus ponderе, sicut animus amore, fertur quòcunque fertur'. Ne verò quispiam existimaret, ineptam esse amoris cum pondere cõparationem, eò quòd pondus deprimat, amor surrigat, notanda sunt quæ lib. 13. Confess. cap. 9. ait idem: 'Pondus (inquiens) non ad ima tantũm est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis: ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Oleum infra aquam fusum, supra aquam attollitur: aqua supra oleum fusa, infra oleum demergitur: Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt: minùs ordinata, inquieta sunt; ordinãtur, & quiescunt. Pondus meum amor meus, eò feror quòcunque feror'. Hinc facilè perspicitur quid moraliter denotent *Onera* varia à Prophetis commmemorata, vt onus Babylonis, Onus Ægypti, Onus Moab, Onus Philistijm &c. Denotant quippe diversa amorum pondera, quibus humanus animus huc illuc ve prorumpit: [n] 'Legimus in Scripturis (inquit Alredus) multa onerũ genera: nam Sanctus Isaias vndecim nobis onera prophetico sermone describit: Onus Babylonis, Onus Philisthijm, Onus Moab, Onus Damasci, Onus Ægypti, Onus deserti maris, Onus Duma, Onus in Arabia, Onus vallis visionis, Onus Tyri, Onus iumentorum Austri. Et quid est onus, nisi pondus quoddam deprimens animam, & ad terram inclinans; faciens eam ad inferiora respicere, & superiora negligere? Tale nobis onus aliquando ex mundi provenit dilectione, & hoc *Onus Babylonis*: Aliquando ex immundorũ spirituum immissione, & hoc *Onus Philisthijm*: Aliquando ex naturali quâdam & inevitabili necessitate, & hoc *Onus Moab*: Aliquando ex tenebris ignorantiæ, & hoc *Onus Ægypti*: Aliquando ex innata nobis infirmitate, & hoc *Onus Damasci*: Aliquando ex malorum persecutione, & hoc *Onus deserti maris*: Aliquando ex occulta animi vexatione, & hoc *Onus Duma*: Aliquando ex cõsideratione mortis & horrore sortis extremæ, & hoc *Onus in Arabia*: Aliquando ex vanitate quando proficimus, & hoc *Onus vallis visionis*: Aliquando ex angustia pro his quæ toleramus, & hoc *Onus Tyri*: Aliquando ex charitate quâ alijs prodesse desideramus, & hoc *Onus iumentorum Austri*'. Extat Tomo 1. Bibliothecæ SS. PP. Commentarius Juliani Toletani in prophetiam Nahum, vbi de hisce vndecim oneribus multa scitu digna occurrunt, ac inprimis illud: 'In ipsa qualitate

[m] *Aug. l. 11. de Civit. c. 28. Vide Fulg. l. 1. ad Monim. c. 18.*

Amor Onus vel pondus.

[n] *Alredus Serm. de vndecim Oneribus. Idem Sermo circumfertur etiam sub nomine Bernardi.*

Iulianus Tolet.

'litate numeri, transgressionem significant peccati. In denario namque, 'præceptorum signatur obedientia: in vndenario, qui ipsum transgre- 'ditur, prævaricationis malitia. Huc accedit quòd *Vndecim sagaciſsima* Exod. 2
'*sunt in tabernaculo*: quòd Salvator extincto proditore chorum Apo- stolorum in hoc numero manere noluit'. Advertit præterea paulò in- frà ibidem, non solùm posse dici simpliciter *onera*, verùmetiam *One- rum onera*: 'Possunt (inquiens) dici simpliciter *Onera*, singula crimina, 'vel singula tribulationum genera: *Onera* verò *onerum*, culparum vel 'tribulationum immensitas nimia. Tria igitur sunt *Onerum onera*, vani- 'tas, iniquitas, calamitas: vanitas mundi, iniquitas animi, calamitas 'orci: vanitas cæcat, iniquitas præcipitat, calamitas cruciat: vanitas 'mundi, cœlestium aufert contemplationem; iniquitas animi, Dei & 'proximi dilectionem; calamitas tartari, affectum boni, & animi devo- 'tionem. Vanitas mundi facit vitiosum, iniquitas animi reddit odio- 'sum, calamitas orci supplicioſum. Vanitas facit incestum, iniquitas 'reddit infestum, calamitas perpetuò mœstum. Vanitas deprimit, ini- 'quitas curvat, calamitas frangit. Est etiam aliud, quod de his oneri- 'bus dicere possumus: quia scilicet aliud portatur in capite, aliud in 'brachijs, aliud in humeris. Onus in capite vanitas in mente, onus in 'brachijs iniquitas in opere, onus in humeris calamitas gehennæ. Pri- 'ma fœdat affectum, secunda inhonestat actum, tertia mortificat sub- 'iectum. De his tribus oneribus per Osee dicitur: *Arastis impietatem,* Osee 10.
'*messuistis iniquitatem, comedistis fructum mendacij*. Impietas siquidem ara- 'tur, quando quis ex studio mundi vanitatem meditatur: iniquitatem 'metit, qui ex illicita cogitatione pravum opus colligit: mendacij fru- 'ctum comedit, quando prout gessit in corpore, apud Inferos recipit. 'Aratur itaque impietas cogitando illicita, legitur iniquitas operando nefaria, comeditur fructus sustinendo supplicia'. Et nonnullis inter- positis regreditur inferiùs ad vndecim onera iam suprà memorata, quid singulis denotetur exponens: 'In *onere Babylonis* (ait) præcipuè 'notatur superbia: In *Moab*, indignatio maximè & arrogantia: In *Phis- 'tijm*, singulatim sensuum prava curiositas: In *Damasci*, expressa rapa- 'citas: In *Ægypti*, crapula & ebrietas: In *Deserti maris*, singularitatis 'præsumptio: In *Duma*, superstitio: In *Arabia*, ficta dilectio: In *Vallis 'visionis*, animi excæcatio: In *Tyri*, iactantia vitiorum & elatio: In *Iu- mentorum Austri*, religionis exprimitur dissolutio'. Sed audiendus est
Alredus. denuò Alredus, qui sub finem Sermonis superiùs citati: 'Credo (in- 'quit) quòd non vacat à mysterio ipse *Onerum* ordo, nec sine causa 'primo loco ponitur *Onus Babylonis*, secundo *Philistbim*, & sic de cæte- 'ris. Si enim priùs à cordibus nostris non fuerit expulsa cupiditas, quę
Babylon. 'Onus Babylonis & radix omnium scitur esse malorum, nec cætera one- 'ra declinare, vel vincere, nec ad virtutum progredi summam vllâ ra- 'tione poterimus. Fit autem ista cupiditatis expulsio vel in his qui sæ- 'culo plenè renuntiant, vel *qui sic vtuntur hoc modo tanquam non vtantur,* 1. Cor. 7.
'*tanquam nihil habentes & omnia possidentes*. Cupiditate autem devictâ, 31.

vel 2. Cor. 6.

ph.5.12. ,vel exclusâ, *Iam non eſt nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed* Philiſthijm.
,*adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cæ-*
Cor.10. ,*leſtibus*. Sed cùm is *qui non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed fa-*
3. ,*cit etiam cum tentatione proventum, vt poſſimus ſuſtinere*, onus iſtud vel alle-
,viaverit, vel abiecerit, onerabit nos huius carnis neceſſitas, cuius me- Moab.
,tas ſicut ſcire difficile eſt, ita ſervare impoſſibile. Neceſſe proinde eſt, Damaſcum.
,vt concepto igne naturalia nos incentiva fatigent; & niſi eis viriliter
,reſiſtatur, ad illicita quæque impellant. Si verò compreſſis *Philiſthæis*,
,neceſſitas corporalis quaſi *Moab*, ſub modo fuerit temperantiâque re-
,data, & ſic quaſi *Onus Damaſci*, carnis quieverint incentiva, ſtatim
,errores & blaſphemiæ, quaſi tenebræ *Ægypti*, oculos cordis obdu- Ægyptus.
,cent, donec coruſcanti luci ſapientiæ tenebræ cedant, & ſtatim *Deſerti* Deſertũ mare.
,*maris*, id eſt, perverſorum invidia malitiaque ſuccedat. Quâ ceſſante,
,cùm iam omnia videantur eſſe quieta, ipſa quies à ſpiritu accidiæ, Duma.
,quaſi ſub *Onere Dumæ*, non poteſt eſſe quieta. Quo, operis, orationis, &
,lectionis aſſiduitate, propulſo, *Onus Arabiæ*, id eſt, metus mortis, in- Arabia.
,cumbet. Sed & ipſo bonæ conſcientiæ ac fidei virtute ſuperato, quaſi Vallis viſionis.
,vicinum perfectioni vanitas onerabit. Quæ ſi fuerit profundâ humi- Tyrus.
,litate devicta, nihil reſtat, niſi vt alienis neceſſitatibus quaſi *Iumentum* Iumenta Au-
,*Auſtri* oneretur'. Ecce quot oneribus ſibi ordine quodam ſuccedenti- ſtri.
bus gravantur, qui exitum de medio Babylonis meditantur. Hinc mirum non eſt tam multos in via deficere, tam multos de via deflectere, tam multos retrò reſpicere. Rectè admonet vnumquemque in hac via ambulantem Auguſtinus: ° 'Semper adde (inquiens) ſemper ° *Aug. Ser. 15. de Verbis Apoſt. c. 15. Videeund. l. de Cantico novo c. 4. & Bern. Serm. de 4.ci Debito.*
,ambula, ſemper profice: noli in via remanere, noli retrò redire, noli
,deviare. Remanet qui non proficit, retrò redit qui ad ea revolvitur
,vnde iam abſceſſerat, deviat qui apoſtatat. Meliùs it claudus in via,
ac 14. 30 quàm curſor præter viam'. Remanenti oggeritur illud, *Hic homo cœpit*
luc. 2. 18 *ædificare, & non potuit conſummare*. Retrò redeunti illud, *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & averſio tua increpabit te.* De-
Pſal. 17. 46 viantibus denique illud, *Filij alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis*. Ubi notandum, aliud eſſe *claudicare à ſemitis*, aliud autem *claudicare in ſemitis*. A ſemitis claudicant, qui deſertâ viâ aliorſum declinant: In ſemitis claudicant, qui crebrâ ceſpitatione viam lentè inſiſtunt: P 'Non omnes (ait quidam) vniformiter gradiuntur ad Deum. P *Hugo Vict. l. 3 Erud. Theol. ex 2. Miſcell. c. 87. Vide l. 4. c. 110*
,Quidam tardo & pigro greſſu: ſicut illi qui terrenorum curis impli-
,citi vix aliquando reſpirant aut reſpiciunt, vt Dei recordentur. Qui-
,dam modeſto inceſſu: ſicut ij qui Dei ſervitio mancipati ſunt, & Deo
,quidem ſerviunt, ſed tamen erga ſeipſos indulgentiores exiſtunt. Alij
,veloci & rapido curſu properant: ſicut ij qui ſuper carnem ſuam ſe
,intuentes, & ſe & tranſitoria contemnentes, celeriter proficiſcuntur ad
Pſal. 4. 9. Deum; hoc ſolummodo cupientes, *In pace quieſcere in idipſum*'.

7. Antequam de primi habitaculi amœnitate in Babylonici vepreti aſperitatem præcipitarentur homines primi, continuo ac irremiſſo curſu

su ad Deum poterant progredi : in Babylone autem constituti non nisi per crebras claudicationes viam possumus permetiri : [q] 'Vulnera ,(ait Augustinus) quæ corporibus infliguntur , mẽbra faciunt claudicare, vel ægrè moveri; non eam virtutem quâ iustus est homo. Vulnus autem, quod peccatum vocatur, ipsam vitam vulnerat, quâ rectè vivebatur. Hoc autem tunc maius atque altius diabolus inflixit, quàm sint ista hominibus nota peccata'. Et lib. 4. contra Julianum cap. 16. 'Non aliquid diabolus (inquit) quod ad naturam hominis pertinet, condidit; sed quod Deus benè condiderat, peccati persuasione violavit : ita vt illo vulnere quod factum est per duorum hominum liberum arbitrium, totum genus claudicaret humanum'. Ecce vnde nostra claudicatio , vnde frequens cespitatio, vnde crebra pausatio , vnde interdũ & deviatio! [r] 'Quia terrena inhabitatio (inquit Fulgentius) sensum multa cogitantem deprimit, & terra nostra germinare spinas nobis & tribulos non quiescit ; non possumus pervenire ad esum panis nostri, nisi fuerimus sudore vultus & fatigatione confecti. Fatigamur enim sudoribus, dum proprijs cupiditatibus repugnamus : in quibus vincendis idcircò maior est certaminis difficultas, quia non extrinsecùs ex altero , sed intrinsecùs ex seipso certanti homini concupiscentiæ carnalis generatur adversitas; quæ fatigationem ingerit humanæ imbecillitati dum nascitur, quamvis divinæ virtutis opitulatione vincatur : *Caro enim concupiscit adversùs spiritum, spiritus autem adversùs carnem : Hæc enim invicem adversantur, vt non quæcunque volumus , illa faciamus.* Hinc est, quòd nondum Deo sumus omninò subiecti, quia ex nobis nascitur quod divinæ remittitur iussioni. Nam licet ex gratia Dei sit voluntas nobis bona quæ nos Deo reddat humiles, non nobis tamen deest pravæ cupiditatis exortus qui nos faciat contumaces. Per Dei ergo gratiam sumus iam Deo ex parte subiecti , per culpam verò nostram sumus adhuc ex parte non subditi. Propter quod ad Hebræos dicitur, necdum omnia Christo esse subiecta : sic enim ait, *In eo quòd ei subiecit omnia , nihil dimisit non subiectum ei : nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.* Subiecti sumus igitur Deo, ex eo, quòd ipso in nobis operante, *Condelectamur legi Dei secundùm interiorem hominem* : Necdum autem sumus subiecti, ex eo, quòd *videmus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, & captivantem nos in lege peccati , quæ est in membris nostris.* Subiecti sumus Deo, quia ipsius miseratione eripimur à tentatione: ipsi enim cantamus, *A te eripiar à tentatione*: sed necdũ sumus omninò subiecti, quia *Tẽtatio est vita hominis super terram.* Subiecti sumus Deo , in quo *Gressus nostros dirigit secundùm verbũ suũ, vt non dominetur nobis omnis iniquitas*: Sed necdum sumus omninò subiecti, quia *In multis offendimus omnes.* Subiecti sumus Deo, inquantum ipso donante, *In carne ambulantes non secundùm carnem militamus* : Sed necdum sumus omninò subiecti, quia etsi habemus ex dono Dei, vt *Mente serviamus legi Dei*; habemus tamen ex reliquijs peccati, vt *Carne serviamus legi peccati.* Propter quod Apostolus dicit, *Igitur ipse ego*

[q] *Aug. lib. 2. de Nupt. & Concup. cap. 34.*

[r] *Fulg. Epist. 4. ad Probam c. 5. & 6.*

Gal. 5. 17.

Hebr. 2. 8.

Rom. 7. 22.

Rom. 7. 23.

Psal. 17. 30

Iob 7. 1.

Psal. 118. 133.

Iac. 3. 2.

2. Cor. 10. 3

Rom. 7. 25

Ibid.

Digitized by Google

,ego mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati. Omnis enim qui nunc ,iuſtè vivit, carne quidem ſervit legi peccati, dum in ſe naſci carnalem ,concupiſcentiam ſentit : mente autem ſervit legi Dei, quia eidem ,carnali concupiſcentiæ non conſentit. Carne ſervimus legi peccati, ,dum *Filij Babylonis* naſcentes inquietant animam noſtram : ſed mente ,ſervimus legi Dei, cùm ijdem *Parvuli Babylonis alliduntur ad petram.* Ba- ,bylon enim confuſio interpretatur, cuius filia eſt omnis carnalis cu- Ser. 5.6 ,piditas, quam cordis confuſio generat. Quamdiu autem *in corpore pe-* ,*regrinamur à Domino*, partus ſuos nobis ingerit iſta confuſio. Ex ipſa ,quippe confuſione omnis prava cogitatio naſcitur : quæ parvula tunc ,ad petram eliditur, dum celeri recordatione atq; opitulatione Chri- ſti ſuperata calcatur'. Huic propoſito accommodat Alredus illud Pro- l.14.21. pheticum : *Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus* : [f] 'Nomen Babylonis (ait ille) eſt gloria mundi : Reli- ,quiæ Babylonis, amor mundi : Germen Babylonis, affectus peccan- ,di: Progenies Babylonis, cognitio conſenſuſque peccati. Nihil enim ,magis appetunt homines, quàm magnum nomen : quod ſibi Baby- ,lonici vel divitijs, vel ſtultâ virtute, vel ſcientiâ ſæculari conquirunt. ,Quæ cùm acquirere non potuerint, vel acquiſita amiſerint, habent ,quaſdam omnium horum in corde reliquias, ipſum videlicet mundi ,amorem, qui ex iniquo germine peſſimus affectus proceſſit. Quorum ,progenies peſſimæ ſunt cogitationes, quaſi parvuli filiæ Babylonis, de l.136.8 ,quibus Pſalmiſta ait : *Filia Babylonis miſera : Beatus qui tenebit & allidet* 9. ,*parvulos tuos ad petram*'. Qui rurſus ſuperiùs Ser.12.in caput 13.Iſaiæ, diſtinguit *parvulos* Babylonis à *lactentibus*, & *filijs* eiuſdem : 'Per *parvu-* ,*los* (inquiens) cogitationes illicita quæque ſuggerentes : per *lactentes*, ,cogitationes in ipſis illicitis delectantes : per *Filios*, cogitationes iam ,iamque ad illicita opera per conſenſum prorumpentes, intelligo. Sed ,*Beatus qui tenebit & allidet parvulos ſuos ad petram* : qui ſagittis timoris ,Dei noxias cogitationes interficit : qui ſibiipſi, quoties fuerit illicitâ ,delectatione præventus, non miſeretur : qui in conſenſum fortè pro- lapſus, magis vult hoc in ſeipſo punire, quàm parcere'.

Vide Ambroſ. l. 2. de Pœnitentia c. 11. & lib. de Iſaac c. 6. & Greg. in Pſal. 4 Pœnitent. v. 21. & Dorotheum Doctrina 11. & Nilum in Aſcetico.

[f] *Alredus Serm. 19. in caput 14 Iſaiæ.*

CAPVT XV.

Babylonica cupiditatis cum Hieroſolymica charitate conflictus. Illa retrahit exeuntes, iſta evocat torpentes, vrget tardantes, allevat in via corruentes. Militiam eſſe vitam hominis ſuper terram oſtenditur : & quis hominis *nomine dignus ſit exponitur.*

1. NVnc deſcribendus eſt Babylonis cum Hieruſalem, id eſt, mundanæ cupiditatis cum divina charitate conflictus: [a] 'Sicut amor ,immundus (inquit Auguſtinus) inflammat animam, & ad terrena concupiſcenda

[a] *Aug. Præfat. in Pſal. 121.*

,cupiſcenda & peritura ſectanda vocat, & in ima præcipitat, atque in ,profunda demergit: ſic amor ſanctus ad ſuperna elevat, & ad æterna ,inflammat, & ad ea quæ non tranſeunt neque moriuntur excitat ani- ,mam, & de profundo inferni levat ad cœlum. Habet tamen omnis ,amor vim ſuã, nec poteſt vacare amor in anima amantis, neceſſe eſt vt ,ducat. Sed vis noſſe qualis amor ſit? Vide quò ducat. Non enim mo- ,nemus vt nihil ametis, ſed monemus ne mundum ametis; vt eum qui ,fecit mundum, liberè ametis. Obligata enim anima amore terreno, ,quaſi viſcum habet in pennis, volare non poteſt: Mundata verò ab ,affectibus ſordidiſſimis ſæculi, tanquam extenſis pennis, & duabus ,alis reſolutis ab omni impedimento, id eſt, duobus præceptis dilectio- ,nis Dei & proximi, volat. Quò, niſi ad Deum aſcendens volando, ,quia aſcendit amando? Quod antequam poſſit, gemit in terra, ſi iam ,ineſt ei volandi deſiderium, & dicit: *Quis dabit mihi pennas ſicut colum-* Pſal. 54. 7. ,*ba, & volabo, & requieſcam?* Quò autem volabit? De mediis ſcandalis, ,vbi gemebat etiam iſte cuius hæc vox eſt quam commemoravi. De ,mediis ergo ſcandalis, à commixtione malorum hominum, à paleis ,quibus grana commixta ſunt, volare vult; vbi non patiatur coniun- ,ctionem & ſocietatem iniqui alicuius, ſed vivat in ſancta ſocietate Angelorum civium in æterna Hieruſalem'. Et Præfat. in Pſal. 31. 'Di- ,lectio (inquit) vacare non poteſt. Quid enim de quoquam homine ,etiam malè operatur, niſi amor? Da mihi vacantem amorem, & ni- ,hil operantem. Flagitia, adulteria, facinora, homicidia, luxurias om- ,nes, nonne amor operatur? Purga ergo amorem tuum: aquam fluen- ,tem in cloacam, converte in hortum: quales impetus habebas ad ,mundum, tales habeas ad Artificem mundi. Num vobis dicitur, Ni- ,hil ametis? Abſit. Pigri, mortui, deteſtandi, miſeri eritis, ſi nihil ,ametis. Amate, ſed quid ametis videte. Amor Dei, amor proximi, ,charitas dicitur: Amor mundi, amor huius ſæculi, cupiditas dicitur. Cupiditas refrænetur, charitas excitetur'. Ad illud pertinet præcep- tum, *Non concupiſces*: ad iſtud, *Deum & proximum diliges*: [b] 'Quicquid Exod. 20. ,ergo (ait alibi idem) Dei lege prohibemur, & quicquid iubemur fa- 17. ,cere, ad hoc prohibemur & iubemur, vt duo iſta compleamus. Et for- Mat 22. 3 ,tè generalis prohibitio eſt, *Non concupiſces*; & generalis iuſſio, *Diliges*. & ſeqq. ,Unde breviter & Apoſtolus Paulus quodam loco vtrumque comple- ,xus eſt. Prohibitio enim eſt, *Nolite conformari huic ſæculo*: Iuſſio au- Rom. 12. ,tem, *Sed renovamini in novitate mentis veſtræ*. Illud pertinet ad *Non con-* ,*cupiſcere*, hoc ad *Diligere*: illud ad continentiam, hoc ad iuſtitiam: il- ,lud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonum. *Non concupiſ-* ,*cendo* enim vetuſtate expoliamur; & novitate induimur, *Diligendo*'. Qui rurſus lib. de Spiritu & Littera cap. 4. vniverſam divinæ legis ampli- tudinem ad vnicum *Non concupiſcendi* præceptum reducit: 'Et vtique ,(inquiens) non figuratè aliquid dicitur, quod accipiendum non ſit ſe- ,cundùm litteræ ſonum, cùm dicitur, *Non concupiſces*: ſed apertiſſimũ ,ſaluberrimumque præceptum eſt, quod ſi quis impleverit, NVLLVM

[b] *Aug. l. de Perfect. Iuſtitiæ c. 5*

HABEBIT

'HABEBIT OMNINO PECCATVM. Nam hoc ideò elegit Apostolus 'generale quiddam quo CVNCTA COMPLEXVS EST, tanquam hęc 'esset vox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait, *Non concupisces*. Neque enim vllum peccatum nisi concupiscendo committitur'. Et Epist. 89. ad Hilarium q. 1. 'Cùm dicit lex (inquit) *Non concupisces*, 'quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus cõtinentiã? 'Animus quippe velut pondere, amore fertur quòcunque fertur. Ju- 'bemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pon- 'dus charitatis; donec illud consumatur, hoc perficiatur'.

2. Ex diuturno charitatis reluctamine potest quidem Babylonica cupiditas in hac vita diminui, non tamen in totum extirpari vel consumi: [c] 'Concupiscentiam (ait Augustinus) quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi'? Qualiter porrò tam ignorantia, in Ægypto, quàm cupiditas seu concupiscentia, in Babylone contracta, minuantur in hac vita, tametsi non consumantur, indicat idem mox infrà subtexens: 'Ignorantia minuitur veritate magis magisque lu- 'cente, concupiscentia minuitur charitate magis magisque fervente'. Hoc postremum tradit & Fulgentius Ser. de Charitate Dei & proxi- mi in fine: 'Tantum (inquiens) augetur charitas, quantum fuerit 'imminuta cupiditas: & illum facit charitas semper liberum, quem 'non tenuerit cupiditas mundana captivum. Charitas donum Dei est, m. 5. 5. 'dicente Apostolo, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum* 'sanctum qui datus est nobis: Cupiditas laqueus est diaboli, non solùm 'laqueus, sed etiam gladius: per ipsam miseros capit, per ipsam cap- 'tos interficit. Charitas est radix omnium bonorum, cupiditas radix est omnium malorum'. Extat inter Augustini Opera Tomo 9. Tra- ctatus de Conflictu vitiorum & virtutum inscriptus, vbi cap. 26. de- scribitur conflictus cupiditatis cum charitate, sive amoris sæculi cum amore cœlestis patriæ: quem conflictum in semetipso experiri potest quisquis de Babylone in Hierusalem transmigrare proponit: 'Amor 'sæculi (ait Author ille) dicit: Quid pulchrius, quid honestius, quid- 've potest esse delectabilius, quàm quod in præsenti vita quotidie cer- 'nimus? O quàm mirabilis cœli camera in aëre iucundo, in lumine 'solis, in augmento lunæ atque defectu, in varietate stellarum & cursu! 'Quàm oblectabilis terra in nemorum floribus, in fluctuum suavitati- 'bus, in pratorum rivulorumque amœnitatibus, in segetum culmis lu- 'xuriantibus, in vinearum vitibus & botryonibus plenis palmitibus, in 'Sylvarum vmbris & planis exitibus, in equorum & canum cursibus, 'in cervorum & caprearum saltibus, in accipitrum volatibus, in pa- 'vonum, columbarum, turturumque pennis & collis, in domorum pi- 'ctis muris & laquearibus, in organorum omnium musicorum tinnu- 'lis cantibus, in mulierum venustis aspectibus, earumque supercilijs, '& crinibus, & oculis, & genis, & gutture, & labijs, & naso, & mani- 'bus, atq; extrinsecùs adhibitis auro & gemmis, distinctis monilibus: '& siqua sunt alia quæ modò non recolit sensus. Amor patriæ cœle-

[c] *Aug. l. 6. cont. Iul. cap. 16.*

Fulgentius.

Pseudo-Augustinus. Circumfertur etiam inter Opera Isidori Hispalensis.

,ſtis reſpondet: Si te iſta delectant quæ ſub cœlo ſunt, cur non magis ,ea delectant quę ſuper cœlos ſunt? Si carcer ita pulcher eſt; patria, ,civitas & domus qualis eſt? Si talia ſunt quæ colunt peregrini, qua- ,lia ſunt quę poſſident filij? Si mortales & miſeri in hac vita taliter ,ſunt remunerati, immortales & beati qualiter ſunt in illa vita ditati? ,Quapropter recedat amor præſentis ſæculi, in quo ſic nullus naſci- ,cur, vt non moriatur; & ſuccedat amor futuri ſæculi, in quo ſic omnes ,vivificantur, vt non deinceps moriantur: vbi nulla adverſitas turbat, ,nulla neceſſitas anguſtat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis lætitia ,regnat. Si quæris, quid ibi ſit, vbi talis ac tanta beatitudo perſiſtit? ,Aliter dici non poteſt, niſi quicquid boni eſt, ibi eſt; & quicquid ma- ,li eſt, ibi nunquam eſt. Quid, inquis, illud bonum eſt? Quid me in- ,terrogas? A Propheta & Apoſtolo definitum eſt: *Quod oculus*, in- *Iſa.64* ,quit, *non vidit, & auris non audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præpa-* *& 1.C* ,*ravit Deus diligentibus eum.* Ad hanc fælicitatem multis ſæculi divitijs 9. ,conſtipatus David anhelabat, cùm diceret: *Quid enim mihi eſt in cœlo,* *Pſal.7* ,*& à te quid volui ſuper terram?* Dulcibus Regalibus dapibus abundans ,dicebat, *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Et rurſum: *Sitivit anima* *Pſal.* ,*mea ad Deum fortem, vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* *Pſal.4* ,Rurſumque: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Hinc & Paulus *Pſal.11* ait: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: multò enim melius'.* Hunc confli- *Phil 1.* ctum in ſemetipſo experitur quiſquis *Aſcenſiones in corde ſuo diſponit in* *Pſal.8* *valle lachrymarum*: [d] 'Mirabiliter (inquit Iſidorus) comparatur ſimili- ,tudo, à voluptatibus mundi conanti redire ad Deum, retinentibus ,eum cupiditatibus ſæculi, ei, qui dormitans exurgere conatur, & ſo- ,pore ſomni deprimitur. Ille enim ad bonum novit redire, & volup- ,tatum facibus non ſinitur: iſte melius eligit vigilare, ſed ſoporis tor- ,pore tenetur'. Pręmiſerat idem ſuperiùs ibidem: 'Multi cupiunt cõ- ,volare ad gratiam Dei, ſed timent carere oblectamentis mundi. Pro- ,vocat quidem eos amor Chriſti, ſed revocat cupiditas ſæculi'. Qui rurſus lib. 2. de Differentijs ſpiritalibus cap. 27. binas concupiſcen- tias, vnam carnis adversùs ſpiritum, alteram ſpiritus adversùs carnem, per antitheſes ſibi invicem contraponit, ſingularumque actus ac pro- penſiones perſtringit: 'Inter concupiſcentiam carnis (inquiens) & ſpi- ,ritus, hoc intereſt: Concupiſcentia carnis eſt motus animæ, turpis, ,in affectu ſordidæ delectationis: Concupiſcentia verò ſpiritus, ardens ,intentio mentis ad deſideria ſanctæ virtutis. Iſta ſibi conſentientes ,perducit ad regnum, Illa ad ſupplicium ſempiternum: Illa *lex peccati*, *Rom.8.* ,de primi hominis damnatione deſcendens; Iſta *lex mentis*, de munere *Ibid.* ,Redemptoris noſtri deſcendens. Hæc autem ſibi invicem pro affe- ,ctu vitiorum quotidianâ colluctatione taliter adverſantur: Concu- ,piſcentia namque carnis primùm illecebras vitiorum in cogitationi- ,bus gignit, Concupiſcentia verò ſpiritus cogitationes ſanctas opponit: ,Illa fabulis, vaniſque oblectatur verbis; Iſta Scripturarum meditatio- ,nibus atque præceptis: Illa gaudet ex ſpectaculis rerum terreſtrium,

[d] *Iſid. lib. 3. de Summo Bono cap. 22.*

Vide Proſp. l. 2. de Vita contẽplativa c. 13. & 15. & 16. & 21. & l. 3. cap. 16. & 17.

Iſta

igitized by Google

,Ista gaudet contemplatione cœlestium : Illa terrena gaudia quærit,
,Ista gemitus & suspiria trahit : Illa torpore somnorum atque pigritiâ
,corpus relaxat, Ista vigilijs & competentibus orationibus elaborat:
,Illa per ingluviem illecebris ventris & desiderio gutturis æstuat, Ista
,semetipsam ieiunijs & abstinentiæ cruciatibus macerat : Illa luxuriæ
,subdita turpium perpetrationum affectus, quos intentione cogitatio-
,num agit, perfectione voluptatis explere contendit ; Ista castitatis &
,pudicitiæ pulchritudinem diligit : Illa avaritiæ flammâ succensa ap-
,petit lucrum, & fugit damna temporalium rerum; Ista contemnens
,mundum, solùm sibi vendicat Christum : Illa, invidiâ, nullum sibi
,superiorem vel æqualem esse permittit, sed interno livore vulneris de
,cunctorum profectu tabescit; Ista de cunctorum virtutibus gaudet,&
,minorem sibi per charitatem præponit : Illa, irâ exæstuans, nihil æ-
,quanimiter portat, sed perturbatâ mente vsque ad vocis tumultum
,exultat; Ista nullâ exasperatione movetur, sed per tranquillitatis mã-
,suetudinem patienter omnia sustinet: Illa, tristitiâ inficitur dum quę-
,libet adversa persenserit ; Ista nullo mœrore frangitur, sed etiam ma-
,la de proximis portans, ab interiore gaudio non removetur : Illa am-
,bitione honoris inficitur dum quibuslibet humanis laudibus, vel il-
,lecebris vanæ gloriæ, delinitur ; Ista humilitatem amat, & soli Deo
,suo, qui inspector est mentis, placere delectat : Illa inflata superbiâ &
,fastu carnis, cor elevat; Ista, ne à celsitudine sua corruat, vsque ad in-
,fima seipsam humiliat. Sed quid plura ? Concupiscentia carnis in om-
,nium vitiorum multitudinem sibi consentientes præcipitat ; Concu-
,piscentia verò spiritus mentem lassam, ne deficiat, ad spem futurę glo-
,riæ corroborat. Proinde illa quamvis superet, nullatenus desperan-
,dum est, quia reparato certamine possumus etiam glorioſiùs trium-
,phare: Ista quamvis vincat, de victoria non est secura ; quia call dus
,hostis, etsi devictus, interdum tamen victores vltimus vincit; & quos
,primâ congressione non percutit, in finem decipere tendit. Hinc est
,etiam, quòd ipsa concupiscentia carnis vsque in huius vitæ terminum
,dimicare non cessat : Sed si concupiscentia spiritus vsque in finem su-
,peret, victoriæ secura in æternum cum suis victoribus regnat, quòd
,consumpto concupiscentiæ aculeo, nec carni spiritus, nec caro spiri-
,tui adversabitur ; sed vtramque invicem æternę pacis concordiâ co-
,pulante, Redemptori suo sine vlla oppugnatione in perpetuum ad-
,hærebunt'.

3. Hinc facilè perspicitur, quàm verum sit illud, quod Beatus Job
lib. 7. 1. quasi expertus asseverat : *Militia est vita hominis super terram.* Quo loco,
vt in suis Moralibus notat Gregorius, [c] 'Trãslatione veteri nequaquã
,*militia* vita hominis nuncupatur, sed *tentatio.* Sed si vtriusque verbi
,sensus aspicitur, diversum quidem est quod exteriùs resonat, sed vnũ
,eundemque concorditer intellectum format. Quid enim nisi pugna
,contra malignos spiritus, nomine *tentationis* exprimitur ? Et quid ap-
,pellatione *militiæ*, nisi contra hostes exercitium designatur ? Tentatio

[c] *Gre. lib. 8. Mo-ral. cap. 3.*

›itaque ipſa militia eſt: quia dum contra malignorum ſpirituum inſi-
›dias vigilat', in bellorum procinctu proculdubio exſudat. Notandũ
›verò, quòd hęc eadem *vita hominis* non tentationem habere dicitur,
›ſed ipſa *tentatio eſſe* perhibetur. Sponte quippe à ſtatu conditionis lap-
›ſa, & corruptionis ſuæ putredini ſubdita, dum ſibi ex ſemetipſa mo-
›leſtias gignit, hoc eſt iam facta, quod tolerat. Quia enim ſtatum men-
›tis inclinata deſeruit, quid in ſe niſi motum varietatis invenit? Vnde
›nunc etſi ad ſumma appetenda ſe erigit, mutabilitatis lubricæ impul-
›ſu protinus ad ſemetipſam cadit: vult enim contemplatione ſtare, ſed
›non valet: Cogitationis greſſum figere nititur, ſed infirmitatis ſuæ
›lapſibus enervatur. Quæ nimirum mutabilitatis ſuæ onera quia vo-
›lens expetijt, nolens portat. Quietus homo poſſidere carnem potuit,
›ſi benè ab Auctore conditus poſſideri voluiſſet. Cùmque ſe erigere
›contra Creatorem ſtuduit, in ſemetipſo protinus carnis contumelias
›invenit. Sed quia cum culpa ſimul ab origine etiam pœna propaga-
›tur, inſerto infirmitatis vitio naſcimur; & quaſi nobiſcum hoſtem
›deducimus, quem cum labore ſuperamus. Ipſa ergo *hominis vita*
›*tentatio eſt*, cui ex ſemetipſa naſcitur vnde perimatur: quæ etſi ſemper
›ex virtute ſuccidit quod ex infirmitate generat, ſemper tamen ex in-
›firmitate generat quod ex virtute ſuccidat'. Illud prętera obſervatu
dignum eſt, non cuiuſcunque viventis, ſed ſignanter *hominis* vitam dici
hìc militiam. Quid autem *hominis* vocabulo congruentiùs hìc intelli-
gamus, quàm quod ait Eccleſiaſtes: *Deum time, & mandata eius obſerva:* Eccle. 12.
hoc eſt enim omnis HOMO: [f] 'Si omnis homo eſt (ait quidam) qui Deum 13.
›timet & mandata eius obſervat, conſtat quod ille *homo* non eſt, qui
›hoc non facit. Si enim cognoſcit Deum & mandata eius, & non ti-
›met, nec obſervat; contemptor eſt; & magis diabolus dicendus eſt
›quàm homo. Si verò non cognoſcit Deum & mandata eius, cæcus
›eſt, & magis beſtia dicendus eſt quàm homo. Si autem cognoſcit, &
›timet, & cuſtodit, verè homo eſt, & tali nomine dignus appellari'.

[f] *Hugo Victor. Serm. 10. Vide ſuprà lib. 1. cap. 18. §. 6.*

Sex *Hominis* vſurpationes percenſet Richardus Victorinus, quarum po-
ſtrema coincidit cum ea quam modò expendimus: [g] 'Homo (ait ille)
›in ſacra Scriptura diverſis modis intelligitur: Aliquando dicitur *ho-*
›*mo* ſecundùm ethymologiam nominis, aliquando ſecundùm dignita-
›tem conditionis, aliquando ſecundùm affectum vel effectum iniqui-
›tatis, aliquando ſecundùm typum ſignificationis, aliquando ſecun-
›dùm defectum fragilitatis, aliquando ſecundùm rectitudinem æqui-
›tatis. Secundùm ethymologiam nominis *homo* dicitur, quando ſic di-
›ctus, *eò quòd ſit ab humo*, declaratur. Secundùm dignitatem condi- Eccli 33.
›tionis, vt vbi *ad imaginem & ſimilitudinem* Dei *conditus* legitur. Secundũ 10.
›affectum vel effectum iniquitatis, vt vbi per Apoſtolum delinquenti- Gen. 1. 26.
›bus dicitur, *Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nonne* HOMINES *eſtis?* 1. Cor. 3. 3.
›Homines eſtis, id eſt, mali & iniqui eſtis. Secundùm typum ſignifica- & 4.
›tionis, in Evangelio, vbi *Malus homo* dicitur *ſuper bonum ſemen ſuperſe-* Matt. 13.
›*minaſſe zizaniam.* Quem enim rectiùs ſecundùm typum ſignificatio- 28.

[g] *Rich. Victor. lib. 2. in Apoc. cap. 2.*

nis

,nis hunc *hominem* esse dicimus, quàm diabolum; qui ad similitudinem ,hominis zizaniam super bonum semen seminavit, postquam verbum ,super corda hominum seminatum cognovit, quibusdam diversas hę-,reses & vitiorum semina iniecit ? Secundùm defectum fragilitatis, vt
Ier.17. 5 ,cùm per Hieremiam dicitur, *Maledictus homo qui confidit in homine.* In ,homine,id est, in fragili, & tam leviter & citò deficiente. Secundùm
cle.12. ,rectitudinem æquitatis,vt vbi per Salomonem dicitur : Deum *time, &* ,*mandata eius observa;hoc est enim omnis homo.* Quisquis enim Deum timet, ,& mandata eius observat,quia per æquitatem iustitiæ rectus est,*homo* ,est : Quisquis autem hoc non facit,quasi nequaquam homo est : quia ,si scienter delinquit, propter contemptum diabolus est dicendus; si ig-,noranter , propter cæcitatem magis bestia quàm homo dicendus est'. Pulchrè hanc postremam *hominis* vsurpationem expendit Chrysostomus Homil. 21. ad Populum Antiochenum paulò post initium : 'Hoc ,nomen *Homo* (inquiens) nos non secundùm externos definimus, sed ,vt divina iussit Scriptura. Nam *homo* non est quicunque simpliciter ,manus habet & pedes humanos, nec quicunque tantùm rationalis est: ,sed quicunque pietatem & virtutem cum fiducia exercet. Audi
ib. 1. 1. ,namque quid de Iob dicit : Cùm enim dixisset, quòd *In terra Hustide* ,*homo erat*, non ex his eum describit terminis,quibus alij; nec hoc dicit, ,quòd duos pedes habebat, & vngues latos: sed indicia pietatis illius ,præbens dicebat,*Simplex & rectus , ac timens* Deum *, & recedens à malo*; ,demonstrans quod est homo : sicut & alius ait, Deum *time , & ipsius* ,*mandata custodi, quoniam hoc est omnis homo*'. Sed nec minus appositè Salonius sub finem Dialogi in Ecclesiasten : 'Si (inquiens) qui non ti-,met Deum, & mandata eius non custodit, non est homo , quid ergo ,est? Bestia est. Quomodo bestia est,cùm in eo videatur humana substã-,tia & persona ? Quamvis videatur habere humanam substantiam & ,personam,tamen quia non rationabiliter sed bestialiter vivit, non ho-,mo, sed bestia dicendus est. Quomodo bestia vocatur ? Si est crude-,lis suis domesticis, aut subiectis, aut vicinis ; leo est, non homo : Si ,autem raptor est, tygris,vel lupus : Si verò est adulter, aut fornicator, ,aut immundus, Canis est, aut Porcus : Si stultus , asino comparatur: ,Si fraudulentus aut simulator, congruè vulpeculæ assimilatur : & sic ,de cęteris intelligendum est. Quis est ergo veraciter homo ? Ille *qui* Deum *timet, & mandata eius custodit*'. Augustinus lib. 20. de Civit. cap. 3. alludere videtur ad secundam *hominis* vsurpationem superiùs hìc memoratam, ex dignitate nimirum conditionis desumptam: 'Quid brevius (inquiens) verius,salubrius dici potuit? Deum, inquit, ,*time, & mandata eius custodi : quia hoc est omnis homo.* Quicunque enim ,est hoc,est custos vtique mandatorum Dei : quoniam qui hoc non est, ,nihil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis'. Eòdem alludere videtur & Hilarius in Psal.
Psal. 118. 118. super illis verbis , *Manus tua fecerunt me* : 'Quid (inquiens) tam
13. ,difficile est , quidve tam ardui operis , quàm invenire eum, qui me-

Vide Rupert. l. 7 de Glorif. Trinitatis cap. 12.

Chrysostomus. Vide eund. in Psal 48. v. 13. & Basil. in eundem versum, & Isidor. Pelusiot. l. 2. Epist. 135. & Ambros. l. 6. Hexameron c. 3

Salonius. Vide Greg. Nyssen. Orat. 1. de Procreat. hominis, & lib. de Opificio hom, c. 18.

Augustinus. Vide Bern. Ser. 20. super Cantica, & Pet. Damiani l. 2. Epist. 17.

Hilarius.

Vide Origenem lib. 1. in Iob. ad capitis 1. versum 1.

,minerit, *Secundùm imaginem & similitudinem Dei se esse factum*; qui divi- Gen. 1. 26.
,norum eloquiorum studio intentus, rationem animæ suæ corporisq;
,cognoverit, & originem vtriusque generis naturamque perceperit;
,ad quem finem denique hæc institutio sua ortusque contendat? Atq;
,ob id, magnum quiddam est *homo*: Hoc enim nomen, vbi rerum su-
,periùs commemoratarum cognitione neglectâ in vitia deciderit,
,amittit; indignus scilicet iam iudicatus *homo* nuncupari. Et cùm *Se-*
,*cundùm imaginem & similitudinem* Dei *factus sit*, secundùm exprobratio-
,nes Propheticas & Evangelicas, aut *Serpens*, aut *progenies viperarum*, aut Mat. 23. 33
,*equus*, aut *mulus*, aut *vulpes* ei nomen est: & proprietas ei nominis Psal. 31. 8.
,sui, vbi ab innocentia exciderit, aufertur. Verùm qui studiosâ fide Mat. 13. 32.
,doctrinam Dei & præcepta scrutatus fuerit, & per innocentiæ studiũ
,se dignum præstare voluerit qui *secundùm imaginem & similitudinem* Dei
,*factus sit*; vti & ipse Prophetæ voce poterit, dicentis, *Manus tuæ fece-*
runt me'. Consonat Philo lib. de Abraham paulò post initium, confir-
mans assertum suum authoritate etiam Chaldæorum, qui hominis vo-
cabulo indignum censent eum qui caret spe futurorum bonorum: vn-
Philo. de & hominem appellant *Enos*, à sperando futura bona: 'Primum (ait
,ille) principium parandorum bonorum, Spes est: etiam hanc tanquã
,publicam viam ostendit & aperit anima veri boni studiosa, quæ pri-
,mum amicum spei nominat *hominem*; vocabulum totius generis com-
,mune tribuens ei per excellentiam. Nam Chaldæi hominem *Enos*
,vocant; ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bonâ spe
,se sustinet. Vnde manifestum est, quòd spe carentem non hominem
,existimant, sed bestiam humanâ formâ præditam, cui desit spes pro-
prium ornamentum humanæ animæ'. Observat præterea Augustinus
Augustinus. lib. 15. de Civit. cap. 17. nomina *Adam* & *Enos* significare quidem ho-
minem, sed cum quodam discerniculo: '*Seth* (ait ille ibi) resurrectio
,interpretatur, & *Enos* filius eius interpretatur homo: non sicut *Adam*,
,& ipsum enim nomen interpretatur homo, sed commune perhibetur
,esse in illa lingua, id est, Hebræa, masculo & fœminæ: Nam de illo
,scriptum est, *Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eis, & cognomina-* Gen. 5. 2.
,*vit nomen eorum Adam*: Vnde non ambigitur, sic appellatam fuisse
,fœminam *Evam* proprio nomine, vt tamen *Adam*, quod interpretatur
,homo, nomen esset amborum. *Enos* autem sic interpretatur homo, vt
,hoc non posse fœminam nuncupari, periti linguæ illius asseverent;
tanquam filius resurrectionis, vbi *non nubent neque vxores ducẽt*'. Ex Luc. 20. 35.
quo datur intelligi, effœminatos homines, ac sensualitati addictos, *ho-*
minis vocabulo fieri indignos. Est & aliud adhuc obseruatu dignum
circa nomen *Enos*, quo nimirum admonentur exeuntes de Babylone ne
de seipsis præsumẽdo in alterũ declinẽt extremũ. Sicut enim qui nimis
se demittũt, ex hominibus fiunt bestiæ; ita qui nimis se erigunt, ex ho-
minibus fiunt dæmones: 'Hoc ipsũ (ait capite proximè sequenti idem
,Augustinus) quod dicitur, *Nominavit nomen eius* Enos, quod inter- Gen. 4. 26.
pretatur iuxta 70.

Digitized by Google

,pretatur homo, ac deinde additur, *Hic speravit invocare nomen Domini*
Ps. 39. ,*Dei*: satis ostendit, quòd non in seipso spem ponere debeat homo: *Ma-*
,*ledictus* enim *omnis*, sicut alibi legitur, *qui spem suam ponit in homine*: ac
,per hoc, nec in se: vt sit civis alterius civitatis, quæ non secundùm fi-
,lium Cain dedicatur hoc tempore, hoc est, mortalis huius sæculi la-
,bente transcursu; sed in illa immortalitate beatitudinis sempiter-
,næ'.

4. Non itaque propter effœminatos in brutorum conditionem dege-
nerantes, nec propter elatos diabolicam præsumptionem imitantes;
sed propter mediocres in neutram extremitatem sese præcipitantes, ait
Iob. 7. 1. Beatus Iob, *Militia est vita* HOMINIS *super terram*. Etenim priores, præ-
ferendo iniquam pacem molesto bello, sese discingunt; ac sic non solùm
officij, sed & naturæ nomen amittunt: ita vt non solùm non sint mi-
lites, sed nec homines. Postremi verò qualiter militent, indicat Au-
gustinus vbi ait: [h] 'Præter mala huius vitæ bonis malisque commu- [h] *Aug. l. 22. de*
,nia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos, quibus *Civit. cap. 23.*
,adversùs vitia MILITANT, & in talium præliorum tentationibus pe-
,riculisque versantur. Aliquando enim concitatiùs, aliquando remis-
Gal. 5. 17. ,siùs, non tamen desinit *Caro concupiscere adversùs spiritum, & spiritus*
,*adversùs carnem, vt non ea quæ volumus faciamus*, omnem malam concu-
,piscentiam consumendo, sed eam nobis, quantum divinitùs adiuti
,possumus, non ei consentiendo, subdamus: vigilijs continuis EXCV-
,BANTES, ne opinio verisimilis fallat, ne decipiat sermo versutus, nec
,se tenebræ alicuius erroris offundant: ne quod bonum est malum,
,aut quod malum est bonum esse credatur: ne ab his quæ agenda
Eph. 4. 26 ,sunt metus revocet, ne in ea quæ agenda non sunt cupido præcipitet:
1. Thes. 5. ,ne *super iracundiam sol occidat*, ne inimicitiæ provocent *ad retributionem*
15. ,*mali pro malo*: ne absorbeat inhonesta vel immoderata tristitia: ne
,impartiendorũ beneficiorum ingrata mens ingerat torporem: ne ma-
,ledicis rumoribus bona conscientia fatigetur: ne temeraria de alio
Rom. 6. 12 ,suspicio nostra decipiat; ne aliena de nobis falsa nos frangat: ne *Reg-*
Rom. 6. 13. ,*net peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius*; ne *Mem-*
,*bra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato*: ne oculus sequatur concu-
,piscentiam: ne vindicandi cupiditas vincat: ne in eo quod malè dele-
,ctat vel visio vel cogitatio remoretur: ne improbum aut indecens
,verbum libenter audiatur: ne fiat quod non licet, etiamsi libet: ne in
,hoc bello, laborum periculorumque plenissimo, vel de viribus no-
,stris speretur facienda victoria, vel viribus nostris facta tribuatur,
1. Cor. 15. ,sed eius gratiæ de quo ait Apostolus, *Gratias autem Deo qui dat nobis vis*
57. ,*ctoriam per Dominum nostrum Iesum Christum*: qui & alio loco, *In his*, in-
Rom. 8. 37. ,quit, *omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos*: Sciamus tamen,
,quantâlibet virtute præliandi vitijs repugnemus, vel etiam vitia su-
,peremus & subiugemus, quamdiu sumus in hoc corpore, nobis deesse
Mat. 6. 12. ,non posse vnde dicamus Deo, *Dimitte nobis debita nostra*. In illo au-
,tem regno vbi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec prę-

lia

Digitized by Google

,lia nobis erunt vlla, nec debita; quę nuſquam & nunquam eſſent, ſi ,natura noſtra, ſicut recta creata eſt, permaneret. Ac per hoc etiam ,noſter iſte conflictus, in quo periclitamur, & de quo nos victoriâ ,noviſſimâ cupimus liberari, ad vitæ huius mala pertinet, quam tot tantorumque teſtimonio malorum probavimus eſſe damnatam'. Præmiſerat ſuperiùs lib. 21. eiuſdem Operis cap. 15. de eodem conflictu ſeu bello inteſtino: 'Hoc bellum nunquam vllum eſſet, ſi natura hu- ,mana per liberum arbitrium in rectitudine, in qua condita eſt, per- ,ſtitiſſet. Nunc verò quæ pacem fœlix cum Deo habere noluit, ſecum ,pugnat infœlix. Et hoc quoque, cùm malum ſit miſerabile, melius ,eſt tamen quàm priora vitæ huius. Melius quippe confligitur cum ,vitijs, quàm cum ſine vlla conflictione dominantur: Meliùs eſt, in- ,quam, bellum cum ſpe æternæ pacis, quàm ſine vlla liberationis co- ,gitatione captivitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere, & ,ad capeſcendam ordinatiſſimam pacem, vbi firmiſſimâ ſtabilitate po- ,tioribus inferiora ſubdantur, igne divini amoris accendimur: Sed ſi ,illius (quod abſit) tanti boni ſpes nulla eſſet, malle debuimus in hu- ,ius conflictatione moleſtia remanere, quàm vitijs in nos dominatio- nem, non eis reſiſtendo, permittere'.

Quadruplicem hominis ſtatum per ordinem ad bellum pacemve cum vitijs diſtinguit Auguſtinus vbi ait:[i] 'Cùm in altiſſimis igno- ,rantiæ tenebris nullâ reſiſtente ratione vivitur ſecundùm carnem, ,hæc ſunt prima hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit fa- ,cta peccati, ſi nondum divinus adiuvat ſpiritus, ſecundùm legem ,volens vivere vincitur, & ſciens peccat, peccatoque ſubditus ſervit: ,*A quo enim quis devictus eſt, huic & ſervus addictus eſt*, id agente ſcientiâ 2. Pet. 2. ,mandati, vt peccatum operetur in homine omnem concupiſcentiam, ,cumulo prævaricationis adiecto, atque ita quod ſcriptum eſt implea- ,tur, *Lex ſubintravit vt abundaret delictum:* Hæc ſunt ſecunda hominis. Rom. 5. ,Si autem reſpexerit Deus, vt ad implenda quæ mandat ipſe adiuvare ,credatur, & agi homo cœperit Dei ſpiritu, concupiſcitur adversùs ,carnem fortiore robore charitatis, vt quamvis ſit adhuc quod homini ,repugnet ex homine, nondum totâ infirmitate ſanatâ, ex fide tamen ,iuſtus vivat, iuſtèque vivat, inquantum non cedit malæ concupi- ,ſcentiæ, vincente delectatione iuſtitiæ: Hæc ſunt tertia bonę ſpei ho- ,minis. In quibus ſi piâ perſeverantiâ quiſque proficiat, poſtrema pax ,reſtat, quæ poſt hanc vitam in requie ſpiritus, deinde reſurrectione ,etiam carnis implebitur. Harum quatuor differentiarum prima eſt ,ante legem, ſecunda ſub lege, tertia ſub gratia, quarta in pace plena atque perfecta'. Qui rurſus lib. 83. qq. Quæſt. 66. 'Comprehendi- ,mus (inquit) quatuor eſſe differentias etiam in vno homine, quibus ,gradatim peractis in vita æterna manebitur. Quia enim oportebat, ,atque id iuſtum erat, vt poſteaquam natura noſtra peccavit, amiſsâ ,beatitudine ſpiritali, quæ paradiſi nomine ſignificatur, animales car- ,naleſque naſceremur, prima eſt actio ante legem, ſecunda ſub lege, tertia

5.

[i] *Aug. Enchir. cap.* 118.

Digitized by Google

,tertia ſub gratia, quarta in pace. Ante legẽ actio eſt, cùm peccatũ ignoramus, & ſequimur carnales cõcupiſcẽtias. Sub lege actio eſt, cùm iam prohibemur à peccato, & tamẽ conſuetudine eius victi peccamus, quoniam nos nondum adiuvat fides. Tertia actio eſt, quando iam pleniſſimè credimus liberatori noſtro, nec meritis noſtris aliquid tribuimus, ſed eius miſericordiam diligendo iam non vincimur delectatione conſuetudinis malæ, cùm ad peccatum nos ducere nititur; ſed tamen adhuc eam interpellantem patimur, quamvis ei non tradamur. Quarta eſt actio, cùm omninò nihil eſt in homine quod reſiſtat ſpiritui, ſed omnia ſibimet concorditer iuncta & connexa, vnum aliquid firmâ pace cuſtodiunt. Quod fiet mortali corpore vivificato, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem'. Et pluſculùm inferiùs ad calcem eiuſdem Quæſtionis: 'In prima actione (inquit) quæ eſt ante legem, nulla pugna eſt cum voluptatibus huius ſæculi: In ſecunda, quæ eſt ſub lege, pugnamus, ſed vincimur: In tertia, pugnamus, & vincimus: In quarta, non pugnamus, ſed perfectâ & æternâ pace requieſcimus'. Huc ſpe-
Pſal. 35. 5. ctat quod in Pſal. 35. ad illa verba, *Malitiam autem non odivit*, ſcribit idem Auguſtinus: 'Aliud eſt (inquiens) non pugnare, & eſſe in pace vera atque perpetua: Aliud, pugnare, & vincere: Aliud, pugnare, & vinci: Aliud, nec pugnare, ſed trahi. Sunt enim homines prorſus qui non pugnant, qualis eſt iſte de quo loquitur cùm dicit, *Malitiam autem non odivit* Quomodo enim pugnat contra eam quam *non odit?* Iſte à malitia trahitur, nec pugnat. Sunt autem qui pugnare incipiunt; ſed quia de viribus ſuis præſumunt, vt oſtendat illis Deus quia ipſe vincit ſi ſe homo ſubiungit Deo, & pugnantes vincuntur, & cùm quaſi cœperint tenere iuſtitiam, fiunt ſuperbi, & eliduntur: Iſti pugnant, ſed vincuntur. Quis eſt autem qui pugnat, & non vincitur? Qui dicit,
Rom. 7. 23. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Vide re-
Rom. 7. 24 pugnantem legi mentis ſuæ. Vide repugnantem, ſed non de viribus ſuis præſumentem: Ideò victor erit. Quid enim ſequitur? *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia* Dei *per Ieſum Chriſtum* Dominum *noſtrum.* Præſumit de eo qui iuſſit vt pugnet & vincat hoſtem, adiutus ab adiuvante'.

6. Per regenerationis Sacramentum inſcribimur militiæ chriſtianæ, ablatâ quidem iniquitate, ſed relictâ ad agonem infirmitate: [k] 'Baptiſmus igitur (vt Auguſtinus ait) abluit quidem peccata omnia; prorſus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, ſive originalia, ſive addita, ſive quæ ignoranter, ſive quæ ſcienter admiſſa ſunt: ſed non aufert infirmitatem, cui regeneratus reſiſtit quando bonum agonem luctatur, conſentit autem quando ſicut homo in aliquo delicto præoccupatur: propter illud gaudens in actione gratiarum, propter hoc autem gemens in allegatione orationum: Ibi dicens,
Pſal. 115. 3 *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* hìc dicens,
Mat. 6. 12 *Dimitte nobis debita noſtra*: Propter illud dicens, Diligam te Domine virtus
Pſal. 17. 2. *mea*;

k *Aug. lib. 3. ad Bonif. cap. 3.*

,mea; Propter hoc dicens, *Miserere mei* DOMINE, *quoniam infirmus sum*: Psal. 6. 3.
,Propter illud dicens, *Oculi mei semper ad* DOMINUM, *quoniam ipse evellet de* Psal. 14. 15
,*laqueo pedes meos*; propter hoc dicens, *Turbatus est præ ira oculus meus*: Et Psal. 30. 10
,innumerabilia, quibus divinæ litteræ plenæ sunt, quæ alternis vicibus,
,vel exultando de Dei bonis, vel mœrendo de nostris malis, à filijs
,Dei dicuntur ex fide, quamdiu adhuc filij sunt etiam sæculi pro vitæ
,huius infirmitate; quos tamen Deus à filijs diaboli non solùm lava-
,cro regenerationis, sed ipsius etiam, quæ *Per dilectionem operatur*, *fidei* Gal. 5. 6.
,probitate discernit, quia *Iustus ex fide vivit*. Hæc est autem infirmitas, Rom. 1. 17
,cum qua vsque ad corporis mortem, defectu & profectu alternante,
,contendimus; magnique interest, quid vincat in nobis, donec regene-
,ratione alia consumetur, de qua Dñs dicit, *In regeneratione cùm sederit* Mat. 19.
,*filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim*. Re- 28.
,generationem quippe hoc loco, ambigente nullo, novissimam resurre-
,ctionem vocat; quam Paulus quoque Apostolus, & *Adoptionem*, & Rom. 8. 23.
Redemptionem nuncupat'. Prima igitur regeneratio, quâ christianæ mi-
litiæ tanquam tyrones inscribimur, abolet quidem iniquita-
tem, sed non demit infirmitatem: secunda verò, quâ in cœleste capi-
tolium ovantes introducimur, omnes prorsus reliquias vetustæ infir-
mitatis extirpat. Vnde non quomodocunque dictum est, *Militia est* Iob. 7. 1.
vita hominis; sed vigilanter adiunctum est, *super terram*. In cœlo enim,
vbi *vita hominis* erit indeficiens, non militabitur, sed militiæ stipen-
dium pax plena victoribus donabitur. Ibi ergo vivetur, non illâ vitâ,
de qua scriptum est, *Militia est vita hominis super terram*: sed illâ, de qua
ait Apostolus, *Si spiritu facta carnis mortificaveritis*, VIVETIS. Dicendo, Rom. 8. 13
si spiritu facta carnis mortificaveritis, militiam hominis super terram sub-
indicat: Addendo autem, *vivetis*, immortalitatis pacem legitimè cer-
tantibus retribuendam in cœlo prænunciat. Quid porrò sit *legitimè certare*, exponit Augustinus Serm. 13. de verbis Apostoli cap. 9. 'Hoc
,est opus nostrum (inquiens) IN HAC VITA, actiones carnis mortifica-
,re, quotidie affligere, minuere, frænare, interimere. Quàm multa
,enim proficientes non iam delectant, quæ antea delectabant? Quan-
,do ergo delectabat caro, & non ei consentiebatur, mortificabatur:
,quando iam non delectat, mortificata est. Calca mortuam, transi ad
,vivam: calca iacentem, conflige cum resistente. Mortua est enim
,vna delectatio, sed vivit altera: Et illam, dum non consentis, mor-
,tificas; cùm cœperit omninò non delectare, mortificasti. Hæc est actio
,nostra, HÆC EST MILITIA NOSTRA. In hoc AGONE cùm confligi-
,mus, Deum habemus spectatorem; in hoc agone cùm laboramus,
,Deum poscimus adiutorem. Si enim nos ipse non adiuvat, non dico
vincere, sed nec pugnare poterimus'.

CAP. XVI.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Hebræi populi cum populo Christiano allegorica comparatio: Ægypti cum paganismo, Maris Rubri cum Baptismo, Deserti cum Mundo, Terræ Chanaan cum patria cœlesti collatio.

I. IN terra Ægypti, vbi omnes nascimur ac hæreditariæ caliginis onere premimur, nec Deo militare, nec in patriam peregrinari, nec omninò eiusdem patriæ recordari valemus nisi exoriatur nobis lumen in tenebris, vt impleatur quod scriptum est, *Sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Vt enim obseruat Papa Gregorius, [a] 'Postquam de Paradisi gaudijs, culpâ exigente, expulsus est primus ,humani generis parens, in huius cæcitatis atque exilij, quam patimur, ,venit ærumnam; quia peccando extra semetipsum fusus, iam illa cœ,lestis patriæ gaudia, quæ priùs contemplabatur, videre non potuit. ,In paradiso quippe assueverat homo verbis Dei perfrui, beatorum ,Angelorũ spiritibus cordis munditiâ & celsitudine visionis interesse. ,Sed postquam huc cecidit, ab illo, quo implebatur, mentis lumine ,recessit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cœcitate nati, au,dimus quidem cœlestem esse patriam, audimus eius cives Angelos ,Dei, audimus eorundem Angelorum socios spititus iustorum & per,fectorum: Sed carnales quique, quia illa inuisibilia scire non valent ,per experimentum, dubitant vtrum sit, quod corporalibus oculis non ,vident. Quæ nimirum dubietas in primo parente nostro esse non po,tuit, qui exclusus à paradisi gaudijs, hoc quod amiserat, quia viderat, ,recolebat. Hi autem sentire, vel recolere audita non possunt, qui eo,rum nullum, sicut ille, saltem de præterito experimentum tenent. Ac ,si enim prægnans mulier mittatur in carcerem, ibique pariat puerum, ,qui natus puer in carcere nutriatur, & crescat; cui si fortasse mulier ,mater quæ hunc genuit, solem, lunam, stellas, montes, & campos, ,volantes aves, currentes equos nominet; ille verò, qui est in carcere ,natus & nutritus, nihil aliud quàm tenebras carceris sciat; & hæc qui,dem esse audiat, sed quia per experimentum non novit, veraciter esse ,diffidat: Ita in hac exilij sui cæcitate nati homines, dum esse summa ,& inuisibilia audiunt, diffidunt an verè sint: quia sola hęc infima, in ,quibus nati sunt, visibilia noverunt. Vnde factum est, vt ipse inui,sibilium & visibilium Creator ad humani generis redemptionem vni,genitus Patris veniret, & sanctum Spiritum ad corda nostra mitteret, ,quatenus per eum vivificati crederemus, quæ adhuc scire per expe,rimentum non possumus. Quotquot ergo hunc Spiritum, hæreditatis ,nostræ pignus, accepimus; de vita inuisibilium non dubitamus. Quis,quis autem in hac credulitate adhuc solidus non est, debet proculdu,bio maiorum dictis fidem præbere, alijsque iam per Spiritum sanctum ,inuisibilium experimentum habentibus credere: quia & stultus est

[a] *Greg. l. 4. Dialog. cap. 1.*

,puer ſi matrem ideo æſtimet de luce mentiri, quia ipſe nihil aliud quàm tenebras carceris agnovit'. Mirabile dictu eſt, quod de triduanis Ægypti tenebris ſacra Exodi hiſtoria commemorat: *Facta ſunt*, inquiens, *tenebræ horribiles in vniverſa terra Ægypti tribus diebus: Nemo vidit fratrem ſuum, nec movit ſe de loco in quo erat. Vbicunque autem habitabant filij Iſraël, lux erat.* Porrò quia Apoſtolo atteſtante didicimus, *Omnia in figura contigiſſe illis, ſcripta autem eſſe ad correptionem noſtram*; hinc admonemur advertere, quales ex carnali nativitate fuerimus, & quales ex ſpiritali renaſcentia evaſerimus. Ex carnali etenim nativitate Ægyptij fuimus, horribilibus ignorantiæ tenebris circumfuſi, ad omnem motum ſalutarem inidonei: Ex ſpiritali autem renaſcentia Iſraëlitæ evaſimus, ſupernæ ſapientiæ fulgore perfuſi, atque ad gradiendum in via vitæ expediti. Hæc poſtò mutatio dexteræ excelſi eſt, *qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen ſuum*: [b] 'Attendamus ,ergo (vt Auguſtinus inculcat) quid admoneamur: quia & illa facta, ,figuræ noſtrę fuerunt; & hæc dicta, vt noſmetipſos recognoſcamus, ,hortantur. Si enim gratiam Dei, quæ data eſt nobis, firmo corde re-,tinemus, nos ſumus Iſraël, ſemen Abrahæ: nobis dicit Apoſtolus, *Ergo ,ſemen Abrahæ eſtis*: quia, ſicut alio loco dicit, *Non in circumciſione, ſed ,in præputio deputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam: & ſignum accepit circum-,ciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio, vt deputetur & illis ad ,iuſtitiam; vt ſit pater circumciſionis his qui non ſolùm ex circumciſione ſunt, ,ſed & his qui ſequuntur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.* ,Non enim carnaliter circumciſæ genti tantùm factus eſt pater, cui di-,ctum eſt: *Patrem multarum gentium poſui te.* Multarum autem, non ,quarundam, ſed omnium. Quod apertè dicitur, cùm ei dicitur: *Be-,nedicentur in te omnes gentes.* Nullus itaque Chriſtianorum ſe à nomine ,*Iſrael* arbitretur extraneum: illis enim qui crediderunt ex Iudæis, in ,quorum numero principaliter Apoſtolos invenimus, in *Angulari lapide* ,copulamur. Hinc ait Dominus in alio loco, *Habeo alias oves, quæ non ,ſunt ex hoc ovili: oportet me illas adducere, vt ſit vnus grex, & vnus paſtor.* ,Populus ergo Chriſtianus magis Iſrael eſt, & ipſe potiùs domus Iacob? idem quippe Iſrael, qui Iacob'. Quicquid igitur carnalibus Iſraëlitis, ſive in Ægypto, ſive in deſerto, ſive in Chananæa, ſive in Babylonia accidit; quicquid ab eis, aut circa eos geſtum eſt: totum nobis ſpiritalibus Iſraelitis, *Ex naturali exciſis oleaſtro, & contra naturam inſertis in bonam olivam*, accommodare poſſumus: [c] 'Hoc primum ,dico (ait alibi idē Auguſtinus) illorum hominū non tantùm linguā, ,verumetiam vitam fuiſſe Propheticam: totum illud regnum gentis ,Hebræorū, magnū quemdā, quia & magni cuiuſdā, fuiſſe Prophetam. ,quocirca quod ad eos attinet qui illic erant *Eruditi corde in ſapiētia Dei*, ,nō ſolùm in eis quæ dicebant, ſed etiā in eis quæ faciebant; quod autē ,ad cæteros, ac ſimul omnes illius gentis homines, in ijs quæ in illis ,vel de illis divinitùs fiebant, Prophetiæ venturi Chriſti & Eccleſiæ ,perſcrutanda eſt: *Omnia enim illa*, ſicut dicit Apoſtolus, *figuræ noſtræ fuerunt*'. Et lib. de Catechizandis Rudibus cap. 19. Sanctorum (in-

Exodi 10. 22. & 1. Cor. 10. 11.

[b] *Aug. Concione 1. in Pſal. 113.*

1. Pet. 2.

Gal. 3. 2 Rom. 4. & ſeqq.

Vide Aug. Epiſt. 200.

Gen. 17. Gen. 12.

Eph. 2. 2 Io. 10. 16

Rom. 11. 24.

[c] *Aug. lib. 22. contra Fauſtum cap. 24.*

Pſal. 89. 12

,quit) qui præcesserunt tempore nativitatem Domini, non solùm ser-
,mo, sed etiam vita, & coniugia, & filij, & facta, prophetia fuit hu-
,ius temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congrega-
tur Ecclesia'. Exordium huius prophetiæ desumit Prosper, in Opus- *Prosper.*
culo *de Promissionibus & prædictionibus*, à formatione Evæ de costa Adę
in paradiso. Et in priori quidem Opusculi parte prophetias quadra-
ginta per totidem capita ex Genesi & prioribus Exodi capitibus per-
censet, vsque ad publicationem legis in Horeb: & totidem alias per
totidem capita in parte posteriori, à publicatione legis vsque ad præ-
dicationem Prȩcursoris in deserto. Plures adhuc commemorat Isido- *Isidorus.*
rus in suis *Allegoriis* super vetus testamentum. Videri prȩterea potest *Augustinus.*
Augustinus lib. 12. contra Faustum à capite 12. vsque ad 45.

2. Non est nostri impræsentiarum instituti singulas prophetias sive vo-
cales sive reales prosequi, sed generalia duntaxat specimina exhibere,
quibus clarè appareat quàm accuratè correspondeant figurata figuris:
[d] 'Attendite iam breviter (ait Augustinus) ipsam figuram nostram: [d] *Aug. in Psal.*
,Populus Israel sub Pharaonis & Ægyptiorum dominatione, Populus 72.
,Christianus ante fidem prædestinatus à Deo, & adhuc serviens dæ-
,monibus, & diabolo principi eorũ. Ecce populus subiugatus Ægyp-
,tijs, serviens peccatis suis: non enim nisi per peccata nostra potest dia-
,bolus dominari. Liberatur populus de Ægypto per Moysen, libera-
,tur populus à prȩterita vita peccatorum per Dominum nostrum Ie-
,sum Christum: Transit populus ille per mare rubrum, iste per baptis-
,mum: Moriuntur in mari rubro omnes inimici populi illius, moriun-
,tur in baptismo omnia peccata nostra. Intendite, Fratres: Post mare
,illud rubrum non continuò patria datur, nec tanquam hostes iam de-
,sint securè triumphatur; sed restat eremi solitudo, restant hostes insi-
,diantes in via: Sic & post baptismum restat vita christiana in tenta-
,tionibus. In illa eremo suspirabatur patria promissa: Quid aliud
,Christiani suspirant iam abluti in baptismo? Nunquid iam regnant
,cum Christo? Nondum ventum est ad terram promissionis nostræ,
72. 1. ,sed non defecturam: Non enim ibi *Deficient hymni David.* Hoc modo
,audiant omnes fideles: sciant vbi sint. In eremo sunt, patriæ suspi-
,rant. Mortui sunt hostes in Baptismo, sed insequentes à tergo. Quid
,est, Insequentes à tergo? Ante faciem futura habemus, à tergo præ-
,terita. Omnia prætcrita peccata deleta sunt in baptismo: quibus mo-
,dò tentamur, non à tergo insequuntur, sed in via insidiantur. Unde
Ph. 3. ,Apostolus adhuc in via huius eremi constitutus, *Quæ retrò*, inquit,
& 14. ,*oblitus, in ea quæ antè sunt extentus, secundùm intentionem sequor ad palmam*
,*supernæ vocationis Dei.* Tanquam diceret, Ad patriã supernæ promissio-
,nis Dei. Et ibi iam, Fratres, quicquid passus est populus ille, & quic-
,quid eis Deus largitus est, quæcunque illa flagella fuerunt, quæcun-
,quæ dona, significationes sunt rerum quas in hac solitudine huius
,vitæ ambulantes in Christo, quærentes patriam, & accepimus ad cõ-
solationem, & patimur ad probationem'. Augustino subnectendus

est

Hugo Victor. est Hugo Victorinus in suis Allegorijs super Exodum cap. 1. ita scribens: ,*Ægyptus* interpretatur tenebræ: & significat hoc sæculum, ,non secundùm hoc quod homines vivunt, sed secundùm hoc quod ,in ipso malè vivunt. *Principes eius*, dæmones sunt; qui eius volũtati semper obediunt. *Lutum* in quo servierũt filij Israël Pharaoni, eò quòd lutum inquinat, luxuriam designat. *Palea*, eò quòd levis est & citò trãsvolat, vanam gloriam significat. *Later* quoque, qui de molli terra confectus per decoctionem ignis durescit, humani cordis duritiam, per longam sive concupiscentiæ, sive libidinis, aut avaritiæ consuetudinem, decoctam ostendit; per quam multi serviunt in his omnibus hodie Pharaoni, qui tamen sunt ad vitam æternam prædestinati, & terram cœlestis patriæ adepturi. *Flagellatio Ægypti* destructionem significat sæculi, non secundùm hoc quod divinâ providentiâ regitur, sed secundùm hoc quod ministerio prædicationis in sua malitia debilitatur. *Primogenita Ægypti*, principalia exprimunt vitia. *Primogenita* verò *interficiuntur*, quando per gratiam Dei principalia vitia destruuntur. *Occisio agni* Passio Christi, per quam omnes electi liberantur à servitute diaboli, & de captivitate præsentis sæculi. Cuius videlicet *agni sanguine virumque postem* nostrum linimus, cùm passionem eius & corde credimus, & ore confitemur. *Lactuca agrestes* amaritudinem exprimunt pœnitentiæ: Cùm enim sacramento Dominici corporis communicamus, flagitia sub Pharaone retroacta deflere debemus. *Accinctio rerum* significat continentiam. *Calceamenta*, quæ de corijs mortuorum animalium fiunt, mortalitatis memoriam significant. *Baculi*, quos tenere debebant in manibus, significant iustitiam: in baculis enim rectitudo est. *Festinatio comestionis* celeritatem exprimit conversionis. *Aurum Ægypti*, quod filij Israël tulerunt, eò quòd fulgidum est, Philosophicam insinuat sapientiam: *Argentum* autem, quia sonorum est, significat eloquentiam. *Arma*, quibus filij Israël leguntur armati, virtutes insinuant, quibus contra vitia armamur: castitatem, per quam munimur contra luxuriam, humilitatem contra superbiam: & sic de cæteris virtutibus, & vitijs. *Farina non fermentata*, quam secum tulerunt, simplicem & sanam doctrinam designat, hæreticâ pravitate minimè corruptam. *Mare rubrum* significat baptismum, Christi sanguine consecratum. *In mari rubro submersus est Pharao, & principes eius*, & in Baptismo nos liberamur à potestate diaboli & principum illius. *Desertum*, quod transito mari rubro filij Israël intraverunt, vitam significat spiritualem, quam acceptâ baptismi gratiâ, agere debemus. Quæ vita rectè dicitur *Desertum*, quia à multis deseritur, & à paucis colitur: quia quamvis *Multi vocati*, *pauci* tamen *sunt electi*: Multi nomine tenus in vita sunt spirituali, qui pravâ voluntate in vita sunt sęculari. *Amalechita*, qui primùm filijs Israel armati occurrerunt, & *Reges* qui postea contra eos pugnaverunt, duorum vitiorum demonstrant genera, carnalia, & spiritualia; cum duplicì hoste pugnantia, per perversos homines, & dæmo- *Mat. 22.*

nes

Digitized by Google

f.6.12 ,nes: *Non eſt enim nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed con-*
,*tra poteſtates tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.*
,*Iordanis*, qui interpretatur deſcenſus, ſignificat mortem. *Terra promiſ-*
,*ſionis* æternam beatitudinem. Jn tranſitu Iordanis inferior pars aquę
,ad inferiora decurrebat, ſuperior autem ſolidata ſubſiſtebat: ſic in
3.19. ,morte inferior pars hominis, ſcilicet caro, inferiùs decurrit, quia *ter-*
,*ra eſt, & in terram redit*: ſuperior autem pars eius, id eſt, anima, ſoli-
,data ſubſiſtit; quia ſuam iam recipiens ſtolam, ad æternitatem tran-
,ſit. Duo verò ſunt bona quæ nobis in cœleſti patria promittuntur,
,*Lac, & Mel. Lac* quia de carne eſt, ſignificat humanitatem Chriſti: *Mel*
verò quia de rore cœli concreſcit, deſignat eius deitatem'.

3. De Ægyptijs pro tempore triduanæ caliginis, egreſſum filiorum
17.2. Jſrael antecedentis, legitur in libro Sapientiæ: *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tecto, fugitivi perpetuæ providentiæ iacuerunt.* Et inferiùs ibidem verſu 17. *Vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati.* Ægyptij ſic compediti ac colligati paganos ſeu infideles vinculis tenebroſarum cupiditatum conſtrictos denotant: qui vt illi corporaliter in via terrena progredi tunc nequierunt, ita & ipſi in via cœleſti progredi nequeunt: [e] 'Deſerti quippe (vt Auguſtinus ait) luce iuſtitiæ, [e] *Aug. l. de Natura & gratia cap. 23.*
,& per hoc contenebrati, quid pariant aliud, quàm opera tenebrarum,
5.14. ,donec dicatur eis, ſi dicto obaudiant, *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*'. Hoc porrò eis dicitur, quando de paganiſmo ad chriſtianiſmum vocantur: [f] 'Eduxit nos Deus de Ægyp- [f] *Hugo Victor. Serm. 26.*
,to (ait Hugo Victorinus) quando eduxit de paganiſmo: quando nos
,eduxit de tenebris gentilis infidelitatis in admirabile lumen ſuum; vt
,qui aliquando non eramus populus, nunc ſimus populus Dei; & qui
,non conſecuti miſericordiam, nunc miſericordiam conſecuti: qui paſ-
,cit & portat nos in via præſentis ſęculi ſacramento corporis & ſan-
,guinis ſui. Jn hac via præcedit nos columna nubis & ignis: quia pro-
,ponit ad confirmationem fidei charitatem & miracula ſuæ divinita-
,tis, & ad exẽplar bonę operationis blandimentum & humilitatem ſuę
,humanitatis. Jn hac via non atteruntur veſtimenta noſtra: quia vir-
,tutes & bona opera noſtra vſque in finem, ſi volumus, per gratiam
,eius nobis cuſtodiuntur illæſa. In hac via circumducit nos Deus per
,bonam actionem, & docet per Scripturarum lectionem, & cuſtodit
32. ,per gratię ſuæ protectionem; *Sicut aquila provocans ad volandum pullos*
,*ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas & aſſumpſit eos atque portavit*
,*in humeris ſuis.* Quandó enim expandit in cruce manus, ipſe languo-
,res noſtros tulit, & dolores noſtros portavit, & exemplum patientiæ
,monſtravit: vt per paſſionem quæ eſt in tempore, ad gloriam volare
,diſcamus quæ eſt in ęternitate. Jn hac via ſolus Deus dux noſter eſt,
,& non eſt nobiſcum Deus alienus: quia ipſe ſolus per paſſionem ſuam
,torcular redemptionis humanę calcavit, & de gentibus non fuit vir
,cum eo: quia ſacerdos & levita ſpoliatum & vulneratum præterie-
,runt, & ſolus Samaritanus miſericordiâ appropiavit, vulnera eius al-

ligavit,

Digitized by Google

,ligavit, infundens oleum & vinum,& imponens ſuper iumentum du-
,xit in ſtabulum, & curam eius egit. Subverſis hoſtibus multis & ma-
,gnis dedit terram nobis optimam, quia liberatos de poteſtate tene-
,brarum tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, regenerans nos in
,ſpem vivam per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis in hæredita-
,tem incorruptibilem,& incontaminatam, & immarceſſibilem, con-
,ſervatam in cœlis in nobis, qui per virtutem Dei cuſtodimur per fidē
in ſalutem paratam revelari in tempore noviſſimo'. Idem rurſus lib.
1. Miſcell. cap. 95. diſtinguit tria loca humanæ converſationis, ſive in
preſenti vita, ſive in futura beatitate; quibus correſpondent totidem
loca veteris populi poſt deſcenſum Patriarchę Iacob in Ægyptum:
'Tria (inquiens) ſunt loca: Ægyptus, Deſertum, & Terra promiſſio-
,nis. In Ægypto ſumus ſervi, & miſeri: In Deſerto ſumus liberi, &
,miſeri: Jn terra promiſſionis liberi, & beati. Jn Ægypto ſaturamur,
,& cædimur: In Deſerto eſurimus, non tamen flagellamur: In Ter-
,ra promiſſionis non flagellamur, & ſaturamur. Sed nobilis interim
,animus eligit magis inopiam cum libertate, quàm in ſervitute abun-
,dantiam. In Ægypto peccamus, in Deſerto laboramus, in Terra
,promiſſionis requieſcimus. In Ægypto eſt prevaricatio, in Deſerto
,exercitatio, in Terra promiſſionis ſabbatizatio. In principio mundi
,primùm creavit Deus confuſionem, poſtea operatus eſt diſpoſitio-
,nem, deinde ſuſcepit requietionem. Populus antiquus in Ægypto
,operatus eſt iniquitatem,in Deſerto accepit exercitationem, in Terra
,promiſſionis invenit requiem. In vita ſęculari confuſio eſt, in con-
,verſatione ſpiritali exercitatio eſt, in vita cœleſti requietio. Jn carne
,peccatum, in ſpiritu exercitium, in Deo ſabbatum. Ægyptus eſt vi-
,ta ſæcularis, Deſertum vita ſpiritualis, Terra promiſſionis vita cœ-
,leſtis, Ægyptus caro, Deſertum animus, Terra promiſſionis Deus.
,Ægyptus Hiericho,Deſertum ſtabulum, Terra promiſſionis Hieruſa-
,lem. Ægyptus mundus, Deſertum Eccleſia, Terra promiſſionis vi-
,ta ęterna. In Ægypto ſervimus Pharaoni id eſt, diabolo: qui *Pharao*
,interpretatur, Negans eum, id eſt, Dominum; qui dixit, *Dominum non* Exod. 5
,*cognovi,& Iſrael non dimittam.* Huic ſervimus in Ægypto, in luto &
,palea. *Lutum* eſt concupiſcentia carnis, *Palea* eſt pompa ſęcularis: Jlla
,per immunditiam inquinat, hęc per mutabilitatem & inſtabilitatem
,tranſvolat. Propterea exeuntes de Ægypto, & per mare rubrum, id
,eſt, baptiſmum ſanguine Chriſti rubricatum, ad libertatem tranſitu-
,ri, abdicamus ſervitium Pharaonis, abrenunciantes diabolo & omni-
,bus pompis eius. Exeuntes ab Ægypto in Deſertum relinquimus
,mala, vt non conſentiamus: Exeuntes à Deſerto in Terram promiſ-
,ſionis evadimus mala,vt non ſentiamus. Jn Ægypto eſt pugna ſine
,victoria, vel ſervitus ſine pugna: Jn Deſerto eſt pugna ſine victoria,
,vel victoria cum pugna: In Terra promiſſionis eſt ſine pugna victo-
,ria. Jn Ægypto ſunt delectationes malæ, & multæ; non tamen ſolę:
,In deſerto ſunt delectationes bonę, & paucæ; non tamen nullę: In
terra promiſſionis ſunt delectationes & bonę, & multæ, & ſolæ'.

Digitized by Google

4. Tres manſiones Ægypti totidem viſionibus myſtici Salomonis cõtraponit idem Victorinus lib. 1. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. cap. 49. 'Volens (inquiens) Scriptura infirmas mentes, quas in carnalibus deſiderijs iacere dolebat, vt quæ ad Deum videndum cõditæ fuerant, ad
Can. 3. 11. viſionem veri Salomonis evocare, ait: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater ſua.* Egredimini itaque à fœtore ſtabuli, ad odorem calami; à cæpis Ægypti, ad manna deſerti; à tribus manſionibus Ægypti, ad tres viſiones Salomonis noſtri. Tres enim ſunt manſiones Ægypti, exterior, interior, ſuperior. Exterior manſio eſt in deſiderio eorum quæ mundi ſunt, Interior in delectatione eorum quæ carnis ſunt, Superior in malis gloriari.
Gen. 12. 1. Has manſiones deſerere præcipitur Abraham, cùm ei dicitur, *Exi de terra tua*, hæc eſt prima: *Et de cognatione tua*, hæc eſt ſecunda: *Et de domo patris tui*, hæc eſt tertia. *Terram* quippe appellat curioſitatem terrenorum: *Cognationem*, affinem carnis delectationem: *Domum patris*, de malis gloriari, exemplo illius qui ſingulariter volens gloriari
Iſa. 14. 13. dixit, *Sedebo in monte teſtamenti*: Hic dicitur pater malorum imitatione. In prima manſione habitant, qui honoribus & divitijs delectantur: In ſecunda, qui carnis deſiderijs obſequuntur: In tertia, qui de proprijs malis ſuperbiunt & gloriantur. Hæc ſunt tria mala quæ enu-
1. Io. 2. 16 merat Joannes Apoſtolus, dicens: *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Itinere igitur triũ dierum, vt neque cogitatione, nec locutione, nec operatione criminaliter peccemus, egrediamur cum Abraham has tres manſiones, quò videamus Salomonem: aliter non videtur. Triplex autem eſt eius viſio, ad quam à triplici prædicta manſione pervenitur: Prima eſt in
Io. 20. 29. hoc exilio, ſecunda in iudicio, tertia in regno. De prima dicitur, *Quia*
Luc. 3. 6. *vidiſti me Thoma credidiſti.* De ſecunda, *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* De
Iſa. 26. 10. tertia, *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.* In prima apparuit manſue-
Pſal. 74. 3. tus: in ſecunda iuſtus iudex, vnde *Cùm accepero tempus ego iuſtitias iudi-*
Pſal. 8. 6. *cabo*: in tertia glorioſus, quia *Gloriâ & honore coronavit eum Dominus.* In prima viſione illuminavit cæcos, in ſecunda ſolvet compeditos, in tertia diriget iuſtos. In his eſt amabilis, terribilis, admirabilis. Prima viſio generat ſpem, ne deijciamur adverſis: ſecunda timorem, ne erigamur proſperis: tertia Charitatem, vt videamus facie ad faciem. In prima viſione fuit corrector morum, in ſecunda erit diſcretor meritorum, in tertia largitor præmiorum. Secundùm iſtas tres viſiones tria ipſi conveniunt nomina, *Salomon, Eccleſiaſtes, Idida. Salomon* pacificus, quod verè fuit in prima: *Eccleſiaſtes* concionator, quod erit in
Pſal. 49. 4. ſecunda, quando *Advocabit cælum deſurſum, & terram diſcernere populum*
Mat. 25. 41 *ſuum*, dicturus malis, *Ite maledicti in ignem æternum*; bonis, *Venite bene-*
& 34. *dicti patris mei. Idida*, id eſt, dilectus Domini, quod erit in tertia vi-
1. Cor. 15. ſione, in patria, quando *Erit omnibus omnia.* In prima viſione viderunt
28. eum boni & mali, ſed non omnes: in ſecunda videbunt eum boni & mali, & omnes: in tertia omnes boni, & ſoli. Ad primam viſionem,

'in qua manſuetus expectat peccantes, Scriptura invitat dicens: *Egre-* *Cant.3.11*
'*dimini & videte Regem Salomonem*, pacis præcepta dictantem, vt *ſerve-* *Epheſ.4.3.*
'*tis vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Videte, dico, *In diademate*, non *quo*
'*coronavit eũ* noverca, ſed *mater ſua.* coronavit enim eum noverca, pater,
'& mater: Noverca Synagoga, mater Virgo, pater Deus. Noverca co-
'ronavit eum coronâ ſpineâ miſeriæ, mater coronâ iuſtitiæ, pater co-
'ronâ gloriæ. Spinea corona materialiter punxit eum exteriùs, ſpiri-
'tualiter interiùs, non pro ſuis, ſed pro noſtris criminibus; vt nos
'pro ſpinis noſtris ei non dedignemur compungi. Matris corona quas
'tuor pretioſis lapidibus eum ornavit. Iſti ſunt principales quatuor
'animi affectiones, gaudiũ, amor, triſtitia, timor. Iſtæ affectiones, ſicut
'dicit B. Auguſtinus, ordinatæ, iuſtitia ſunt; inordinatæ, iniuſtitia.
'Quia itaque ſibi ordinatas eas Salomon noſter aſſumpſit de Virgine,
'ipsa prædictâ coronâ iuſtitiæ eum coronavit. Ut autem ad plenariã
'cognitionem tertij diadematis, quo eum Pater gloriâ & honore co-
'ronavit, pervenire poſſitis, *Egredimini* à vitijs, *Videte* fide & opera-
'tione & imitatione, *Eum coronatum coronâ quâ coronavit eum mater ſua*;
vt ordinatas eius exemplo affectiones prædictas habeatis'. Porrò quia
de itinere trium dierum ingeſta eſt mentio, operæ pretium fuerit hìc
ſubiungere quę de eo ſcribit idem Author lib. 1. Miſcell. cap. 142.
'Eſt (inquiens) quidam acceſſus & receſſus animę ad Dèum, ſive à
'Deo: acceſſus ad Deum, receſſus à Deo. Abeunti iter eſt per noctem,
'redeunti iter eſt per diem. Quot noctibus recedit, tot diebus redit.
'Abeunti primæ noctis iter eſt per ſuperbiam, quâ Deum deſerit: Se-
'cundæ noctis iter eſt per concupiſcentiam, quâ alia præter Deum ap-
'petit: Tertiæ noctis iter eſt per obſtinantiam, quâ in alienis extra
'Deum requieſcit. In ſuperbia eſt vanitas, in concupiſcentia delecta-
'tio, in obſtinantia conſenſus. Per vanitatem igitur abit, Per delecta-
'tionem ſtat, Per conſenſum ſedet. Per ſuperbiam à Deo recedens va-
'dit ad ſe, vt requieſcat in ſe: Per concupiſcentiam deſcendit ſub ſe, vt
'requieſcat in carne: Per obſtinantiam trahitur extra ſe, vt requie-
'ſcat in rerum viſibilium ſpecie, & permaneat in delectatione. Primò
'vadit de virtute ſua gloriari, ſecundò vadit in vitijs ſuis delectari, ter-
'tiò vadit in tranſitorijs conſolari. Primò *Maledictus homo qui confidit in* *Hier.17.5*
'*homine*: Secundò, *Qui ponit carnem brachium ſuum*: Tertiò, *Qui ſperavit* *Ibidem.*
'*in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua.* Reverten- *Pſal.51.9*
'ti autem primæ dici iter eſt, quando intentionem ſuam convertit
'ab eo quod extra ipſum eſt, ad id quod ipſa eſt: Secundæ diei iter eſt,
'quando ab eo quod eſt, animo ducitur ad id quod eſſe debet: Tertiæ
'diei iter eſt, quando à perceptione illuminationis rapitur ad fontem
'luminis. Prima reverſio eſt ab alienis ad propria, ſecunda eſt à malis
'ad bona, tertia eſt à ſtudio virtutis ad perceptionem internæ & æ-
'ternæ dulcedinis'.

In Ægypto conſtituti tribus ſervimus Dominis, ſeu potiùs tyran- 5.
nis: extra Ægyptum vni vero ac legitimo principi. Tres illi tyranni
ſunt

caro, mundus, diabolus: vnus ille verus ac legitimus princeps, Deus: [g] 'Quatuor ſunt (ait idem Victorinus) quorum in hac vita obſequijs deſervimus, caro, mundus, diabolus, Deus. Carni militamus, gulæ illecebris ſerviendo, luxuriæ ſtimulis obſequendo: Mundo militamus, avaritiæ æſtibus anhelando, honoris altitudinem affectando: Diabolo militamus, bonorum profectibus invidendo, & contra Deum ſuperbiæ ſpiritu intumeſcendo: Deo militamus, pietatis operibus humiliter inſiſtendo, poteſtates aërias virtute ſpiritus oppugnando. Habent ſinguli principes iſti donativa propria: Caro ſuis tyronibus elargitur momentaneam voluptatem, mundus tranſitoriam ſublimitatem, diabolus perpetuam captivitatem, Deus interminabilem fælicitatem'. Porrò qui carni vel mundo militant, etiam diabolo militant, qui & *Princeps mundi* dicitur, & carnalem concupiſcẽtiam velut fruticem ſibi fructificaturum homini primo inſevit: [h] 'Hoc (ait de carnali concupiſcentia Auguſtinus) humano generi inflictum vulnus à diabolo, quicquid per illud naſcitur, cogit eſſe ſub diabolo, tanquam de ſuo frutice fructum iure decerpat: non quod ab illo ſit natura humana, quæ non eſt niſi ex Deo; ſed vitium, quod non eſt ex Deo. Non enim propter ſeipſam, quæ laudabilis eſt, quia opus Dei eſt; ſed propter damnabile vitium, quo vitiata eſt, natura humana damnatur. Et propter quod damnatur, propter hoc & damnabili diabolo ſubiugatur'. Duo proinde ſunt domini quibus in hoc mundo militamus, Deus, & diabolus. Habet vterque funiculos ſuos, quibus in medio conſtitutos trahat: [i] 'In mundo iſto (ait quidam) inter Paradiſum & Jnfernum conſtituti, à diverſis ad diverſa trahimur, & diverſis funiculis: A Patre luminum ad gloriam cœli, triplici funiculo, fidei, ſpei, & charitatis: A patre tenebrarum ad tenebras exteriores, triplici funiculo, incredulitatis, deſperationis, & odij. A primo poſtulat trahi, cui *Ceciderunt funes in præclaris*; & quæ dicit, *Trahe me poſt te*. De ſecundo dicitur, *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*'. Idem rurſus in Annotat. Elucidatoriis ſuper Pſalmos cap. 12. 'Deus (inquit) per hominem redempturus mundum in mundum venit, & toti mundo diabolum dominantem invenit: Per hominem viſitans mundum in propria venit, & homo per Deum mundum non amans vbi caput reclinaret non habuit: Deus homo in mundo elementis imperavit, & homo Deus de mundo regnum ſe non habere dixit. Ergo ad aliquid totum Dei erat, & ad aliquid totum diaboli. Totum Dei erat quòd ipſe fecerat; & totum diaboli, quòd ipſe poſſidebat. Deus in principio mundum creaverat, & diabolus à principio mundum poſſidebat. Ergo certamen factum eſt Deo, & certamen factum eſt diabolo. Deus dixit, ſe, quod ſuum erat, debere recipere: Diabolus dixit, ſe poſt tam longam negligentiam ſuâ poſſeſſione non privandum. Deus dixit, aliena eum fraudulenter abſtuliſſe, & violenter tenuiſſe: Diabolus dixit, eum nec cùm abſtulit contradixiſſe, nec cùm tenuit aliquando repetiſſe. Deus dixit, potentem ſe ad ſua

[g] *Hugo Victor. lib. 3. Erudit. Theol. ex 2. Miſcell. cap. 80.*

[h] *Aug. lib. 1. de Nupt. & Concup. cap. 23.*

[i] *Hugo Victor. lib. 2. Erudit. Theolog. ex 2. Miſcell. c. 127.*

1. Io. 3. 10.

Pſal. 15. 6.

Cant. 1. 3.

Iſa. 5. 18.

,recipienda, ſi vellet viribus vti : Diabolus dixit, contra iuſtitiam non ,debere eum viribus abuti. Deus dixit, iuſtum non eſſe ſi quod p ,creaverat perire permitteret: Diabolus dixit, iniuſtum non eſſe ſi ,quod ſponte perierat non reſtauraret. Deus dixit, ſe velle miſereri per ,benignitatem propriam : Diabolus dixit, ſe nolle pati damnum per ,poteſtatem alienam. Deus dixit, iuſtum eſſe vt de peccato pœnitentes ,ad ſalutem reciperentur : Diabolus dixit, iuſtum non eſſe vt in pec- ,cato perſiſtentes ad ſalutem cogerentur. Deus dixit, ſe veniſſe non vt ,nolentes cogeret, ſed vt volentes adiuvaret : Diabolus dixit, interim ,pro tempore ſe æquanimiter paſſurum volentes perdere, ſi nolentes ,retineret. Deus dixit, ſe in aliena manum ad gehennam non mittere, ,ſi ſua redderentur : Diabolus dixit, ſe aliena paratum reddere, ſi ſua ,non auferrentur. Deus dixit, nullum ſe à miſericordia poſſe ,repellere : Diabolus dixit, ſi omnes perderet, ſe non poſſe æqua- ,nimiter tolerare. Deus dixit, ſe ſuadere vt in toto ab alieno iure ſece- ,deret : Diabolus dixit, ſe poſtulare vt ſaltem pro reverentia priſtinæ ,dominationis aliqua ex parte requiem ſibi non negaret. Deus dixit, ſe, ,cùm priùs potiora elegiſſet, pòſt illi abiectiora conceſſurum : Diabo- ,lus dixit, iure ſe, ſi electionem habere non poſſet, ſaltem partitionem ,facturum. Deus dixit, ſe privilegio dominationis vtriuſque poteſta- ,tem vendicare : Diabolus dixit, ſe, quia iam ampliùs non poſſet, nihil ,ex iure, ſed ex permiſſione poſtulare. Deus dixit, ſe tantum ei per- ,miſſurum quantum etiam avari famem ſatiare poſſit: Diabolus dixit, ,ſe non tantum accepturum, quin amplius cupiat, ſi fieri poſſit. His ,dictis, iuſſit Deus tendi funiculos in partitionem, & invenit virentia ,& irrigua in vallibus imis, minora ſpatio, maiora pretio; & hæc præ- ,cepit ſeponi ad partem alteram: deſerta autem & arida in ruribus, & ,montibus altis, lata, & aſpectu patentia, magna ſpatio, vilia pretio; ,& hæc iuſſit ad alteram partem diſcerni. Tunc mandavit Deus dia- ,bolum adeſſe, & aſſiſtenti ſic ait: Ne fortè aut violentiam iudi- ,cantis, aut avaritiam dantis cauſari valeas, quicquid oculus tuus vi- ,det tibi dabo. Tunc diabolus, qui *Omne ſublime conſiderat*, & humi- *Iob.* 41.25 ,lia non valet intueri, levans oculos aſpexit montes altos, & ſaxa pro- ,minentia in rupibus, ac deſerta patentia; & quaſi totum ſibi ceſſiſſe ,glorians, deſpexit quod Deus elegerat. Tum Deus increpitans, ac ce- ,citatem elati deridens ait, *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Tu laudas *Pſal.* 15. 6. ,quod vides, & ego laudo quod video. Tu in imo es, & propterea ,oculis tuis niſi alta & extantia non patent : Ego deſuper contemplor ,quam habeant amœnitatem humilia : *Etenim hæreditas mea præclara eſt* *Ibidem.* *mihi*.

Hæc eſt hæreditas cui ſegregat Deus pluviam voluntariam, dicente 6.
Pſalmographo : *Pluviam voluntariam ſegregabis* DEUS *hæreditati tuæ:* *Pſal.* 67.10
k Aug. lib. 4. de Trinit. cap. 1. k Pluviam quippe voluntariam (Auguſtino teſte) non niſi grátiam ,vult intelligi, non meritis redditam, ſed gratis datam, vnde & GRA- ,TIA nominatur : Dedit enim eam non quia digni eramus, ſed quia

voluit

Psal.132.3 voluit'. Hanc eandem pluviam Psalmographus alibi *Rorem Hermon descendentem in montem Sion* appellat. In cuius Psalmi Explanatione Au-
Psal. vers.1 gustinus: 'Hoc voluit intelligi (inquit) Gratiam Dei esse quòd *Fratres habitent in vnũ*: non ex suis viribus, non ex suis meritis, sed ex illius ,dono, sed ex gratia illius sicut ros de cœlo. Num enim terra sibi pluit? ,An non quicquid genuerit arescit, nisi pluvia desuper descendat? Dicit ,quodã loco in Psalmo, *Pluviam voluntariam segregans Deus hereditati suæ*. ,Quare dixit *voluntariam*? Quia non meritis nostris, sed illius volun-,tate. Quid enim boni meruimus peccatores? Quid boni meruimus ,iniqui? Ex Adam Adam, & super Adam multa peccata nascuntur. ,Quisquis nascitur, Adam nascitur, damnatus de damnato, & addit ,malè vivendo super Adam. Quid ergo boni meruit Adam? Et ta-,men misericors amavit, & Sponsus dilexit, non pulchram, sed vt fa-,ceret pulchram. Ergo gratiam Dei dixit *Rorem Hermon*. Sed *Hermon* ,quid sit, nosse debetis. Mons est quidam longè disiunctus à Hierusa-,lem, id est, à *Sion*. Itaque mirum est quòd sic ait, *Sicut ros Hermon qui* ,*descendit in montem Sion*, cùm mons Hermon longè sit disiunctus ab ,Hierusalem: nam trans Jordanem esse dicitur. Ergo aliquid in in-,terpretatione *Hermon* quæramus: Nomen enim Hebræum est, & ha-,bemus interpretationem ab ijs qui illam linguam noverunt: *Hermon* ,interpretari dicitur lumen exaltatum. A Christo ergo ros: Nam nul-,lum lumen exaltatum, nisi Christus. Quomodo exaltatum est? Primò in cruce, postea in cœlo'. Hanc Augustini Explanationem recapitulans Prosper: [l] 'Roris descensio (inquit) supernæ gratiæ signifi-,catio est, quæ sanctorum est origo meritorum. *Hermon* autem inter-,pretari dicitur lumen exaltatum: quod intelligitur Jesus Christus,
Ephes. 4.8. ,qui *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. ,Ab ipso enim in *Sion*, id est, in Ecclesiam, venit pluvia charismatum, ,exoritur ex tota compage fructus benedictionum, & fortitudo virtutum'. His itaque benedictionum fructibus irrigata Dei hæreditas cla-
Psal. 15.6. rescit, de qua ipse ait, *Hereditas mea præclara est mihi*. Et benè ait, *Mihi*: quia hominibus mundanis abiecta videtur & vilis: *Nonne Deus*, ait
Iac. 2. 5. Apostolus Iacobus, *elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni*? Deo ergo præclara est sua hæreditas, quantumvis abiecta & in-
2. Tim. 2. 19. honora mundanis appareat: *Novit* quippe *Dominus qui sunt eius*: Novit quibus pluviam segreget voluntariam. Hi sunt de quibus ait Prophe-
Ioel. 2.23. ta Ioël: *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dabit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum*. Vterque iste imber pluvia voluntaria est, & alter ad vocatio-nem, alter ad finalem pertinet perseverationem. Multi accipiunt
Mat. 22.14 imbrem matutinum, quia *Multi sunt vocati*: sola hæreditas Domini accipit insuper serotinum, *Pauci* enim *sunt electi*: Et hi pauci sunt illa Dei hæreditas, cui segregat ipse voluntarium imbrem, non solùm matutinum, sed & serotinum: matutinum, vocando; serotinum, finaliter in bono constabiliendo: [m] 'Hæc sunt (inquit Augustinus) quodammodo

[l] *Prosp. in Psal. 132. vers. 3.*

[m] *Aug. l. de Patientia cap. 28.*

Digitized by Google

,modo hæreditaria, in quibus ſumus *Hæredes Dei, cohæredes autem Chri-* Rom. 8. 17.
,*ſti*: Alia verò, quæ poſſunt accipere etiam filij concubinarum, quibus
,Judæi carnales & Schiſmatici vel hæretici comparantur. Quamvis
,enim ſcriptum ſit, *Ejice ancillam & filium eius, neque enim hæres erit filius* Gen. 21. 10
,*ancillæ cum filio meo Iſaac*: & Abrahæ dixerit Deus, *In Iſaac vocabitur* Ibid. v. 12.
,*tibi ſemen*: quod ſic eſt Apoſtolus interpretatus, vt diceret, *Id eſt, non* Rom. 9. 8.
,*qui filij carnis, hi filij Dei, ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine*: vt in-
,telligeremus ſemen Abrahæ ſecundùm Iſaac, propter Chriſtum ad
,Dei filios pertinere, qui ſunt corpus Chriſti & membra, id eſt, Eccle-
,ſia Dei vna, vera, germana, catholica, tenens piam *fidem*, non eam quę
,per elationem vel timorem, ſed eam *quæ per dilectionem operatur*: Ta- Gal. 5. 6.
,men etiam filios concubinarum quando à filio ſuo Iſaac diviſit Abra-
,ham, nonnulla eis largitus eſt munera, ne relinquerentur omnino ina-
,nes, non vt tenerentur hæredes. Sic enim legimus: *Dedit autem Abra-* Gen. 25. 5.
,*ham omnem cenſum ſuum Iſaac filio ſuo: & filys concubinarum ſuarum de-* & 6.
,*dit munera, & diviſit eos ab Iſaac filio ſuo.* Si ergo filij ſumus *Libera Hie-* Gal. 4. 26.
,*ruſalem*, alia dona exhæredatorum, alia intelligamus hæredum. Hi
,enim hæredes ſunt, quibus dicitur, *Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitu-* Rom. 8. 15.
,*tis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clama-*
,*mus, Abba pater*. Hunc ſpiritum vel nunquam concubinarum filij ac-
cipiunt, vel certè qui accipiunt non vſque in finem conſervant: Ac
ſic vel nunquam de Ægypto egrediuntur, vel certè Iordanem non
tranſeunt; ſed vel in deſerto moriuntur, vel in Ægyptum ad priſtinas
tenebras & Pharaonis ſervitutem revertuntur. Non enim ad eam ſpe-
ctant hæreditatem, cui *Segregat Deus pluviam voluntariam*, & quæ acci-
pit de cœlo *imbrem matutinum & ſerotinum*.

CAPUT XVII.

Hieroſolymitanæ peregrinationis ſtadium congruenter appellatur
Deſertum *ſive* Eremus. *Variæ vſurpationes* Deſerti
percenſentur, & peregrinationis noſtræ limites
vtrinque deſignantur.

EGreſſis de Ægypto Hebræis non ſtatim terra promiſſionis con- 1.
ceſſa eſt, ſed per varios immenſæ ſolitudinis circuitus quadra-
ginta annorum ſpatio circumducti, hoſtilibus inſultibus frequenter
exercitati, cladibus attriti, beſtiarum incurſibus vexati, morbis ac
calamitatibus afflicti, tandem ad optatam requiem pervenerunt. Sta-
dium huiuſce exercitationis & quadragenarię peregrinationis fuit ere-
mus ſeu deſertum, cuius extremi limites mare rubrum & Jordanis
ſunt. Mare rubrum figura baptiſmi eſt, Iordanis autem corporalem
mortẽ deſignat, Deſertũ interiacens vitã hanc ſignificat chriſtianam,
quæ baptiſmo inchoatur & corporis morte finitur. Juxta hunc ergo
typum

Digitized by Google

typum rectè peregrinationis noſtræ ſtadium appellatur *Deſertum* vel *Eremus*: [a] 'Reſtat enim poſt baptiſmum (inquit Auguſtinus) tranſitus ,per EREMVM, per vitam quæ agitur in ſpe, donec veniamus ad ter- ,ram promiſſionis, terram viventium, vbi nobis eſt portio Dominus, ,in æternam Hieruſalem: quia donec veniamus tota iſta vita EREMVS ,nobis eſt, & tota tentatio: ſed in eo qui vicit ſæculum vincit omnia ,populus Dei: Nam ſicut in baptiſmo, tanquam hoſtes à tergo inſe- ,quentes, præterita peccata delentur; ſic poſt baptiſmum, in itinere ,vitæ huius, cùm eſcam ſpiritalem manducamus & potum ſpiritalem ,bibimus, omnia nobis adverſantia ſuperamus: Terret quippe inimi- cos viæ noſtræ nomen Jmperatoris noſtri'. Qui rurſus Tract. 5. in Ioannẽ ſub initiũ, cùm præmiſiſſet, 'Nemo habet de ſuo niſi mendaciũ & peccatum', continuò ſubdidit: 'Si quid autem homo habet veritatis ,atq; iuſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire IN HAC EREMO; ,vt ex eo quaſi guttis quibuſdam irrorati, & in hac peregrinatione ,interim conſolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem ſatie- tatemque poſſimus'. Jdem rurſus in Pſalmum 62. 'Titulum (inquit) ,habet iſte Pſalmus, *Ipſi* DAVID, *cùm eſſet in deſerto Idumæa.* Per *Idumæa* ,nomen intelligitur ſæculum iſtum: *Idumæa* enim gens erat errantium ,hominum, vbi idola colebantur: non enim in bono ponitur *Idumæa* ,iſta. Si non in bono ponitur, intelligendum eſt, vitam vbi patimur ,tantos labores, & vbi tantis neceſſitatibus ſubditi ſumus, *Idumæa* no- ,mine ſignificari. Et ſic eſt *Deſertum*, vbi multùm ſititur: & audituri ,eſtis vocem modò ſitientis in deſerto. Si autem cognoſcamus nos ſi- ,tientes, cognoſcemus nos & bibentes: quia qui ſitit in iſto ſæculo, in ,futuro ſæculo ſatiabitur, dicente Domino, *Beati qui eſuriunt & ſitiunt ,iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur.* Ergo in hoc ſæculo non debemus quaſi ,amare ſaginam: Hìc ſitiendum eſt, alibi ſaginabimur. Modò autem, vt ,non deficiamus in iſto DESERTO, aſpergit nobis rorem verbi ſui, & ,non nos dimittit prorſus areſcere, vt non ſit in nobis repetitio, ſed ,vt ſic ſitiamus, vt bibamus: Vt autem bibamus, aliquâ gratiâ eius aſpergimur; tamen ſitimus'. Et paulò infrà ibidem de varijs ſitientium affectionibus diſſerens: 'Sunt (inquit) qui ſitiunt, ſed non Deo. Om- ,nis qui ſibi vult aliquid præſtari, in ardore eſt deſiderij: ipſum de- ,ſiderium, ſitis eſt animæ. Et videte quanta deſideria ſint in cordibus ,hominum: Alius deſiderat argentum, alius deſiderat poſſeſſiones, ,alius deſiderat hæreditates, alius amplam pecuniam, alius multa pe- ,cora, alius domum magnam, alius vxorem, alius honores, alius fi[illegible]s. ,Videtis deſideria iſta, quomodo ardent in cordibus hominum. Ar- ,dent omnes homines deſiderio, & vix invenitur qui dicat Deo, *Siti- ,vit tibi anima mea.* Sitiunt enim homines ſæculo, & non ſe intelligunt in DESERTO eſſe Idumææ, vbi debet ſitire anima ipſorum Deo'. Et adhuc inferiùs: 'Vbi (inquit) *Sitit anima noſtra, & multipliciter caro noſ- ,ſtra?* Non cuicunque, ſed *tibi* Domine, id eſt, Deo noſtro ſitit. Vbi ſi- ,tit? *In terra deſerta, & ſine via, & ſine aqua.* Sæculum iſtud diximus,

[a] *Aug. Ser. 2. inter 40. Sermones.*

Pſal. 62. 1.

Matt. 5. 6.

Pſal. 62. 2.

Vide Proſp. Sent. 323. & Synodum Arauſic. can. 22.

ipſa

,ipsa est Jdumæa, hoc est *desertum Idumæa*, vnde titulum Psalmus acce-
,pit. *In terra deserta.* Parum est *deserta*, vbi nullus hominum habitat:
,insuper & *sine via*, & *sine aqua.* Vtinam vel viam haberet ipsum de-
,sertum: vtinam illuc homo incurrens, vel nosset quà inde exiret.
,Non videt hominem ad solatium; non videt viam, quâ caret deser-
,tum: Ergo ibi divertit. Vtinam esset vel aqua, vnde reficeretur, qui
,inde non potest exire. Malum desertum, horribile, & timendum. Et
,tamen Deus misertus est nostri, & fecit nobis viam in deserto, ipsum
,Dominum nostrum Iesum Christum: & fecit nobis consolationem
,in deserto, mittendo nobis prædicatores verbi sui: & dedit nobis
,aquam in deserto, implens Spiritu sancto prædicatores suos, vt *Fieret* Io. 4. 14.
,*in eis fons aquæ salientis in vitam æternam.* Et ecce habemus hìc omnia,
,sed non sunt de deserto. Ergo proprietatem *Deserti* priùs commenda-
,vit Psalmus, vt cùm audisses in quo malo esses, si quas hìc habere
,posses consolationes, vel sociorum, vel viæ, vel aquæ, non tribueres
Deserto, sed illi qui te visitare dignatus est in *Deserto*'.

Stadium itaque peregrinationis Hierosolymitarum appellatur *De-* 2.
sertum: sed sunt adhuc alia Desertorum genera, quæ breviter comple-
Hugo Victor. xus est Hugo Victorinus lib. 4. Eruditionum Theol. ex 2. Miscell.
cap. 145. 'Quadruplex (inquiens) est genus *Deserti*: Invia mundani
,exilij solitudo, de qua David, *In terra deserta, invia, & inaquosa*: Dis- Psal. 62. 3.
,ciplinæ christianæ difficilis altitudo, in qua peregrinantur filij Israël:
,Cœlestis Hierusalem delectabis amplitudo, in qua *Relinquuntur oves* Luc. 15. 4.
,*nonaginta novem*: Gehennalis miseriæ terribilis habitudo, quæ est *De-* Hier. 12. 10
,*sertum solitudinis*'. Paulò aliter Rabanus Maurus lib. 13. de Univer-
Rabanus. so cap. 10. '*Deserta* (inquiens) vocata sunt, quia non seruntur, & ideò
Vide Isidor. lib. 14. Originum cap. 8. ,quasi deseruntur: vt sunt loca sylvarum, & montium; contraria vber-
,rimarum terrarum, vbi sunt vberrimæ glebæ. Ponitur *Desertum* ali-
,quando pro paradiso, quem homo quando peccavit deseruit: vt est
,illud in Evangelio, quòd *Homo qui habuit centum oves, reliquit nona-*
,*ginta novem in deserto, abijtque quærere vnam ovem quæ perierat.* Aliquando
,autem *Desertum* significat indigentiam præsentis vitæ: vt est illud
,Psalmistæ, *In terra deserta, & in invio, & inaquoso, sic in sancto apparui ti-*
,*bi. In deserto*, dicit, hoc est, in mundi istius indigentia, & sterilitate ie-
,iuna. Sequitur, *Et in invio*: quia mundus in se non habet viam, nisi
,Dominum Salvatorem, qui iter est cæcorum, & errantium rectitudo
,salutaris. Addidit, *Et inaquoso*, id est, sterili atque infructuoso. *Aquosum*
,enim dicimus, quod aquis abundantibus irrigatur: *Inaquosum* verò,
,aridum atque infertile; vt meritò eius anima nimiâ siccitate durescat.
,Vnde per hæc tria nomina, mundi istius necessitas indicatur. Aliquã-
,do *Iudæa desertum* dicimus, propter infidelitatem videlicet à Domino Matt. 3. 1.
,spretam atque relictam. Aliquando gentilitas: de qua scriptum est,
,*Lætabitur deserta & invia*: necnon & illud, *Plures filij sunt desertæ quàm* Isa. 35. 1.
eius quæ habet virum'. Desertam fuisse olim gentilitatem testantur Apo- Isa. 54. 1.
stoli Paulus & Barnabas, dicentes de Deo, *In præteritis generationibus* Act. 14. 15.

dimisit

Digitized by Google

dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Viæ istæ sunt desideria humana, de
sal.80.13 quibus alibi Dominus per Psalmographũ ait, *Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.* Qualia porrò sint eiusmodi
ps. 8.21. desideria, indicat idem ipse Dominus vbi ait, *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Et ne putares pronitatem istam ad malũ in senectute saltem cessare, quia dictum est, *Ab adolescentia*
ps.6.5. *sua*: audi quid superiùs præmiserit, dicens: *Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore.* Audi præterea quid Beatus Prosper de hac re scribat in Opere de Vocat. Gentium: [b] 'Humana natura (in-
,quiens) in primi hominis prævaricatione vitiata, etiam inter beneficia, ,inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorem est proclivior vo-
,luntatem, cui committi non est aliud quàm dimitti. Hæc itaque vo-
,luntas vaga, incerta, instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, faci-
,lis ad audiendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis
,anxia, suspicionibus inquieta, gloriæ quàm virtutum avidior, famæ
,quàm conscientiæ diligentior, & per omnem sui experientiam mise-
,rior fruendo his quæ concupiverit, quàm carendo: nihil in suis habet
,viribus, nisi periculi facilitatem: quoniam voluntas mutabilis, quæ
,non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citiùs propinquat iniquitati, quanto acriùs intenditur actioni'. Hinc facilè perspicitur quàm congruè gentilitas *dimissa ingredi vias suas* comparetur *Deserto invio & inaquoso*, vbi nihil crescit nisi humanæ vitę sustentandę inidoneum, imò noxium. Extat in Appendice Tomi 10. Operum Augustini Sermo de Nativitate Joannis Baptistę, ordine septuagesimus sex-
t.1.23. tus, vbi prę missis illis Baptistę verbis, *Ego vox clamantis in Deserto*, mox subditur: 'Videamus, in quo Deserto? In gentilium populo:
,Vacua enim timore Dei pectora, & Spiritu sancto carentia, Deserto
,squalentis eremi comparantur. Desertus enim erat hic mundus ab
,omni cultura fidei & timoris Dei, & peccatorum spinis obsitus squa-
,lebat tanquam ager incultus, & nullam penitùs bonorum operum
,fœcunditatem attulerat, nullum imbrem gratię spiritalis acceperat'.

[b] *Prosp. l. 1. de Vocat. Gent. c. 6.*

Pseudo-Augustinus.

3. Superiùs hìc sub initium capitis XIII. ostendimus, humanum genus in primis parentibus de paradiso in hunc mundum, quasi in quandam infirmariam, vel locum exilij, fuisse deportatum. Congruè proinde mundus iste *Desertum* nuncupatur, quippè Desertoribus pro habitaculo designatus. Sic enim in regionibus plerisque vsu venit, vt ab incolis primis, aut certè ab invasoribus supervenientibus, suum cuique nomen obtigerit. Exemplo sit vel ipsa promissionis terra, quæ cùm pridem *Chananæa* à posteris Chanaan nominaretur, occupata demum à Judæis, *Iudæa* cœpit nuncupari: [c] '*Iudæa* (ait Isidorus) regio Palæsti-
,næ, ex nomine *Iudæ* appellata, ex cuius tribu Reges habuit. Hæc
,priùs Chanaan dicta est, à filio Cham, sive à decem Chananæorum gentibus, quibus expulsis eandem terram *Iudæi* possederunt'. Ad hunc ergo modum locus deportationis nostrę, *Desertum* vocari potest, quasi ab in-

[c] *Isidor. lib. 14. Originum c. 3. Vide Rabanum l. 12. de Universo c. 4.*

ab incommutabilis boni DESERTORIBUS iam possessus. Audi quomodo DESERTORES sumus: *In quocunque die*, aiebat Deus protoplastis nostris, *comederitis, morte morieminī*. Quod de morte etiam animæ intelligi posse Augustinus insinuat, vbi ait: [d] 'Etiam in eo quod dictum est, *Morte morieminī*; quoniam non est dictum, Mortibus; si eam solam intelligamus ,quæ fit, cùm anima deseritur à vita sua, quod illi Deus est: non enim ,deserta est vt desereret, sed vt desereretur deseruit: ad malum quip- ,pe eius prior est voluntas eius, ad bonum verò eius prior est volun- ,tas Creatoris eius; sive vt eam faceret, quę nulla erat; sive vt reficeret, ,quæ lapsa perierat. Etiam si ergo hanc intelligamus Deum denun- ,ciasse mortem in eo quod ait, *Qua die ederitis ex illo, morte morieminī*: ,tanquam diceret, QVA DIE ME DESERVERITIS PER INOBEDIEN- ,TIAM, DESERAM VOS PER IVSTITIAM: profectò in ea morte etiam cæteræ denunciatæ sunt, quæ proculdubiò fuerant secutur[æ]. Desertores igitur incommutabilis boni sumus; quia, vt idem lib. 4. de Trinit. cap. 1. ait, 'Exulavimus ab incommutabili gaudio'. Quid ergo mirum si quemadmodum terra, in quam de Ægypto translati sunt Judæi, dicitur *Iudæa*; ita mundus iste, in quem de paradiso relegati sunt Desertores Dei, dicatur DESERTUM? [e] 'Hoc agit Dominus (inquit Am- ,brosius tractans de ieiunante Christo in deserto) sicut Adam secun- ,dus, vt quod prior Adam manducando perdiderat, hoc alter ieiunā- ,do recipiat; ac legem in paradiso abstinentiæ datam, in Deserto cu- ,stodiat. Sciebat enim præceptum Dei non vnius loci legem esse, sed ,mundi: Non enim interest, divinitatis mandatum vtrum domi an in ,agro custodias; cùm vbique sit qui præcepit. In deserto itaque Salva- ,tor implet mandatum Dei; vt ibi Adam salvaret errantem, vbi fuerat ,de paradisi possessione deiectus. Adam enim expulsus paradiso, in- culti mundi Deserta sustinuit'. Huc alibi refert quod mysticè in Canticis scriptum est de Ecclesia, *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Cant. 3. 6. [f] 'Desertus (inquiens) hic terræ locus, & incultus videtur; sentibus & spinis nostrorum obsitus delictorum'. Et lib. 5. in caput 7. Lucæ, ad illa Christi verba, *Quid existis in desertum videre?* 'Deserto (inquit) mun- ,dus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infœcundus'. Et superiùs lib. 2. in caput 3. Lucæ, ad illa verba, *Factum est verbum* DOMINI *super Ioannem Zachariæ filium, in* DESERTO: 'Con- ,gregaturus Ecclesiam (inquit) Dei Filius, antè operatur in servulo. Et ,ideo benè posuit S. Lucas, *Factum esse verbum* DOMINI *super Ioannem* ,*Zachariæ filium, in deserto*: vt Ecclesia non ab homine cœperit, sed à ,*Verbo*. Ipsa enim est DESERTVM, quia *Plures filij deserta magis quàm eius* Isa. 54. 1. ,*quæ habet virum*: Denique ipsi dicitur, *Lætare sterilis, & exulta* DESER- Isa. 35. 1. ,*tum*: quia nullis adhuc convenæ plebis operibus colebatur; neque ,vllum adhuc arbores illæ, quæ fructum ferre non poterant, merito- ,rum suorum verticem proferebant: Nondum venerat qui diceret, ,*Ego autem sicut oliva fructifera in* DOMO *Dei*: nondùm vitis illa cœlestes Psal. 51. 10 ,fructus palmitibus suis verborum quodam suorum traduce minis- trabat'.

[d] *Aug. lib. 13 de Civit. cap. 15.*

[e] *Ambros. Serm. 39.*

[f] *Ambros. lib. de Isaac & Anima cap. 5.*

bat'. Et verò quid mirũ nõ reperiri olivas aut uvas in Deserto, vbi solæ cernuntur arundines? Vnde quùm Christus turbis dixisset, *Quid existis in Desertum videre?* Continuò subiunxerrogavit, *Arundinem vento agitatam?* In quæ verba idem Ambrosius loco pẹnultimè citato ait:

l. 2. 18. 'In mundum negat nobis ita Dominus prodeundum, vt *Mente carnis ,inflatos*, vacuosque virtutis internę viros, & fragili se glorię sęcularis ,sublimitate iactantes, pro exemplari quodam & imagine nobis pute-,mus imitandos; quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilis ,inquietat, iure *arundini* comparandos, in quibus solidę iustitię nul-,lus sit fructus; qui forensibus criniti phaleris, nodis obsiti, vacuo ,oris strepitu sonori, nullâ sui vtilitate, frequenti etiam offensione, in-,tus inania, foris speciosa sectantur. *Arundines* sumus, nullâ validio-,ris naturæ radice fundati; & si levis aspiraverit prosperioris auræ suc-,cessus, vago motu proximos verberamus; inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum'. Ecce quales frutices profert Desertum! Non oleas, non vites, sed vacuas & steriles arundines. Audi iam quomodo arundines Deserti transmutentur in oleas, vel potiùs in calamos vtili scriptioni idoneos: 'Tamen (pergit continuò Ambrosius) hanc

l. 3. 9. ,arundinem si quis de terræ evellat plantarijs, & superfluis exuat, *Ex-,polians veterem hominem cum actibus suis*, & scribę velociter scribentis ,manu temperet, incipit non arundo esse, sed calamus, qui præcepta ,cœlestium Scripturarum penetralibus imprimat mentis, tabulis cordis inscribat'.

4. Hortatur nos divina Scriptura vt arundines de plantarijs Deserti

Io. 2. 15 evellamus, cùm ait: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Mundus quippe Desertum, homines mundani arundines plantario deserti affixæ, dilectio mundana radix arundinum, dilectionis mundanę evacuatio arundinum est evulsio. Arundines triplici radice inhærent plantario Deserti, homines triplici concupiscentiâ adhærent mundo,

d. 2. 16. *Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*: g 'Pulchritudinem animæ (ait quidam) se-,cundùm quam creati sumus ad imaginem & similitudinem Dei, mun-

d. 4. 7. ,dus non mundat, sed maculat: dumque imagini, quâ *Signatum est su-,per nos lumen vultus Domini*, terrestris vultus imaginem mundus su-,perducit, imaginem suam deturpatam Deus abijcit; & tunc diabolus ,animam per mundum coinquinatam, mundi laqueis ligat, captivat,

. 4. 4. ,& suffocat: *Inimicus enim Dei constituitur qui voluerit esse amicus huius ,mundi*, per quem à diabolo capitur homo, & eius dominio subiuga-,tur. A dilectione igitur mundi volens nos retrahere B. Ioannes, &

Io. 2. 15. ,eius laqueos ostendere, ait: *Nolite diligere mundum*: quia *Nemo potest*

at. 6. 24 ,*duobus dominis servire*, Deo scilicet & mundo: Alter enim ad vitam, al-

Io. 2. 16 ,ter trahit ad laqueos mortis. Vnde subdit: *Quia omne quod est ,in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* ,Isti sunt tres laquei: Primus *concupiscentia carnis*, Secundus *concupis-,centia oculorum*, Tertius *superbia vitæ*. Istorum quem non tenuerit pri-

g *Hugo Victor. l. 3. Erud. Theol. ex 2. Miscell. c. 63.*

,mus, capit ſecundus: & qui per Dei gratiam à duobus prioribus ſe ,excuſſerit, vix tranſiliet tertium. Concupiſcentia carnis eſt voluptas ,quam per motum illicitum caro appetit: vt guloſitas, ebrietas, luxu- ,ria. Per hunc laqueum tanto citiùs mundus ligat, quanto viciniùs ,carni mentem apponit: tantoque periculoſior, quanto vicinior. Adam ,per gulam, Loth per ebrietatem, Salomonem per luxuriam ſtravit. ,Guloſitati igitur, quæ captivitatis noſtræ fuit initium, per abſtinen- ,tiam occurramus; ebrietati, per ſobrietatem; luxurię, per carnis ma- ,cerationem. Multi autem ſunt quos per carnis vitia non tenet diabo- ,lus, ſed per *concupiſcentiam oculorum* ad cupiditatis laqueum trahit. Hi ,primum laqueum evadentes, ſecundo capiuntur, qui dicitur *concupiſ- ,centia oculorum*. Per oculos enim dum aurum, & argentum, & cætera ,concupiſcit, *Mors* ad animam *per feneſtras intrat*, & captivam eam in *Hier.* 9. 21. ,exterioribus ligat. Super hunc ridebitur, & dicetur: *Ecce homo qui* *Pſal.* 51. 9. ,*non poſuit* Deum *adiutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſua- ,rum, & prævaluit in vanitate ſua.* Huic laqueo ſi occurrat conſideratio ,Creatoris, qui creaturâ debet pretioſior videri, cavendum eſt à tertio ,laqueo, qui ſævit per omnes. Sunt qui carnem domant, mundum ,reſpuunt; ſed dum quaſi de perfectione ſuperbiunt, tertio tenentur, ,*Superbiâ vitæ*. Hoc vitium, primum eſt recedentibus, vltimum re- ,deuntibus. Hoc eſt proprium diaboli, & ideò magis cavendum. Hęc ,eſt vna de filiabus Loth, quæ ipſum etiam in cacumine montis ſtra- ,vit. His tribus laqueis capitur quicunque capitur: quia in his omnia ,vitia includuntur. Aut enim exterioribus, quæ in mundo: aut vici- ,nioribus, quæ in carne: aut interioribus, quæ in corde ſunt, ho- ,mo ligatur. Vltimus enim laqueus intra nos latet, ſecundus extra nos ,tenditur, primus iuxta nos paratur. His tribus tentatus eſt primus ,homo, & victus: his tribus tentatus eſt ſecundus homo, & vicit: his ,tribus tentatur, &, ſi vult, adiuvatur omnis homo, & vincit. Con- ,tra Gulæ vitium, quod eſt laqueus carnis, Chriſtus *Deſertum petit, &* *Mat.* 4. 1. ,*ieiunat*; reſpondens tentatori, *Non in ſolo pane vivit homo.* Contra con- *&* 2. *Ibid.* v. 4. ,cupiſcentiam rerum exteriorum, Deum creaturis præponendum ait. ,Contra ſuperbiam, qua ſuaſit tentator vt Deorſum *ſe mitteret*, ſicut & *Ibid.* v. 6. ,in cæteris, ad Scripturæ teſtimonia confugit, dicens: Dominum *Deum* *Ibid.* v. 10. *tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*'.

Vide Aug. Tract 2. *in Epiſt. Ioan.*

Quiſquis evulſis prędictis tribus radicibus, quibus inhæſit mundo 5. ſicut arundo plantario Deſerti, affectum ſuum in ſuperna protenderit, is *Aſcendere* poterit *de* & *per* Deſertum, *delicijs affluens, innixus ſuper di-* *Cant.* 8. 5. *lectum ſuum*: [b] Triformis autem eſt ſpecies Deſerti (teſte eodem Vi- ctorino) Eſt quippe *Deſertum*, momentanea vanitas; quam deſpicere ,vitæ moderatione debemus: de quo Deſerto aſcendere nos oportet, ,ſicut dicitur: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de Deſerto, delicijs affluens, innixa* ,*ſuper dilectum ſuum*? Delicijs affluimus, cùm virtutibus abundamus. ,Super dilectum innitimur, cùm Deo aſcribimus quicquid boni ope- ,ramur. Eſt aliud Deſertum, chriſtianæ ſimplicitatis humilitas: voca-

[b] *Hug. Vict. l.* 3 *Erud. Theol. ex* 2. *Miſcell. c.* 82

ta

,ta *Deſertum*, quia ferè nullus eſt Chriſtianus qui ſtudeat illud bonum ,plenè operari. Per hoc *Deſertum* neceſſe eſt vt aſcendamus, ſicut di-
Can. 3. 6. ,citur : *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per* DEſertum, *ſicut virgula fumi ex aromati-*
,*bus myrrha & thuris, & vniverſi pulveris pigmentarij* ? Sicut virgula fumi ,ex aromatibus aſcendimus, cùm virtutum ſtudio & diſciplinâ exerci-,tati, proximos ad benè agendi ſimilitudinem incitamus. Eſt quoque ,aliud DEſertum, innocentiæ purioris ſimplicitas vel integritas. Ad ,hanc debemus aſcendere : quia ad veram medicinam, vt ſimus ſancti ,corpore & ſpiritu, debemus anhelare. Aſcendamus ergo DE DESER-,TO momentaneæ vanitatis, PER DESERTVM humillimæ ſimplicita-tis, AD DESERTVM integerrimæ puritatis'. Idem rurſus lib. 1. Miſ-cell. cap. 111. tractans locum Cantici Canticorum proximè hìc cita-tum : 'DEſertum (inquit) eſt hic mundus, propter abundantiam mali, ,& inopiã boni. DEſertum eſt cor malũ, quia cultum non eſt, & germinat ,noxia, & in eo beſtiæ habitant.' Quia enim in eo agricola Chriſtus ,non eſt, & Pater eius non ſeminat ibi verbum ſuum, ſurgunt germina ,vitiorum, vrticæ concupiſcentiæ, & ſpinæ ſollicitudinis, & alia talia: ,& requieſcunt ibi dæmonia, quia non eſt qui exterreat. DEſertum eſt ,item cor bonum, quia longè eſt à ſtrepitu & tumultu, & non concul-,catur frequentiâ terrenarum cogitationum; ſed virens permanet & ,floridum, & germina virtutum producit : & canit ibi turtur Spiritus ,ſanctus, & non auditur vox hominis, neque ad hominem pertinentis. ,*Virgula*, recta eſt & gracilis, in longum porrecta. Quia tantùm ſurſum ,tendit, recta eſſe debet : & quia arcta eſt via, gracilis : & quia longa, ,porrecta. Item non eſt *virgula* ligni inſenſibilis & duri, ſed *fumi*, qui ,ſpeciem habet, ſubſtantiam non habet : Cùm enim cernitur, aliquid ,eſſe videtur ; cùm manus apponitur, nihil invenitur. Sic bonus quiſ-,que, hìc eſſe videtur per carnis ſpeciem, ſed hìc non eſt per dilectio-,nem. Item *Fumus* de igne aſcendit, quia deſiderium de amore venit. ,Sed qualis *fumus* ? *Ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniverſi pulveris* ,*pigmentarij*. Pigmentarius eſt Chriſtus: pigmenta & aromata, virtutes: ,myrrha, carnis mortificatio : thus, mentis devotio : vniverſus pulvis ,pigmentarij, virtutum omnium multitudo : ſicut in vitijs, ita & in
Iob. 19. 25 ,virtutibus invenitur, vt dicitur in libro Job, *Procul odoratur bellum*, ,*exhortationes ducum, & vlulatum exercitus*. Habet enim vitiorum mul-,titudo regem ſuum ſeu reginam, habet & duces, habet & populos, ,habet & exercitus. Regina eſt ſuperbia, duces vitia capitalia, exer-,citus vniverſa mala ſubſequentia. Primò ergo duces vitiorum quaſi ,in pugna exhortationem faciunt, quâ hominem in ratione faciendi ,decipiunt. Exercitus autem poſtea quaſi cum vlulatu irruit, quia poſt ,primam ſuggeſtionem ſuſceptam, turba vitiorum ſequens in decep-,tam mentem cum violentia & tumultu impetum facit. Sic & virtu-,tibus regina eſt humilitas : duces, principales virtutes : exercitus, bo-,norum vniverſitas. Et poſtquam primæ virtutes ab homine cum ,quadam ratione ſuſcipiuntur, mox vniverſitas bonorum ſponte ſub-

ſequi-

,sequitur. Ideò hìc primùm duces posuit *Myrrham & Thus*: pòst, exercitum, *vniversum pigmentarij pulverem*'. Signanter observat Richardus Victorinus, Pigmenti fumum cum myrrhæ ac thuris fumo in virgulã non coalescere quæ per Desertum valeat rectà ascendere, nisi ipsum pigmentum fuerit priùs contritum, atque ipsâ contritione in pulverem redactum. Neque enim dictum est, Vniversi pigmenti; sed, *Vniversi pulveris pigmentarij*: [i] *Myrrham* (ait ille) cremat anima, cùm terrenas delectationes contemnit: *Thus* verò, cùm superna desiderat & quærit: Cum myrrha verò & thure *vniversi pulveris pigmentarij* fumus ascendere perhibetur. Non dicit, Vniversi pigmenti; sed, *Vniversi pulveris pigmentarij*. Pigmen enim est quælibet virtus, seu quodlibet opus virtutis; quæ in pulverem comminuitur, cùm subtiliter discutitur & discernitur, ne quid in ea mali lateat, vel indiscretè fiat. Pigmentarius est homo, qui pulverẽ hunc terit, id est, singula opera sua discutit. Providendum est enim vt bona sine admixtione malorum fiant; quia mala maiora bona necant, minora hominem maculant. Manifesta ergo mala cavenda sunt, sed quia omnia nosse non possumus, generalis & occulta contritio pro his est habenda. Interdum enim peccatum aliquod est in homine, quod eum latet, vel ignorat esse mortale. Cõtritio ergo sit primum *pigmentum* quod faciamus, & Deo offeramus: quia generalis contritio delet omnia mortalia, occulta, atque manifesta; & charitatem restituit, si fuerit amissa: extra quam quicquid egerimus, minimè placebit; nec quantumcunque teramus vel comminuamus, ante Deum redolebit. Vt ergo *Omnia opera nostra in charitate fiant*, & gratum Deo pulverem teramus, inprimis conteramus. Deinde singula discutienda sunt opera, eleemosynæ, vigiliæ, orationes, & alij corporis labores, si purè fiant propter Deum, si aliud sit in causa principaliter vel secundariè, si fiant discretè, & cum debito moderamine, si finis sit profectus & perseverantia, si possibilitas perficiendi, si tempus quo fieri expediat, si modus quo, & quantum, & quàm frequenter: item quando aliquid sit intermittendum, & quando vehementiùs insistendum: item si cum scandalo aliorum fiat vel damno, si ad hoc impellat levitas, inconstantia, curiositas; si laus appetatur vel latenter subrepat, si humana delectatio, si terrenum commodum, est discutiendum. Denique si virtutes sunt puræ, si perfectæ, si Deus super omnia diligatur, si aliquid amori eius æquetur vel præponatur, si dilectio proximi habeatur, si sincerè propter Deum exhibeatur, si diligatur in Deo amicus, si dilectio hæc spiritualiter & non carnaliter impendatur, si non accipiatur persona, si consideretur causa'.

[i] *Rich. Vict. in Cantica cap. 9.*

Cant. 3. 6.

1. Cor. 16. 14.

6. Ex his apparet in quàm minutum pulverem redigenda sint pigmenta nostra, seu opera virtuosa, vt fumus eorum coalescere possit in virgulam per Desertum ascensuram cum fumo aromatum myrrhæ & thuris, id est, cum mortificatione delectationum terrenarum & desideratione supernarum. Distinguit porrò idem Richardus in Annotat.

super

Psal.28.8. ſuper Pſalmum 28. ad illa verba, *Vox* Domini *concutientis deſertum, & commovebit* Dominus *deſertum Cades*, duplex Deſertum: vnum malum, alterum bonum; vnum *Idumæa*, alterum *Cades*: 'Eſt namque (inquiens) ,*Deſertum* aliud bonum, aliud malum: *Deſertum* malum eſt, vbi deſunt ,germina virtutum: *Deſertum* bonum, vbi longè ſunt tumultus vitio- ,rum. *Deſertum* eſt, & malum *Deſertum*, vbi nulla eſt cultura hominũ, ,vbi nullum ſanctitatis vel religionis ſtudium. Jtem *Deſertum* eſt, ſed ,bonum, vbi nullus ſtrepitus tumultuationis, ſed in ſilentio auditur ,vox turturis, & gemitus non ceſſat ex deſiderio divini amoris. *Deſer-* ,*tum* igitur malum eſt, vbi deſunt deſideria cœleſtia, deſideria ſpiri- ,tualia. *Deſertum* bonum, vbi procul deſideria ſæcularia, deſideria car- ,nalia. *Deſertum* denique *Idumæa*, Deſertum eſt malum: *Deſertum* au- ,tem *Cades*, Deſertum eſt bonum. Vtrumque tamen *concutitur*, vtrum- ,que ex divina voce in fletu compungitur: Sed *Deſertum Idumæa* com- ,pungitur formidine, *Deſertum Cades* compungitur amore. *Idumæa* in- ,terpretatur, Terrena; *Cades*, Immutata, vel Sancta. *Idumæa* itaque, ,quia nihil novit niſi terrenum, niſi tranſitorium, facit Deſertum ma- ,lum: *Cades* autem, quia nihil amat niſi iuſtum, nihil deſiderat niſi ,ſanctum, facit Deſertum bonum. Jn *Idumæa* deſolatio ſanctitatis, in ,*Cades* terrenæ cupiditatis. Rectè Deſertum malum Idumæa, hoc eſt, ,terrenum: rectè Deſertum bonum dicitur *Cades*, id eſt, Sancta: quia ,in illo deeſt ſanctitas, regnat terrena cupiditas; in iſto abeſt concupiſ- ,centia, permanet ſanctimonia. Iſtud Scriptura ſancta ex proprio no- ,mine deſignat; vtpote quod nominavit, commendat & approbat: ,De malo autem loquens non nominat, ſed tantùm dicit, *Deſertum*: vt ,intelligas aliud quidlibet, quod non eſt ſanctum, & *Cades* nomine ,prorſus indignum. Vtrumque tamen, vt diximus, *concutitur*; vtrum- ,que *commovetur*, vt vtrumque immutetur. Ad hoc namque concutitur ,Deſertum malum, vt commutetur in bonum: ad hoc commovetur ,Deſertũ bonum, vt promoveatur in optimum. Commutari de malo in ,bonum, commutatio bona; & immutari de bono in optimum, im- ,mutatio ſancta. Rectè ergo Deſertum quod de bono immutatur in ,optimum, *Cades* dicitur: nam *Cades*, vt dictũ eſt, immutata, vel ſancta ,interpretatur. *Deſertum* ergo quod adhuc malum eſt, & ob hoc *Cades* ,dici non poteſt, *concutitur*. Nec mirum, quia compungitur horrore & ,conſideratione propriæ iniquitatis. *Deſertum* verò *Cades*, quod bonum ,iam eſt, ſed ad meliora inardeſcit, *concutitur* & ipſum, & compungitur ,ex deſiderio amplioris ſanctitatis. Illud ergo expaveſcit malum quod ,fecit, Iſtud ingemiſcit pro bono quod nondum accepit: Illud tremit ,ad recordationem divinæ maieſtatis, Iſtud liqueſcit ad contempla- ,tionem ſupernæ pietatis. Illud ergò tremit multâ formidine, Iſtud ,ſuſpirat præ nimia dilectione: illud ne rapiatur ad tormenta, Iſtud ,quia nondum ſublevatur ad gaudia. Incipientium ergo eſt concuti ,timore, perfectorum autem eſt compungi amore: & idcircò vnum ,ſtatim datur, ad inchoationem; aliud promittitur, ad perfectionem.

Rectè

Cant. 2. 5. ,est Deus tuus ? Et illud in Cantico, *Fulcite me floribus, stipate me malis,*
38. 17 ,*quia amore langueo.* Et illud quod superiùs commemoravimus, *Ecce in*
,*pace amaritudo mea amarissima.* Sic itaque, sic, post fletum & gemitum
,timoris pervenitur quandoque ad desiderium & suspiria amoris. Quia
,ergo cor hominis priùs concutitur timore, postea compungitur amo-
Iud. 13. 8. ,re, rectè per David dicitur: *Vox Domini concutientis desertum, & com-*
movebit Dominus desertum Cades'.

CAPVT XVIII.

Israelitici populi de Ægypto per Desertum in terram promissionis commigrantis Mansiones ac castrametationes quadraginta duæ percensentur, & castrametationibus populi Christiani de Ægypto huius mundi per Desertum Ecclesiastica disciplina in patriam cœlestem peregrinantis accommodantur.

1. TYpum peregrinationis electorum, de Ægypto huius mundi per Desertum disciplinæ Christianæ in terram viventium cœlitùs repromissam commigrantium, habemus in libro Numerorum expressum, ac per Mansiones sive profectiones aut castrametationes Israelitici populi, numero quadraginta duas, iussu Domini à Moyse digestum: *Hæ sunt Mansiones*, ait sacer textus, *filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant.* Vetus translatio Patribus vsitata habet, *Descripsit Moyses profectiones eorum & Mansiones per verbum Domini.* In quem locum Origenes: [a] 'Quis audeat di- [a] *Orig. Homil.* 27. *in Numeros*
,cere (inquit) quòd ea quæ *per verbum Domini scribuntur*, nihil vtilitatis
,habeant, nec saluti aliquid conferant; sed solùm rem gestam narrent,
,quæ tunc quidem præterierit, nunc autem nihil ad nos ex eius reve-
,latione perveniat? Impia hæc & aliena à catholica fide sententia est,
,& eorum tantummodò qui Legis & Evangeliorum negant vnum so-
,lum sapientem Auctorem esse Deum Patrem Domini nostri Iesu
Christi'. Et inferiùs ibidem: 'Profectionis hic ordo (subdit) & di-
,stinctio Mansionum, valdè necessaria & obseruanda est ijs, qui se-
,quuntur Deum, & de virtutum profectibus cogitant'. Fusiùs hoc ipsum prosequitur Ambrosius (si tamen ipse auctor est) in speciali Tra- *Ambrosius*
ctatu, quem *de quadraginta duabus Mansionibus* inscripsit: 'Nec verò
,(inquiens in proœmio) sine causa Moysi hoc scribere à Domino præ-
,ceptum est, sed propter instructionem nostram. Inquit enim Apos-
1. Cor. 10. ,tolus, *Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem*
1. ,*nostram*: vt legentes & probantes quanta nobis in hac ad terram vi-
,ventium profectione immineant discrimina, quantæ hostium insidiæ,
,bellorũ conflictationes spiritaliũ, mariũ & fluminũ, mundi & voluptatum pericula; iter nostrum non segniter neque remissè carpamus, quò,

,labente die in medio deficia mus itinere, noctis tenebris obruti: *Nocte* Exod.12.
,enim *Ægypti primogenita ab exterminatore percutiuntur*, *Nocte avari ani-* 29.
,*ma divitis* à dæmonibus *reposcitur* : Sed prudenter itineri nos accinga- Luc.12.20
,mus, fortiterq; ad bella præparati de virtute ad virtutem transeamus;
,& Dominus noster præcedet nos ante faciem nostram, debellans ini-
,micos nostros, portansq; nos vt mater filium suum, ac ducens nos die
,per nubem, & nocte per ignem: vt tandem superatis quibuscunque
,itineris difficultatibus, adversariarumq; incursibus potestatum, pro-
fectionem nostram gloriosè perficiamus'. Consonat Petrus Damiani
lib. 2. Epist. 7. ad Cardinalem Hildeprandum, quæ tota in explana-
tione ac mystica accommodatione dictarum quadraginta duarum
Petrus Damian. Mansionum insumitur : 'Omnis ille discursus (ait ille) & quicquid il-
,lic gestum historialiter legitur, totum in nobis per mysterium spiri-
,tualis intellectus impletur. Quod enim tunc visibiliter gestum est, no-
,bis per spiritualem intelligentiam congruit, nostro tempori vetus il-
,lud sæculum militavit: *Hæc enim*, vt ait Apostolus, *in figura continge-*
,*bant illis*. Nos enim de fornace Ægyptiacæ servitutis egredimur, &
,terram repromissionis ingredi per plurima mansionum loca, hoc est,
,per diversa virtutum incrementa, conamur. Sed quoniam, absque
,Tribu sola Levi, Patrum penè omnium cadavera prostrata sunt in
,deserto, ad terram autem illam filij tantummodò perveneruntexpe-
,dit vt *vetus homo noster* intereat, *& novus, qui secundùm Deum creatus sit,* Ephes.4.22
,ad obtinendam terram viventium convalescat. Quòd autem Tribus & 24.
,Levi cum cæteris in Deserto non perijt, hinc manifestè colligitur,
,quia postquam omnium Israelitarum numerus, à viginti annis & su-
,pra, à Moyse supputante descriptus est, præstò subiunctum est: *Levita* Num.2.33
,*autem in Tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis*. Dixit
,enim Dominus ad Moysen, *Tribum Levi noli numerare, neque ponas sum-* Num.1.49
,*mam eorum cum filijs Israel*. Postmodum verò Scriptura dicit, *Hic est* Num.26.
,*numerus filiorum Israel, qui descriptus est à Moyse, & Eleazaro Sacerdote,* 63.& seqq.
,*inter quos nullus fuit eorum, qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in*
,*monte Sinai : Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in solitudi-*
,*ne*. Quibus videlicet historiæ verbis patenter ostenditur, quia cæte-
,ris in deserto prostratis, ad repromissionis terram Tribus Levi inco-
,lumis & illibata pervenit. Quisquis ergo se potuerit in Sacerdotum
,vel Levitarum ordine constituere, quisquis noluerit cum reliquis ho-
,minibus in terra sortem hæreditariæ portionis acquirere, sed solum
,cum Tribu Levi contentus fuerit Dominum possidere; iste profectò
,in huius mundi Deserto non moritur, sed terram repromissionis in-
gredi vivus & incolumis prometetur'. Obsérvat idem superiùs ibi-
Ambrosius. dem, post Ambrosium Tractatu suprà hìc memorato, & Hieronymum
Hieronymus. Epist. 127. ad Fabiolam de 42. Mansionibus, & Jsidorum in Com-
Isidorus. ment. super Numeros, & Bedam ibidem ac rursus in Dialogo quæ-
Beda. stionum super Numeros, & Rabanum lib. 4. super Numeros cap. 8.
Rabanus. non vacare mysterio ipsum Mansionum seu profectionum veteris po-

puli

puli per Deſertum peregrinantis numerum : quippe qui correſpondet numero generationum, quibus Evangeliſta Matthæus genealogiam Chriſti pro noſtra ſalute deſcendentis contexit : 'Manſiones filiorum *Ambroſius.*
,Iſrael (ait loco citato Ambroſius) quadraginta & duæ numero com-
,putantur : quæ denarij, quaternarij, & binarij ratione numeri, quem
,continent, multa nos myſteria docent. Volentes autem id vobis ex-
,plicare, intuemini, obſecro, & figite memoriæ ; ne verbi contemp-
ac. 8. 5. ,tores inveniamini, nec fiat anima veſtra *Via*, vbi gratia iactata non
,germinet, *& veniant volatilia cæli, & rapiant ea.* Percipite ergo hæc, &
,recondite in cordibus veſtris. Denarius numerus myſticus eſt, & non
,mediocriter à Moyſe commendatus : Ad eum namque primitias, ob-
Levit. 27. ,lationeſque, & vota refert. Inquit enim ,*Omnis decima terræ, & à fructu*
30. & 32. ,*ligneo, Domino eſt : & omnis decima boum & ovium, & omne quod venerit*
,*in numero ſub virga, decima erit ſancta Domino.* Denique Iacob, Deo ſi-
,bi, dum ad Laban avunculum ſuum in Meſopotamiam proficiſcere-
Gen. 28. 22 ,tur, in itinere apparenti pollicitus eſt, dicens : *Omnium quæ dederis mihi*
Gen. 6. 9. ,*decimam decimabo tibi.* Hanc ob cauſam *Noe* ille, qui primus in veteri
Gen. 5. 29. ,Scriptura *Iuſtus* pronunciatus eſt, *decimus* à protoplaſto inducitur; non
,ad oſtendendam viventium tunc ætatem, vel ad præſcribendum nu-
,merum hominum; ſed vt apertè doceretur, quòd ſicut *Denarius*, nume-
,rorum qui vnitatem ſequuntur perfectiſſimus eſt, ita tranquillitas in
,anima, finis eſt revera actionum vitæ. Ternio enim per ſeipſum mul-
,tiplicatus novenarium complet; & lites, diſſidia, bellaque divinis in-
Gen. 14. 9. ,dicat oraculis; vt patet in *quatuor & quinque Regibus* diſſidentibus, ſe-
,que mutuò impugnantibus : Vnitas verò novenario ſuperveniens, *de-*
,*narium* perficit, & pacem, amicitiamque deſignat : Novem enim cer-
,tantibus Regibus ſapiens Abraham quaſi decimus ſuperveniens, pro
,tempeſtate tranquillitatem, pro bello pacem, pro morte victoriam,
Gen. 14. 20 ,Deo favente, attulit : Vnde & *Melchiſedech Summi Dei Sacerdoti decimas*
,*exolvit. Denarius* ergo numerus perfectus eſt, & vnitatem deſignat.
,*Quaternarius* quoque & ipſe myſticus eſt, & in Scriptura commenda-
,tur. Nam ſpecioſam illam lucem, quæ ſeipſam & cætera manifeſtat,
,luminiſque genitores ſolem & lunam ac præfulgidum ſtellarum cho-
,rum, quæ noctem diemque, menſes & annos, oriendo & occidendo
Gen. 1. 16. ,terminant, *die quarto creata eſſe*, propheticus ſermo declarat. Mundi
& 19. ,radices quatuor numerantur, terra, aqua, ignis, & aer : Et annuæ tem-
,porum vices ſunt totidem, hyems, æſtas, ver, & autumnus. Denique
,de terræ fructibus Deo oblationes ante annum quartum fieri prohi-
Levit. 19. ,bentur : Sic enim ſcriptum eſt, *Fructus terra tres annos erit vobis im-*
23. & 24. ,*mundus, non comedetis ex eo : at anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus,*
,*& Laudabilis Domino.* Nec immeritò : Quaternioni enim inſunt omnia,
,punctum, linea, ſuperficies, & ſolidity, menſuræ vniverſorum : In-
,ſunt etiam potiſſimæ ſymphoniç muſicæ : Deinde quadranguli latera
,oportet eſſe æqualia : Æqualitas verò mater eſt iuſtitiæ, quæ cætera-
,rum virtutum dux eſt & magiſtra. Iuſtitiam ergò *quaternarius* inſi-

Vide Aug. Tract. 17. in Ioan.

,nuat. *Binarius* demum nec ipſe expers eſt myſterij: Legimus enim, ,*Viduam illam* inſigni laude à Domino commendari, *quæ æra duo in gaz-* Luc. 21.2.
,*phylacium miſit*: Samaritanus pro curatione fauciati *Binos erogavit num-* Luc. 10.35
,*mos*: Apud Samaritanos *Biduum tranſegit Salvator Chriſtus*. Bipartitam Io. 4.40.
,namque ſignificat charitatem, Dei nempe, & proximi: *In his duobus*, Mat. 22.40
,dicit Dominus, *vniverſa Lex pendet, & Prophetæ*. Manſiones igitur filio-
,rum Iſrael ab Ægypti finibus vſque ad repromiſſionis terram, qua-
,draginta duæ à Moyſe recenſentur: Sic & S. Matthæus, Chriſti ge-
,nerationem deſcribens, quadraginta duas enumerat. Inquit enim,

Vide Aug. lib. 2. de Conſenſu Evang. .4. & l. 2. de Doct. Chriſtiana c. 16

,*Ab Abraham vſque ad* David *generationes quatuordecim, à* David *vſque ad* Mat. 1.17.
,*tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, & à tranſmigratione*
,*Babylonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim*: vt oſtenderet
,quòd verus Iſraelita, qui de ſæculi huius Ægypto ad cœlum, veram
,*viventium terram*, per tot rerum diſcrimina, & inimicorum tentamen- Pſal. 26.13
,ta, pervenire feſtinat; pace per *Denarium*, iuſtitiâ per *Quaternarium*,
,charitate per *Binarium*, armari debeat: Pace, quia ſcriptum eſt, *In pace* 1. Cor. 7.15
,*vocavit nos* Deus: Iuſtitiâ, quia idem dicit Apoſtolus, *State induti lori-* Eph. 6.14.
,*cam iuſtitiæ*: Charitate, quia *Charitas operit multitudinem peccatorum*. 1. Pet. 4. 8.
,Chriſtus ergo ad Virginem, Iſrael ad Jordanem, Chriſtianus ad cœ-
lum, pari Manſionum numero deveniunt.

2.

Neque verò numerus duntaxat, ſed ipſa etiam Manſionum ſeu caſtrametationum nomenclatura, myſterijs ædificationi fidelium congruentibus referta eſt, prout Sancti Patres ſuperiùs memorati ponderarunt. Et verò Hebraici idiomatis ignaris ipſa Manſionum varietas, & de altera in alteram ſucceſſiva demigratio, documento eſſe poteſt, vt & ipſi de virtute in virtutem proficiendo conſcendant, quoadvſq; terminum peregrinationis ſuæ attingant. Vnde & Origenes Homil. 27. ſuprà citatâ, poſtquam ſingularum Manſionum nomina expoſuiſſet, ac ſpiritali fidelium ædificationi adaptaſſet, adiecit ad calcem:

Origenes.

"Verùm ne huiuſmodi expoſitio, quæ per Hebræorum linguam & ,nominum ſignificantias currit, ignorantibus linguæ illius proprieta-
,tem affectata videatur & violenter extorta, dabimus etiam in noſtra
,lingua ſimilitudinem, quâ conſequentiæ huius ratio pateſcat. In lit-
,terario ludo, vbi pueri prima elementa ſuſcipiunt, Abecedarij dicun-
,tur quidam, alij Syllabarij, alij Nominarij, alij iam Calculatores ap-
,pellantur: & cùm audierimus hæc nomina, ex ipſis qui ſint in pueris
,profectus agnoſcimus. Similiter & in liberalibus ſtudijs, cùm aut lo-
,cum recitare, aut allocutionem, vel laudem, aliaſque per ordinem
,materias audierimus, ex materiæ nomine profectum adoleſcentis ad-
,vertimus. Quomodo ergo & per hæc quæ locorum quaſi materia-
,rum nomina memorantur, non credamus in divinis eruditionibus
,profectus indicari poſſe diſcentium? Et ſicut illic ſingulis quibuſque
,dicendi materijs immorantes, quaſi manſiones in eis quaſdam facere
,videntur, & de vna ad aliam, ac de alia item ad aliam proficiſci: ita
,etiam hìc Manſionum nomen, & profectio ab vna ad aliam, & ab

alia

Digitized by Google

,alia iterum ad aliam, cur non profectum mentis indicare credatur, & incrementa significare virtutum'? Antequam verò ad particularem singularum Mansionum elucidationem descendamus, operæ pretium fuerit præmittere aliud generale documentum, ex Petro Damiani, præcitata Epistola 7. ad Hildeprandum, desumptum: 'In quadraginta duabus Mansionibus (ait ille ibi) pervenerunt filij Israel vsque ad principium capiendæ hæreditatis. Principium verò capiendæ hæreditatis fuit, vbi *Ruben & Gad & dimidia Tribus Manasse accipiunt terram Galaad in possessionem.* Porrò autem sicut illi ascenderunt per quadraginta duas Mansiones, ita Salvator noster in Ægyptum huius mundi descendit per totidem Patres. Quòd si iam intelligimus quantum sacramenti numerus iste contineat, humanæ scilicet ascensionis, & diuinæ descensionis, incipiamus iam per ea, per quæ descendit Christus, ascendere; & primam nobis eam Mansionem, quam ipse novissimam habuit, ædificare. Si quis enim ad nos per loca quælibet veniat, vt mox rediens per loca nos eadem ducat, vbi desinit ille, nos iter incipimus; & vbi ille cœperat, nos finimus. Prima scilicet Christi generatio cœpit ab Abraham, vltima verò velut postrema Mansio terminavit in Virginem. Et quoniam *Abram* interpretatur Pater excelsus, nos hoc iter incipimus à Virginis partu, vt peragrantes sequentia deinceps Mansionum loca, postremò ad Deum, Patrem videlicet perveniamus excelsum. Partus ergo Virginis nobis ex Ægypto exire volentibus inprimis occurrit, cùm Verbum Dei carnem factum in hunc mundum venisse credentes, relictis omnibus caducis & transitorijs, in illo solo requiescimus, in illo nostræ quietis & spei habitaculum collocamus. Post hæc iam si proficere, & ad singulos quosque fidei & virtutum gradus ascendere nitimur, tamdiu debemus immorari, donec valeant virtutes in consuetudinem verti. Et tunc non quasi transcurrere spiritualis vitæ deserta conspicimur, sed Mansiones facere, vel etiam habitare in ipsis virtutum profectibus, iudicamur. Nam qui bonum opus non perseveraturus incipit, quasi viam properando transcurrit: qui verò in ea quam semel arripuit permanet sanctitate, ibi quodammodò ædificat Mansionem. Et notandum, quia cùm *Ire*, & *Manere*, ac per hoc, *Iter*, & *Mansio*, à se penitus dissona sint, nec sibimet invicem congruant; vtrumque tamen in illo Israelitico procinctu conveniisse, Scriptura confirmat; vt illi per desertum & *Iter* habuisse dicantur, & *Mansiones*. Quia nimirum nos, qui terram viventium intrare contendimus, & *manere* debemus per fixum professionis nostræ propositum, & *ire* semper per meliorandæ conversationis & cumulandi profectus augmentum'.

Pet. Damiani. Vide Origenem Homil. 27. super Numeros.

Num. 33. 1.

3. His ita præmissis, superest vt Mansiones seu Profectiones singulas Israelitici populi suo ordine percenseamus, & quid mysterij ad Christiani populi ædificationem spectantis sub eis delitescat, aperiamus: [b] 'Legimus (ait Ambrosius) quòd filij Israel, postquam Ægyptus vniversa tantis plagis percussa est, tempore cœlesti oraculo designato, vt

[b] *Ambr. Tract. de 42. Mansionibus, Mans. 1.*

'vt ad immolandum Domino Deo in ſolitudinem proficiſcerétur, ter-
'ram Geſſen, quam ad incolendum acceperant, deſerentes, in RAMES-
'SES vrbem primò convenerunt; ibi ſubſtiterunt, ibi primam fixerunt
'Manſionem. Rameſſe Ægypti civitas eſt, ab Hebræis munita, quan-
'do ſæviente in eos Pharaone, luto, latere, & paleis opprimebantur.
'Sic enim ſcriptum eſt: *Et edificaverunt civitates munitas Pharaoni, Phiton,* Exod. 1. 11
Rameſſen, & On'. Jn vulgata Bibliorum editione memorantur dun-
taxat priores duę vrbes: vnde pro tertia quidam ponunt Heliopolim,
vt Hugo Victorinus in Miſcellaneis: [c] 'Pharao (inquiens) filios Iſ-
'rael affligit in palea, luto, & latere. *Palea*, carnalis delectatio. *Lutum*
'fit ex pulvere & aqua: hoc fit, dum mala voluntas iungitur actioni.
'Ex his *Lateres* producuntur, dum prava opera in duritiam pravę con-
'ſuetudinis decoquuntur. Ex his ædificatur *Rameſſes*, quę commotio
'tineę interpretatur: & hæc eſt avaritia. Atque etiam *Phiton*, quæ in-
'terpretatur Os abyſſi, id eſt, Inferni, vel omnium vitiorum: *Avaritia* 1. Tim. 6.
'enim *radix eſt omnium malorum*. Et *Heliopolis*, quæ interpretatur civi- 10.
'tas ſolis: quę eſt, bona opera propter vanam gloriam, quę eſt hypo-
'criſis, conſtruere. Iſtas tres civitates conſtruit, qui cupiditatem &
mendacium & hypocriſim ſubintroducit'. *Prima* itaque *Manſio* vete-
ris populi de Ægypto in terram promiſſam commigrantis fuit *Rameſ-*
ſes, quę interpretatur commotio tineę, vel commotio turbida ſive
amaritudo; vel, vt Hieronymus Epiſt. 127. mavult, tonitruum gaudij.
Singularum interpretationum myſteria breviter Hieronymus ibidem
inſinuat, ſubdens: 'Ad hanc vrbem, quæ in extremis Ægypti fini-
'bus erat, Populus congregatus eſt qui in Deſertum exire cupiebat: eò
'quòd tumultum ſæculi derelinquens moveatur à vitijs priſtinis, & ab
'exedente ſe priùs tinea peccatorum: vt omnem amaritudinem ver-
'tens in dulcedinem, Dei vocem in Sina monte deſuper tonantis audi-
'ret. Quòd autem verba divina & eloquia Scripturarũ, in iſtius ſæcu-
'li & mundi rota, tonitrus appellentur, Pſalmiſta declarat, dicens: *Vox* Pſal. 76. 19
'*tonitrui tui in rota*. Et Dei Patris vocem in Baptiſmo Salvatoris au-
dientes, tonitruum putaverunt'. Paulò aliter Origenes Homil. 27.
ſuper Numeros: 'Rameſſe (inquiens) in noſtra lingua dicitur commo-
'tio turbida, vel commotio tineæ. Jn quo vtique oſtenditur quòd
'omnia in hoc mundo in commotionibus & perturbationibus poſita
'ſunt, & in corruptela: hoc enim tinea indicat. In quibus non opor-
'tet reſidere animam, ſed proficiſci, & venire in *Sochot*: *Sochot* autem
'interpretatur tabernacula. Igitur primus animæ profectus eſt, vt au-
'feratur à commotione terrena, & ſciat, ſibi tanquam peregrinanti in
'tabernaculis habitandum: quò velut in procinctu poſita adversùs in-
'ſidiantes, expedita occurrere poſſit, & libera'. Ambroſius ſuprà, qui
per primam Manſionem in *Rameſſe* habitam intelligit commotionem
pœnitentiæ, de hac ſecunda ſic differit ad propoſitum: 'Profectus filio-
'rum Iſrael in *Sochot*, quod interpretatur tabernacula, deſignat, quòd
'qui manſionem habuit in *Rameſſe*, hoc eſt, in commotione pœnitentiæ,

[c] *Hugo Victor. l. 2. Erud. Theol. or. 2. Miſcell. c. 25.*

Manſio 1. RAMESSES.

Hieronymus.

Origenes.

Manſio 2. SOCHOT.

Ambroſius.

debet

,debet proficiſci in *Sochot*, hoc eſt, in tabernacula quaſi per conſidera-
,tionem ambulare: ſicut ille qui aliò tendit nec firmam habet domũ,
,moratur in tabernaculis. Vnde quid aliud eſt in tabernaculis habita-
,re, quàm peregrinari, ſicut Apoſtolus ad Hebræos de Patribus loquẽs
b.11.13 ,teſtatur? Inquit enim, *Confitentes quòd peregrini & hoſpites ſunt ſuper*
d.118. ,*terram*: vt videns ſe peregrinum in terra, dicat cum Propheta, *Advena*
,*ego ſum in terra*: Conſideret item Apoſtoli dictum, *Non habemus hîc*
b.13.14 ,*manentem civitatem*: Cognoſcat denique, quòd *Quamdiu eſt in corpore, pe-*
Cor. 5.6
Io.1.16. ,*regrinetur à Domino*: Vnde reijciat ea quæ in mundo ſunt, quia *Concu-*
piſcentia carnis eſt, quia *Concupiſcentia oculorum*, quia *Superbia vitæ*'. Se- Manſio 3.
quitur iam tertia Manſio, quæ dicitur *Ethan*, ſive vt 70. Interpretes Ethan ſive
habent, *Buthan*: in quam de *Sochot* proficiſci debemus: 'Ethan (ait Pe- Bythan.
,trus Damiani Epiſt. 7. ſuperiùs citata) fortitudinem ſonat. Qui ergo Pet. Damian.
,iam pro Deo peregrinantur in mundo, qui ſe incolas & exules recog-
,noſcũt, neceſſe eſt vt quanto magis ſe præbent in terrenis actibus debi-
,les, tanto ſint in humilitate ac patientia fortiores. *Buthan* autem val-
,lis interpretatur, quòd ab eodem ſenſu nequaquam diſcrepat. Opor-
,tet enim vt quiſquis ad terram viventium properat, ad perferenda tẽ-
tationum iacula, in humilitatis & patientiæ valle perſiſtat'. Succedit Manſio 4. Phi-
huic quarta Manſio, quam Scriptura vulgatæ editionis memorans, ait hahiroth.
um.33.7 de filijs Iſrael: *De Etham egreſſi venerunt contra Phihahiroth, quæ reſpicit* Hieronymus.
Beelſephon, & caſtrametati ſunt ante Magdalum: 'Quarta Manſio (ait ci-
,tata Epiſt. 127. Hieronymus) eſt *Phihahiroth*, quæ interpretatur Os
,nobilium, ſcribiturque per litteram *Heth*. Quidam malè *Hiroth* villas
,putant; errorque manifeſtus, quòd pro ſupradicto elemento *Ain* litte-
,ram legant. *Beelſephon* in linguam noſtram vertitur Dominus Aqui-
,lonis, aut Aſcenſus ſpeculæ, aut Habens arcana. Porrò *Magdal* mag-
,nitudo, vel turris. Aſſumpta igitur fortitudine nobilitamur in Do-
,mino, & *Beelſephon* idoli arcana contemnimus, illiuſque magnificen-
tiam & turritam ſuperbiam declinamus'. Origenes hanc Manſionem
appellat *Os Iroth*, quæ interpretatur ingreſſus vici: 'Iroth autem hæc Origen. ſuprà.
,(ſubdit) poſita eſt *contra Beelſephon*, & *contra Magdalum*. *Beelſephon* in-
,terpretatur aſcenſio ſpeculæ ſive turris. A parvis ergo aſcenditur ad
,magna. Et nondum in ipſa ſpecula, ſed contra ſpeculam, id eſt, in
,conſpectu ſpeculæ poſita eſt: Speculari enim incipit & proſpicere
,ſpem futuram, & altitudinem profectuum contemplari; & paulatim
,creſcit, dum plus ſpe nutritur quàm laboribus fatigatur. Quæ ſtatio
,ſive Manſio *contra Magdalum* eſt, non in ipſo Magdalo: *Magdalum* enim
,magnificentia dicitur. Habens ergo in conſpectu & aſcenſionem ſpe-
,culæ, & magnificentiam rerum futurarum, ſpebus ingentibus paſci-
,tur & nutritur: In profectionibus enim eſt, non in perfectionibus
iam poſita'. Subſequitur iam Manſio quinta nomine *Mara*, quæ inter- Manſio 5. Ma-
pretatur amaritudo: 'Rectus ſcilicet ordo (ait Petrus Damiani ſuprà) ra.
,vt qui ad terram properant melle manantem, in Deſerto vitæ huius, Pet. Damiani.
,laboris & tentationis amaritudinem hauriant; & per diſciplinæ præ-

ſentis

,ſentis aſperitatem perveniant ad remunerationis internę dulcedinem.
,Vnde dicit Apoſtolus, *Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe* Heb. 12
,*gaudij, ſed mœroris : poſt autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam red-*
,*det iuſtitiæ*. In procinctu ſiquidem ſpiritualis militiæ conſtitutis, mo-
,dò amara dulcibus, modò dulcia miſcentur amaris : vt per hæc expe-
,riatur humana conditio, & quid à ſe patiatur infirmitatis, & quid à
Deo debeat ſperare virtutis'. Sequitur ſexta manſio ſeu profectio de
Manſio 6. ELIM — *Mara* in *Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palma ſeptuaginta.* 'Vi- Num. 33.
,des (ait ibidem Petrus Damiani) poſt tentationis amaritudinem ad
,quantam deveniunt & dulcium pomorum, & aquarum profluentium
,amœnitatem? Per tentationis itaque pugnam perducuntur ad palmas,
,& per ſitis intolerandæ penuriam ad irriguam veniunt aquarum vi-
,ventium affluentiam. Animarum quippe medicus, Omnipotens Deus,
,ſic omnia ordinatè diſpenſat, vt tanquam melle pigmentis infuſo, &
,triſtibus læta, & lætis triſtia miſceat; quatenus mens infirma, & ali-
,quando percuſſa nunquam de proſperitate ſuperbiat, & aliquando re-
,fota in adverſitatibus non ſuccumbat. *Elim* præterea interpretatur
,arietes : qui nimirum ſunt gregum ſequentium duces. Qui verò ſunt
,duces rationalis gregis, hoc eſt, populi chriſtiani, niſi ſancti Apoſtoli?
,Hi nimirum ſunt duodecim fontes, ariditatem mentium doctrinę cœ-
,leſtis fluoribus irrigantes. Verùm quia non illos duodecim duntaxat
,Apoſtolos Salvator noſter elegit, ſed & alios ſeptuaginta conſtituit,
,idcircò non ſolùm duodecim fontes, ſed & ſeptuaginta deſcribuntur
Manſio 7. AD MARE RVBRVM. illic arbores fuiſſe palmarum'. Succedit huic ſeptima Manſio in *Suph*,
Hieronymus. ſive *ad Mare rubrum*. 'Quæritur (ait Epiſt. 127. Hieronymus) quomo-
,do poſt tranſitionem *Maris rubri*, & fontis *Mara*, & *Elim*, rurſum ad
,*Mare rubrum* venerint? Niſi fortè in itinere pergentibus ſinus qui-
,dam maris occurrerit, iuxta quem caſtrametati ſint : Aliud enim eſt
,tranſire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus mo-
,nemur, etiam poſt Evangelicam doctrinam, & cibos dulciſſimos
,triumphorum, apparere nobis interdum mare, & pręterita diſcrimina
poni ante oculos'.

Octavam Manſionem Liber Numerorum his verbis commemorat, 4.
Manſio 8. SIN. — *Profecti de Mari rubro caſtrametati ſunt in Deſerto Sin.* 'Sed obſervandum Num. 33.
Ambroſius. ,(ait Ambroſius ſuprà) quòd tota hęc ſolitudo à mari rubro vſque ad 11.
,montem Sinai appellatur *Sin*; in qua filij Iſrael quinque habuerunt
,Manſiones, nempe *Mare rubrum* vt ſuprà, & hanc de qua agimus, &
,tres ſequentes. Hæc autem ſpecialis eſt, licet communi nomine ap-
,pelletur *Deſertum Sin* : ſicut & *Moab* nomen eſt civitatis, & provincię.
,Verùm quia *Sin* interpretatur rubus, ſignificat nobis, quòd ſicut octa-
,va Manſione venimus ad *Sin*, hoc eſt, ad rubum, in quo actum eſt
,de liberatione filiorum Iſrael à ſervitute Ægypti; ita in reſurrectione,
,quæ per octavam intelligitur, veniemus ad rubum, in quo agetur de
liberatione noſtra à ſervitute corruptionis'. Paulò aliter Hieronymus
Hieronymus. ſuprà : '*Sin* (inquiens) interpretatur rubus, vel odium : quorum

vtrumque

Digitized by Google

,vtrumque facit ad myſticos intellectus, quòd poſtquam venerimus
,ad eum locum, de quo ſit nobis Dominus locuturus, grande odium
Exod. 3. 2. ,mereamur inimici. Tunc *Videbimus ardere rubum, & non comburi*: in-
,flammari Eccleſiam perſecutionibus, & eam, loquente ad eam Domi-
Pſal. 8. 1. ,no, non perire. Et nota, quòd octava Manſione, in qua *torcularia* noſtra
,ſunt, vnde & octavus Pſalmus hoc titulo prænotatur, Deſertum capi-
Iſa. 54. 1. mus rubi: quia *Plures filij Deſertæ quàm eius quæ habet virum*. Octavæ
huic Manſioni ſuccedit nona in DAPHCA, vel vt alij legunt, in DEPHCHA; vel
etiam *Raphca*, vt monet Hieronymus. *Daphca* porrò interpretatur pul-
ſatio, vel etiam retentio, vt idem ait Hieronymus: *Raphca* verò cu-
ratio, vel ſanitas: 'Dephca (ait Petrus Damiani ſuprà) pulſatio dici-
,tur. Et nos poſtquam pertingimus ad Eccleſiam, quam videlicet *Ru-*
,*bus* ille ſignificat vbi Dei meretur homo colloquium, vbi viſio con-
,ſpicitur Angelorum; tunc incipimus petere, quærere, ac regni cœle-
Luc. 7. 7. ,ſtis arcana pulſare; Domino præcipiente, ac pollicente, qui dicit:
,*Pulſate, & aperietur vobis*. Si verò *Raphca* quis malit admittere, quæ
,ſanitas dicitur; hoc nomen animæ dudum languidę, ſed iam per do-
,num ſanctę Eccleſię languoris nexibus abſolutę conuenienter apta-
tur'. Decima Manſio appellatur *Alus*, ſiue *Halus*, quę interpretatur
labores, vel fermentum: 'Et certè (ait idem Pet. Damiani) ſanitatem
,labores ſequuntur: quoniam ad nihil aliud ſanitatem ſancta debet
,anima concupiſcere, niſi vt labores pro Deo valeat preſſuraſque per-
Act. 8. 14 ,ferre. Ideò nempe *Socrus Petri de febre conualuit*, vt Domino per ſedu-
& 9. 18. ,litatis obſequium *miniſtraret*. Ideò *Per Ananiam ſanatus eſt Paulus*, vt
& 16. ,continuis poſtmodum laboribus inſudaret. Hinc eſt quòd eidem
,Ananiæ de illo dictum eſt, *Ego oſtendam illi quanta oporteat eum pro no-*
,*mine meo pati*. Quòd autem *Halus* etiam fermentum interpretari dici-
,tur, & hinc nobis congruæ ſignificationis intellectus offertur. Hoc eſt
Mat. 13. 33 ,enim *fermentũ* illud, *quod tollens mulier cõmiſcuit in farinæ ſatis tribus, do-*
Num. 16. ,*nec fermentatum eſt totum*, id eſt, ſanctum Evangelium'. Notat præte-
rea Ambroſius ſuprà, in hac decima Manſione *Gloriam* DOMINI *apparuiſ-*
,*ſe in nube*: 'Per quod monemur (ait ille) quòd qui in decima quieſcit
,Manſione, id eſt, in obſervatione legis: per denarium enim numerum
Num. 34. ,lex ſignificatur, quæ decem verbis conſtitit, vt ſcriptum eſt, *Et ſcrip-*
,*ſit Moyſes verba hæc decem in tabulis fœderis*: Dei gloriam conſpicit'. Huic
ſuccedit vndecima Manſio in *Raphidim*, quæ interpretari dicitur Laus
iudicij, quanquam Hieronymus varias alias interpretationes ſub du-
bio aſſignet: 'Iuſtiſſimè (ait Origenes ſuprà) Laus ſequitur poſt labo-
,res. Cuius tamen rei laus? Judicij, inquit. Fit ergo laude digna ani-
1 Cor. 2. ,ma, quæ rectè iudicat, id eſt, quæ *Spiritualiter dijudicat omnia, & ipſa à*
,*nemine dijudicatur*'. Duodecima Manſio ſequitur in *Deſerto Sinai*, vbi
lex data eſt quinquageſimo die egreſſionis de Ægypto: 'Poſtquam er-
,go (ait ibidem infrà Origenes) laudabilis iudicij facta eſt anima, &
,rectum cœpit habere iudicium, tunc ei datur lex à Deo, cùm capax
eſſe cœperit ſecretorum divinorum, & cœleſtium viſionum'. Notat

Manſio 9. DAPHCA.

Pet. Damiani.

Manſio 10. ALVS.

Manſio 11. RAPHIDIM.

Origenes.

Manſio 12. SINAI.

prætereà Hieronymus ſuprà, Manſionem hanc ordine duodecimam, ſignificare duodenarium Apoſtolorum numerum. Addit & inferiùs diſcrimen inter *Sinai*,& *Sin*; quòd illud ſignificet rubos pluraliter,iſtud verò ſingulariter rubum : *Hieronymus.* 'Sinai (inquiens) interpretatur rubi, non ,vnus, vt ſuprà in ſolitudine *Sin*, ſed plures : vt ibi principium ſit, hìc ,perfectio; ibi ſolitarius numerus, hìc multiplex : Aliud enim eſt vnã, aliud omnes gratias poſſidere'. Ubi alludit ad plenitudinem chariſmatum datam Apoſtolis quinquageſima die, quam prefiguravit datio legis in Sinai quinquageſima egreſſionis de Ægypto die. Hanc ſubſequitur decimatertia Manſio *ad ſepulchra concupiſcentiæ*, ſive vt 70. tranſtulerunt, *ad memoriam deſiderij*. Rectus planè ordo, vt qui audierant legem in Sinai præcipientem *Non concupiſces*, per Dei gratiam mortificent ac ſepeliant concupiſcentias ſuas : 'Cùm mandatis divinæ legis ,(ait Pet. Damiani ſuprà) intenta anima iam cœperit cœleſtia contem-,plari, mox æſtuantium vitiorum ardor extinguitur, & omnis carnalis illecebræ concupiſcentia ſepelitur'. Huic ſuccedit Manſio 14. in *Haſeroth*, quæ interpretatur atria perfecta, vel beatitudo : 'Intuere di-,ligentiùs omnis viator (ait Origenes ſuprà) quis ſit ordo profectuum. ,Poſteaquam ſepelieris & morti tradideris concupiſcentias carnis, venies ad amplitudines atriorum, venies ad beatitudinem'. Decima quinta Manſione caſtrametati ſunt Iſraelitæ in *Rethma*, vel, vt Num. 13. legitur, *in Deſerto Pharan*. Porrò ne Scripturæ loca contraria videantur, attendendum monet Ambroſius ſuprà, 'Quòd hinc vſque ad ,*Aſiongaber* Manſiones omnes, quæ decem & octo enumerantur : Om-,nes, inquam, ſequentes ad trigeſimam vſque ſecundam, ſub *Deſerti* ,*Pharan* nomine continentur. Appellatur ergo Manſio hæc alibi *Pha-*,*ran*, communi nomine ſolitudinis cum cæteris multis, ſed *Rethma* vo-,ce propriâ. Scriptura in alio loco *Pharan* commendat, dicens : *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de Monte vmbroſo Pharan*'. Cæterùm *Rethma* iuxta Hieronymum interpretatur ſonitus, aut iuniperus : iuxta alios verò viſio conſummata : 'Rethma (ait Petrus Damiani ſuprà) vt opi-,namur, interpretatur viſio conſummata : *Pharan* vero viſibile os. ,In quibus quid aliud intelligitur, niſi vt ſancta quælibet anima poſt ,ſepultas iam carnis concupiſcentias, perducta iam ad atrium perfe-,ctionis, ſecura de præmio beatitudinis, ad conſummatam mox Dei ,viſionem veniat; eiuſque os viſibile, hoc eſt, præſentem Dei ſpeciem, ,cernat? *Nunc enim videmus eum*, ſicut dicit Apoſtolus, *in ſpeculo, & in ,ænigmate, tunc autem facie ad faciem: Et Nunc cognoſco ex parte, tunc au-,tem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* Quæ tamen omnia quia ſancti qui-,libet in carne conſtituti habere nequeunt pleniter in re, iam habent in ,ſpe, quam ſcilicet ſpem iam firmiſſimam tenent; quia Spiritum ſan-,ctum, qui eos in viæ huius laboribus roborat, pignus habent. Vnde & ,illa interpretatio, quâ *Rethma* ſonitus, ſive iuniperus dicitur, non incon-,grua iudicatur. Ferunt enim, lignum hoc ignem in ſe longo tempore ,conſervare, adeò vt ſi prunæ eius fuerint cineribus adopertæ, vſque

Manſio 13. AD SEPVLCHRA CONCVPISCENTIÆ. *Pet. Damiani.*

Manſio 14. HASEROTH. *Origenes.*

Manſio 15. RETHMA.

Ambroſius.

Pet. Damiani.

Num. 13. 1

Hab. 3. 3.

1. *Cor.* 13. 12.

ad

Ep. 1. 7. ,ad annum ignitæ perveniant. Quia ergo *Spiritus ſanctus*, ſicut legitur,
Act. 2. 3. ,*ſcientiam habet vocis*: & in Actibus Apoſtolorum *Miſſus eſt in ſpecie ignis*;
,hæc interpretatio, quâ *Rethma* ſonitus, vel iuniperus dicitur, aptiſſimè
Spiritui ſancto convenire videtur'. Decima ſexta Manſione caſtrametati ſunt in *Remmonphares*, quæ iuxta Hieronymum diviſio mali granati interpretatur, iuxta Ambroſium diviſio ſublimis : 'Quia (ſubdit
,hic) vbi quis in *Rethma*, quod eſt Os videntis, commoratus eſt, hoc
,eſt, perfectam rerum adeptus eſt intelligentiam, venit ad *Remmonpha-*
,*res*, hoc eſt, ad ſublimem diviſionem, quâ à terrenis cœleſtia, & ab in-
,fimis ſublimia ſeparare poteſt. Nec immeritò : nam vigorato intelle-
,ctu, creſcenteque rerum notitiâ, infunditur iudicium, quo à tempo-
,ralibus æterna, & à caducis perpetua diſcernuntur. Jdeò per Prophe-
Ier. 15. 19 tam dicitur, *Si eduxeris pretioſum à vili, quaſi os meum eris*'. Addit &
Petrus Damiani ſuprà : 'Si verò *Remmonphares*, vt alibi reperitur, ma-
,li punici diviſio dicitur, per hoc proculdubio ſancta deſignatur Ec-
,cleſia, quæ tanquam multa grana vno cortice contegit, dum omniũ
,credentium turbam inſeparabili catholicæ fidei vnitate concludit'.
Sequitur Manſio decimaſeptima in *Lebna*, quam nonnulli candorem ſeu dealbationem intelligunt, refragante Hieronymo, qui in laterem interpretari mavult. Vtramque interpretationem ſine alterutrius improbatione commemorat Petrus Damiani ſuprà. Priorem quidem cùm ait : 'Dealbatio convenienter hìc intelligitur de veræ lucis ſplendore prodire, & de ſummæ viſionis claritate deſcendere'. Poſteriorem verò cùm ibidem mox ſubijcit : 'Quòd ſi *Lebna*, vt quidam dicunt, in laterem vertitur; in quo videlicet opere Iſraeliticus in Ægypto populus coactus eſt laborare, hoc datur intelligi, quia ſicut illi poſt
,tam ſublimia loca rurſus in laterem veniunt; ita nos, quamdiu in huius mundi Deſerto peregrinamur, neceſſitate compellimur aliquando
,à ſummis ad ima deſcendere, & à ſpiritualibus ad terrenæ actionis opera tranſmigrare'. Jn idem recidit quod ait Hieronymus, ex huius Manſionis nomine, quod in laterem interpretatur, nos diſcere, 'In itinere iſtius vitæ, & de alio in aliud tranſitu, nunc nos creſcere, nunc decreſcere; & poſt ordinem Eccleſiaſticum ſæpe ad laterum operatranſmigrare'. Huic ſuccedit Manſio decima octava in *Reſſa*, quæ iuxta Hieronymum interpretatur in frænos, iuxta alios laudabilis tentatio. Vtriuſque interpretamenti congruentiam aſſignat Petrus Damiani ſuprà. Prioris quidem his verbis : 'Si enim poſt perfectionis culmen ad
,opera lutulenta deſcendimus, diſciplinæ nexibus & pœnitentiæ loris
,infrenandi ſumus, ne vagemur per abrupta præcipites, ſed citò redeamus ad conſuetæ munditiæ puritatem'. Poſterioris denique his proximè ſubtextis : 'Jnterpretatur etiam *Reſſa* viſibilis, ſeu laudabilis ten-
,tatio. Quamvis enim mens cuiuſlibet iuſti viri iam ad alta proficiat,
,tentatione tamen adhuc in ima deprimitur, ne per tumorem ſuperbiæ
2. Cor. 12. 7. ,de virtutibus extollatur : Stimulus enim tentationis ad cuſtodiam
,adhibetur humilitatis. Unde dicit Apoſtolus : *Ne magnitudo revelationum*

Manſio 16. REMMONPHARES. *Ambroſius.*

Pet. Damiani.

Manſio 17. LEBNA.

Pet. Damiani.

Hieronymus.

Manſio 18. RESSA.

Pet. Damiani.

,lationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus satanæ qui ,me colaphizet. Hæc ergo tentatio visibilis est, quia manifesta: laudabilis, quia salutifera'.

Manſio 19. CEELATHA.

Decimam nonam Manſionem filiorum Iſrael ita memorat liber Numerorum: *Egreſſi de Reſſa venerunt in Ceelatha.* Alij pro *Ceelatha* legunt *Calatha*, alij *Macelath*, alij denique *Machebat*. Hieronymus *Calatha*, interpretatur Eccleſiam, Ambroſius virgam ſive principatum: 'Veniunt in *Ceelatha* (ait Petrus Damiani) quod interpretatur Eccleſia: vt ,videlicet inſtabiles quique, qui ſe per vitiorum abrupta præcipitanter ,impellunt, ſacræ Scripturę frenis ad Eccleſiã retrahantur. Sive, quod ,alia tenet editio, *Machebat*, quod eſt principatus virgę; quod vtrumque videtur poteſtatem exprimere. Carni quippe, quę tentatur, neceſſe eſt vt preſidens ſpiritus principetur: vt cùm illa abijcit pugnam, ,iſte quaſi deſuper intentet minaciter virgam, dum rigidi terroris adhibet diſciplinam'. Paulò aliter Ambroſius: 'Meritò (inquiens) poſt ,*Reſſa* ſequitur *Calatha*: quoniam vbi anima in *Reſſa* tentationes ſuperavit, ita fortis evadit vt aſcendat ad *Calatha*, hoc eſt, vt dominium ,acquirat nedum inferiorum ſuarum virtutum, ſed & totius mundi. ,Huc aſcenderat Apoſtolus, quando dixit: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Caſtrametemur igitur & nos in hanc Manſionem, vt carnem cum vitijs & concupiſcentijs crucifigentes, & facta eius mortificantes, dicamus cum Apoſtolo: *Quod autem vivo in carne, in fide vivo filij Dei*'. Hanc ſequitur Manſio vigeſima in Monte *Sepher*, ſive, vt Hieronymus exprimit, *Sapher*; cuius interpretatio eidem Hieronymo pulchritudo eſt, alijs tubicinatio: 'Vide (ait Hieronymus) quid proſint fræna. A vitijs nos retrahunt, introducunt ad virtutum choros, & in Chriſto monte pulcherrimo habitare faciunt'. Ambroſius autem, qui *Sapher* interpretatur buccinationem, congruentiam huius Manſionis hanc aſſignat: 'Quoniam anima ſuperioribus manſionibus ,tot tantiſque virtutibus ſe cernens armatam, contineri non poteſt ,quin procedat in medium, & ſe ad certamina nedum offerat, ſed paratam ſe preferat: quin & tubarum clangore reliquos etiam cum Propheta provocet, dicens: *Aſſumite arma, ſcuta adducite in prælium, ſternite equos, aſcendite equites, projcite lanceas*'. Huic ſuccedit vigeſima prima Manſio, quam fixerunt in *Arada*, quæ interpretatur miraculum, vt vult Hieronymus; vel, vt alij malunt, idoneus effectus: 'Quàm pulcher ordo profectuum (ait Hieronymus) quàm egregia textura credentium! Poſt opus lateris infrænamur, poſt frænos in Eccleſiam ,introducimur, poſt habitationem Eccleſiæ ad Chriſtum montem aſcendimus; in quo poſiti ſtupemus atque miramur, vt noſter in laudibus eius ſermo ſuperetur, invenientes in eo *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit*'. Ambroſius paulò aliter, qui *Aradam* interpretatur idoneum effectum: 'Adeſt (inquit) pulcher ordo, ſed obſervandi ſunt proficientium gradus, & ſeries profectuum ,inſpicienda eſt. Nam vbi anima tentationes ſuperavit vires inferiores

Pet. Damiani.

Ambroſius.

Vide Hug. Vict. l. 1. Miscell. cap. 166.

Manſio 20. SEPHER. Hieronymus.

Ambroſius.

Manſio. 21. ARADA. Hieronymus.

Ambroſius.

5. Num. 33. 22.

Gal. 6. 14.

Gal. 2. 20.

Hier. 46. 3. & ſeqq.

1. Cor. 2. 9

,res premere audet : & vbi ſuper eis imperium habere ſe conſpicit, ad-
,verſarijs poteſtatibus inſultat; earumque potentias nedum non timet,
,ſed ad certamen provocat. Nunc autem de victoriâ ſecura aſcendit in
,*Arada*, id eſt, gloriatur in Domino ſe idoneam effectam, & dicit cum
2.Cor.3. 5 & 6. ,Apoſtolo, *Sufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros
novi Teſtamenti*'. Vigeſima ſecunda Manſio fuit *Maceloth*; quæ à pleriſ-
que interpretatur Ab initio, etſi Hieronymus malit interpretari cœ-
tum ſeu conventum : '*Maceloth* (ait Ambroſius) interpretatur ab ini-
,tio. Per quod innuitur, quòd qui tendit ad perfectionem, vel eam ali-
,quo modo aſſecutum ſe ſentit, ad rerum initium, à quo vniverſa de-
,pendent, reſpicere, ad ipſumque cuncta referre debet, nec ab eo vn-
,quam recedere. Deus eſt autem principium & finis, vt in Apocalypſi
Apoc. 1.8. ,ſcribitur, *Ego ſum principium & finis, dicit Dominus Deus, qui erat, & qui
venturus eſt omnipotens* : Idcò ad eum reducenda ſunt omnia'. Similia
habet Petrus Damiani, qui & addit : 'Vel ſi *Maceloth*, vt quidam ſen-
,tiunt, dicatur eſſe conventus, per hoc Eccleſia intelligitur ; in qua vi-
Pſal. 132.1 ,delicet à cunctis fidelibus convenitur. Vnde canitur : *Ecce quàm bonũ,
& quàm iucundũ habitare fratres in vnũ*'. Huic ſuccedit Manſio vigeſima
tertia in *Thahath*, quę à nonnullis interpretatur patientia vel confirma-
tio, à Hieronymo autem in pavorem. Prioris interpretationis rationem
aſſignans Petrus Damiani : 'Quiſquis enim (inquit) deſiderat terram
,viventium per præſentis vitæ labores ingredi, neceſſe eſt, eum ad to-
leranda mundi pericula per patientiam confirmari'. De priori diffe-
rens Hieronymus : 'Veniſti (inquit) ad Eccleſiam : aſcendiſti in mon-
Rom.12.10 ,tem pulcherrimum : ſtupore & miraculo magnitudinem Chriſti con-
,fiteris : Vides ibi multos virtutis tuæ ſocios : *Noli altum ſapere, ſed ti-
me*'. Vigeſima quarta Manſio figitur in *Thare*, cuius interpretatio
quibuſdam eſt ecſtaſis vel contemplatio, alijs aſtutia vel malitia:
'Conſequens eſt (ait Petrus Damiani) vt quiſquis antea probatur per
,patientiam, proinde ad contemplationis perveniat gratiam : & qui
,priùs in tribulatione deprimitur, poſtmodum ad viſionis intimæ læ-
,titiam ſuſtollatur. Sin autem *Thare*, ſicut quidam putant, aſtutia vel
,malitia debet intelligi, hoc ad Eccleſiarum præpoſitos non immeri-
,tò videtur poſſe referri : vt ipſi ſuis auditoribus timeant, qui in ten-
,tationum tribulatione laborant. Aſtutia enim & malitia illius caven-
1.Pet. 5.8. ,da eſt, de quo dicitur : *Quoniam aduerſarius veſter diabolus tanquam leo
rugiens circuit, quærens quem devoret*'. Hanc ſequitur Manſio vigeſima
quinta in *Methca*, quæ à quibuſdam mors nova, à Hieronymo autem
dulcedo vertitur, dicente : 'Aſcendiſti in excelſum, admiratus es vir-
,tutum choros, timuiſti ruinam, abegiſti inſidiatores : dulcis te proti-
,nus fructus laboris inſequitur : & in morem litterarum, radicum ama-
Pſal. 118. ,ritudinem ſuavitas pomorum compenſabit, & dices : *Quàm dulcia
103. faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo*'! Ad priorem interpretatio-
nem alludens Petrus Damiani : 'Novam mortem (inquit) contem-
,platio parit, quę ſcilicet & mundum nobis, & nos mundo mortuos
efficit'.

Manſio 22. MACELOTH. *Ambroſius.* *Pet. Damiani.* Manſio 23. THAMAT. *Petrus Damiani.* *Hieronymus.* Manſio 24. THARE. *Pet. Damiani.* Manſio 25. METHCA. *Hieronymus.* *Pet. Damiani.*

Digitized by Google

efficit'. Ad hanc mortem pertinet ſuſpendium, de quo ait Job: *Elegit* Iob. 7. 15.
ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea: [d] 'Anima (ait Papa Grego-
[d] *Greg. lib. 8. Moral. cap. 14. Vide Rich. Vict. in Cantica c. 21*
,rius) ſuſpendium eligit, vt oſſa moriantur: quia dum mentis intentio
,ad alta ſe ſublevat, omnem in ſe fortitudinem vitæ exterioris necat.
,Sancti enim viri certiſſimè ſciunt, quia habere in hac vita requiem ne-
,quaquam poſſunt; & idcircò ſuſpendium eligunt, quia nimirum terre-
na deſideria deferentes, ad alta animum tollunt'. Huic Manſio vigeſi-
Manſio 26. HESMONA. *Ambroſius.* ma ſexta ſuccedit in *Heſmona*, cuius interpretatio eſt feſtinatio: 'Nam
,vbi anima (inquit Ambroſius) morte peccati per ſuperiorem ſtationem
,in novam evaſit creaturam, ſiſtere animo non poteſt, non otio torpe-
,re; ſed vlteriùs progredi, & accelerare iter contendit. Viatoribus au-
,tem celeritas aptiſſima eſt: eapropter populo Patrum *Manducare Paſ-* Exod. 12.
,*cha* præcipitur, & hoc *feſtinanter*. Hinc Apoſtolis mandatum eſt, *Ne-* 11.
,*minem per viam ſalutaveritis*. Sic Eliſęum in Regnorum libro Gieſi in Luc. 10. 4.
,iunxiſſe legitur, *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua,* 4. Reg. 4.
,*& vade: & ſi inveneris aliquem, non benedicas ei: & ſi benedixerit tibi quiſ-* 29.
,*piam, non reſpondeas ei*. Nam opus Dei præproperam etiam feſtinatio-
,nem exigit: *Maledictus*, inquit Propheta, *qui facit opus Dei negligenter*. Hier. 48. 10
,Ideò diſcipulus ille qui *citiùs Petro ad monumentum præcurrit*, immodi- Io. 20. 4.
,cè commendatur. In via Dei feſtinam oportet progreſſionem eſſe; vt
,diabolo, qui ſtat ſemper à dextris quò ſanctis adverſetur, cœptum
,iter impediendi ſpatium non relinquatur. Nos igitur, qui peccatis
,mortui, iuſtitiæ per *Methca* vivimus, non ſequamur modò ad palmam
,ſupernæ vocationis, ſed in *Heſmona* curramus, *feſtinantes ad propoſitum* Heb. 12. 1
,*nobis certamen*: *Feſtinantes* namque *paſtores venerunt, & invenerunt pue-* Luc. 2. 16.
rum Ieſum'. Vigeſima ſeptima Manſio figitur in *Moſeroth*, quæ iuxta
Manſio 27. MOSERÒTH. *Origenes.* quoſdam interpretatur excludens, iuxta alios vincula vel diſciplinæ.
De priori Origenes inquirit, 'Quænam excludat'? Et continuò reſ-
pondet: 'Sine dubio malignas ſuggeſtiones contrarij ſpiritus de cogi-
Ambroſius. tationibus ſuis'. De poſteriori Ambroſius: 'Congruè (inquit) nunc
,*Moſeroth* ſuccedit: ſignificat enim diſciplinas. Ut qui feſtinationem in
,*Heſmona* ſibi adſcivit, eam modò ad comparandas diſciplinas ſapienter
,accerſat: vt *ſit*, quod Iacobus Apoſtolus docet, *Omnis homo velox ad* Iac. 1. 19.
Hieronymus. *audiendum*'. Paulò aliter Hieronymus: 'Vigeſima ſeptima Manſio (in-
,quiens) vincula, ſive diſciplinas ſonat: vt feſtino gradu pergamus ad
,magiſtros, & eorum teramus limina; & præcepta virtutum ac my-
,ſteria Scripturarum, vincula putemus æterna: iuxta illud quod in
,Iſaia dicitur, *Et Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt: poſt te* Iſa. 45. 14.
Manſio 28. BENEIAACAN. *Ambroſius.* *ambulabunt vincti manicis*'. Huic ſuccedit vigeſima octava Manſio in
Beneiaacan, quæ iuxta nonnullos interpretatur excolatio, iuxta alios
filij neceſſitatis ſive ſtridoris. De priori Ambroſius: '*Beneiaacan* (in-
,quit) excolationē deſignat. Qui autem legē Dei percolat, ne minima
,quidem vel ſyllaba vel apex negligenter labatur, diligenter obſervat'.
Pet. Damianus. De poſteriori Petrus Damiani, ſuffragante Hieronymo: 'Si *Beneiaacan*
,(inquit) ſicut quidam dicunt, transfertur in filios neceſſitatis, ſive ſtri-
doris,

Digitized by Google

'doris, hoc significat, quia quisquis divinis eloquijs eruditus est & 'affluenter instructus, necesse est vt post se etiam alios trahat, ac filios
Mat. 8. 12. 'gignat. Quibus nimirum dum *Fletum & stridorem dentium* minaciter ob-'ijcit, quodammodò necessitatem eis vt ad Deum convertantur impo-'nit. Ij sunt filij necessitatis vel stridoris, de quibus Propheticè cani-
Psal. 28. 1. tur: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum*'. Huic succedit Mansio vigesima nona in *Gadgad*, de qua ibidem Petrus subtexit: 'Post 'hæc ascendunt in montem *Gadgad*, quod interpretatur nuncius, vel ac-'cinctio, vel certè concisio. Quibus enim verba Dei annunciamus, 'eos proculdubio commonere debemus, vt & se virtutum armis accin-'gant, & invisibilium hostium spiritualibus gladijs terga concidant. 'Quod dum eos agere non segniter edocemus, cum eis simul ad monta-'na conscendimus. Quòd si *Gadgad*, vt quidam putant, tentationem 'significat, datur intelligi, quoniam his qui ad cœlestem patriam ten-'dunt, tentationes deesse non possunt: Et sæpè tentatio virtutibus ad-'miscetur, vt laborioso Christi militi merces vberior acquiratur'. Hanc subsequitur Mansio trigesima in *Iabatha*, quæ latinè interpreta-tur bonitas: 'Sincerior bonitas (ait Ambrosius) è tentationibus pro-
Eccli. 2. 5. 'dit, sicut purius argentum è camino ignis. Inquit enim Scriptura, *Quo-'niam in igne probatur argentum, & homines receptibiles in camino humilitatis.* 'Cùm igitur purior è tentationibus bonitas velut è camino exeat, me-ritò nunc *Iabatha*, quæ bonitas interpretatur, succedit'.

Mansio 29. GADGAD. *Pet. Damiani.*

Mansio 30. IABATHA. *Ambrosius.*

6. Trigesima prima Mansione castrametati sunt in *Hebrona*, quæ inter-pretatur transitus sive transitio: 'Justus enim (ait Ambrosius) quamvis 'in hac vita ad bonitatem etiam perfectam devenerit, haud tamen ani-'mo sistit, nec præsenti contentatur statu: quin potiùs cuncta pertran-'siens, flagranti etiam desiderio ad meliora contendit. Hinc David
Psal. 41. 5. 'propheta dixit, *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam; quo-niam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei*'. Huic succedit trigesima secunda Mansio in *Asiongaber*, quam Hieronymus interpretatur ligna viri, sive dolationes hominis: alij consilia viri. De priori Hieronymus: 'Possunt (inquit) lignationes viri, saltuum, '& omnium arborum genera, ac per hoc credentium multitudinem
Psal. 131. 6. figurare, dicente David: *Invenimus eam in campis sylvæ*'. De posteriori Ambrosius, consonantibus Origene & Petro Damiani: 'Asiongaber (in-'quit) interpretatur consilia viri. Et rectè intentioni quadrat: quo-'niam qui tantas peregit Mansiones, tot virtutum penetravit sinus, tot 'charismatum spiramina sensit, tot se studijs perfectionum exercuit;
Ephes. 4. 13 'iam desijt esse puer sensibus, iam Ad *mensuram ætatis plenitudinis Christi* 'pervenit, iam crevit in virum perfectum, & ideò viri consilia adep-
1. Cor. 13. 'tus est, vt cum Apostolo dicat: *Cùm autem factus sum vir, quæ parvuli*
11. 'erant deposui: quin potiùs altum adeptus est consilium, quia Salo-
Prov. 20. 5. 'mon in Proverbijs dicit, *Aqua profunda consilium in corde viri.* De con-
Eccli. 32. 'silio isto Sapiens dicebat, *Sine consilio nihil facias, & in faciendo ne te pœ-*
24. *niteat*'. Et iterum post pauca: Huc ergo (subdit) incunctanter perga-

Mansio 31. HEBRONA. *Ambrosius.*

Mansio 32. ASIONGABER. *Hieronymus.*

Ambrosius.

mus,

,mus, & noſtra hìc alacres tentoria erigamus: vt Deo, *in toto corde* *Pſal.110.1*
,*noſtro*, ſicut David, *in conſilio iuſtorum & congregatione confiteri* valea-
Manſio 33. mus'. Sequitur Manſio trigeſima tertia in *Deſerto Sin*. Addit verò tex-
SIN, vel CADES. tus, *Hæc eſt Cades*. 'Quæritur (ait Hieronymus) cur octava Manſio *Num.33.*
,nunc trigeſima tertia eſſe dicatur? Sed ſciendum, quòd prior per *Sa-* *36.*
Hieronymus. ,*mech* litteram ſcribitur, interpretaturque Rubus, ſive Odium: hæc
,autem per *Sade*, & vertitur In mandatum. Illudque quod iungitur
,*Cades*, non vt plerique exiſtimant, Sancta dicitur; ſed mutata, ſive
tranſlata'. Origenes, Ambroſius, & Petrus Damiani, hanc cum octa-
va Manſione penes appellationem confundunt, ſalvo quòd hìc adiun-
gatur *Cades*, de qua ſub finem præcedentis capitis copiosè ſatis ex Ri-
chardo Victorino diſſeruimus. Cæterùm iuxta Origenem & Petrum
Damiani, *Sin* interpretatur tentatio. Quæ proinde hoc loco rectè ſub-
nectitur præcedenti Manſioni, quæ interpretatur Conſilia viri: quia
Qui apponit ſcientiam, apponit laborem; ac ſic poſt adeptum conſilium vi- *Eccle.1.18*
rile, ſequitur laborioſa tentatio: imò, vt de Hieronymi interpretatio-
ne aliquid inferamus, Mandati tranſgreſſio: *Sin* enim hìc ab ipſo in-
terpretatur Jn mandatum: 'In hac Manſione (ait ipſe) moritur Ma-
,ria & ſepelitur, & propter aquas contradictionis Moyſes & Aaron of-
,fendunt Dominum, & prohibentur tranſire Iordanem; miſſiſque nun-
,cijs ad Edom tranſitus petitur, nec impetratur. Quis timeret poſt
,tantos profectus murmur populi, & offenſam magiſtrorum, & viæ
,tranſitus denegatos? Videtur mihi in Maria, PROPHETIA mortua; in
,Moyſe & Aaron, legi & ſacerdotio Iudæorum finis impoſitus: quòd
,nec ipſi ad terram promiſſionis tranſcendere valeant, nec credentem
,populum de ſolitudine huius mundi educere. Et nota, quòd poſt
,mortem prophetię, & aquas contradictionis, Idumæam carneam at-
,que tertenam tranſire non poſſint; cùm multis precibus & conatu
,viam non impetrent, ſed egrediatur Edom adversùs eos cum populo
,multo & manu forti. Interpretatio quoque nominis, morti, & offen-
,ſæ, & negato tranſitui convenit. Ubi enim MANDATVM, ibi & pec-
,catum; vbi peccatum, ibi offenſa; vbi offenſa, ibi mors. Hæc eſt
Manſio 34. ,Manſio, de qua PSALMISTA canit: *Commovebit Dominus Deſertum Cades*'. *Pſal.28.8.*
HOR. Huic ſuccedit trigeſima quarta Manſio in *Monte Hor*; quam Hieronymus, reiectis alijs interpretamentis, vertit montem montis, hoc eſt, verticem montis. Huc aſcendit moriturus pontifex legalis: 'Ex quo
,animadvertimus (inquit Hieronymus) non in monte ſimpliciter, ſed
,in monte montis pontificem mortuum, vt dignus locus meritis illius
,monſtraretur. Moritur autem eo anno quo novus populus repromiſ-
,ſionis terram intraturus erat, *In extremis finibus terræ Idumæorum*. Et *Num.33.*
,quanquam in monte ſacerdotium Eleazaro filio dereliquerit, lexque *37.*
,eos qui eam impleverint perducat ad ſummum; tamen ipſa ſublimitas
,non eſt trans fluenta Iordanis, ſed in extremis terrenorum operum fi-
,nibus'. Tranſmigrandum eſt proinde in alium montem, vbi non *Lit-* *2.Cor.3.6*
tera occidat, ſed *ſpiritus viviſicet*. In eum nimirum montem de quo Iſaias
prophetat:

Digitized by Google

Is. 2. 2. prophetat: *Erit*, inquiens, *in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles.* Trigesima quinta Mansio figitur in *Salmona*, quæ secundùm quosdam vertitur Vmbra portionis, secundùm alios imaguncula: 'Meritò (inquit Petrus Damiani) postquam in montem qui est Christus ascendimus, vitiorum fugientes ardorem, sub defensionis eius vmbraculo residemus. De qua Thren. 4. 20 videlicet vmbra per Hieremiam dicitur, *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In vmbra tua vivemus in* Luc. 1. 35. *gentibus.* Et Angelus ad Mariam: *Virtus*, inquit, *Altissimi obumbrabit tibi. Salmona* etiam, vt alicubi reperitur, Imaguncula dicitur: quod Num. 21. 9 vtique loco isti non absurdè congruit, dum ibi *Æneus serpens appensus sit*, qui crucifixi *repræsentat imaginem* Salvatoris'. Hanc sequitur trigesima sexta Mansio in *Phunon*, quæ interpretatur Os, vel oris parsimonia. 'Os quidem (ait idem Petrus Damiani) quia mox vt passionis Ioan. 3. 14. Christi sacramenta cognoscimus, quod corde credimus, ore pronuntiamus, sicut scriptum est, *Credidi, propter quod locutus sum*: Et Apo- Psal. 115. 1 Rom. 10. 10 stolus, *Corde*, inquit, *creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Oris verò parsimonia dicitur: quia dum tam profunda redemptionis humanæ mysteria penetrare non possumus, quasi ori nostro digitum superponimus: vt divinitatis Christi celsitudinem maioribus relinquentes, de sola eius cruce tractemus: sicut dicit Apostolus, *Nihil iudicavi me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*'. 1. Cor. 2. 2

7. Trigesimam septimam Israelitarum Mansionem his verbis descriptam habemus in libro Numerorum: *Profecti de Phunon castrametati sunt* Num. 33. 43. *in Oboth*, quæ Hieronymo, Ambrosio, Beda, Rabano, Petro Damiani testibus, interpretatur in magos sive Pythones. 'Per quod datur intelligi (ait Petrus Damiani) quia post imaginem Dei quæ in cordis ratione concipitur, post acceptam fidem quæ oris confessione profertur, consurgunt adversùm nos hæretici, errorem venenatæ perfidiæ dogmatizantes, tanquam Pythones & Magi malefica incantationum carmina conspergentes'. Similia habet Hieronymus, qui & addit: 2. Cor. 4. 7 'Sed nos, qui *Habemus* pretiosissimum *thesaurum in vasis fictilibus*, quæ frangi possunt, ita vt quædam vix testa remanserit in qua hauriri possit aquæ pusillum, *Omni custodiâ circumdemus cor nostrum*'. Prov. 4. 23 Consonat & Ambrosius: 'Hæc statio (inquiens) ad Magos perdendos colitur: nam *Oboth* in Magos interpretatur. Adeamus igitur & nos ad *Oboth*, erigamus ibi tabernacula nostra: vt in protectione Dei cœli cõmoremur, non timeamus à timore nocturno, non à sagitta volante in die, non à negotio perambulante in tenebris, nec ab incursu & dæmonio meridiano'. Huic succedit trigesima octava Mansio in *Ieabarim*, sive vt alia lectio habet, in *Gai*. Illud primum interpretatur acervus lapidum transeuntium, *Gai* denique chaos: '*Ieabarim* (ait Ambrosius) acervum lapidum transeuntium sonat: quod est Ecclesia iustorum. Lapides enim transeuntes iusti sunt: nam ij propter firmitatem lapides appellantur, de quibus Petrus Apostolus scribit dicens, *Et ipsi* 1. Pet. 2. 5.

Mansio 35. SALMONA. *Pet. Damiani.*

Mansio 36. PHVNON. *Pet. Damiani.*

Mansio 37. OBOTH. *Pet. Damiani.*

Hieronymus.

Ambrosius.

Mansio 38. IEABARIM. *Ambrosius.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

'tanquam lapides vivi superædificamini domus spiritalis. Iustis verò firmitas 'rectè ascribitur, eò quòd ipsi *Nec fluctuent, nec circumferantur omni* Eph. 4.14.
'*vento doctrina*: vnde in Evangelio, *Domui supra firmam petram fundata,* Mat. 7.15.
'*in quam descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & non cecidit,*
'comparantur. Transeuntes etiam dicuntur, quia secundùm Apostolum, *Confitentur quod hospites & advenæ sunt super terram.* Denique Ec- Heb. 11.13
'clesia meritò dicitur acervus lapidum, quia *ipsa est columna & firmamentum veritatis*'. Notanter verò Scriptura inculcat, Mansionem hanc 1. Tim. 3.
In finibus Moabitarum fixam fuisse: quo ostendit, vt monet Hieronymus, 'Quòd hucusque in finibus terræ Idumæorum fuerint Hebræi, Num. 33. 44.
'& nunc veniant ad terminos Moab, de alia provincia in aliam transeuntes. Non enim semper vni virtuti danda est opera; sed, sicut scriptum est, *Ibunt de virtute in virtutem*, de alia transeundum est ad aliam: Psal. 83. 8.
'quia hærent sibi, & inter se ita nexæ sunt, vt qui vnâ caruerit omnibus careat'. De altero huius Mansionis nomine, quod est *Gai*, ita scribit Petrus Damiani: 'Si verò non *Ieabarim*, sed *Gai* dicatur, quod alia 'testatur editio; etiam hoc ab intellectu transeuntium non oberrat. 'Gai siquidem interpretatur chaos: dicit autem Abraham diviti, *Quia* Luc. 16. 26
'*inter nos & vos chaos magnum firmatum est*. Ad illum ergo Sancti semper 'transire desiderant, vt in eius sinu, sicut & beatus ille Lazarus, fæliciter requiescant'. Similia habentur apud Origenem Homil. 27. super Numeros: ex qua Homilia idem Petrus multarum Mansionum explanationem descripsit; quemadmodum Beda, Isidorus, & Rabanus, suas explanationes descripserunt ex Hieronymo. Huic Mansioni succedit trigesima nona in DIBONGAD, vel vt alibi legitur, *Zared*. Illud Num. 21. primum à Hieronymo interpretatur tentatio fortiter intellecta, alterum verò aliena descensio. Alij passim *Dibongad* interpretantur apiariũ tentationum: 'Si in *Valle Zared* castrametati sunt (inquit Ambrosius) 'quomodo in *Dibongad*? Verùm ibi locus communis, hìc verò proprius 'exponitur. Est enim *Dibongad* circa *Vallem Zared*, quæ est inter fines 'Amorrhæorũ & Moabitarũ. Mysticè verò *Dibongad* apiariũ tentationum significat. Quo docemur, quòd quamvis iustus perfectioni vel 'summæ proximus existat, haud tamen ei tentationes desunt: quod 'est divinæ cautela providentiæ, ne à recto deflectendi bonis successibus ansam arripiamus. Hinc Iob dicebat, *Beatus homo quem corripit* Iob. 5. 17.
Dominus: increpationem omnipotentis ne renuas'. Observat præterea Petrus Damiani, non ad qualescunque tentationes hìc alludi, sed signatè ad eas quas in materia fidei ingerunt hæretici: 'Apes enim (ait ille) 'ore mella ferunt, sed aculeis pungunt: sic & hæretici verbis quidem 'manifestè blandimenta prætendunt, sed quasi post se erroris aculeos 'contegunt: Primò distillant ore dulcedinem, sed postmodum spargunt aculeatæ falsitatis errorem. Vnde Propheta conqueritur, dicens: Psal. 117.
Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis'. Huic interpretationi nominis *Dibongad* satis congruit interpretatio vocis *Zared* superiùs iam ex Hieronymo relata. Vt enim quis alienæ infirmitati condescendat, multùm iuvat consideratio tentationum quibus

Hieronymus.

Pet. Damiani.

Mansio 39. DIBONGAD.

Ambrosius.

Pet. Damiani.

Digitized by Google

Gal. 6. 1. ipſe obnoxius eſt : *Fratres*, ait Galatis per Pſeudo-Apoſtolos tentatis Apoſtolus, *ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Huic Manſioni ſuccedit quadrageſima Manſio in *Helmondeblathaim*, quam Hieronymus interpretatur contemptum plagarum, ſive opprobriorum: alij paſſim contemptum palatharum ſive ficuum: 'Ficus (ait Petrus Damiani) delitioſus eſt fructus: per quod intelligitur, ,neceſſarium eſſe, vt qui iam donis cœleſtibus appropinquant, cuncta ,carnalis illecebræ blandimenta contemnant. Quòd ſi contemptus op,probrij magis admittitur, per hoc indubitanter inſtruimur, vt ſi ali,quando vel hæreticorum, vel reproborum quorumlibet dehoneſta,mur iniurijs, non turbemur. Per quod vtrumque ſalubriter edoce,mur, vt nos nec inhoneſti contemptus irriſio moveat, nec vlla terrenæ ,dulcedinis oblectamenta reſolvant; quatenus de hoc mundo valeamus

Manſio 40. HELMONDEBLATHAIM. Pet. Damiani.

Pſal. 138. 11. dicere cum Propheta: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*'. Sequitur Manſio quadrageſima prima *In montibus Abarim contra Nabo*. 'Abarim ,(inquit Origenes, & ex ipſo Petrus Damiani) interpretatur tranſitus, ,Nabo verò abſceſſio. Vbi enim per omnes virtutes iter egerit anima, ,& ad ſummum perfectionis aſcenderit, TRANSIT iam de ſæculo, &

Manſio 41. ABARIM. Origenes.

Gen. 5. 24. ,ABSCEDIT: ſicut ſcriptum eſt de Henoch, *Et non inveniebatur, quia ,tranſtulerat eum Deus.* Quòd ſi videatur eſſe adhuc in ſæculo qui hu,iuſmodi eſt, & in carne habitare; tamen non invenietur. In quo non ,invenietur? In vllo actu ſæculari, in vlla re carnali, in vllo colloquio vanitatis non invenietur'. Poſtremam Manſionem ordine quadrageſimam ſecundam exhibet nobis liber Numerorum hiſce verbis

Manſio 42. CAMPESTRE MOAB.

Num. 33. 48. & 49. expreſſam: *Profecti de montibus Abarim, tranſierunt ad campeſtria Moab, ſupra Iordanem contra Hiericho; ibique caſtrametati ſunt de Bethſimoth vſque ad Abelſatim, in planioribus locis Moabitarum.* 'Illud (ait poſt Origenem Ambroſius) obſervandum operæ pretium iudicavimus, quòd vni,verſus hic tranſitus ideo commemoratur, propterea{que} omnis hic ,curſus conſummandus proponitur; vt ad *Iordanem* Dei fluvium de,mum pervenientes, divinæ vndis ſapientiæ irrigemur, & per omnia ,purificati, promiſſionis terram, Deo tandem miſerante, intrare, &

Ambroſius.

2. Tim. 4. 7 & 8. ,cum Apoſtolo dicere valeamus, *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: & iuſtitiæ corona, quam Dominus iuſtus iudex reddet in illa die iis qui diligunt adventum eius*, reponatur nobis'. Notanter inculcat Petrus Damiani, prolixâ hanc Hebræorũ peregrinationẽ, non in montibus, ſed in campeſtribus deſinere: 'Quoniam (ſubdit) Sancti quique ,quantò celſiori perfectione ſunt præditi, tantò maiori ſunt humilitate ,fundati. Qui etiam contra Hiericho Manſiones ædificant: quoniam ,adversùs mundum, qui per eam deſignatur, infœderabiliter pugnant.

Pet. Damiani.

Io. 15. 19. ,Quibus dicitur: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: ſed quia de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus*'. Coronidis loco ſubtexenda hìc occurrunt verba Hieronymi ſub finem explanationis quadraginta duarum Manſionum ad Fabiolam, vbi præmiſſæ interrogationi, 'Quis poteſt tanta noſſe myſteria'? Reſpondet: 'Qui in extremis

Hieronymus.

,legis, & huius vitæ finibus constitutus, intelligit, semper sibi esse ,pugnandum; & tunc plenam victoriam dari, si fuerit *in campestribus*; si ,in *Abelsatim*, quod interpretatur luctus spinarum, fleverit antiqua ,peccata, & *spinas quæ suffocaverunt sementem* verbi Dei, de quibus Pro- *Marc.4.7.* ,pheta dicit, *Versatus sum in Miseria, dum mihi configitur spina.* Et tunc *Psal.31.4.* ,præparatus, *Deficiente mannâ*, sub duce Iesu Iordanem transeat: & Cir- *Ios.5.8.10.* ,*cumcisus cultro* Evãgelij primùm comedat de cœlesti pane; & occurrat *12. & 14.* ,ei *Princeps exercituum* Dei, vt verum *pascha* nequaquam in Ægypto, sed in finibus terræ sanctæ *comedat*'.

CAPVT XIX.

Iosue introductor Populi Israelitici in terram sanctam typus fuit Christi introducentis populum suum in Ecclesiam militantem ac triumphantem. Varia Israelitarum servitutes ac captivitates post aditam terra Chanaan possessionem perstringuntur, ac cum spiritualibus christianorum captivitatibus conferuntur.

PErmeatis Deserti anfractibus introducti sunt filij Israel in hæ- I. reditatem repromissam: non per Moysen legis præconem, *Nihil* *Hebr.7.19* *enim ad perfectum adduxit lex*; sed per eum de quo ait Ecclesiasticus: *Fortis tu bello Iesus Nave, successor Moysi in Prophetis, qui fuit magnus secun-* *Eccli.46.1* *dùm nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes* *& 2.* *hostes, vt consequeretur hæreditatem Israel.* 'Legimus (ait Ruffinus in Ex- *Ruffinus.* ,positione Symboli) in libris Moysi, quòd *Auses Nave filius*, cùm ele- *Vide Euseb.l.4.* ,ctus esset dux populi, commutato nomine *Ause*, *Iesus* cognominatus sit. *Demonstr.* ,Quò scilicet ostenderetur, hoc esse nomen quod principibus & duci- *Evang.cap.17.* ,bus conveniret, ijs duntaxat qui salutem sequentibus se populis darẽt. ,Itaque & ille *Iesus* appellatus est, qui eductum de terra Ægypti po- ,pulum, & de erroribus eremi liberatum, in terram repromissionis in- ,duxit: & hic *Iesus* dicitur, qui populum de ignorantiæ tenebris edu- ,ctum, & de mundi erroribus evocatum, introduxit ad regna cælo- *Iustinus.* rum'. Similia habentur apud Justinum Martyrem in Dialogo cum *Origenes.* Tryphone post medium: consonatque Origenes Homil. 1. in Iosue, necnon Tertullianus lib. adversùs Judæos cap. 9. & rursùs lib. 3. *Tertullianus.* contra Marcionem cap. 16. ita scribens: 'Cùm successor Moysi desti- ,naretur *Auses filius Nave*, transfertur certè de pristino nomine, & cœ- ,pit vocari *Iesus*'. Rationem huiusce translationis assignat, mox sub- dens: 'Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos ,nati in sæculi desertis, introducturus erat in terram promissionis mel- ,le & lacte manantem, id est, vitæ æternæ possessionem, quâ nihil dul- ,cius: idq; non per Moysen, id est, non per legis disciplinam, sed per Ie- ,sum, id est, per Evangelij gratiam, provenire habebat, circumcisis no- ,bis petrinâ acie, id est, Christi præceptis, *Petra enim Christus*: ideò is *1.Cor.10.4*

vir

'vir, qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nominis Dominici inauguratus est figurâ, *Iesus* cognominatus'. Videri in eandem rem potest Augustinus lib. 16. contra Faustum cap. 19. necnon Lactantius lib. 4. Divinarum. Instit. cap. 17. 'Christi figuram (inquiens) gerebat ille *Iesus*, qui cùm primùm *Auses* vocaretur, Moyses futura præsentiens, iussit eum *Iesum* vocari: vt quoniam dux militiæ delectus esset adversùs Amalech, qui oppugnabat filios Israel; & adversarium debellaret per nominis figuram, & populum in terram promissionis induceret. Et idcircò etiam Moysi successit, vt ostenderet, novam legem per Christum Iesum datam, veteri legi successuram, quæ datâ per Moysen fuit'. Displicet Hieronymo opinio eorum, qui ex vetustioribus bibliorum versionibus legunt *Ause*, vel *Auses*, pro eo quòd legendum sit *Osee*; quæ vox Salvatorem significat, & in vulgata editione eum denotat, qui additione factâ dictus est *Iosue*, iuxta illud, *Vocavit Moyses Osee filium Nun, Iosue.* Si quæras, quid interfit inter primum & postremum nomen? Respondet Hieronymus: [a] 'Osee in lingua nostra Salvatorem sonat: quod nomen habuit etiam Iosue filius Nun antequam ei à Deo vocabulum mutaretur. Non enim, vt malè in Græcis codicibus legitur & Latinis, *Auses* dictus est; quod nihil omninò intelligit: Sed *Osee*, id est, Salvator: & additum est eius nomini DOMINUS, vt *Salvator* DOMINI diceretur'. *Osee* itaque Salvatorem, *Iosue* Salvatorem Domini sonat: non quòd ipse salvet Dominum, sed quòd per ipsum salvet Dominus: vel fortè quòd populum temporaliter salvaverit sub typo Domini spiritualem salutem largituri: 'Iesus Nave (ait idem Hieronymus Epist. 103. ad Pauliuum) typum Domini non solùm gestis, verùmetiam nomine præfert: transit Jordanē, hostium regna subvertit, dividit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Ecclesiæ cœlestisque Hierusalem spiritualia regna describit'. Prosper in Opere de Promissionibus & prædict. p. 2. cap. 11. 'Aaron (ait) in Or monte defunctus Eleazarum filium sacerdotem dimisit: Moyses paulùm reservatur, cuius in locum Jesus Nave transijt, qui populum in terram promissionis induxit. Rectè huic nomini etiam terrena hæreditas distribuenda servata est, quoniam *Non esse aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo nos oporteat salvari*, Apostolicâ est sententiâ præfinitum, quæ nostrum ducem Iesum Christum Dominum ostendit, suis hæreditatem perpetuam seipsum distribuentem, qui eum percipientes dicunt: *Hæreditas mea præclara est mihi*'. Et rursùs inferiùs ibidem cap. 14. 'Iesus Nave filius (inquit) iubente Deo, manu Moysi consecratus, dux effectus est populi. Neque enim, quod sæpè dicendum, decebat Dei populum in terram promissionis alium introducere, nisi illum, qui & nominis & rei sacramenta salutemque portaret'. Isidorus lib. 7. Originum cap. 6. 'Iosue (inquit) interpretatur Salvator: Ipse enim in figura Christi populum in Deserto salvavit, & in terram promissionis induxit'. Ambrosius Serm. 18. in Psal. 118. 'Quid profuit Patribus (inquit) transire per mare rubrum, quibus ad

Augustinus.
Lactantius. Vide Clem. Alex. l. 1. Paedag. cap. 7.

Num. 13. 16.

[a] *Hieron. in cap 1. Osee Prophetæ. vers. 1. Vide l. 1. contra Iovin. cap. 12.*

Vide Aug l. 16. de Civit. c. 43.

Prosper.

Act. 4. 12.

Psal. 15. 6.

Isidorus.

Ambrosius.

Digitized by Google

Vide Ibid. Serm. 21. & Orig. Homil. 22. in Numeros.

'terram promissionis non licuit pervenire? Quicunque enim exierunt 'de Ægypto, perierunt in Deserto. Mortuus est Aaron, Mortua est 'Maria, mortuus est & ipse Moyses: Solum Iesum Nave nominis sacri similitudo servavit'. Cyrillus Hierosol. Catechesi 10. explicans quemadmodum Iosue typum Christi gesserit: 'Typum illius (inquit) 'gessit Iesus Nave in multis. Incipiens enim præesse populo, à Iorda- 'ne cœpit: vnde & Christus baptizatus cœpit Evangelizare. Duode- 'cim divisores hæreditatum Filius Nave constituit: duodecim quoq; 'Apostolos præcones veritatis in omnem terram misit Iesus. Creden- 'tem Rahab meretricem ille typicus salvavit: hic autem verus Iesus 'dicit, *Ecce publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* Sonitu 'solo typicus ille prostravit muros Hiericho: & propter dictum Iesu, 'Non relinquetur his lapis super lapidem, cecidit hoc coram nobis Iudæo- 'rum templum; non quòd illius dictum fuerit causa cadendi, sed quia peccata iniquorum illius casus causam esse videbat'. Ex quibus omnibus satis liquidò apparet, quàm verè de Iesu Nave scripserit Ecclesiasticus suprà hìc relatus, *Fuit magnus secundùm nomen suum.* De quo nomine, præter ea quæ hactenus commoravimus, videri possunt quæ scribit Lorinus in caput 7. Actuum Apostolicorum vers. 45. & Serarius lib. 1: in Iosue c. 2. & Leonardus Marius in Numerorum caput 13. n. 2. vbi & discrimen assignat inter *Osee* & *Iosue*: 'Porrò (inquiens) 'Osee videtur à Moyse acceptum deprecativè, quasi diceretur, *Salva*; 'quomodo ponitur in *Hosanna*: *Iosue* verò positum est nominaliter, quasi diceretur, *Qui salvat*, aut *qui certò salvabit*'. Et mox infrà, rationem mutati nominis assignans: 'Ratio ergo (inquit) mutati nominis 'est, quia voluit Moyses Iudæis hoc facto dare specimen indubitatæ 'spei suæ de terra, sub militari ductu Iosue certò possidenda; quasi non 'per modum incertæ deprecationis ille vocaretur ampliùs *Osee*, sed 'per modum iam collatæ possessionis, & factæ salvationis ab omnibus 'hostibus, *Iosue*. Mutationes enim nominum divinitùs factæ, pignora sunt benedictionum per nomina significatarum'. Quia igitur *Iosue* magnam benedictionem suo nomine portentam reipsa præstitit, & effectualiter complevit; idcircò eum hoc elogio Ecclesiasticus decoravit: *Fuit magnus secundùm nomen suum.* Tanquam diceret: Magnitudini quam nomine portendit, etiam gestis correspondit.

Lorinus. Serarius. Marius.

Mat. 21. 31.

Mat. 24. 2.

Quanquam verò adeptâ possessione terræ Chanaan vetus populus 2.
metam peregrinationis suæ attigisse videatur, nihilominùs quia hæc ipsa meta etiam typica fuit, stabilis esse non potuit: [b] 'Sicut *Iesus* ille '(inquit Augustinus) non verus, sed figuratus: ita etiam terra pro- 'missionis illa non vera, sed figurata fuit. Illa enim populo primò 'temporalis fuit, nobis quæ promissa est æterna erit: sed figuris tem- 'poralibus promittebantur & prænunciabantur æterna. Sicut ergo 'ille non verus *Iesus*, nec illa terra promissionis vera, sed figurata: ita 'manna non cibus verè cœlestis, sed figuratus: ita petra illa non verè Christus, sed figuratus: & sic omnia'. Et rursus super titulo Psalmi septuagesimi secundi: 'Tempore veteris testamenti (inquit) pro-

[b] *Aug. lib. 50. Homiliarũ Homil. 27.*

Digitized by Google

,missiones à Deo nostro populo illi carnali, terrenæ erant & tempora-
,les. Promissum est regnum terrenum, promissa est terra illa, in quam
,etiam inducti sunt. Ab Ægypto liberati, per Iesum Nave introducti
,sunt in terram repromissionis, vbi etiam Hierusalem terrena ædifica-
,ta est, vbi regnavit David. Acceperunt liberati de Ægypto, transeun-
,tes per mare rubrum, finitis anfractibus ac terroribus solitudinum, ac-
,ceperunt terram, acceperunt regnum. Deinde post regnum acceptum,
,quia terrena acceperunt, cœperunt merito peccatorum suorum op-
pugnari, expugnari, captivari'. Vivente Iosue qui eos in possessionem
terræ promissæ introduxerat, propitium experti sunt Deum, quia fi-
Ios. 24. 31. deliter servierunt Deo: *Servivit Israel Domino*, ait sacer textus, *cunctis diebus Iosue, & Seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui noverunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel*: post horum verò excessũ refrigescente devotione incurrerunt indignationem, secutæque sunt successivis vicibus servitutes & captivitates, quarum præcipuæ in libro Judicum recensentur sex: Mesopotamica, de qua scriptum est: Servitutes Hebræorum.
Iudic. 3. 8. *Iratus contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim Regis Mesopotamiæ, servieruntq; ei octo annis.* Ab hac liberati, Deum denuò ad iracundiam provocaverunt, ac sic Moabiticam servitutem incur- Mesopotamica.
Ibid. v. 12. & seqq. ,rerunt. Vnde subditur: *Addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortavit adversùm eos Eglon Regem Moab, quia fecerunt malum in conspectu eius. Et copulavit ei filios Ammon, & Amalech: abijtque & percussit Israel, atque possedit vrbem palmarum. Servieruntque filij Israel Eglon Regi Moab decem & octo annis.* Excusso demum huius servitutis iugo, Moabitica.
Iudic. 4. 1. & 2. reversi iterum ad vomitum, *Addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod, & tradidit illos Dominus in manus Iabin Regis Chanaan.* Ab hac servitute divinitùs eruti, pristinæq; libertati restituti, Chanaanitica.
Iudic. 6. 1. *Fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis.* Elapso hoc septennio in libertatem restituti sunt, sed Madianitica.
hanc postmodum irritando Dominum amiserunt, Ammonituque ser-
Iudic. 10. 6 & seqq. vierunt, sicut scriptum est: *Filij Israel peccatis veteribus iungentes nova, fecerunt malum in conspectu Domini, & servierunt idolis, Baalim, & Astaroth, & dijs Syriæ & Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philistbijm: dimiseruntque Dominum, & non coluerunt eum. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philistbijm & filiorum Ammon. Afflictiq; sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo.* Ab hac servitute similiter educti, libertate subsecutâ sicut priùs abusi, diuturniorem sub Philisthæis aliam Ammonitica
Iudic. 13. 1 subierunt, de qua scriptũ est: *Rursumque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philistbinorum quadraginta annis.* Singulas hasce servitutes inobedientia ingratorum promeruit, resipiscentia humiliatorum excussit: quia Deus inobedientiâ irritatus eas inflixit, pœnitentiâ propitiatus laxavit: [c] 'Data est illi populo (ait Au- Philistinica.
,gustinus) terra quædam promissionis, in quadam regione, vbi habi- [c] *Aug. in Psal. 84. vers. 2.*
,tabat populus Iudæorum, vbi est etiam Hierusalem civitas, cuius no-
,men omnes audivimus. Hanc ergo terram cùm accepisset ille popu-
lus,

Digitized by Google

›lus, ab hostibus suis vicinis circumquaque inimicantibus multas mo›lestias patiebatur. Et cùm peccabat in Deum suum, dabatur in capti›vitatem; non ad interitum, sed ad disciplinam; non damnante Patre, ›sed flagellante. Et cùm possessa esset, liberabatur; & aliquoties captivata, & liberata est gens illa'. Et lib. 16. de Civit. cap. 43. 'Tempo›ribus Judicum (inquit) sicut se habebant peccata populi, & misericordia Dei, alternaverunt prospera & adversa bellorum'. Deus interim non solùm in bellorum prosperis, verumetiam in adversis; non solùm largiendo pacem, verumetiam infligendo captivitatem, misericordiam exhibebat: [d] 'Agitur hoc (ait quidam) mirâ ›vinæ benignitatis dispensatione, vt per frequentem lapsum sua ho›mini innotescat infirmitas; vt per multiplices hostium incursus & in›sidias, inimica homini patefiat calliditas; vt per assiduam ereptionem, ›divina homini manifestetur benignitas. Qui hæc pleniùs nosse desi›derat, librum Iudicum paulò diligentiùs legat. Inveniet ibi procul›dubio, quomodo filij Israel post suas prævaricationes ab hostibus ›impugnantur, superantur, servituti addicuntur: Afflicti ab hosti›bus item ad divinum adiutorium confugiunt, misericordiam petunt, quærunt, inveniunt, & ad priorem libertatem redeunt'. Appositè ad propositum Hugo Victorinus lib. 4. Allegoriarum in librum Iudicum cap. 9. 'Sicut Josue (inquit) significat Christum, ita successores Iosue ›significant Apostolos & cæteros Ecclesiæ Doctores & Rectores, quo›rum discretione, providentiâ, & doctrinâ, sancta gubernatur, muni›tur, & eruditur Ecclesia. Quando autem filij Israel peccaverunt, tra›didit eos Dominus in manus Regum alienorum: quando pœnituerunt, ›suscitavit eis principem, qui liberaret eos. Sic quando pecca›mus, vires contra nos dæmonibus præbemus: quando verò ad Deum ›convertimur, mittit nobis Doctores, qui nobis ostendant viam salu›tis, & subiectis hostibus restituant gratiam libertatis: qui significantur per *Othoniel*, *Aod*, & alios'. Similia habentur apud Isidorum in Commentario Allegorico super libro Iudicum cap. 1. Qui rursus in libro Proœmiorum super vetus Testamentum: 'In libro Iudicum (inquit) continentur peccata & servitutes Israel, exclamationesque populi, & miserationes Dei'. In Mesopotamica servitute constituti, *Clamaverunt ad Dominum: qui suscitavit eis Salvatorem, & liberavit eos, Othoniel videlicet filium Cenez*. Moabiticâ servitute oppressi, *Clamaverunt ad Dominum: qui suscitavit eis Salvatorem vocabulo Aod, filium Gera*: [e] 'Advertendum (inquit Augustinus) quòd SALVATOREM dicat etiam hominem, per quem Deus salvos faciat'. In libro Esdræ recapitulantur varia Dei beneficia erga Israelitas etiam tempore Iudicum, qui propter liberationem populi de diversis servitutibus *Salvatores* dicti sunt, sicut ibi scriptum est: *Dedisti eos, Domine, in manu hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, & tu de cœlo audisti; & secundùm miserationes tuas multas dedisti eis* SALVATORES, *qui salvarent eos de manu hostium suorum*. Sed ne quis putaret populi salutem

[d] *Rich. Victor. Annot. in Psal. 78.*

Hugo Victor.

Isidorus. Vide Rabanum l. 5. de Universo cap. 3.

Iudic. 3. 9

Iudic. 3. 15

[e] *Aug. q. 18. super libro Iudicũ.*

2. Esd. 9. 27.

Digitized by Google

salutem principaliter hisce salvatoribus à Deo suscitatis, ac non potiùs ipsi Deo suscitanti esse ascribendam, Barac & Debbora in salutem populi suscitatæ cecinerunt: *Salvata sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus* Iud. 5. 13 *dimicavit.* Ipse igitur principaliter salvavit, qui & Salvatores suscitavit, & in ipsis dimicavit.

3. Prædictas porrò servitutes ac liberationes in libro Iudicum commemoratas subsecuta est post aliquot annorum centurias Babylonica captivitas, eaque triplex, sub eodem tyranno *Nabuchodonosor*, qui interpretatur planctus iudicij. Prima captivitas in annum primum tyranni istius incidit, quando in Babyloniam translatus est captivus Rex Ioakim, vt habetur 2. Paralip. 36. & Hieremiæ 25. & Danielis 1. Secunda captivitas in annum eiusdem tyranni octavum incidit, quo captivus in Babyloniam abductus est Rex Iechonias, qui & Ioachin: vt refertur 4. Reg. 24. & Hieremiæ 24. Tertia demum captivitas, eaque celebratissima, incidit in annum eiusdem tyranni decimum nonum, quo eversa est Hierusalem terrena, destructa mœnia, exustum templum, captivus in Babyloniam abductus populus cum Rege Sedecia, prolibus & oculis priùs orbato: vt habetur 4. Reg. 25. & 2. Paralip. 36. Causa captivitatum istarum eadem extitit quæ & servitutum suprà perstrictarum, inobedientia nimirum ingrati populi ad iracundiam provocantis Deum suum: *Non audistis me, dicit Dominus, vt me ad* Ierem. 25. 7 *iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audistis verba mea, ecce ego mittam, & assumam vniversas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis servum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas: perdamq; ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. Et erit vniversa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & servient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis*: [f] Per multa itaque (ait Augustinus) & varia signa rerum futurarum, quas longum est omnes commemorare, & eas nunc in Ecclesia videmus impleri, perductus est ille populus ad terram promissionis, vbi temporaliter carnaliterque regnaret pro modo desiderij sui: quod tamen regnum terrenum regni spiritalis imaginem gessit. Ibi condita est *Hierusalem*, famosissima civitas Dei, serviens in signo liberę civitatis, quę cœlestis *Hierusalem* dicitur: quod verbũ est Hebręum, & interpretatur visio pacis: Cuius cives sunt omnes sanctificati homines qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt; & omnes sanctificati spiritus etiam quicunque in excelsis cœlorum partibus piâ devotione obtemperant Deo, nec imitantur impiam diaboli superbiam & Angelorum eius. Huius civitatis Rex est Dominus Iesus Christus Verbum Dei, quo reguntur summi Angeli; & Verbum hominem assumens, vt eo regerentur & homines: qui simul omnes cum illo in æterna pace regnabunt. Ad huius Regis præfigurationem

CAPTIVITAS BABYLONICA.

[f] *Aug. lib. de Catechiz. Rudibus c. 20. & 21. Vide eund. lib. 17. de Civit. c. 23.*

,in illo terreno regno populi Jſrael maximè eminuit Rex David, de ,cuius ſemine ſecundùm carnem venit veriſſimus Rex noſter Domi- ,nus Ieſus Chriſtus, *Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* Multa Rom. 9. ,in illa terra promiſſionis geſta ſunt in figuram venturi Chriſti & Ec- ,cleſiæ, quæ in ſanctis libris paulatim diſci poſſunt. Poſt aliquot tamen ,generationes oſtendit alium typum, ad rem maximè pertinentem. ,Nam captivata eſt illa civitas, & multa pars eius ducta in Babyloniã. ,Sicut autem *Hieruſalem* ſignificat civitatem ſocietatemque ſanctorum, ,ſic Babylonia ſignificat civitatem ſocietatemque iniquorum : quo- niam dicitur interpretari confuſio'.

Duplicem captivitatem innuit nobis titulus Pſalmi 70. ita ſonans: 4. *Pſalmus David, filiorum Ionadab, & priorum captivorum.* Priores captivi Pſal. 70. proculdubio appellantur comparatione poſteriorum: ac per hoc du- plex innuitur captivitas. Prior fuit totius humani generis, in primis parentibus diabolo mancipati: Secunda eſt eorum, qui ſemel eman- cipati, priſtino tyranno ſe denuò addicunt : *A quo enim quis ſuperatus eſt,* 2. Pet. 2. *huius & ſervus eſt.* Hugo Victor. 'Hoſtis antiquus (ait Hugo Victorinus Serm. 52.) 19. ,qui ſua calliditate de paradiſo primos parentes noſtros eiecit, & miſe- ,riæ vitæ præſentis obnoxios reddidit, ipſe nobis in ſpirituali *Hieru- ,ſalem*, id eſt, in viſione ſupernæ pacis, conſtitutis, inceſſanter inſidiatur; ,vt de eius nos amœnitatis gaudijs extrahat, & in *Babyloniam*, id eſt, in ,confuſionem vitiorum, abductos, ſuæ ſervituti ſubijciat. *Hieruſalem* ,enim congruè vitam ſignificat ſpiritualem, *Babylon* vitam carnalem, *Nabuchodonoſor* diabolum, captivitas peccatum'. In captivitate Baby- lonica ſeu ſervitute Ægyptiaca omnes naſcimur : & hæc eſt prior cap- tivitas, à qua in titulo Pſalmi dicuntur *priores captivi* : g 'Primi ergo g Aug. Concione 2. in Pſal. 70 ,captivi (inquit Auguſtinus) id eſt, pertinentes ad primum ho- ,minem : propter hoc enim captivi, propter primum hominem, ,in quo omnes morimur : quia *Non priùs quod ſpirituale eſt, ſed quod anima-* 1. Cor. 15. ,*le, poſtea quod ſpirituale.* Propter primum ergo hominem primi captivi, 46. ,propter ſecundum hominem ſecundi redempti : Nam & ipſa redemp- ,tio clamat captivitatem noſtram : vnde enim redempti, ſi non antea captivi'? Sed quia de hac prima totius humani generis captivitate ſa- tis actum eſt ſuperiùs cap. 13. & aliquot ſequentibus, de ſecunda dun- taxat hoc loco differendum eſt, quam figurarunt ſervitutes & capti- vitates Hebræorum poſt tranſitum Jordanis & aditam terræ ſanctæ poſſeſſionẽ. Rectè quippè per *Iordanem* intelligitur mors veteris homi- nis, quæ fit *Lavacro regenerationis & renovationis ſpiritus ſancti* : per Ter- Tit. 3. 5. ram ſanctam Eccleſia etiam militans, quam per baptiſmum ingredi- mur. Unde qui Eccleſiæ per baptiſmum incorporati relabuntur in crimina, incurrunt ſervitutem vel Meſopotamicam, vel Moabiticã, vel Chanaaniticam, vel Madianiticam, vel Ammoniticam, vel Phi- liſthicam, vel denique Babylonicam : h 'Iordanis (ait Hugo Victori- h Hugo Vict. l. 4. Allegor. in Iudices c. 1. ,nus) ſignificat baptiſmum : quia ſicut populus Iſraeliticus, ſtantibus ,in Iordane ſacerdotibus, intravit terram promiſſionis : ſic populus

Chriſtianus

Digitized by Google

,Christianus, ministrantibus sacerdotibus baptismum, iucunditatem ,& requiem vitæ spiritualis subintrat. Pars superior Iordanis in dul- ,cedine permansit, pars inferior in amaritudinem marinam defluxit: ,quia electi baptizati dulcedinem gratiæ custodiunt, reprobi verò in amaritudinẽ vitiorum, amissâ dulcedine gratiæ, fluunt'. Fluunt quidẽ interdum etiam electi, sed temporaliter duntaxat: quia tametsi in amarissimum vitiorum mare decurrant, arreptâ tamen pœnitentiæ ta- bulâ emergunt: [i] 'Sacramentum pœnitentiæ (ait alibi idem Victori- ,nus) redeuntibus ad Deum semper est necessarium. Est enim pœni- ,tentia secunda tabula post naufragium: quia post baptismum si quis ,vestem innocentiæ peccando amittit, per pœnitentiam recuperare poterit'. Temporalis itaque captivitas electis communis esse potest cum reprobis, etiam baptizatis & Ecclesiæ incorporatis; sed non æterna. Audi iam quomodo captivitas ista per Hebræorum sub Chaldęis, vel Philisthęis, vel alijs gentibus, captivitatem, figurata sit: [k] 'Con- ,stat namque (ait idem Hugo alibi) quòd Hierusalem, & terra Israel, ,civitatem Christi, id est, sanctam Ecclesiam, significat: Babylon au- ,tem, & Chaldęi, & Philisthęi, civitatem diaboli, id est, omnem ma- ,lignorum sive hominum sive Angelorum multitudinem, designat. ,Servitque Israel Philisthęis, sive Chaldęis, cùm fideles quique no- ,mine tenus in Ecclesia consistentes, ab immundis spiritibus vel homi- ,nibus decepti, aut avaritiæ, aut luxuriæ, aut alteri cuilibet peccato, ,mentis colla submittunt. Adducit autem Nabuchodonosor regem ,Hierusalem, & vniversos principes fortes exercitus, ad decem millia, ,in captivitatem; cùm & magistri, & illi qui virili animo Domino ser- ,vire, & decalogum legis fideliter in Dei & proximi dilectione con- ,servare videbantur, subitò sive illecebris mundi, sive adversitatibus ,subacti, aut maioribus se facinoribus polluunt, aut certè in hæresim ,incidunt. Arma verò, quibus contra diabolum repugnantes liberta- ,tẽ à Deo nobis donatam defendimus, quæ sunt alia nisi eloquia Scrip- ,turarum: in quibus & ipsius Domini, & sanctorum eius exemplis, quo ,ordine bella vitiorum debeant superari, luce clariùs discimus? His ,armis Chaldęi filios Israel privant, cùm maligni spiritus animos fi- ,delium à sacræ legis meditatione, sæcularia illis negotia ingerendo, ,retardant; ne vel ipsi per huiusmodi exercitium resistendi fiduciam ,sumant; vel alios fortè, qui nesciunt legem, ad resistendum vitijs, ex- ,hortando aut corripiendo accendant. Tollunt fabros armorum, cùm ,eos qui sacra eloquia norunt, intantùm sceleribus obruunt, vt dicere ,bona quæ didicerant prorsus erubescant. Transferunt omnem Artifi- ,cem & Incluſorem de Hierusalem in Babylonem, cùm eos qui mul- ,tifariâ virtutum operatione pluribus prodesse, & civitatem Dei con- ,tra irruptiones tentationum munire solebant, à proposito deflectunt; ,atque ingenium, quod ad munimen sanctæ Ecclesiæ impendere de- ,buerant, ad voluntatem potiùs regis vitiorum dispensare compel- lunt'.

[i] *Hugo Vict. in Summa Sent. p. 6. cap. 10.*

[k] *Hugo Vict. l. 7 Allegor. in libros Regum cap. 33.*

Vide Rabanum in lib. 4. Regum cap. 24.

Digitized by Google

5. Deploravit Hieremias in ſuis Threnis Babylonicam terrenæ Hieruſalem captivitatem ac vaſtitatem: *Factum eſt*, ait titulus Threnis præfixus, *poſtquam in captivitatẽ redactus eſt Iſrael, & Hieruſalem deſerta eſt, ſedit Hieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac in Hieruſalem*: [1] 'Opportunius ergo multò à nobis nunc (inquit ex Hieronymo Rabanus) quàm tunc à Propheta Dei lamentatur, licet non vrbes multæ, non gens integra, ſed anima hominis chriſtiani, multis gentibus nobilior, multis vrbibus pretioſior. Nam ſi vnus qui facit voluntatem Dei melior eſt quàm multitudo iniquorum, melior erat anima quondam fidelis, in qua Deus inhabitabat, quàm multitudines Iudæorum, qui ingrati beneficijs Dei, ſemper contraria agebant: vnde Legiſlator, perfidiam eorum exprobrando, taliter ad eos loquitur: *Ego ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam durißimam, ſemper contentioſè egiſti contra* DOMINUM. Et Stephanus: DURÂ, inquit, *cervice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut &* PATRES *veſtri*. Si quis templum corporis hominis Dei contemplatus eſt, cùm caſtitatis ſplendore refulgeret, parvam profectò & valde inferiorem illam Propheticam lamentationem putabit, in qua barbaricæ manus ſancta ſanctorum polluiſſe deflentur, & ſacras ædes ignem populaſſe hoſtilẽ; vbi contaminata cherubim, & arca, & propitiatorium, tabulæ duæ lapideæ, & vrna aurea, lamentantur. Hæc lamentatio quam nos deflemus, tanto illâ durior & amarior eſſe probatur, quanto veriùs cuncta hæc & evidentiùs in fideli anima, quàm intra illius templi parietes erant; hoc ſanctius multò fuit, quod in ea erat templum: Non enim auri & argenti metallo, ſed virtutibus animi, & donis Spiritus ſancti radiabat. Habebat etiam arcam intra ſe, & duo cherubim, id eſt, fidem Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſitam. Sed nunc nihil eorum apparet, ablata ſunt hæc cuncta, nudata eſt domus Dei omnibus ornamentis ſuis, cunctiſque quæ divinitùs conſecuta fuerat ſpoliata muneribus, remanſit deformis ac turpis. Periit ab ea omne munimen, omniſque cuſtodia. Iam non clauditur oſtium in ea, non ſervatur ingreſſus; ſed patet omnibus malis ſpiritibus, ad corruptelam animæ feſtinantibus. Nulla inde turpis cogitatio, nulla cupiditas fœda repellitur: ſed ſi venerit fornicationis ſpiritus, ingreditur: Si iactantiæ, ſi avaritiæ, & ſi horum nequiores & impuriores venerint, nemo prohibet, nemo propellit: Nullus enim cuſtos, nullus remanſit ædituus'. Sed quis induere debet Hieremiæ perſonam, vt huius civitatis caſum deploret, ac dicat: *Quomodò ſedet ſola civitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta eſt ſub tributo?* Reſpõdet Hugo Victorinus in Annot. Elucidatorijs ſuper hunc ipſum Threnorum locum: 'Unuſquiſque noſtrûm (inquiens) debet eſſe Hieremias, & plangere deſolationem ſui, quemadmodum ille plangebat deſolationem Hieruſalem. Et certè ſi ille ſic plangebat ruinam lapidum, nos multò magis plangere debemus deſolationem animarum noſtrarum, & dicere vnuſquiſque, *Quomodò ſedet ſola civitas plena populo?*

[1] *Rabanus l. 18. in Hieremiam in Proœmio. Vide Hieron. in Proœmio ſuper Threnos.*

Deut. 31. 27.

Act. 7. 51.

Thren. 1. 1.

Hugo Victor.

»*populo*? Quomodo anima mea desolata est? Quomodo bonum illum »habitatorem perdidit, quo præsente olim plena populo virtutum »fuit? *Facta est quasi vidua domina gentium*: Gentes sunt desideria carnis, »quæ nobis secundùm corruptionem primæ nativitatis ingenita sunt, »& legi mentis contradicunt: quibus tunc benè anima dominatur, »quando Deo perfectè subijcitur. *Princeps provinciarum facta est sub tri»buto*: Per provincias accipere possumus sensus corporeos: quia sicut »in vna provincia multi sunt homines, ita quisque sensuum diversos »habet motus, & diversas operationes, per quas foris in visibilibus »diffunditur: & dum singulorum sensuum appetitus ad nutum ratio»nis moventur, quasi quibusdam provincijs anima principatur. Si »ergo anima suo inferiori, id est, sensualitati, principari desiderat, ne»cesse est vt suo superiori, id est, Deo, se subijciat: quia nequaquam sub»tus se à suo inferiori turbari poterit, dum supra se rectorem Deum »habebit. Si verò oblita timoris Domini secuta fuerit concupiscen»tias suas, aufert Deus gratiam suam ab ea; & tunc ex necessitate desi»derijs enerviter succumbit, quæ priùs, cùm Deo subiecta esset, & ab »ipso regeretur, suorum sensuum appetitus ad imperium rationis po»tenter strinxit. Et nota, quòd dicit, Domina, & non princeps *gentium*; »& *princeps*, non domina *provinciarum*: quia vitia, quæ naturalia non »sunt, cõprimi debent; sensus autem, quia naturales sunt, non comprimi, »sed regi necesse habent: vt in illis extirpandis homo studeat esse distri»ctus, in istis moderandis & custodiendis discretus. Sed fit nonnun»quam vt dum homo licitis carnis suæ desiderijs resistere, & motus »sensuum suorum custodire negligit; ita tandem pravâ consuetudine »alligetur, vt postmodum etiam volens eisdem resistere non possit. »Quando ergo vitijs servire cogitur quibus priùs sponte consensit, quid »aliud quàm pravæ consuetudini *tributum* solvit? Tria ergo bona, & »tria mala Propheta enumeravit: Bona sunt, *Civitas plena populo*, & *Do»mina gentium*, & *Princeps provinciarum*: Mala sunt, *Sola*, & *Vidua*, & *Tri»butaria*. Sed videamus primùm quomodò bona obtineat, postea quo»modo ad mala descendat. Priusquàm Spiritus sanctus veniat ad cor »nostrum, sterilis est anima nostra: cùm autem venerit, fœcundat »eam, vt pariat, & nascantur virtutes in ea. Quæ videlicet virtutes »quamdiu adhuc imperfectæ sunt & incipientes, & necdum foras pro»dire possunt, sed intrinsecùs adhuc per gratiam eiusdem Spiritus nu»triuntur, vt crescant, & robustæ sint; quid aliud quàm parvuli qui»dam in domo patris educantur, donec ad legitimam ætatem perve»niant? Cùm verò ad perfectum venerint incrementum, & solido »quodam sapientiæ cibo vti cœperint; tunc iam non vt parvuli nutri»ri indigent, sed quasi quidam populus in civitate sub lege Imperato»ris sui vivere debent. Sed cùm Deus intus præsidens nos regit, tunc »caro subiecta foris servit: & quanto humiliùs intus subditur, tanto »robustiùs foris principatur. Sic ergo anima nostra intus *plena populo* »virtutum, quando regem Deum habuit; extrà etiam Domina *gentium*,

hoc

,hoc eſt, carnalium deſideriorum, & *Princeps prouinciarum*, hoc eſt, ſen-
,ſuum corporis, fuit. Nunc autem *Sola*, quia regem perdidit: *Vidua*,
quia maritum amiſit: *Tributaria*, quia vitijs ſubiecta ſervit'. Scitè mo-
net Rupertus, Threnos Hieremiæ quaterno alphabetorum ordine
concinnari, ad innuendum quòd quadruplex fuerit ploranti Prophetæ
[m] *Rupert. l. 1. in Hieremiam c. 1.* materia lamentandi: [m] 'Prima cauſa extitit (ait ille) vniverſalis cap-
,tivitas humani generis, quâ proiecti ac diſperſi ſunt omnes filij Dei,
,in primis carnis ſuæ parentibus gratis venundati, & præiudicium paſ-
,ſi. Secunda cauſa erat Populi Dei captivitas Babylonica, quam ſub
,oculis ſuis viderat; pro qua non lamentari durum fuiſſet & iniquum,
,præſertim cùm Eccleſia Dei, templo & altari nominis Domini vi-
,duata, compelleretur barbarorum venerari portenta Deorum. Ter-
,tia cauſa viro ſancto erat propriæ conſcientiæ humilitas: qui quanto
,iuſtior erat, tanto veriùs, præter communem omnium filiorum Dei
,captivitatem, proprij ſtatus exilium agnoſcebat. Quarta cauſa erat
,captivitas iſta deterrima, quâ Iudæos, vt nunc accidit, caſuros in ore
,gladij, & captivos in omnes gentes ducendos fore prævidebat. Nec
,enim iſtam abſque compaſſionis affectu captivitatem præſcire poterat:
,quippè quam Dominus ipſe prævidens, ſuper captivitatē ipſam miſerā
veris lachrymis *flebat*'. Paulò aliter Hugo Victorinus quadruplicem *Luc. 19. 41*
[n] *Hugo Victor. lib. 1. Exeud. Theol. ex 2. Miſcell. c. 20. & 21.* vaſtationem Hieruſalem explanat: [n] 'Hieruſalem (inquiens) *civitas* *Thren. 1. 1.*
,*plena populo, domina gentium, princeps provinciarū, ſedet ſola, vidua, ſub tribus*
,*to.* Primò ab Aſſyrijs, ſecundò à Chaldæis, tertiò ab Antiocho, quar-
,tò à Romanis expugnata. *Hieruſalem* quadrifariam habet ſignificatio-
,nem: Prima, civitas iſta terrena: Secunda, Eccleſia Catholica: Ter-
,tia, fidelis anima: Quarta, *Quæ ſurſum eſt mater noſtra.* Primam op- *Gal. 4. 26.*
,pugnant præfati homines; ſecundam Idololatræ & falſi Chriſtiani;
,tertiam vitia, peccata, dæmones. Huius tertiæ vitijs expoſitæ, pec-
,catis conculcatæ, dæmonibus oppreſſæ, obſidionem Propheta deplo-
,rat dicens, *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna*: Specialiter Aſſyrius, Chaldæus, *Pſal. 73. 4*
,Antiochus, Romanus. *Aſſyrius* interpretatur dirigens: in quo ſuper-
,bia notatur. Hic ponit duo *ſigna*, arrogantiam & præſumptionem.
,*Chaldæus*, ferox: in quo inobedientia: Et hic duo *ſigna*, iactantiam
,& impatientiam. *Antiochus*, contrarius pudicitiæ: in quo fornicatio
,ſignatur. Et hic duo *ſigna*, crapulam & ebrietatem. *Romanus*, elatio-
,nis ſapor, qui eſt avaritia: Hic eſt tanquam *Singularis ferus*, qui vt *Pſal. 79. 14*
,omnia *depaſcat*, quinque *ſigna ponit*, rapinam, ſimoniam, ambitionem,
,libertatem culpæ, deſperationem veniæ. Hi igitur ſpiritus vitiorum,
,principes tenebrarum, circumdant *Hieruſalem*, id eſt, animam: ponunt
,vexilla prædicta, portas cuſtodiunt. *Exciderunt ianuas eius in idipſum,* *Pſal. 73. 6*
,*in ſecuri & aſcia dejecerunt eam.* Suprà de obſidione, hìc agitur de ipſius
,civitatis ſubverſione. Quatuor ſunt ad perfectæ civitatis ſitum perti-
,nentia: Prima ſunt ad ſanitatem, ſecunda ad firmitatem, tertia ad
,decorem, quarta ad neceſſitatem. Sic etiam ad ſitum animæ: ad ſa-
,nitatem ſunt mandata vitæ, ad firmitatem exercitia diſciplinæ, ad

deco-

Digitized by Google

,decorem charismata gratiæ, ad necessitatem consilia gloriæ. Huius ,civitatis prima ianua seu porta est pœnitentia, eius ianitor compun-,ctio: In hac porta servantur mandata. Secunda porta, obedientia: ,ianitor, carnis mortificatio: Hìc inveniuntur exercitia disciplinæ. ,Tertia ianua, constantia: ianitor, devotio: Ibi sunt charismata gra-,tię. Quarta ianua, puritatis eminentia: ianitor, gaudij cœlestis recor-,datio: Hìc servantur consilia gloriæ. Primam igitur portam op-,pugnat amor sæculi, secundam amor sui, tertiam prę sumptio, quartâ ,elatio. Vnusquisque habet *securim & asciam*: Amor sæculi venit cum ,*securi*, libertate scilicet peccandi; & *asciâ*, scilicet adulatione: tunc pœ-,nitentia frangitur, compunctio occiditur, mandatorum custodia au-
Isa.10.13. ,fertur. Dicit enim, *In fortitudine mea feci, & in sapientia intellexi: Nescio*
Ezech.5.2. ,*Dominum, & Israel non dimittam.* Amor sui accedit cum *securi*, id est, ,petulantiâ carnis; & *asciâ* ambitionis: tunc dissipatur ieiunium, con-,culcatur continentia, silentium perimitur, & omne perit religionis
Sap. 2. 8. & 7. ,exercitium. Dicit enim, *Omnia advsum creata sunt; coronemus nos rosis ,antequàm marcescant: non nos pratereat flos temporis: comedamus & biba-*
Isa.22.13. ,*mus, cras moriemur.* At prę sumptio portam constantiæ aggreditur cum ,*securi* iactantię, & *asciâ* ineptę lętitiæ: Tunc perit cœlestium charis-,matum decor, sermo sapientię, sal doctrinę, & divinę revelationis ,honor. Elatio tandem ad puritatis portam expugnandam accedit ,cum *securi* præsumptuosę indignationis, & *asciâ* gloriæ inanis. Heu ,statim destruitur mentis puritas, paradisi calcantur fercula, sponsi & ,sponsæ disiunguntur oscula, & omnium gaudiorum disrumpuntur ,consilia. Tunc destruitur dilectio, & aufertur contemplatio: vt verè
Thren.2.9. ,de his dicat Propheta: *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contri-vit vectes eius. & omnia diripuit*'.

6. Verùm excidantur licèt ianuæ, perimantur ianitores, defigantur in terra portæ, conterantur vectes, diripiantur thesauri; non tamen redintegrationis spes nulla residua est. Non enim sine causa Hieremias
Thren. 1. 1 eam deplorans, non simpliciter viduam, sed *quasi viduam* dixit: 'Hoc *Hugo Victor.* ,est (ait in eum locum Hugo Victorinus) vivente adhuc viro suo de-,relictam: & ideò non viduam, sed *quasi viduam*: quia si pœnituerit, adhuc reconciliari poterit'. Quidni enim reconciliationem sperent fi-
Jer.29.10 lij captivitatis, quibus per eundem Prophetam ait Dominus: *Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum?* Hanc Domini pollicitationem in fine istius in-
Zach. 1. 12 tervalli vrget Angelus in Zacharia loquens: qui cùm præmisisset, *Domine exercituum vsquequò tu non miserebris Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es?* continuò subdidit: *Iste iam septuagesimus annus est.* Tanquam diceret, instat iam finis septuagenariæ repudiationis, nec vide-mus effectum promissæ reconciliationis. Addit porrò Zacharias ex
ibid. v. 13. persona propria: *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria.* Sed quænam ista verba? Vtique hæc paulò in-
ibid. v. 16 frà subtexta: *Revertar ad Hierusalem in misericordia, & domus mea adifi-*

cabitur

cabitur in ea. Sed quis futurus est dux populi de captivitate in Judęam repatriantis? Vtique Zorobabel, sed non sine IESV sacerdote magno: *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Act. 4. 12. Quemadmodum igitur Iesus Nave populum de Ægypto liberatum introduxerat in terram promissam, ita Iesus Iosedech eundem populum de Babylone liberatum reduxit eòdem: ° 'Quòd post septuaginta annos (ait Augustinus) secundùm Hieremiæ prophetiam redi-tur à captivitate, & templum renovatur: quis fidelium Christi non intelligat, post evoluta tempora, quæ septenarij dierum numeri repe-tione transcurrunt, etiam nobis, id est, Ecclesiæ Dei, ad illam cœlestem Hierusalem ab huius sæculi peregrinatione esse redeundum? Per quem, nisi per Iesum Christum, verè sacerdotem magnum: cuius figuram gerebat ille *Iesus sacerdos magnus* illius temporis, à quo templum ædificatum est post captivitatem: quem Propheta Zacharias vidit *In sordido habitu, devictoq; diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam ei sordidam vestem, & datum indumentum honoris & gloriæ*: sicut Corpus Jesu Christi, quod est Ecclesia, adversario in fine temporum per iudicium superato, à luctu peregrinationis ad gloriam sempiternæ salutis assumitur? Quod etiam in Psalmo dedicationis domus apertissimè canitur: *Convertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & accinxisti me lætitiâ: vt cantet tibi gloriamea, & non compungar*'. Qui rursus Enarrat. in Psal. 64. exponens titulum, quo nominatim exprimuntur Hieremias & Ezechiel Prophetæ: 'Captivatus populus Israel (inquit) ex civitate Hierusalem ductus est in servitutem Babyloniæ. Prophetavit autem Hieremias sanctus, post septuaginta annos rediturum populum de captivitate, & instauraturum civitatem ipsam Hierusalem, quam devictam ab hostibus planxerat. Illo autem tempore fuerunt Prophetæ in illa captivitate populi constituti in Babylonia, inter quos erat sanctus Ezechiel Propheta. Expectabat autem ille populus donec implerentur tempora septuaginta annorum secundùm prophetiam Hieremiæ. Factum est, completis septuaginta annis restitutum est templum quod deletum erat, & regressa est de captivitate pars magna illius populi. Sed quoniam dicit Apostolus, *Hæc in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines sæculorum obvenit*: debemus & nos nosse priùs captivitatem nostram, deinde liberationem nostram: debemus nosse Babyloniam, in qua captivi sumus; & Hierusalem, ad cuius reditum suspiramus'. Et iterum in Psalmum 136. 'Duas civitates (inquit) permixtas sibi interim corpore, & corde separatas, currere per ista volumina sæculorum vsque in finem; audistis, & nostis: vnam cui finis est pax æterna, & vocatur Hierusalem: alteram cui gaudium est pax temporalis, & vocatur Babylonia. Interpretationes etiam nominum tenetis: Hierusalem interpretatur visio pacis, Babylonia confusio. Hierusalem in Babylonia tenebatur captiva, non tota: Cives enim eius & Angeli sunt: sed quod attinet ad homines prædestinatos in gloriam Dei

° *Aug. l. 12. contra Faustum c. 36. Vide Isidor. Commentario in Esdram cap. 1.*

Zach. 3. 1. & 3. & seqq.

Psal. 29. 12. & 13.

1. Cor. 10. 11.

Digitized by Google

,Dei futuros per adoptionem cohæredes Chriſti, quos de ipſa capti-
,vitate redemit ſanguine ſuo. Particulam ergo iſtam civitatis Hieru-
,ſalem captivam teneri in Babylonia pro peccato, incipere autem inde
,exire priùs corde per confeſſionem iniquitatis & charitatem iuſtitiæ,
,deinde poſtea in fine ſæculi etiam corpore ſeparandam; commendavi-
64.1. ,mus in eo Pſalmo qui ita incipit: *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hieruſalem*'. Hic eſt ipſe Pſalmus ex cuius Enarratione quædam iam ſuprà deſcripſimus, habens in titulo præfixa Hieremiæ & Ezechielis Prophetarum nomina. Porrò Pſalmus 145. habet ſimiliter in titulo præfixa nomina duorum aliorum Prophetarum, Aggęi nimirum & Zacharię, qui ſub finem Babylonicæ captivitatis floruerunt, & in Iudęam ſub ductu Jeſu filij Ioſedęc redierunt, atque in reædificatione templi operarios adiuverunt, vt 1. Eſdræ 5. verſ. 1. & 2. perhibetur. Apparet autem Auguſtinum & Proſperum vſos fuiſſe codicibus in quibus iſti Prophętę nominatim expreſſi fuerunt in titulo Pſalmi 147. non verò 145. vbi nunc exprimuntur. Etenim Proſper in illa verba Pſalmi 147. *Lauda Hieruſalem Dominum*: 'Cùm in titulo *Proſper.* ,pſalmi (inquit) Aggęi & Zacharię Prophetarum nomina prænotentur, quos in Babylonia cum populo ſuo captos eſſe non dubium eſt, ,ac reparationem civitatis Hieruſalem prævidiſſe, ac ſicut facta eſt denuntiaſſe: intelligitur cohortatio Pſalmi ita ad vniverſam Eccleſiam ,pertinere, vt omnes cives & filij Hieruſalem in præſenti vita, quâdam ,ſe vinctos captivitate cognoſcant; & conſolationem de ſpe futuræ libertatis accipiant. Nemo enim ſanctorum ſine laboribus ac moleſtijs ,poteſt præſens tempus exigere: & in quadam captivitate ſe eſſe ſentiunt, cùm exurgentibus ſcandalis, & manentibus inter ſpiritum carnemque diſcordijs, non omnia quæ volunt faciunt, & multa adverſa patiuntur'. Fuſiùs hoc ipſum Auguſtinus proſequitur in Explanatione tituli eiuſdem Pſalmi 147. ita inter alia ſcribens: *'Aggæi & Zachariæ* *Auguſtinus.* ,Pſalmus dicitur: Aggęus & Zacharias Prophętę fuerunt. Erant autem Prophętę iſti iam in captivitate Hieruſalem illius quę in terra ,portavit vmbram cuiuſdam civitatis cœleſtis. In illius ergo civitatis ,captivitate, cùm eſſent in Babylonia, prophetaverunt Pro-,phetæ iſti reparationem Hieruſalem, prophetaverunt civitatem no-,vam ex reparatione veteris, liberato populo à captivitate. Agnoſci-,mus & iſtam captivitatem, ſi verè agnoſcimus noſtram peregrinatio-,nem. In hoc enim mundo, in his tribulationibus ſęculi, in hac turba ,multiplici ſcandalorum, quodammodo in captivitate gemimus: ſed ,erigimur, prænunciatur civitas noſtra nova ęqualis futura. Nam & ,poſt iſtorum prophetationem etiam viſibiliter contigit vt totum ex-,pleretur, quod ad perſolvendam imaginem pertinebat. Reparata eſt ,Hieruſalem poſt ſeptuaginta annos captivitatis: Sic Hieremias Pro-,pheta ſeptuaginta annis ſeptenario illo numero omnem volubilitatem ,huius temporis ſignat: Septenario enim numero volvuntur dies: hi, ,ſicut noſtis, ijdem abeunt, ijdem redeunt. Poſt ſeptuaginta ergo an-

'nos cùm prophetavit Hieremias reparari civitatem Hierusalem, factũ 'est vt & ibi significaretur imago futurorum. Significatum est enim 'nobis, post omnem istam volubilitatem temporis, quæ septenario nu-'mero volvitur, futuram illam civitatem nostram iam in æternitate, in 'vno die. In illa quippe habitatione tempus non volvitur, quia habi-'tator ibi non labitur. Hanc cùm viderent in spiritu Prophetę, videbant 'illam, dicebant de ista: sed hęc dicebant de ista, quæ ducerent ad il-'lam: & illa omnia quæ fiebant secundùm tempus, secundùm corpo-'rales motiones, secundùm actus hominum, signa erant & prænuncia-tiones futurorum'. Quid ergo, inquies, de duratione spiritalis captivitatis nostræ sentiendum? Si enim septuagenario annorum illorum numero tota sęculorum volubilitas figurabatur, consequens apparet quòd nostra peregrinatio ac captivitas ad finem vsque sęculi prorogãda sit. Respondeo, peregrinationem ac captivitatem Hierosolymitarum in communi duraturam ad finem vsque sęculi: quia vsque ad finem mundi non deerunt aliqui confusè sumpti, qui in carne degentes peregrinentur à Domino. Non tamen idcircò omnium electorum numerus ad finem vsque sæculi peregrinabitur; sed quidam seriùs, quidam celeriùs in Hierusalem introducentur: prout patebit ex dicendis capite sequenti. Hic interim advertat Lector, numerum repatriantium de Babylonia in Hierusalem, sub ductu Iesu & Zorobabelis, signatè describi 1. Esdræ 2. & quidem designatis singulorum parentelis. Quod idcircò factum esse docet Hugo Victorinus, [p] 'Vt 'ex eo admoneremur, quantâ certitudine Dominus summam electo-'rum suorum in libro vitæ conscribat, & velut in albo cœli consignet'. Sed quid illud est, quòd non homines duntaxat, sed iumenta etiam ibidem percenseantur? Respondet Victorinus ibidem capite proximè sequenti, his verbis: 'Inter homines, qui de captivitate ascenderunt, 'etiam animalia, quibus adiuvabantur, describuntur, & eorum, sicut 'hominum, numerus designatur: quia sunt nonnulli in Ecclesia, vel 'sensu tardiores, vel minus spirituales; qui quùm magistris spirituali-'bus devotè obtemperant, & ad portanda onera fraternæ necessitatis 'dorsum mentis inclinant, cum cæteris electis de confusione diabo-'licæ captivitatis erepti, ad supernę civitatis mœnia tendunt: quo-'rum numerus nunc in memoria Dei iugiter conservatur. Vnde *Im-* *Psal.* 138.
'perfectum meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Et alibi: 16.
Homines & iumenta salvabis Domine'. *Psal.* 35. 7.

Scrupulus.

Excutitur.

[p] *Hugo Vict. l. 8 Allegor. in Esdram cap. 4.*

CAP. XX.

Digitized by Google

CAPVT XX.

Vtrùm electorum peregrinatio finiatur morte? Quid de animabus iuſtorum in ergaſtulo purgatorio, vel in limbo Patriarcharum, ante apprehenſionem beatitudinis in cæleſti Hieruſalem?

1. VT inſtitutam de peregrinationis noſtræ ſtadio ac ſpatio tractationem compleamus, & huic tertio libro colophonem tandem addamus; diſquiſitionis noſtræ aciem de præſentis vitæ ſtatu ad ſtatum animarum corporibus exutarum convertemus. Meminiſſe enim debet Lector, nos in libri huius Præfatione octuplicem terram ex Hugone Victorino diſtinxiſſe, & pro ſexto diſtinctionis membro *Terram plenam correptione ſeu correctione Domini* ſtatuiſſe: Quâ phraſi purgatorium animarum corporibus iam ſolutarum, nec plenè adhuc expiatarum, ſignificari ibidem indicavimus. Hoc igitur capite ſpecialiter de purgatorij ergaſtulo differemus, inquirentes, vtrùm animæ ibi detentæ peregrinari cenſendæ ſint. Apparet enim quòd ſic, quia Apoſtolus vt oſtenderet nos in hoc mundo peregrinari, non alio vſus eſt argumento, quàm quòd per fidem ambulemus & non per ſpeciem. Cùm enim præmiſiſſet, *Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino*, continuò per modum probationis adiunxit, *Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.* Quæ ſanè probatio non minus in ſpiritibus ſeparatis purgatorij ergaſtulo concluſis locum habet, quàm in hominibus fidelibus adhuc carnis mole circumdatis. Ergo de vtriſque evincit, vel de neutris. Vnde Auguſtinus exponens prædictum Apoſtoli locum: [a] 'Quid eſt (inquit) *Peregrinamur? Per fidem enim ambulamus*, inquit, *non per ſpeciem.* 'Qui ergo peregrinatur, & per fidem ambulat, nondum eſt in patria, 'ſed iam eſt in via: qui autem non credit, nec in patria eſt, nec in via'. Peregrinantur igitur fidelium defunctorum animæ quamdiu per fidē tendunt ad ſpeciem: nam vbicunq; interea verſantur, hoſpites ſunt, non domeſtici; incolę, ac per hoc peregrini: [b] 'Incolere (ait alibi idem) peregrinari eſt: incolæ dicuntur, qui habitant in patria non ſua'. Et rurſus in Pſal. 119. verſ. 5. 'Incolatus (inquit) peregrinatio eſt: incola dicitur, qui habitat in terra aliena, non in civitate ſua'. Cui conſonans Proſper in eius loci explanatione, alludens ad gemebundam illam vocem, *Heu mihi*: 'Gemitus iſte (inquit) totius Eccleſiæ eſt, omniumque ſanctorum, qui per fidem ſpeculantes ſupernæ patriæ bona, inter longinqua peregrinationis adverſa ſuſpirant'. Conſonat & Theodoretus ibidem: exponens quippe quid per *Incolatum* Pſalmographus intelligat, quem dolenter queritur *prolongatum*: 'Incolatū vocat (inquit) in aliena terra ſtationem'. Spiritus ergo iuſtorum incolę ſunt ac peregrini in locis piacularibus: quippe in aliena adhuc terra ſtationem habentes, nondum in ſua patria manſionem poſſidentes. Vnde & veriſſimè cum

Obiectio.

1. Cor. 5. 6

[a] *Aug. Præfat. in Pſal. 123.*

[b] *Aug. in Pſal. 55. verſ. 7.*

Pſal. 119. 5

Proſper.

Apoſtolo dicere poſſunt, *Non habemus hîc manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.* Quis enim patricius carcerem ſibi reputet patriam? Locum porrò purgatorij B. Petrus diſertè *Carcerem*, ſicut & Iſaias *Domum carceris*, & Zacharias *Lacum in quo non eſt aqua*, appellat. Cùm igitur indubitatum ſit, carcerem non eſſe patriam civium Hieruſalem, quam Apoſtolus vocat *Liberam matrem*; proculdubio conſequens eſt, eos ibi tanquam hoſpites diverſari, ac per hoc ſuæ peregrinationis ærumnas adhuc tolerare. Hinc Pſalmographus ex perſona cuiuſlibet peregrinantis ait: *Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei.* Quis labor, niſi peregrinationis? Vnde & Gregorius lib. 18. Moral. cap. 19. laborem iſtum vocat pondus grave, quia nimirum magnas moleſtias ſupportantibus ingerit: 'Huius peregrinationis (inquit ille) pon-

Gregorius.

'dus grave ſentiebat Pſalmiſta, cùm diceret: *Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitavi cum habitantibus cedar, multùm incola fuit anima mea.* Ab hac eripi quantociùs anhelabat, cùm ſupernis deſiderijs flagrans diceret: *Sitivit anima mea ad Deum vivum. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Vbi apertè indicat, peregrinos tum demum à peregrinationis laboribus & oneribus eripi, quando veniunt & apparent ante faciē Dei, hoc eſt, quando incipiunt *Facie ad faciē videre Deū*, quando fidei ſuccedit ſpecies, quando adveniens quod perfectum eſt evacuat quod ex parte fuerat: [c] 'Hoc eſt quod ſitio (ait Auguſtinus) 'venire, & apparere. Sitio in peregrinatione, ſitio in curſu: ſatiabor in adventu'. Et pauculis interpoſitis: 'Interim (ſubdit) dum meditor, 'dum curro, dum in via ſum, antequam veniam, antequam appaream, *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte*'. Et rurſus ad illa verba Pſalmi 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt*: 'Multùm (inquit) à te receſſi, peregrinatio mea facta eſt longinqua: nondum ve-'ni in patriam illam, vbi cum nullo malo victurus ſum: nondum veni 'in illam ſocietatem Angelorum, vbi ſcandala non timebo. Quare au-'tem nondum ſum ibi? Quia *Incolatus meus longinquus factus eſt*. Incolatus peregrinatio eſt: Incola dicitur, qui habitat in terra aliena, non 'in civitate ſua'. Ex quibus planè apparet, peregrinationem electorum non finiri in morte, niſi in eis duntaxat qui ſine mora in cœleſtem Hieruſalem introducuntur: in reliquis verò prolongari pro diuturnitate abſentiæ à patria, ſive interea in purgatorio, ſive in Limbo Patrū detineantur.

[c] *Aug. in Pſal. 41. verſ. 3.*

2.

Pro deciſione huius difficultatis notanda ſunt quæ de quinque locis humanæ commorationis, ſive in corpore, ſive in ſolo ſpiritu, ſcribit Hugo Victorinus: [d] 'Quinque (inquiens) ſunt loca: Vnus in quo 'eſt ſolum bonum, & ſummum bonum: vnus in quo eſt ſolum malū, '& ſummum malum. Poſt hæc alia duo: Alter ſub ſummo, in quo 'eſt ſolum bonum, ſed non ſummum: Alter ſupra imum, in quo eſt 'ſolum malum, ſed non ſummum. In medio vnus, in quo eſt & bonum '& malum, neutrum ſummum. In cœlo eſt ſolum bonum, & ſummum: 'In Inferno eſt ſolum malum, & ſummum: In paradiſo eſt ſolum bo-'num, ſed non ſummum: In igne purgatorio eſt ſolum malum,

[d] *Hug. Vict. l. 1. de Sacram. p. 8. c. 2. & 3.*

Digitized by Google

,sed non ſummum : In mundo eſt bonum & malum, neutrum ,ſummum. Paradiſus eſt locus inchoantium, & in melius proficien- ,tium : & ideò ſolum ibi eſſe bonum debuit, quia creatura à malo ini- ,tianda non fuit; non tamen ſummum eſſe debuit, quia ſi ſummum ,ibi eſſet, illic poſitis profectus non eſſet. Cœlum locus eſt confirma- ,torum bonorum & per diſciplinam ad ſummum profectum pertin- ,gentium: & ideò vnum ſolum ſummum bonum in eo collocatum eſt. ,Infernus eſt locus confirmatorum malorum & diſciplinam irrecupe- ,rabiliter deſerentium : & ideò ibi ſolum & ſummum malum poſitum ,eſt. Purgatorius ignis eſt locus in prima correctione minùs correcto- ,rum & in ſecunda perficiendorum : & ideò ſolum malum habere de- ,buit; vt priore peior eſſet, vbi & malum ſimul & bonum conſiſtit. Mũ- ,dus eſt locus errantium & reparandorum : & ideò ſimul bonum & ,malum in eo ordinatum eſt; vt per bonum quidem conſolationem ,accipiant, per malum verò correctionem : non tamen ſummum bo- ,num aut ſummum malum ibi eſt; vt ſit quo & perſiſtentes in malo ,deficere, & recedentes à malo proficere poſſint. Sic igitur cœlum in ,ſummo eſt, poſt cœlum paradiſus, poſt paradiſum mundus, poſt ,mundum ignis purgatorius, & poſt purgatorium Infernus. Diabolus ,ergo quia à ſummo ceciderat, in imum detruſus eſt : Homo autem ,quia non à ſummo corruit, non eſt poſitus in imo, ſed in medio collo- ,catus : vt ei locus eſſet quo aſcendere poſſet per meritum iuſtitiæ, vel ,deſcendere per reatum culpæ. Poſitus eſt ergo homo in mundo iſto ,vt in loco pœnitentiæ, ſpatio pœnitendi indulto : vt mala corrigeret, ,bona repararet; vt tandem correctus ad iudicium veniens, non pro ,culpa pœnam, ſed pro iuſtitia gloriam ſibi præparatam acciperet. Re- ,ſtat ergo vt dum tempus eſt, conſilium exquirat, & auxilium requirat ,correctionis & liberationis ſuæ. Sed quia ipſe per ſe ad neutrum ſuffi- ,ciens invenitur, neceſſe eſt vt ille qui per gratiam ſuam differt iudi- ,cium, interim per eandem gratiam oſtendat evadendi conſilium, & ,poſt conſilium conferat auxilium'.

3. Iſtorum quinque locorum duo extremi, ſummus videlicet & imus, citra controverſiam non ſtadia peregrinationis ſunt, ſed metæ ſeu fi- ,nes; alter quidem meritoriæ, alter demeritoriæ : 'Superna patria (ait ,idem Victorinus Serm. 68.) eſt finis omnium in ſummo, Infernus ,finis omnium in infimo. Ad finem qui eſt in ſummo, via eſt iuſtitia: ,ad finem qui eſt in infimo, via eſt culpa. Ad finem qui eſt in ſummo ,tendunt & perveniunt electi, ad finem qui eſt in infimo tendunt & ,perveniunt reprobi. Et Sapientia divina, quæ eſt creatrix & guber- ,natrix omnium, *Attingit à* FINE *vſque ad* FINEM *fortiter, & diſponit om-* Sap. 8. 1. ,*nia ſuaviter*. Attingit à fine qui eſt in ſummo, vſque ad finem qui eſt ,in infimo : à fine beatitudinis ad finem damnationis : hìc bonis præ- ,mia vitæ reddens, illic malis ſtipendia mortis rependens. *Attingit à* ,*fine vſque ad finem fortiter*, quia infra metas vtriuſque retributionis non ,deficit : *Et diſponit omnia ſuaviter*, quia modum æquitatis in aliquo

non

non excedit'. Plura de his duobus finibus videri possunt apud eundem Homil. 11. in Ecclesiasten. Omissis igitur extremis hisce locis, quorum alter est finis seu meta peregrinationis electorum, alter reproborum; restant tria loca intermedia, Paradisus nimirum, mundus, & carcer purgatorius: ex quibus duo priora hactenus toto penè hoc libro explicata sunt; vt proinde solus supersit tertius, quem suprà ex eodem Victorino *Terram plenam correptione sive correctione Domini* vocare placuit: Cui vt sitū ita & tractatu vicinus est limbus Patriarcharū, quem Salvator apud Lucam Evangelistam appellavit *Sinum Abrahæ*: Et Augustinus Epist. 99. 'Secretæ cuiusdam quietis habitationem', & lib. 4. de Origine animæ cap. 16. 'Remotam sedem quietis atque secretam' fuisse perhibet. Utrique huic loco commune illud est, quòd animæ in eis conclusæ absint à patria: interest tamen, quòd purgatorium torqueat animas pœna sensus, in limbo autem sola fuerit pœna damni. Vnde de purgatorio ad limbum erat progressus, sed de limbo ad purgatorium non erat regressus. Durabit purgatorium vsque ad sæculi finem, evacuatus est limbus in resurrectione Domini, quē Isaias prophetavit *Dicturum his qui vincti erant, Exite: & his qui in tenebris, Revelamini.* Meminit eiusdem loci Augustinus rursus lib. 20. de Civit. c. 15. 'Si enim (inquiens) non absurdè credi videtur, antiquos etiam ,sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis quidem à tormen-,tis impiorū remotissimis, sed apud Inferos fuisse, donec eos inde san-,guis Christi, & ad ea loca descensus erueret; profectò deinceps boni fi-,deles effuso illo pretio iam redempti, prorsus Inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus, bona recipiant quæ merentur'. Quibus postremis verbis non est putandus negare purgatorium post Christi effusum sanguinem perduraſſe, sed duntaxat negare quòd animæ plenè expiatæ detineantur apud Inferos, dilato cœli ingressu, prout ante Christi passionem detinebantur. Vnde per *Bonos fideles* intelligit eos qui nullius iam mali sive culpæ sive pœnę reatum habent. Etenim alibi apertè agnoscit, animas iustorum puniri in altera vita, ac viventium suffragijs relevari:[c] 'Tempus (inquiens) quod inter hominis ,mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis ,receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est vel requie vel ęrum-,nâ pro eo quod sortita est in carne, cùm viveret. Neque negandum ,est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cùm pro ,illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. ,Sed eis hæc prosunt, qui cùm viverent, vt hæc sibi prodesse postea ,possent, meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bo-,nus vt non requirat ista post mortem, nec tam malus vt ei non pro-,sint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat: & ,est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm ex hac vita transierit, ,adiuvari. Quocirca hìc omne meritum comparatur, quo possit post ,hanc vitam relevari quisquam vel gravari. Nemo autem se sperет, quod hìc neglexit, cùm obierit, apud Deum promereri'. Neque verò

Augustinus. Vide eund. Epist. 57. & l. 12. de Civit. c. 9. & in Psal. 85. v. 13. & l. 12. de Genesi ad Litt. c. 34 & Greg. l. 12. Moral. c. 6. & 7. & l. 13. c. 17.

Luc. 16. 22.

Isa. 49. 9.

[c] *Aug. Enchir. c. 109. & 110. Vide eundem toto libro de cura pro mortuis, & l. 9. Confess. c. 12. & 13. & l. qq. ad Dulcitiū q. 2. & Isidor. l. 2. de Offi. Eccl. c. 27. & 28.*

Digitized by Google

verò hanc doctrinam velut dubiam tradidit Augustinus, sed vt prorsus exploratam, atque vniversæ Ecclesiæ consensione firmatam: Quod valdè notandum est contra huius temporis Sectarios: 'Orationibus ,sanctæ Ecclesiæ (ait ipse Serm. 32. de verbis Apost. cap. 2.) & sacri-,ficio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, ,NON EST DVBITANDVM mortuos adiuvari, vt cum eis misericordiùs ,agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim A ,PATRIBVS TRADITVM VNIVERSA OBSERVAT ECCLESIA, vt pro ,eis qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, ,cùm ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro ,illis quoque id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commen-,dandorum causâ opera misericordiæ celebrantur, QVIS EIS DVBI-,TET SVFFRAGARI, pro quibus orationes Deo non inaniter allegan-,tur? NON OMNINO AMBIGENDVM EST, ISTA PRODESSE DEFVN-,ctis; sed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, vt possint eis hęc vtilia esse post mortem'.

4. Supposità ergo hâc indubitatâ veritate de purgatorijs animarum separatarum pœnis, manet locus quæstioni de earundem peregrinatione. Ad quam vera responsio est, peregrinationem hominum vltra mortem non protendi: adeoque nec animas veterum Patriarcharum in limbo, nec animas aliorum iustorum in Purgatorio peregrinari. Probatur quia ad peregrinandum necessarius est status viatoris. Atqui homines moriendo exuunt statum viatoris. Ergo vltra mortem non protrahunt suam peregrinationem. Maior patet ex dictis lib. 2. cap. 1. & 2. Minor colligitur ex illo Salvatoris monito, *Esto consentiens fratri tuo citò dum es in via cum eo.* Jn quem locum Augustinus: [f] 'Quando (inquit) finitur via? Non omnibus vnâ hôrâ finitur: vnusquisque ,habet horam suam quando finiat viam. VIA, VITA ISTA DICTA EST: FINISTI VITAM ISTAM, FINISTI VIAM'. Idipsum colligitur ex Ecclesiaste vbi ait: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*: [g] 'In die etenim mortis suæ (ait in eum ,locum Gregorius) iustus ad Austrum cadit, peccator ad Aquilonem'. Qui rursus Homil. 14. in Evangelia sub finem: 'Audite (inquit) ,quid sapiens Salomon dicat: *Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud Inferos, quo tu properas.* Quia ergo & venturæ mortis tempus ignoramus, ,& POST MORTEM OPERARI NON POSSVMVS: superest vt ante mortem tempora indulta rapiamus'. Hieronymus in illud eiusdem Ecclesiastæ, *Melior est canis vivus leone mortuo*: 'Viventes (inquit) metu mor-,tis possunt bona opera operari: mortui verò nihil valent ad id adijcere, quod semel secum tulêre de vita'. Eòdem spectat & illud Evangelicum, *Venit nox, quando nemo potest operari*: vtique meritoriè. Vnde & alibi scriptum est, *Ne verearis vsque ad mortem iustificari*: vtique iustitiæ incrementum meritorijs operibus acquirendo. Quod ergo Salvator *noctem* dixit, hoc Ecclesiasticus *mortem* nominavit:

Decisio.

Mat. 5. 25.

[f] *Aug. Serm. 1. de Verb. Domini c. 3. Videibid. serm. 5. cap. 11. & Homil. 5. inter 50.*

Eccle. 11. 3

[g] *Greg. lib. 12. Moral. c. 4 Videund. l. 4. Dialog. cap. 39.*

Eccle. 9. 10

Eccle. 9. 4.

Hieronymus.

Jo. 9. 4.

Eccli. 18. 22.

Jstam

h *Aug. Serm. 32 de Verbis Apost.*

h 'Istam finiens quisque vitam (inquit Augustinus) nisi quod meruit in ipsa, non poterit habere post ipsam'. Et Enchiridij cap. 110. 'Hìc ,(inquit) omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam re- ,levari quisquam, vel gravari. Nemo autem se speret quod hìc neglexit, cùm obierit apud Deum promereri'. Cui consonans Prosper:

i *Prosp. Sent. 172.*

i 'Frustrà (inquit) sibi homo post hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparare neglexit'. Indicat hoc ipsum & Apostolus cùm ait: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria* CORPORIS, *prout gessit, sive bonum, sive malum.* 2. Cor. 5. 10

k *Aug. l. 6. cont. Iul. cap. 10.*

Quem locum expendens Augustinus: k 'Propria *corporis* dixit (inquit) quod ad vnumquemque in seipso iam viventem pertinet'. Et lib. de Prædest. sanctorum cap. 12. 'Quid est (inquit) *Secundùm ea quæ per corpus gessit,* ,nisi secundùm ea quæ gessit eo tempore quo in corpore fuit: vt per ,*corpus* intelligamus corporis tempus? Post corpus autem nemo erit in ,corpore, nisi resurrectione novissimâ, non ad vlla merita comparanda, ,sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel pro malis luenda ,supplicia. Hoc autem medio tempore inter depositionem & receptio- ,nem corporis, secundùm ea quæ gessérunt per corporis tempus sive cruciantur animæ, sive requiescunt'. Rursus Epist. 80. ad Hezichium: 'In quo (inquit) quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum ,comprehendet mundi novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur'. Hoc ipsum & Papa

Gregorius.

Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 39. perhibet, dicens: 'Qualis hinc ,quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. Sed tamen de quibusdã levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est'. Et inferiùs ad calcem eiusdem capitis: 'Sciendum est (inquit) quia illic ,saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc ,actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur'.

Hugo Victor.

Consonat prædictis Hugo Victorinus lib. 3. Erudit. Theol. ex 2. Miscell. cap. 76. 'Tres (inquiens) sunt status animæ: in corpore, sepo- ,sito corpore, & recepto corpore. Primus status est ad agendam pœ- ,nitentiam, reliqui duo ad habendam requiem vel pœnam, prout gessit ,in corpore sive bonum sive malum. Ad agendam pœnitentiam tria ,sunt necessaria, tempus, locus, corpus. Quòd tempus est necessarium ,dicit Apostolus, *Ecce nunc tempus acceptabile* &c. Similiter & de loco & 2. Cor. 6. 2 ,de corpore idem dicit, *Omnes oportet nos manifestari ante tribunal* Domini, 2. Cor. 5. 10 ,*vt referat quisque propria corporis prout gessit.* Sed & de hoc loco loqui- ,tur Scriptura, dicens: *Si ascenderit super te spiritus potestatem habens, locum* Eccle. 10. 4 ,*tuum ne deseras.* Porrò tempus in tria dividitur, in præteritum, præ- ,sens, & futurum. Horum nullum perdit qui rectè pœnitentiam agit: ,Nam præteritum quidem, quod perdiderat, restaurat, dum *In amari-* Isa. 38. 15. ,*tudine animæ suæ omnes annos suos recogitat*: præsens autem tenet per ,exercitium operis, futurum verò per constantiam boni propositi. De ,præterito loquitur Apostolus cùm dicit, *Redimentes tempus, quoniam* Eph. 5. 16. ,*dies mali sunt.* Ad præsentis verò temporis operationem hortatur nos dicens,

Gal. 6. 10. ,dicens, *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* Futuri autem
Mat. 10. ,nos admonet Dominus, dicens: *Qui perseveraverit vsque in finem, hic sal-*
22. ,*vus erit.* Corpus quoque necessarium est ad agendam pœnitentiam:
,In corpore enim possumus mala pati pro expurgandis commissis de-
,lictis, & bona operari pro adipiscendis æternæ vitæ præmijs. Quæ
,autem anima corpore caret, quomodò dignos fructus pœnitentiæ age-
,re valeret ? Et notandum, quòd pœnitentia quæ per corpus geritur,
,brevis est & levis: brevis, quia per corporis mortem breviatur: lev
,vis, quia per societatem corporis fertur faciliùs. Gravis siquidem
,esset pœnitentia, si eam solus animus portaret: cùm verò & ipsi &
,corpori eius partitur pondus, quanto magis corpus inde oneratur, tan-
,to ampliùs animus exoneratur. Locus etiam pœnitendi non quidem
,necessarius, sed vtilis est locus Ecclesiæ. Tempus autem est tempus
,vitæ pœnitentis: Nam quisquis dum in corpore vivit pœnitentiam
,agere negligit, nullum in futuro salutis remedium habere poterit'.
Plura in hanc rem videri apud eundem possunt lib. 2. de Sacramentis p. 16. per totam. Vbi multa ex sanctis Patribus, signanter ex Augustino, in confirmationem catholici dogmatis de purgatorio adducit, & de statu animarum ibidem existentium copiosè disserit. Videri præterea potest Angelicus Doctor q. 7. de malo art. 11. Prædictis authoritatibus consona est Leonis X. definitio in Bulla adversùs Martinum Lutherum, quâ damnatur inter alios iste articulus: *Anima in purgatorio non sunt securæ de sua salute, saltem omnes: Nec probatum est vllis aut rationibus aut Scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut augendæ charitatis.* Quem Articulum solidè ac nervosè refutat Martyr Rossensis in Confutat. Art. 38. Lutheri.

Leo X.

Lutherus.

Rossensis.

§. Sunt præterea Scripturæ ac Patrum testimonia, quibus signatè perhibetur, peregrinationem nostram vltra hanc vitam non prorogari.
1. Pet. 1. 17. Nam Petrus Apostolus peregrinos adhortans: *Si patrem*, inquit, *invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundùm vniuscuiusque opus, in timore* INCOLATVS VESTRI TEMPORE *conversamini.* Vbi *incolatus* seu peregrinationis *tempus* ex communi interpretum omnium consensu vsurpat pro præsentis vitæ curriculo, quo nimirum quisque exercere potest opera quibus pœnam aut præmium repensurus sit ille, *qui sine acceptione personarum iudicat secundùm vniuscuiusque opus*: Opus vtique in corpore gestum, non in flammis piacularibus, aut alibi post vitæ huius curriculum, patratum: prout colligitur ex illo Pauli Oraculo superiùs memorato, *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit.* Monet ergo Petrus *advenas & peregrinos*, vt tempore vitę huius operentur cum timore salutem, iuxta illud Coapostoli eius Pauli monitum ad Philippenses, *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Vnde & idem alibi *Tempus* simpliciter nominat, quod à Petro hìc dictum est *Tempus incolatus.* Ait quippe ad Corinthios, *Tempus breve est*: & item ad Galatas, *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Incolatus itaque seu peregrinationis humanæ

2. Cor. 5. 10.
1. Pet. 2. 13
Phil. 2. 12.
1. Cor. 7. 29.
Gal. 6. 10.

manæ tempus idem prorsus est cum tempore vitæ huius mortalis.
l *Prosp. Sentent.* 17. Vnde cùm Prosper præmisisset in sententijs, l 'Omnis qui ad supernam pertinet civitatem, peregrinus est mundi': mox subdidit: 'Et DVM TEMPORALI VTITVR VITA, in patria vivit aliena'. Ubi pro ijsdem habet peregrinum mundi, & temporali vitâ vtentem. Huc spectat quòd Patriarcha Iacob à Pharaone interrogatus, *Quot sunt dies anno-* *Gen. 47. 8.*
rum vitæ tuæ? respondit: *Dies* PEREGRINATIONIS *meæ centum triginta annorum sunt.* Vbi pro ijsdem reputat dies vitæ, & dies peregrinationis. Vnde & addit, *Et non pervenerunt vsque ad dies patrum meorum,* QVIBVS PEREGRINATI SVNT. Quanquam enim nullus è Patribus eius adhuc tunc ad cœlestem patriam pervenerit, quæ demum morte Christi reserata est, sed in limbo vel certè in purgatorio versati fuerint; non tamen illud tempus quod mortem eorum subsecutum est, in
m *Aug. q. 156. in Genesim.* diebus peregrinationis ipsorum censuit computandum: m 'Quid est ,(inquit Augustinus) quod dixit Jacob Pharaoni, DIES *annorum vitæ* ,*meæ quos incolo*? (sic enim habent Græci, quod Latini habent, *Ago*, ,vel, *Habeo*, vel siquid aliud) Vtrum ergo, ideò dixit, *Quos incolo*, quia ,in terra natus est quam nondum populus divinâ promissione hæredi- ,tatis acceperat; & ibi vitâ ducens, vtiq; in aliena terra erat, non solùm ,quando peregrinabatur, sicut in Mesopotamia, verumetiam quando ,ibi erat vbi natus est? An potiùs secundùm id accipiendum est quod ,ait Apostolus, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à* DOMINO? Se- *2. Cor. 5. 6.*
,cundùm hoc & illud in Psalmo dictum intelligitur, *Inquilinus ego sum* *Psal. 38. 13.*
,*in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Nam iterum dicit de ipsis ,diebus vitæ suæ, *Non pervenerunt in dies annorum vitæ patrum meorum,* ,*quos incoluerunt*: Non enim hìc aliud voluit intelligi quàm id quod ,latini codices habent, *vixerunt*. Ac per hoc significavit, hanc vitam in- ,colatum esse super terram, id est, peregrinationis habitationem. Sed ,credo, sanctis hoc convenire, quibus aliam patriam æternam Domi-
Rupertus. nus pollicetur'. Videri in hanc rem potest Rupertus lib. 9. in Genesim cap. 18. Huc etiam spectat quòd Psalmographus cùm dixisset, *In-* *Psal. 118.*
cola ego sum, subtexuerit, *In terra*. In quem locum Chrysostomus: *19.*
Chrysostomus. 'Certè (inquit) omnes sancti IN HVIVS VITÆ CVRRICVLO inquilini sunt'. Quod ergo Psalmographus ait, *In terra*, hoc Chrysostomus exposuit, *In huius vitæ curriculo*. Idem rursus inferiùs ad illum versum eiusdem Psalmi, *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrina-* *Psal. 118.*
tionis meæ: 'Omnes sancti (inquit) & qui vitam Deo gratam duxerunt, *54.*
hanc vitam peregrinationis instar habuerunt'. Et iterum in illum versum sequentis Psalmi, *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*: 'Est *Psal. 119. 5.*
,enim (inquit) PRÆSENS VITA incolatus. Et quid dico, Incolatus; ,cùm res sit vel incolatu inferior? Vnde & Christus ipsam vocavit ,*Viam*, dicens: *Angusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitam.* Hæc enim *Mat. 7. 14.*
,est doctrina optima, atque adeò prima, scire, nos esse inquilinos in ,VITA PRÆSENTI. Quocirca veteres quoque id confitebantur, & ideò ,habiti sunt vel in maxima admiratione. Hoc etiam Paulus significans ,scribendo dicebat, *Propter hanc causam non erubescit Deus eorum vocari.* *Heb. 11. 16.*

Digitized by Google

Heb. 11. 13 'Quamnam cauſam, dic mihi ? *quia confeſſi ſunt ſe eſſe hoſpites & peregrinos*'. Vbi notatu dignum eſt, Apoſtolum cùm de eis præmiſiſſet, *Confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt*, ne fortè etiam in limbo vel purgatorio peregrinari putarentur, ſubtexuiſſe, *ſuper terrã*: proculdubio indicans, peregrinationis tẽpus non ſubtus terram, nec alibi quàm *ſuper terrã* eſſe cõputandum. Hinc & Ambroſius Orat. 2. in morte fratris, ſive de Fide reſurrectionis : 'IN HAC TERRA (inquit) incolę ſumus & peregrini' Ambroſius. Qui rurſus Ser. 51. 'PEREGRINI (inquit) IN HOC MVNDO SVMVS, & tanquam hoſpites in hac luce verſamur'. Conſonat Hieronymus in caput 9. Zachariæ ad verſum 12. 'Ad computationem æternitatis (inquiens) omne quod patimur in hoc mundo vna dies appellanda eſt, non habitationis, ſed peregrinationis'. Hieronymus. Eòdem collimat Hilarius can. 27. in Matthęum : 'peregrinationis tempus (inquiens) pœnitentiæ ſpatium eſt'. Hilarius. Idipſum non tam probat quàm ſupponit Damaſcenus lib. 2. de Fide cap. 4. in fine : 'Illud (inquiens) ſcire non alienum fuerit, quod hominibus mors eſt, hoc Angelis lapſum extitiſſe. POſt lapſum enim præcluſa iam eſt illis omnis reſipiſcendi facultas, quemadmodum & hominibus poſtquam ex hac vita migrarunt'. Damaſcenus. Conſonat Hugo Victorinus Serm. 51. ita ſcribens : 'Omni tempore VITÆ NOSTRÆ, quod ſeptem diebus volvitur, & QVO A CÆLESTI HIERVSALEM PEREGRINAMVR, in pœnitentiæ luctu eſſe debemus'. Hugo Victor. Et clariùs adhuc ex Eccleſiæ praxi eandem veritatem aſtruit lib. de Canone myſtici libaminis cap. 1. dicens : 'Secundùm differentiam trium partium Eccleſiæ, ſunt tres Miſſarum differentiæ : vt alia dicatur de Sanctis; alia de Tempore, id eſt, pro vivis; alia pro Fidelibus defunctis. Sunt equidem tres partes Eccleſiæ : pars quædam eſt in exultatione, pars in peregrinatione, pars in expectatione. In exultatione ſunt Sancti, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti : In peregrinatione ſunt

Rom. 8. 20 vivi, qui ſubiacent tempori, id eſt, vanitati; vnde Apoſtolus, *Vanitati*, inquit, *ſubiecta eſt creatura non volens* : In expectatione ſunt fideles defuncti, qui expectant requiem. Secundùm harũ trium partiũ differentiam ſunt tres differentiæ Miſſarum, & Finium, & officiorum. Finem enim alium habet Miſſa pro Sanctis, id eſt, *Ite, miſſa eſt* : Alium Miſſa de Tempore, id eſt, *Benedicamus Domino* : Alium Miſſa pro Fidelibus defunctis, id eſt, *Requieſcant in pace*. In fine Miſſæ pro Sanctis invitamur ad illam gloriam, in qua iam Sancti requieſcunt : *Ite, miſſa eſt*: quaſi dicas, Hoſtia à Patre ad nos miſſa eſt, vel à nobis ad Patrem re-

Heb. 4. 11. miſſa eſt : ideò, *Ite*, id eſt, *Feſtinate*, ſicut dicit Apoſtolus, *ingredi in illã requiem*. Finis verò Miſſæ de Tempore hortatur nos, qui ſumus in tempore, vt benedicamus Domino in adverſitate & proſperitate, id

Pſal. 33. 2. eſt, in omni tempore. Unde David, *Benedicam*, inquit, *Dominum in omni tempore*. Et alibi, *Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem*. In *manè* proſperitas, quæ non ex meritis noſtris, ſed ex miſericordia ſola datur : in *nocte* adverſitas, quæ in veritate pro meritis redditur. In fine Miſſæ pro defunctis, eis optamus re-

Pſal. 91. 3. Vide eund. lib. 2. de Sacram. p. 9. cap. 14.

Digitized by Google

quiem; & in principio petimus', *Requiem æternam dona eis Domine'*. Fideles igitur defuncti, pro quibus ſacrificium Miſſæ in Eccleſia offertur, non ampliùs peregrinantes, nec adhuc exultantes, ſed inter peregrinantes exultanteſque medij ſunt. Peregrinationem quippe compleverunt quando per mortem ex hac vita migraverunt; necdum tamen ad patriam pervenerunt, quia necdum pro noxis in via contractis aut perpetratis plenariè ſatisfecerunt.

Ad Obiectionem. 6.

Ad Obiectionem in contrarium reſpondetur, Animas in ergaſtulo purgatorij vel in limbo olim Patriarcharum recluſas, non ambulare per fidem, quamvis habeant fidem: adeoque non peregrinari, quamvis adhuc geſtent peregrinorum lucernam. Ambulare quippe viatorum eſt, non eorum qui iam ſtatum viatorum exuerunt. Neque verò Apoſtolus ait, Quamdiu habemus fidem peregrinamur à Domino; ſed, *Dum ſumus*, inquit, *in corpore, peregrinamur à Domino*. Vbi ſatis indicat, peregrinationem non protendi vltra terminum vitæ corporalis. Ad probandum porrò quod dixerat, non ait, Fidem enim habemus; ſed, *Per fidem enim ambulamus*. Quod vtique viatoribus proprium eſt, quippe qui meritorijs paſſibus ad patriam conſcendunt, vel demeritorijs ab eadem ſeſe elongant; poſt mortem eatenus quieturi, quatenus à merendo demerendoque ceſſaturi. Vnde Eccleſiaſtes in hac adhuc vita conſtitutos exhortans, *Quodcunque*, inquit, *facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud Inferos, quò tu properas*. Apud Inferos pati quis poteſt, agere verò ſive meritoriè ſive demeritoriè non poteſt: & cum eodem meritorum cumulo vnumquemque comprehendet mundi noviſſimus dies, cum quo eum comprehenderit ſuus noviſſimus dies: [n] 'Longè ſit dies iudicij ,(inquit Auguſtinus) quando erit retributio iniuſtorum & iuſtorum: ,tuus certè dies vltimus longè abeſſe non poteſt: ad hunc te præpara. Qualis enim exieris de hac vita, talis redderis illi vitæ'. Plura huc ſpectantia ſuperiùs hìc § 4 congeſſimus, quibus nunc adiungimus illud Martyris Cypriani lib. de Mortalitate, paulò poſt medium: 'Qualem te invenit Dominus cùm vocat, talem pariter & iudicat'. Si nimirum hæredem Dei morientem te invenit, vt talem te iudicabit; ſi filium perditionis, perditioni te deputabit: primùm quidem iudicio particulari, poſtmodùm vniverſali. Poſt particulare iudicium plerunque reſtat aliquid temporalis pœnæ ſubeundum, poſt vniverſale nihil ſupererit ampliùs luendum: [o] 'Poſt reſurrectionem (inquit Auguſtinus) ,facto vniverſo completoque iudicio, ſuos fines habebunt civitates ,duæ: vna Chriſti, altera diaboli: vna bonorum, altera malorum: ,vtraque tamen Angelorum & hominum. Iſtis voluntas, illis facul,tas non poterit vlla eſſe peccandi, vel vlla conditio moriendi: Iſtis in ,æterna vita verè fœliciterque viventibus, illis infœliciter in æterna ,morte ſine moriendi poteſtate durantibus, quoniam vtrique ſine fine. ,Sed in beatitudine iſti, alius alio præſtabiliùs; in miſeria verò illi, alius alio tolerabiliùs, permanebunt'. Porrò quia carcer purgatorius & lim-

2. Cor. 5. 6

Eccle. 9. 10

[n] *Aug. Conc. 1. in Pſal. 36. v. 10*

Cyprianus. Vide Pſeudo-Auguſtinum Homil. 11. in Apocal. tomo 9.

[o] *Aug. Enchir. cap. 111.*

bus

bus Patriarcharum inter vtramque civitatem mediant, de vtriusque qualitatibus quadantenus participant. De qualitatibus quidem civitatis supernæ, quia animæ ibi existentes de sua sunt salute securæ. Vnde Augustinus loco proximè citato subiungit: 'In illa requie positus cer- *Augustinus.*
'tè SECVRVS expectas iudicij diem, quando recipias corpus, quando immuteris, vt Angelis æqueris'. Quæ quidem securitas tanti est momenti, vt beatitudinem inchoet etiam in tormentis. Si enim primus homo in terrestri paradiso dici potuit inchoatè beatus, cùm de futurâ felicitate perpetuò duratura esset incertus, quanto magis animæ defunctorum iam omnino securæ, licet in temporali cruciatu ? P 'Quan- P *Aug. lib. 11. de Civit. c. 12.*
'tum pertinet ad delectationem præsentis boni (ait alibi idem Augu- 'stinus) beatior erat primus homo in paradiso, quàm quilibet iustus in 'hac infirmitate mortali: quantum autem ad spem futuri boni, bea- 'tior quilibet IN QVIBVSLIBET CRVCIATIBVS CORPORIS, cui non 'opinione; sed certâ veritate manifestum est, sine fine se habiturum 'omni molestiâ carentem societatem Angelorum in participatione 'summi Dei, quàm erat ille homo sui casus incertus in magna illa fœlicitate paradisi'. Participant item eædem animæ de qualitatibus civitatis infernæ, quia patiuntur pœnam damni, atque insuper in purgatorio pœnam sensus. Mediat similiter earundem animarum status inter statum viatorum, & statum completè beatorum: Nam cum viatoribus fidem spem & charitatem habent communem, cum beatis autem securitatem nunquam excidendi, sed summo bono in perpetuum adhærendi. Sicut autem status animarum olim in limbo propior fuit statui beatorum quàm statui viatorum, ita status animarum in purgatorio propior est statui viatorum quàm beatorum. In limbo fuit salutis securitas sine cruciatu sensibili, in purgatorio est salutis securitas cum cruciatu sensibili. In limbo nec est meritoria satisfactio nec expiatoria satispassio; in purgatorio non est quidem meritoria satisfactio, est tamen expiatoria satispassio: in via est meritoria satisfactio & expiatoria satispassio. Omnibus tribus communis est absentia à patria; sed in limbo & purgatorio est securitas perveniendi in patriam, in via non item, de lege saltem ordinaria. In limbo & purgatorio animæ sunt impeccabiles, in via peccatis obnoxiæ saltem venialibus, sepositio speciali privilegio, & loquendo de puris hominibus. Quanquam igitur status animarum in limbo vel purgatorio participet de statu viatorum, & de statu beatorum, neutrum tamen plenè complectitur: atque ita animæ sub eo statu constitutæ, nec in peregrinatione sunt, nec in exultatione, sed in expectatione. Ac per hoc quamvis habeant fidem cum reliquis virtutibus theologicis, earumque actus eliciant & exerceant; non tamen per fidem ambulant, quia nullum meritorium gressum aut progressum faciunt: q 'In hac vita (ait Author librorum q *Prosp. l. 1. de Vita contempl. cap. 6.*
'de vita contemplativa) vbi per fidem benè vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus'. Quanquam verò passus isti non sint corporis gressus, sed cordis affectus; non tamen

eis

eis proficimus nisi cùm in corpore vivimus. Atque hinc fortasse est, quòd Petrus Apostolus ipsum corpus nostrum appellarit *Tabernaculum*, tanquam peregrinantium tentorium : *Iustum arbitror*, ait ille, *quamdiu* 2. Pet. 1.
sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione; certus quòd velox est depositio tabernaculi mei. Ubi per depositionem tabernaculi mortem intelligit corporalem. Vnde mox infrà subtexit, *Dabo autem operam &* Ibid. v. 1
frequenter habere vos post OBITVM MEVM, *vt horum memoriam faciatis.* Quia igitur tabernaculum ad peregrinantes sive militantes propriè spectat, per *depositionem tabernaculi* finitionem peregrinationis intelligi voluit Apostolus : [r] 'In tabernaculis (ait quidam) sunt omnes ,iusti IN CARNE VIVENTES ET LABORANTES : quia tabernacula labo-,rantium sunt & militantium. Tabernaculum habet tectum, sed ca-,ret fundamento, & portatile est : quia iusti in præsentibus non sunt fundati, sed *Inquirunt civitatem desursum, fundamenta habentem*. Et lib. Heb. 11.
4. eiusdem Operis cap. 57. 'Triplex (inquit) est status sanctarum ani-,marum : Primus in corpore corruptibili, secundus sine corpore, ter-,tius in corpore iam glorificato: Primus in militia, secundus in requie, ,tertius in beatitudine: Primus in tabernaculis, secundus in atrijs, ter-tius in domo Dei'. Consonat Hugoni Richardus Victorinus, vbi ait: [s] 'Habitant iusti in tabernaculis, non in domibus : quia *Non habent hîc* Heb. 13. 1
,*manentem civitatem, sed futuram inquirunt*, qui *quæ sursum, non quæ super* Coloss. 3.
,*terram sunt, sapiunt*. Tabernacula militantium munitiones esse cogno-,scimus : Nos ergo, *Quorum vita militia est super terram*, militantes, non Iob. 7. 1
otio torpentes esse debemus'. Eòdem spectat & illud Augustini: [t] 'Ta-,bernaculum, peregrinantium, & quodammodò militantium, & ad-,versùs hostes pugnantium est. Quando ergo tabernaculum est IN ,HAC VITA, manifestum est quia est & hostis : Nam inde dicuntur & ,*Contubernales*, quia simul habent tabernacula : & nostis hoc nomen ,esse militantium. Ergo hìc tabernaculum, ibi domus. Sed & hoc *taber-,naculum* interdum per abusionem vicinitatis dicitur *domus*, & *domus* aliquando secundùm eundem modum dicitur *tabernaculum*'. Tabernaculum corporis nostri, in quo peregrinamur & militamus, ab Apostolo Paulo Domus terrestris dicitur, vbi ait : *Scimus, quoniam si* TER- 2. Cor. 5. 1
RESTRIS DOMVS NOSTRA *huius habitationis solvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*. Vbi per *domum terrestrem* se intellexisse tabernaculum corporis nostri corruptibilis, manifestat mox infrà ibidem subdendo : *Qui sumus in hoc* TABER- Ibid. v. 4
NACVLO, *ingemiscimus gravati : eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri; vt absorbeatur quod mortale est, à vita*. Cùm igitur *tabernaculum*, quod peregrinantibus proprium est, ab vtroque Apostolo pro corruptibili hominis corpore vsurpetur, tacitè nobis innuunt, corporis depositione finiri peregrinationem. Dubitari autem potest, an status peregrinationis ita commensuretur statui mortalitatis nostræ, vt quemadmodum vltra mortem non prorogatur, sic nec vsque ad mortem finiatur.

Dubium.

Ratio

[r] Hugo Victor. lib. 2. Erud. Theol. ex 2. Miscell. c. 115. Vide Aug. in Psal. 14. v. 1. & Concione 3. in Psal 30. v. 21. & in Psal. 42. v. 3. & in Psal. 131. v. 5. & Bern. Serm. 3. de Festo omnium Sanctorum.

[s] Rich. Victor. Annot in Psal. 117. vers. 15.

[t] Aug. Enarrat. 2. in Psal. 26. v. 5. Vide Isidor. l. 15. Originum cap. 10.

Digitized by Google

Ratio dubitandi pro vna parte ſumitur ex Apoſtolo, qui ait ad Co-
2. Cor. 5.6 rinthios, *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino*: Atqui vſque ad mortem corporis ſumus in corpore: Ergo vſque ad mortem corporis peregrinamur à Domino. Pro contraria tamen parte faciunt exempla quorundam, qui ſine interventu corporalis mortis pervenerunt ad terminum ſeu metam peregrinationis ſuæ: vt Moyſes & Paulus, qui iuxta probabilẽ Auguſtini ac D. Thomæ ſententiã viderunt in hac vi-
Num. 16. 33. ta Deum. Similiter qui in contradictione Core perierunt, *Vivi in Infernum deſcenderunt*. Item de Beſtia & Pſeudopropheta legitur in Apoca-
Apoc. 19. 20. lypſi, *Vivi miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris*. Sed nec minor eſt difficultas de Henoch & Helia: [u] 'Quos non dubitamus (inquit Auguſtinus) in quibus nati ſunt corporibus vivere'. Et lib. 1. de Peccatorum Meritis cap. 3. 'Neque enim (inquit) Henoch & Helias ,per tam longam ætatem ſenectute marcuerunt: nec tamen credo eos ,iam in illam ſpiritalem qualitatem corporis commutatos, qualis in reſurrectione promittitur, quæ in Domino prima præceſſit'. Aut igitur fatendum erit, Henoch & Heliam adhuc peregrinari, & vſque ad extrema mundi tempora peregrinaturos: aut certè peregrinationis ſtatum ſtatui vitæ huius non commenſurari, ſed ante corporis mortem interdum finiri. Reſpondetur, de lege ſaltem ordinaria peregrinationem noſtram huic vitæ mortali commenſurari: prout ex hactenus deductis elucet. An verò lex iſta extraordinariam exceptionem aut exceptiones patiatur, non omninò liquet. Nam inprimis quod de Moyſe & Paulo allegatur, non ab omnibus admittitur. Eo autem admiſſo, conſequenter dicendum erit, eos pro modico illo tempore non fuiſſe peregrinos cùm non fuerint viatores, ſed comprehenſores; nec per fidem ambulaverint, ſed per ſpeciem quieverint. Vnde Angelicus Doctor 2. 2. q. 175. ar. 3. ad 3.[m] ex profeſſo tractans de Paulo pro tempore ſui raptus, negat in eo fuiſſe tunc actum fidei. Ex quo conſequens eſt, eum non ambulaſſe per fidem. Peregrinari autem meritoriè ſine actu fidei ſolus ille potuit, cui ratione hypoſtaticæ vnionis ab initio conceptionis debebatur viſio intuitiva. De Core cum Dathan ac cæteris complicibus diſputatur an vſque ad Infernum damnatorum vivi pervenerint, an verò in ipſo deſcenſu interierint. Si hoc poſtremum aſſeratur, ceſſat difficultas: Si autem illud primum, conſequenter dicendum erit, peregrinationis ſtatum in eis fuiſſe finitum ante mortem corporalem, non tamen duraſſe vltra ſtatum mortalitatis. Ex quo enim ad ſtatum miſeræ immortalitatis tranſierunt, viatores eſſe deſierunt, adeòque peregrinationis ſtatum amiſerunt. Quæ reſponſio pariformiter adhibenda eſt ad alterum exemplum ex Apocalypſi conquiſitum, de Beſtia nimirum & Pſeudo-propheta. Qua de re videri poteſt Franciſcus Ribera in caput 19. Apocalypſis n. 33. & ſequentibus. De Henoch & Helia nõ minor eſt altercatio an adhuc in ſtatu peregrinandi ac per fidem ad ſpeciem ambulandi exiſtant, an verò à raptu in

[u] *Aug. l. de Peccat. Orig. cap. 23*

Deciſio.

D. Thomas.

Ribera.

Digitized by Google

tu in paradiſum vſque ad reditum adversùs Antichriſtum, peregrinatio eorum interrupta ſit. Hoc poſtremum ſuſtinetur à Suario Tomo 2. in 3. p. Diſp. 55. Sect. 1. quem ex profeſſo impugnat Blaſius Viegas in caput 11. Apocalypſeos Sect. 4. n. 4. cui viciſſim reſpondet idem Suarius lib. 12. de Gratia cap. 15. n. 8. & ſequentibus. In ſententia Viegas ceſſat noſtra difficultas: In altera ſententia admitti poteſt exceptio à lege ordinaria per diſpoſitionem extraordinariam.

Suarez.

Viegas.

Vide Pereiram l. 7. in Geneſim.

LIBRI TERTII

FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM
S. SCRIPTVRÆ DVOBVS PRIMIS LIBRIS CITATORVM.

GENESIS.

Cap. 1.
Verſ. 1 IN principio creauit Deus cælum & terram. lib. 1. cap. 14. §. 4. l. 2. c. 11. §. 6.
3 Dixit Deus: fiat lux: & facta eſt lux. l. 1. c. 17. §. 1. l. 2. c. 9. §. 3. 4. 5. c. 11. §. 5.
4 Diuiſit lucem à tenebris. l. 2. c. 11. §. 7.
6 Dixit quoque Deus: fiat firmamentum. l. 1. c. 17. §. 1. l. 2. c. 11. §. 5.
11 Germinet terra herbam virentem. l. 1. c. 17. §. 1.
18 Et vidit Deus quod eſſet bonum. l. 2. c. 14. §. 7.
26 Faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. l. 2. c. 9. §. 3.
27 Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam. l. 1. c. 19. §. 4.
28 Creſcite & multiplicamini & replete terram. l. 2. c. 9. §. 3.
31 Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Prol. §. 9.
Cap. 2. Fiat: & factum eſt. l. 2. c. 8. §. 4.
Verſ. 15 Tulit Dominus Deus hominem, & & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. l. 2. c. 9. §. 6. c. 11. §. 6.
16 Præcepitque ei dicens: ex omni ligno Paradiſi comede. l. 2. c. 11. §. 6.
17 De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. l. 1. c. 17. §. 6. l. 2. c. 11. §. 6.
18 Non eſt bonum eſſe hominem & ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. l. 2 c. 9. §. 3.
24 Relinquet homo patrem ſuum & matrem & adhærebit vxori ſuæ. l. 2. c. 2. §. 6.
C. 3. Verſ. 1 Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi. l. 1. c. 8. §. 1.
4 Nequaquam morte moriemini. l. 1. c. 8. §. 1.
5 Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum. l. 1. c. 7. §. 5. c. 8. §. 2. 6. c. 14. §. 1. c. 17. §. 3. c. 10. §. 1.
6 Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile. l. 1. c. 8. §. 1.
8 Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi. l. 1. c. 14. §. 1.
9 Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? l. 1. c. 8. §. 3.
12 Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi. l. 1. c. 14. §. 1. c. 19. §. 3. c. 20. §. 6.

13 *Serpens decepit me & comedi. l. 1. c. 14. §. 1.*
16 *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. l. 2. c. 9. §. 3.*
18 *Spinas & tribulos germinabit tibi. l. 1. c. 18. §. 7.*
19 *In sudore vultus tui vescêris pane. l. 1. c. 17. §. 7.*
Pulvis es & in pulverem reverteris. l. 1. c. 12. §. 2. 3. c. 19. §. 3.
C. 4. vers. 1 *Adam verò cognovit uxorem suam Hevam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. l. 1. c. 8. §. 4.*
7 *Sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius. l. 1. c. 8. §. 4. 5.*
8 *Egrediamur foras. l. 1. c. 15. §. 7.*
14 *Ero vagus & profugus in terra. l. 1. c. 20. §. 5.*
25 *Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: & peperit filium, vocavitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. l. 1. c. 8. §. 5.*
C. 5 2 *Vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. l. 1. c. 8. §. 3.*
C. 5 2 *Videntes filij Dei filias hominum. l. 1. c. 8. §. 5.*
3 *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. l. 1. c. 8. §. 5. l. 2. c. 8. §. 5.*
6 *Pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. l. 2. c. 8. §. 5.*
C. 8 9 *Cum non invenisset ubi requiesceret pes eius. l. 1. c. 15. §. 2.*
21 *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. l. 1. c. 13. §. 4.*
10 9 *Robustus venator coram Domino. l. 1. c. 8. §. 6.*
10 *Principium regni eius Babylon.* ibidem.
25 *Nati sunt Heber filij duo: nomen uni Phaleg, eò quod in diebus eius divisa sit terra. l. 1. c. 9. §. 1.*
11 4 *Venite, faciamus nobis civitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras. l. 1. c. 8. §. 6.*
5 *Quam ædificabant filij Adam.* ibidem.
14 18 *Melchisedech rex Salem. l. 2. c. 5. §. 1. 2. Erat sacerdos Dei altissimi. l. 2. c. 5. §. 2.*
19 *Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum & terram. l. 2. c. 5. §. 2.*
15 5 *Suspice cælum & numera stellas si potes, sic erit semen tuum. l. 2. c. 2. §. 3.*
17 1 *Ambula coram me & esto perfectus. l. 1. c. 15. §. 2.*
5 *Patrem multarum gentium constitui te. l. 2. c. 4. §. 6. c. 8. §. 3. c. 15. §. 3. c. 19. §. 5.*
18 27 *Loquar ad Dominum meum cùm sim pulvis & cinis. l. 1. c. 9. §. 1. c. 12. §. 3. c. 15. §. 7. c. 18. §. 2. c. 19. §. 3. 5.*
19 17 *Salva animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte salvum te fac. l. 1. c. 15. §. 3.*
22 18 *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. l. 1. c. 13. §. 5. l. 2. c. 12. §. 2. c. 17. §. 6.*
25 21 *Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eò quòd esset sterilis: qui exaudivit eum & dedit conceptum Rebeccæ. Prol. §. 9.*
23 *Major serviet minori. l. 2. c. 17. §. 4.*
26 22 *Dilatavit nos Dominus, & fecit crescere super terram. l. 1. c. 9. §. 1.*
28 17 *Quam terribilis est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei. l. 2. c. 5. §. 6.*
19 *Appellavit nomen urbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur.* ibidem.
33 17 *Iacob venit in Socoth: ubi ædificata domo & fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius Socoth, idest, tabernacula. l. 2. c. 5. §. 1.*

Digitized by Google

18 *Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan.* ibidem.

34 2 *Sichem filius Hemor Heuæi. l. 1. c. 20. §. 3.*

47 8 *Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? l. 1. c. 9. §. 1. l. 2. c. 1. §. 1.*

9 *Reſpondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali; & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* ibidem.

49 10 *Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt. l. 1. c. 15. §. 5.*

14 *Iſſachar aſinus fortis. l. 1. c. 20. §. 3.*

19 *Vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum.* ibidem.

EXODVS.

Cap. 3.

Verſ. 6 *Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. l. 1. c. 9. §. 1. l. 2. c. 4. §. 6. c. 17. §. 4.*

13 *Dicam eis: Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi: quod eſt nomen eius? quid dicam eis? l. 2. c. 3. §. 1.*

14 *Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt miſit me ad vos.* ibidem.

4 10 *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſunt. l. 1. c. 15. §. 7. c. 18. §. 2. 3.*

8 19 *Digitus Dei eſt hic. l. 1. c. 15. §. 4.*

12 29 *Percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti. l. 1. c. 17. §. 2.*

37 *Sexcenta ferè millia peditum virorum. l. 2. c. 7. §. 5.*

38 *Vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis.* ibidem.

15 11 *Quis ſimilis tui in fortibus Domine. l. 1. c. 6. §. 4.*

20 11 *Requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbati. l. 2. c. 8. §. 4.*

12 *Honora patrem tuum. l. 1. c. 14. §. 4.*

14 *Non mœchaberis.* ibidem.

17 *Non concupiſces. l. 1 c. 5. §. 6. c. 9. §. 2. 3.*

33 19 *Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. l. 1. c. 15. §. 4.*

34 7 *Reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus. l. 1. c. 5. §. 4.*

Beſeleel. Prol. §. 20.

LEVITICVS.

19 2 *Sancti eſtote quia ego ſanctus ſum. l. 1. c. 17. §. 6.*

23 7 *Omne opus ſeruile non facietis in eo. l. 2. c. 17. §. 3.*

NVMERI.

12 3 *Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines. l. 1. c. 18. §. 2.*

DEVTERONOMIVM.

4 9 *Attende tibi ipsi. l.* 1. *Præf. c.* 1. §. 6. *c.* 7. §. 1. *c.* 15. §. 4. *c.* 18. §. 4. *c.* 19. §. 1.
15 9 *Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio. l.* 1. *c.* 15. §. 4.
27 26 *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. l.* 1. *c.* 9. §. 5.
28 66 *Erit vita tua quasi pendens ante te. l.* 1. *c.* 6. §. 5.
30 14 *Iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in corde tuo. l.* 1. *c.* 18. §. 5.
32 8 *Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. l.* 2. *c.* 7. §. 4.
27 *Manus nostra excelsa est non Dominus fecit hæc omnia. l.* 1. *c.* 15. §. 5.

IOSVE'.

1 2 *Surge & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum in terram quam ego dabo filys Israël. l.* 1. *c.* 15. §. 5.
5 *Nullus poterit vobis resistere, cunctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam nec derelinquam te.* ibid.
10 1 *Adonisedec. l.* 2. *c.* 5. §. 2.

IVDICES.

1 7 *Sicut feci ita reddidit mihi Deus. l.* 1. *c.* 16. §. 2.
15 4 *Vulpes. l.* 2. *c.* 19. §. 4.

REGVM SECVNDVS.

1 7 *Habitauit Dauid in arce & vocauit eam, Ciuitatem Dauid. l.* 2. *c.* 5. §. 2.
15 4 *In valle Salinarum. l.* 1. *c.* 5. §. 2.

REGVM TERTIVS.

1 35 *Ipse regnabit pro me. l.* 2. *c.* 6. §. 2.
38 *Imposuerunt Salomonem super mulam Regis.* ibidem.
39 *Sumpsit Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem.* ibidem.
2 12 *Salomon sedit super thronum Dauid patris sui.* ibidem.
19 4 *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum quam patres mei. l.* 1. *c.* 11. §. 2.
18 *Derelinquam mihi. l.* 2. *c.* 17. §. 2.
21 23 *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. l.* 1. *c.* 17. §. 4.

REGVM QVARTVS.

4 29 *Tolle baculum meum in manu tua. l.* 1. *c.* 9. §. 6.
6 16 *Plures nobiscum sunt quàm cum illis. l.* 2. *c.* 7. §. 7.
21 13 *Delebo Hierusalem sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius.*

PARALIPPOMENON PRIMVS.

17 16 *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? l.* 1. *c.* 18. §. 2.
22 8 *Non poteris ædificare domum nomini meo. l.* 2. *c.* 5. §. 2.
29 14 *Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. l.* 1. *c.* 8. §. 4.

Digitized by Google

ESDRÆ PRIMVS.

8 29 *Donec appendatis in theſaurum. l. 2. c. 6. §. 5.*

TOBIAS.

3 6 *Expedit mihi mori magis quàm viuere. l. 1. c. 20. §. 5.*
5 12 *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo & lumen cæli non video. l. 1. c. 16. §. 2.*
17 *Genus quæris mercenarij, an ipſum mercenarium? l. 1. c. 1. §. 3.*
13 21 *Portæ Ieruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo, ædificabuntur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius. l. 2. c. 3. §. 4.*
22 *Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius ſternentur; vt per vicos eius alleluia cantabitur.* ibidem.

IOB.

2 11 *Themanites, Subites, Naamathites. l. 1. c. 5. §. 2.*
5 24 *Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. l. 1. c. 14. §. 3. c. 19. §. 7. 8.*
6 13 *Ecce, non eſt auxilium mihi in me. l. 1. c. 13. §. 4. c. 14. §. 2.*
7 1 *Militia eſt vita hominis ſuper terram. l. 1. c. 12. §. 4. c. 16. §. 2. l. 2. c. 1. §. 1. c. 19. §. 5.*
15 *Elegit ſuſpendium anima mea & mortem oſſa mea. l. 1. c. 14. §. 2.*
16 *Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam. l. 1. c. 14. §. 2. c. 20. §. 2.*
9 4 *Quis reſtitit ei, & pacem habuit? l. 1. c. 16. §. 2.*
12 10 *In cuius manu anima omnis viuentis & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis. l. 2. c. 18. §. 2. c. 20. §. 3.*
13 15 *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. l. 1. c. 14. §. 2. c. 20. §. 2.*
14 5 *Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt. l. 2. c. 18. §. 2. c. 20. §. 3.*
19 4 *Etſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. l. 1. c. 19. §. 4.*
28 3 *Lapidem caliginis & vmbram mortis. Prol. §. 5. l. 2. c. 1. §. 3.*
4 *Diuidit torrens à populo peregrinante.* ibidem.
19 *Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia. l. 1. c. 6. §. 5.*
25 *Et aquas appendit in menſura. l. 1. c. 11. §. 2.*
30 19 *Comparatus ſum luto & aſſimilatus ſum ſanillæ & cineri. l. 1. c. 20. §. 2.*
31 33 *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. l. 1. c. 14. §. 1.*
33 22 *Appropinquauit corruptioni anima eius. l. 1. c. 20. §. 6.*
24 *Non deſcendat in corruptionem.* ibidem.
34 23 *Neque enim vltra in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad Deum in iudicium. l. 1. c. 17. §. 4.*
24 *Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. l. 2. 7. §. 5.*
35 11 *Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos. l. 1. c. 4. §. 7. c. 19. §. 4.*
14 *Indicare coram illo, & expecta eum. l. 1. c. 17. §. 4.*
38 33 *Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? l. 1. c. 12. §. 5.*
39 28 *In præruptis ſilicibus. l. 2. c. 7. §. 5.*
40 10 *Ecce Behemoth quem feci tecum. l. 2. c. 11. §. 5.*

Digitized by Google

14 *Ipse est principium viarum Dei. l. 2. c. 9. §. 4.*
41 25 *Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. l. 1. c. 5. §. 3.*
42 6 *Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. l. 1. c. 12. §. 3.*

PSALTERIVM.

2 10 *Reges intelligite: eruditmini qui indicatis terram. l. 1. c. 15. §. 5.*
11 *Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. l. 1. c. 14. §. 6. c. 15. §. 5. c. 19. §. 3. l. 2. c. 19. §. 5.*
12 *Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus & pereatis de via iusta. l. 1. c. 15. §. 5.*
13 *Cum exarserit in breui ira eius.* ibidem. *Beati omnes qui confidunt in eo. l. 2. c. 19. §. 5.*
3 4 *Gloria mea & exaltans caput meum. l. 1. c. 20. §. 2. l. 2. c. 8. §. 3.*
4 3 *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? l. 1. c. 20. §. 6.*
6 2 *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. l. 1. c. 7. §. 5.*
3 *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. l. 2. c. 10. §. 3.*
4 *Sed tu Domine vsquequo? l. 1. c. 11. §. 6.*
9 11 *Non dereliquisti quærentes te Domine. l. 2. c. 4. §. 3.*
12 *Psallite Domino qui habitat in Sion.* ibidem.
21 *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt. l. 1. c. 13. §. 5.*
10 5 *Dominus in templo sancto suo Dominus in cælo sedes eius. l. 2. c. 3. §. 2.*
11 5 *Labia nostra à nobis sunt. l. 1. c. 6. §. 4.*
7 *Argentum igne examinatum. l. 2. c. 6. §. 5.*
15 4 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. l. 1. c. 9. §. 2. 4.*
7 *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. l. 1. c. 19. §. 4.*
16 4 *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. l. 1. c. 10. §. 2.*
15 *Satiabor cum apparuerit gloria tua. l. 2. c. 3. §. 3.*
17 2 *Diligam te Domine fortitudo mea. l. 2. c. 3. §. 2. c. 10. §. 3.*
18 3 *Nox nocti indicat scientiam. l. 1. c. 16. §. 1.*
6 *In Sole posuit tabernaculum suum. l. 2. c. 2. §. 6.*
6 *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* ibidem.
11 *Dulciora super mel & fauum. l. 1. c. 10. §. 2.*
19 8 *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. l. 1. c. 9. §. 1.*
20 4 *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. l. 1. c. 13. §. 5.*
21 7 *Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. l. 1. c. 13. §. 2. c. 18. §. 7.*
22 4 *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala. l. 1. c. 16. §. 1.*
24 10 *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. l. 2. c. 10. §. 2. c. 17. §. 6.*
15 *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. l. 2. c. 10. §. 3.*
25 3 *Complacui in veritate tua. l. 1. c. 20. §. 4.*
4 *Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.* ibidem.
5 *Odiui Ecclesiam malignantium.* ibidem.
26 4 *Vnam petij à Domino hanc requiram vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. l. 2. c. 4. §. 5. c. 6. §. 5.*

Digitized by Google

9 *Adiutor meus esto: ne derelinquas me. l. 1. c. 10. §. 2.*
12 *Mentita est iniquitas sibi. l. 1. c. 20. §. 4.*
13 *Credo videre bona Domini in terra viuentium. l. 2. c. 1. §. 2.*
39 6 *Vita in voluntate eius. l. 2. c. 20. §. 3.*
Ad vesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia. l. 1. c. 15. §. 7.
7 *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum. l. 1. c. 10. §. 2. 4. c. 14. §. 6.*
8 *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem: Auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus. l. 1. c. 10. §. 2. 3. 4.*
30 10 *Conturbatus est in ira oculus meus. l. 2. c. 10. §. 3.*
31 2 *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. l. 2. c. 18. §. 5.*
4 *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. l. 1. c. 19. §. 4.*
5 *Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. l. 1. c. 9. §. 5.*
9 *Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. l. 1. c. 4. §. 7.*
32 5 *Misericordiâ Domini plena est terra. l. 2. c. 9. §. 4.*
6 *Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. l. 2. c. 9. §. 4. c. 11. §. 5.*
35 7 *Iudicia tua abyssus multa. l. 1. c. 7. §. 5.*
9 *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. l. 2. c. 3. §. 2. 3.*
36 5 *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet. l. 1. c. 11. §. 3.*
6 *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* ibidem.
23 *Apud Dominum gressus hominis dirigentur & viam eius volet. l. 2. c. 15. §. 2.*
27 *Declina à malo & fac bonum. l. 1. c. 9. §. 3.*
39 *Salus iustorum à Domino. l. 2. c. 3. §. 3.*
7 *Tota die contristatus ingrediebar. l. 1. c. 10. §. 2. c. 11. §. 3.*
8 *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.* ibidem.
9 *Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. l. 1. c. 10. §. 2.*
10 *Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.* ibid.
11 *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. l. 1. c. 9. §. 4. l. 2. c. 6. §. 4.*
38 5 *Et sciam quid desit mihi. l. 1. c. 1. §. 2. c. 19. §. 4.*
6 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. l. 1. c. 20. §. 4. 5.*
7 *Veruntamen in imagine pertransit homo: sedet frustra conturbatur. l. 1. c. 7. §. 4. c. 20. §. 4.*
13 *Aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. l. 2. c. 1. §. 2. 3. 4. c. §. 2.*
39 6 *Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. l. 2. c. 7. §. 5. 6.*
16 *Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi: Euge, euge. l. 1. c. 16. §. 3.*
40 4 *Sana animam meam quia peccaui tibi. l. 1. c. 19. §. 4.*
41 3 *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Prol. §. 5.*
4 *Fuerint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? l. 2. c. 4. §. 5.*
7 *Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui. l. 1. c. 15. §. 7. c. 17. §. 2.*
42 3 *Emitte lucem tuam & veritatem tuam. l. 1. c. 20. §. 4.*
43 16 *Confusio faciei meæ cooperuit me. l. 1. c. 19. §. 4.*

23 *Exurge, quare obdormis Domine? l. 1. c. 17. §. 2.*

44 2 *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. l. 2. c. 16. §. 1.*

45 3 *Turbabitur terra: & tranferentur montes in cor maris. l. 1. c. 14. §. 2.*

5 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. l. 2. c. 3. §. 1.*

6 *Deus in medio eius non commouebitur.* ibidem.

11 *Vacate & videte quoniam ego sum Deus. l. 1. c. 17. §. 1. 3. l. 2. c. 3. §. 2.*

47 2 *Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. l. 2. c. 3. §. 1.*

9 *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.* ibidem.

48 7 *Qui confidunt in virtute sua. l. 2. c. 15. §. 5.*

13 *Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. l. 1. c. 4. §. 7. c. 7. §. 3. 4. c. 8. §. 5. c. 18. §. 6. c. 20. §. 4 §.*

19 *Confitebitur tibi cum benefeceris ei. l. 2. c. 14. §. 1.*

49 2 *Ex Sion species decoris eius. l. 2. c. 4. §. 1.*

14 *Immola Deo sacrificium laudis. l. 1. c. 4. §. 1.*

21 *Arguam te & statuam contra faciem tuam. l. 1. c. 14. §. 6.*

50 7 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. l. 1. c. 6. §. 5.*

8 *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. l. 1. c. 19. §. 4.*

12 *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. l. 1. c. 16. §. 2. c. 19. §. 5. l. 2. c. 1. §. 5.*

54 13 *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. l. 1. c. 16. §. 3.*

16 *Descendant in infernum viuentes. Prol. §. 7.*

58 10 *Fortitudinem meam ad te custodiam. l. 1. c. 10. §. 2. c. 16. §. 7. l. 2. c. 9. §. 6.*

60 5 *Protegar in velamento alarum tuarum. l. 2. c. 3. §. 2.*

61 12 *Semel locutus est Deus. l. 2. c. 19. §. 4.*

63 8 *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. l. 2. c. 20. §. 7.*

9 *Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.* ibidem.

64 2 *Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. l. 2. c. 4. §. 1.*

5 *Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. l. 2. c. 12. §. 3.*

9 *Exitus matutini & vespere delectabis. l. 1. c. 15. §. 7.*

65 5 *Terribilis in consilijs super filios hominum. l. 1. c. 19. §. 3. l. 2. c. 17. §. 6.*

67 7 *Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. l. 2. c. 17. §. 5.*

28 *Beniamin adolescentulus in mentis excessu. l. 1. c. 15. §. 3.*

68 6 *Deus tu scis insipientiam meam. l. 1. c. 19. §. 4.*

29 *Deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur. l. 2. c. 1. §. 6.*

69 4 *Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi: Euge, euge. l. 1. c. 16. §. 3.*

72 7 *Transierunt in affectum cordis. l. 1. c. 13. §. 4.*

17 *Donec intrem in sanctuarium Dei & intelligam in nouissimis eorum. l. 1. c. 20. §. 4.*

18 *Dejecisti eos dum allenarentur. l. 1. c. 20. §. 6.*

20 *Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Prol. §. 10. l. 1. c. 4. §. 5. l. 2. c. 1. §. 6.*

23 *Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. l. 1. c. 18. §. 3. l. 2. c. 2. §. 5.*

25 *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? l. 1. c. 19. §. 4.*

Digitized by Google

27 *Quia ecce, qui elongant ſe à te peribunt : perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. l. 1. c. 20. §. 4.*

28 *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. l. 2. c. 6. §. 6. c. 9. §. 6.*

75 2 *Notus in Iudæa Deus. l. 1. c. 5. §. 4. c. 16. §. 1.*

3 *Factus eſt in pace locus eius & habitatio eius in Sion. l. 1. c. 19. §. 4. l. 2. c. 4. §. 1. 3. c. 5. §. 3*

76 4 *Memor fui Dei & delectatus ſum. l. 1. c. 15. §. 7. c. 17. §. 2.*
Defecit ſpiritus meus. l. 1. c. 17. §. 2.

5 *Anticipauerunt vigilias oculi mei : turbatus ſum & non ſum locutus.* ibidem.

7 *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. l. 1. c. 15. §. 6. c. 19. §. 5.*

11 *Hæc mutatio dexteræ Excelſi. l. 2. c. 6. §. 3. c. 16. §. 3.*

77 68 *Montem Sion quem dilexit. l. 2. c. 6. §. 5.*

69 *Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum.* ibidem.

79 18 *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. l. 2. c. 8. §. 3. c. 20. §. 2.*

19 *Et non diſcedimus à te.* ibidem.

80 10 *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. l. 1. c. 5. §. 4.*

13 *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. l. 1. c. 12. §. 5*

81 5 *In tenebris ambulant. l. 1. c. 5. §. 5.*

82 17 *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. l. 1. c. 10. §. 4.*

83 5 *Beati qui habitant in domo tua Domine : in ſæcula ſæculorum laudabunt te. l. 2. c. 3. §. 1.*

6 *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te : aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. Prol. §. 5.*

8 *Benedictionem dabit legiſlator. l. 1. c. 13. §. 5. Ibunt de virtute in virtutem : Videbitur Deus Deorum in Sion. Prol. §. 11. l. 2. c. 1. §. 5.*

11 *Quia melior eſt dies vna in atrijs ſuis ſuper millia. l. 2. c. 3. §. 4.*

84 5 *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis. l. 1. c. 20. §. 2.*

9 *Loquetur pacem in plebem ſuam ; & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. l. 1. c. 4. §. 6.*

11 *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. l. 2. c. 5. §. 2.*

12 *Veritas de terra orta eſt & iuſtitia de cælo proſpexit. l. 1. c. 17. §. 5.*

13 *Terra noſtra dabit fructum ſuum. l. 1. c. 10. §. 1.*

86 1 *Fundamenta eius in montibus ſanctis. Prol. §. 10. 16. l. 2. c. 3. §. 1. c. 5. §. 2. c. 6. §. 1.*

2 *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. l. 2. c. 3. §. 1. c. 6. §. 1. 4. 5.*

3 *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. l. 2. c. 3. §. 1. c. 6. §. 2.*

87 4 *Repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. l. 1. c. 13. §. 1.*

88 48 *Memorare quæ mea ſubſtantia. l. 1. c. 20. §. 7.*

89 9 *In ira tua defecimus. l. 1. c. 17. §. 3.*

90 11 *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Prol. §. 9.*

98 4 *Honor regis iudicium diligit. l. 1. c. 17. §. 4 l. 2. c. 7. §. 3.*

99 4 *Oues paſcuæ eius. l. 2. c. 18. §. 4.*

100 4 *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. l. 1. c. 20. §. 2. l. 2. c. 18. §. 4. 5.*

8 *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ : vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. l. 1. c. 19. §. 3.*

101 5 *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum : quia oblitus ſum comedere panem meum. l. 1. c. 7. §. 3.*

28 *Tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. l. 2. c. 6. §. 5. 6.*
102 4 *Qui coronat te in misericordia & miserationibus. l. 2. c. 18. §. 5. c. 20. §. 1.*
7 *Notas fecit vias suas Moysi. l. 1. c. 9. §. 2.*
10 *Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. l. 1. c. 20. §. 2.*
13 *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. l. 1. c. 19. §. 3.*
14 *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pulvis sumus.* ibidem.
17 *Misericordia autem Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. l. 2. c. 8. §. 4.*
103 12 *De medio petrarum dabunt voces. Prol. §. 14.*
29 *Auferes spiritum eorum & deficient & in pulverem suum revertentur. l. 1. c. 12. §. 3. 5.*
106 4 *Ciuitas habitaculi. Prol. §. 10. l. 1. c. 4. §. 5.*
20 *Misit verbum suum & sanauit eos. l. 1. c. 9. §. 5.*
40 *Effusa est contẽptio super principes, & errare fecit eos in invio & non in via. l. 2. c. 2. §. 4.*
107 10 *In Idumæam extendam calceamentũ meum, mihi alienigenæ amici facti sunt. l. 2. c. 1. §. 2.*
110 2 *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. l. 2. c. 10. §. 1.*
113 1 *In exitu Israël de Aegypto. l. 2. c. 11. §. 4.*
3 *Iordanis conuersus est retrorsum.* ibidem.
1 *Non nobis Domine non nobis; sed nomini tuo da gloriam. l. 1. c. 16. §. 5.*
3 *Omnia quæcunque voluit fecit. l. 2. c. 18. §. 4.*
5 *Oculos habent & non videbunt. l. 1. c. 5. §. 5.*
8 *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. l. 1. c. 4. §. 5.*
16 *Cælum cæli Domino. l. 2. c. 4. §. 5.*
17 *Non mortui laudabunt te Domine. l. 2. c. 1. §. 2.*
18 *Sed nos qui viuimus benedicimus Domino.* ibidem.
114 3 *Circumdederunt me dolores mortis. l. 2. c. 6. §. 5.*
115 11 *Omnis homo mendax. l. 1. c. 10. §. 2. c. 20. §. 4.*
12 *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? l. 2. c. 8. §. 4. c. 10. §. 3.*
117 8 *Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine. l. 2. c. 19. §. 5.*
15 *In tabernaculis iustorum. l. 2. c. 2. §. 6.*
24 *Dies quam fecit Dominus. l. 1. c. 17. §. 5.*
118 19 *Incola ego sum in terra. l. 2. c. 1. §. 2. 3.*
20 *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. l. 1. c. 13. §. 5.*
32 *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. l. 1. c. 10. §. 2.*
36 *Inclina cor meum in testimonia tua. l. 2. c. 16. §. 6.*
37 *Auerte oculos meos ne videant vanitatem. l. 1. c. 20. §. 4 5.*
40 *Concupiui mandata tua. l. 1. c. 13. §. 5.*
62 *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. l. 1. c. 17. §. 2.*
75 *In veritate tua humiliasti me. l. 1. c. 19. §. 4.*
85 *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. Prol. §. 14.*
103 *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! l. 1. c. 13. §. 5.*
127 *Super aurum & topazion. l. 1. c. 10. §. 2.*
133 *Gressus meos dirige. l. 1. c. 18. §. 5.*
119 2 *Domine libera animã meam à labijs iniquis & à lingua dolosa. l. 1. c. 16. §. 3. l. 2. c. 15. §. 1.*
5 *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar. Prol. §. 5. l. 2. c. 1. §. 3.*

Digitized by Google

6 *Multum incola fuit anima mea.* ibidem.
110 4 *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israël. l. 1. c. 17. §. 2.*
121 1 *In domum Domini ibimus. l. 2. c. 4 §. 1.*
3 *Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas : cuius participatio eius in idipsum. l. 2. c. 3. §. 1. c. 6. §. 5. 6.*
122 1 *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis. l. 2. c. 4. §. 5.*
125 1 *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Prol. §. 8.*
126 2 *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. l. 1. c. 18. §. 6.*
130 1 *Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei.* ibidem.
131 8 *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. l. 1. c. 15. §. 3.*
13 *Quoniam elegit Dominus Sion : elegit eam in habitationem sibi. l. 2. c. 4. §. 1.*
14 *Hæc requies mea in sæculum sæculi : hîc habitabo quoniam elegi eam.* ibidem.
134 6 *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra. l. 2. c. 19. §. 4. c. 20. §. 5. 6.*
136 1 *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. l. 2. c. 4. §. 2.*
2 *In salicibus. Prol. §. 14.*
137 6 *Excelsus Dominus, & humilia respicit & alta à longè cognoscit. l. 1. c. 3. §. 5.*
138 11 *Nox illuminatio mea in deliciis meis. l. 1. c. 16. §. 1.*
16 *In libro tuo omnes scribentur. l. 2. c. 7. §. 6.*
139 6 *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. l. 1. c. 14. §. 6.*
141 6 *Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. l. 2. c. 4. §. 5.*
8 *Me expectant iusti donec retribuas mihi. l. 1. c. 17. §. 2.*
142 2 *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. l. 1. c. 10. §. 1. c. 12. §. 1. c. 20. §. 2.*
143 4 *Homo vanitati similis factus est. l. 1. c. 20. §. 4.*
144 9 *Miserationes eius super omnia opera eius. l. 2. c. 8. §. 4. c. 12. §. 5. c. 18. §. 3.*
14 *Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. l. 1. c. 12. §. 4. l. 2. c. 19. §. 5.*
145 2 *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea : Psallam Deo meo quamdiu fuero. l. 2. c. 19. §. 6.*
146 4 *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. l. 2. c. 7. §. 5.*
147 12 *Lauda Ierusalem Dominum : lauda Deum tuum Sion. l. 2. c. 3. §. 2. c. 4. §. 1. 3. c. 6. §. 3.*
13 *Quoniam confortauit seras portarum tuarum : benedixit filijs tuis in te. l. 2. c. 4. §. 3.*
14 *Qui posuit fines tuos pacem.* ibidem.
148 4 *Laudate eum cæli cælorum. l. 2. c. 4. §. 5.*
149 2 *Lætetur Israël in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo. l. 2. c. 4. §. 2.*

PROVERBIA.

1 32 *Auersio parunlorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. l. 1. c. 11. §. 6.*
2 2 *Vt audiat sapientiam auris tua. l. 1. c. 15. §. 6.*
3 16 *Legem & misericordiam in lingua portat. l. 1. c. 9. §. 6.*
4 23 *Omni custodiâ serua cor tuum quia ex ipso vita procedit. Prol. §. 2. l. 1. c. 4. §. 6. c. 15. §. 6. 7. c. 18. §. 6.*
7 19 *Non est vir in domo sua. l. 1. c. 19. §. 7.*
8 35 *Præparatur voluntas à Domino. l. 2. c. 8. §. 3. c. 15. §. 2. 3. 5. c. 16. §. 3. 6. c. 17. §. 3.*
12 5 *Cogitationes iustorum iudicia. l. 1. c. 15. §. 6. c. 17. §. 4.*
13 4 *Vult & non vult piger. l. 1. c. 13. §. 4.*

Digitized by Google

12 13 *Extrema gaudij luctus occupat. l. 1. c. 17. §. 2.*
14 16 18 *Ante ruinam exaltatur spiritus. l. 1. c. 19. §. 3.*
17 *Iustus prior est accusator sui. l. 1. c. 18. §. 2.*
20 8 *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. l. 2. c. 18. §. 5.*
9 *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato?* ibidem.
21 1 *Cor regis in manu Domini: quocunque voluerit inclinabit illud. l. 2. c. 15. §. 3.*
31 21 *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. l. 1. c. 20. §. 5.*

ECCLESIASTES.

1 2 *Vanitas vanitatum & omnia vanitas. l. 1. c. 15. § 6.*
5 *Oritur sol & occidit & ad locum suum renertitur: ibique renascens.* ibidem.
6 *Gyrat per Meridiem & flectitur ad Aquilonem.* ibidem.
14 *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas. l. 1. c. 20. §. 5.*
18 *Qui addit scientiam, addit & laborem. l. 1. c. 12. §. 1. c. 18. §. 6. c. 19. §. 3.*
3 1 *Omnia tempus habent. l. 1. c. 15. §. 7.*
5 7 *Excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij. l. 1. c. 15. §. 5.*
8 *Insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti.* ibidem.
7 30 *Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum. l. 2. c. 9. §. 6.*
9 1 *Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. l. 1. c. 12. §. 5.*
10 1 *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Prol. §. 18.*
15 *Labor stultorum affliget eos. l. 1. c. 4. § 5 c. 5. §. 2.*
12 11 *Verba sapientium sicut stimuli. Prol. §. 20. l. 1. c. 20. §. 7. l. 2. c. 15. §. 1.*
13 *Deum time & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. l. 1. c. 15. §. 6. c. 18. §. 6. l. 2. c. 2. §. 2. c. 6. §. 2.*

CANTICVM.

1 1 *Osculetur me osculo oris sui. l. 1. c. 15. §. 6.*
5 *Introduxit me rex in cellaria sua. l. 1. c. 1. §. 2.*
7 *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. l. 1. c. 2. §. 5. c. 7. §. 4. 6. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6. c. 16. § 6. c. 19. §. 2. 4 c. 20. §. 5.*
2 12 *Tempus putationis aduenit. l. 2. c. 3. §. 4.*
6 7 *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. l. 2. c. 7. §. 5.*
8 *Vna est columba mea perfecta mea.*
9 *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Prol. §. 17.

SAPIENTIA.

1 1 *In simplicitate cordis quærite illum. l. 1. c. 6. §. 3.*
11 *Os quod mentitur occidit animam. l. 1. c. 17. §. 6. c. 18. §. 2.*
4 11 *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. l. 2. c. 11. §. 5.*
14 *Populi videntes & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia. l. 1. c. 15. §. 6.*
5. 16 *Iusti in perpetuum viuent. l. 2. c. 3. §. 3.*
Apud Dominum est merces eorum. l. 2. c. 12. §. 2.
6 7 *Potentes potenter tormenta patientur. l. 1. c. 15. §. 5.*
7 6 *Vnus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. l. 1. c. 15. §. 6.*

Digitized by Google

15 *Ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.* Prol. §. 20.

16 *In manu enim illius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia & operum scientia & disciplina.* Prol. §. 20. l. 1. c. 15. §. 6.

9 15 *Corpus quod corrumpitur aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* l. 1. c. 18. §. 6. 7. l. 2. c. 3. §. 2. c. 6. §. 5. c. 10. §. 3.

17 *Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis.* l. 1. c. 5. §. 5.

11 21 *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.* Prol. §. 16. l. 2. c. 7. §. 2. c. 9. §. 1.

13 5 *A magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri.* l. 1. c. 4. §. 3.

ECCLESIASTICVS.

1 16 *Initium sapientiæ timor Domini.* l. 1. c. 7. §. 6.

2 7 *Non deflectatis ab illo ne cadatis.* l. 1. c. 18. §. 6.

15 *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo.* l. 1. c. 5. §. 5.

3 22 *Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* l. 1. c. 4. §. 7. c. 5. §. 2. c. 7. §. 5. c. 19. §. 2.

27 *Qui amat periculum, in illo peribit.* Prol. §. 12.

4 25 *Confusio adducens gloriam.* l. 1. c. 7. §. 4.

7 40 *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Prol. §. 7. l. 1. c. 15. §. 6.

10 9 *Quid superbit terra & cinis?* l. 1. c. 7. §. 4. c. 8. §. 1. c. 12. §. 3. c. 15. §. 4.

10 *In vita sua projecit intima sua.* l. 1. c. 4. §. 6.

12 *Brevem languorem præcidit medicus.* l. 1. c. 15. §. 6.

14 *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo.* l. 1. c. 8. §. 1.

15 *Initium omnis peccati est superbia.* l. 1. c. 13. §. 4.

14 12 *Memor esto quoniam mors non tardat.* l. 1. c. 15. §. 6.

15 14 *Deus ab initio constituit hominem, & relinquit illum in manu consilij sui.* l. 2. c. 12. §. 6. c. 15. §. 4.

16 *Si volueris mandata servare, conservabunt te.* l. 2. c. 12. §. 2.

17 10 *Iustitiam & iudicia sua ostendit illis.* l. 1. c. 7. §. 1.

11 *Et magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo.* ibidem. & l. 1. c. 14. §. 3.

12 *Mandauit illis vnicuique de proximo suo.* l. 1. c. 14. §. 3.

19 1 *Qui spernit modica paulatim decidet.* Prol. §. 20.

27 4 *Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua.* l. 1. c. 19. §. 8.

28 6 *Memento novissimorum.* Prol. §. 7.

30 24 *Miserere animæ tuæ placens Deo.* l. 1. c. 14. §. 3. c. 16. §. 2.

33 10 *Omnes homines de limo, & ex terra, vnde creatus est Adam.* l. 1. c. 15. §. 6.

11 *In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit vias eorum.* ibidem.

12 *Ex ipsis benedixit, & exaltauit; & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum.* ibidem.

13 *Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere.* ibidem.

14 *Omnes viæ eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum.* ibidem.

34 9 *Qui non est tentatus, quid scit?* l. 1. c. 19. §. 8.

37 23 *Qui sophisticè loquitur, odibilis est; in omni re defraudabitur.* l. 2. c. 18. §. 6.

Digitized by Google

14 24 *Non eſt illi data à Domino gratia: omni enim ſapientiâ defraudatus eſt.* ibidem.
38 25 *Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis. l.* 1. *c.* 13. §. 4.
39 21 *Opera Domini vniuerſa bona valde.* Prol. §. 16.
40 1 *Iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. l.* 1. *c.* 8. §. 1. *l.* 2. *c.* 1. §. 2. *c.* 10. §. 3.
44 6 *Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis. l.* 1. *c.* 16. §. 2.

ISAIAS.

1 19 *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. l.* 1. *c.* 12. §. 4. *l.* 2. *c.* 12. §. 2. 3. *c.* 15. §. 2.
2 2 *Mons domus Domini in vertice montium. l.* 1. *c.* 14. §. 2.
3 *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. l.* 2. *c.* 4. §. 1.
6 *Pueris alienis adhæſerunt. l.* 1. *c.* 4. §. 6.
3 12 *Populo meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. l.* 2. *c.* 15. §. 1.
4 3 *Scriptus eſt in vita in Ieruſalem. l.* 2. *c.* 7. §. 6.
5 20 *Dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. l.* 2. *c.* 19. §. 6.
22 *Potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. l.* 1. *c.* 17. §. 2.
6 1 *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. l.* 1. *c.* 15. §. 7.
5 *Væ mihi, quia tacui, quia vir polluti labijs ego ſum & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* ibidem.
7 14 *Ecce virgo concipiet. l.* 2. *c.* 12. §. 2.
8 20 *Ad legem magis, & ad teſtimonium. l.* 1. *c.* 9. §. 3.
9 6 *Angelus magni conſilij. l.* 2. *c.* 2. §. 5.
11 2 *Spiritus ſcientiæ. l.* 1. *c.* 19. §. 3.
14 12 *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? l.* 2. *c.* 2. §. 3.
13 *In cælum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. l.* 1. *c.* 13. §. 1.
14 *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. l.* 1. *c.* 6. §. 4. *c.* 8. §. 6. *c.* 13. §. 1.
26 7 *Semita iuſti recta eſt, rectus callus iuſti ad ambulandum. l.* 1. *c.* 17. §. 2.
9 *Anima mea deſideraui te nocte.* ibidem.
28 14 *Audite verbum Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum qui eſt in Ieruſalem. l.* 2. *c.* 13. §. 6.
15 *Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum tranſierit non veniet ſuper nos: quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus.* ibidem.
19 *Sola vexatio intellectum dabit auditui. l.* 1. *c.* 7. §. 4. *c.* 16. §. 6.
21 *Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operaretur opus ſuum peregrinum eſt opus eius abeo. l.* 2. *c.* 2. §. 6.
31 9 *Dixit Dominus; cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem. l.* 2. *c.* 4. §. 1. 3.
33 1 *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis nonne & ipſe ſperneris?* Prol. §. 18.
38 15 *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. l.* 1. *c.* 19. §. 7.
40 4 *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas. l.* 1. *c.* 14. §. 2.

Digitized by Google

6 *Omnis caro fœnum. l. 1. c. 10. §. 3. 5.*
31 *Mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ. l. 1. c. 14. §. 2.*
42 8 *Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. l. 1. c. 16. §. 3. 5. c. 20. §. 2. 6.*
43 25 *Reduc me in memoriam & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris. l. 1. c. 17. §. 4. l. 1. c. 18. §. 2.*
45 8 *Ego Dominus creaui eum. l. 2. c. 15. §. 5.*
11 *Fecit quæ futura sunt. l. 2. c. 1. §. 4. c. 16. §. 5. c. 19. §. 4.*
46 8 *Redite prævaricatores ad cor. l. 1. c. 4. §. 6. c. 8. §. 3. c. 15. §. 2. 7. c. 16. §. 4.*
54 13 *Ponam vniuersos filios tuos doctos à Domino. l. 2. c. 18. §. 3.*
55 4 *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Prol. §. 10.*
57 16 *Flatus ego faciam. l. 2. c. 14 §. 5.*
17 *Abscondi à te faciem meam. l. 1. c. 10. §. 4.*
18 *Reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi.* ibidem.
58 3 *Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nostras & nescisti. l. 1. c. 11. §. 6. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. l. 1. c. 17. §. 6.*
7 *Frange esurienti panem tuum. l. 2. c. 3 §. 2.*
9 *Clamabis, & dicet: Ecce adsum. l. 1. c. 11. §. 6.*
59 8 *Non est iudicium in gressibus eorum. l. 1. c. 17. §. 4.*
60 1 *Surge, illuminare Ierusalem. l. 2. c. 6. §. 1.*
3 *Ambulabunt Gentes in lumine tuo & reges in splendore ortus tui. Prol. §. 5.*
4 *Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* ibidem.
63 14 *Quasi animal in campo descendens. l. 2. c. 2. §. 6.*
64 4 *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. l. 2. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6.*

IEREMIAS.

1 5 *Priusquam te formarem in vtero noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te l. 2. c. 17 §. 3.*
6 *A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. l. 1. c. 15. §. 7.*
14 *Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. l. 2. c. 1. §. 3.*
2 19 *Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. l. 1. c. 8. §. 3.*
29 *Quid vultis mecum iudicio contendere? l. 1. c. 11. §. 6.*
4 3 *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. l. 1. c. 18. §. 6.*
8 6 *Attendi & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? l. 1. c. 17. §. 4. c. 19. §. 3.*
9 5 *Docuerunt linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. l. 1. c. 5. §. 2.*
21 *Ascendit mors per fenestras nostras. l. 1. c. 19. §. 7.*
16 16 *Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte. l. 1. c. 18. §. 5.*
17 5 *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. l. 1. c. 14. §. 2. c. 20. §. 2. l. 2. c. 19. §. 5.*
7 *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. l. 1. c. 14. §. 2. l. 2. c. 19. §. 5.*
9 *Prauum est cor omnium & inscrutabile: quis cognoscet illud? l. 1. c. 15. §. 7. c. 20. §. 1.*
13 *Recedentes à te in terra scribentur. l. 2. c. 1. §. 2. 3. c. 7. §. 6.*
26 3 *Si forte audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala. l. 2. c. 16. §. 5.*
30 18 *Ædificabitur ciuitas in excelso suo. l. 2. c. 5. §. 2.*

Digitized by Google

16
3 *In charitate perpetua dilexi te : ideo attraxi te, miserans. l. 2. c. 15. §. 3.*
31
32 *Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti; pactum quod irritum fecerunt. l. 1. c. 9. §. 6.*
33 *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. l. 1. c. 13. §. 3.*
34 *Omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. l. 2. c. 18. §. 3.*
32
40 *Timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me. l. 2. c. 15. §. 4.*
51
9 *Curanimus Babylonem. l. 1. c. 7. §. 4.*

THRENI.

1
1 *Facta est quasi vidua Domina Gentium : princeps prouinciarum facta est sub tributo. l. 1. c. 19. §. 4.*
3
1 *Ego vir videns paupertatem meam. l. 1. c. 15. §. 7. c. 16. §. 1. 2. 3. 7.*
5
16 *Cecidit corona capitis nostri : væ nobis quia peccauimus. l. 1. c. 12. §. 3.*

BARVCH.

3
10 *Quid est Israël quòd in terra inimicorum es ? l. 1. c. 19. §. 4.*
11 *Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum.* ibidem.
36 *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. l. 2. c. 2. §. 6.*
37 *Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo.* ibidem.
38 *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* ibidem.
4
30 *Animæquior esto Ierusalem, exhortatur enim te qui te nominauit. l. 2. c. 5. §. 3.*
5
4 *Nominabitur tibi nomen tuum à* Deo *in sempiternum: Pax iustitiæ & honor pietatis.* ibid.
5 *Exurge Ierusalem, & sta in excelso. l. 2. c. 5. §. 2.*

EZECHIEL.

1
18 *Totum corpus oculis plenum in circuitu. l. 1. c. 16. §. 7.*
25 *Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant & submittebant alas suas. l. 1. c. 15. §. 7.*
3
18 *Ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. l. 2. c. 20. §. 3.*
18
20 *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. l. 2. c. 1. §. 2.*
21 &
22 *Si impius egerit pœnitentiam —— Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. l. 2. c. 20. §. 3.*
23 *Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat.* ibidem.
20
12 *Et sabbata mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos; & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. l. 1. c. 17. §. 3.*
28
11 *Fili hominis leua planctum super regem Tyri. l. 1. c. 19. §. 3.*
19 *Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te : nihili factus es & non eris in perpetuum.* ibidem.
32
19 *Quo pulchrior es, descende; & dormi cum incircumcisis. l. 1. c. 20. §. 6.*
33
31 *Sedent coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos : quia in canticum oris sui vertunt illos. l. 1. c. 20. §. 7.*
34
4 *Quod infirmum fuit non consolidaſtis, & quod ægrotum non sanaſtis. l. 2. c. 18. §. 5.*

Faciam

36 27 *Faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.* l. 2. c. 15. §. 2. 3.
28 *Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* l. 2. c. 3. §. 2.
40 4 *Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* l. 1. c. 11. §. 1.

DANIEL.

4 10 *Vigil & sanctus.* l. 2. c. 17. §. 2.
16 *Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vnâ horâ: & cogitationes eius conturbabant eum.* l. 1. c. 15. §. 7.
8 27 *Ego Daniel langui & ægrotaui per dies.* ibidem.
12 3 *Fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* l. 2. c. 2. §. 3.
4 *Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.* Prol. §. 17.

OSEAS.

2 14 *Loquar ad cor eius.* l. 1. c. 19. §. 4.
4 1 *Iudicium Domino cum habitatoribus terræ.* l. 2. c. 1. §. 3.
7 9 *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* l. 1. c. 15. §. 7. c. 17. §. 4.
11 14 *In funiculis Adam traham eos.* l. 2. c. 1. §. 5.

IOEL.

1 5 *Expergiscimi ebrij & flete.* l. 1. c. 15. §. 7.
2 13 *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* l. 1. c. 12. §. 3. c. 15. §. 7. c. 18. §. 7.
25 *Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.* l. 1. c. 15. §. 7.

AMOS.

5 15 *Constituite in porta iudicium.* l. 1. c. 15. §. 7.

ABDIAS.

4 *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum; inde detraham te dicit Dominus.* l. 1. c. 15. §. 7. c. 20. §. 2. l. 2. c. 2. §. 3.
17 *In monte Sion erit saluatio, & erit sanctus.* l. 2. c. 6. §. 4.

IONAS.

1 9 *Hebræus ego sum, & Dominum Deum cœli ego timeo qui fecit mare & aridam.* l. 2. c. 9. §. 2.
2 8 *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum.* l. 1. c. 15. §. 7.
3 4 *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* l. 2. c. 12. §. 2.
8 *Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum.* l. 2. c. 9. §. 2.
9 *Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus.* ibidem.

MICHÆAS.

4 2 *Properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Iacob.* Prol. §. 5.
6 8 *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* l. 1. c. 14. §. 5. 6. c. 15. §. 2. 6. 7. c. 16. §. 2. 4. c. 19. §. 3.

Digitized by Google

NAHVM.

1 9 *Non consurget duplex tribulatio. l. 1. c. 15. §. 7. c. 16. §. 4.*

HABACVC.

2 1 *Super custodiam meam stabo. l. 1. c. 15. §. 7.*
2 *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt peruurrat qui legerit eum. l. 2. c. 8. §. 4.*

SOPHONIAS.

2 3 *Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. l. 1. c. 15. §. 7. c. 16. §. 2.*

AGGÆVS.

1 5 *Ponite corda vestra super vias vestras. l. 1. c. 15. §. 7.*

ZACHARIAS.

1 3 *Conuertimini ad me & conuertar ad vos. l. 2. c. 11. §. 6.*
2 10 *Ecce ego venio & habitabo in medio tui. l. 1. c. 13. §. 1.*
7 9 *Hæc ait Dominus exercituum dicens: Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes facite. l. 1. c. 15. §. 7.*

MALACHIAS.

1 2 *Dilexi Iacob. l. 2. c. 12. §. 3. c. 17. §. 4.*
3 *Esau autem odio habui.* ibidem.
2 15 *Custodite spiritum vestrum. l. 1. c. 15. §. 7.*
3 1 *Angelus testamenti. l. 2. c. 2. §. 5.*

MACHABÆORVM SECVNDVS.

5 25 *Cum venisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbati: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcipit. l. 1. c. 17. §. 1.*
7 29 *Vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. l. 2. c. 18. §. 5.*

NOVVM TESTAMENTVM.

MATTHÆVS.

2 13 *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi: futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. l. 1. c. 16. §. 1.*
3 2 & 4. 17. *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. l. 1. c. 16. §. 1.*
12 *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. l. 2. c. 1. §. 4.*
5 3 *Beati pauperes spiritu. l. 1. c. 16. §. 2. Quoniam ipsorum est regnum cælorum. l. 2. c. 4. §. 6.*
4 *Beati mites. l. 1. c. 16. §. 2.*
5 *Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.* ibidem. & *l. 1. c. 19. §. 3.*
6 *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. l. 1. c. 16. §. 2.*
7 *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* ibidem. & *l. 2. c. 18. §. 5.*
8 *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. l. 1. c. 14. §. 3. c. 16. §. 2.*
9 *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. l. 1. c. 16. §. 2. l. 2. c. 3. §. 3. c. 5. §. 5.*

Digitized by Google

10 *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. l. 1. c. 16. §. 2.*
12 *Merces veſtra copioſa eſt in cælis. l. 2. c. 12. §. 2.*
16 *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. l. 1. c. 14. §. 6.*
17 *Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas: non veni ſoluere ſed adimplere. l. 1. c. 9. §. 6. c. 16. §. 1.*
25 *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo; ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. l. 1. c. 14. §. 6.*

6. 6 *Intra in cubiculum tuum. l. 1. c. 19. §. 4.*
8 *Scit pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. l. 1. c. 19. §. 6.*
9 *Pater noſter qui es in cœlis. l. 2. c. 4. §. 5.*
10 *Adueniat regnum tuum. l. 2. c. 4. §. 5. c. 20. §. 1.*
11 *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis. l. 1. c. 17. §. 5. l. 2. c. 15. §. 5.*
12 *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. l. 2. c. 10. §. 3.*
13 *Ne nos inducas in tentationem. l. 1. c. 11. §. 4. l. 2. c. 10. §. 3. c. 19. §. 5. c. 20. §. 2. Libera nos à malo. l. 2. c. 10. §. 3. c. 11. §. 1.*
16 *Receperunt mercedem ſuam. l. 1. c. 20. §. 5.*
22 *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.* ibidem.

7. 2 *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Prol. §. 18.*
3 *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? l. 1. c. 18. §. 6.*
14 *Anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt qui inueniunt eam. l. 2. c. 18. §. 5.*
15 *Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. l. 2. c. 15. §. 1.*
23 *Nunquam noui vos. l. 2. c. 7. §. 6.*

8. 8 *Dic verbo, & ſanabitur puer meus. l. 1. c. 9. §. 5.*
11 *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum. l. 2. c. 4. §. 6.*
19 *Magiſter ſequar te quocumque ieris. l. 2. c. 17. §. 2.*
20 *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. l. 2. c. 2. §. 6. c. 17. §. 2.*
22 *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. l. 2. c. 17. §. 2.*
23 *Aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. l. 2. c. 11. §. 4.*
24 *Et ecce motus magnus factus eſt in mari.* ibidem.
25 *Domine ſalua nos, perimus. l. 1. c. 17. §. 2.*

9. 6 *Vade in domum tuam. l. 1. c. 19. §. 7. c. 20. §. 7.*
12 *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. l. 1. c. 12. §. 1. c. 17. §. 6.*

10. 10 *Neque virgam. Prol. §. 15.*
22 *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. l. 2. c. 12. §. 2. c. 14. §. 5. c. 15. §. 2. c. 17. §. 6.*
24 *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum. l. 1. c. 3. §. 4.*
28 *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. l. 2. c. 3. §. 6.*
30 *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. l. 2. c. 7. §. 5.*
42 *Quicunque potum dederit calicem aquæ frigidæ. l. 2. c. 3. §. 2.*

11. 11 *Qui minor eſt in regno cælorum maior eſt illo. l. 1. c. 13. §. 2.*
21 *Væ tibi Corozaïn, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ*

Digitized by Google

20 *factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. l. 1. c. 12. §. 3. c. 13. §. 5. l. 2. c. 20. §. 3. 5.*

25 *Confiteor tibi, pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. l. 1. c. 13. §. 6. c. 16. §. 5. 7.*

28 *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. l. 1. c. 8. §. 3. l. 2. c. 15. §. 5. c. 20. §. 4.*

29 *Discite à me quia mitis sum & humilis corde. l. 1. c. 13. §. 1. c. 18. §. 5.*

12 24 *Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. l. 1. c. 16. §. 3.*

27 *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij vestri in quo ejiciunt.* ibidem.

30 *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. l. 2. c. 15. §. 1.*

13 24 *Simile factum est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. l. 2. c. 4. §. 5.*

38 *Bonum verò semen hi sunt filij regni.* ibidem.

41 *Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala.* ibidem.

43 *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. l. 2. c. 3. §. 3. c. 4. §. 5.*

47 *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. l. 2. c. 16. §. 6.*

48 *Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.* ibidem.

15 13 *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur. l. 1. c. 17. §. 6.*

16 26 *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? l. 1. Præf.*

17 1 *Assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum. l. 1. c. 15. §. 3.*

18 10 *Semper vident faciem patris. l. 2. c. 2. §. 5.*

19 11 *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. l. 2. c. 16. §. 3.*

17 *Si vis ad vitam ingredi serva mandata. l. 2. c. 12. §. 2. c. 15. §. 2.*

27 *Ecce nos reliquimus omnia. l. 1. c. 7. §. 3.*

28 *In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim. l. 2. c. 10. §. 3.*

20 13 *Nonne ex denario convenisti mecum? l. 2. c. 12. §. 2.*

15 *Aut non licet mihi quod volo facere? l. 2. c. 17. §. 3.*
An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? l. 1. c. 7. §. 5.

16 *Multi sunt vocati, pauci vero electi. l. 2. c. 18. §. 2. 5. Vide cap. 22. §. 14.*

22 *Nescitis quid petatis. l. 1. c. 19. §. 5.*

23 *Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. l. 2. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6. c. 16. §. 3.*

21 43 *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. l. 2. c. 4. §. 5.*

22 14 *Multi enim sunt vocati pauci verò electi. l. 2. c. 12. §. 3. 5. c. 14. §. 6. c. 20. §. 6. Vide cap. 20. §. 16.*

16 *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. l. 1. c. 16. §. 3.*

18 *Quid me tentatis hypocritæ?* ibidem.

30 *Neque nubent neque nubentur. l. 1. c. 4. §. 6. Erunt sicut angeli Dei. l. 2. c. 3. §. 3.*

32 *Non est Deus mortuorum sed viventium. l. 2. c. 1. §. 2.*

39 *Diliges proximum tuum sicut teipsum. l. 1. c. 14. §. 3.*

23 3 *Dicunt, & non faciunt. l. 1. c. 3. §. 1.*

Digitized by Google

37 *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. l. 2. c. 6. §. 1. Quoties volui congregare, filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. l. 2. c. 20. §. 5. 6.*

24 28 *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Prol. §. 4.*

25 12 *Nescio vos. l. 2. c. 7. §. 8. c. 11. §. 7.*

14 *Homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua. l. 2. c. 2. §. 6.*

21 *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. l. 1. c. 18. §. 6. l. 2. c. 3. §. 3.*

34 *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. l. 2. c. 4. §. 6. c. 7. §. 1. c. 9. §. 3. c. 10. §. 1. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6.*

35 *Esurini enim & dedistis mihi manducare. l. 2. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6. Hospes eram & collegistis me. l. 2. c. 3. §. 2.*

36 *Infirmus & visitastis me.* ibidem.

41 *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. l. 2. c. 7. §. 1. c. 10. §. 1. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6.*

42 *Esurini enim & non dedistis mihi manducare. l. 2. c. 15. §. 6.*

26 33 *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. l. 1. c. 10. §. 3.*

35 *Etiamsi oportuerit me mori tecum non te negabo.* ibidem.

39 *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. l. 1. c. 11. §. 6.*

40 *Sic non potuistis vnâ horâ vigilare mecum? l. 1. c. 17. §. 2.*

41 *Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. l. 1. c. 11. §. 5. c. 17. §. 2.*

28 20 *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Prol. §. 12.*

MARCVS.

3 13 *Vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. l. 2. c. 16. §. 6.*

14 *Et fecit vt essent duodecim cum illo,* ibidem.

10 17 *Magister bone. l. 1. c. 16. §. 3.*

18 *Quid me dicis bonum?* ibidem.

11 23 *Tollere, & mittere in mare. l. 1. c. 14. §. 2.*

13 34 *Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. l. 2. c. 2. §. 6.*

35 *Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane.) l. 1. c. 16. §. 4.*

36 *Ne cum venerit repentè, inueniat vos dormientes.* ibidem.

37 *Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilitate.* ibidem.

LVCAS.

1 35 *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. l. 1. c. 6. §. 5.*

46 *Magnificat anima mea Dominum. l. 1. c. 19. §. 4.*

78 *Visitauit nos oriens ex alto. Prol. §. 10.*

79 *Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* ibidem.

2 8 *Pastores erant in regione eadem vigilantes. l. 1. c. 16. §. 4.*

Digitized by

22 14 *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. l. 1. c. 16. §. 5. c. 17. §. 5. l. 2. c. 4. §. 1. c. 17. §. 3.*
4 13 *Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo. l. 1. c. 20. §. 1.*
18 *Spiritus Domini ſuper me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me. l. 1. c. 13. §. 6.*
5 32 *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. l. 2. c. 7. §. 7.*
6 12 *Et erat pernoctans in oratione Dei. l. 1. c. 16. §. 5. c. 17. §. 2.*
13 *Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit. l. 2. c. 16. §. 6.*
20 *Beati pauperes. l. 1. c. 16. §. 3.*
21 *Beati qui nunc eſuritis.* ibidem. *Beati qui nunc fletis.* ibidem.
22 *Beati eritis cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint.* ibidem.
24 *Væ vobis diuitibus.* ibidem.
25 *Væ vobis qui ſaturati eſtis.* ibidem. *Væ vobis qui ridetis nunc.* ibidem.
26 *Væ cum benedixerint vobis homines.* ibidem.
39 *Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Prol. §. 10.*
9 62 *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. l. 1. c. 15. §. 3. c. 18. §. 6.*
10 6 *Si ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra. l. 2. c. 14. §. 5. c. 20. §. 3.*
16 *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Prol. §. 12.*
20 *Gaudete quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. l. 2. c. 1. §. 3. 6. c. 7. §. 6. c. 8. §. 5.*
30 *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones. l. 1. c. 20. §. 5. l. 2. c. 6. §. 1. Imponens illum in iumentum ſuum. l. 2. c. 2. §. 5.*
12 32 *Complacuit patri veſtro dare vobis regnum. l. 2. c. 4. §. 5. c. 18. §. 6. c. 20. §. 4.*
37 *Beati ſerui illi quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. l. 1. c. 17. §. 2.*
38 *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* ibidem.
40 *Et vos eſtote parati, quia quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* ibidem.
49 *Ignem veni mittere in terram. l. 1. c. 13. §. 2.*
13 8 *Vſque dum fodiam circa illam. l. 1. c. 18. §. 5.*
14 11 *Omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. l. 1. c. 18. §. 2.*
15 4 *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? l. 2. c. 2. §. 6. c. 7. §. 4.*
8 *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum? l. 2. c. 7. §. 3. 4.*
17 *In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? l. 1. c. 8. §. 3. c. 20. §. 5.*
18 *Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te. l. 1. c. 8. §. 3.*
19 *Iam non ſum dignus vocari filius tuus.* ibidem.
17 3 *Attendite vobis. l. 1. c. 16. §. 4. c. 18. §. 6.*
5 *Adauge nobis fidem. l. 2. c. 15. §. 2.*
10 *Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus. l. 1. c. 18. §. 2.*

Digitized by Google

21 *Regnum Dei intra vos eſt. l. 1. c. 18. §. 5. l. 2. c. 4. §. 5.*
32 *Memores eſtote vxoris Lot. l. 1. c. 15. §. 3.*
18 11 *Deus, gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus. l. 1. c. 10. §. 1. c. 16. §. 3.*
12 *Ieiuno bis in ſabbato; decimas do omnium quæ poſſideo. l. 1. c. 16. §. 3.*
13 *Deus propitius eſto mihi peccatori. l. 1. c. 16. §. 2. c. 18. §. 2.*
19 10 *Venit filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat. l. 1. c. 13. §. 3. l. 2. c. 7. §. 7. c. 18. §. 2.*
20 9 *Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipſe peregrè fuit multis temporibus. l. 2. c. 2. §. 6.*
36 *Aequales angelis ſunt. l. 2. c. 1. §. 4. c. 4. §. 2. c. 7. §. 2.*
47 *Qui deuorant domos viduarum. l. 1. c. 5. §. 4.*
21 20 *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius. l. 2. c. 6. §. 1.*
22 30 *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. l. 2. c. 16. §. 6.*
31 *Vt cribraret ſicut triticum. l. 2. c. 6. §. 5.*
32 *Confirma fratres tuos. l. 1. c. 10. §. 3.*
33 *Domine tecum paratus ſum, & in carcerem & in mortem ire.* ibidem.
34 *Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me.* ibidem.
40 *Orate ne intretis in tentationem.* ibidem.
61 *Conuerſus Dominus reſpexit Petrum.* ibidem.
23 43 *Hodie mecum eris in paradiſo. l. 2. c. 2. §. 5. c. 4. §. 4.*
24 18 *Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem. l. 2. c. 2. §. 6.*
47 *Incipientibus ab Ieroſolyma. l. 2. c. 4. §. 1.*

IOANNES.

1 1 *In principio erat Verbum. l. 1. c. 14. §. 4.*
2 *Erat in principio apud Deum. l. 1. c. 18. §. 3.*
9 *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. l. 1. c. 18. §. 6. c. 19. §. 4. l. 2. c. 20. §. 5.*
14 *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. l. 2. c. 2. §. 6.*
18 *Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. l. 2. c. 2. §. 5.*
3 3 *Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. l. 2. c. 4. §. 5.*
8 *Spiritus vbi vult ſpirat. l. 1. c. 10. §. 6.*
13 *Nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo. l. 2. c. 2. §. 5.*
15 *Non pereat, ſed habeat vitam æternam. l. 2. c. 20. §. 6.*
17 *Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. l. 2. c. 2. §. 6.*
5 2 *Probatica piſcina. l. 2. c. 6. §. 3.*
6 *Vis ſanus fieri? l. 1. c. 14. §. 4.*
30 *Non poſſum ego à meipſo facere quidquam. Sicut audio, iudico. l. 2. c. 9. §. 7.*
6 39 *Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me, Patris; vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo. l. 2. c. 14. §. 4. 5.*
44 *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. l. 2. c. 15. §. 3. c. 20. §. 4.*
45 *Erunt omnes docibiles Dei. l. 2. c. 14. §. 4. c. 18. §. 3.*
66 *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. l. 2. c. 20. §. 3.*
67 *Multi diſcipulorum eius abierunt retrò. Prol. §. 15. l. 2. c. 2. §. 4.*

24
8 6 *Digito scribebat in terra. l. 1. c. 13. §. 3.*
12 *Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Prol. §. 10.*
14 *Scio vnde venio & quo vado. l. 1. c. 18. §. 2.*
29 *Quæ placita sunt & facio semper. l. 2. c. 20. §. 5.*
31 *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. l. 2. c. 2. §. 4.*
36 *Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. l. 2. c. 10. §. 3. c. 19. §. 4.*
44 *In veritate non stetit. l. 1. c. 7. §. 5. Mendax est.* ibidem.
48 *Dæmonium habes. l. 1. c. 16. §. 3.*
49 *Ego dæmonium non habeo.* ibidem.
9 7 *Siloë, quod interpretatur missus. l. 2. c. 6. §. 3.*
28 *Nos Moysi discipuli sumus. Prol. §. 15.*
10 26 *Non estis ex ouibus meis. l. 2. c. 18. §. 4.*
28 *Non rapiet eas quisquam de manu mea. l. 1. c. 10. §. 3. l. 2. c. 18. §. 4.*
34 *Dij estis. l. 2. c. 3. §. 3.*
11 43 *Veni foras. l. 1. c. 14. §. 1.*
51 *Iesus moriturus erat pro gente. l. 2. c. 2. §. 4. c. 15. §. 5.*
52 *Et non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.* ibidem.
12 26 *Vbi ego sum, illic & minister meus erit. l. 2. c. 2. §. 5.*
32 *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahamad me-ipsum. l. 2. c. 20. §. 6.*
39 *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : l. 2. c. 20. §. 5.*
40 *Excæcauit oculos eorum, & induravit cor eorum.* ibidem.
13 1 *Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. l. 1. c. 13. §. 6.*
13 *Vos vocatis me Magister, & Domine; & benedicitis : sum etenim. l. 1. c. 13. §. 1.*
18 *Ego scio quos elegerim. l. 2. c. 7. §. 5.*
34 *Mandatum nouum do vobis : vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. l. 2. c. 16. §. 4.*
37 *Animam meam pro te ponam. l. 1. c. 10. §. 3.*
14 1 *Creditis in Deum & in me credite. l. 2. c. 20. §. 3.*
2 *In domo Patris mei mansiones multæ sunt. l. 2. c. 4. §. 5.*
6 *Ego sum via, & veritas, & vita. Prol. §. 10. l. 1. c. 6. §. 5. c. 14. §. 6. c. 17. §. 2. c. 18. §. 6. c. 20. §. 4. l. 2. c. 2. §. 4.*
21 *Manifestabo ei meipsum. l. 2. c. 3. §. 3.*
15 5 *Sine me nihil potestis facere. l. 1. c. 10. §. 5. c. 14. §. 6. l. 2. c. 15. §. 2. 3. c. 19. §. 4.*
7 *Si manseritis in me. l. 1. c. 12. §. 4. l. 2. c. 15. §. 2. Quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. l. 1. c. 11. §. 5.*
16 *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. l. 2. c. 16. §. 3. 4. c. 17. §. 5.*
19 *Ego elegi vos de mundo. l. 2. c. 16. §. 6.*
22 *Si non venissem & locutus fuissem eis : peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. l. 1. c. 9. §. 5.*
16 28 *Exiui à Patre & veni in mundum. l. 2. c. 2. §. 6.*
3 *Hæc est vita æterna : vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. l. 1. c. 7. §. 6.*
5 *Clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret. l. 2. c. 3. §. 2. c. 7. §. 1.*
12 *Nemo ex iis periit nisi filius perditionis. l. 2. c. 1. §. 3. c. 20. §. 3.*
17 *Sanctifica eos in veritate : sermo tuus veritas est. l. 2. c. 6. §. 4.*
19 *Pro eis ego sanctifico meipsum,* ibidem.

22 *Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in vobis vnum ſint.* l. 2. c. 4. §. 4.

24 *Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi.* l. 2. c. 2. §. 5. c. 3. §. 3. c. 4. §. 4. c. 18. §. 4.

18 9 *Non perdidi ex ijs quemquam.* l. 2. c. 20. §. 3.

21 6 *Mittite in dexteram nauigij rete; & inuenietis. Miſerunt ergo.* l. 2. c. 20. §. 6.

ACTVS APOSTOLORVM.

1 7 *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.* l. 1. c. 16. §. 4.

13 *Cum introiſſent in cœnaculum.* l. 1. c. 19. §. 7.

2 38 *Pœnitentiam agite.* l. 1. c. 16. §. 4.

4 12 *Non eſt in alio aliquo ſalus: Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* l. 1. c. 3. §. 6.

5 35 *Viri Iſraëlitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis.* l. 1. c. 16. §. 4.

7 5 *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis.* l. 2. c. 1. §. 1. 2. 3.

22 *Eruditus eſt Moyſes omni ſapientiâ Aegyptiorum.* l. 1. c. 18. §. 3.

12 22 *Dei voces & non hominis.* l. 1. c. 1. §. 3.

13 48 *Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* l. 2. c. 14. §. 5.

14 21 *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* l. 1. c. 17. §. 2. l. 2. c. 6. §. 5. c. 17. §. 6.

16 25 *Mediâ autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum: & audiebant eos qui in cuſtodia erant.* l. 1. c. 17. §. 2.

26 *Subitò verò terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris: Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt.* ibidem.

17 28 *In ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus.* l. 1. c. 13. §. 6.

30 *Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant.* l. 1. c. 16. §. 4.

20 28 *Attendite vobis & vniuerſo gregi.* l. 1. c. 14. §. 3. c. 16. §. 4.

31 *Vigilate.* l. 1. c. 16. §. 4.

26 18 *Mitto te aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum.* ibidem.

19 *Rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni.* ibidem.

20 *Sed his qui ſunt Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam, vt pœnitentiam agerent.* ibidem.

EPISTOLA AD ROMANOS.

1 7 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* l. 1. c. 16. §. 5.

17 *Iuſtus ex fide viuit.* l. 2. c. 10. §. 3.

19 *Quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis.* l. 1. c. 4. §. 3.

20 *Inuiſibilia ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur:* l. 1. c. 2. §. 4. c. 4. §. 2.

21 *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Prol. §. 14. l. 1. c. 4. §. 4. 7. c. 14. §. 2. c. 16. §. 5.

Digitized by Google

22 *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. l. 1. c. 3. §. 6. c. 5. §. 2. c. 14. §. 2.*
23 *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. l. 1. c. 4. §. 3.*
24 *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. l. 1. c. 4. §. 7. c. 14. §. 2.*
26 *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. l. 1. c. 14. §. 2.*
2 2 *Iudicium Dei est secundum veritatem. l. 2. c. 2. §. 2.*
21 *Qui alium doces, teipsum non doces. l. 1. c. 14. §. 3.*
3 5 *Nunquid iniquus est Deus qui infert iram. l. 2. c. 14. §. 7.*
19 *Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. l. 1. c. 9. §. 2. l. 2. c. 18. §. 4.*
20 *Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. l. 1. c. 9. §. 5. Per legem cognitio peccati. l. 1. c. 9. §. 4. 6.*
23 *Omnes peccauerunt & egent gloriâ Dei. l. 2. c. 12. §. 4.*
24 *Iustificati gratis per gratiam ipsius.* ibidem.
31 *Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus. l. 1. c. 9. §. 6.*
4 13 *Vt hæres esset mundi. l. 2. c. 15. §. 5.*
15 *Lex iram operatur. l. 1. c. 9. §. 5. 6. Vbi non est lex, nec præuaricatio. l. 1. c. 9. §. 5.*
16 *Ideo ex fide, vt secundùm gratiam firma sit promissio omni semini. l. 2. c. 8. §. 3. c. 15. §. 3. 4. c. 19. §. 5.*
17 *Vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. l. 2. c. 7 §. 2. c. 14. §. 6.*
20 *In repromissione Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo. l. 2. c. 15. §. 5.*
21 *Plenissimè sciens, quia quæcunque promisit, potens est & facere.* ibidem.
5 5 *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. l. 1. c. 13. §. 5. l. 2. c. 9. §. 4.*
6 *Christus pro impijs mortuus est. l. 2. c. 12. §. 4.*
10 *Cum inimici essemus. l. 2. c. 16. §. 6.*
12 *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. l. 2. c. 18. §. 4.*
13 *Vsque ad legem peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur cùm lex non esset. l. 1. c. 9. §. 5.*
14 *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem. l. 1. c. 9. §. 2. Qui est forma futuri. l. 2. c. 9. §. 2.*
20 *Lex subintrauit vt abundaret delictum. l. 1. c. 9. §. 3. 4. 5. Vbi abundauit delictum superabundauit gratia. l. 1. c. 9. §. 3. 5.*
6 12 *Non regnet peccatum in vestro naturali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. l. 1. c. 17. §. 2.*
13 *Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* ibidem.
7 7 *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. l. 1. c. 9. §. 5. 6.*
9 *Cum venisset mandatum peccatum reuixit. l. 1. c. 9. §. 5.*
10 *Ego autem mortuus sum.* ibidem.
12 *Lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. l. 1. c. 9. §. 3. 6. c. 13. §. 3.*
13 *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat pecca-*

Digitized by Google

tum, per bonum operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. l. 1. c. 13. §. 3.

15 *Non quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio.* l. 2. c. 6. §. 4.

22 *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem.* ibidem.

23 *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* l. 1. c. 11. §. 2. l. 2. c. 6. §. 4 c. 11. §. 1.

24 *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* l. 2. c. 6. §. 5. c. 10. §. 3. c. 11. §. 1.

25 *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* l. 2. c. 11. §. 1.

8 3 *Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens.* l. 1. c. 9. §. 4.

4 *Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* ibidem.

7 *Sapientia carnis inimica eſt Deo.* Prol. §. 14.

10 *Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum.* l. 1. c. 5. §. 4.

12 *Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus.* l. 1. c. 16. §. 2.

13 *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* l. 2. c. 15. §. 2.

14 *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* l. 2. c. 15. §. 3.

17 *Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur vt & conglorificemur.* l. 2. c. 2. §. 3. 4. c. 3. §. 3. c. 12. §. 2.

18 *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* l. 2. c. 3. §. 6.

21 *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* l. 1. c. 13. §. 2. l. 2. c. 10. §. 3.

23 *Sed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes; & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.* l. 2. c. 10. §. 3.

24 *Spes quæ videtur non eſt ſpes.* l. 2. c. 20. §. 4.

26 *Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis.* l. 1. c. 10. §. 6. c. 11. §. 6.

28 *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* l. 1. c. 9. §. 6. c. 10. §. 3. 4. l. 2. c. 7. §. 6. c. 8. §. 5. c. 9. §. 1. c. 14. §. 4. 6. c. 20. §. 6.

29 *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* l. 1. c. 12. §. 5. l. 2. c. 6. §. 5. c. 12. §. 2. 4. c. 14. §. 4. 6. c. 15. §. 6. c. 16. §. 5. 6. c. 17. §. 5. c. 18. §. 4. c. 20. §. 3. 6.

30 *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* l. 2. c. 14. §. 6. c. 16. §. 6. c. 17. §. 5. c. 18. §. 3. 4. 6.

31 *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* l. 2. c. 18. §. 4.

32 *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* ibidem.

33 *Quis accuſabit aduerſus electos Dei?* ibidem.

9 6 *Non quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Iſraël ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ.* l. 2. c. 15. §. 5.

7 *Neque qui ſemen Iſraël ſunt, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* ibidem.

8 *Id eſt non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur.* l. 2. c. 1. §. 3. c. 15. §. 4. 5.

10 *Ex vno concubitu habens, Iſaac patris noſtri.* l. 2. c. 14. §. 6.

Digitized by Google

11 *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali. l. 2. c. 14. §. 6. 7. Vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret. l. 2. c. 12. §. 4. c. 14. §. 6. 7. c. 17. §. 5.*

12 *Non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt ei. l. 2. c. 12. §. 1. 4. c. 14. §. 6. 7. c. 15. §. 3. c. 17. §. 5.*

13 *Quia maior ſeruiet minori. l. 2. c. 12. §. 4. c. 14. §. 6. 7. c. 17. §. 5. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. l. 2. c. 14. §. 7. c. 17. §. 3.*

14 *Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. l. 2. c. 17. §. 5. c. 18. §. 5.*

15 *Miſerebor cuius miſereor, & miſericordiam præſtabo cuius miſerebor. l. 2. c. 20. §. 1.*

16 *Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. l. 1. c. 10. §. 6. c. 11. §. 5. c. 15. §. 4. l. 2. c. 11. §. 3. c. 15. §. 3. c. 16. §. 3. c. 20. §. 2.*

18 *Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. l. 2. c. 8. §. 6. c. 10. §. 2. c. 12. §. 4. c. 17. §. 5. c. 18. §. 1. 4. c. 19. §. 3. c. 20. §. 3. 5.*

19 *Quid adhuc conqueritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? l. 1. c. 15. §. 4. l. 2. c. 18. §. 4. c. 19. §. 2. 3. c. 20. §. 6.*

20 *O homo tu quis es qui reſpondeas Deo? l. 1. c. 12. §. 4. c. 15. §. 4 l. 2. c. 9. §. 7. c. 18. §. 3. 4. 5. c. 19 §. 3.*

Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? l. 2. c. 18. §. 4. 5.

21 *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? l. 2. c. 8. §. 3. c. 10. §. 2. c. 18. §. 1. 4. 5.*

22 *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ, apta in interitum. l. 2. c. 1. §. 3. c. 17. §. 3.*

23 *Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* ibidem. & *l. 2. c. 15. §. 3.*

24 *Quos & vocauit non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus. l. 2. c. 15. §. 5.*

10 3 *Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. l. 1. c. 9. §. 2. 3. l. 2. c. 15. §. 5.*

4 *Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. l. 1. c. 9. §. 15. c. 14. §. 6.*

9 *Si credideris ſaluus eris. l. 2. c. 15 §. 2.*

14 *Quomodo audient ſine prædicante? l. 2. c. 13. §. 4.*

11 2 *Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit. l. 2. c. 7. §. 6.*

4 *Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. l. 2. c. 12. §. 4.*

5 *Reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. l. 2. c. 14. §. 6. c. 17. §. 2. 4. 5.*

6 *Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. l. 2. c. 14. §. 6.*

16 *Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami. l. 2. c. 18. §. 4.*

20 *Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. l. 1. c. 12. §. 4. c. 14. §. 5. c. 15. §. 4.*

29 *Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei. l. 2. c. 8. §. 5. c. 13. §. 4. c. 14. §. 4.*

33 *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! l. 1. c. 7. §. 5. c. 12. §. 4. l. 2. c. 11. §. 7. c. 14. §. 5. c. 18. §. 1. c. 20. §. 5.*

34 *Quis cognouit ſenſum Domini? l. 1. c. 11. §. 3.*

12 2 *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. l. 1. c. 5. §. 6.*

Digitized by Google

3 *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. l. 1. c. 5. §. 2. c. 14. §. 3. c. 16. §. 4. 5. l. 2. c. 9. §. 7.*

16 *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. l. 1. c. 12. §. 4. c. 13. §. 2.*

13 10 *Plenitudo legis eſt dilectio. l. 1. c. 7. §. 6.*

14 4 *Potens eſt enim Deus ſtatuere illum. l. 1. c. 12. §. 4.*

10 *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. l. 1. c. 18. §. 2.*

12 *Vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. l. 1. c. 16. §. 5. c. 18. §. 2.*

17 *Non eſt enim regnum Dei eſca & potus: ſed iuſtitia & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. l. 1. c. 16. §. 2. l. 2. c. 5. §. 2.*

15 4 *Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. l. 1. c. 14. §. 2. 4.*

PRIMA AD CORINTHIOS.

1 12 *Ego quidem ſum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ. Prol. §. 15. l. 1. c. 16. §. 5.*

19 *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. l. 1. c. 3. §. 6.*

23 *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum; Gentibus autem ſtultitiam. l. 2. c. 20. §. 5.*

24 *Dei virtutem & Dei ſapientiam. l. 2. c. 11. §. 5.*

27 *Quæ ſunt ſtulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia. l. 1. c. 15. §. 4. l. 2. c. 17. §. 5.*

28 *Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. l. 1. c. 15. §. 4.*

29 *Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. l. 1. c. 15. §. 4. c. 20. §. 2. l. 2. c. 8. §. 3.*

31 *Qui gloriatur in Domino glorietur. l. 1. c. 13. §. 2. c. 14. §. 1. c. 16. §. 5. c. 20. §. 2. l. 2. c. 8. §. 3. c. 13. §. 4. c. 17. §. 6. c. 18. §. 4. c. 19. §. 5.*

2 6 *Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſæculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur. l. 1. c. 16. §. 5.*

7 *Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.* ibidem.

8 *Principes huius ſæculi. l. 2. c. 13. §. 5.*

9 *Oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum. l. 2. c. 1. §. 2. c. 3. §. 2. c. 12. §. 4.*

12 *Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt; vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. l. 1. c. 8. §. 5.*

14 *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere; quia ſpiritualiter examinatur. l. 1. c. 5. §. 5.*

3 7 *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus. Prol. §. 11. l. 2. c. 14. §. 5.*

11 *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Prol. §. 16. l. 1. c. 18. §. 5.*

12 *Ligna, fœnum, ſtipula. l. 2. c. 6. §. 5.*

15 *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit; ſic tamen quaſi per ignem.* ibidem.

17 *Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. l. 2. c. 4. §. 5.*

19 *Sapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Prol. §. 14. l. 1. c. 3. §. 6. c. 16. §. 5.*

Digitized by Google

4 7 *Quis te discernit? l. 2. c. 15. §. 3. 5. c. 17. §. 5. c. 20. §. 2.*
Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? l. 1. c. 8. §. 5. c. 10. §. 4. 5. c. 16. §. 3. 5. c. 20. §. 3. l. 2. c. 9. §. 5. 6. c. 11. §. 3. c. 12. §. 1. c. 14. §. 4. c. 15. §. 3. 5. c. 16. §. 3. 4. 5. c. 17. §. 5.

6 12 *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. l. 1. c. 8. §. 1.*

7 7 *Vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius verò sic. Prol. §. 16.*
25 *Tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. l. 2. c. 12. §. 4. c. 18. §. 5.*
31 *Præterit figura huius mundi. l. 1. c. 20. §. 5.*

8 2 *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. l. 1. c. 12. §. 5.*
4 *Nihil est idolum. l. 1. c. 4. §. 5.*
11 *Peribit infirmus. l. 2. c. 20. §. 3.*
13 *Non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. l. 2. c. 14. §. 1.*

9 16 *Væ mihi est, si non euangelizauero. Prol. §. 11.*
24 *Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? l. 2. c. 12. §. 2.*

10 11 *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram. l. 1. c. 15. §. 4. In quos fines sæculorum deuenerunt. ibidem. & l. 1. c. 14. §. 4.*
12 *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. l. 1. c. 10. §. 1. c. 12. §. 4. 5. c. 15. §. 4. l. 2. c. 7. §. 5. c. 15. §. 4. c. 19. §. 5.*

11 1 *Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Prol. §. 12.*
19 *Oportet & hæreses esse. l. 2. c. 15. §. 1.*
28 *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. l. 1. c. 17. §. 4.*
29 *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. ibidem.*
31 *Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. l. 1. c. 13. §. 6. c. 15. §. 7. c. 16. §. 4. c. 17. §. 4.*

12 2 *Ad simulachra muta, prout ducebamini, euntes. l. 2. c. 5. §. 5.*
6 *Operatur omnia in omnibus. l. 2. c. 11. §. 2. c. 16. §. 5.*
11 *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Prol. §. 16.*
18 *Posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit. ibidem.*
27 *Vos estis corpus Christi & membra de membro. ibidem.*
28 *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores. Prol. §. 12. 16.*
29 *Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Prol. §. 16.*

13 4 *Charitas non æmulatur. l. 1. c. 13. §. 1.*
9 *Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus. l. 2. c. 4. §. 3. c. 6. §. 4.*
12 *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. l. 2. c. 4. §. 3. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. l. 2. c. 16. §. 4.*

14 38 *Si quis ignorat, ignorabitur. l. 1. c. 7. §. 4. 6. l. 2. c. 7. §. 6.*

15 9 *Ego sum minimus Apostolorum. l. 1. c. 16. §. 5.*
10 *Gratiâ Dei sum id quod sum. l. 1. c. 19. §. 6. Non ego autem sed gratia Dei mecum. ibidem. & l. 2. c. 15. §. 3.*
24 *Cum tradiderit regnum Deo & patri. l. 2. c. 3. §. 2. c. 4. §. 5.*
26 *Nouissima inimica destruetur mors. l. 2. c. 10. §. 3.*

Digitized by Google

28 *Vt ſit Deus omnia in omnibus. l. 1. c. 17. §. 3. l. 2. c. 3. §. 2. c. 4. §. 5.*
33 *Corrumpunt mores bonos colloquia praua. l. 2. c. 20. §. 3.*
36 *Quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. l. 1. c. 14. §. 2.*
41 *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Prol. §. 16.*
44 *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. l. 2. c. 3. §. 3.*
46 *Non priùs quod ſpiritale eſt, ſed quod animale; deinde quod ſpiritale. l. 2. Præf. c. 2. §. 1.*
54 *Abſorpta eſt mors in victoria. l. 2. c. 3. §. 4.*
56 *Stimulus mortis peccatum eſt: virtus verò peccati lex. l. 1. c. 9. §. 3. c. 13. §. 3.*
57 *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. l. 1. c. 17. §. 2.*

SECVNDA AD CORINTHIOS.

1 3 *Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis. l. 1. c. 19. §. 4.*
3 3 *Epiſtola eſtis Chriſti, ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui. l. 2. c. 8. §. 5.*
4 *Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum. l. 1. c. 16. §. 5. l. 2. c. 16. §. 4.*
5 *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis; quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. l. 1. c. 10. §. 1. c. 13 §. 6. c. 26. §. 5. l. 2. c. 16. §. 4.*
6 *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat. l. 1. c. 9. §. 2. 6. c. 13. §. 3.*
4 4 *Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium. l. 1. c. 6. §. 6.*
7 *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. l. 2. c. 15. §. 5.*
5 4 *Vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. l. 2. c. 10. §. 3.*
6 *Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino. Prol. §. 3. 5. l. 2. c. 1. §. 3. 4. c. 2. §. 1. 3. 5.*
7 *Per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem. Prol §. 5. l. 2. c. 1. §. 3. c. 2. §. 1. 3. 5.*
8 *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Prol. §. 3. l. 2. c. 2. §. 5.*
6 6 *In ſuauitate, in ſpiritu ſancto. l. 1. c. 13. §. 4.*
12 *Angustiamini in viſceribus veſtris. l. 1. c. 15. §. 7.*
11 14 *Transfigurat ſe in angelum lucis. l. 1. c. 6. §. 6.*
27 *In vigiliis multis. l. 1. c. 17. §. 2.*
32 *Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehenderet. l. 1. c. 11. §. 2.*
33 *Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.* ibidem.
12 2 *Vſque ad tertium cælum. l. 2. c. 3. §. 2.*
4 *Raptus eſt in paradiſum. l. 2. c. 4. §. 4.*
7 *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me colaphizet. l. 1. c. 11. §. 1. 6.*
8 *Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me. l. 1. c. 11. §. 1.*
9 *Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. l. 1. c. 11. §. 1. 2. 6. Nam virtus in infirmitate perficitur. l. 1. c. 11. §. 1. 2. 3. 6. c. 13. §. 2. c. 16. §. 6. l. 2. c. 19. §. 5. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Chriſti. l. 1. c. 13. §. 2. §. 4. c. 19. §. 5.*
13 3 *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Prol. §. 12.*

Digitized by Google

EPISTOLA AD GALATAS.

1 9 *Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Prol. §. 14.
15 *Cum autem placuit ei, qui me segreganit ex vtero matris meæ.* l. 2. c. 12. §. 3.
2 20 *Vivo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus.* l. 2. c. 3. §. 6.
3 10 *Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* l. 1. c. 13. §. 5.
11 *In lege nemo iustificatur.* l. 1. c. 9. §. 5. 6.
13 *Christus nos redemit de maledicto legis.* l. 1. c. 13. §. 5.
19 *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est.* l. 1. c. 9. §. 3. 4. 5. 6.
21 *Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.* l. 1. c. 9. §. 2. 3. 6.
22 *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* ibidem.
23 *Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebantur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat.* l. 1. c. 9. §. 6.
24 *Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo.* l. 1. c. 9. §. 2. c. 13. §. 1.
4 3 *Sub elementis mundi eramus seruientes.* l. 1. c. 6. §. 3.
9 *Cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo.* l. 2. c. 16. §. 3.
26 *Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra.* l. 2. c. 1. §. 4. c. 4. §. 1. 5. c. 6. §. 1. c. 7. §. 2.
27 *Sterilis.* l. 2. c. 7. §. 2.
5 6 *Fides quæ per charitatem operatur.* l. 2. c. 10. §. 3.
15 *Quòd si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.* Prol. §. 15.
17 *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem.* l. 1. c. 13. §. 5. c. 15. §. 2. c. 16. §. 2. c. 17. §. 2. l. 2. c. 11. §. 1.
20 *Sectæ.* l. 1. c. 5. §. 5.
24 *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* l. 1. c. 16. §. 2. l. 2. c. 3. §. 6.
6 1 *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.* l. 1. c. 16. §. 5.
3 *Si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* l. 1. c. 7. §. 4. 5. c. 12. §. 5. c. 16. §. 5. c. 20. §. 2.
5 *Vnusquisque onus suum portabit.* l. 1. c. 16. §. 5.
7 *Deus non irridetur.* l. 1. c. 18. §. 2.
16 *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.* l. 1. c. 14. §. 3.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

1 4 *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* l. 2. c. 12. §. 4. c. 14. §. 3. 5. c. 17. §. 4. 5. c. 18. §. 4.
10 *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt.* l. 2. c. 7. §. 4.
11 *In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia.* l. 2. c. 8. §. 3. c. 14. §. 4. 5. c. 15. §. 4. c. 20. §. 2.
18 *Illuminatos oculos cordis.* l. 1. c. 16. §. 5.
2 2 *Operatur in filios diffidentiæ.* l. 1. c. 5. §. 3. c. 6. §. 6.

Gratiâ

Digitized by Google

8 *Gratiâ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt.* l. 1. c. 16. §. 5. l. 2. c. 19. §. 4.

9 *Non ex operibus, vt nequis glorietur.* l. 1. c. 12. §. 4. c. 16. §. 5. l. 2. c. 15. §. 2. c. 16. §. 5. 6. c. 19. §. 4.

10 *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* l. 2. c. 16. §. 5. 6.

14 *Fecit vtraque vnum.* l. 2. c. 6. §. 2.

19 *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei.* l. 2. c. 1. §. 4. c. 4. §. 1.

20 *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Prol. §. 16.

21 *In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino.* ibidem.

4: 8 *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Prol. §. 16.

11 *Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores.* Prol. §. 15. l. 1. c. 18. §. 1.

12 *Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.* ibidem.

13 *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* ibidem. & l. 2. c. 3. §. 2.

14 *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.* Prol. §. 15. l. 1. c. 18. §. 1.

17 *Non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui.* l. 1. c. 6. §. 6.

18 *Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum.* ibidem.

5: 8 *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* l. 2. c. 5. §. 5.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

1: 6 *Qui cæpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.* l. 2. c. 20. §. 3.

21 *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum,* Prol. §. 5.

23 *Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto.* ibidem.

2: 6 *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* l. 1. c. 13. §. 1. l. 2. c. 11. §. 2.

7 *Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* l. 1. c. 13. §. 1.

8 *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* ibid.

12 *Cum metu & tremore veſtrâ ſalutem operamini.* l. 1. c. 12. §. 4. c. 14. §. 6. c. 16. §. 5. 6. 7.

13 *Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.* l. 1. c. 12. §. 4. c. 14. §. 6. c. 19. §. 6. l. 2. c. 15. §. 2. 3. 5. c. 16 §. 3.

15 *Lucetis ſicut luminaria in mundo.* l. 2. c. 7. §. 5.

16 *Verbum vitæ continentes.* ibidem.

21 *Quæ ſua ſunt quærunt non quæ ſunt Ieſu Chriſti.* l. 2. c. 4. §. 2.

3: 3 *Gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes.* l. 1. c. 14. §. 2.

12 *Sequor autem, ſi quomodo comprehendam in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.* l. 2. c. 16. §. 3.

13 *Quæ verò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipſum.* l. 1. c. 15. §. 3.

14 *Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis.* l. 2. c. 12. §. 2.

Digitized by Google

34 19 *Qui terrena ſapiunt. l. 2. c. 4. §. 2.*
20 *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. l. 2. c. 1. §. 3.*
4 7 *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum. l. 2. Præf. c. 3. §. 4. c. 4. §. 3. c. 5. §. 4.*

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

1 13 *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. l. 2. c. 4. §. 5.*
18 *Ipſe primatum tenens. l. 1. c. 16. §. 5.*
2 3 *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. l. 1. c. 10. §. 1.*
8 *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. Prol. §. 14. l. 1. c. 3. §. 5. c. 4 §. 7. Secundum elementa mundi. l. 1. c. 3. §. 5.*
18 *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, & religione angelorum. l. 1. c. 6. §. 3.*
3 1 *Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. l. 1. c. 17. §. 5.*
2 *Quæ ſurſum ſunt ſapite. l. 2. c. 4. §. 2. Non quæ ſuper terram. l. 1. c. 17. §. 5.*
3 *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. l. 1. c. 6. §. 5. l. 2. c. 3. §. 6.*
4 *Cum Chriſtus apparuerit, vita veſtra; tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. l. 1. c. 6. §. 5.*
5 *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. l. 1. c. 4. §. 7. c. 14. §. 5. c. 16. §. 2. 5. l. 2. c. 3. § 6.*
6 *Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. l. 1. c. 14. §. 5.*
9 *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. l. 1. c. 18. §. 6.*
10 *Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem.* ibidem.
4 2 *Orationi inſtate, vigilantes in ea. l. 1. c. 17. §. 2.*

PRIMA AD THESSALONICENSES.

4 4 *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. l. 1. c. 6. §. 2.*
5 *Non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.* ibidem.
8 *Qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deum; qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Prol. §. 12.*
14 *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. l. 2. c. 1. §. 2.*
5 2 *Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. l. 1. c. 16. §. 5.*
6 *Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus.* ibidem.
7 *Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. l. 1. c. 17. §. 2.*
14 *Corripite inquietos. l. 2. c. 20. §. 3.*

SECVNDA AD THESSALONICENSES.

3 2 *Non enim omnium eſt fides. l. 2. c. 1. §. 3. c. 2. §. 3.*

PRIMA AD TIMOTHEVM.

1 8 *Bona eſt lex, ſi quis eâ legitimè vtatur. l. 1. c. 9. §. 3.*
15 *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. l. 2. c. 18. §. 3.*
2 4 *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. l. 2. c. 11. §. 7. c. 12. §. 2. c. 13. §. 3. c. 14. §. 5. c. 18. §. 2. c. 20. §. 5. 6. 7.*
5 *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. l. 2. c. 12. §. 2.*

6 *Qui dedit redemptionem pro omnibus.* ibidem. & *l.* 2. *c.* 20. §. 5. 6.
7 *Doctor Gentium in fide & veritate. l.* 2. *c.* 20. §. 3.
3 2 *Oportet Episcopum esse Doctorem. l.* 2. *c.* 15. §. 1.
6 *Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. l.* 1. *c.* 19. §. 3.
14 *Hæc scribo, sperans me ad te venire citò. l.* 2. *c.* 1. §. 4.
15 *Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui.* ibidem.
4 16 *Attende tibi & doctrinæ. l.* 1. *c.* 16. §. 5.
6 4 *Superbus est, nihil sciens. l.* 1. *c.* 5. §. 6. *c.* 6. §. 5.
5 *Existimantium quæstum esse pietatem. l.* 1. *c.* 5. §. 4.
20 *O Timothee, depositum custodi. Prol.* §. 20.

SECVNDA AD TIMOTHEVM.

1 8 *Collabora euangelio. l.* 1. *c.* 18. §. 5.
Secundum virtutem Dei. l. 2. *c.* 14. §. 6.
9 *Qui nos liberauit, & vocauit vocatione suâ sanctâ, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* ibidem.
2 4 *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. l.* 1. *c.* 17. §. 1.
5 *Non coronatur nisi qui legitimè certauerit. l.* 1. *c.* 18. §. 5. *l.* 2. *c.* 12. §. 2.
17 *Sermo eorum vt cancer serpit. l.* 2. *c.* 15. §. 1.
19 *Firmum fundamentum Dei stat. Prol.* §. 8. *l.* 2. *c.* 1. §. 3. *c.* 2. §. 2. *c.* 20. §. 1. 3. *Cognouit Dominus qui sunt eius. Prol.* 8. *l.* 2. *c.* 1. §. 3. 4. 6. *c.* 2. §. 2. *c.* 7. §. 5. 6. *c.* 11. §. 7. *c.* 14. §. 6. *c.* 18. §. 4. *c.* 19. §. 4. *c.* 20. §. 6. *Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen* Domini. *l.* 2. *c.* 15. §. 1.
20 *In magna domo non solùm sunt vasa aurea & argentea; sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. l.* 2. *c.* 7. §. 5. *c.* 17. §. 3.
21 *Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem. l.* 2. *c.* 12. §. 2. *c.* 15. §. 3.
3 6 *Captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs. l.* 2. *c.* 15. §. 1.
7 *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* ibidem.
16 *Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. l.* 1. *c.* 14. §. 3.
4 5 *Tu verò vigila. l.* 1. *c.* 16. §. 5.
8 *Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. l.* 2. *c.* 12. §. 2. 4.

EPISTOLA AD TITVM.

1 2 *In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur* Deus, *ante tempora secularia. l.* 2. *c.* 19. §. 5.
9 *Amplectentem eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. l.* 2. *c.* 15. §. 1.
10 *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circumcisione sunt.* ibidem.
11 *Quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.* ibidem.

Digitized by Google

12 *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Prol. §. 20. l. 1. c. 18. §. 5.*
13 *Teſtimonium hoc verum eſt. Prol. §. 20.*
3 5 *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. l. 2. c. 10. §. 3.*

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

4 *Semper memoriam tui faciens in orationibus meis. l. 1. c. 16. §. 5.*

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

2 1 *Abundantiùs oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. l. 1. c. 16. §. 1.*
2 *Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prænaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem.* ibidem.
3 *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt.* ibidem.
4 *Conteſtante Deo ſignis & portentis.* ibidem.
16 *Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. l. 2. c. 8. §. 6.*
4 13 *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. l. 2. c. 7. §. 6.*
6 9 *Confidimus de vobis meliora, & viciniora ſaluti. l. 2. c. 19. §. 5.*
17 *Abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum. l. 2. c. 15. §. 4. c. 19. §. 5.*
18 *Vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.* ibidem.
19 *Quam ſicut ancboram habemus animæ tutam ac firmam, & ingredientem vſque ad interiora velaminis. l. 2. c. 19. §. 5.*
20 *Vt præcurſor pro nobis introiuit Ieſus.* ibidem.
7 2 *Primùm quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ: deinde autem & rex Salem, quod eſt rex pacis. l. 2. c. 5 §. 1. 2.*
11 8 *Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. l. 2. c. 1. §. 1.*
10 *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus.* ibid.
13 *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Prol. §. 5. l. 1. c. 9. §. 1. l. 2. c. 1. §. 1. 2. 3.*
14 *Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Prol. §. 3. 5. l. 2. c. 1. §. 1. 3.*
15 *Et ſi quidem ipſius meminiſſent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. l. 2. c. 1. §. 2.*
16 *Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cæleſtem: Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem. l. 2. c. 1. §. 1. c. 7. §. 1.*
40 *Deo pro nobis melius aliquid prouidere, vt non ſine nobis conſummarentur. l. 1. c. 17. §. 2.*
12 1 *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. l. 1. c. 16. §. 6.*
2 *Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* ibidem. & *l. 2. c. 16. §. 4.*
3 *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes. l. 1. c. 16. §. 6.*
22 *Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem. l. 2. c. 4. §. 1. c. 6. §. 1.*

Digitized by Google

23 *Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis. l. 2. c. 1. §. 6. c. 8. §. 5.*

13 14 *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Prol. §. 3. l. 2. c. 1. §. 1. 2. 3. 5. c. 2. §. 2. 6.*

7 *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pernigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. l. 1. c. 16. §. 5.*

11 *Aptet vos in omni bono, faciens in vobis quod placeat coram se. l. 2. c. 15. §. 2.*

EPISTOLA IACOBI.

1 2 *Omne gaudium existimate, cum in tentationes varias incideritis. l. 1. c. 16. §. 6.*

5 *Si quis indiget sapientiâ, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter. l. 1. c. 18 §. 5.*

12 *Beatus vir qui suffert tentationem. l. 1. c. 16. §. 2. 6.*

13 *Deus intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. l. 2. c. 10. §. 3.*

17 *Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. l. 2. c. 16. §. 4. c. 19. §. 7.*

22 *Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. l. 1. c. 14. §. 3.*

23 *Quia si quis auditor est verbi, & non factor; hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo.* ibidem.

24 *Consideravit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* ibidem.

27 *Immaculatum se custodire ab hoc sæculo. l. 2. c. 3. §. 6.*

2 5 *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se. l. 2. c. 17. §. 5.*

13 *Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium. l. 2. c. 12. §. 5. c. 18. §. 5.*

4 6 *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. l. 1. c. 14. §. 4. 6. c. 16. §. 6. c. 20. §. 7. l. 2. c. 9. §. 7.*

15 *Vapor ad modicum parens. l. 2. c. 3. §. 3.*

PRIMA PETRI.

1 1 *Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, &c. l. 1. c. 16. §. 6. l. 2. c. 12. §. 5. c. 20. §. 6.*

2 *Secundum præscientiam Dei Patris. l. 2. c. 12. §. 2. c. 20. §. 6.*

13 *Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. l. 1. c. 16. §. 6.*

17 *In timore incolatus vestri tempore conuersamini.* ibidem.

2 5 *Tanquam lapides vivi superædificamini. l. 2. c. 4. §. 3.*

9 *Regale sacerdotium, gens sancta. l. 2. c. 6. §. 5.*

11 *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. l. 1. c. 16. §. 6. l. 2. c. 1. §. 3. 4.*

3 17 *Melius est benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes. l. 1. c. 11. §. 4.*

19 *His qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit. l. 1. c. 3. §. 6.*

20 *Qui increduli fuerant aliquando in diebus Noë. l. 2. c. 18. §. 3.*

4 7 *Estote prudentes & vigilate in orationibus. l. 1. c. 16. §. 6.*

12 *Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat.* ibidem.

13 *Sed communicantes Christi passionibus gaudete.* ibidem.

5 5 *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Vide cap. 4. Iacobi vers. 6.

6 *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. l. 1. c. 14. §. 4. c. 16. §. 6. c. 19. §. 3.*
8 *Sobrij eſtote & vigilate. l. 1. c. 16. §. 6. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. l. 1. c. 14. §. 6.*
9 *Cui reſiſtite fortes in fide.* ibidem.

SECVNDA PETRI.

1 4 *Vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. l. 2. c. 2. §. 4.*
5 *Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, &c. l. 1. c. 6. §. 6.*
9 *Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt & manu tentans.* ibidem.
10 *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. l. 2. c. 12. §. 2. c. 15. §. 6. c. 20. §. 1.*
2 4 *Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari. l. 2. c. 7. §. 2. c. 8. §. 6.*
12 *Hi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem. l. 1. c. 9. §. 6.*
22 *Contigit eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum. l. 1. c. 15. §. 3. l. 2. c. 19. §. 6.*
3 1 *Hanc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam ſcribo epiſtolam. l. 2. c. 20. §. 6.*
9 *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. l. 2. c. 14. §. 6. c. 20. §. 6.*
10 *Aduenict dies Domini vt fur. l. 1. c. 16. §. 6.*

PRIMA IOANNIS.

1 8 *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. l. 1. c. 13. §. 4. c. 16. §. 6.*
2 7 *Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. l. 2. c. 6. §. 3.*
15 *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. l. 1. c. 20. §. 6.*
16 *Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ; quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. l. 1. c. 4. §. 5. 6. 7. c. 5. §. 5. c. 20. §. 1. 6.*
17 *Et mundus tranſit & concupiſcentia eius. l. 1. c. 20. §. 6.*
18 *Nouiſſima hora eſt. l. 1. c. 16 §. 4.*
19 *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. l. 2. c. 2. §. 4. c. 12. §. 4. c. 14. §. 5. c. 20. §. 2.*
27 *Non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed vnctio eius docet vos de omnibus.* Prol. §. 11.
3 2 *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum ſicuti eſt. l. 2. c. 3. §. 4.*
4 16 *Deus charitas eſt. l. 2. c. 6. §. 4.*

SECVNDA IOANNIS.

8 *Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis. l. 1. c. 16. §. 6.*

TERTIA IOANNIS.

2 *De omnibus orationem facio proſperè te ingredi.* ibidem.

EPISTOLA IVDÆ.

3 *Omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute.* ibidem.
19 *Hi ſunt qui ſegregant ſeipſos, animales, ſpiritum non habentes. l. 1. c. 5. §. 5.*
20 *Vos, Chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in ſpiritu ſancto orantes. l. 1. c. 16. §. 6.*
21 *Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate.* ibidem.
24 *Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione. l. 2. c. 14. §. 5.*

APOCALYPSIS.

8 *Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis. l. 1. c. 20. §. 2.*
10 *Fui in ſpiritu in Dominica die. l. 1. c. 17. §. 1.*
2 5 *Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam. l. 1. c. 16. §. 7.*
7 *Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis.* ibidem.
10 *Eſto fidelis vſque ad mortem.* ibidem.
16 *Pœnitentiam age: ſi quo minus veniam tibi cito.* ibidem.
3 2 *Eſto vigilans & confirma cætera.* ibidem.
3 *Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies quâ hora veniam ad te.* ibid.
11 *Tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam.* ibidem. *& l. 2. c. 7. §. 5. c. 12. §. 2.*
17 *Dicis, quod diues ſum & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. l. 1. c. 15. §. 7.*
18 *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. l. 1. c. 16. §. 7.*
4 6 *Animalia plena oculis antè & retro.* ibidem.
8 *In circuitu & intus plena ſunt oculis.* ibidem.
5 10 *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes; & regnabimus ſuper terram. l. 2. c. 4. §. 5.*
7 9 *Quam dinumerare nemo poterat. l. 2. c. 18. §. 5.*
8 13 *Væ, væ, væ habitantibus in terra. l. 2. c. 1. §. 3.*
10 4 *Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua. Prol. §. 17.*
12 1 *Signum magnum apparuit in cælo. l. 1. c. 7. §. 5.*
4 *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram. l. 2. c. 2. §. 3. 4. c. 7. §. 7.*
13 8 *Liber vitæ agni. l. 2. c. 1. §. 6.*
20 12 *Iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. l. 2. c. 7. §. 6.*
21 2 *Sponſa. l. 2. c. 3. §. 2.*
21 *Singulæ portæ erant ex ſingulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. l. 2. c. 3. §. 4.*
23 *Non eget ſole, neque lunâ; nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius eſt agnus.* ibidem.
27 *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium. l. 2. c. 1. §. 6.*
22 10 *Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius. Prol. §. 17.*
13 *Ego ſum Alpha & Omega, primus & nouiſſimus, principium & finis. l. 2. c. 11. §. 2.*

FINIS.

INDEX PRÆCIPVARVM rerum & verborum quæ his duobus prioribus libris continentur.

Prior numerus poſt litteram, L, denotat ordinem libri, alter poſt litteram, C, ordinem capitis; tertius vel plures ſequentes deſignant paragraphos eiuſdem capitis, Prol. Prologum, Præf. Præfatiunculam indicat. Quæ diuerſo charactere impreſſa ſunt, ipſas authorum ſententias verbis ſuis exprimunt.

A.

Abaylardus.

TESTATVR *Bernardus ipſum ſcripſiſſe librum intitulatum*, Scito teipſum. *lib.* 1. *Præf.*

Philoſophorum adinuentiones & ſuas nouitates Catholicorum Patrum doctrinæ & fidei præfert. ibidem.

Abraham.

In vna familia Thare patris Abrahami veri Dei cultus & lingua hebræa remanſit. l. 1. *c.* 9. §. 1.

Abrahæ perfectio commendata, eſt ſollicitudo ab vnoquoque noſtrum requiſita illis verbis Micheæ, Sollicitum ambulare cum Deo tuo. *l.* 1. *c.* 15. 2.

Peregrinantium cæligenarum typum geſſit. l. 2. *c.* 1. §. 1.

Abrahami nepotes ſe peregrinos & hoſpites ſuper terram profitentur. ibidem.

Etiam Dauid regno licet & honore ſublimatus ac terræ Chanaan in qua natus fuerat poſſeßione firmatus. l. 2. *c.* 4. §. 2.

Potiori iure per ſinum Abrahæ cæleſtis patria quàm limbus Patrum deſignatur. l. 2. *c.* 4. §. 6.

Vide Peregrinatio, Sinus.

Adam.

Adam latino ſermone terra rubra *nominatur ait Gregorius. l.* 1. *c.* 8. §. 1.

Iſtius nominis impoſitio non aliud fuit quàm ſe noſcendi *quædam admonitio.* ibidem.

Vt eiuſdem rei etiam poſt caſum admoneretur ſuum nomen, Adam, retinuit. l. 1. *c.* 8. §. 3.

Adam apud Hebræos communi genere Homo *dicitur. l.* 1. *c.* 8. §. 6.

Adamo

Digitized by Google

Adamo quædam inconsideratio obrepsit cum legem datam in paradiso violauit. l. 1. c. 7. §. 4.

Istam inconsiderationem Patres diuersis nominibus appellant, vt negligentiam, teporem rationis, insipientiam, simplicitatem, vuditatem. l. 1. c. 7. §. 3.

Item vocant imprudentiam, oblitionem. ibidem.

Duplici morbo obnoxios nos fecit eius inobedientia, vni ignorantiæ, alteri infirmitatis. l. 1. c. 15. §. 2.

Dum sibi vult esse excellendi, sciendi, & gaudendi fons atque principium, superbus, curiosus & carnaliter voluptuosus cum omni sua posteritate effectus est. l. 1. c. 20. §. 1.

Illa verba Dei vocantis Adam vbi es? *à diuersis Patribus pulchrè expenduntur. l. 1. c. 8. §. 3.*

Adam & Eua ad hoc requisiti fuerant vt peccatum quod transgrediendo commiserant confitendo delerent. l. 1. c. 14 §. 1.

Vterque adhibere sibimet defensionis solatia quàm confessionis elegerunt. ibidem.

Vide Excusatio.

Qui ore fallentis diaboli audierant *Eritis sicut Dij* quia Deo esse similes in diuinitate nequiuerunt, ad erroris sui cumulum Deum sibi facere similem in culpa conati sunt. ibidem. Greg.

Homo creandus non fuisset si Angeli omnes perseuerassent. l. 2. c. 7. §. 3. & 7.

Quidam tenent contrarium. Eodem cap. §. 4.

Adrumetini.

Eos non censuit Augustinus audiendos, prædestinationis nomine fatum prædicantes. l. 2. c. 19. §. 4.

Adrumetinismi & Semipelagianismi fundamentum fuit illud axioma Riuianum, Quod ex inimpedibili per necessariam sequitur consequentiam hoc impedibile est ac necessarium. *l. 2. c. 19. §. 3.*

Ex eodem axiomate Adrumetini impugnabant arbitrij libertatem, & Semipelagiani antecessoriam Dei prædestinationem. ibidem.

Aduersarius.

Plus plerunque periculi est in insidiatore occulto quàm in hoste manifesto. *l. 1. c. 14. §. 1.* Leo.

Grauissimum inimicitiæ genus est esse corde aduersarios, & linguâ simulare deuotos. ibidem. Cassiod.

Adulatio.

Quàm sit hominibus periculosa. l. 1. c. 16. §. 3.

Christus suo facto nobis commendauit quàm tolerabilius feramus criminatores palam sæuientes quàm adulatores sicè blandientes. ibidem.

Quanquam in ijs quæ Dei sunt confirmatus sim, attamen plus mihi timendum est, nec animus illis intendendus qui frustra me inflant, qui enim laudant, flagellant me. *l. 1. c. 18. §. 2.* Ignatius martyr.

Ægyptus. Ægyptij.

Cur Deus Aegyptios voluerit per minutissima & vilissima animalia, ranas, muscas, locustas, cyniphes debellare. l. 1. c. 15. §. 4.

Digitized by Google

Ægyptus interpretatur Tenebræ. l. 1. c. 16. §. 1.
Fuga Iosephi in Ægyptum cum puero Iesu & matre eius quid mysticè significet? ibid.
In Ægypto quisque est per contemplationem sui, In terra Israël per contemplationem Dei, In Iudæa per ædificationem proximi. ibidem.

Agios.

Græcè Sanctus, *Latinè* Sine terra *dicitur. l. 2. c. 6. §. 4.*

Ambrosiaster.

Pelagij prodromus istam Apostoli sententiam Deus vult omnes homines saluos fieri, *vult includere hanc conditionem*, Si homines ipsi velint. *l. 2. c. 20. §. 5.*
A Molina pro Ambrosio obtruditur. l. 2. c. 20 §. 7.

Ambrosius Catharinus.

Dux eorum qui apertè Augustinum defecerunt teste Petauio. l. 2. c. 13. §. 1. & c. 14. §. 1.
Aduersus Augustini sententiam viginti quinque argumenta coacernauit. l. 2. c. 14. §. 1.
De istis argumentis iudicium Bened. Pereij. ibidem.
Immerito dubitauit An Plato & Socrates æternam sint adepti salutem. l. 1. c. 3. §. 6.

Amicus. Amicitia.

An præsidio sint amici quos non virtus sed fortuna conciliat? l. 2. c. 14. §. 1.
Boeth. Quem fœlicitas amicum fecit infortunium faciet inimicum. ibidem.

Amor. Amare.

Hugo Victor. Ingenitum est omni animanti amare quod genuit. *l. 2. c. 17. §. 7.*
Libenter aspicimus quem multum diligimus. *l. 1. c. 20. §. 2.*
Richard. Victor. *Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. l. 1. c. 20. §. 6.*
Esse sine delectatione anima nunquam potest, nam infimis delectatur aut summis, & quantò altiori studio exercetur ad summa tantò maiori fastidio corpescit ad infima. ibidem.

Amor sui ipsius.

Est causa cur homo veracitèr seipsum non cognoscat. l. 1. c. 20. §. 2. & 3.
Nimius amor in seipsum omnium peccatorum omnibus semper est causa. l. 1. c. 20. §. 2.
Richard. Victor. Ex magnitudine dilectione pendet mensura æstimationis, & quia modus dilectionis est sine modo sine mensura est æstimationis suæ magnitudo. ibidem.
Qui philautiæ prurigine inquietantur vanam vbique gloriam aucupantur. l. 1. c. 20. §. 3.

by Google

Eorumdem proprius morbus eſt vanitas. ibidem.

Vide Vanitas.

Amor priuatus aufert homini verum de ſeipſo iudicium. l. 1. c. 20. §. 4.

Angelus.

Deus omnes Angelos indifferenter ad ſalutem deſtinare voluit voluntate tamen ſuſpenſa à conditione principaliter per ipſos implenda. l. 2. c. 11. §. 7.

Donauit veriſque auxilium in actu primo ad perſeuerandum ſufficiens, ſed eius vſum ac abuſum libero commiſit eorum arbitrio. ibidem.

Ex parte ſua Deus vniformiter erga angelos bonos & malos ſe geſſit in via. l. 2. c. 11. §. 4.

Quo ſenſu intelligendum quod dixit Auguſtinus, Angelos bonos præ aliis ampliùs adiutos ad beatitudinem peruenisse. ibidem.

Dum Anſelmus de bono Angelo dicit. Quod ſola bona voluntate permanſerit, *non excludit gratiæ poßibilitantis obſequium ſed voluntatis arbitrio aßignat primatum. l. 2. c. 11. § 3.*

Angelici ſpiritus mutabiles ex natura conditi ſunt quatenus aut ſua ſponte S. Gregor.
caderent aut ex arbitrio ſtarent. *l. 2. c. 11. §. 5.*

Boni perſeuerauerunt non gratiâ eorum arbitrium indeclinabiliter agente, ſed potius arbitrio gratiam ad agendum applicante. l. 2. c. 11. §. 4.

Angelis non ſolum perſeuerandi poteſtatem ſed etiam voluntatem à Deo datam fuiſſe. quo ſenſu aliqui aſſerant? ibidem.

Verum Sanctorum Angelorum perſeuerantia prædeſtinata ſit? l. 2. c. 9. Argumenta quibus id videtur probari. §. 5. & 6.

Angelorum prædeſtinatio fuit ſubnixa meritorum præuiſione. l. 2. c. 10. §. 4.

Vide Perſeuerantia, Prædeſtinatio.

Liberum arbitrium Angelorum ſic fuit determinatum ad merendum pro primo inſtanti vt non potuerit pro tunc demereri. l. 2. c. 11. §. 6.

Illa determinatio fuit non ſolùm quoad ſpecificationem ſed etiam quoad exercitium. ibidem.

Deus non prius Angelos bonos prædeſtinauit ad gloriam quàm malos ad ignominiam. l. 2. c. 11. §. 7.

Iuxta D. Thomam quædam inconſiderantia præuaricanti Angelo obrepſit. l. 1. c. 7. §. 4.

Per ſui inconſiderantiam de ſuo principatu deiectus eſt. Eodem cap. §. 5.

Etſi fuerit iſta inconſiderantia culpabilis, non malè dicitur quod primum Angeli peccatum fuerit ſuperbia. l. 1. c. 7. §. 4.

Angelus malus fuit ad peccandum promptior quòd ſperaret ſe non adeo ſeuerè puniendum. l. 1. c. 7. §. 5.

Poſt lapſum malorum Angelorum placuit Deo aliam condere creaturam ratio- Fulgent.
nalem per quam numerus ille angelorum de cælo labentium qui perierat ſuppleretur. *l. 2. c. 7. §. 2.*

Si omnes angeli perſeuerâſſent, homo conditus non fuiſſet. l. 2. c. 7. §. 3. & 7.

Non vile nec humana excellentiâ indignum videri debet quòd occaſione Angelicæ ruinæ conditus homo aſſeratur. Eodem cap. §. 4.

Angeli ſancti docti à Deo nouerunt quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. ibidem.

Quidam ad ſupernam ciuitatem credunt aſcenſuram tantam multitudinem hominum, quanta multitudo remanſit angelorum. ibidem. *Quidam docent contrarium: melius dicitur mortalibus id eſſe incertum. Eodem cap. §. 5.*

Angeli cuſtodiæ hominum deputati, dum apud nos ſunt in terra equidem vident faciem patris in cælis. l. 2. c. 2. §. 5.

Vnde nec debent dici peregrinari. ibidem.

Vide Perſeuerantia, Prædeſtinatio, gratia, diabolus.

Apocalypſis.

Quid in Apocalypſi S. Ioannis deſignetur per animalia quæ antè & retrò plena ſunt oculis. l. 1. c. 16. §. 7.

Apophtegma *Noſce teipſum.*

Eius ediſcendi difficultas. l. 1. c. 1. §. 1. & 2.

Quis primus eius author. Eodem cap. §. 2. & 3.

Cur Apollini & Mercurio fuerit attributum? ibidem.

Frontiſpicio templi Apollinis Delphis olim inſcriptum. ibidem. §. 2.

Item in Tripode interiori. ibidem. §. 4.

Immeritò Græci iactant ſe ab oraculo Delphico in vetuſtiſſimo tripode ante omnes accepiſſe. l. 1. c. 19. §. 8.

Veriſimile eſt Adamo diuinitus ab initio fuiſſe inſpiratum. l. 1. c. 2. §. 5.

Huius Apophtegmatis author Deus, origo rationali creaturæ coæua, amplitudo ei coextenſa. l. 1. c. 7. §. 1.

Iuxta Clementem Alexand. iſtud Noſce teipſum *multa indicat. l. 1. c. 18. §. 2.*

Magno nobis adiumento futurum eſt iſtud præceptum, Attende tibijpſi *ſi ſemper ob oculos mentis obuerſetur. l. 1. c. 8. §. 4.*

Vide Cognitio *ſui.*

Ariſtoteles.

Magiſtri ſui Platonis opiniones palam improbauit. l. 1. c. 3. §. 4.

Ea fuit Platonis de ipſo querela, Ariſtoteles in nos recalcitrat vt in matrem pullus. l. 1. c. 3. §. 4. & l. 2. c. 16. §. 4.

Comparatione diuini Platonis magiſtri ſui Dæmonius fuit appellatus. l. 1. c. 3. §. 4. & 6.

Idolorum cultui addictus. l. 1. c. 3. §. 4.

Concubinæ hoſtias immolauit. ibidem.

Animæ immortalitatem negauit, aut de ea dubitauit. ibidem.

Diuinam prouidentiam ad ſublunaria coarctauit. ibidem.

Tædio vitæ ſeipſum occidit. ibidem.

Teſte Auguſtino apud inferos contremiſcit. l. 1. c. 3. §. 6.

Ariſtoteles & Criſippus fuerunt in arte Dialectica excellentes. l. 1. c. 5. §. 1. Eo nomine tanquam hæreticorum, Patroni & fotores præ cæteris à Hieronymo numerantur. ibidem.

Tempore Philippi Auguſti Galliæ regis in Concilio Pariſienſi conquiſita opera Ariſtote-

lis in ignem iecerunt edicto prohibentes nequis deinceps similibus scriptis vteretur quod ad hæresim viam sternerent. Prol. §. 14.

Vide verbo Philosophia. Philosophi.

Auaritia.

Quomodo ex gula nascitur. l. 1. c. 20. §. 4.

Eius proprietates. ibidem.

Augustinus.

Eius authoritas in materia prædestinationis & gratiæ. l. 2. c. 13. §. 1. 2. & 3.

Eius de electione gratuita & discretione hominum ex massa perditionis, sententia astruitur. l. 2. c. 13. & 14.

Ecclesiæ sunt iniuriosi qui Augustini doctrinam toties ab ea defensatam repudiant. l. 2. c. 13. §. 2.

Augustini doctrina signanter de libero arbitrio & gratia tanquam Ecclesiæ Romanæ fides amplectenda. Eodem cap. §. 2.

Eius libri ad Hilarium & Prosperum specificè & nominatim ab Hormisdà approbati. l. 2. c. 13. §. 2. & 3.

Aliquot Conciliorum & Romanorum Pontificum de Augustino elogia. Prol. §. 18. item l. 2. c. 13. §. 2.

Maior meliorque pars Theologorum antiquorum & torrens Recentiorum Sapientum sequitur Augustinum in omni ferè Academia orbis Christiani. l. 2. c. 13. §. 5.

Aliquot Pontifices obtrectatoribus S. Augustini libertatem malè loquendi ademerunt. ibidem.

Augustini de gratuita electione ad gloriam sententia vberius elucidatur. l. 2. c. 14. §. 1.

A quorundam siniſtra interpretatione vindicatur. §. 2. & seqq.

Quidam neoterici maluerunt Augustinum siniſtrè interpretari quam apertè deserere. l. 2. c. 14. §. 1.

Vide verbo Vasquez.

Eorum studium non minùs periculosum quàm Catharini & similium qui ab Augustino palam dissentiunt. ibidem.

Vide verbo. Aduersarius.

Augustini prædicationis (*de Prædestinatione & gratia*) quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adiutor. *l. 2. c. 14. §. 1.* Prosper.

Magna cautela vigilandum aduersus eos qui se Augustinianos simulant vt Augustinum subuertant. ibidem.

Quàm deuotum se erga Augustinum simulauerit Vasquez. ibidem.

Quomodo Vasquez & Petauius inter se discordent & tamen discordi concordiâ Augustinum infestent? ibidem.

Dum vterque ex vnius Augustini impugnatione sibi famam aucupatur, tam Augustino quàm sibimetipsi, quàm suo consodali aduersatur. ibidem.

Comparatur æstimatio authoritatis Augustini quæ olim fuit cum vilipendio eiusdem per Petauium. l. 2. c. 14. §. 2.

Augustinum adhuc viuentem pro se allegare ausi sunt Pelagius, Iulianus, & Semipelagiani. l. 2. c. 16. §. 1.

Digitized by Google

Fulgentij præclarum de Auguſtino & libris eius in materia Prædeſtinationis & gratiæ elogium. l. 2. c. 16. §. 2.

Auguſtinus initio ſuæ conuerſionis & antequam præficeretur Eccleſiæ erranit in eo quod putauerit initium fidei eſſe ex nobis. l. 2. c. 16. §. 5.

Retractando iſtum errorem etiam retractauit errorem de Præſcientiaria prædeſtinatione ad gloriam, illi enim errores inuicem indiuulsè cohærent. l. 2. c. 17. §. 4.

Hoſtes gratiæ dixerunt quod Auguſtinus initio conuerſionis meliora ſenſiſſet quàm poſtea. l. 2. c. 16. §. 5.

Adhuc modo ſunt qui Auguſtinum priùs errantem quàm poſtmodum reſipiſcentem imitari malunt. l. 2. c. 17. §. 4. & 5.

Auguſtini librum De correptione & Gratia *plenum diuinæ authoritatis vocat S. Proſper. l. 2. c. 19. §. 3.*

Auguſtino fuit olim à veteribus gratiæ hoſtibus affictus error extendens prædeſtinationem vſque ad mala culpæ. l. 2. c. 19. §. 4.

Sicut ob aſſertum traducem peccati originalis à Pelagianis vocabatur Traducianus, *ita ob aſſertam prædeſtinationis antecedentiam ad merita etiam præuiſa dictus fuit* Prædeſtinatianus. *l. 2. c. 20. §. 4.*

Vide verbo Prædeſtinatiani.

Authoritas.

Quàm certa ſit ſanctorum Patrum vel Scholaſticorum authoritas l. Prol. §. 13.

Vtrorumque authoritates inter ſe comparantur. ibidem. §. 14.

Vide verbo Scholaſtici.

Perſtringuntur quidam de Societate qui recentiores Priſcis æquare, imo anteponere præſumpſerunt. Prol. §. 17. & 19.

Iſtius præſumptionis & ſuperbiæ origo tangitur. ibidem.

Graueſſima teſtimonia pro authoritate Priſcorum præ Neotericis & pro vetuſtate contra nouitatem. ibidem. §. 18.

Contraria argumenta ſoluuntur. ibidem. §. 19.

A nano ſuper humeros Gigantis longiùs proſpiciente ſumpta ſimilitudo refellitur. ibidem.

B.

Beatitudo.

Chriſtus recenſens octo beatitudines, non alios prædicat beatos, quam qui nouerint ſeipſos. l. 1. c. 16. §. 2.

Lucas quatuor duntaxat recenſens beatitudines ſingulis ſuam contraponit miſeriam. l. 1. c. 16. §. 3.

Priſcorum Philoſophorum nonnulli vitam priuatam ad beatitudinem vtiliorem eſſe ſignificauerunt. l. 1. c. 18. §. 3.

Fiducia beatitudinis ſtatim à morte adipiſcendæ quoſdam Philoſophos impulit voluntariam ſibi mortem conſciſcere. l. 2. c. 3. §. 6.

Ælredus. Sicut rationalis creaturæ nulla alia eſt beatitudo quàm Deo adhærere, ita hoc eius miſeria à Deo recedere. *l. 1. c. 20. §. 4.*

Verum & ſummum bonum hominis eſt plena & perfecta cognitio creatoris. l. 2. c. 20. §. 5.

Patris cæleſtis felicitas deſcribitur. l. 2. c. 3. §. 2. 4. & 5. Item cap. 4. §. 4. ſub nomine paradiſi.

Comparatione beatitudinis cæleſtis, felicitas Protoplaſtorum in terreſtri paradiſo non fuit niſi vmbra vitæ. l. 2. c. 3. §. 5.

Supremæ felicitatis participatio non minuetur pro numero cohæredum ſed potiùs augebitur. l. 2. c. 6. §. 6.

Etiamſi non liceret ampliùs in ea manere quàm vnius diei morâ, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritóque contemnerentur. *l. 2. c. 3. §. 4.* Auguſt.

Donum beatitudinis quod dicuntur Angeli & homines in ſua creatione accepiſſe, inchoatam beatitudinem vitæ non conſummatam patriæ domus accipere. l. 2. c. 8. §. 2.

Becanus.

Ridiculè ineptit dum anteceſſoriæ prædeſtinationis aſſertores dicit neceſſariò incidere in illud dilemma quo ſe expedire non poſſunt: Vel ſum prædeſtinatus vel reprobatus, ſi prædeſtinatus ſaluabor quicquid fecero, ſi reprobatus damnabor quicquid fecero. *l. 2. c. 20. §. 4.*

Bellarminus.

Auguſtini ac diſcipulorum eius de gratuita ad gloriam electione ſententiam pro catholicæ Eccleſiæ fide habendam non dubitauit. l. 2. c. 13. §. 1.

S. Birgitta.

Etiam in ſenectute tentationes ſibi accreſcentes ſentiebat quales nec in iuuentute nec in coniugio experta fuerat. l. 2. c. 19. §. 6.

Cur Deus hoc permitteret beata Virgo ei reuelauit. ibidem.

Item iſtud, Niſi Chriſtus eam præſeruaſſet non eſt aliquod peccatum tam graue quod non commiſiſſet. ibidem.

Bonum.

Bonorum alia ſunt magna, alia infima, alia media ex Auguſtino. l. 2. c. 11. §. 2.

Omnia bona à Deo ſunt, non tamen vniformi influxu ab ipſo omnia prodeunt. ibidem.

C.

Cæremoniæ.

Suis cæremoniis ac ritibus hoc potiſſimum intendit Eccleſia vt ſuos filios ab exterioribus ad interiora retrahat & ad ſeipſos cognoſcendum inducat. l. 1. c. 17. §. 1. & 2.

Eò collimat dies hebdomadæ feriarum *nomine appellans, Vigilias inſtituens in præcipuis Sanctorum profeſtis obſeruandas.* ibidem. *Item inſtituens feſtiuitates. Eodem cap. §. 3 Animam confeſſionem & communionem præcipiens. § 4. Diebus dominicis & feſti i miſſæ audiendæ obligationem imponens. §. 5. Denique præſcribens ieiunia. §. 6.*

Vide verbo Feriæ.

Digitized by Google

Cain.

Cur posteri Cain filij hominum, *posteri Seth* filij Dei *sint appellati. l.* 1. *c.* 8. §. 5.

Ioſephus. Caini ſoboles, ſuperſtite etiam tum Adamo, ſceleratiſſima euaſit dum poſterior quiſque ſit deterior nec ſolum imitatur priorum vitia ſed ſuperat. ibidem.

Capitula.

Illa quæ atteſtatur Hormiſda in ſcrinijs Eccleſiaſticis contineri videntur illa ipſa eſſe quæ in ſecunda Synodo Arauſicana definita ſunt. l. 2. *c.* 13. §. 2.

Caro, & eius concupiſcentia.

Carnis ſtimulus in renatis ad agonem relinquitur. l. 1. *c.* 11. §. 1. *Item vt ſit quidam velut admonitor humanæ infirmitatis, qualis olim triumphantibus (teſte Hieronymo) in curru adhibebatur.* ibidem.

Carnis ſtimulum Apoſtolus ſuſtinebat, non quia extolleretur, ſed ne extolleretur. l. 1. *c.* 11. §. 6.

Concupiſcentia relinquitur in renatis ad ſuperbiæ cautelam & humilitatis cuſtodiam. l. 1. *c.* 11. §. 3.

Quomodo Auguſtinus idipſum varijs locis affirmans, aliquando velut cauſam relictæ concupiſcentiæ ignoraret ad occulta Dei iudicia recurrat? ibidem.

Illo præcepto, non concupiſces, *prohiberi omnem libidinem ſciendi, excellendi, ſentiendi affirmat Auguſtinus. l.* 2. *c.* 5. §. 6.

Captiuitas.

Duplex eſt redemptio ſeu liberatio à captiuitate diaboli, vna inchoata, alia perfecta & conſummata propria electis quæ fit in altera vita. l. 2. *c.* 10. §. 3.

Perfecta liberatio eſt etiam à reliquijs peccatorum & ab omni langore concupiſcentiæ. ibidem.

Caſſianus.

Abbas S. Victoris iuxta Maſſiliam, dux Semipelagianorum. l. 2. *c.* 12. §. 1.

Maſſilienſium anteſignanus. l. 2. *c.* 13. §. 2.

Eius opuſcula pro apocryphis habenda Gelaſius in Concilio Romano decreuit. ibid.

Verum fuerit Chryſoſtomi diſcipulus prout affirmat Vaſquez? l. 2. *c.* 16. §. 4.

Non ex Chryſoſtomo ſed ex Abbate Cheremone hauſit ſuum Semipelagianiſmum collatione 13. *potiſſimum traditum.* ibidem.

Caſſiani profeſſio fuit aliquando catholica. l. 2. *c.* 16. §. 4.

Celeſtinus.

Quid intellexit per profundiores & difficiliores partes occurrentium quæſtionum. l. 2. *c.* 13. §. 3.

Proſper. Ei ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus ſuæ gratiæ dona largitus eſt. ibidem.

Eum non latuit irrefragabilis conſequentia à vera Chriſti gratia ad prædeſtinationem gratuitam. ibidem.

Verum

Digitized by Google

Vtrum decidendo cauſam gratiæ, cauſam prædeſtinationis pariter definierit? Eodem cap. §. 3. & 4.

Charitas.

Eius duæ alæ ſunt dilectio Dei & dilectio proximi. l. 2. c. 4. §. 1.

Chryſoſtomus.

Vindicatur ab iniuria quam ei intentat Vaſquez volens ipſum indiſſimulabiliter facere maſſilienſem. l. 2. c. 16. §. 4.

Vtrum fuerit Caſſiani magiſter. ibidem.

Nimis iniurius eſt Chryſoſtomo qui Caſſiani velut eius diſcipuli, errores potius quàm veritates ei vult attribuere. ibidem.

Oſtenditur totum Deo aſſcripſiſſe contra Maſſilienſium errorem. ibidem.

Chriſtus.

Conformius doctrinæ Patrum & Eccleſiæ dicitur vſque ad paſſionem fuiſſe peregrinus. l. 2. c. 2. §. 6.

Argumenta quæ videntur ſuadere contrarium oſtenduntur non magis officere conditioni peregrini quàm viatoris. ibidem.

Chriſtus non venit niſi pro reſtauratione Angelicæ ruinæ. l. 2. c. 7. §. 4.

Niſi Adam peccaret, redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oporteret. *l. 2. c. 7. §. 7.* Gregorius.

Fruſtra de inuocatione nominis Chriſti gloriatur, qui vel cum Chriſto non eſſe, vel cum eodem non colligere comprobatur. l. 2. c. 15 §. 1.

Chriſti prædeſtinatio præſupponit præſcientiam humani lapſus. l. 2. c. 17. §. 6.

Vide verbo Prædeſtinatio.

Illos omnes & ſolos ſua paſſione redimendos ſuſcepit quos pater ſaluos fieri volens redimendos ei dedit. l. 2. c. 20 §. 5.

Eodem genere locutionis dicitur Chriſtus dediſſe ſemetipſum redemptionem pro omnibus, *quo Deus dicitur* Velle omnes ſaluos fieri. ibidem.

Crucifixus eſt inter latrones quorum alter electus, alter reprobatus, vt daretur exemplum; Quia nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit, nec vlla hora ſera eſt cui compunctio diſtricta occurrit. l. 1. c. 13. §. 6.

Chriſti humilitas viluit ſublimibus ingenijs, ac ſic dum magiſtri erroris quam diſcipuli veritatis fieri maluerunt cum ſequacibus ſuis quaſi cæci cum cæcis in foueam ceciderunt. l. 1. Prol. §. 10.

Chriſippus.

In arte Dialectica quàm excelluerit. l. 1. c. 5. §. 1.

Cicero.

Athens fuit vel Atheiſmo propinquus. l. 1. c. 3. §. 5.

Cinis.

Ritus Eccleſiæ quotannis initio quadrageſimæ cinerem conſecratum capitibus fidelium imponentis inſtitutus eſt ob recordationem mortalitatis noſtræ. l. 1. c. 12. §. 3.

Cur antiquitus tam ſolemne fuerit in afflictione pro maximo dolorꝭ inſtrumento capita cinere aſpergere? l. 1. c. 19. §. 3.

Digitized by Google

Ciuitas cæleſtis.

Quænam ſit ciuitas habitaculi à qua & ad quam peregrinantur electi? l. 2. c. 3. §. 1.
Illius ciuitatis fœlicitas perſtringitur. Eodem cap. §. 2. 4. & 5.
Ciuium terrenorum exemplis, Hieroſolymitæ peregrinantes ad quæuis ardua gerenda, & aſpera ferenda pro ſua cæleſti patria incitantur. l. 2. c. 3. §. 3.
Ciuitatis cæleſtis recenſentur varia nomina, Hieruſalem, Sion, Paradiſus, regnum cælorum, Sinus Abrahæ, &c. l. 2. c. 4.
Singulatim iſta nomina expenduntur. ibidem.
Hieruſalem & Sion *ſunt eiuſdem vrbis vocabula. l. 2. c. 4. §. 1.*
Sion *quia in ſublimi conſtructa & delongè venientia contemplatur*, Speculatio *interpretatur. l. 2. c. 5. §. 1.*
Deus volens de viuis & rationalibus lapidibus ciuitatem quandam conſtruere, ciuium numerum ſcopo ſuo congruentem determinauit, non vtique perſonas in particulari deſignando ſed multitudinis ſummam deſiniendo. l. 2. c. 7. §. 2. item cap. 10. §. 5.
Huiuſmodi multitudinem ſic à Deo præſcitam, vt nec maiorem nec minorem illam eſſe deceat, aſſeuerat Anſelmus. l. 2. c. 7. §. 3.
Auguſtinus. Nouerunt ſancti Angeli, docti à Deo, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. *l. 2. c. 7. §. 3. & 4.*
Prima inſcriptio in regiſtro ſupernæ ciuitatis qualiter facta ſit? item & nouiſſima reſcriptio. l. 2. c. 8.
Tres ſententiæ diuerſæ referuntur, & relictis extremis media confirmatur. ibidem. §. 1. & 2.
In negotio dictæ inſcriptionis & reſcriptionis ciuium in regiſtro ſupernæ ciuitatis, *prædeterminatio phyſica & præſcientia meritorum non debent pro omni ſtatu admitti, nec pro omni ſtatu rejici.* ibidem.
Prima inſcriptio fuit conditionata & ex arbitrio pendens inſcribendorum; nouiſſima verò reſcriptio planè fuit abſoluta. l. 2. c. 8. §. 3. Proinde excellentior. §. 4. Et firmior. §. 5.
Mirabilior eſt ſecunda hominum generatio quàm prima conditio. ibidem. §. 4.
Qualiter inſcriptio ciuium Hieroſolymitarum habeat ſe ad prædeſtinationem. l. 2. c. 10. §. 2.
Vide verbo Prædeſtinatio.
Proponitur ſententia eorum qui aſſerunt inſcriptionem ciuium ſupernorum pro quolibet ſtatu ſubniti præuiſione meritorum abſolutè futurorum. l. 2. c. 12.
Referuntur argumenta ex Scripturis. §. 2. Ex variis Patribus §. 3. Ex Auguſtino & eius diſcipulis. §. 4. Ex ratione §. 5. Ab incommodis oppoſitam ſententiam conſequentibus. §. 6.
Soluuntur iſta argumenta. Ex Scripturis quidem deſumpta cap. 15. Ex ſanctis Patribus cap. 16. Ex Auguſtino cap. 17. Ex ratione cap. 18.
Primæ inſcriptionis & nouiſſimæ reſcriptionis ciuium cæleſtium diſpar conditio. l. 2. c. 18 §. 4.
Qui ab illa ad hanc quaſi à pari ratiocinantur non ſatis catholicè de Originali infectione humanæ maſſæ ſentiunt. ibidem.
Elucet Dei iuſtitia in nouiſſima hominum reſcriptione perinde ac in prima inſcriptione. l. 2. c. 18. §. 5.

Digitized by Google

Clemens Romanus.

Libri recognitionum ei attributi cuius sint authoritatis? l. 2. c. 16. §. 6.

Clemens octauus.

Propugnatorem præscientiæ conditionalium dilemmate confutauit. l. 2. c. 11. §. 7.
Quum doctrina Molinistarum tanquam de Pelagianismo suspecta coram eo sisteretur, certandi ac vincendi ordinem ex Augustino sumendam censuit. l. 2. c. 19. §. 1.
Refertur tenor decreti ipsius. ibidem.

Cognitio sui.

Quàm sit homini necessaria! ex Bernard. l. 1. Præfat.
Quinam ex professo de illa scripserint. ibidem.
Disciplina saluberrima. l. 1. c. 1. §. 1.
Super hoc consentiunt Profani Scriptores cum Catholicis. ibidem.
Ninis errat qui seipsum ignorans alia nosse desiderat. *l. 1. c. 19. §. 7.* Petrus de
Notitiæ sui, quæ est optima Philosophia, capitaliter aduersatur libido sensualis. l. 1. Alliaco.
c. 4. §. 6.
Præceptum cognoscendi seipsum coæuum fuit creaturæ rationali. l. 1. c. 7. §. 1.
Concernit omnes homines ratione vtentes. l. 1. c. 7. §. 6.
Considerationi sui aduersatur curiositas. l. 1. c. 3. §. 1. & c. 5. §. 2.
Ipsa linguarum confusio (Genesis cap. 11.) admonitio quædam fuit ad cognoscendum seipsum, vt si vellet subditis imperaret, Deoque sibi imperanti & subditus obsequeretur. l. 1. c. 8. §. 6.
Notitiæ sui ipsius & humilitatis arcta est connexio. l. 1. c. 13. §. 2. & c. 19. §. 7.
Tota hùmilitas tua est vt cognoscas te. *l. 1. c. 12. §. 1. & c. 13. §. 2.* Augustin.
Magna altitudo scientiæ seipsum perfectè cognouisse. *l. 1 c. 15. §. 3. & c. 20. §. 1.* Rich. Vict.
Præclarissimum Philosophiæ munus & officium quod præstantissimo Dæmo- Gregor.
num Vati vt præstantissimum præceptum tribuitur, est *Nosce teipsum. l. 1.* Thaumat.
c. 18. §. 3.
Nihil est homini timenti Deum tam necessarium atque conueniens quàm vt se- Zeno Ve-
ipsum nouerit. Etenim genus insaniæ est eum rationem secreti naturæ dis- ronensis.
quirere, qui vitæ suæ non possit reddere. ibidem.
Sine notitia sui nominum horum vocabulo dignum censet Lactantius. ibidem.
Humanæ naturæ ista conditio est vt tum cæteris rebus cum se cognouerit, excel- Boethius.
lat, eadem tamen infra bestias redigatur si se nosse desierit. ibidem.
Tutissima est ratio conseruandi nos & bona quæ in nobis sunt, Seipsum non ignorare. l. 1. c. 18 §. 5.
S. Bernardus orabat dicens. Deus det mihi non aliud facere & scire, quàm vt meipsum cognoscam. *l. 1. cap. 19 §. 5.*
Cognitio propria rerum est salutis. Eodem cap. §. 7.
Vbi es quando tibi præsens non es? & quando omnia percurristi quid, te ne- Thomas
glecto, profecisti. ibidem. Kempensis.
Cur tam pauci seipsos veraciter cognoscunt cum tanta sit authoritas & multitudo magistrorum qui istius rei necessitatem, & modum docuerunt. l. 1. c. 20.

Digitized by Google

Basil. Magnus. Reuera difficillimum omnium esse videtur, Seipsum cognoscere. *l.* 1. *c.* 20. §. 1.

Quid circa se debet anima considerare vt in vera cognitione sui verè humilietur, ex Bernardo. l. 1. *c.* 19. §. 4.

Cognitio sui inducit tria magna bona, E contrario ex sui ipsius ignorantia sequuntur tria mala. l. 1. *c.* 19. §. 7.

Nonnisi paucis ad plenè se cognoscendum necessaria gratia, iusto Dei iudicio in hac vita subministratur. l. 1. *c.* 20. §. 1. *In reliquis libido ignorationem sui pariens dominatur.* ibidem.

Facilis homini amor sui, cur ergo difficilis notitia sui? *quum soleat dici,* Vbi amor ibi oculus. *l.* 1. *c.* 20. §. 2.

Tam difficile est vt quis veraciter seipsum cognoscat quàm vt philautiæ pruritum in se compescat. ibidem.

Huius difficultatis origo detegitur scilicet grauedo cordis & delectio vanitatis. l. 1. *c.* 20. §. 6.

Cognitio sui necessaria ad cognitionem Dei.

Anima quasi quandam scalam sibi debet exhibere seipsam per quam ab exterioribus ascendendo in se transeat & à se in authorem tendat. l. 1. *cap.* 20. §. 6.

Cognitio Dei & cognitio sui inuicem reciprocè causant & alterna sibi incrementa ministrant. l. 1. *c.* 4. §. 3.

Cognitionem sui homo à prima conditione sua talem accepit vt & debitum suæ obedientiæ erga superiorem agnoscere t & debitum prouidentiæ suæ erga inferiorem non ignoraret. l. 1. *c.* 7. §. 2.

Quanquam dispar sit post & ante lapsum hominis conditio, non tamen dispar est se cognoscendi obligatio. ibidem.

Diuina œconomia erga genus humanum ab initio vsque ad finem vniuersè collimat, vt homines se noscendo suum recognoscant authorem. l. 1. *c.* 8. §. 1.

Vide verbo Ignorantia, Apophtegma.

Quicunque cognouerit seipsum agnoscet vt Deum. l. 1. *c.* 18. §. 4.

Cum teipsum noris, tum demum & Deum agnoscere & cogitatione res vt decet percurrere poteris. l. 1. *c.* 18. §. 7.

Vtraque cognitio Dei & sui vnicuique mortalium necessaria est ad salutem. l. 1. *c.* 19. §. 8.

Ad cognitionem sui hominem quatuor debent inducere, ex quorum consideratione nos Deum maximè conuenit amare. ibidem.

Blosij & Thomæ à Kempis opera pene omnia ad notitiam sui & Dei erudiunt homines. ibidem.

Qui seipsum intrans & intrinsecus penetrans transcendit, ille veraciter ad Deum ascendit. l. 1. *c.* 20. §. 6.

Commentarij.

Breuiores in Epistolas Paulinas Commentarios iam notorium est non esse Hieronymi cui affinguntur, sed hæresiarchæ Pelagij. l. 2. *c.* 12. §. 3.

Commentarij in easdem Epistolas à Lessio allegati sub nomine Athanasij, sunt Theophilacti. ibidem.

Similiter Commentarij sub nomine Ambrosij non sunt Ambrosij sed Ambrosiastri. ibid.

Digitized by Google

Communicatio.

Communicauit se Deus creaturis non tanquam earum indigeret obsequio, sed vt ipsæ fælices fierent eius participio. l. 2. c. 7. §. 2.

Quale debitum intelligant Patres, dum dicunt Deum oportuisse sese diffundere & communicare creaturæ. l. 2. c. 7. §. 1.

Ex infinita bonitate Deus ad extra se communicare volens, ciuitatem quandam extruere constituit de viuis & rationalibus lapidibus. l. 2. c. 7. §. 2.

Vide verbo Ciuitas.

Concionatores.

Qui suos auditores non pungunt sed palpant. l. 1. c. 20. §. 7.

Sicut agricola plantare rigareque non cessat, etiamsi non dubitet ex Deo pendere prouentum, ita silere prædicator veritatis non debet, quamuis ex Deo pendeat discentium profectus. l. 1. Prol. §. 11.

Conditionalium præscientia.

Proponitur argumentum eorum qui prædestinationem fundant in præscientia conditionalium. l. 2. c. 9. §. 7.

Enervatur, ostendendo quod similiter Deus deberet dici dæmones prædestinasse ad perditionem sicut affirmant bonos angelos prædestinasse ad salutem. l. 2. c. 11. §. 7.

Non euaditur per distinctionem reprobationis negatiuæ & positiuæ. ibidem.

Quemadmodum præscientia conditionalium impertinenter se habuit ad reprobationem malorum, ita & ad electionem bonorum. ibidem.

Assertores prædestinationis gratiæ in præscientia conditionalium fundatæ, velint, nolint, totum salutis negotium ex radice humani arbitrij principaliter suspendunt. ibidem.

Conscientiæ examen.

Quomodo instituendum sit? l. 1. c. 18. §. 4. & 7. Item c. 19. §. 3. & 4. 5. 6.

Debet fieri examen conscientiæ & discussio prout in monasteriis fit capitulum. l. 1. c. 19. §. 4.

O homo considera vnde venis & erubesce, vbi sis & ingemisce, quo vadis & contremisce. Cor tuum quotidie discute & examina mentem tuam. *l. 1. c. 19. §. 1.* Isidorus Hispalensis.

Cor.

Quid sit cor habere sursum? quid deorsum? l. 1. c. 20. §. 6.

Secundum id cui per amorem coniungitur cor hominis sursum aut deorsum esse indicatur. ibidem.

Etsi videatur superbia cor leuare in altum, reuera tamen ad ima illud deprimit. E contra humilitas quæ videtur deprimere ad ima, sursum tollit ad summa. ibidem.

Vide verbo Humilitas.

Correptio.

Sicut ordo docendi, ita ordo corripiendi, ordinem imitatur diligendi, dicente Augustino, Proximum vis corripere, nihil est tibi teipso propinquius. *l. 1. c. 14. §. 3.*

Digitized by Google

Credere.

Legem credendi lex statuit supplicandi. l. 2. c. 13. §. 4. & c. 16. §. 3.

Curiositas.

Aliter vocatur libido sciendi. l. 1. c. 4. §. 5.
Eam S. Ioannes designat per concupiscentiam oculorum. ibidem.
In Philosophis fuit causa ignorationis sui. ibidem.
Quanta fecerint aut passi sint Philosophi gentiles propter libidinem sciendi. ibidem.
Curiositatem in Philosophis comitata est duplex libido, vna sentiendi, altera excellendi; vtraque inimica cognitioni sui. l. 1. c. 4. §. 6.
Curiositas ad hæresim prouocat. l. 1. c. 5. §. 2.
Varia mala gignit. ibidem.
Considerationi sui aduersatur curiositas. l. 1. c. 8. §. 1.
Curiositatis grauis reprehensio ex Bernardo. ibidem.

D.

Dauid.

Dauidici Psalterij commendatio. l. 1. c. 15. §. 6.

Decimæ.

Decimarum & primitiarum oblatio olim Iudæis præcepta, quid mystice significet. l. 1. c. 18. §. 1.

Isidorus. Sicut in principijs principia voluntatum, ita & in decimis consummationes nostrorum operum ad Deum referre præcipimus, à quo & boni operis initium & perfectionis percepimus effectum. ibidem.

Desperatio.

Ex prædestinationis gratuitæ prædicatione quinam desperationem nasci calumnientur. l. 2. c. 19. §. 5.
Minus obnoxius est desperationi qui diuinæ voluntati anchoram spei suæ affigit, quàm qui infirmitati arbitrij sui quasi baculo arundineo incumbit. ibidem.

Prosper. Dum in hoc corpore viuitur nullius est negligenda correctio, nullius desperanda reparatio. *l. 2. c. 19. §. 5.*

Deus.

A Deo est & affectus boni & cognitio veritatis. l. 1. c. 13. §. 5.

Hugo Victor. Propterea vicissim è duobus, alterum à Deo tribuitur & alterum subtrahitur, vt vbi vtrumque simul est, ab ipso esse vtrumque demonstretur. ibidem.

Dum alterum sine altero vicissim habere cognoscuntur reprobi, vtrumque necessarium sibi intelligunt electi. ibidem.
Quomodo per interiorem suiipsius transitum fiat ad Deum ascensus? l. 1. c. 20. §. 6.

Digitized by Google

Dei dominium.

Coarctant qui dicunt dominari Deum voluntatibus noſtris quatenus potentiæ phyſicæ ſunt non etiam quatenus potentiæ liberæ. l. 2. c. 19. §. 4.

Non ſapiunt qui negant à Deo poſſe malas hominum voluntates in bonum liberè conuerti, niſi præuisâ prius abſolutè vel ſaltem conditionatè determinatione earum ad volendum vel operandum. ibidem.

Dei imago & ſimilitudo.

In homine per peccatum deleta eſt Dei ſimilitudo, at imago prorſus deleri non potuit. l. 2. c. 1. §. 5.

Nulla grauior pœna Imaginis Dei quàm alienari à regno Dei. l. 2. c. 11. §. 7.

Prætextu extollendi Dei miſericordiam aliqui in falſas & paradoxas opiniones lapſi ſunt. l. 2. c. 18. §. 3.

Vide verbo Hieronymus Columbus.

Dei motio.

Eſt ad omnem creaturarum actionem in quouis ſtatu neceſſaria, ſed pro ſtatuum diuerſitate diſformis. l. 2. c. 11. §. 1.

Triplex eiuſmodi motio diſtinguenda. ibidem.

Vide verbo Gratia.

Dei ſcientia & præſcientia.

Sapientia Dei propter diuerſos affectus pluribus appellatur nominibus, vt ſunt ſcientia, prouidentia, præſcientia, prædeſtinatio, diſpoſitio. l. 2. c. 10. §. 1.

An Dei ſcientia ſit cauſa rerum ponendarum. l. 2. c. 16. §. 5.

Dicta Patrum circà hoc punctum, in ſpeciem pugnantia conciliantur. ibidem.

Verum ſcientia ſimplicis intelligentiæ accedente decreto voluntatis tranſeat in ſcientiam viſionis? ibidem.

Præſcientia Dei notior eſt prædeſtinatione. l. 2. c. 17. §. 6.

Incommoda quæ contra anteceſſoriam prædeſtinationem mouentur, poſſunt pleraque aduerſus præſcientiam, quæ negari non poteſt, retorqueri. l. 2. c. 19. §. 6. & c. 20. §. 3.

Dei propoſitum.

Geminum in Deo diſtinguendum propoſitum, aliud vnde prodiit prima hominis inſtitutio, aliud vnde nouiſſima eiuſdem reſtauratio. l. 2. c. 8. §. 5.

Poſterius fuit gratuitum, anteceſſorium, non futurorum, præſcientiâ ſubnixum ſed ex pura beneuolentia conceptum. l. 2. c. 9. §. 1.

Duplex propoſitum Dei circa electorum ſalutem agnouit Auguſtinus, vnum gratuitum quod liberalitatis *vocabulo aliud remuneratorium quod* electionis *voce expreſſit.* l. 2. c. 17. §. 5.

Per electionis propoſitum liberi arbitrij deuotio non relaxatur. l. 2. c. 19. §. 6. Proſper.

Vide verbo Prædeſtinatio.

Dei voluntas.

Antecedens ſeu beneplacitum ex ipſo manat, voluntas inſequens atque permiſſio à noſtro vitio ortum ducit. l. 2. c. 7. §. 1.

Vide verbo Voluntas.

Diabolus.

Odibilium Sophiſtarum maximus. Prol. §. 14. & l. 2. c. 19. §. 6.

A Baſilio magno primus & maximus mundanæ ſapientiæ Sophiſta appellatur. ibidem.

Armis iiſdem quibus Protoplaſtum deiecerat, Chriſtum aggreſſus eſt, tentando eum de ſuperbia, curioſitate & carnis voluptate. l. 1. c. 20. §. 1.

Allegans reprobationem vt iam decretam & ſibi notam conatur homines ad diſſolutiorem vitam inducere. l. 2. c. 19. §. 6.

Duo iſtius rei exempla referuntur, vnum ex Hieremia Drexelio, alterum ex Carolo Arenbergio. ibidem.

Dina.

Significat animam rebus exterioribus nimis intentam. l. 1. c. 15. §. 3.

Multi ſunt hodie, qui quod pro Deo facere noluerunt, ſæpè pro amore Dinæ efficere non differunt. l. 1. c. 20. §. 3.

Dionyſius Petauius.

Affirmat græcos pleroſque intima Pelagianorum dogmata vel ignoraſſe funditus, vel minus accuratè perſpexiſſe. l. 2. c. 13. §. 1.

Omnium Latinorum, quorum in controuerſia prædeſtinationis & gratiæ maiorem cenſet authoritatem, ex conſenſu Theologorum Principem agnoſcit Auguſtinum. ibidem.

Auguſtini de gratia & prædeſtinatione ſententiam ratam ac catholicam haberi idque iudicio Eccleſiæ Romanæ, Præſulum, Synodorumque Epiſcopalium affirmat. ibidem.

In eo poſtmodum contradicit, & Auguſtini ſententiam ſine temeritatis nota repudiari poſſe contendit. l. 2. c. 13. §. 3.

Zelo confutandi Armacanum quendam ita æſtuauit vt vnâ cum illo, ſeipſum redarguere maluerit, quàm illum irredarguetum relinquere. ibidem.

Velut dogma Theologicum confideuter aſſumit ex eo genere profundiorum quæſtionum quæ nihil ad negotium gratiæ pertinent eſſe illam de prædeſtinatione controuerſiam. ibidem.

Interpretationes horum verborum Deus vult omnes homines ſaluos fieri *quæ adhibet Auguſtinus, ipſe Petauius irridet.* ibidem.

Eaſdem vocat vexationes ad illudendum excogitatas. l. 2. c. 20. §. 6.

Imitando Catharinum, imitatus eſt eius prodromos Maſſilienſes. l. 2. c. 14. §. 1.

Petauius & Vaſquez inter ſe diſcordant, & tamen diſcordi concordia Auguſtinum infeſtant. ibidem.

Dum vterque ex vnius Auguſtini impugnatione ſibi famam aucupatur, tam Auguſtino quàm ſibimetipſi, quàm ſuo Conſodali aduerſatur. ibidem.

Non eo fine mentem Auguſtini elucidat vt amplectendam lectoribus commendet, ſed vt ſuo exemplo omnes ad audacter oblucłandum inuitet. l. 2. c. 14. §. 2.

Quam

Quàm distet ab antiquis in æstimatione authoritatis Augustini. ibidem.
Fatetur librum De prædestinatione Dei *meritò à Louanienſibus rejectum esse & inter spuria collocatum. l. 2. c. 17. §. 5.*

Doctrina & disciplina.

Adiumenta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominem cum Deus operatur vt prosint. *Prol. §. 11.*
Disciplinæ sæculares salicibus Babylonis comparatæ. Prol. §. 14.

Dominicus Bannez.

A Paulo Seruogo aliàs Paulo Leonardi traducitur tanquam promptissimus in censuras & condemnationes cum tamen appareat ab ijs fuisse alienus. l. 2. c. 13. §. 6.

Domus.

Melius est ire ad domum luctus quam ad domum Conuiuij. Domus luctus est domus interior propriæ paupertatis, Domus conuiuij est domus exterior alienæ curiositatis. l. 1. c. 16. §. 3.
Ecclesia dicitur Domus Dei *non solùm pro ea parte quæ in cælis regnat sed etiam pro ea quæ in cælis militat. l. 2. c. 1. §. 4.*
Vide verbo Ecclesia.
Triplex domus, vna hominis quæ est veritas, 2. diaboli quæ est vanitas, 3. Dei quæ est æternitas. l. 1. c. 20. §. 5.
Vide verbo Vanitas.

E.

Ecclesia.

Militans nomine cæli quandoque denotatur. l. 2. c. 2. §. 4.
Ecclesia dicitur Domus Dei non solùm pro ea parte quæ in cælis regnat, sed etiam pro ea quæ in terris militat. l. 2. c. 1. §. 4.
Quomodo ijdem dicantur domestici Dei & peregrini apud Deum. ibidem.
Quæ fuerit intentio Ecclesiæ instituentis cæremonias & varios ritus, v. g. ferias, festiuitates, earum vigilias, annuam confessionem & communionem. l. 1. c. 17. §. 1. & seqq.
Singulis anni Ecclesiastici partibus repræsentantur singulæ ætates seu status hominis ex vitiata origine descendentis, scilicet 1. ante legem, 2. sub lege, 3. sub gratia, 4. in pace. l. 1. c. 17. §. 5.
Ecclesiæ Pastores & Doctores per diuersa sæcula suscitati ad id potissimum allaborauerunt, vt homines ad suæ fragilitatis considerationem & diuinæ supra se præcellentiæ agnitionem manuducerent. l. 1. c. 18. item cap. 19.
Ecclesia singulis annis tria ad spirituale ædificium pertinentia repræsentat, In vigilia omnium Sanctorum lapidum extractionem, In festiuitate positionem, in memoria mortuorum politionem. l. 2. c. 6. §. 5.

Eccleſiaſtes.

Liber totus eſt in eo vt curioſitatem compeſcat & vt homines ab exterioribus ad interiora ſua redeant. l. 1. c. 15. §. 6.

Electio.

Alia eſt executoria, alia prædeſtinatoria. l. 2. c. 16. §. 6. & cap. 17. §. 2. & 3.

Electio propriè importat prælationem quâ res vna aliis præfertur tanquam melior aut præſtantior. l. 2. c. 17. §. 5.

Sic accipiebat Auguſtinus dum dicebat Nemo eligitur niſi iam diſtans ab eo qui rejicitur. l. 2. c. 17. §. 5.

Item quando electionem & ſortem contra ſe mutuo diſtinguebat. ibidem.

Aliàs Auguſtinus electionem etiam extendit ad eam quæ diſparitatem eligendorum à rejiciendis non præſupponit ſed facit. ibidem.

Vide verbo Prædeſtinatio.

Empedocles.

In ardentis Ætnæ ſpeeum intempeſta nocte ſe deiecit, vt cum repente non apparuiſſet abiiſſe ad Deos crederetur. l. 2. c. 3. §. 6.

Epicurus.

Cum omnes vetuſtiores Sophi prouidentiam agnouiſſent, ipſe vnus adeò deliranit vt auderet negare id quod eſt euidentiſſimum. l. 2. c. 20. §. 3.

Id fecit ſtudio inueniendi noua, & vt ſuo nomine conſtitueret diſciplinam. ibidem.

Lactantius. Epicurus quia nihil noui potuit reperire, vt tamen diſſentire à cæteris videretur vetera voluit euertere. ibidem.

Epulæ.

Richard. Victor. Quantum quiſque ſpiritales epulas edit, tantum & eſurit, & quia ad ſplenum nunquam comprehendi poſſunt nunquam deſideranti ſufficiunt. l. 1. c. 13. §. 2.

Eraſmus.

Temerarius in eo quod ait Vix ſe continere quin dicat, Sancte Socrates ora pro me. l. 1. c. 3. §. 6.

Eſau.

Ridiculum eſt quod aliqui in dubium reuocant Verum Eſau fuerit vas iræ. l. 2. c. 14. §. 7.

Eua.

Dicens (Geneſis 4.) Poſſedi hominem per Deum, ſignificat ſe Deo admonente iam didiciſſe vt noſceret ſeipſam. l. 1. c. 8. §. 4.

Excuſatio & accuſatio.

Nihil tam familiare peccantibus quam tribuere Deo velle vndecunque accenſentur. l. 1. c. 14. §. 1.

Id oſtenditur exemplo Adami & Euæ. ibidem.

Vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare. ibid.

Dum de vitio ſuo quiſque arguitur ſub defenſionum verba quaſi ſub quadam ſe arborum folia abſcondit. ibidem.

Ex eo vnuſquiſque iuſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit. *l.* 1. c. 16. §. 4. Iſidorus.

Initium ſalutis eſt ſui ipſius accuſatio. l. 1. c. 18. §. 7.

Homo ſemper eſt paratus ſua peccata excuſare & in Deum ſuum illa declinare. E contra dona Dei ſuis meritis aſcribit, & ex eis, non illius cuius ſunt dona, ſed propriam gloriam quærit. l. 1. c. 20. §. 6.

Exemplum.

Veritas iſtius, Qui ſpetnit modica paulatim decidet *memorabili exemplo comprobatur. Prol.* §. 20.

Ezechiel.

Quoties ad contemplanda cæleſtia ducitur, prius filius hominis *appellatur, & cur? l.* 1. c. 11. §. 1.

F.

Facultas S. Theol.

Louanienſis graviter expoſtulat de contemptu doctrinæ S. Auguſtini in materia de gratia & prædeſtinatione. l. 2. c. 13. §. 5.

Cenſuram emittit aduerſus articulos Ieſuitarum Louanienſium anno 1586. *& poſt biennium eiuſdem cenſuræ Iuſtificationem.* ibidem.

Eiuſdem Facultatis refertur Decretum de anno 1613. *quo manifeſtat ſe nunquam mutaſſe ſententiam (in materia de Auxilijs gratiæ Chriſti) quam in ſua Cenſura Summo Pontifici Romam miſſâ tenuerat.* ibidem.

Ripaldæ Vulpem illaqueauerunt Louanienſes. l. 2. c. 13. §. 6.

Facultas S. Theol.

Duacenſis Louanienſem imitata eſt, primùm cenſurando, demum manifeſtando. l. 2. c. 13. §. 6.

Cenſuram emiſit anno 1588. *petentibus Illuſtriſſimis DD. Archiepiſcopis Cameracenſi & Mechlinienſi necnon Reuerendiſſimo Epiſcopo Gandenſi.* ibidem.

Quid Ieſuitæ ad eluendum Duacenæ Cenſuræ pondus excogitauerunt. ibidem.

Ad obuiandum aduerſariorum impoſturis, anno 1648. Manifeſtum *Louanienſi conſonum ediderunt.* ibidem.

Duacenſes Doctores à Sociis calumniam patiuntur in cauſa approbationis Aſtri inextincti. ibidem.

Tenor manifeſti quod Duacenſes coacti ſunt euulgare ad amoliendum à ſe dictam calumniam. ibidem.

Facultas S. Theol. Colonienſis.

Eius decretum circa theſes omnes in ſuis ſcholis propugnandas. l. 2. c. 13. §. 6.

In materia de Prædeſtinatione ponunt theſes dogmati Ieſuitarum capitaliter repugnantes. ibidem.

Facultas Parisiensis.

In ea damnatum fuit etiam Episcopali iudicio dogma quod à Molinistis resuscitatur. l. 2. c. 19. §. 2.

Facultas Salmanticensis.

Eius censuram in sua sensa prolatam quomodo Iesuitæ eludant? l. 2. c. 13. §. 6.
A Paulo Serlogo, aliàs Paulo Leonardi Iesuitæ iniuriosè perstringitur. ibidem.
Ab eodem finguntur Salmanticenses Theologi officijs deuincti Banneſio prosilijsse ad censurandum quædam dogmata Iesuitarum. ibidem.
Vide verbo Paulus Leonardi.

Facultas S. Theol. Tholosana.

Eius Doctores Francisci Annati Iesuitæ vulpem censorio laqueo irretiuerunt, atque ob comparatos Caluinistis Thomistas obtriuerunt. l. 2. c. 13. §. 6.
Refertur fragmentum diplomatis ab Vrbano V. ad Academiam Tholosanam directi pro propugnanda S. Thomæ ex Augustino hausta doctrina. ibidem.

Fatum.

Quidam Fati *nomine veritatem prædestinationis olim infamauerunt; quod hodie adhuc faciunt Molinistæ & Arminiani.* l. 2. c. 19. §. 4.
Adrumetini nomine prædestinationis fatum prædicabant; quod hodie adhuc faciunt Lutherani & Caluinistæ. ibidem.
Prosper. Qui prædestinationis nomine fatum prædicat tam non est audiendus quam qui fati nomine veritatem prædestinationis infamat. ibidem.

Faustus Regiensis.

Sententiam Augustini de prædestinatione notâ prædestinatiani erroris inurit. l. 2. cap. 13. §. 1.
Eius sententiæ vbique ab Ecclesia fuisse contradictum testatur Baronius. ibidem.
Sententiam de antecessoria prædestinatione errorem apertissimè appellat. l. 2. c. 20. §. 4.
Sirmondus Faustum excusans hac ratione quod ante Synodum Arausicanam 2. vixerit tacitè accusat Consodales suos qui tanto pòst Synodum Fausti sententiam de Prædestinatione præscientiaria propugnant. l. 2. c. 13. §. 1.
Episcopi Africani in Sardinia exulantes, instante Maxentio cum suis Collegis, libros Fausti condemnauerunt & per Fulgentium refutari curarunt. ibidem.
Faustus Augustinianæ de gratia & prædestinatione doctrinæ versutus hostis, extra numerum Patrum habendus ab Hormisda decernitur. l. 2. c. 13. §. 2.
Eius opuscula pro apocriphis habenda Gelasius cum Concilio Romano decreuit. l. 2. c. 14. §. 7.
Libros Fausti contra Prædestinationis sententiam scriptos esse non dubitat Ecclesia Orientalis. ibidem.
Dogmata in ijs libris tradita ab Africanis Antistitibus reprobantur velut commenta veritati contraria catholicæ fidei penitus inimica. ibidem.
Faustum Regiensem Semi-pelagianorum coryphæum detortis & incongruè adhibitis B. Augustini locis decipulam imperitioribus adornasse testatur Facundus. l. 2. c. 16. §. 1.

Digitized by Google

Cum variis aliis hæreticis numeratur in Epistola quæ sub nomine Leonis II. extat in Synodo 6. generali actione 18. l. 2. c. 16. §. 2.

Nimis officiosus est Theophilus Raynaudus, dum pro Fausto Regiensi in dicta Epistola vult intelligi Faustum manichæum. ibidem.

Catholicos antecessoriæ prædestinationis assertores calumniatur quasi subsidia orationis excluderent. l. 2. c. 20. §. 1.

Quare Faustus cum suis assectis vocentur Epicurei & Cynici? l. 2. c. 20. §. 3.

Feriæ.

Vnde deductum nomen feriarum? l. 1. c. 17. §. 1.

Sicut Kalendas, Nonas, & Idus, ita etiam ferias plurali tantum numero proferendas esse decernunt Grammatici, teste Bedâ. ibidem.

Cur Ecclesia dies hebdomadatim recurrentes feriarum nomine voluerit appellari? ibidem.

Ante Syluestri constitutionem hebdomadæ dies feriarum nomine in Ecclesia cœperant. ibidem.

Id tamen insufficienter ex Tertulliano & Hieronymo probat Baronius, & post eum Gauantus. ibidem.

Festiuitates & earum vigiliæ.

Quid attendere debeamus in Sanctorum vigiliis & festiuitatibus? l. 1. c. 17. §. 2.

Quinam hæretici vigilias Sanctorum velut superstuas sunt insectati? ibidem.

Solemnes festiuitates ad hoc sunt institutæ, vt discamus hîc vacare qualiter post vitam hanc vacare intendimus. l. 1. c. 17. §. 3.

Ad veracem festiuitatum celebrationem pertinet, quicquid boni agimus Deo magis quàm nobis imputare. ibidem.

Ecclesia imponens obligationem missæ diebus festiuis audiendæ, id fecit vt filios suos ad sui discussionem & imbecillitatis suæ recognitionem promoueret. l. 1. c. 17. §. 5.

Dominica Resurrectionis maiori festiuitate (iuxta Rupertum) est celebranda, quam sabbatum Iudæorum, & cur? l. 2. c. 8. §. 4.

Finis.

Magni interest cum aliquid boni facimus cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum non officio sed fine pensandum est. *l. 1. c. 20. §. 5.* Aug.

In se etiam gloriatur qui licet sciat esse à Deo quod habet, tamen finem illius quem deberet ad Deum referre, ad se retorquet. l. 1. c. 20. §. 2.

Franciscus Amicus Iesuita.

Quomodo eludat testimonia Scripturæ in materia prædestinationis & gratiæ, nominatim illum locum Actorum 13. v. 48. Crediderunt quotquot præordinati erant, &c. l. 2. c. 14. §. 5.

Digitized by Google

S. Fulgentius.

Quale reddat de Augustino & eius libris contra Pelagianos conscriptis testimonium? l. 2. c. 16. §. 2.
Libri Fulgentij de Veritate prædestinationis ab Isidoro & Afris Episcopis commendantur. ibidem.
Aliqui eius libri perierunt vel adhuc latent. ibidem.
Episcopi Africani in Sardinia exulantes curarunt libros Fausti Regiensis per Fulgentium refutari. l. 2. c. 13. §. 1.
Vide verbo Faustus.

G.

Gehenna.

Primitus significabat quandam vallem pœnalem Hierosolymæ vicinam, Per translationem modo denotat infernum damnatorum. l. 2. c. 4. §. 4.

Gentiles.

Idolis suis asscribebant quicquid in suo ordine præcellebat. l. 1. c. 1. §. 3.
Præcellentes homines non ab hominibus sed à Dijs suis genitos fingebant. l. 1. c. 1. §. 6.
Gentilium Philosophorum mores ab ore discordes. l. 1. c. 3. §. 1.
Communiter fuerunt addicti Idolorum cultui. l. 1. c. 3. §. 3.
Gentiles Philosophi cupidi laudis alienæ, totâ sollicitudine operam dabant eo operari quæ mirarentur homines & laudarent. l. 1. c. 16. §. 5.
Vide verbo Philosophi.

Gihon.

Interpretatur lucta. l. 2. c. 6. §. 2.
In Gihon Salomon ungitur, quia cum magna difficultate agitur, vt animus sibi ipsi in pace dominetur. ibidem.
Vide verbo Salomon.

Gloria. Gloriari.

Gloriæ vanæ cupiditas etiam de virtutum muniis quibus apparet victa, triumphat. l. 1. c. 1. §. 5.
Quid sit in Domino gloriari? l. 1. c. 14. §. 1. & c. 20 §. 2.
Quis dicatur non in domino sed in se gloriari? l. 1. c. 20. §. 2.
Vana gloriatio aliquando surgit ex opinione humana, quandoque ex suggestione diabolica. l. 1. c. 16. §. 3.
Rationalis creatura adeo affectat gloriam (teste Bernardo) vt aut vix aut nunquam ab hoc compesci desiderio possit; quippe quæ ad imaginem facta est creatoris. l. 1. c. 16. §. 5.
Ex nulla excellentia nequidem ex gratiis gratis datis potest homo gloriari, sed solum in suis infirmitatibus. l. 1. c. 19. §. 5.
Nequidem ex hoc ipso gloriari in nobis aut ex nobis possumus, quod in Domino gloriemur. l. 1. c. 20. §. 2.

Digitized by Google

Stultum est hominem gloriari, Quia si de proprio, illud malum est, si de bono, est alienum. l. 1. c. 20. §. 3.

In se gloriantur qui putant ex se esse quod ex Deo est. l. 1. c. 20. §. 2.

Item qui quod à Deo esse fatentur in seipsos velut finem retorquent. ibidem.

Vterque inuadit prærogatiuam quam Deus sibi reseruauit dum ait: Ego sum Alpha & Omega, principium & finis. ibidem.

Non sufficiunt homini tot bona naturæ, tot dona gratiæ nisi addat etiam rapinam facere, & vt se induat suum Dominum suâ gloriâ spoliare. Richard. Victor. *l. 1. c. 20. §. 6.*

Gratia.

Gratiæ adiutorium subinde Deus subtrahit hominibus vt per propriæ fragilitatis experimentum discant seipsos cognoscere. l. 1. c. 10. §. 1.

Hanc œconomiam Deus obseruat non tantum respectu impiorum sed etiam quandoque respectu iustorum & prædestinatorum. ibidem.

Exemplum ponunt SS. Patres in Dauide qui cum dixisset: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, *paululum deserente Dei gratia, admonitus postea confitetur:* Auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus. *l. 1. c. 10. §. 2.*

Aliud eiusdem rei exemplum habetur in Apostolo Petro quem (postquam premiserat se pro Christo moriturum) paululum Dominus subdeseruit, Vt in illo totum humanum genus posset agnoscere nihil se sine Dei gratia prævalere. *l. 1. c. 10. §. 3. & 4.* Aug.

Vide verbo Petrus.

Falsum est quod quidam Neotericus quasi precando dicit Deo: Posuisti omnia in arbitrio nostro perinde ac si solis naturæ viribus regnum obtinendum esset. *l. 1. c. 10. §. 1.*

Vide verbo Precatio.

Gratiæ subtractio qualiter electis prosit ad salutem? l. 1. c. 10. §. 4. & c. 19. §. 7. Ex Thoma à Kempis.

Ad hoc enim electis diuina gratia aliquando subtrahitur vt vnusquisque intelligat quid sit de seipso: Ad hoc autem datur vel reparatur, vt intelligat quid sit ex munere diuino. ibidem.

Gratiâ destituti salicibus comparantur. l. 1. c. 10. §. 4.

Gratiæ subtractio est quædam sterilitas. ibidem.

Electis subtractione gratiæ perit aliquando bonè agendi potentia. l. 1. c. 10. §. 5.

Deus idcirco Sanctus & fidelibus suis subtraxit auxilia implendæ iustitiæ necessaria Ne facilitatem in omnibus assecuti suum putarent esse quod eius est. *l. 1. c. 10. §. 6.* Aug.

Hoc etiam locum habere ostenditur in gratia orandi. ibidem.

Sanctos Patres non explicant, sed sensum eorum peruertunt qui dum docent aliquibus subtrahi gratiam, non de qualicunque gratia sed duntaxat de efficaci contendunt esse intelligendos. l. 1. c. 10. §. 5.

Per subtractionem gratiæ ad defectus sui considerationem mentis oculus reuerberatur, per hoc enim quod diuina gratia se ad tempus subtrahit, cogitur homo cognoscere quod nihil sit, & quàm per se nihil possit. *l. 1. c. 15. §. 6.* Richard. Victor.

Digitized by Google

Mentem quam diuinum auxilium deserit, quæcunque tentatio impetierit, subuertit. l. 1. c. 20. §. 5.

Vide verbo Tentatio.

Richard. Victor. Gratia quam homo semel accepit ante peccatum iustè subtrahi non potuit, quam etsi præster meritum acceperat sine culpa tamen amittere non debebat. *l. 1. c. 7. §. 2.* Nunc autem omni hora potest iustè subtrahi, quia nunquam potest homo sine culpa inueniri. ibidem.

Referuntur authoritates quibus videtur probari, in omnibus actibus bonis cuiuscunque creaturæ, & pro quocunque statu, gratiam Dei tenere principalatum. l. 2. c. 9. §. 4. & 5.

Vide verbo Angelus.

Num Deus pari gratiæ efficaciâ in homine integro operatus fuerit initium & continuationem bonæ voluntatis & operis quo nunc operatur in homine lapso? l. 2. c. 9. §. 6.

Ex Augustino ostenditur quod non. l. 2. c. 11. §. 1.

Gratia nihil est aliud quam bonum alicui collatum supra debitum ipsius. l. 2. c. 10. §. 4.

Dum Patres largitionem fidei aut bonæ voluntatis soli gratiæ ascribunt, non excludunt cooperationem liberi arbitrij sed principalatum. l. 2. c. 11. §. 3.

Cum adiutorio primi status nemo pro hoc statu perseuerare posset, nedum vellet. l. 2. c. 11. §. 4.

Aug. Sola gratia redemptos discernit à perditis, quos in vnam perditionis concreuerat massam ab origine ducta causa communis. *l. 2. c. 11. §. 4.*

Vera gratia cum prædestinatione anteceſſoria indiuulsè cohæret. l. 2. c. 13. §. 2.

Vide verbo Prædestinatio.

In sententia eorum qui gratiam nutui voluntatis subdunt, merita omnia hominum pro hoc statu non minus humana sunt quàm merita Adæ innocentis. l. 2. c. 14. §. 7.

Bonus vsus gratiæ dandæ non potest esse ratio prædestinationis diuinæ, quia inter effectus prædestinationis deputatur. l. 2. c. 15. §. 3.

Gratiæ non voluntati tribuendus est in bono opere principalatus. l. 2. c. 15. §. 5.

Vsus gratiæ est effectus gratiæ & prædestinationis. l. 2. c. 15. §. 3. & 5.

Beneficia gratiæ multum minorant dum non credunt ipsius gratiæ opus esse in homine vt gratia suscipiatur ab homine. l. 2. c. 15. §. 5.

Doctrinæ de gratia & prædestinatione ita inuicem sibi cohærescunt vt de vtraque habeatur dictum quicquid fuerit de alterutra pronuntiatum. l. 2. c. 19. §. 1.

Gregorius Valentia.

Sententiam de anteceſſoria prædestinatione putat ad absurdum explorati erroris deducere. l. 2. c. 20. §. 4.

Eius impostura purè Sophistica. ibidem.

Fatetur excellentiores quosdam Sanctos anteceſſoriè prædestinari à Deo, reliquos verò subsecutoriè tantùm. l. 2. c. 20. §. 7.

In eo non facilè se expediet ab hoc quod alijs imponit, scilicet quod per anteceſſoriam prædestinationem Deum faciant personarum acceptorem. ibidem.

Guilielmus

Digitized by Google

Guilielmus Eſtius.

A Raynaudo Ieſuita cum alijs Caluiniſmi infamatur. l. 2. c. 13. §. 6.
Vide verbo Raynaudus.
Adhuc viuens & profitens Duaci allegatur à quodam Ieſuita ibidem Theologiæ Lectore tanquam Ieſuitarum ſententiæ de gratia & prædeſtinatione ſuffragaretur. l. 2. c. 16. §. 1.
Contra iſtam calumniam publicam in Scholis habuit orationem. ibidem.

Gula.

Qui ſeruit gulæ, ſeruiat neceſſe eſt auaritiæ, quia qui amat delicias, optat citius habere pecunias. *l. 1. c. 20. §. 4.* Richard. Victor.

H.

Hebræi.

Vocalibus litteris in medio pernarò viuntur, Et pro varietate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis atque accentibus proferuntur. l. 2. c. 5. §. 3.
Iſtud exemplis oſtenditur. l. 2. c. 5. §. 5.
Populo Iudaico quid acciderit ſub Elio Adriano. l. 2. c. 5. §. 6.
Vide verbo Iudæi.

Henricus Suſo.

Et eius diſcipulus Taulerus à Ludouico Bloſio commendati. l. 1. c. 19. §. 6.

Hæreſis. Hæretici.

Nulla hæreticorum ſecta fuit exit, quæ non ex ſcripturis fulcimenta ſui erroris excerpſerit. l. 2. c. 15. §. 1.
Non ſunt natæ hæreſes niſi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non benè intelligitur etiam temerè & audacter aſſeritur. ibidem. Aug.
Quo ſenſu hæreticus aquilæ comparetur. l. 2. c. 2. §. 4.
Hæreticorum mos eſt ille notiſſimus, ex veris malè ratiocinando falſa colligere, adeoque ex Scripturis certiſſimis ſua dogmata ſtabilire. l. 2. c. 19. §. 1.
Illis ſemper ſolemne fuit imponere noua nomina quibus eorum ſenſa inuidioſè notarent. l. 2. c. 20. §. 4.
Quidam olim Hæretici contendebant lege fatali ſine volentis aut currentis nutu vel concurſu ſaluari electos, damnarique reiectos. l. 2. c. 16. §. 3.
Hæretici Philoſophorum diſcipuli. l. 1. c. 5. §. 1.
Hæreticos perinde ac Philoſophos à cognitione ſui diſtraxit curioſitas. l. 1. c. 5. §. 2.
Hæretici olim omnes affectabant dici Gnoſtici, *quaſi rerum gnari.* ibidem.
Occulta vel noua ſemper exquirunt, quæ dum alij neſciunt, apud imperitos ipſi de ſcientiæ ſingularitate gloriantur. ibidem.
Eis inolita libido excellendi. l. 1. c. 5. §. 3.
Hæretici matrem habent iniquitatis ſuæ ſuperbiam. ibidem. Hieronym.

Scripturæ ſacras ſuo pede metiuntur & ſuperciliosè dijudicant. ibidem.
Inter ſe diſcordes, in Eccleſiæ oppugnatione ſunt concordes. ibidem.
Hæreſes non ſolùm materiam ſeu falſam doctrinam, ſed etiam formam, quæ eſt pertinacia, ex Philoſophia recipiunt. l. 1. c. 5. §. 1.
Hæreſis proles curioſitatis. l. 1. c. 5. §. 2.
Aug. Omnium hæreſum mater ſuperbia. l. 1. c. 5. §. 3.
Hæreſes ſæpius proſtigatæ ac ſepultæ germinare non deſinunt. l. 1. c. 6. §. 6.
In ſola Britannia ſpatio pene quinquennij 180. *ſectæ nuper ebullierunt.* ibidem.
Non paucæ hæreſes ex Philoſophiæ cum Theologia permixtione emerſerunt. Prol. §. 14.
Omnes hæretici, Ariſtotelici & Platonici ſunt. ibidem.
Vide verbo Philoſophia.
Hæretici ad excuſandum ſuum cum Eccleſia orthodoxa diſſidium, auſi ſunt effutire, eam ſub finem ſexti ſæculi defeciſſe. l. 1. c. 19. §. 1.
Cur Sectarij in S. Gregorium magnum tantopere debacchentur, vt pereuntis Theologiæ præſultorem *non vereantur appellare?* ibidem.
Omnes hæretici ſunt quodammodo idololatræ. l. 1. c. 5. §. 4.
Etiam omnes paſſim libidinoſi. l. 1. c. 5. §. 5.
In hæreticis perinde ac Philoſophis triplex libido, ſciendi, excellendi, ſentiendi, cauſa fuit vt ſeipſos non noſcerent. l. 1. c. 5. §. 6.
Quinam ex antiquis hæreticis circa Deum errauerint. l. 1. c. 6. §. 1.
Quinam circa humanam animam & corpus? l. 1. c. 6. § 2.
Quinam homines ſceleratiſſimos pro Dijs adorauerint. l. 1 c. 6. § 3.
Hæretici materiarij qui materiam æternam & Deo coæqualem ponebant, potiſſimum à Stoicis ſuam hæreſim didicerunt. l. 1. c. 6. §. 3.
Hæreticorum alij fuerunt ſui corporis adoratores, alij execratores. Vtrique ſeipſos ignorauerunt. l. 1. c. 6. §. 4.
Quinam liberum arbitrium nimia depreſſione peremerunt? Item qui nimium extollendo errauerunt? l. 1. c. 6. §. 4.
Horum genealogiam à Lucifero deducit Bradwardinus. ibidem.
Qui libertatem nimium deprimendo, vel nimium extollendo errauerunt, vtrique ſeipſos ignorauerunt, quia illi pecoribus inferioribus, hi Deo ſuperiori hominem coæquauerunt. ibidem.
Quinam hæretici errauerunt circa Incarnationis Dominicæ myſterium? l. 1. c. 6. §. 5.
Idem quoque ſeipſos ignorauerunt. ibidem.
Quidam blaſphemauerunt, per opera liberi arbitrij Chriſtum fuiſſe promeritum diuinitatem. ibidem.
Nullus eſt Apoſtolici Symboli articulus quem diabolus per modernos hæreticos non pulſat. l. 1. c. 6. §. 6.

Hierico.

Luna interpretatur, & figura eſt huius mundi, in quo orta occidunt, & iterum oriuntur. l. 2. c. 6. §. 1.

Hieronymus Columbus.

Infantibus omnibus ſine remedio ſalutari defunctis ſalutem æternam cenſet eſſe donandam. l. 2. c. 18. §. 3.

Digitized by Google

Illos qui poſt Chriſtum mortui ſunt ſine baptiſmo opinatur in die iudicij ab aliquo homine vel angelo baptizandos eſſe in nube vel mari, atque ita hæreditatis Chriſti conſortium adepturos. ibidem.

Pluribus millionum millibus adulterum in infidelitate mortuorum æternam ſalutem cenſet eſſe donatam. ibidem.

Ex tota hominum vniuerſitate non plus quam centeſimam partem putat perituram. ibidem.

A prætextu exaltandi miſericordiam diuinam illa paradoxa commentus eſt. ibidem.

Miſericordia non elidit aut excludit iuſtitiam ſed benignè præparat merita quibus mercedem reddat iuſtitia. l. 2. c. 18 §. 5.

Ineſt Deo & miſericordia indicanti & iudicium miſeranti. ibidem.

Si in remittendo debito bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nuſquam eſſe apud Deum iniquitas inuenitur. l. 2. c. 18 §. 5.

Qualiter explicet illum locum, Multi ſunt vocati, pauci verò electi? *l. 2. c. 18 §. 5.*

Procul ab Auguſtino & à veritate in hoc aberrat cum dicat Auguſtinus de electis, Pauci inueniuntur quando pereuntibus comparantur. ibidem.

Hieruſalem.

Verbum eſt Hebræum, & interpretatur Viſio pacis. *Prol. §. 3.*

Sex, imò plura ciuitatis Hieroſolymitanæ nomina recenſentur. l. 2. c. 5. §. 2.

Hieruſalem quidam interpretantur Altam Salem, *diſtinguentes contra alteram Salem in Sychimis humiliori loco conſtitutam.* ibidem.

Ex communiore ſententia, Salem, Iebus, Hieruſalem ſunt eiuſdem ciuitatis nomina. ibidem.

Vtrum nomen prius impoſitum vrbi Hieroſolymitanæ, Salem, *an* Iebus? *Vtrimque probabiliter diſputatur. l. 2. c. 5. §. 3. & 4.*

Quando & à quo eidem vrbi impoſitum eſt nomen Hieruſalem, *quæ* Iebus & Salem *ante fuerat appellata? l. 2. c. 5. §. 5.*

De nomine Ieroſolyma, quando & à quo fuerit eidem ciuitati impoſitum? l. 2. c. 5. §. 6.

De nominibus Bethel, *Luxa.* ibidem.

Hieruſalem quadrupliciter à ſcriptoribus vſurpatur: ſecundum hiſtoriam pro ciuitate terrena: ſecundum allegoriam pro S. Eccleſia, ſecundum tropologiam pro vita ſpirituali, ſecundum anagogem pro patria cæleſti. Prol. §. 5.

Hieruſalem tropologicè pro fideli anima vel vita ſpirituali ſumpta deſcribitur. l. 2. c. 6. §. 2.

Allegoricè pro S. Eccleſia in terris peregrinante. l. 2. c. 6. §. 3.

Ciuitas Hieruſalem poſtea ab Elio Adriano Elia *dicta. l. 2. c. 5 §. 6.*

Portæ Hieruſalem quot & quid allegoricè ſignificent? latè ex Hugone Victorino. l. 2. c. 6. §. 3.

Hieroſolymitana peregrinatio eſt electis propria. l. 2. c. 1. §. 3.

Duobus funiculis è cæleſti Hieruſalem primitus omnes pependimus, vno diuinæ imaginis, altero diuinæ ſimilitudinis. l. 2. c. 1. § 5.

Ciuitatis Hieruſalem à qua & ad quam peregrinantur electi fælicitas perſtringitur. l. 2. c. 3. §. 2. & 4.

Damnati non ſunt ciues Hieruſalem, licet cæleſtis iſtius patriæ appetitum retineant. l. 2. c. 1. §. 6.

Hieruſalem & Sion *ſunt eiuſdem ciuitatis vocabula. l. 2. c. 4. §. 1.*

Vtrumque vſurpatur promiſcuè pro cæleſti patria. Interim aliqui inter ea ſic diſtinguunt vt per Sion *quæ ſonat* Speculatio *Eccleſia hîc militans, per* Hieruſalem *quæ ſonat* viſio pacis *Eccleſia in cælis triumphans denotetur. l. 2. c. 4. §. 3. Item cap. 6. §. 4. & 5.*

Ex vniuerſa creaturarum intellectualium multitudine duæ ſolùm exurgunt ciuitates, vna Babylonis ſub rege Diabolo, alia Hieruſalem ſub rege Chriſto. l. 2. c. 4. §. 2.

Vna eſt ciuitas Hieruſalem beatorũ ſpirituum & hominum adhuc peregrinantium. ibid.

Aug. Sicut certum eſt Hieruſalem filios ſuos ab illo (*Deo*) colligi noluiſſe, ita certum eſt eum etiam ipsâ nolente quoſcunque eorum voluit collegiſſe. *l. 2. c. 20. §. 5.*

Conditor terrenæ Hieruſalem *à pleriſque ſtatuitur Melchiſedech. l. 2. c. 5. §. 1. Hoc tamen incertum eſt. Eodem cap. §. 1. & 3.*

Celebres olim fuerunt fidelium in terrenam Hieruſalem peregrinationes. Prol. §. 4. Vide verbo Peregrinatio.

Hilarius

Pictauienſis, Latinæ eloquentiæ Rhodanus *à Hieronymo appellatur. l. 1. c. 18. §. 6.*

Hilarius & Proſper à Celeſtino Papa decretales litteras ad Galliæ Antiſtites aduerſus Auguſtini obtrectatores impetrauerunt. l. 2. c. 13. §. 2.

Hinchmarus Remenſis.

Semipelagianorum ſui æui Coryphæus. l. 2. c. 20. §. 5.

Homo.

Humanæ originis vilitas. l. 1. c. 18. §. 7. Item c. 19. §. 5.

Ad quid conducat iſtius vilitatis conſideratio? l. 1. c. 19. §. 8.

Agapetus Diaconus. Maiorum nobilitate nequis delicietur, limum enim habent omnes generis authorem. *l. 1. c. 18. §. 7.*

Gregorius. Homo qui ſi præceptum ſeruare voluiſſet, etiam carne ſpiritalis futurus erat, peccando factus eſt etiam mente carnalis. *l. 1. c. 20. §. 6.*

In homine per peccatum corrupta eſt Dei imago, non abolita penitus. l. 1. c. 20. §. 4.

In vnoquoque homine naturaliter ſunt tria quæ per dæmonis tyrannidem fuerunt ſubingata, poſſe, velle, noſſe. Namque potentia fuit infirmata, voluntas ſauciata, ſcientia turbata. l. 2. c. 6 §. 4.

Liberum arbitrium hominum (ſicut & angelorum) pro primo inſtanti naturæ inſtitutæ determinatum fuit diuinitus ad merendum, non ſolum quoad ſpecificationem ſed etiam quoad exercitium. l. 2. c. 11. §. 6.

Ex doctrina S. Thomæ homo etiam pro hoc ſtatu obligatur ſe ordinare ad ſuum finem debitum primo inſtanti vſus rationis, mortaliter peccaturus ſi id omiſerit. ibidem.

Homini vile non eſt, nec eius excellentiæ indignum quòd occaſione duntaxat angelicæ reginæ creatus dicatur. l. 2. c. 7. §. 4.

Digitized by Google

Iuxta quosdam numerus hominum prædestinatorum tantus est quanta in cœlis remansit multitudo angelorum. ibidem.
Alij tenent contrarium. ibidem.
Mortalibus Id est incertum. l. 2. c. 7. §. 5.
Vide Prædestinatorum numerus.

Hugo Victorinus.

Quanta eius modestia & erga antiquos reuerentia. Prol. §. 20.

Humilitas.

Duæ sunt species humilitatis totidem speciebus superbiæ oppositæ. l. 1. c. 16. §. 5.
Humilitas mentis & carnis castimonia se inuicem custodiunt. l. 1. c. 4. §. 7.
Magna virtus est humilitas, audacter dico quod nec ipsa virginitas sine humilitate placet. *l. 1. c. 17. §. 3.* — Hugo Victor.
Lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit. l. 1. c. 8. §. 6.
Tota Christi disciplina in vera & voluntaria humilitate consistit. l. 1. c. 13. §. 1.
Id Patres ostendunt breui commemoratione totius vitæ Christi. ibidem.
Quia originem perditioni nostræ superbia præbuit diaboli instrumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei. ibidem. — Gregorius.
Humilitatis cum notitia suiipsius quanta connexio? l. 1. c. 19. §. 7.
Tota humilitas tua est vt cognoscas te, *inquiunt Augustinus & Beda. l. 1. c. 19. §. 1.*
Humilitas antonomasticè Virtus Christi *nuncupatur. l. 1. c. 13. §. 2.*
Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas nec in cœlo stare potuit superba sublimitas. l. 1. c. 13. §. 6.
Cuique peccatori exordium illuminationis est humilitas confessionis, quia sibimetipsi iam parcere renuit qui malum non erubescit confiteri quod fecit. *l. 1. c. 14. §. 1.* — Gregorius.
Tanta est conuenientia amoris Christi & humilitatis, vt qui alterutrum horum habuerit alterum necessariò habere comprobetur —— vt si verè amas, verè sis humilis, & si minus sis humilis minus amare conuincaris. *l. 1. c. 13. §. 2.* — Richard. Victor.
Humilis est qui seipsum apud semetipsum veraciter contemnit, humilior autem qui se contemni etiam ab aliis non refugit, humillimus qui contemptum suum non solùm contemnit sed etiam admodum concupiscit. *l. 1. c. 13. §. 4.* — Idem.
Scriptura sacra in hoc tota conspirat vt homines consideratione suæ fragilitatis humiliet. l. 1. c. 14. §. 1.
Humilitas in hoc potissimum sita est vt voluntatem quisque suam ex diuina voluntate suspendat, non quærens quod sibi sed quod Deo placeat. l. 1. c. 17. §. 6.
Primus gradus in monte humilitatis est cognitio sui. *l. 1. c. 19. §. 3. & 6.*
Nisi super humilitatis stabile fundamentum, spirituale ædificium stare minimè potest. l. 1. c. 19. §. 4.
Humilitas virtus est qua homo verissimâ suiipsius cognitione sibiipsi vilescit. *l. 1. c. 19. §. 5.* — Ex Bernardo Bonaventura.

Digitized by Google

Hoc quasi contrarium videtur vt elatio sit deorsum & humilitas sursum; Sed pia exaltat humilitas quæ facit subditum Deo, elatio autem quæ in vitio est eo ipso quo respuit subiectionem cadit ab illo quo non est quidquam superius. l. 1. c. 20. §. 6.

Duobus modis diabolus humilitatem in nobis oppugnat per iniuriam & per reuerentiam. l. 1. c. 16. §. 3.

Hugo Victor. Sæpè quos per iniuriam quasi impingendo non valet prosternere, per reuerentiam quasi occultè suffodiendo nititur supplantare. ibidem.

Vide verbo Tentatio,

I.

Iacobus Sirmondus.

Fausti doctrinam mirificè extollit, vnde in eo per quod excusat Sidonium operâ Fausti collaudantem, accusat seipsum & posteriora sua opera euertit. l. 2. c. 13. §. 1.

Accusatores Fausti acerrimè reprehendit. ibidem.

Nec à S. Fulgentio & Coepiscopis Africanis qui libros Fausti condemnauerunt & per Fulgentium refutari curarunt, stilum cohibet. ibidem.

In Maxentium & Socios qui dictos libros Fausti refutari curarunt, multam bilem euomuit. ibidem.

Sirmondo pro excusatione Fausti ab hæresi Semipelagiana primum non alia occurrerat ratio, nisi quòd ante Synodum Arausicanam scripsisset. ibidem. *Postmodum excogitauit aliam rationem dicens condemnatores Fausti Prædestinatianâ fuligine fuisse conspersos. l. 2. c. 13. §. 1. & cap. 20. §. 6.*

Zelo refellendi Armacanum in materia prædestinatianismi, doctrinam Fausti anè sibi semipelagianam venditauit pro salutari. l. 2. c. 13. §. 3.

Quo prætextu epistolam Synodicam Antistitum Africanorum reiiciat. l. 2. c. 20. §. 6.

Eius impudentia vel imprudentia in eo quod Arausicanos Patres, suæ fabulæ testes adhibet. ibidem.

Sirmondi Prædestinatus *iactat se contra Prædestinatianos pugnare* contra quos nullus adhuc scribendo pugnauit cum illi Scriptis suis sub sacerdotis Augustini nomine totum penè iam vulnerauerint mundum. *l. 2. c. 20. §. 6.*

Idololatria.

Ad Idola Philosophi delapsi sunt quia ex notitia creaturæ corporeæ sine notitia sui intermedia ad Dei cognitionem per saltum contenderunt. l. 1. c. 4 §. 3.

Omnes hæretici quodammodo Idololatræ. l. 1. c 5 §. 4.

Quidam etiam magni viri ex vitio quo de iustitiæ operibus tanquam propriis & velut à semetipsis partis inflabantur ad idololatriæ dedecus defluxerunt. l. 1. c. 17. §. 5.

Digitized by Google

Ieiunium.

Solemnis ieiunij indictio, humanæ infirmitatis admonitio eſt. l. 1. c. 17. §. 6.
Ipſa lege antiquius eſt ieiunium, imo tam vetus vt ſimul cum homine condito cœperit. ibidem.
Quænam debeant comitari corporale ieiunium vt ſit fructuoſum. ibidem.
Ieiunium quadrageſimale adhoc fuit inſtitutum vt per eius obſeruantiam nos Deo quaſi totius anni decimas offeramus. l. 1. c. 18. §. 1.

Ieſuitæ.

Louanienſes conſonè ad veteres Semipelagianos aſſernerunt hunc articulum ordine trigeſimum, Numerus prædeſtinatorum non eſt certus ex præordinatione quæ antecedit omnem præſcientiam operum. l. 2. c. 14. §. 3.
Vniuerſum Græcorum Patrum agmen in patrocinium ſuæ ſententiæ acciuerunt : ſed Gallos & Maſſilienſes quamuis viciniores & ad opitulandum promptiores prætermiſerunt. l. 2. c. 12. §. 3.
Refelluntur in eo quod dicunt articulo ſuo 20. omnes ſine exceptione Græcos Patres pro prædeſtinatione præſcientiaria ſ ffragari. l. 2. c. 16. §. 3. & 4.
Fatentur quod ſi ſententia, contraria illi quam deffendunt, eſſet Auguſtini non admodum referret. l. 2. c. 12. §. 3.
Quomodo Ieſuitæ præcipuarum Academiarum cenſuras eluſerint. l. 2. c. 13. §. 6.
Quam parum credendum ſit Ieſuitis Cenſores ſuorum dogmatum ſugillantibus. ibidem.
Palam in ſuis Scholis propugnare præſumunt nonniſi venialiter peccare eum qui obtrectatorem ſuum falſo reinfamat. ibidem.
Imperitis inſuſurrant ſententiam ſibi aduerſam de prædeſtinatione anteceſſoria redolere Caluiniſmum. ibidem.
Vt ſeipſos à Pelagianiſmi labe expurgent, primarius orbis Chriſtiani Academiis notam erroris aſſingunt. ibidem.
Librum de Prædeſtinatione & gratia *auſi ſunt velut genuinum Auguſtini fœtum obiicere, etiam poſtquam Louanienſes eum reieciſſent ex operibus Auguſtini.* l. 2. c. 17. §. 5.
Idem fingunt pro aſtruenda authoritate eiuſdem libri quod olim veteres prædeſtinationis gratuitæ hoſtes finxerunt de libris Hypognoſticon. ibidem.
Quæ ſit communis eruditorum Societati extraneorum cenſura de Imagine primi ſæculi Societatis. l. 2. c. 13. §. 5.
Vide verbo, Leſſius, Molina, Vaſquez.

Ignorantia.

Quanta ſit cui nos Adami inobedientia fecit obnoxios? l. 1. c 15. §. 2.
Nihil rectè æſtimat qui ſeipſum ignorat. l. 1. c. 15. §. 6. Richardus Victor.
Ignoratio ſui & ignoratio Dei inuicem cauſant. l. 1. c. 4. §. 1. 2. & 3.
Ignorationis ſui in Philoſophis cauſa fuit curioſitas. l. 1. c. 4. §. 5.

Digitized by Google

Item libidinositas. l. 1. c. 4. §. 6. Item superbia. Eodem cap. §. 7.

Ignorantia Dei & sui vtraque damnabilis est, & vtraque sufficit ad perditionem. l. 1. c. 7. §. 6.

Cuiusuis peccati altera initium parit, altera consummationem. ibidem.

Gregor. Reprobis sæpè euenit vt per elationis dementiam subleuati dum nequaquam ruinæ suæ damna considerant, esse se etiam à bonis operibus inopes non cognoscant. *l. 1. c. 15. §. 7.*

Incommodis ex ignorantia seu obliuione sui emergentibus obuiare volens Ecclesia, communionem & confessionem annuam præcepit. l. 1. c. 17. §. 4.

Ad nostra cæcutimus vitia, ad aliorum verò res acutim cernimus. l. 1. c. 20. §. 2.

In rectè factis contrarium nobis euenit. ibidem.

Gregor. Humana anima primorum parentum vitio à paradisi gaudiis expulsa, lucem inuisibilium perdidit, & totam se in amorem visibilium fudit; tantoque ab interna speculatione cæcata est, quanto foris deformiter sparsa. *l. 1. c. 20. §. 6.*

Incarnatio.

Quo consilio factum sit vt post hominis casum non illico lex daretur, vel filius Incarnandus mitteretur? l. 1. c. 9. §. 4.

Superni verbi Incarnatio, ad hoc diuinitus prouisa vt qui altè sapiendo & sui obliuiscendo ceciderant seipsos noscendo & humilibus consentiendo resurgerent. l. 1. c. 13. §. 1.

Statutum reparandi genus humanum per Incarnationem verbi ad rescriptionem potius quàm ad primam inscriptionem Hierosolymitanam spectat. l. 2. c. 10. §. 6.

Infideles.

Si ad vitam æternam sunt prædestinati, inter Hierosolymitanos peregrinos reputantur. l. 2. c. 2. §. 2.

Argumenta in oppositum ex Patribus adducta diluuntur. ibidem.

Vide verbo Peregrinatio.

Intellectus.

Non constat an humanus intellectus infimum gradum teneat intra ordinem intellectuum diuinitus creabilium. l. 2. c. 8. §. 6.

Iouinianus.

Docebat eos qui fuissent baptizati à diabolo non posse tentari. l. 1. c. 12. §. 6.

Pelagium Iouiniani hæredem *Hieronymus appellat.* ibidem.

Inter eos hoc interest quod Iouinianus impeccabilitatem baptizatis attribuerit, Pelagius impeccantiam duntaxat volentibus arroganerit. ibidem.

Iudæi.

Populo Iudaico per Elium Adrianum Hierosolymâ pulso non licuit nisi quotannis semel persoluto pretio Hierosolymam accedere. l. 2. c. 5. §. 6. Idque duntaxat ad plangendum. ibidem.

Iudex

Digitized by Google

Iudex. Iudicium.

Qualiter debeat homo in ſeipſum exercere iudicium. l. 1. c. 14. §. 5.
Si fueris in peccata tua iudex iuſtus, de iuſto Dei iudicio exies abſolutus. Fulgent. ibidem.
Triplex iudicium homo facere tenetur, de ſeipſo, inter ſe & proximum, & de proximo ſuo. ibidem.
Iudicium ſi rectum, tunc eſt iudicium, ſin autem peruerſum, non iudicium eſt ſed vitium. l. 1. c. 15. §. 7.
Extremi iudicij diem neſcire nobis expedit. l. 1. c. 16. §. 4.
Iudicem tanto quis ſecurius expectat, quanto quotidie vitam ſuam ſuſpectius examinat. l. 1. c. 17. §. 4.
Iudicium de ſe quiſque ſumit quando per dignam pœnitentiam ſua prava facta condemnat. l. 1. c. 16. §. 4.
Eſt aliquod iudicium quod etiam à damnatis & reprobis deſideratur. l. 1. c. 17. §. 4.
Eſt aliquod internum mentis iudicium, quod electi quotidie facere non ceſſant. ibidem.
Quid in illo iudicio diſcutiatur, ex Gregorio. ibidem.
Quomodo debet homo eſſe ſuiipſius iuſtus iudex & ſui microcoſmi rigidus imperator. l. 1. c. 19. §. 6.
In benefactis aliter quàm in malefactis iudicamus, ſive propriis, ſive alienis, & vtrobique perperam. l. 1. c. 20. §. 2.
Amor priuatus peruertit iudicium. l. 1. c. 20. §. 4.

Iulianus.

Cenſebat in ſtabiliendis dogmatibus primo loco adhibendam rationem, ſecundo loco Scripturarum auctoritatem. l. 2. c. 18. §. 1.

Iuſtitia.

Iuſtitia meritum quærit, miſericordia miſeriam intuetur. l. 2. c. 10. §. 4.

L.

Leonardus Leſsius.

Aſſerit Deum poſuiſſe omnia in arbitrio noſtro perinde ac ſi ſolis naturæ viribus regnum obtinendum eſſet. l. 1. c. 10. §. 1.
Item iuſtificatos per Dei gratiam non minus facilè in accepta iuſtitia perſeuerare & legem diuinam implere poſſe, quàm hominibus politicis per naturam facile eſt iuſtitiam politicam externámque in ſe tueri & legem ciuilem implere. ibidem.
Id non tam à priſcis Maſſilienſibus quàm ab heſterno ſuo Molina didicerat. l. 1. c. 11. §. 5.
Poſt Caſſianum docet omnibus fidelibus & maximè iuſtificatis auxilium Dei quod ad orationem eſt neceſſarium ſemper adeſſe per fidei & ſpei donum, ſicque omni tempore ad Deum per orationem confugere eos poſſe. l. 1. c. 10 §. 6.
Item iuſtos omnes aſſerit orationis interuentu in omni euentu auxilium neceſſarium

Digitized by Google

& sufficiens ad cætera omnia, ad vincendas tentationes, ad implenda mandata & ad perseuerandum in iustitia certissimè obtenturos. ibidem. *Item c. 11. §. 4.*

Istud fieri non expedire iustis, ostenditur. l. 1. c. 11. §. 4. & 5.

De tali auxilio supra loquitur Lessius cum quo iusti pro hoc statu possunt à iustitia excidere sed nullatenus in iustitia possunt perseuerare. l. 1. c. 11. §. 4.

Illud auxilium ad nihil seruire videtur, quàm vt à iustitia excidentes reddat inexcusabiliores. ibidem.

Lessius etsi pediseq uantis gratiæ cooperationem non respuat, totum nihilominus dare libero arbitrio consueuit. l. 1. c. 11. §. 5.

Ipse cum suis solam pediseq uantem gratiam agnoscunt. ibidem.

Item Semipelagianis commentitios errores affingunt vt Semipelagianismi ignominiam à se amoliantur. ibidem.

Lessius Semipelagianorum humeris insidens non veretur istud approbare, Si non es prædestinatus, fac vt prædestineris. ibidem.

Fœdè hallucinatur dum approbat istud dictum de complemento prædestinationis secundum se spectatæ intellectum. l. 2. c. 10. §. 2.

Hoc incommodi secum affert Lessiana persuasio (de auxilio necessario & sufficiente omnibus iustis assistente) quod eos à Deo ad libitum non exauditos suscitat ad murmurandum, & ad intrandum in iudicium cum Deo suo. l. 1. c. 11. §. 6.

Affirmat electionem diuinam, quamdiu durat hæc vita, quatenus antecedit præuisionem finis, non ita firmiter nos ordinare ad salutem quin possimus frustrari euentu. l. 2. c. 12. §. 2.

Lessij argumentum ad probandum quod nemo inscribatur in superna Hierusalem antecedenter ad præuisionem implendæ conditionis. l. 2. c. 12. §. 2. Solvitur. c. 15. §. 2. & 3.

Allegat sub nomine Athanasij commentarios in Epistolas Paulinas qui, teste Bellarmino, Theophilacti sunt non Athanasij. l. 2. c. 12. §. 3.

Ex electione ad gloriam ante præuisa merita, putat esse consequens quod Deus debeat insidiari saluti reproborum. l. 2. c. 12. §. 6.

Item quod peccata hominum Deo authori ascribantur. ibidem.

Item multa alia inconuenientia putat necessario sequi ex sententia asserente prædictam electionem. ibidem.

Authoris vitæ Lessij commemorantis ea quæ Louanij aduersus eum gesta sunt, mendaciloquentia & impudentia. l. 2. c. 13. §. 5.

Lessius subscribit Vasquio detorquenti ad se Augustinum quasi docuisset prædestinationem ex præuisis gratiæ meritis. l. 2. c. 14. §. 2.

Accuratè eos ex Augustino refellit Petauius. ibidem.

Lessius post Vasquium admittit Augustinum cum Pelagianis de immediata electione ad gloriam disceptasse, sed cum Semipelagianis de electione ad gratiam controuersatum fuisse contendit. l. 2 c. 14. §. 7.

Non audiendus in eo quod Semipelagianos fingit prædestinationem ad gratiam ex meritis solius liberi arbitrij suspendisse. ibidem.

Tam in causa gratiæ quàm in causa electionis ad gloriam enormius errauit Lessius quam Semipelagiani. ibidem.

Contendit hominem per solas naturæ vires faciendo quod in se est, consequi gratiam. ibidem.

Digitized by Google

Imponit dum ait Pelagianos ſenſiſſe quod homines immediatè eligerentur ad regnum ex operibus naturæ. ibidem.

In ſententia Leſſij & aſſeclarum eius qui gratiam nutui voluntatis ſubdunt, merita omnium hominum pro hoc ſtatu, non minus humana ſunt quàm merita Adæ innocentis. ibidem.

Inepta ratiocinatio Leſſij de analogia rerum humanarum ad res diuinas aſſumpta. l. 2. c. 15. §. 2.

Suis verbis Pelagianorum hæreſim apertiſſimè aſtruit & catholicorum ſenſum pro abſurdo habet. ibidem.

Varia Leſſij paradoxa circa Dei gratiam. ibidem.

Eorundem abſurditas perſtringitur. l. 2. c. 15. §. 3.

Quendam locum Auguſtini ex cap. 10. lib. de Prædeſtinatione SS. truncare maluit, quam eius integri interpretandi periculum ſubire. ibidem.

Leſſio non videtur inſcrutabile cur vni detur bonum velle, alteri non detur. ibidem.

Leſſiana explicatio iſtius loci, Quis te diſcernit *exorbitans à mente & interpretatione SS. Patrum.* ibidem.

Eius audacia vel oſcitantia circa locum Matthæi c. 25. v. 34. & 35. perſtringitur. l. 2. c. 15. §. 6.

Subdolè ſupprimit aliquam clauſulam in verbis citatis ex lib. 3. Recognitionum Pſeudo Clementis. l. 2. c. 16. §. 6.

S. Thomæ ineptè imponit quod orationes aliarum ſtatuerit cauſam prædeſtinationis, cum potiùs eas ſtatuerit cauſam impletionis. l. 2. c. 20. §. 2.

Num veraciter dicendus eſſet orare qui Leſſij præſtigijs deluſus diceret Deo: Poſuiſti omnia in arbitrio noſtro perinde ac ſi ſolis naturæ viribus regnum obtinendum eſſet. ibidem.

Leſſius per complementum prædeſtinationis *quod dicit in arbitrio noſtro eſſe collocatum, non intelligit effectum prædeſtinationis impletorium ſed intrinſecam eiuſdem conſummationem.* ibidem.

Auguſtinus libris de Bono perſeuerantiæ *& de* Corrept. & Gratia *tam aperte Leſſio contradicit, vt credas eum iam tunc ſcripta Leſſij præuidiſſe, & antidotum contra eius virus prouidiſſe.* ibidem.

Eius gloſſa ex Fauſto hauſta circa locum 2. Petri c. 3. v. 9. refellitur. l. 2. c. 20. §. 6.

Quædam Auguſtini locutiones iuxta omnium ſenſum à diligentibus eius Lectoribus apprehenſum, teſte Leſſio erroneæ ſunt, & lectores ſuos in errores præcipitant. l. 2. c. 20. §. 6.

Lex. Legiſlator.

Legibus ſuis authoritatem conciliabant gentiles legiſlatores fingendo ſe eas à Dijs accepiſſe. l. 1. c. 1. §. 4.

Præceptorum impoſitio fuit quædam agnoſcendæ imbecillitatis admonitio. l. 1. c. 15. §. 4.

Lex Moſaïca.

Quo potiſſimum fine ac ſcopo data fuerit. l. 1. c. 9. §. 2. 3. 4. & 5.

Doctrina Augustini de scopo legis datæ displicuit præsumptuosis Pelagianis sicut olim doctrina Pauli in eadem materia displicuerat Iudæis. l. 1. c. 9. §. 3.

Etiam hodie præsumptoribus humanæ libertatis displicet ista doctrina humilitatis. l. 1. c. 9. §. 6.

Eundem mosaicæ legis scopum ab Augustino Apostolum imitante operosissimè inculcatum alij Patres promiscuè assignant. l. 1. c. 9. §. 4. & 5.

Deus per Moysen dans legem velut longè à se positis hominibus litteras mittit, quibus antea familiariter loquebatur. l. 1. c. 9. §. 2.

Continent litteræ per Moysen allatæ historiam præteritorum & normam gerendorum. ibidem.

Hugo Victor. Magno consilio factum est vt post hominis casum non illico daretur lex vel filius mitteretur. Nisi enim superbia hominis vires experiretur sui arbitrij, libertati sufficientiam arrogaret, & legem superfluè datam, & filium frustra venisse iudicaret. *l. 1. c. 9. §. 4.*

Prosper. Magnum mirandumque mysterium, ideo datam legem vt crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur. *l. 1. c. 9. §. 2.*

Non est data lex quæ posset viuificare, sed data est ad ostendendum quantis peccatorum vinculis constrigerentur qui de suis viribus ad implendam iustitiam præsumebant. l. 1. c. 9. §. 4.

Inepte ex asserta de legis scopo doctrina vel lex ipsa vel eius author culpatur. l. 1. c. 9. §. 6.

Quomodo profuerit lex, etiamsi nemo ex eius operibus iustificaretur. l. 1. c. 9. §. 5.

Quomodo Deus excusetur à tyrannide si subditis per legem imposuit onus parendi, nec eis suppeditauit robur agendi. l. 1. c. 9. §. 6.

Quomodo dixerit Apostolus, Virtus peccati lex. *l. 1. c. 13. §. 3.*

Mali malè vtuntur lege quamuis sit lex bona, & boni bene moriuntur, quamuis sit mors malum. ibidem.

Auguſt. Auget prohibitio desiderium operis illiciti, quando iustitia non sic diligitur, vt peccandi cupiditas eius delectatione vincatur. ibidem.

Lex mosaica coactam humilitatem ingerit, euangelica voluntariam. l. 1. c. 13. §. 4.

Lex noua.

Scopus nouæ legislationis fuit homines sibiipsis velut homines repræsentare, iuxta illud Psal. 9. v. 21. Constitue Domine legislatorem super eos vt sciant gentes quoniam homines sunt. *l. 1. c. 13. §. 5.*

Etiam pro Gentilibus prouisum est nouum testamentum quos Mosaicæ legis austeritas ne coactè quidem humiliauerat. ibidem.

Vide verbo Testamentum nouum.

Libertas. Liberum arbitrium.

Libertatem euerti per prædestinationem factam ante præuisa merita æstimant Molina, Vasquez, Valentia, Lessius, &c. l. 2. c. 12. §. 6.

Item induci fatalem necessitatem ac desperationem aliaque incommoda. ibidem.

Ostenditur antecessoriâ prædestinatione libertatem arbitrij non euerti sed potius stabiliri. l. 2. c. 19. §. 3.

Digitized by Google

Qui liberum arbitrium funditus euacuant, & alij qui tumidè inflant, videntur quidem inter se contrariari, reuera tamen etsi capitibus disiuncti, caudis inuicem colligati sunt instar vulpium Sampsonis. l. 2. c. 19. §. 4.

Vsque adeo Augustinus laesam censuit humanae voluntatis libertatem vt subinde malit eam vocare infirmitatem & fragilitatem, quàm libertatem. l. 2. c. 19. §. 5.

Libertatis indifferentiae ac bicornis patrocinium suscipiunt Molinistae. ibidem.

Libero arbitrio violentiam inferre nec creatorem decet nec creatura potest. *l. 1. c. 6. §. 4.* Richardus Victor.

Quinam haeretici liberum arbitrium nimia depressione peremerunt? ibidem.

Quinam liberum arbitrium nimis extollendo errauerunt. ibidem.

Homo se cui noluit subdidit, quando cui debuit se submittere paruipendit. Hinc libertatis priuatus arbitrio quo non vult ducitur, trahitur, catenatur. *l. 1. c. 20. §. 1.* Laurentius Iustinianus.

Libido.

Iuxta Augustinum omnis libido sciendi, excellendi, sentiendi prohibetur illa lege, Non concupisces. *l. 1. c. 5. §. 6.*

Lignum.

Lignum vitae, item lignum scientiae boni & mali cuius rei significandae gratia fuerint in medio paradisi plantata. l. 1. c. 8. §. 2.

Lingua.

Confusio linguarum centuriâ circiter annorum fuit posterior cataclysmo. l. 1. c. 9. §. 1.

Lorinus.

Existimat verba Actorum cap. 13. v. 48. Crediderunt quotquot praeordinati erant in vitam aeternam *esse verba Lucae potius ex humana opinione & coniectura loquentis quàm ex diuina reuelatione. l. 2. c. 14. §. 5.*

Loth.

Quinam per Loth, & qui per eius vxorem retrospicientem designentur? l. 1. c. 15. §. 3.

Cur vxor in statuam salis mutata. ibidem.

Lucifer Calaritanus.

In Sardinia Episcopus fuit pridem sanctissimus, postmodum Luciferiani schismatis author. l. 2. c. 2. §. 3.

M.

Magister.

Quidam malè senserunt humana vniuersim magisteria aboleri; & discere cupientes, Deo instruendos debere relinqui. Prol. §. 11.

Digitized by Google

Auguſt. Magiſteria forinſecus adiutoria quædam ſunt, & admonitiones; cathedram in cælo tenet qui corda docet. ibidem.

Manichæi.

Docebant electos ſuos omni carere peccato, nec ſi velint peccare poſſe. l. 1. c. 12. §. 6.
Item aſſerebant eoſdem adeanta virtutum culmina tranſcendiſſe, vt carnis operibus illudant. ibidem.

I. Mariana.

Sententias Molinæ vocat heſterna Molinæ commenta. l. 2. c. 17. §. 1.
SS. Auguſtini & Thomæ opinionem vocat horridam & aſperam. l. 2. c. 20. §. 6.
Vide verbo Molina.

Maſsilienſes.

Perlato ad ſe Celeſtini encomio pro doctrina Auguſtini non acquieuerunt; ſed libros aduerſus ſua dogmata conſcriptos reijcere perrexerunt, tanquam non ſpecialiter à Papa approbatos. l. 2. c. 13. §. 2.
Eorum erroribus in Gallia inſurgentibus, Auguſtinus ad Conſultationem Hilarij & Proſperi contrapoſuit libros de Prædeſtinatione Sanctorum *& de* Bono perſeuerantiæ. ibidem.
Ideo à veræ gratiæ confeßione ad ſuppoſititiæ fictionem tranſilierunt, quia prædeſtinationem anteceſſoriam veræ gratiæ indiuulsè cohærentem exhorruerunt. ibidem.
In ſubditiciæ gratiæ prædicationem non prorupiſſent, ſi cum gratiæ genuinæ confeßione præſcientiariam prædeſtinationem ad regnum conciliare potuiſſent. l. 2. c. 14. §. 3.
Diſputatio de prædeſtinatione ſeu electione ſecundum Dei vocantis propoſitum, vna fuit ex principalioribus inter Auguſtinum & Maßilienſes agitatis. l. 2. c. 13. §. 3.
Contendebant Maßilienſes per veram Dei gratiam, libero nihil relinqui arbitrio. l. 2. c. 13. §. 4.
Ne Auguſtini doctrinæ adhærerent, teſte Molina, hæreſi Pelagianæ ex parte aſſentiendum putabant. l. 2. c. 14. §. 1.
Decipitur vel decipere conatur Vaſquez dum pernegat Maßilienſes de prædeſtinatione ad gloriam cum Auguſtino diſceptaſſe. l. 2. c. 14. §. 3.
In catena Semipelagianæ hæreſeos quis error primum annulum conſtituat? ibidem.
Quis 2. 3. 4. ibidem.
Non exhorruiſſent Maßilienſes electionem anteceſſoriam ad gloriam cui ſuppoſita eſſet præſcientia conditionalium. ibidem.
Clariſsimè cernebant incompatibilitatem electionis anteceſſoriæ prout ab Auguſtino aſſerebatur cum gratia ſubditicia. ibidem.
Quinam Maßilienſibus ſuffragentur. ibidem.
Maßilienſes aduerſati ſunt Auguſtino in eo quod contra Pelagianos de vocatione electorum ſecundum Dei propoſitum docuerat. l. 2. c. 14. §. 6.
Ipſi cum alijs Pelagianis in hoc conueniebant quod Auguſtini doctrinam de gratuita & anteceſſoria prædeſtinatione ad gloriam, abhorrerent. ibidem.

Digitized by Google

Cur discrimen gratiæ pro vtroque statu ab Augustino assertum horruerint? l. 2. c. 15. §. 4.

Massilienſibus doctrinam de gratuita prædestinatione ſilentio potius premendam quàm prædicatione promendam contendentibus, quid reſpondeat Auguſtinus? l. 2. c. 17. §. 6.

Propter eorundem querelas non deſtitit Auguſtinus ab aſtruendo diſcrimine vtriuſque perſeuerantiæ, adeoque vtriuſque reſpectiuè electionis. l. 2. c. 15. §. 4.

Ex anteceſſoria prædeſtinatione calumniabantur euacuari ſubſidia orationis, l. 2. c. 20. §. 1.

Vide verbo Pelagiani. Semipelagiani.

Perſeuerandi ſecuritatem omnibus volentibus attribuebant non tamen ſine gratiæ poſſibilitantis auxilio. l. 1. c. 12. §. 6.

Iſtud auxilium vniuerſis ad manum iugiter ſuppetere dogmatizabant ſaltem ad petendum & petendo impetrandum. ibidem.

Retunditur obiectio Maſſilienſium Superfluò ad acquirenda bonorum operum merita laborari, ſi ex incommutabili propoſito eius, chriſtianæ gratiæ ſubſiſteret electio. *Prol. §. 9.*

Melchiſedech.

Origenes & eius ſectator Dydimus exiſtimant Melchiſedech non hominem fuiſſe ſed angelum. l. 2. c. 5. §. 1.

Ab Hebræis creditus eſſe Sem primogenitus Noe. ibidem.

A pleriſque ſtatuitur eſſe conditor terrenæ Hieruſalem. ibidem.

Iſtius nominis Melchiſedech *variæ deriuationes eorum qui nolunt eſſe nomen proprium perſonæ ſed à Dominio aut eximia laude iuſtitiæ deſumptum cognomentum. l. 2. c. 5. §. 2.*

Quidam hæretici dicti Melchiſedechiani. *ipſum Melchiſedech coluerunt, eumque Chriſto Saluatori prætulerunt. l. 1. c. 6. §. 3.*

Meritum.

Per Adam perierunt merita humana. l. 2. c. 11. §. 4.

Cur merita in ſtatu innocentiæ dicta fuiſſent humana quandoquidem non potuiſſent fieri ſine gratia. ibidem.

In ſententia eorum qui gratiam nutui voluntatis ſubdunt, merita omnia hominum pro hoc ſtatu, non minus humana ſunt quàm merita Adæ innocentis. l. 2. c. 14. §. 7.

Non enim accipere meretur quod non habet qui à ſe habere ſe putat quod habet. *l. 1. c. 13. §. 5.* Hugo Victor.

Molina. Moliniſtæ.

Auguſtinum ſimplicitatis arguit Molina dum eum quaſi ſub caligine conſtituit *in materia prædeſtinationis. l. 2. c. 14. §. 2.*

Ingenita eſt Moliniſtis in Auguſtinum inuidia ex nimia innouandi & innouando excellendi prurigine. ibidem.

Cur Moliniſtæ non ſolùm occultis inſidiis ſed apertis etiam inſultibus Auguſtinum aggredi non deſiſtant? ibidem.

Sui dogmatis nouitatem ipſe Molina & Soci eius fatentur. l. 2. c. 17. §. 1.

Quo fine Societas Molinæ vt primo inuentori sententiam de electione præscientiaria aſcribat. ibidem.

Eius sententias vocat Ioannes Mariana Heſterna Molinæ *commenta.* ibidem.

Eius dogma in quibuſdam diſſert à dogmate veterum Maſſilienſium tanquam catholicæ sententiæ de prædeſtinatione magis inimicum. ibidem.

Quidam Sociorum Molinæ ex vna parte ſubſcribunt, ex alia parte contradicunt, vel etiam maledicunt. l. 2. c. 17. §. 2.

Hæreticos concludentes non dari in Deo voluntatem efficacem dandi gloriam propter merita tam impoßibile apparet redargui à Moliniſtis, quam Adrumetinos redargui à Semipelagianis, vel Manichæos à Pelagianis. l. 2. c. 18. §. 6.

Dum Moliniſtæ calumniam Lutheraniſmi aut Caluiniſmi impingunt gratuitæ prædeſtinationis aſſertoribus, imitantur Iulianum & Fauſtum Regienſem Manichæiſmi crimen Auguſtino & eius diſcipulis obiectantibus. ibidem.

Cum Moliniſtarum doctrina coram Clemente VIII. tanquam de Pelagianiſmo ſuſpecta ſiſteretur, certandi ac vincendi ordinem ex Auguſtino ſumendum Clemens cenſuit. l. 2. c. 19. §. 1.

Vide verbo Clemens octauus.

Moliniſtæ à Pelagianis hanc praxim didicerunt vt horribili hæreſi obiecta (cuius ſe aduerſarios confingunt) imperitos deterreant ne aduerſus eorum dogmata aures accommodent veritati. ibidem.

Hallucinati ſunt primores Societatis qui ſententiam Molinæ ab vniuerſa Societate defendendam cenſuerunt tanquam in primis idoneam ad oblectandum hæreticis ſæculi noſtri. l. 2. c. 19. §. 2.

Stante Moliniſmo inuincibilis eſt Caluiniſmus & Lutheraniſmus. ibidem.

Tam Moliniſtæ quàm hæretici aſtruunt conſequentiam ab antecedaneo prædeſtinatione ad euacuationem libertatis humani arbitrij. ibidem.

Moliniſtæ etſi non Thomiſtæ, ſaltem ipſum Thomam ſe reuereri profitentur. ibidem.

Hodie reſuſcitant dogma quod in Facultate Pariſienſi etiam Epiſcopali iudicio fuit anno 1226. condemnatum. ibidem.

Fati nomine antecedaneam prædeſtinationem Moliniſtæ infamant, ſicut & victricem gratiam. l. 2. c. 19. §. 4.

Ex hoc in tales labuntur anguſtias vt excellentiores Sanctos fataliter vel quaſi fataliter ſaluari innuant. ibidem.

Euacuant vel fere euacuant merita B. Virginis & excellentiorum Sanctorum quos fatentur antecedenter fuiſſe prædeſtinatos. ibidem.

Dum ex immobilitate diuini decreti volunt imminere periculum libero hominis arbitrio, de hoc nimis ſublimiter, & de diuino dominio nimis viliter ſentiunt. ibidem.

Vide verbo Dei dominium.

Non poterunt Dei libertatem ſaluare niſi axioma illud Riuanum à Sixto IV. damnatum abiurent: Quod ex inimpedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiam, inimpedibile eſt ac neceſſarium. ibidem.

Ne libertatem bioorum Suſceptam ſuam *offendant, phraſes Auguſtini mutant & emolliunt.* l. 2. c. 19. §. 5.

Libertatis indifferentiæ patrocinium ſuſceperunt, volentes cum Caſſiano perſuadere Quod tam ſanum ſit in Adæ poſteris liberum arbitrium quàm in Adam fuit ante peccatum. ibidem.

Moliniſtarum

Molinistarum Sophistica de illius magisterio hausta quem Basilius magnus Primum & maximum mundanæ sapientiæ Sophistam *appellat. l. 2. c. 19. §. 6.*

Non solum prædestinationem iam decretam & sibi notam (vt aliquando voluit Dæmon) sed solam incertitudinem prædestinationis antecessoriæ volunt sufficere ad desperandum & licentiosè viuendum. ibidem.

Inaniter luctantur & contendunt orationes Sanctorum esse causam & non potius effectum prædestinationis eorum pro quibus funditur. l. 2. c. 20. §. 2.

Si veram gratiam agnoscerent, antecessoriam pariter prædestinationem agnoscerent. ibidem.

Ostenditur qualiter cum Genuensibus simbolizent. l. 2. c. 20. §. 3.

Febricitantium more palatum habentes infectum Augustinianæ mannæ saporem non sentiunt; vnde eius dicta volunt cum grano salis esse accipienda. ibidem.

Quantopere Molinistarum dogma inanias correptiones? ibidem.

Sententiam de antecessoria prædestinatione ad explorati erroris absurdum & prædestinatianismum deducere existimant. l. 2. c. 20. §. 4.

An in eo hæreticorum partes strenuè non adiuuent? ibidem.

Quæ absurda affingant assectoribus antecessoriæ prædestinationis. l. 2. c. 20. §. 4.

Omnes expositiones istius loci Deus vult omnes homines saluos fieri *quibus sine plena distributione Augustinus exponit Molina peregrinas & extortas appellat. l. 2. c. 20. §. 6.*

Dicit se non mirari opinionem Augustini & Thomæ sic intellectam A multis duram nimis indignamque diuina bonitate & clementia iudicari. ibidem.

Molina arripit Augustinum obijcientem pro dicente. l. 2. c. 20. §. 7.

Librum Prosperi sub Augustini nomine obtrudit. ibidem.

Vt Augustinum cum Pelagio & Ambrosiastro (quos sub Hieronymi & Ambrosij nominibus obtrudit) consonare persuaderet, quædam testimonia fallaciter allegat. ibid.

In Molinistas varia incommoda obiectantes assertoribus antecessoriæ prædestinationis quadrat illud Psalmi, Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. ibidem.

Molina asserit dum sumus in via semper in manibus liberi arbitrij positam esse salutem nostram. l. 1. c. 10. §. 1. & c. 11. §. 5.

Mors. Mortalitas.

Mortalitas corporis ad hoc diuinitus ordinatur vt suæ fragilitatis homines admoneantur. l. 1. c. 12. §. 1.

Saluberrima eruditio est suæ fragilitatis agnitio. ibidem.

Cur à Veteribus definitur Philosophia esse Meditatio mortis? *l. 1. c. 12. §. 2.*

Vitæ huius principium mortis exordium est, nec prius augeri incipit ætas nostra quam minui. ibidem. — Prosper.

Ob recordationem mortalitatis nostræ saluberrimè seruatur ritus imponendi cinerem consecratum capitibus fidelium initio quadragesimæ. l. 1. c. 12. §. 3.

Nulla discretio inter cadauera mortuorum nisi fortè quod grauius fœtent diuitum corpora distenta luxurie. *l. 1. c. 12. §. 2.* — Ambrosius.

Moyses.

Quomodo ipse qui apud Ægyptios & sonoræ vocis & eloquentiæ erat incomparabilis, impeditioris & tardioris linguæ factus sit, Domino ei loquente. l. 1. c. 18. §. 3.

Non solùm Moyses, sed etiam Hieremias, Isaias, Daniel quando Deum loquentem audierant se ad loquendum minus aptos professi sunt. l. 1. c. 15. §. 7.

Gregorius. Sancti viri dum diuinitus arcana audiunt, quanto magis contemplando proficiunt, tanto amplius despiciendo quod sunt, aut nihil aut prope nihil se esse cognoscunt. ibidem.

Mula.

Ex equa & asino nascitur, vnde quia ex velocitate equi & tarditate asini temperatur symbolum est temperantiæ. l. 2. c. 6. §. 2.

Super mulam sedens Salomon in Gihon ducitur, quia necesse est vt qui ad luctam regiminis trahitur, per temperantiam moderetur. ibidem.

Vide verbo Gihon. Salomon.

Roboam filius Salomonis post mortem patris populum non diuideret, si super mulam quam Dauid Salomoni reliquit, sedisset. ibidem.

N.

Necessitas.

Hugo Victor. Non potest excusare illa necessitas, quam præcedens operata est voluntas. *l. 1. c. 7. §. 2.*

Nemroth.

Eius ministerio Satanas suscitauit posteros Noe ad nouum bellum Deo intentandum in ædificationes turris Babel. l. 1. c. 8. §. 6.

Nouatores.

Non est insolitum vt antiquatorum dogmatum interpolatores habeantur eorundem authores. l. 2. c. 17. §. 1.

Hoc sensu Lutherani & Caluinistæ vocantur Nouatores. ibidem.

O.

Operatio.

S. Thomas. Operatio quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse. *l. 2. c. 11. §. 6.*

Operatio hominis interior non est homini sed Deo principaliter tribuenda. l. 2. c. 15. §. 3.

Opera Dei.

Aliter electi, aliter reprobi opera Dei considerant. l. 1. c. 4. §. 4.

Reprobi dum cognoscendis temporalibus inhiant cognitionem æternorum perdunt: Electi dum temporalia Dei beneficia recolunt, ad agnitionem æternorum proficiunt. ibidem.

Oratio.

Oratione iuuatur prædestinationis effectus, non ipsa secundum se diuina præordinatio. l. 2. c. 20. §. 1.

Digitized by Google

Obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Sed ea quæ Sancti vi. orando efficiunt, ita prædestinata sunt vt precibus obtineantur. l. 2. c. 17. §. 6.

Orandi studium prætendunt Molinistæ euacuari ex antecessoria prædestinatione cum ipsi potius sua prædicatione accendant elationem & extinguant orationem. l. 2. c. 20. §. 2.

Num sit dicendus orare *Lessius dum ait Deo, Posuisti Domine omnia in arbitrio nostro perinde ac si solis naturæ viribus regnum obtinendum esset.* ibidem.

Orantes etiam iustos non semper exaudiri. l. 1. c. 11. §. 4. 5. 6.

Ille cum Deo in iudicium ingreditur, qui cum orauerit, murmurat si non exaudiatur. *l. 1. c 11. §. 6.* Greg.

Nonnullis impatientibus Dominus quod petebant sæpe concessit iratus, sicut è contra Apostolo negauit propitius. ibidem. Idem.

Quia vtile nobis est ne fiat plerunque quod volumus, Deus iustus & bonus quando ea quæ nocitura sunt petuntur, negando miseretur. ibidem. Leo.

Quædam ita prædestinata sunt, vt tamen precibus obtineantur. Prol. §. 9.

Oratio dominica.

Asseuerat Augustinus errorem Massilienſium de gratia & prædestinatione posse ex sola oratione dominica refelli. l. 2. c. 20. §. 2.

Ordo.

Ordo intentionis & ordo executionis, ad diuersa genera causalitatum spectant. l. 2. c. 18. §. 6.

Quod est primum in ordine intentionis, postremum est in ordine executionis, & vice versa. ibidem.

Quid ordo intentionis? & quid ordo executionis. ibidem.

Orpheus.

Docuit infandum amorem erga masculos. l. 1. c. 3. §. 5.

Vnde iusto Dei iudicio à mulieribus discerptus interijt. ibidem.

P.

Pachomius.

S. Antonij discipulus, angelo dictante regulam scripsisse perhibetur. l. 1. c. 18. §. 4.

Eius discipulus Orsiesis libellum de institutis monasticis diuino sale conditum edidit. ibidem.

Paradisus.

Cur superna ciuitas dicitur paradisus. l. 2. c. 4. §. 4.

S. Paulus.

Cum Saulus prius vocaretur, non ab aliud hoc nomen (quod modicitatem significat) elegit, nisi vt se ostenderet paruum. l. 1. c. 16. §. 5.

Cur Pauli Epistola ad Romanos præmittatur Epistolæ ad Corinthios, non obstante quod fuerit scriptione posterior? ibidem.

Tota Pauli dissertatio in suis Epistolis eo collimat vt hominibus persuadeat, non in se aut alijs quibuscunque hominibus, sed in solo Domino esse gloriandum. ibidem.

Paulus Leonardus.

Est fictitium nomen Pauli Serlogi Iesuitæ. l. 2. c. 13. §. 5.

Quàm falsò enumeret Professores Louanienses qui ad dogmata Iesuitica transiuerunt. ibidem.

Serlogi responsio quam injuriosa Bannesio atque celeberrimo Salmaticensium Theologorum cœtui. l. 2. c. 13. §. 6.

Vide verbo Dominicus Bannez.

Fingit Serlogus Salmaticenses Theologos Bannesio officijs deuinctos profitijsse ad censurandum quædam dogmata Iesuitarum, ad prædefinitiones actuum liberorum spectantia. ibidem.

Paulus V.

Disputatio sub Clemente VIII. cœpta, sub Paulo V. resumpta est, & ad exitum perducta. l. 2. c. 19. §. 1.

Diploma compilari iussit quo causam de prædestinatione perinde ac de gratia decidere constituit. ibidem.

Diplomatis promulgationem commiseratio erga Molinistas à Venetis per id tempus afflictos & eiectos retardauit. ibidem.

Peccatum.

Mala voluntas, iuxta Anselmum est à Deo sub ratione actus creati, non sub ea ratione qua mala est. l. 2. c. 11. §. 3.

Anselmus. Facit Deus omnia quæ iustâ vel iniustâ voluntate fiunt, id est bona opera & mala: In bonis quidem facit quod sunt & quod bona sunt; in malis verò facit quod sunt sed non quod mala sunt. ibidem.

Qualiter peccatum in peccati remedium cedat? l. 1. c. 10. §. 4.

Quibusdam proficit in bonum quod cadunt, quia humiliores redeunt atque doctiores. ibidem.

Nisi Deus præseruaret non est tam graue aut horrendum scelus quod homo non committeret. l. 1. c. 19. §. 6. Ex Brigitta. Item §. 8. ex Blosio.

Richard. Vict. Ad hoc nonnulli permittuntur in actione deformiter cadere —— vt ex proprio defectu quasi per experimentum discant, quid de propria virtute & fortitudine sentire debeant. *l. 1. c. 14. §. 2.*

Pelagiani & Semi-Pelagiani.

Dicebant Pelagiani parvulos in sacramento saluatoris baptizari, sed non saluari, redimi sed non liberari, lauari sed non ablui, exorcizari sed non à potestate diaboli erui. l. 2. c. 10. §. 2.

Pelagij doctrina Origenis ramusculus est. l. 2. c. 16. §. 4.

Pelagiani argumentis orthodoxorum pressi paulatim profecerunt in melius, saltem quoad modum loquendi. l. 2. c. 12. §. 1.

Digitized by Google

Semipelagiani è contra profecerunt in peius quoad rem ipſam. ibidem.

Semipelagiani duce Caſſiano excogitauerunt mediam quandam viam inter Pelagium & Auguſtinum. ibidem.

Detegitur origo erroris, quo poſuerunt initium fidei & vſque in finem perſeuerantiam ſic in noſtra poteſtate vt cum ſola gratia poßibilitatis poſſent obtinere. ibidem.

Veteſtioribus Tractatoribus ſe conſentire profitebantur. ibidem.

Semipelagiani prædeſtinationem non ſuſpendebant ex præſcientia meritorum nudi liberi arbitrij, prout fingunt quidam neoterici, volentes hac ratione ſe ab ijs ſecernere. ibidem.

Ad omne meritum quantumcunque initiale prærequiſierunt Semipelagiani gratiam poßibilitantem. l. 2. c. 14. §. 7.

Talem etiam in ſtatu primæ integritatis ad omne meritum agnouerunt eſſe neceſſariam. ibidem.

Auguſtinus efficaciter euertit diſcrimen quod inter fidem & reliquas virtutes fingebant. l. 2. c. 12 §. 1.

Semipelagiani fuerunt Pelagianis poſteriores & in modo loquendi orthodoxis propinquiores. l. 2. c. 16. §. 4.

Vſque adeo perſpexerunt cohærentiam prædeſtinationis cum gratia, vt ex horrore prædeſtinationis anteceſſoriæ tranſilierint ad ſuppoſititiæ gratiæ conficlionem. l. 2. c. 13. §. 2. & 3.

Si conſequentiam à vera Chriſti gratia ad prædeſtinationem gratuitam obnubilare vlla arte valuiſſent nunquam à veræ gratiæ confeßione reſiliſſent. ibidem. §. 3.

Iſtius conſequentiæ irrefragabilitas non latuit Celeſtinum Papam. ibidem.

Semipelagianis familiare ſemper fuit prædeſtinatianiſmi calumniam catholicis Auguſtini partes ſuſtinentibus impingere. l. 2. c. 20. §. 6.

Pelagiani primitias bonorum operum nolunt Domino tollere ſed ſemetipſis poſſidenda retinere, quia ſe boni aliquid à ſeipſis abſque Dei gratia habere ſtultâ præſumptione autumant. *l. 1. c. 18. §. 1.* Beda.

Num Pelagianorum error fuerit quod dixerint homines immediatè eligi ad regnum ex operibus naturæ, prout imponit eis Leßius. l. 2. c. 14. §. 7.

Pelagiani ſub prætextu ſaluandi bonitatem & æquitatem Dei tranſierunt in ſententiam de præſcientia ia prædeſtinatione. l. 2. c. 18. §. 1.

Quoniam inficiabantur peccatum originale mirum non fuit quod prædeſtinationem præſcientiariam ponerent, Sed iſtud mirabile de Semipelagianis qui maſſæ infectionem agnouerunt. l. 2. c. 18. §. 2.

Pœna.

Pœna damni longè grauior pœna ſenſus infernali, iuxta Chryſoſtomum. l. 2. c. 3. §. 5.

Nulla grauior pœna Imaginis Dei *quàm alienari à regno Dei. l. 2. c. 11. §. 7.*

Pœnitentia.

Eius vis & efficacia ex Hugone Victorino: l. 1. c. 16. §. 2.

Tam Chriſtus quàm eius Præcurſor Ioannes ſuam prædicationem exorſi ſunt ab ijs verbis, Pœnitentiam agite, *&c.* ibidem.

Nemiſi poſt iniunctionem pœnitentiæ delictorum annuntiatur appropinquatio regni cælorum. ibidem.

Digitized by Google

Goffridus Vindocinensis. Vtinam tam cito vnusquisque nostrum se pœnitendo agnosceret reum, quàm cito Deus ignosceret reatum. *l.* 1. *c.* 19. §. 3.

Pentateuchus Moysis.

Ante translationem in Græcam linguam per 70. *Interpretes, notus fuit Ægyptiis. l.* 1. *c.* 2. §. 3.
Verisimiliter etiam Platoni & antiquioribus Græciæ Sophis. ibidem.
Asserunt aliqui in linguam græcam etiam ante fuisse traductum. ibidem.
Pentateuchus continet scripturas legales, veteris testamenti, nisi quod liber Geneseos magis videatur historialis quàm legalis. l. 1. *c.* 15. §. 1.
Quænam ex Pentateucho desumantur documenta pro suiipsius cognitione? l. 1. *c.* 15. §. 2. 3. *&* 4.

Peregrinatio & Peregrini.

Peregrinatio vltra absentiam à patria, importat statum viatoris. l. 2. *c.* 1. §. 5.
Quod Hierosolymitana peregrinatio propria sit electis, Patrum authoritate astruitur. l. 2. *c.* 1. §. 3.
Quædam in contrarium obiectiones diluuntur. §. 4.
Omnes tamen homines sunt hic peregrini. ibidem.
Quomodo iidem homines sint peregrini apud Deum & domestici Dei? ibidem.
Patriarchæ se peregrinos & hospites super terram confessi sunt. l. 2. *c.* 1. §. 1. *&* 2.
Prosper. Omnis qui ad supernam pertinet ciuitatem peregrinus est mundi, & dum temporali vtitur vita, in patria viuit aliena. *l.* 2. *c.* 1. §. 2. *&* 3.
Omnes homines ex primæua naturæ institutione Hierosolymitani ciues fuerunt; sed ob læsæ maiestatis crimen ciuitate exciderunt. l. 2. *c.* 1. §. 6.
Damnati etsi retineant æternæ beatitudinis appetitum, non sunt ciues Hierusalem, tanquam banniti ciuitatis prærogatiua exciderunt. ibidem.
Infideles ad vitam electi inter Hierosolymitanos peregrinos reputantur. l. 2. *c.* 2. §. 2.
Quædam testimonia SS. Patrum in oppositum adducta explicantur. ibidem.
Reprobi nequidem eo tempore quo per fidem in via iustitiæ ambulant, peregrini Hierosolymitani dicendi sunt. l. 2. *c.* 2. §. 3.
Quædam obiectiones in contrarium adductæ diluuntur. Eodem cap. §. 4.
Ecclesiæ & SS. Patrum doctrinæ conformius dicitur quod Christus is, qui ad suam passionem fuerit peregrinus. l. 2. *c.* 2. §. 6.
Quænam ciuitas habitaculi à qua & ad quam peregrinantur electi? l. 2. *c.* 3 §. 1.
Eius felicitas perstringitur. ibidem §. 2. *&* 4.
Quodnam genus mortis peregrinantibus in Hierusalem ab Apostolo commendetur? l. 2. *c.* 3. §. 6.
Gerson. Sunt plurimi qui à semet longè peregrinantur, & vt histrionum parasitorumque mos est, nullibi rariùs quàm in domo propria moram faciunt, nullibi molestius. *l.* 1. *c.* 19. §. 7.
Quid sit homines peregrinari in infernum, seu in infernum descendere viuentes? Prol. §. 7.
Thomas Kempensis Vbi es quando tibi præsens non es? Et quando omnia percurristi, quid te neglecto profecisti? *l.* 1. *c.* 19. §. 7.

Digitized by Google

Perſeuerantia.

Vtrum perſeuerantia angelorum fuerit à Deo prædeſtinata? l. 2. c. 9. §. 5. & 6.

Quo ſenſu dicat Anſelmus perſeuerandi non ſolum poteſtatem, ſed etiam voluntatem Angelis à Deo datam? l. 2. c. 11. §. 4.

Prima erat perſeuerantiæ poteſtas bonum poſſe non deſerere; Nouiſſima erit fœlicitas perſeuerantiæ bonum non poſſe deſerere. ibidem. Aug.

Cur aliquos finaliter perituros faciat Deus aliquamdiu fideliter ac inſtè viuentes permiſceri electis finaliter perſeuerantibus? l. 1. c. 12. §. 4.

S. Petrus.

Ob hoc hæſitare permiſſus vt in Eccleſiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur, Et nemo auderet de ſua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec Beatus Petrus potuiſſet euadere. *l. 1. c. 10. §. 3.* S. Leo.

Aut gratia merè ſufficiens non meretur nomen gratiæ, aut certè Petro Chriſtum neganti non ſuppetebat. l. 1. c. 10. §. 5.

Quid homo ſine Dei gratia poſſit, timor beati Petri Apoſtoli euidenter oſtendit. Per ſolum liberum arbitrium non addito etiam Dei adiutorio promiſerat ſe pro Domino moriturum: Sed quid eſt homo ſine gratia Dei niſi quod fuit Petrus cum negaret Chriſtum? l. 1. c. 10. §. 3. & 5.

Petrus à Riuo.

Hæc eius propoſitio; Quod ex inimpedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiam, hoc inimpedibile eſt ac neceſſarium, *fuit primum Louanij cenſurata, deinde in vrbe Roma ſub Sixto IV. damnata eſt ab ipſo præſente reuocata. l. 2. c. 19. §. 1. & 2.*

Illi propoſitioni tota moles Moliniſticæ doctrinæ incumbit de incompatibilitate prædeſtinationis anteceſſoriæ cum arbitrij libertate. ibidem.

Propoſitio Leſſij plane parallela & conſonans articulo Riuano per Sixtum IV. poſt Louanienſes damnato. l. 2. c. 19. §. 2.

Controuerſiam motam inter Louanienſem Vniuerſitatem & Petrum à Riuo quinam in dubium reuocauerint? ibidem.

Præfati articuli damnationem ſe pro certa & indubitata habere declarauit Facultas Theologica Louanienſis 1. die Martij 1635. ibidem.

Prædicta controuerſia Vniuerſitatem Louanienſem non parum exercuit. ibidem.

Sicut hodie Caluiniſmi & Moliniſmi, ita olim Adrumetiniſmi & Semipelagianiſmi fundamentum fuit axioma Riuanum, Quod ex inimpedibili, *&c. l. 2. c. 19. §. 3.*

Sicut illo hodie Caluiniſtæ impugnant arbitrij libertatem, & Moliniſtæ anteceſſoriam Dei prædeſtinationem: ita olim eodem Adrumetini impugnarunt arbitrij libertatem & Semipelagiani anteceſſoriam Dei prædeſtinationem. ibidem.

Philoſophia & Philoſophi.

Non paucæ hæreſes ex Philoſophiæ cum Theologia permixtione emerſerunt. Prol. §. 14.

Philoſophiam à malo Genio in hominum perniciem profluxiſſe, præter alios teſtatur Petrus Chriſologus. ibidem.

Cur Philosophia à quibusdam vocetur Sapientia Babylonis. ibidem.
Philosophia quærendæ diuinitatis induxit laborem, veritatis inueniendæ fructum contulit nullum: imo magnum intulit damnum. ibidem.
A quo tempore Philosophia sæcularis S. Theologiam suâ curiositate inutili fædare cæpit. l. 1. c. 19. §. 5.
Bernardus. Philosophorum ventosa loquacitas, non bonus imber est qui sterilitatem magis intulit terris quàm fertilitatem. *Prol. §. 14.*
Philosophi mundi opera conditionis cognoscendo deficiunt, Philosophi Christianorum opera restaurationis iugiter meditando proficiunt. l. 1. c. 4 §. 4.
Quanta fecerint aut passi sint propter amorem Sapientiæ vel potius propter libidinem sciendi. l. 1. c. 4. §. 5.
Quinam voluntariam sibi necem intulerunt ob fiduciam felicitatis statim à morte adipiscendæ. l. 2. c. 3. §. 6.
Gentiles Philosophi cupidi laudis alienæ tota sollicitudine operam dabant ea operari quæ miraventur homines & laudarent. l. 1. c. 16. §. 5.
Philosophorum mores ab ore discordes. l. 1. c. 3. §. 1.
Communiter fuerunt addicti Idolorum cultui. l. 1. c. 3. §. 4. & c. 4. §. 4.
Philosophus mundi à Hieronymo describitur, Gloriæ animal, popularis auræ atque honorum venale mancipium. *l. 1. c. 4 §. 7.*
Vide verbo Gentiles Philosophi.

Plato.

Imitator Moysis adeò vt quibusdam visus sit Plato nihil nisi Moyses Atticè loquens. l. 1. c. 2. §. 3.
Academicorum dux & anteſignanus. l. 1. c. 3. §. 3.
Ex Pythagoricorum errore credidit animarum de corporibus in alia corpora transmigrationem. ibidem.
Docuit animas humanas olim ante corpora creatas fuisse. ibidem.
Idola coluit. ibidem.
Semideus & penè Philosophorum Deus fuit appellatus. ibidem. *&* §. 6.
Magistri sui Socratis doctrinam de mulierum communitate comprobauit. l. 1. c. 3. §. 6.
Non audiendi qui eum ex inferis à Christo ereptum censent. ibidem.

Porta.

Portæ Hierusalem nouem recensentur, & mystice describuntur. l. 2. c. 6. §. 3.

Prædestinatio.

Eius variæ acceptiones. l. 2. c. 10. §. 1. & 2.
Latè est Faciendorum dispositio. *Strictiùs* Gratiæ præparatio. *Strictissimè*, Præscientia & præparatio beneficiorum quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur. ibidem.
Non conuertitur hæc vltima acceptio cum inscriptione ciuium Hierosolymitanorum sed cum rescriptione eorundem ex captiuitate. l. 2. c. 10. §. 2.
Qualiter facta sit prima inscriptio creaturæ rationalis in registro supremæ ciuitatis? l. 2. c. 8.

Qualiter

Digitized by Google

Qualiter item nouiſſima reſcriptio eiuſdem in eodem regiſtro? ibidem.
Tres ſententiæ diuerſæ referuntur, & relictis extremis media confirmatur. ibidem. §. 1. & 2.
In negotio dictæ inſcriptionis & reſcriptionis ciuium in regiſtro ſupremæ ciuitatis, prædeterminatio phyſica & præſcientia meritorum non debent pro omni ſtatu admitti, nec pro omni ſtatu rejici. ibidem.
Prima inſcriptio fuit conditionata, & ex arbitrio pendens inſcribendorum: nouiſſima vero reſcriptio planè fuit abſoluta, proinde excellentior & firmior. l. 2. c. 8. §. 3. 4. & 5.
Vide verbo Ciuitas.
Reparationis hominū potius quàm angelorū variæ adferuntur congruentiæ. l. 2. c. 8. §. 6.
Vnica iſtius rei irrefragabilis ratio fuit Dei voluntas. ibidem.
Angelorum prædeſtinatio fuit ſubnixa meritorum præuiſione, Hominum verò ab huiuſmodi præuiſione independens. l. 2. c. 10. §. 4.
Ex prædeſtinatione facta ante præuiſa merita, quinam exiſtiment euerti libertatem. l. 2. c. 12. §. 6.
Veræ gratiæ & electionis gratuitæ, ſeu prædeſtinationis anteceſſoriæ indiuulſa connexio. l. 2. c. 13. §. 2.
Illam connexionem nequidem Semipelagiani diſſimulare valuerunt. ibidem. §. 3.
Vna ex principalioribus diſputationibus inter Auguſtinum & Maſſilienſes agitatis fuit de prædeſtinatione ſeu electione ſecundum Dei vocantis propoſitum. ibidem.
Prædeſtinationis ad gloriam cum prædeſtinatione ad gratiam finaliter perſeuerantem cohærentia expenditur. l. 2. c. 14. §. 3.
Perperam hanc pro illa obtrudi oſtenditur. ibidem. §. 2. & 3.
Auguſtinus electionem ſic aſtruebat anteceſſoriam vt omnem voluntatis nutum ſeu abſolutè ſeu conditionatè præuiſum ſeponeret, eo quod ipſa voluntatem ad annuendum inuictè per gratiam flectat. l. 2. c. 14. §. 3.
Nefas eſt in alterutro Maſſilienſibus conſentire vel gratiam faciendo voluntati pediſſequam vel electionem ad gloriam ex præſcientia meritorum cum tali gratia exercendorum ſuſpendere. ibidem.
Quàm periculosè erretur in materia prædeſtinationis? ibidem.
Prædeſtinationis præſcientiariæ aſſertores ex parte imitantur eos qui olim dicebant Auguſtinum primo conuerſionis ſuæ tempore meliora quam poſt ſenſiſſe. l. 2. c. 14. §. 4.
Cur Auguſtinus loquens de electione ad gloriam eam vocet electionem gratiæ. l. 2. c. 14 §. 6.
Vaſquez & Leſſius admittentes Auguſtinum cum Pelagianis de immediata electione ad gloriam diſceptaſſe, Contendunt eundem cum Semipelagianis controuerſatum fuiſſe de electione ad gratiam. l. 2. c. 14. §. 7.
Fingit Leſſius Semipelagianos prædeſtinationem ad gratiam ex meritis ſolius liberi arbitrij ſuſpendiſſe. ibidem.
Vide verbo Leſſius.
Electionis ad gloriam & promiſſionis gloriæ varia diſcrimina. l. 2. c. 15. §. 2.
Cur promiſſio ſit generalis ſub conditione, cum electio ſit ſpecialis & abſoluta? ibid.
Bonus vſus gratiæ dandæ non poteſt eſſe ratio prædeſtinationis diuinæ quia inter effectus prædeſtinationis deputatur. l. 2. c. 15. §. 3.

Impertinenter pro prædestinatione præscientiaria allegantur Scripturæ quibus gloria exprimitur vocabulis mercedis, brauij, coronæ, denarij diurni. l. 2. c. 15. §. 6.

Prædestinationis præscientiariæ Patroni testimonijs Ecclesiasticorum tractatorum abutuntur. l. 2. c. 16. §. 2.

Qui pro prædestinatione iustitiæ seu retributionaria contra prædestinationem gratiæ disputauerunt, nonnisi errando disputare potuerunt, *iuxta Augustinum.* ibid.

Falsò & calumniosè vetustioribus Augustino Patribus affingitur dogma de prædestinatione præscientiaria. l. 2. c. 16. §. 3.

Innominatim de Basilio magno & Gregorio Nazianzeno ostenditur. ibidem.

Item de Chrysostomo. ibidem. §. 4.

Ostenditur falsitas eius quod Iesuitæ Louanienses articulo 20. ab Academijs Belgicæ Censurato affirmabant omnes Græcos Patres sine exceptione pro prædestinatione præscientiaria suffragari. l. 2. c. 16. §. 3. & 4.

Definitio prædestinationis desumpta ex Augustino, Præscientiã & præparatio beneficiorum, &c. *exponitur. l. 2. c. 16. c. 5.*

Non solum prædestinatio sed etiam eius in tempore impletio, vocatur electio. l. 2. c. 16. §. 6.

Electio quæ est prædestinationis impletio potest esse ex meritis, licet electio quæ est ipsa prædestinatio sit absque meritis. l. 2. c. 16. §. 6. & c. 17. §. 2.

Augustinus in libro expositionis quarundam propositionum Epistolæ ad Rom. prædestinationem præscientiariam asseruit, sed errorem postea totis viribus refutauit. l. 2. c. 17. §. 4.

Non solum Christi sed cæterorum etiam hominum prædestinatio præsupponit præscientiam humani lapsus. l. 2. c. 17. §. 6.

Prædestinatio & reprobatio præsupponunt in Deo præscientiam humani lapsus, sed prædestinatio electorum ad gloriam non præsupponit præscientiam propriorum meritorum. l. 2. c. 18. §. 1.

Prædestinationis præscientiariæ Patroni hæriticis fauent dum sic argumentantur: Deus non donat electis suis regnum gratis & sine meritis, ergo non eos gratis & sine meritis prædestinauit ad regnum. l. 2. c. 18. §. 6.

Approbant consequentiam hæreticorum, antecedente ab omnibus Orthodoxis agnito subnixam. ibidem.

Antecessoria prædestinatio tantum abest quòd libertatem arbitrij euertat, quin potius stabiliat. l. 2. c. 19. §. 3.

Illa prædestinatione induci fatum seu fatalem necessitatem quinam calumnientur? l. 2. c. 19. §. 4.

Item desperationem. ibidem. §. 5.

Item vitæ dissolutionem. ibidem. §. 6.

Augustinus ostendit non debere propter eiusmodi calumnias nos potius deterreri à confitenda diuina gratia, & quæ secundum eam est prædestinatione Sanctorum, quàm à confitenda præscientia diuina. l. 2. c. 19. §. 6.

Non ex antecessoria prædestinatione sed potiùs ex opposita induci dissolutoriam vitæ licentiam. l. 2. c. 19. §. 6.

Prædestinatio secundum se prout est præordinatio diuina non iuuatur precibus iustorum, sed bene quoad effectum suum. l. 2. c. 20. §. 1.

Quæ absurda Molinistæ affingũt assertoribus antecessoriæ prædestinationis. l. 2. c. 20. §. 4

Digitized by Google

Prædeſtinatorum numerus.

Illum numerum quidam Angelis ſanctis fecerunt æqualem, alij longè minorem. l. 2. c. 7. §. 4. & 7.

Numerus hominum prædeſtinatorum tam abſolutè quam comparatione ad ſanctos angelos, mortalibus eſt incertus. l. 2. c. 7. §. 5.

In Eccleſia alius eſt numerus, alij ſunt ſuper numerum. ibidem.

Innumeri apud Salomonem dicuntur eſſe qui pereunt, numerati autem qui ſaluantur. ibidem. — Origenes.

Quos Origenes vocat Innumeros, *Auguſtinus vocat* Supernumerarios, *Gregorius* Innumerabiles. ibidem.

Notandum eſt quia dum alijs cadentibus, alij ad ſtandum ſolidati perhibentur, electorum numerus certus ac definitus oſtenditur. ibidem. — Gregorius.

Eadem ratione qua reprobi dicuntur à Deo neſciri, dicuntur etiam non eſſe numerati ſed multiplicati ſuper numerum. l. 2. c. 7. §. 6.

Auguſtinus & Gregorius dubitarunt, num cæleſtis ciuitas vberiore copia regnaret, quàm regnaſſet angelis omnibus perſeuerantibus. l. 2. c. 7. §. 7.

Quæ fuerit eis ratio dubitandi. ibidem.

Non intereſt vtrum electi dicantur ad gratiam gloriamque prædeſtinati, An gratia vel gloria electis dicatur prædeſtinata. l. 2. c. 10. §. 1.

Qui numerat multitudinem ſtellarum, non poteſt ſuorum ignorare numerum filiorũ. Illi ergo numero nec aliquis additur, nec aliquis demitur. *l. 2. c. 18. §. 4.* — Fulgentius.

Electi multi ſunt per ſeipſos, & ijdem pauci ſunt in comparatione longè plurium qui cum diabolo puniendi ſunt. *l. 2. c. 18. §. 5.* — Auguſtinus.

Prædeſtinatiani.

An & qui fuerint? l. 2. c. 2. §. 4.

Eorum hæreſis ex libris Auguſtini malè intellectis initium ſumpſiſſe dicitur, *inquit Sigebertus.* ibidem.

Prætenſa Prædeſtinatianorum hæreſis eſt ipſiſſima Eccleſiæ Catholicæ de gratuita prædeſtinatione ſententia. ibidem.

Quia Auguſtini miniſterio copioſius fuit iſta ſententia explicata, eam prædeſtinatianæ hæreſeos vocabulo expreſſam hoſtes eius ab Auguſtino ipſum accepiſſe dicebant. ibidem.

Prædeſtinatianorum dogmata, & articuli ex Gennadio, item ex Sirmondo referuntur. ibidem.

Vide factum quod illa variè à variis recenſeantur? ibidem.

Prædicatio.

Cur Deus in carne veniens illis verbum prædicauit quos ipſum verbum non recepturos eſſe præſciuit? Et quibuſdam aliis prædicationis verbum non impendit, quos credituros ſi docentem audiſſent, agnouit? *l. 1. c. 13. §. 5.* — Hugo Victor.

Tam Chriſtus quam eius Præcurſor ſuam prædicationem exorſi ſunt ab illis verbis Pœnitentiam agite. *l. 1. c. 16. §. 2.*

Præpoſitus Ieſuita.

Citans Sanctum Thomam eius contextum captioſè ſuppreſſit, eo quod ſuo ſcopo præiudicaret. l. 2. c. 15. §. 6.

Digitized by Google

Prosper Tyro.

Ex hostium Augustini schola prodijt. l. 2. c. 20. §. 4.
Pelagiano supercilio impudenter scripsit, Prædestinatorum hæresis quæ ab Augustino accepisse dicitur initium his temporibus serpere exorsa, &c. ibidem.

Pythagoras.

Idola coluit. l. 1. c. 3. §. 3.
Memorat Laertius eum fabas aderasse, & ne eas fugiendo calcaret, perimi se fuisse. ibidem.

Q.

Quadragesima.

Dum à dominica prima quadragesimæ vsque ad Pascha per 36. dies ieiunamus, quas decimas Deo damus totius anni constantis 365. diebus. l. 1. c. 18. §. 1.

R.

Ratio.

Voluntatum patroni, & gratiæ prædestinationisque hostes solent errores suos præsidio rationis humanæ potissimum munire. l. 2. c. 18. §. 1.
Iulianus Pelagianista censet primo loco adhibendam rationem, secundo loco scripturarum authoritatem. ibidem.

Regnum.

Cur cælestis patria regnum cælorum *appelletur.* l. 2. c. 4. §. 5.
Quid sit filium Deo & Patri tradere regnum? ibidem.
Regnum cælorum non est aliud quàm cælicolarum regnantium cœtus. ibidem.
Hic cœtus aliquando absolutè dicitur regnum, regnum Dei, regnum Patris, cælum, cæli cælorum, terra viuentium. ibidem.

Religio.

Vnde dicta iuxta Augustinum. l. 1. c. 17. §. 3.
Dei cultus in hoc maximè constitutus est vt anima ei non sit ingrata. l. 1. c. 17. §. 5.
Erit ingrata si quod illi ex Deo est, sibi tribuerit. ibidem.

Reprobi & reprobatio.

Reprobi etiam pro tempore quo per fidem in via iustitiæ ambulant, Hierosolymitani peregrini dicendi non sunt. l. 2. c. 2. §. 3.
Obiectiones in oppositum adductæ diluuntur. §. 4.
Reproborũ numerus tam formaliter quàm quoad personas Deo est cognitus. l. 2. c. 7. §. 6.
Qua ratione dicantur reprobi non esse Deo cogniti vel non esse numerati? ibidem.
Non interest vtrum reprobi ad pœnam dicantur prædestinati, an ipsa pœna reprobis prædestinata. l. 2. c. 10. §. 1.

Digitized by Google

Diſtinctio reprobationis in negatiuam & poſitiuam in negotio angelorum non videtur admittenda. l. 2. c. 11. §. 7.

Non poteſt creatura rationalis reprobari etiam negatiuè priuſquam præuideatur violatura legem Dei. ibidem.

Deus non prius angelos bonos prædeſtinauit ad gloriam quam malos ad igneminiam. ibidem.

Pauciores miſericorditer liberari quam iuſtè damnari Auguſtinus frequentiſſimè perhibet. l. 2. c. 18. §. 5.

Reproborum proprium eſſe ſolet, ſemper praua agere, & nunquam quæ egerint retractare. l. 1. c. 17. §. 4.

Omne enim quod faciunt cœca mente pertranſeunt, factúmque ſuum niſi cum Gregor. puniti fuerint, non agnoſcunt. ibidem.

Richardus Victorinus.

Eius inſignis commendatio. l. 1. c. 15. §. 3. Item c. 19. §. 4.

Robertus Sorbona.

Collegij Sorbonici in Academia Pariſienſi erector & inſtitutor. l. 1. c. 19. §. 5.

S.

Sacrificium.

Nulli martyrum ſed ipſi Deo martyrum ſacrificamus quamuis in memoriis martyrum conſtituamus altaria. l. 1. c. 17. §. 3.

Salomon.

Interpretatur Pacificus. l. 2. c. 6. §. 2.

Eius vnctio myſticè deſcribitur. ibidem.

Salomon non vngitur niſi quando ad culmen prælationis ſublimatur: Tunc enim animus pacificus vnctione indiget, quia locus prælationis aut vix aut nunquam elationis tumore caret. ibidem. Apud Hugonem Victorinum.

Quid ſignificet impoſitio Salomonis ſuper mulam, vide verbo Mula.

Salus.

Fuerunt quidam olim ita illiberaliter miſericordes vt exiſtimarent vniuerſos omnino homines finaliter ad gloriam cæleſtem euehendos. l. 2. c. 18. §. 3.

Quidam nuperus ſcriptor voluit omnes homines excepta centeſima parte fore ſaluandos. ibidem.

Vide verbo Hieronymus Columbus.

Sancti Patres.

Vetuſtiores Auguſtino non niſi parcè & tranſeunter (nullo aduerſario vrgente) de gratia & prædeſtinatione gratuita indiuulsè cohærente tractarunt. l. 2. c. 16. §. 2.

Non omnes Patres Græci ſtant pro prædeſtinatione præſcientiaria prout Ieſuitæ Louanienſes articulo 20. affirmarunt. l. 2. c. 16. §. 3.

Quorundam SS. Patrum dicta in speciem pugnantia conciliantur, dum aliqui affirmant scientiam Dei esse causam rerum, alij negant. l. 2. c. 16. §. 5.

Sapientia. Sapientes.

Vltra communem scientiam Sapientia importat quandam sapiditatem seu dulcedinem, l. 1. c. 13. §. 4.

Bernard. Si quis sapientiam virtutis amorem definierit non à vero deuiare videtur: vbi autem amor, non labor, sed sapor est. ibidem.

Fortè sapientia à sapore denominatur, quod virtuti accedens quoddam veluti condimentum, sapidam reddat quæ per se insulsa quodammodo & aspera sentiebatur. ibid.

Bernard. Ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere, ad sapientiam gaudere in tribulationibus. ibidem.

Verba sapientum sunt stimuli (*Ezechielis c. 12. v. 11.*) *quia vtique non palpando titillant sed pungendo percruciant. l. 1. c. 20. §. 7.*

Verba sapientum dicuntur pungere non palpare. l. 2. c. 15. §. 1.

Septem Græcorum sapientes quo tempore flornerunt? l. 1. c. 2. §. 1.

Diu vixerunt antequam Bibliorum ex Hebræo in Græcum per Septuaginta Interpretes fieret translatio. ibidem.

Sapientes & Poetæ Ethnici multa ex scripturis diuinis hauserunt. l. 1. c. 2. §. 2. & 5.

Signanter illud Apophtegma Nosce teipsum *vel ex Deuter. c. 4. v. 9. iuxta 70. vel ex Cant. 1. v. 7.* ibidem.

Scriptura sacra.

Translatio Septuaginta Interpretum, non fuit absolutè prima: nulla tamen fuit prior integra, Solemnis, & authentica. l. 1. c. 2. §. 6.

Quidam diuinitus puniti quod ex Scriptura sacra quædam suis historiis aut fabulosis poematibus inserere præsumpsissent. l. 1. c. 2. §. 4. & 6.

Hæretici testimoniis S. Scripturæ maximè vtuntur. l. 2. c. 15. §. 1.

Exemplis hoc declaratur. ibidem.

Scriptura diuina in hoc vniuersa conspirat vt homines consideratione suæ fragilitatis & diuinæ supra se præcelsitatis humiliet. l. 1. c. 14. §. 1. & 2.

Scriptura sacra ad instar speculi oculis obuersi hominẽ sibipsi repræsentat. l. 1. c. 14. §. 3.

Eundem arguit & statuit contra faciem suam. l. 1. c. 14. §. 6.

Aug. Speculum hoc neminem palpat, qualis es, talem te tibi demonstrat, Intende & vide: & si est aliquid quod offendat, abi confusus, & redi correctus. *l. 1. c. 14. §. 3.*

Vide verbo Speculum.

Cur in Scriptura Iob describatur tentatione auctus, sed Dauid tentatione prostratus. l. 1. c. 14. §. 4.

Quædam in Scripturis posita, hoc ipso quo videntur superflua (quia neque ad imitandum, neque ad cauendum facta hominum pertinent) satis admonent in eis quæri oportere mysticæ alicuius significationis oraculum. ibidem.

Nullus Scripturæ apex existit, quin alicui hominum statui medicinam salutarem subministret. ibidem.

Aug. Quicquid homo extra (*Scripturam sacram*) didicerit si noxium est, ibi damnatur, si vtile est ibi inuenitur. ibidem.

Digitized by Google

Nulla ferè pagina est Sanctorum librorum in qua non sonet quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ibidem.

Omnes ædificat Scriptura diuina: In ea inuenit vnusquisque quo aut vulnera sua curet, aut merita confirmet. ibidem. Ambros.

Scriptura sacra intelligitur nomine Aduersarij *in verbis Christi. Matth. 5. v. 25.* Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo. *l. 1. c. 14. §. 6.*

Scriptura sacra docet hominem seipsum cognoscere & creatorem suum: Se cognoscere præcedit & via est, Creatorem autem perfectè cognoscere, patria est. l. 1. c. 15. §. 1.

Sacrarum scripturarum variæ partitiones. l. 1. c. 15. §. 1.

Ex omnibus eius partibus possunt homines documenta desumere ad cognoscendos seipsos, seu imbecillitatem suam. l. 1. c. 15. §. 2.

Talia documenta ex Genesi. ibidem. §. 2. & 3.

Ex residuis libris Pentateuchi. §. 4.

Ex libris Iosue, Iudicum, Ruth, Regum. §. 5.

Ex libris Sapientalibus. §. 6.

Ex Prophetalibus. §. 7.

Ex Euangeliis. l. 1. c. 16. §. 1. 2. & 3.

Ex Actibus Apostolorum. l. 1. c. 16. §. 4.

Ex Epistolis Pauli. §. 5.

Ex Epistolis Canonicis. §. 6.

Ex Apocalypsi. §. 7.

Redditur ratio seruati ordinis inter hos sacros libros, Prouerbia, Ecclesiasten, Canticа Canticorum. l. 1. c. 15. §. 6.

Librum Iob quidam Historicis, alij Sapientalibus annumerandum censent. l. 1. c. 15. §. 5.

Scholastici.

Philosophica plerumque immiscent quæ Theologicorum dogmatum certitudinem minuunt. Prol. §. 14.

Scholasticorum varij abusus & corruptelæ tanguntur. ibidem. §. 15. & 19.

Notantur de affectatione nouitatis & contemptu vetustatis ex Cassiodoro, Richardo & Hugone Victorinis. Prol. §. 19.

Vide verbo Authoritas.

Siloe.

Interpretatur Missus, *vnde porta Siloes fides est Christi. l. 2. c. 6. §. 3.*

Sinus Abrahæ vel Patriarcharum.

Duplex acceptio Sinus; vtraque accommodatur vt per Sinum Abrahæ cœlestis patriæ fœlicitas significetur. l. 2. c. 4. §. 6.

Sion.

Mons sanctus quid significet? l. 2. c. 6. §. 4.

Eius ædificatio spiritualis describitur. ibidem. §. 5.

Socrates.

Primus vniuersam Philosophiam ad Ethicam & mores componendos flexit, cum tamen Deos esse negauerit. l. 1. c. 3. §. 2. & 5.

Digitized by Google

Eius praui mores, & irreligiositas. ibidem. §. 2.
Quàm immeritò habitus mortalium sapientissimus. ibidem.
Cur hoc elogium ei ab Apolline delatum. ibidem.
A Minutio vocatur Scurra Atticus. ibidem.
Mulierum communitatem & verbo docuit & exemplo firmauit. l. 1. c. 3. §. 2. & 6.

Sorbona.

Condemnauit anno Domini 1347. *aliquot articulos qui quamplurimum commune habent cum articulis Iesuiticis Louanij Duacique proscriptis. l.* 2. c. 13. §. 6.
Eius Censuram quo modo Iesuitæ aliquando vilipenderunt? ibidem.
Quale iudicium de ipso Societatis instituto exhibuerit anno 1554. *ad requisitionem Regij Senatus?* ibidem.

Speculum.

Cur Iacobus auditorem legis & non factorem comparauerit viro potius quàm fœminæ vultum suum consideranti in speculo? l. 1. c. 14. §. 3.

Gregor. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur vt interna nostra facies in ipsa videatur. ibidem.

Metaphora speculi toti Scripturæ congruit & non quibusdam eius partibus. ibid. §. 4.
Speculum hoc habet splendorem non mendacem, splendorem non adulantem, nullius personam amantem; formosus es, formosum te ibi vides, fœdus es, fœdum te ibi vides. l. 1. c. 14. §. 3.
Augustini scribentis speculum ex Scripturis sacris, quis fuerit scopus? l. 1. c. 14. §. 4.

Spiritus.

Hugo Victor. Spiritus hominis medio quodam loco constitutus supra se creatorem suum habet cui subiectus esse debet, sub se carnem suam, cui debet esse prælatus. *l.* 1. c. 16. §. 2.

Quid debet creatori, quid carni? ibidem.

Status.

Quatuor sunt ætates seu status hominis, Prima ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena. l. 1. c. 17. §. 5.

Superbia.

Aug. Cætera vitia tantum in malefactis valent, sola autem superbia etiam in rectè factis cauenda est. *l.* 1. c. 14 §. 6.

Vitium superbiæ maximè insidiatur sublimibus & ideo eis maximè necessaria est humanæ consideratio fragilitatis. l. 1. c. 15. §. 5.
Quàm callidè subrepat mentis elatio iis qui suas laudes ab aliis audiunt. l. 1. c. 16. §. 3.

S. Leo. Superbum est de non peccandi facilitate præsumere cum hoc ipsum præsumpsisse peccatum sit. *l.* 1. c. 15. §. 2.

Duæ sunt species superbiæ, totidem speciebus humilitatis oppositæ. l. 1. c. 16. §. 5.

Richardus Victor. Vasa misericordiæ cum incipiunt de suis meritis intumescere, piâ Dei dispensatione permittuntur cadere vt discant humiliter sapere & de sua infirmitate verum sentire. *l.* 1. c. 19. §. 4.

Superbiam

Digitized by Google

Superbiam vitiorum reginam ad modum Iezabel necesse est deorsum præcipitare l. 1. c. 19. §. 6.

Superbia alia carnalis, alia spiritualis. Hæc multo periculosior est quam vitia carnalia. ibidem.

Solet in virtutum fastigio collocatos grauissimâ ruinâ dejicere. ibidem.

Superbus inde magis ima appetit, vnde se coniunctũ summis existimauit. l. 1. c. 20. §. 6.

In duplici differentia sunt superbi, alij in quibus superbia tam apertè regnat vt nec dignetur se occultare, nec possit; alij verò quos sub hypocritico simulatæ perfectionis velamine, eadem superbia occultè captiuat. l. 1. c. 20. §. 7.

Mala & pericula quæ ab occulta hac superbia causantur ex Prospero pulchrè describuntur. ibidem.

Nobis luctandum est cum prima, ne paulatim in secundam labamur superbiam. l. 1. Prol. §. 20.

Superbia Philosopborum fuit in eis causa ignorationis sui & Dei. l. 1. c. 4. §. 7.

Superbia caligini comparatur quæ quo latiùs se dilatat, eo vehementiùs lumen angustiat. ibidem.

Ad sanandam superbiam aliquando permittitur quis cadere in peccatum infamis Luxuriæ. l. 1. c. 14. §. 2.

Superbia multis luxuriæ seminarium fuit. l. 1. c. 4. §. 7.

Superbos volucribus cæli, voluptuosos iumentis terræ comparat Gregorius. ibidem.

Siue in lapsu diaboli, siue in prævaricatione hominis initium peccati superbia est quæ congruenter & auaritia nominatur, &c. l. 1. c. 8. §. 2. — Prosper.

Incertitudo nouissimorum diuinitus in superbiæ cautelam prouisa. l. 1. c. 12. §. 4.

Item finalis perseuerantiæ & prædestinationis incertitudo. ibidem. §. 4. & 5.

Omnes etiam qui bene currunt, timeant, dum occultum est qui perueniant. l. 1. c. 12. §. 4. — Aug.

Ab insidiante superbia nec ipsa tuta est victoria. ibidem. — Prosper.

In isto tentationis loco tanta est infirmitas vt superbiam possit generare securitas. l. 1. c. 12. §. 4. & 5. — Aug.

Cum naturaliter singulis expulsis vitijs singulæ virtutes succedant, superbia vicinior virtutibus quàm vitijs: quanto magis quisque profecerit, tanto aduersus eum acriùs conualescit. l. 1. c. 12. §. 5. — Aelredus

Superbia ingratitudinis mater, virtutum tinea, parens vitiorum. ibidem.

Vitiorum omnium humanorum causa, superbia est. l. 1. c. 13. §. 2. — Aug.

Quia in destructionem superbiæ & humilitas tendit & charitas, de vtraque habeatur dictum, quicquid de vna est disputatum. ibidem. — Aug.

Superbia habet confusionis deformitatem, & non habet confessionis humilitatem. l. 1. c. 14. §. 1. — Aug.

Non solùm est stantibus causa labendi, sed etiam lapsis causa non resurgendi. ibidem.

Per Herodem pueri persecutorem, vitium superbiæ contemplatiuis insidians significatur. l. 1. c. 16. §. 1.

Sed Herode non extincto puer occiditur, quia si superbiam non declinas veritas lux extinguitur. ibidem.

Per ipsas virtutum vias in vitia delabi possumus, & nisi certo gradu dirigentes animi momenta libremus de ipsâ humilitate capiemus superbiam. l. 1. c. 15. §. 6. — S. Paulinus Nol.

Digitized by Google

Beda. Vt causa omnium morborum curaretur, id est, superbia, descendit & humilis factus est filius Dei. l. 1. c. 19. §. 1.

Sic agit qui de bonis à Deo sibi collatis super alium extollitur, velut qui vestibus alienis indutus gloriatur. l. 1. c. 19. §. 3.

Duobus potissimum modis in Dei iniuriam tendit elatio, siue quia gloriam soli Deo debitam surripere nititur, siue quia ignominiam homini propriam Deo impingere molitur. l. 1. c. 20. §. 6.

Sychen filius Hemor.

Sichen *interpretatur* humerus, *vel* labor; Hemor *idem sonat quod asinus.* l. 1. c. 20. §. 3.

Repræsentat amatores propriæ excellentiæ & vanæ gloriæ qui solent non tam pro Deo quam pro Dina, non tam pro conscientia quam pro verecundia, pudenda sua circumcidere. ibidem.

Synodus Arausicana 2.

Graui contentioni quæ doctissimos vtrimque viros in Galliâ centum amplius annos exercuit, finem attulit, quæ totam de gratia & libero arbitrio controuersiam ex S. Augustini sententia composuit. l. 2. c. 13. §. 1.

Celebrata est anno 529. l. 2. c. 20. §. 6.

Synodus Valentina.

Trecentis & amplius annis post Arausicanam celebrata. ibidem.

Eius Patribus nihil de Prædestinatianis aliquos ad malum diuina potestate prædestinari dogmatizantibus innotuit. ibidem.

Quadriennio post Valentinam celebratæ sunt Lingonensis & Tullensis. ibidem.

Hæ tres Synodi reprobarunt 4. capitula in Moguntiniaco & Carasiaco conuenticulis aduersus Gothescalcum sancita. l. 2. c. 20. §. 6.

T.

Tentatio.

Non omnis est culpanda tentatio, quia & gratulanda est quâ fit probatio. l. 1. c. 16. §. 6.

Quis ex tentatione sperandus profectus, quæ eruditio? ibidem.

Nemo certus esse valet quis sit, nisi in tentatione probatus fuerit. l. 1. c. 19. §. 1.

Beda. *Cur Deus in hac vita animabus sanctis permittat euenire tentationes, & semper aliquid vitij in ijs residere?* l. 1. c. 19. §. 6. *ex Thaulero & Birgitta. Item §. 8. ex Blosio.*

Ad magnam vtilitatem fidelium materia est reseruata certaminum, vt non superbiat sanctitas dum pulsatur infirmitas. l. 1. c. 19. §. 8.

Mentem quam diuinum auxilium deserit, quæcunque tentatio impetierit, succumbit. l. 1. c. 20. §. 5.

Testamentum nouum.

Noui testamenti dispensatio ad hoc diuinitus promissa vt quinis obliuiscendo, & alie-

ſapiendo ceciderant ſeipſos noſcendo & humilibus conſentiendo reſurgerent. l. 1. c. 13. §. 3.

Noui teſtamenti excellentia præ veteri non euacuatur per hoc quod vtrumque ad ingerendam humilitatem dicatur diuinitus ordinatum. ibidem.

Vnde petenda ſit inter vetus & nouum teſtamentum inæqualitas? l. 1. c. 13. §. 3. 4. & 5.

Thales Mileſius.

Adeo intentus contemplationi ſyderum fuiſſe perhibetur vt inxta ſe poſita pedibuſque ſubiecta non intuitus in foueam decideret. l. 1. c. 3. §. 5.

Theophilus Raynaudus.

Fuit Ieſuita, qui ſub ficto nomine Riueri Auguſtiniani conſcripſit libellum ſub titulo Caluiniſmus religio beſtiarum. *l. 2. c. 13. §. 6.*

Tres inſignes Theologos, Banneſium, Eſtium, Gibenſium Ieſuiticis dogmatibus infeſtos, in dicto libello Caluiniſmi infamat, & per eorum latus Academias Salmaticenſem, Duacenſem, Pariſienſem impetit. ibidem.

Nimis officioſus erga Fauſtum Regienſem, dum fulmen anathematis ab eo ad Fauſtum Manichæum transferre ſatagit. l. 2. c. 16. §. 2.

Conatus eſt librum de Prædeſtinatione & gratia *B. Fulgentio Auguſtini diſcipulo obtrudere. l. 2. c. 17. §. 5.*

Valerianum Cemelienſem cælo intrudere, ac integrum doctrinæ labiſque purum oſtendere attentauit, ſed vano conamini vigilantia Romanæ Inquiſitionis obuiauit. ibid.

Theopompus & Theodectes.

Puniti fuerunt diuinitus eò quod ex Scriptura ſacra quædam ſuis hiſtorijs aut fabuloſis poematibus inſerere præſumpſiſſent. l. 1. c. 2. §. 4. & 6.

Thomas Stapletonus.

Nec diſcipulatu nec Doctoratu Louanienſis fuit, ſed reclamante Louanienſi Facultate ad docendum intruſus. l. 2. c. 13. §. 5.

Toletus.

A Gregorio 13. miſſus Louanium anno 1579. l. 2. c. 13. §. 5.

Trinitas.

Beatæ Trinitatis impreſſio quomodo in anima rationali perſeuerat etiam poſt lapſum. l. 1. c. 20. §. 4.

Tripodis Apollinis vnde initium? l. 1. c. 1. §. 5.

V.

Valentiniani hæretici.

Triplicem quodammodo hominem fingebant, terrenum naturaliter malum, ſpiritalem naturaliter bonum, & medium. l. 2. c. 16. §. 3.

Quomodo Gregorius Nazianz. animo eos refellendi explicuerit iſtum locum Apoſtoli Non eſt volentis neque currentis, *&c.* ibidem.

Contra eorum errores ex professo, scripsit Ireneus. l. 2. c. 16. §. 6.
Item Hieronymus. ibidem.

Vanitas.

Quid sit & qui eius effectus? latè ex Prospero. l. 1. c. 20. §. 3.
Quomodo ex Dei imagine factus est vanitas omnis homo viuens? ibidem. §. 4.
Quomodo variæ cogitationes & affectiones apud mentem nostram conueniant & velut consiliarij faciant ibi concilium vanitatis. ibidem.
Quomodo intelligendum sit istud: Vniuersa vanitas omnis homo viuens? ibid. §. 5.
Richardus Victor. In vanitate seruit homo vt in exilio, in hac diabolus regnat vt in propria domo. ibidem.

Vasquez.

Non solùm docet Deum non præfiniuisse nostra opera libera ante determinationem voluntatis nostræ præuisam; sed nec præfinire ante potuisse. l. 2. c. 12. §. 6.
Vasquez inter alios Augustinum quoquomodo trahere in partes suas conatus est, & contra quam omnis retro antiquitas instituit illius interpretari sententiam, teste Petauio. l. 2. c. 13. §. 1. & c. 14. §. 1.
Deuotum se simulat erga Augustinum. l. 2. c. 14. §. 1.
Præclara eius de Augustino Elogia, an ex sincera deuotione, an ex simulatione processerint. ibidem.
Acerrimè reprehendit Catharinum (& in eo Petauium) quòd sensum Augustini de Prædestinatione impudenter impugnet. ibidem.
Augustini sententiam de gratia non omnibus impertita, explodit non minus impudenter quàm Catharinus sententiam de Prædestinatione. ibidem.
Fatetur sibi suspecta esse testimonia Prosperi & Fulgentij eo quòd diligentissimi Augustini discipuli sint, & oppositam suæ videantur sequi sententiam. ibidem.
Vasquez & Petauius inter se discordant, & tamen discordi concordia Augustinum infestant. ibidem.
Dum vterque ex vnius Augustini impugnatione sibi famam aucupatur, tam Augustino quàm sibimetipsi, quàm suo Consodali aduersatur. ibidem.
Quibus subtilitatis præstigijs sententiam Augustini de prædestinatione gratuita in suum sensum Vasquez detorqueat? l. 2. c. 14. §. 2.
Suam sententiam Augustino obtrudit quasi ille docuisset homines ad gratiam viæ prædestinari quidem gratis, ad gloriam patriæ ex præuisis meritis gratiæ. ibidem.
Vasquio sic sentienti subscribit Lessius. ibidem.
Eos accuratè ex Augustino refellit Petauius. ibidem.
Vasquez prætendit non prædestinationem ad gloriam, sed dumtaxat ad gratiam à Celestino decisam esse, vnà cum ipsa gratia. l. 2. c. 14. §. 3.
Apertissimè pronunciat numerum prædestinatorum non esse certum ex electione ad beatitudinem ante merita. l. 2. c. 14. c. 3.
Pernegat Massilienses de prædestinatione ad gloriam cum Augustino disceptasse. l. 2. c. 14. §. 2. & 3.
Quantum in eo decipiatur vel decipere moliatur? ibidem. §. 3.
Quædam pro se allegat ex Fulgentio & Prospero quæ faciunt contra ipsum. l. 2. c. 14. §. 4.
Vanè ratiocinatur cum suis sectatoribus dum testimonia Augustini loquentia de

electione ad gloriam & inde consequente vocatione ad gratiam negant accipienda in sensu causali, sed concomitatiuo. l. 2. c. 14 §. 5.

Reijcitur Vasquez in eo quòd imitans Molinam vult Chrysostomum indissimulabiliter facere Massiliensem. l. 2. c. 16. §. 4.

Non veretur dicere Cassiani doctrinam ex Chrysostomo velut fonte hausta fuisse. ibidem.

Id studet probare ex vita Prosperi & Epistola eius operibus præfixa. ibidem.

Adeo caligantibus oculis videtur dictam Epistolam legisse vt pro Origene Chrysostomus cæcutienti apparuerit, cum in tota Epistola non sit vlla prorsus mentio Chrysostomi. ibidem.

Frustra nititur pristinum Augustini errorem de fide, ab errore de prædestinatione præscientiaria ad gloriam seiungere, atque etiam retractatione separare. l. 2. c. 17. §. 4.

Dum cæco impetu in aduersam sibi sententiam irruit, propriam inconsideranter euersit. l. 2. c. 17. §. 5.

Fatetur Louanienses Augustini esse studiosissimos, & tamen citat librum de Prædestinatione Dei, cuius authorem Louanienses perhibent esse suspectum. ibidem.

Aliquod eius axioma fauens hæreticis ab eius discipulo Luisio Turriano propugnatur. l. 2. c. 18. §. 6.

Mala fide agit & textum Prosperi Sophisticè mutilat. l. 2. c. 20. §. 1.

Ex antecessoria prædestinatione infert orationis inanitatem. ibidem.

In eo imitatur hostes gratiæ Massilienses ac præter alios Faustum Regiensem. ibidem. *Vide verbo* Faustus.

Eius ratiuncula Sophistica. l. 2. c. 18. §. 6. & c. 20. §. 4.

Quendam locum Augustini pro se citat suppressis quibusdam suo proposito vehementer aduersis. l. 2. c. 14. §. 6.

Tam pueriliter ineptit vt quæ ipsomet citante aduersus Iulianum conscripta sunt, fingat scripta esse contra Semipelagianos nondum tunc natos nedum Augustino notos. ibidem.

Virtus.

Virtutes veræ non sunt nisi Deo seruiant, & ad illum velut vltimum finem referantur. l. 2. c. 11. §. 2.

Virtutes datæ sunt viatoribus angelis alio modo quàm dentur hominibus lapsis. ibid.

Quomodo virtus in infirmitate perficiatur. l. 1. c. 11. §. 3.

Vita.

Viam huius vitæ funi extento per quem circulatores in theatris incedunt assimilat Chrysostomus. l. 1. c. 14. §. 5.

Eius nulla hora malè collocanda. l. 1. c. 19 §. 5.

Cogita quantum vixisti, quantum recepisti, & quomodo in breue tempus tuum expendisti, nam quamlibet horam in qua de Deo non cogitasti, perdidisti. ibidem. Edmundus Cantuariensis.

Vnicornium.

Vnicorni recte intelliguntur, quorum firma spes in vnum illud erigitur de quo dicit Psalmus: *Vnam petij à Domino, hanc requiram.* l. 2. c. 6. §. 5. Aug.

Digitized by Google

Vnctio.

Salomonis myſticè deſcribitur. l. 2. c. 6. §. 2.

Voluntas.

Quid Voluntatem præparari à Domino. *l. 2. c. 19. §. 5.*
Non voluntati ſed gratiæ principalatus, reſpectu boni operis eſſentibuendus. ibidem.
Hugo Victor. In ipſa voluntate hominis eſt bonum, ſed ex ipſa non eſt. ibidem.
Deus dominatur humanis voluntatibus, non ſolum vt potentiæ phyſicæ ſunt, ſed etiam quatenus liberæ ſunt. l. 2. c. 19. §. 4.
Poteſt Deus humanas voluntates de malo in bonum liberè conuertere, non præuiſa prius abſolutè vel conditionatè eius determinatione. ibidem.
Humanæ voluntatis infirmitas ex Proſpero deſcripta. l. 2. c. 19. §. 5.
Proſper. Humana natura in primi hominis præuaricatione vitiata etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei ſemper in deteriorem eſt procliuior voluntatem, cui committi non eſt aliud quam dimitti. ibidem.
Noui voluntatum Patroni poſt Pelagium volunt iſtâ ſententia Apoſtolicâ, Deus vult omnes homines ſaluos fieri *includi conditionem*, Si ipſi homines velint. *l. 2. c. 20. §. 5.*
Redarguuntur per inſtantiam de infantibus ſine ſalutari remedio ex hac vita migrantibus. ibidem.
Alius iſtius Scripturæ ſenſus ex Auguſtino. ibidem.
Item ex Fulgentio & aliis. l. 2. c. 20. §. 6.
Iſtius loci omnes expoſitiones Auguſtini peregrinas & extortas Molina appellat. ibidem.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

qui hoc tertio libro continentur.

GENESIS.

Cap. Vers.

1 1 IN principio creauit Deus cœlum & terram. cap. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. c. 2. §. 4. c. 3. §. 1. 4. c. 5. §. 6. c. 10. §. 5.

2 Terra autem erat inanis & vacua. c. 1. §. 5. c. 2. §. 4. Tenebræ erant super faciem abyssi. c. 1. §. 4. 5. c. 2. §. 4. Spiritus Dei ferebatur super aquas. c. 2. §. 4.

3 Dixitque Deus: fiat lux. Et facta est lux. c. 1. §. 4. c. 5. §. 5.

4 Et vidit Deus lucem quod esset bona: & diuisit lucem à tenebris. c. 1. §. 4. c. 2. §. 2. c. 5. §. 5.

5 Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. c. 5. §. 5. Factum est vespere & manè dies vnus. c. 10. §. 2.

6 Dixit quoque Deus: fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. c. 5. §. 6.

8 Vocauitque Deus firmamentum, Cælum. ibidem.

16 Fecitque Deus duo luminaria magna. c. 18. §. 1.

19 Factum est vespere & manè dies quartus. ibidem.

24 Producat terra animam viuentem in genere suo. c. 9. §. 6.

26 Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. c. 9. §. 3. c. 15. §. 3.

27 Creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. c. 1. §. 8. c. 7. §. 6. c. 8. §. 4. 5. 6. c. 9. §. 3. 6. c. 10. §. 1.

28 Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini. c. 1. §. 8. c. 9. §. 4.

31 Vidit que Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere & manè dies sextus. c. 1. §. 8. c. 2. §. 4. c. 10. §. 1. 6.

20 Factum est vespere & manè. c. 3. §. 3.

2 1 Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. c. 1. §. 8.

2 Complenitque Deus die septimo opus suum quod fecerat. ibidem. Est requieuit die septima. c. 1. §. 2. 8.

7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. c. 8. §. 2. 5. c. 9. §. 3. 6. c. 10. §. 6. c. 11. §. 6.

8 Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat. c. 1. §. 5. c. 8. §. 2.

15 Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. c. 1. §. 5.

17 *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* c. 12. §. 2. & 13. §. 4. c. 17. §. 3.
18 *Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* c. 1. §. 6. 7. 8.
20 *Adæ non inueniebatur adiutor similis eius.* c. 10. §. 1.
21 *Immisit Dominus Deus soporem in Adam.* c. 8. §. 3. c. 9. §. 4.
23 *Hoc nunc os ex ossibus meis.* c. 9. §. 4.
3 1 *Serpens.* c. 6. §. 5. *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi?* c. 10. §. 4. 5.
2 *De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur.* c. 10. §. 2. 3. 5.
5 *Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* c. 9. §. 6. c. 11. §. 1. 5. c. 13. §. 4. 5.
7 *Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus.* c. 13. §. 5.
8 *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* c. 9. §. 4. c. 10. §. 2. c. 11. §. 4. c. 12. §. 1. 2. c. 13. §. 6.
9 *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* c. 11. §. 4. 5. c. 12. §. 2. c. 13. §. 4. 5. 6.
10 *Vocem tuam audiui in paradiso: & timui.* c. 12. §. 1.
12 *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi.* c. 11. §. 5. c. 12. §. 2.
13 *Serpens decepit me & comedi.* c. 11. §. 5.
14 *Quia fecisti hoc maledictus es.* c. 11. §. 4.
15 *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* c. 11. §. 6.
17 *Maledicta terra in opere tuo.* c. 10. §. 4. c. 11. §. 4. c. 12. §. 4.
19 *Puluis es & in puluerem reuerteris.* c. 12. §. 2. c. 16. §. 2.
21 *Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* c. 8. §. 2. c. 11. §. 4. c. 12. §. 4.
22 *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* c. 13. §. 4.
23 *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.* c. 1. §. 6. c. 10. §. 4. 5. c. 12. §. 5. 6. c. 13. §. 1.
24 *Eiecitque Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem.* c. 9. §. 1. 4. 2. 12. §. 5.
4 11 *Maledictus eris super terram.* c. 12. §. 4.
13 *Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear.* c. 14. §. 3.
16 *Habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.* c. 12. §. 6.
17 *Aedificauit ciuitatem.* ibidem.
26 *Natus est filius quem vocauit Enos.* c. 15. §. 3. *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* c. 6. §. 3. c. 15. §. 3.
5 1 *In die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.* c. 2. §. 6. c. 8. §. 5. c. 9. §. 6.
2 *Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam.* c. 1. §. 7. c. 15. §. 3.
5 *Factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta.* c. 12. §. 6.
24 *Et non apparuit, quia tulit eum Deus.* c. 18. §. 7.
29 *Vocauit nomen eius Noë.* c. 18. §. 1.
6 1 *Cum cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent.* c. 5. §. 2.
2 *Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant.* c. 5. §. 2. c. 6. §. 3.

Non

Digitized by Google

3 *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt : eruntque dies illius centum viginti annorum.* c. 6. §. 3. c. 8. §. 5.

4 *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo, viri famoſi.* c. 5. §. 2. c. 6. §. 3. c. 8. §. 5.

5 *Et cuncta cogitatio hominis intenta eſſet ad malum omni tempore.* c. 17. §. 2.

9 *Noe vir iuſtus.* c. 18. §. 1.

8 21 *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* c. 17. §. 2.

12 1 *Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrabo tibi.* c. 14. §. 4. c. 16. §. 4.

3 *In te benedicentur vniuerſæ cogitationes terræ.* c. 16. §. 1.

14 9 *Quatuor reges aduerſus quinque.* c. 18. §. 1.

20 *Dedit ei decimas ex omnibus.* ibidem.

15 7 *Eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam.* c. 14. §. 4.

13 *Scito præneſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.* Præfatione.

14 *Verumtamen gentem cui ſeruituri ſunt ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* ibidem.

17 5 *Patrem multarum gentium conſtitui te.* c. 16. §. 1.

21 10 *Ejice ancillam hanc & filium eius : non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* c. 16. §. 6.

12 *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.* ibidem.

22 12 *Nunc cognoui quod times Deum.* c. 13. §. 5.

25 5 *Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac.* c. 16. §. 6.

6 *Filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo.* ibidem.

28 22 *Cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* c. 18. §. 1.

47 8 *Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ.* c. 20. §. 5.

9 *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinanti ſunt.* ibidem.

EXODVS.

1 11 *Ædificauerunt que vrbes tabernaculum Pharaoni, Phitom & Rameſſes.* c. 18. §. 3.

3 2 *Videbat quod rubus arderet & non combureretur.* c. 18. §. 4.

4 *Vocauit eum de medio rubi.* c. 11. §. 4.

5 2 *Neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.* c. 16. §. 3. c. 19. §. 5.

10 22 *Facta ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti tribus diebus.* c. 16. §. 1.

23 *Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat : vbicunque autem habitabant filij Iſraël, lux erat.* ibidem.

12 11 *Comedetis feſtinanter.* c. 18. §. 5.

29 *In medio noctis percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti.* c. 18. §. 1.

14 29 *Et aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris.* c. 17. §. 6.

16 10 *Gloria Domini apparuit in nube.* c. 18. §. 4

20 11 *Sex diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo.* c. 1. §. 8.

17 *Non concupiſces.* c. 15. §. 1. c. 18. §. 4.

Digitized by Google

26 7 *Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.* c. 14. §. 6.
34 28 *Et scripsit in tabulis verba fœderis decem.* c. 18. §. 4.

LEVITICVS.

19 23 *Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis.* c. 18. §. 1.
24 *Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.* ibidem.
27 30 *Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt.* ibidem.
32 *Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* ibidem.

NVMERI.

1 49 *Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filijs Israël.* c. 18. §. 1.
2 33 *Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israël.* ibidem.
13 1 *Fixis tentorijs in deserto Pharan.* c. 18. §. 4.
17 *Vocauit Osee filium Nun, Iosue.* c. 19. §. 1.
16 31 *Et aperiens os suum, deuorauit illos.* c. 10. §. 5.
33 *Descenderunt viui in infernum.* c. 20. §. 6.
21 9 *Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo.* c. 18. §. 6.
12 *Venerunt ad torrentem Zared.* c. 18. §. 7.
22 5 *Filium Beor.* c. 14. §. 4.
23 19 *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.* c. 5. §. 5.
26 63 *Hic est numerus filiorum Israël, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote.* c. 18. §. 1.
64 *Inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto sinai.* ibidem.
65 *Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in solitudine.* ibidem.
32 33 *Dedit Moyses filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filij Ioseph regnum Seehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Basan, & terram eorum.* c. 18. §. 2.
33 1 *Hæ sunt mansiones filiorum Israël qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron.* c. 18. §. 1.
2 *Quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant.* ibidem.
7 *Inde egressi venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castra metati sunt ante Magdalum.* c. 18. §. 3.
9 *Profecti de Rama venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum & palmæ septuaginta.* ibidem.
11 *Castra metati sunt in deserto Sin.* c. 18. §. 4.
22 *Egressi de Ressa, venerunt in Ceelatha.* c. 18. §. 5.
36 *Hæc est Cades.* c. 18. §. 6.
37 *In extremis finibus terræ Edom.* ibidem.
43 *Profecti de Phunon, castra metati sunt in Oboth.* c. 18. §. 7.
44 *In finibus Moabitarum.* ibidem.
47 *Venerunt ad montes Abarim contra Nabo.* ibidem.
48 *Profectique de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho.* ibidem.
49 *Ibique castra metati sunt de Betsimoth vsque ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum.* ibidem.

Digitized by Google

DEVTERONOMIVM.

6 3 *Terram lacte & melle manantem.* c. 9. §. 1. c. 14. §. 4.

28 35 *Percutiat te Dominus vlcere peſsimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſsis à planta pedis vſquè ad verticem tuum.* c. 13. §. 1.

31 27 *Ego ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam durißimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum ſemper contentiosè egiſtis contra Dominum.* c. 19. §. 5.

32 4 *Dei perfecta ſunt opera.* c. 1. §. 3.

11 *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* c. 16. §. 3.

35 *Mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum.* Præf.

IOSVE'.

5 8 *Poſtquam omnes circumciſi ſunt.* c. 18. §. 7.

10 *Fecerunt Phaſe.* ibidem.

12 *Defecitque manna.* ibidem.

14 *Sum princeps exercitus Domini.* ibidem.

14 15 *Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* c. 1. §. 6.

24 31 *Seruiuit Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum qui longo vixerunt tempore poſt Ioſue, & qui nouerunt omnia opera Domini quæ fecerat in Iſrael.* c. 19. §. 2.

IVDICES.

1 15 *Dedit ei Caleb irriguum ſuperius, & irriguum inferius.* c. 17. §. 6.

3 8 *Iratus contra Iſrael Dominus, tradidit eos in manus Chuſan Raſathaim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntque ei octo annis.* c. 19. §. 2.

9 *Clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez.* ibidem.

12 *Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu* Domini *: qui confortauit aduerſus eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conſpectu eius.* ibidem.

13 *Et copulauit eis filios Ammon, & Amalec, abijtque & percuſſit Iſrael, atque poſſedit vrbem palmarum.* ibidem.

14 *Seruieruntque filij Iſrael Eglon regi Moab decem & octo annis.* ibidem.

15 *Clamauerunt ad* Dominum *: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aod, filium Gera.* ibidem.

4 1 *Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu* Domini *poſt mortem Aod.* ibidem.

2 *Et tradidit illos* Dominus *in manus Iabin regis Chanaan.* ibidem.

5 13 *Saluatæ ſunt reliquiæ populi,* Dominus *in fortibus dimicauit.* ibidem.

6 1 *Fecerunt filij Iſrael malum in conſpectu* Domini *: qui tradidit illos in manu Madian ſeptem annis.* ibidem.

10 6 *Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conſpectu* Domini, *& ſeruierunt idolis, Baalim & Aſtaroth, & dijs Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philiſthijm: dimiſeruntque* Dominum, *& non coluerunt eum.* ibidem.

7 *Contra quos* Dominus *iratus, tradidit eos in manus Philiſthijm & filiorum Ammon.* ibid.

8 *Afflictique ſunt & vehementer oppreßi per annos decem & octo.* ibidem.

108 13 1 Rursumque filij Israël fecerunt malum in conspectu Domini qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. ibidem.

REGVM PRIMVS.

2 2 Neque enim est alius extra te. c. 4. §. 2.
36 Et offerat nummum argenteum. c. 8. §. 6.

REGVM TERTIVS.

6 25 Post Cherubim posui te. c. 3. §. 1.

REGVM QVARTVS.

4 19 Caput meum doleo. c. 13. §. 1.
29 Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. c. 18. §. 5.

ESDRÆ SECVNDVS.

9 27 Dedisti eos in manus hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum. c. 19. §. 2.

TOBIAS.

4 14 Superbiam nunquam in suo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. c. 6. §. 4.

ESTHER.

7 10 Suspensus est Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo. c. 6. §. 2.

IOB.

1 1 Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, vt rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. c. 15. §. 3.
6 Filij Dei. c. 6. §. 3.
5 17 Beatus homo qui corripitur à Domino: increpationem ergo Domini ne reprobes. c. 18. §. 7.
7 1 Militia est vita hominis super terram. c. 14. §. 7. c. 15. §. 3. 4. 6. c. 20. §. 6.
15 Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. c. 18. §. 5.
20 Factus sum mihimetipsi grauis. c. 13. §. 1.
10 22 Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. c. 14. §. 2.
14 4 Nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vita vnius diei super terram. c. 10. §. 3.
37 18 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos. c. 1. §. 5.
38 4 Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? c. 1. §. 5. c. 2. §. 6. c. 3. §. 1.
7 Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. c. 1. §. 3. 5. c. 2. §. 6. c. 3. §. 1. c. 6. §. 3.
39 25 Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. c. 17. §. 5.
28 In præruptis silicibus commoratur. c. 2. §. 1.
40 14 Ipse est principium viarum Dei. c. 1. §. 3.
41 25 Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. c. 14. §. 5. c. 16. §. 5.

Digitized by Google

PSALTERIVM.

2 6 *Ego conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion.* c. 14. §. 5.
12 *Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Præf.

3 4 *Gloria mea & exaltans caput meum.* c. 14. §. 5.

4 7 *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* c. 17. §. 4.
9 *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* c. 14. §. 6.

5 13 *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* c. 8. §. 4.

6 2 *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* c. 11. §. 1.
3 *Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum.* c. 15. §. 6. *Conturbata ſunt oſſa mea.* c. 13. §. 5.

8 1 *In finem pro torcularibus.* c. 18. §. 4.
6 *Gloria & honore coronaſti eum.* c. 16. §. 4.

11 5 *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?* c. 12. §. 2.

13 1 *Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* c. 13. §. 4.

15 6 *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* c. 16. §. 5. *Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.* c. 16. §. 5. 6. c. 19. §. 1.

16 15 *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* c. 15. §. 2.

17 2 *Diligam te Domine fortitudo mea.* c. 14. §. 5. c. 15. §. 6.
30 *In te eripiar à tentatione.* c. 14. §. 7.
46 *Filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* c. 13. §. 1. c. 14. §. 6.

24 15 *Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.* c. 15. §. 6.

26 10 *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.* c. 14. §. 4.
13 *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Præf.

28 1 *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* c. 18. §. 5.
8 *Vox Domini concutientis deſertum: & commouebit Dominus deſertum Cades.* c. 17. §. 6. c. 18. §. 6.

29 2 *Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.* c. 11. §. 6.
3 *Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.* ibidem.
4 *Eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.* ibidem.
12 *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* c. 19. §. 6.
13 *Vt cantet tibi gloria mea & non compungar.* ibidem.

30 10 *Conturbatus eſt in ira oculus meus.* c. 15. §. 6.

31 3 *Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea.* c. 13. §. 1.
4 *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* c. 18. §. 7.
9 *Nolite fieri ſicut equus & mulus.* c. 15. §. 3.

32 5 *Miſericordiâ Domini plena eſt terra.* Præf.
6 *Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* c. 4. §. 2.
15 *Qui finxit ſingillatim corda eorum.* c. 7. §. 5.

33 2 *Benedicam Dominum in omni tempore.* c. 10. §. 5.

34 10 *Omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tibi?* c. 11. §. 1.

Digitized by Google

35 5 *Malitiam autem non ouidit.* c. 15. §. 5.
7 *Homines & iumenta saluabis Domine.* c. 19. §. 6.
10 *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* c. 2. §. 4.
12 *Non veniat mihi pes superbiæ.* c. 5. §. 5.
13 *Expulsi sunt nec potuerunt stare.* ibidem.
37 8 *Lumbi mei impleti sunt illusionibus.* c. 13. §. 1.
38 13 *Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Præf. & c. 20. §. 5.
41 3 *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* c. 15. §. 2. c. 17. §. 6. c. 20. §. 1.
4 *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?* c. 17. §. 6. c. 20. §. 1.
5 *Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* c. 18. §. 6.
44 8 *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem.* c. 8. §. 6.
17 *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.* c. 13. §. 3.
48 13 & 21. *Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* c. 8. §. 6. c. 10. §. 4. 5.
49 4 *Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* c. 16. §. 4.
51 9 *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.* c. 16. §. 4. c. 17. §. 4.
10 *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* c. 17. §. 3.
54 7 *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?* c. 15. §. 1.
16 *Descendant in infernum viuentes.* c. 10. §. 5.
18 *Vespere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo.* c. 3. §. 3.
57 5 *Sicut aspidis surdæ.* c. 13. §. 1.
62 1 *Psalmus Dauid, cùm esset in deserto Idumææ.* c. 17. §. 1.
2 *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* ibidem.
3 *In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi.* c. 17. §. 1. 2.
64 1 *Canticũ Ieremiæ & Ezechielis populo transmigrationis, cùm inciperẽt exire.* c. 14. §. 6.
2 *Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.* c. 19. §. 6.
67 10 *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ.* c. 16. §. 6.
70 1 *Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* c. 19. §. 4.
71 20 *Defecerunt laudes Dauid.* c. 16. §. 2.
72 16 *Labor est ante me.* c. 20. §. 1.
17 *Donec intrem in sanctuarium Dei.* ibidem.
25 *Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?* c. 15. §. 2.
28 *Mihi adhærere Deo bonum est.* c. 3. §. 1.
73 5 *Posuerunt signa sua, signa.* c. 19. §. 5.
6 *Exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.* ibidem.
12 *Operatus est salutem in medio terræ.* c. 11. §. 1.
74 3 *Cùm accepero tempus ego iustitias iudicabo.* c. 16. §. 4.
76 4 *Renuit consolari anima mea.* c. 17. §. 6.
10 *Aut continebit in ira sua misericordias suas?* c. 11. §. 1.
11 *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* c. 14. §. 1.
19 *Vox tonitrui tui in rota.* c. 18. §. 3.
77 25 *Panem Angelorum manducauit homo.* c. 9. §. 1.

Digitized by Google

79 14 *Singularis ferus depaſtus eſt eam.* c. 19. §. 5.
18 *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ; & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.* c. 13. §. 6.
19 *Et non diſcedimus à te.* ibidem.
80 12 *Non audiuit populus meus vocem meam.* c. 13. §. 1.
13 *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.* Præf. & c. 17. §. 2.
81 6 *Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* c. 6. §. 3.
83 3 *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum.* c. 14. §. 3.
6 *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum.* c. 15. §. 2.
8 *Ibunt de virtute in virtutem.* c. 18. §. 7.
85 13 *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* c. 6. §. 5.
89 12 *Eruditos corde in ſapientia.* c. 16. §. 1.
91 3 *Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.* c. 20. §. 5.
97 3 *Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ.* c. 11. §. 1.
100 1 *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Præf.
101 5 *Oblitus ſum comedere panem meum.* c. 13. §. 5.
26 *Initio tu Domine terram fundaſti.* c. 1. §. 1.
102 8 *Miſerator & miſericors Dominus, longanimis & multùm miſericors.* Præf.
10 *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.* ibidem.
103 2 *Amictus lumine ſicut veſtimento.* c. 13. §. 5.
3 *Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius.* c. 5. §. 6.
24 *Omnia in ſapientia feciſti.* c. 1. §. 3.
104 37 *Eduxit eos cum argento & auro.* Præf.
108 18 *Induit maledictionem.* c. 13. §. 5.
110 1 *Confitebor tibi Domine in toto corde meo; in conſilio iuſtorũ, & congregatione.* c. 18. §. 6.
113 16 *Cœlum cœli Domino.* c. 1. §. 5.
115 1 *Credidi, propter quod locutus ſum.* c. 18. §. 6.
3 *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* c. 15. §. 6.
117 12 *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* c. 18. §. 7.
118 19 *Incola ego ſum in terra.* Præf. & c. 18. §. 3. c. 20. §. 5.
54 *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Præf. & c. 20. §. 5.
73 *Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me.* c. 8. §. 2. c. 15. §. 3.
84 *Quando facies de perſequentibus me iudicium?* c. 6. §. 2.
103 *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo!* c. 18. §. 5.
113 *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* c. 8. §. 6.
133 *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia.* c. 14. §. 7.
176 *Erraui ſicut ouis quæ periit.* c. 14. §. 1.
119 5 *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar.* c. 15. §. 2. c. 17. §. 6. c. 20. §. 1. 5.
6 *Multum incola fuit anima mea.* c. 20. §. 1.
121 1 *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus.* c. 11. §. 6.

Digitized by Google

131 6 *Inuenimus eam in campis ſylue.* c. 18. §. 6.
132 1 *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* c. 16. § 6. c. 18. § 5.
3 *Sicut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion.* c. 16. §. 6.
135 13 *Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.* c. 17. §. 6.
136 1 *Super flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus: cum recordaremur Sion.* c. 14. §. 3.
8 *Filia Babylonis miſera.* c. 14. §. 7.
9 *Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.* ibidem.
138 12 *Sicut tenebræ eius ita & lumen eius.* c. 18. §. 7.
16 *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.* c. 19. §. 6.
144 13 *Regnum tuum regnum omnium ſæculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.* c. 3. §. 4.
145 1 *Alleluia, Aggæi & Zachariæ.* c. 19. §. 6.
147 1 *Lauda Hieruſalem Dominum.* ibidem.
148 2 *Laudate eum omnes Angeli eius: Laudate eum omnes virtutes eius.* c. 4. §. 2.
4 & 5. *Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini.* c. 5. §. 6.
5 *Dixit & facta ſunt; mandauit & creata ſunt.* c. 1. §. 2.

PROVERBIA.

4 23 *Omni cuſtodiâ ſerua cor tuum.* c. 18. §. 7.
13 12 *Spes quæ differtur, affligit animam.* c. 17. §. 6.
19 29 *Parata ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* c. 6. §. 2.
20 5 *Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri.* c. 18. §. 6.
30 16 *Os vulvæ eſt inſatiabile.* c. 14. §. 3.
17 *Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.* c. 13. §. 3.

ECCLESIASTES.

1 4 *Terra in æternum ſtat.* Præf.
6 *Gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* c. 7. §. 4.
18 *Qui addit ſcientiam, addit & laborem.* c. 18. §. 6.
5 9 *Auarus non implebitur pecunia.* c. 14. §. 3.
7 30 *Solummodò hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* c. 8. §. 5. 6. c. 9. §. 6.
9 4 *Melior eſt canis viuus leone mortuo.* c. 20. §. 4.
10 *Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.* c. 20. §. 4. 6.
10 4 *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* c. 20. §. 4.
11 3 *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* c. 3. §. 2. c. 20. §. 4.
12 13 *Deum time & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* c. 15. §. 3.

CANTICVM.

1 3 *Trahe me poſt te.* c. 16. §. 5.
2 5 *Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.* c. 17. §. 6.

Que

Digitized by Google

3 6 *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* c. 17. §. 3. 5.

11 *Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater sua.* c. 16. §. 4.

8 5 *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?* c. 17. §. 5.

SAPIENTIA.

1 7 *Spiritus Domini replenit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.* c. 18. §. 4.

2 7 *Non prætereat nos flos temporis.* c. 19. §. 5.

8 *Coronemus nos rosis antequam marcescant.* ibidem.

23 *Deus creauit hominem inexterminabilem, ad imaginem similitudinis suæ fecit illum* c. 9. §. 6.

24 *Inuidiâ diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* c. 6. §. 5. c. 14. §. 3.

4 11 *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.* c. 12. §. 3.

8 1 *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* c. 20. §. 3.

9 15 *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* c. 11. §. 2.

19 *Per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi Domine à principio.* c. 11. §. 3.

10 1 *Hæc illum, qui primus formatus est, à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus custodiuit.* c. 1. §. 8. c. 11. §. 3. 6.

2 *Et eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia.* c. 11. §. 3. & c. 12. §. 3.

13 *Hæc venditum iustum non dereliquit.* c. 12. §. 3.

11 18 *Creauit orbem terrarum ex materia inuisa.* c. 2. §. 4.

21 *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.* c. 11. §. 1.

17 2 *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.* c. 16. §. 3.

17 *Vna catena tenebrarum omnes erant colligati.* ibidem.

ECCLESIASTICVS.

1 4 *Prior omnium creata est sapientia.* c. 1. §. 1.

2 5 *Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.* c. 18. §. 5.

15 *Qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo.* c. 13. §. 5.

10 15 *Initium omnis peccati est superbia.*

15 14 *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* c. 8. §. 4.

18 1 *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* c. 1. §. 1.

22 *Ne verearis vsque ad mortem iustificari.* c. 20. §. 4.

25 33 *A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.* c. 10. §. 1.

31 10 *Potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit.* c. 2. §. 3. c. 3. §. 6.

32 24 *Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* c. 18. §. 6.

33 10 *Omnes homines de solo & ex terra.* c. 15. §. 3.

49 1 *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorũ, vsque in diem sepulturæ in matrem omniũ.* c. 13. §. 12.

46 1 *Fortis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis qui fuit magnus secundum nomen suum.* c. 19. §. 1.

Digitized by Google

2 *Maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatem Iſrael.* ibidem.

ISAIAS.

2 2 *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles.* c. 18. §. 6.
7 *Repleta eſt terra argento & auro: & non eſt finis theſaurorum eius.* c. 14. §. 3.
5 11 *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam.* ibidem.
18 *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* c. 16. §. 5.
6 3 *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus.* c. 4. §. 2.
7 28 *Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api quæ in terra Aſſur.* c. 14. §. 3.
10 13 *In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi.* c. 19. §. 5.
13 19 *Babylon illa gloriosa in regnis, inclita ſuperbia Chaldæorum.* c. 14. §. 2.
14 12 *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris.* c. 5. §. 3. c. 6. §. 2.
13 *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum.* c. 1. §. 5. *Sedebo in monte teſtamenti.* c. 16. §. 4. *In lateribus Aquilonis.* c. 14. §. 2.
14 *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* c. 1. §. 5. c. 11. §. 1. c. 14. §. 2.
15 *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum l. ci.* c. 6. §. 2.
22 *Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.* c. 14 §. 7.
22 13 *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* c. 19. §. 5.
26 10 *Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit.* Præf. *Non videbit gloriam Domini.* c. 16. §. 4.
34 5 *Inebriatus eſt in cælo gladius meus.* c. 1. §. 5.
35 1 *Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo.* c. 17. §. 2. 3.
4 *Dicite puſillanimis: Confortamini & nolite timere: ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet & ſaluabit vos.* c. 13. §. 1.
38 15 *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* c. 20. §. 4.
17 *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* c. 17. §. 6.
40 28 *Deus ſempiternus Dominus.* c. 3. §. 4.
42 7 *De domo carceris.* c. 20. §. 1.
43 26 *Narra ſi quid habes vt iuſtificeris.* c. 11. §. 4.
45 11 *Fecit quæ futura ſunt.* c. 3. §. 4.
14 *Et Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt vincti manicis.* c. 18. §. 5.
16 *Ipſe Deus formans terram, & faciens eam, ipſe plaſtes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam.* c. 4. §. 4.
48 20 *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis.* c. 14. §. 5. 6.
49 9 *Vt diceres his qui vincti ſunt, Exite; & his qui in tenebris, Reuelamini.* c. 20. §. 3.
52 4 *In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.* c. 13. §. 2.
54 1 *Multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum.* c. 17. §. 2. 3. c. 18. §. 4.
55 11 *Quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum; ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.* c. 11. §. 5. c. 12. §. 1.

64 4 *Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.* c. 15. §. 2.
5 *Ecce tu iratus es & peccauimus.* Præf.

HIEREMIAS.

2 18 *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum viâ Assiriorum, vt bibas aquam fluminis.* c. 14. §. 6.
19 *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* ibidem.
21 *Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* c. 8. §. 6.
4 19 *Ventrem meum, ventrem meum doleo.* c. 13. §. 1.
9 21 *Ascendit mors per fenestras.* c. 17. §. 4.
12 10 *Desertum solitudinis.* c. 17. §. 2.
15 19 *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* c. 18. §. 4.
17 5 *Maledictus homo qui confidit in homine.* c. 15. §. 3. c. 16. §. 4. *Qui ponit carnem brachium suum.* c. 16. §. 4.
25 7 *Non audistis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.* c. 19. §. 3.
8 *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audistis verba mea.* ibid.
9 *Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, &c.* ibidem.
10 *Perdamque ex ijs vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* ibidem.
11 *Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.* ibidem.
29 10 *Cum cæperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum.* c. 19. §. 6.
46 3 *Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum.* c. 18. §. 5.
4 *Iungite equos & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas.* ibidem.
48 10 *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* ibidem.
50 8 *Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini.* c. 14. §. 5. 6.
51 6 *Fugite de media Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam.* c. 14. §. 5.

THRENI.

Tit. *Factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Hieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Hierusalem.* c. 19. §. 5.
1 1 *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua Domina Gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo.* c. 19. §. 5. 6.
2 9 *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius.* c. 19. §. 5.
4 20 *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: in vmbra tua viuemus in Gentibus.* c. 18. §. 6.

EZECHIEL.

18 21 *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vitâ viuet & non morietur.* Præf.
22 *Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor: in iustitia sua quam operatus est viuet.* ibidem.

:2 *Deus ego sum.* c. 1. §. 5.

12 *Tu signaculum similitudinis.* c. 2. §. 6. c. 8. §. 5. c. 9. §. 3. *Plenus sapientiâ & perfectus decore.* c. 2. §. 1. c. 6. §. 4.

13 *In delicijs paradisi Dei fuisti.* c. 1. §. 5. *Aurum opus decoris tui: & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt.* c. 2. §. 5.

14 *Posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti.* c. 1. §. 5. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1.

15 *Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te.* c. 2. §. 5. 6. c. 3. §. 1. c. 5. §. 3.

29 3 *Ego feci memetipsum.* c. 1. §. 5.

31 8 *In paradiso Dei abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius.* ibidem.

32 18 *Fili hominis cane lugubre super multitudinem Ægypti: & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum, ad terram vltimam, cum his qui descendunt in lacum.* Præf.

33 11 *Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* c. 11. §. 4.

DANIEL.

2 38 *Tu es caput aureum.* c. 8. §. 6.

39 *Et post te consurget regnum aliud minus te.* ibidem.

7 10 *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* c. 3. §. 1. c. 4. §. 2.

OSEAS.

2 19 *Sponsabo te mihi in sempiternum.* c. 13. §. 6. *Sponsabo te mihi in iustitia.* ibidem.

20 *Sponsabo te mihi in fide.* ibidem.

21 *Exaudiam cælos.* c. 4. §. 2.

10 13 *Arasti impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis fructum mendacij.* c. 14. §. 6.

IOEL.

2 23 *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dabit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum.* c. 16. §. 6.

32 *In monte Sion & in Hierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis quos Dominus vocauerit.* c. 11. §. 4.

MICHÆAS.

6 1 *Contende iudicio aduersum montes.* c. 5. §. 1.

HABACVC.

3 2 *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* c. 11. §. 1.

3 *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* c. 18. §. 4.

AGGÆVS.

1 13 *Nuntius Domini de nuntijs Domini.* c. 8. §. 5.

ZACHARIAS.

1 12 *Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iudæ, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est.* c. 19. §. 6.

Digitized by Google

13 *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona consolatoria.* ibidem.
16 *Revertar ad Ierusalem in misericordiis: & domus mea ædificabitur in ea.* ibidem.

3 1 *Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum.* ibidem.
3 *Erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli.* ibidem.
4 *Auferte vestimenta sordida ab eo.* ibidem.
5 *Induerunt eum vestibus.* ibidem.

9 11 *Emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* c. 11. §. 6. c. 20. §. 1.

MALACHIAS.

3 3 *Erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.* c. 10. §. 3.
4 *Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies sæculi & anni antiqui.* ibidem.

NOVVM TESTAMENTVM.

MATTHÆVS.

1 17 *Ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.* c. 18. §. 1.

3 1 *In deserto Iudææ.* c. 17. §. 2.
4 *Et zonam pelliceam circa lumbos.* c. 12. §. 4.

4 1 *Iesus ductus est in desertum.* c. 17. §. 4.
2 *Et cum ieiunasset.* ibidem.
4 *Non in solo pane vivit homo.* ibidem.
6 *Mitte te deorsum.* ibidem.
10 *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* ibidem.
16 *Sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* c. 16. §. 1.

5 4 *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Præf.
6 *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* c. 17. §. 1.
25 *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo.* c. 20. §. 4.

6 12 *Dimitte nobis debita nostra.* c. 16. §. 6. c. 15. §. 4. 6.
24 *Nemo potest duobus Dominis seruire.* c. 17. §. 4.
28 *Considerate Lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent.* c. 2. §. 1. c. 4. §. 5.

7 7 *Pulsate & aperietur vobis.* c. 18. §. 4.
14 *Angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam.* c. 20. §. 5.
25 *Flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & non cecidit.* c. 18. §. 7.

8 12 *Ibi erit fletus & stridor dentium.* c. 18. §. 5.
14 *Vidit socrum eius iacentem & febricitantem.* c. 18. §. 4.
15 *Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis.* ibidem.
20 *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* c. 14. §. 5.

10 22 *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* c. 20. §. 4.

11 14 *Ipse est Elias.* c. 9. §. 4.

Digitized by Google

29 *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* c. 14. §. 5.
12 31 *Spiritus blasphemia non remittetur.* c. 6. §. 4.
40 *In corde terræ.* c. 10. §. 4.
13 8 *Dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum.* c. 14. §. 3.
27 *Vnde habet zizania?* c. 15. §. 3.
28 *Inimicus homo hoc fecit.* ibidem.
33 *Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* c. 18. §. 4.
17 1 *Post sex dies.* c. 10. §. 5.
18 10 *Semper vident faciem patris.* c. 3. §. 2. c. 9. §. 4.
19 27 *Ecce nos reliquimus omnia.* c. 9. §. 2.
28 *In regeneratione cùm sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim.* c. 15. §. 6.
21 31 *Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* c. 19. §. 1.
22 14 *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* c. 16. §. 2. 6.
37 *Diliges Dominum Deum.* c. 15. §. 1.
39 *Diliges proximum tuum.* ibidem.
40 *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ.* c. 18. §. 1.
23 33 *Serpentes genimina viperarum.* c. 15. §. 3.
24 2 *Non relinquetur hic lapis super lapidem.* c. 19. §. 1.
25 34 *Venite benedicti patris mei.* c. 16. §. 4. *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* c. 6. §. 2.
41 *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* c. 6. §. 2. c. 11. §. 3. c. 12. §. 3. c. 16. §. 4.
46 *Iusti autem in vitam æternam.* c. 3. §. 3.
26 8 *Vt quid perditio hæc?* c. 5. §. 3.
27 5 *Laqueo se suspendit.* c. 14. §. 3.
18 *Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.* ibidem.
33 *Quod est Caluariæ locus.* c. 11. §. 6.
52 *Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.* ibidem.
28 1 *Prima Sabbati.* c. 10. §. 5.

MARCVS.

1 2 *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.* c. 8. §. 5.
3 11 *Spiritus immundi.* c. 2. §. 6.
4 7 *Ascenderunt spinæ & suffocauerunt illud.* c. 18. §. 7.
5 12 *Deprecabantur eum spiritus dicentes: mitte nos in porcos.* c. 6. §. 2.
9 1 *Post dies sex.* c. 10. §. 5.
49 *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* c. 14. §. 3.
10 17 *Magister bone.* c. 14. §. 5.
18 *Quid me dicis bonum?* ibidem.
13 32 *Dicite vulpi illi.* c. 15. §. 3.

LVCAS.

1 35 *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* c. 18. §. 6.
2 14 *Gloria in altissimis Deo.* c. 4. §. 2.

Digitized by Google

16 *Venerunt festinantes : & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem.* c. 18. §. 5.
3 2 *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto.* c. 17. §. 3.
6 *Videbit omnis caro salutare Dei.* c. 16. §. 4.
4 38 *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus.* c. 13. §. 1.
7 24 *Quid existis in desertum videre ? c.* 17. §. 3. *Arundinem vento agitatam ?* ibidem.
8 5 *Aliud cecidit secus viam & conculcatũ est, & volucres cæli comederunt illud.* c. 18. §. 1.
31 *Rogabant illum ne imperaret illis vt in abissum irent.* c. 6. §. 2.
9 28 *Factum est poc hæc verba farè dies octo.* c. 10. §. 5.
10 4 *Neminem per viam salutaueritis.* c. 18. §. 5.
18 *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* c. 1. §. 5. c. 5. §. 4. c. 11. §. 1.
27 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua : & proximum tuum sicut teipsum.* c. 14. §. 3.
30 *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despolianerunt eum : & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* c. 9. §. 1. 4. c. 10. §. 6. c. 11. §. 1. c. 13. §. 5.
35 *Protulit duos denarios.* c. 18. §. 1.
12 20 *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te.* ibidem.
14 11 *Omnis qui se exaltat humiliabitur.* c. 14. §. 3.
30 *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* c. 14. §. 6.
15 4 *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues : & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam ?* c. 9. §. 1. c. 14. §. 1. c. 17. §. 2.
6 *Inueni ouem quæ perierat.* c. 11. §. 4.
13 *Adolescentior filius profectus est in regionem longinquam.* c. 14. §. 1.
22 *Proferte stolam primam & induite illum.* c. 13. §. 5.
16 22 *In sinum Abrahæ.* c. 20. §. 3.
23 *Eleuans oculos suos.* c. 11. §. 6.
24 *Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* ibidem.
26 *Inter nos & vos chaos magnum firmatum est.* c. 18. §. 7.
18 11 *Non sum sicut cæteri hominum.* Præf.
35 *Cùm appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam.* c. 13. §. 5.
19 41 *Videns ciuitatem fleuit super illam.* c. 19. §. 5.
20 35 *Neque nubent neque ducent vxores.* c. 15. §. 3.
36 *Æquales angelis sunt.* c. 3. §. 3. c. 9. §. 4.
21 2 *Vidit quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.* c. 18. §. 1.
34 *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.* c. 14. §. 3.
22 32 *Rogaui pro te vt non deficiat fides tua.* c. 13. §. 6.
23 43 *Hodie mecum eris in paradiso.* c. 3. §. 2. c. 9. §. 1. c. 10. §. 5.

IOANNES.

1 1 *In principio erat verbum.* c. 1. §. 1.
3 *Omnia per ipsum facta sunt : & sine ipso factum est nihil.* c. 9. §. 1.
4 *Et vita erat lux hominum.* c. 8. §. 5. c. 9. §. 6.
9 *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* c. 2. §. 6. c. 7. §. 5.

Digitized

23 *Ego vox clamantis in deserto.* c. 17. §. 2.
3 8 *Spiritus vbi vult spirat.* c. 4. §. 2.
14 *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* c. 18. §. 6.
31 *Qui de cælo venit super omnes est.* c. 1. §. 5.
4 14 *Fiet in eis fons aquæ salientis in vitam æternam.* c. 17. §. 1.
18 *Quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes, non est tuus vir.* c. 9. §. 2.
40 *Mansit ibi duos dies.* c. 18. §. 1.
6 15 *Et facerent eum regem.* c. 14. §. 5.
8 44 *Vos ex patre diabolo estis.* c. 14. §. 4. *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* c. 2. §. 1. 6. *Non est veritas in eo.* c. 2. §. 6.
48 *Dæmonium habes.* c. 14. §. 5.
49 *Dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* ibidem.
9 1 *Vidit hominem cæcum à natiuitate.* c. 13. §. 5.
4 *Venit nox quando nemo potest operari.* c. 20. §. 4.
10 9 *Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.* c. 14. §. 3.
16 *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.* c. 16. §. 1.
12 31 *Princeps huius mundi.* c. 16. §. 5.
15 19 *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* c. 18. §. 7.
22 *Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent.* c. 13. §. 5.
19 41 *Hortus.* c. 10. §. 4.
20 4 *Ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.* c. 18. §. 5.
29 *Quia vidisti me Thoma, credidisti.* c. 16. §. 4.
21 15 *Domine tu scis quia amo te.*

ACTA APOSTOLORVM.

2 3 *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.* c. 18. §. 4.
24 *Solutis doloribus inferni.* c. 11. §. 6.
39 *Quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.* c. 13. §. 6.
4 12 *Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* c. 19. §. 1. 6.
7 51 *Duræ cervice & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri.* c. 19. §. 5.
9 16 *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* c. 18. §. 4.
18 *Ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit.* ibidem.
14 15 *In præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* c. 17. §. 2.

EPISTOLA AD ROMANOS.

1 17 *Iustus ex fide vivit.* c. 15. §. 6.
20 *Inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* c. 2. §. 1.
21 *Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* c. 9. §. 6.
22 *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* ibidem.

Digitized by Google

28 *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Præf.
26 *Repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione.* ibidem.
3 8 *Faciamus mala vt veniant bona.* ibidem.
4 9 *Reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.* c. 16. §. 1.
10 *Non in circumciſione, ſed in præputio.* ibidem.
11 *Et ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio: vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam.* ibid.
12 *Et ſit pater circumciſionis, non ijs tantùm qui ſunt ex circumciſione, ſed & ijs qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.* ibidem.
5 5 *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* c. 3. §. 1. c. 15 §. 2.
12 *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.* c. 9. §. 5. 6.
14 *Qui eſt forma futuri.* c. 9. §. 6. c. 10. §. 4.
18 *Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* c. 12. §. 3.
20 *Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.* Præf. & c. 11. §. 4. c. 12. §. 3. c. 15. §. 5.
6 12 *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* c. 15. §. 4.
13 *Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.* ibidem.
7 9 *Ego autem viuebam ſine lege aliquando.* c. 10. §. 2.
22 *Condelector legi Dei ſecundùm interiorem hominem.* c. 14. §. 7.
23 *Video aliam legem in membris meis.* c. 14. §. 7. c. 15. §. 2. 5.
24 *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* c. 15. §. 5.
25 *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* ibidem. *Igitur ego ipſe ſeruio legi Dei; carne autem legi peccati.* c. 14. §. 7.
8 10 *Si Chriſtus in vobis eſt: corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem.* c. 13. §. 5.
13 *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* c. 15. §. 6.
15 *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (pater.)* c. 16. §. 6.
17 *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* ibidem.
20 *Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens.* c. 20. §. 5.
21 *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ.* c. 7. §. 4.
22 *Omnis creatura ingemiſcit.* ibidem.
23 *Adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.* c. 15. §. 6.
28 *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Præf. & c. 11. §. 4. 5. c. 12. §. 1. 5.
30 *Quos vocauit hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* c. 13. §. 6.
37 *In his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos.* c. 15. §. 4.
9 2 *Triſtitia mihi magna eſt.* c. 3. §. 1.
3 *Pro fratribus meis.* ibidem.
5 *Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* c. 19. §. 3.
6 *Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ.* Præf.
7 *Neque qui ſemen ſunt Abrahæ omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* ibidem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

8 *Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei; sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.* Præf. & c. 16. §. 6.
11 *Cùm nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (vt secundum electionem propositum Dei maneret.)* c. 7. §. 5. c. 8. §. 1.
12 *Non ex operibus sed ex vocante dictum est ei.* c. 8. §. 1. c. 12. §. 2.
13 *Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi.* ibidem.
10 10 *Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* c. 18. §. 6.
11 20 *Noli altum sapere, sed time.* c. 18. §. 5.
24 *Ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam.* c. 16. §. 1.
29 *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.* c. 11. §. 4. 5. c. 12. §. 1.
33 *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* c. 11. §. 3.
34 *Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?* ibidem.
12 2 *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.* c. 15. §. 1.
12 *Spe gaudentes, in tribulatione patientes.* c. 3. §. 1.
13 13 *Non in commessationibus & ebrietatibus.* c. 14. §. 3.
16 25 *Secundùm reuelationem mysterij temporibus æternis taciti.* c. 3. §. 4.

PRIMA AD CORINTHIOS.

1 5 *In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia.* Præf.
6 *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.* ibidem.
7 *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia.* ibidem.
31 *Qui gloriatur in Domino glorietur.* c. 13. §. 6.
2 2 *Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* c. 18. §. 6.
9 *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.* c. 15. §. 2. c. 18. §. 5.
15 *Spiritualis iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur.* c. 18. §. 4.
3 3 *Cùm sit inter vos zelus & contentio.* c. 15. §. 3.
4 *Nonne homines estis?* ibidem.
4 7 *Quid habes quod non accepisti?* c. 4. §. 2.
9 *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.* c. 1. §. 3.
6 3 *Nescitis quoniam angelos iudicabimus?* c. 6. §. 2.
17 *Qui adhæret Domino vnus spiritus est.* c. 9. §. 6.
7 9 *Si non se contineant, nubant. Melius est enim nubere quàm vri.* c. 13. §. 1.
15 *In pace vocauit nos Deus.* c. 18. §. 1.
25 *Misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis.* c. 13. §. 6.
29 *Tempus breue est.* c. 20. §. 5.
31 *Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* c. 14. §. 6.
10 4 *Petra autem erat Christus.* c. 19. §. 1.
11 *Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt.* c. 16. §. 1. c. 18. §. 1. c. 19 §. 6.
13 *Qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possitis sustinere.* c. 14. §. 6.

Digitized by Google

12 3 *Nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.* c. 4. §. 2.
11 *Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.* ibidem.
13 4 *Charitas non æmulatur.* c. 14. §. 3.
7 *Omnia ſuffert.* c. 3. §. 1.
11 *Cùm eſſem parvulus, loquebar vt parvulus, ſapiebam vt parvulus, cogitabam vt parvulus. Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant parvuli.* c. 9 §. 5. c. 18. §. 6.
12 *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* c. 18. §. 4. c. 20. §. 1.
15 4 *Reſurrexit tertia die.* c. 10. §. 4.
21 *Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.* c. 12. §. 3. c. 14. §. 1.
22 *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* c. 10. §. 4. c. 11. §. 4. 5. c. 12. §. 3. c. 14. §. 1.
28 *Omnia in omnibus.* c. 16. §. 4.
44 *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale: ſi eſt corpus animale, eſt & ſpiritale.* c. 9. §. 6.
45 *Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem.* c. 9. §. 3. 6.
46 *Sed non priùs quod ſpiritale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpiritale.* c. 8. §. 3. c. 9. §. 3. c. 19. §. 4.
52 *In momento, in ictu oculi.* c. 6. §. 6.
57 *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* c. 15. §. 4.
16 14 *Omnia veſtra in charitate fiant.* c. 17. §. 5.

SECVNDA AD CORINTHIOS.

3 5 *Sufficientia noſtra ex Deo eſt.* c. 18. §. 5.
6 *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.* ibidem. *Littera occidit ſpiritus autem viuificat.* c. 18. §. 6.
4 7 *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.* c. 18. §. 7.
5 1 *Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.* c. 20. §. 6.
4 *Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati: eò quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri: vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita.* ibidem.
6 *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.* c. 3. §. 2. c. 13. §. 2. c. 14. §. 7. c. 18. §. 3. c. 20. §. 1. 5. 6.
7 *Per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem.* c. 20. §. 1. 6.
10 *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* c. 20. §. 4. 5.
6 2 *Ecce nunc tempus acceptabile.* c. 20. §. 4.
10 *Tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes.* c. 14. §. 6.
10 3 *In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus.* c. 14. §. 7.
11 14 *Tranſigurat ſe in angelum lucis.* c. 13. §. 5.
12 7 *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet.* c. 18. §. 4.
8 *Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me.* c. 6. §. 2.

Digitized by Google

EPISTOLA AD GALATAS.

2 20 *Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei.* c. 18. §. 5.
3 29 *Ergo semen Abrahæ estis.* c. 16. §. 1.
4 26 *Illa, quæ sursum est Hierusalem, libera est; quæ est mater nostra.* c. 2. §. 1. c. 16. §. 6. c. 19. §. 5. c. 20. §. 1.
5 6 *Fides quæ per charitatem operatur.* c. 15. §. 6. c. 16. §. 6.
7 *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis.* c. 14. §. 7. c. 15. §. 4.
6 1 *Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.* c. 18. §. 7.
3 *Si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* c. 11. §. 1.
10 *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* c. 20. §. 4. 5.
14 *Mihi mundus crucifixus est & ego mundo.* c. 18. §. 5.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

1 11 *In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum eius, qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ.* c. 13. §. 6.
2 2 *Qui operatur in filios diffidentiæ.* c. 14. §. 4.
3 *Eramus naturâ filij iræ, sicut & cæteri.* c. 13. §. 2.
4 *Qui dives est in misericordia.* c. 11. §. 3. 4.
10 *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* c. 8. §. 6.
13 *Qui aliquando longè eratis.* c. 11. §. 3.
20 *Ipso summo angulari lapide.* c. 16. §. 1.
4 3 *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* c. 16. §. 4.
8 *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.* c. 16. §. 6.
13 *In mensuram ætatis plenitudinis Christi.* c. 18. §. 6.
14 *Non simus fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* c. 18. §. 7.
22 *Deponere vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem.* c. 18. §. 1.
23 *Renouamini spiritu mentis vestræ.* c. 8. §. 5.
24 *Et induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* ibidem. & c. 18. §. 1.
26 *Sol non occidat super iracundiam vestram.* c. 15. §. 4.
5 8 *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* c. 13. §. 2.
14 *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* c. 11. §. 6. c. 16. §. 3.
16 *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* c. 20. §. 4.
32 *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* c. 9. §. 4.
6 12 *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ, in cælestibus.* c. 13. §. 2. c. 14. §. 6. c. 16. §. 2.
14 *Induti loricam iustitiæ.* c. 18. §. 1.
16 *Sumentes scutum fidei.* c. 13. §. 5.

Digitized by Google

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

1 23 *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius.* c. 15. §. 2. c. 17. §. 6.
2 12 *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* c. 3. §. 1. c. 20. §. 5.
3 13 *Quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum.* c. 16. §. 2.
14 *Ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei.* ibidem.
4 7 *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum.* c. 17. §. 6.

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

1 16 *In ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates.* c. 1. §. 3. 5.
2 18 *Inflatus sensu carnis suæ.* c. 17. §. 3.
3 2 *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* c. 20. §. 6.
9 *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis.* c. 17. §. 3.

PRIMA AD THESSALONICENSES.

5 8 *Induti loricam fidei.* c. 13. §. 5.
15 *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.* c. 15. §. 4.

PRIMA AD TIMOTHEVM.

2 13 *Adam enim primus formatus est, deinde Heua.* c. 10. §. 1.
14 *Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* c. 13. §. 4. 6.
3 15 *Quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* c. 18. §. 7.
6 10 *Radix omnium malorum est cupiditas.* c. 18. §. 3.
16 *Lucem inhabitat inaccessibilem.* c. 5. §. 5.

SECVNDA AD TIMOTHEVM.

1 9 *Tempora sæcularia.* c. 3. §. 4.
2 19 *Cognouit Dominus qui sunt eius.* c. 16. §. 6.
3 5 *Et hos deuita.* c. 5. §. 2.
6 *Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.* ibidem.
13 *Mali homines & seductores proficient in peius; errantes & in errorem mittentes.* c. 14. §. 1.
4 7 *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.* c. 18. §. 7.
8 *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.* c. 17. §. 6. c. 18. §. 7.

EPISTOLA AD TITVM.

1 2 *In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia.* c. 3. §. 4.
3 *Manifestauit autem temporibus suis verbum suum.* ibidem.
3 5 *Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti.* c. 19. §. 4.

Digitized by Google

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

14 *Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* c. 9. §. 3.

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

2 7 *Minuisti eum paulominùs ab angelis.* c. 7. §. 3.
8 *In eo quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.* c. 14. §. 7.
9 *Eum autem, qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum, propter passionem mortis.* c. 7. §. 3.
16 *Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* c. 11. §. 3.
4 11 *Festinemus ingredi in illam requiem.* c. 20. §. 5.
7 19 *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.* c. 19. §. 1.
11 10 *Expectabat fundamenta habentem ciuitatem.* c. 20. §. 6.
13 *Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terrã.* Præf. & c. 18. §. 3. 7. c. 20. §. 5.
16 *Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum.* c. 20. §. 5.
37 *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti.* c. 12. §. 4.
12 1 *Curramus ad propositum nobis certamen.* c. 18. §. 5.
11 *Omnis disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum paratissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.* c. 18. §. 3.
13 14 *Non habemus hîc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* ibid. & c. 20. §. 1. 6.

EPISTOLA IACOBI.

1 17 *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* c. 5. §. 5. c. 11. §. 1. c. 13. §. 5.
19 *Sit omnis homo velox ad audiendum.* c. 18. §. 5.
2 5 *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni?* c. 16. §. 6.
13 *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Præf.
3 2 *In multis enim offendimus omnes.* c. 10. §. 6. c. 14. §. 7.
9 *In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.* c. 9. §. 6.
4 4 *Quicumque voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* c. 17. §. 4.

PRIMA PETRI.

1 17 *Si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundùm vniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini.* c. 20. §. 5.
2 5 *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritalis.* c. 18. §. 7.
9 *Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* c. 13. §. 2. c. 16. §. 1.
11 *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos.* c. 20. §. 5.
3 19 *Qui in carcere erant.* c. 20. §. 1.
4 8 *Charitas operit multitudinem peccatorum.* c. 18. §. 1.
5 8 *Quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* c. 18. §. 5.

Digitized by Google

SECVNDA PETRI.

1 4 *Fugientes eius quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.* c. 14. §. 5.
13 *Iuſtum arbitror quamdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione.* c. 20. §. 6.
14 *Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei.* ibidem.
15 *Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.* ibidem.
2 4 *Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari.* c. 6. §. 2.
19 *A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.* c. 15. §. 5. c. 19. §. 4.

PRIMA IOANNIS.

1 8 *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* c. 10. §. 6.
2 15 *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* c. 14. §. 5. c. 17. §. 4.
16 *Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* c. 16. §. 4. c. 17. §. 4. c. 18. §. 3.
3 2 *Nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* c. 9. §. 6.
8 *Ab initio diabolus peccat.* c. 2. §. 5.
4 18 *Perfecta charitas foras mittit timorem.* c. 17. §. 6.

EPISTOLA IVDÆ.

5 *Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit.* c. 1. §. 5.
6 *Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.* ibidem. & c. 3. §. 1. c. 6. §. 2.
14 *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis.* c. 5. §. 2.
15 *Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij.* ibidem.

APOCALYPSIS.

1 8 *Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens.* c. 18. §. 5.
12 7 *Factum eſt prælium magnum in cœlo.* c. 6. §. 6.
19 20 *Viui miſſi ſunt bi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure.* c. 20. §. 6.

ESDRÆ QVARTVS.

3 5 *Dediſti Adam corpus mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum tuarum erat; & inſufflaſti in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt viuens coram te.* c. 8. §. 2.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX PRÆCIPVARVM rerum & verborum, quæ hoc tertio libro continentur.

Prior numerus post litteram, L, denotat librum, alter post litteram, C, ordinem capitis, tertius vel plures sequentes designant paragraphos eiusdem capitis. Præf. Præfationem indicat. Quæ diuerso charactere impressa sunt, ipsas Authorum sententias verbis suis exprimunt.

A.

Abraham.

PATER multarum gentium dictus est, non quarundam, sed omnium. l. 3. c. 16. §. 1.

Non tantum genti carnaliter circumcisæ factus est pater. ibidem.

Quomodo vocatus & eductus de Vr Chaldæorum, ex Hugone Victorino? l. 3. c. 14. §. 4.

Quomodo exierit de terra sua, & cognatione, & domo patris sui. ibidem.

Tres mansiones deserere præcipitur cum ei dicitur, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. l. 3. c. 16. §. 4.

Quid designetur per munera quæ Abraham dedit filiis concubinarum. l. 3. c. 16. §. 6.

Abraham nouem certantibus Regibus quasi decimus superueniens, pro bello pacem attulit. l. 3. c. 18. §. 1.

Abrahæ sinus.

Est limbus Patriarcharum. l. 3. c. 20. §. 3.

Iuxta Augustinum, & secretæ cuiusdam quietis habitatio. ibidem.

Differebat à purgatorio quod illic esset pœna sensus, hic verò sola pœna damni. ibidem.

Olim de purgatorio ad limbum erat progressus. ibidem.

In Christi resurrectione fuit euacuatus limbus. ibidem.

Animæ Patriarcharum in limbo non amplius peregrinabantur. l. 3. c. 20. §. 4.

Adam.

Nomen, Adam, subinde sumitur vt commune est viro ac fœminæ, prout apud nos vox, Homo. l. 3. c. 1. §. 7.

Adamum

Digitized by Google

Adamum extra paradiſum, Euam in paradiſo creatam fuiſſe, communior inter Theologos & verior habet ſententia. l. 3. c. 1. §. 6.

Ei non aduerſantur qui in Hebron, *ſeu in agro Damaſceno, aut in Cariatharbe Adamum plaſmatum affirmant.* ibidem.

Quinam cenſent eundem ibi eſſe ſepultum? ibidem.

Quomodo cum iiſdem poſſint concordari, qui Adamum in monte Hieroſolymitano, ſeu in loco Calvariæ, affirmant eſſe ſepultum. ibidem.

Tres aliæ ſententiæ de loco creationis Protoplaſtorum recenſentur. ibidem.

Ad earum fundamenta reſpondetur. §. 7.

Communior & verior ſententia habet primos parentes eodem die ſexto fuiſſe plaſmatos. l. 3. c. 1. §. 8.

Adam priùs formatus eſt quam Eua, & cur? ibidem.

Quæ horæ vel momenta inter formationem veriſque interceſſerint, incertum. ibidem. & c. 10. §. 1.

Quidam volunt Adæ corpus & animam, ſimul producta fuiſſe. l. 3. c. 8. §. 2.

Veriſimilior ſententia aſſerit, corpus primò formatum, deinde creatam animam & corpori fmiſſe inſpiratam. ibidem.

Fides & ſpes eſſe poterant in primo ſtatu, & quantum ad habitum & quantum ad actum. l. 3. c. 8. §. 3.

Non potuit Adam primo inſtanti inchoare peregrinationem demeritoriam. ibidem.

Fuit tamen in ſtatu viatoris conditus. ibidem.

Triplici cognitione fuit ab initio eruditus, creatoris, ſui, & eius quod ſecum factum fuerat. l. 3. c. 8. §. 4.

Sicut inſtitutus eſt in ſtatu perfecto quantum ad corpus vt ſtatim poſſet generare, ita etiam inſtitutus eſt in ſtatu perfecto, quantum ad animam, vt ſtatim poſſet alios inſtruere ac gubernare. ibidem. S. Thomas.

Eum conditum cum vſu libertatis, & diſcretione rationis, colligunt S. Scripturæ interpretes ex illo, Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam. ibidem.

Sancti Patres, Dei ſimilitudinem, in donorum ſupernaturalium reſplendentia, conſtituunt. l. 3. c. 8. §. 5.

Adam, in ſua creatione, gratiam habuit, quâ peregrinationem inchoare potuit. ibid.

Aliqui Patres eum vocant Angelum terreſtrem, & primum eius ſtatum vocant Angelicum. ibidem.

Per Spiraculum vitæ, *quod dicitur Deus ei inſpiraſſe, quidam intelligunt gratiam Spiritus ſancti.* ibidem.

Oppoſita tamen interpretatio communior eſt, & verior, quam Philaſter cenſet eſſe hæreticam. ibidem.

Rectitudo, in qua Adam conditus fuit, item Dei imago & ſimilitudo, non in nuda potentia vel habitu, vel actu primo; ſed potiſſimum in actibus ſecundis, conſiſtebant, ſcilicet in flagrantia charitatis, & ardore bonæ voluntatis. ibidem.

Illam rectitudinem vocat Auguſtinus ſalutem, ſanitatem, inſtitiam, integritatem, vitam inſtitiæ, &c. ibidem.

Adam primo inſtanti ſuæ exiſtentiæ cœpit peregrinari. l. 3. c. 8. §. 6.

Illo inſtanti non peccauit, imo nec peccare potuit. ibidem.

Meritoriæ Adami peregrinatio tres conditiones requirebat, ſtatum viatoris, libertatem arbitrij, diuinæ gratiæ opitulationem. l. 3. c. 8. §. 3.

Contra singulas conditiones argumenta proponuntur. l. 3. c. 9.
Quomodo cum statu viatoris, consistit beatitudo, in qua Patres dicunt illum esse conditum? l. 3. c. 9. §. 1.
An illa beatitudo fuerit patriæ, visionemque Dei incluserit? ibidem.
Multa objiciuntur ex Patribus quæ istud suadere videntur. ibidem.
Soluuntur. §. 4.
Loca Patrum exponuntur, de visione, non beatifica, sed corporali. ibidem.
Argumenta quibus videtur probari, Adamum ab initio non habuisse discretionem rationis, proinde nec libertatis vsum. l. 3. c. 9. §. 2. *Soluuntur.* §. 6.
Multi veteres protoplastis attribuunt ruditatem, simplicitatem, puerilem sensum, insipientiam. l. 3. c. 9. §. 2.
Negant verò eisdem infuisse prudentiam, sapientiam, &c. ibidem.
Argumenta quibus videtur probari Adamum non habuisse initio gratiam, ad meritò peregrinandum, necessariam. l. 3. c. 9. §. 3. *Soluuntur.* §. 6.
Quidam sic interpretantur locum Geneseos c. 1. v. 26. vt hòmo in sua creatione habuerit Dei imaginem, accepturus postea eiusdem similitudinem. l. 3. c. 9. §. 3. & 6.
Vide verbo Creatio.
Item negant eundem in sua creatione accepisse Spiritum sanctum. ibidem.
Probabile est Adamum in sua extasi vidisse transeunter diuinam essentiam. l. 3. c. 9. §. 4. & c. 10. §. 1.
Quinam ita sentiunt. ibidem.
Apparet enim tempore extasis interrupisse meritum, & consequenter peregrinationem. l. 3. c. 10. §. 1.
Anima Adami in statu innocentiæ, non ita viuificabat corpus sibi vnitum, vt non indigeret alimentorum sustentaculo. l. 3. c. 9. §. 6.
Propterea dicitur factus in animam viuentem *sic vt* non in spiritum *viuificantem.* ibidem.
Differentia inter statum innocentiæ, & statum qui futurus est beatorum post resurrectionem, quoad corpus. ibidem.
Patres qui dicunt priorem fuisse Adæ formationem quàm gratiæ infusionem explicantur de prioritate naturæ vel rationis. l. 3. c. 9. §. 6.
Cur magis decuit Adamum creari in gratia quàm in paradiso? ibidem.
Nunquam defuit primis parentibus adiutorium gratiæ pro statu primæ integritatis. ibidem.
Post Adamum creata est Eua, sed ante eum peccauit. l. 3. c. 10. §. 1.
Adam & Eua suam peregrinationem inchoarunt eodem momento quo respectiuè creati sunt. ibidem.
Num protoplasti somno suam peregrinationem interruperunt? ibidem.
Augustin. *Adamum* non lassitudo fatigabat otiosum, non somnus premebat inuitum. ibid.
Augustinus non videtur alienus ab opinione eorum qui protoplastos in paradiso, pluribus diebus, imo pluribus annis commoratos existimant. l. 3. c. 10. §. 3.
Referuntur argumenta quibus nititur dicta opinio. ibidem.
Aliqui volunt Adamum primo die, alij tertio die creationis peccasse, & paradiso eiectum fuisse. l. 3. c. 10. §. 4.
Author, reliquis eam præfert sententiam, quæ commorationem Adami in paradiso ad octiduum extendit. l. 3. c. 10. §. 5.

Digitized by Google

Num creatio Adæ & paſſio Chriſti in feriam ſextam & eandem diem menſis Martij inciderint? l. 3. c. 10. §. 5.

Variæ opiniones ea de re referuntur. ibidem.

Quanta fuerit Adami fœlicitas in paradiſo, & peregrinandi facilitas? l. 3. c. 10. §. 6.

Vinebat ſecundum Deum, in paradiſo & corporali & ſpirituali. ibidem.

Qualiter comparentur, protoplaſtus in paradiſo, & iuſtus in præſenti exilio? l. 3. c. 9. §. 1. & 4. Item c. 10. §. 6.

Duo primi homines, etſi proprio actu receſſerunt, tamen quæſiti, apprehenſi, à fuga retracti, priſtinæ ciuitati reinſcripti ſunt. l. 3. c. 11. §. 3.

Primus qui contradixit ſaluti ſeu reparationi Adami fuit Tatianus hæreſiarcha. §. 4.

Hic ex Iuſtini martyris auditore factus eſt Encraticarum ſectæ conditor.

Adferuntur argumenta contra Protoplaſtorum ſalutem. l. 3. c. 11. §. 5.

Soluuntur. c. 12. §. 1. 2. 3.

Ex Dei propoſito proceſſit Dei vocatio de qua legimus ſcriptum, Vocauit Dominus Deus Adam & dixit Vbi es? *l. 3. c. 11. §. 4. & c. 12. §. 1.*

Iſta vocatio inanis & irrita non fuit. c. 11. §. 4.

Quomodo intelligendi quidam Patres, dum dicunt Adamum, ex illa Dei vocatione, peccatum excuſando, factum eſſe deteriorem? l. 3. c. 11. §. 5.

De liberatione Adami ex delicto ſuo, & ſalute, eccleſia ferè tota conſentit, teſte Auguſtino. ibidem.

Idem etiam de Eua tenent plerique Patres & Scholaſtici. §. 6.

Ex illa Eccleſiæ perſuaſione promanauit ritus reſumendi Alleluya *in Paſchate quòd fuerat emiſſum per nouem hebdomades, id eſt, à Septuageſima quando lapſus protoplaſti recolitur.* ibidem.

Quis de Adæ pœnitentia audeat dubitare cùm eam tam apertè Auguſtinus & Gregorius audeant affirmare? ibidem. Philippus Bonæ eſp.

Quidnam operata eſt in protoplaſtis Dei vocatio? l. 3. c. 12. §. 1.

Etiamſi ſalubres aliquos affectus ei ingenuerit, eos tamen à ſuperbiæ morbo non plenè ſananit. ibidem.

Qui Deo vocante fuerant meliorati, ſuperbia poſtmodum pruriente, deteriores ſunt facti. ibidem.

Diſcrimen inter duas illas ſententias Adamo dictas, In quacunque die ex eo comederis morte morieris, *&*, In puluerem reuerteris. *l. 3. c. 12. §. 2.*

Vtrum ſi Adam de culpa ſe friuolè non excuſaſſet, indulgentiam quoad culpam & pœnam, priſtinumque ſtatum obtinuiſſet? ibidem.

Affirmatiuam partem vt probabiliorem amplectitur Author contra Suarez. ibidem.

Authoritates dicentium quod Adamus damnationem incurrerit, de temporali damnatione exponuntur. l. 3. c. 12. §. 3. 4.

Adami punitionem comparat Auguſtinus excommunicationi, quæ eſt pœna medicinalis, non exitialis. l. 3. c. 12. §. 4.

Diſcrimen inter maledictionem Adæ & Caini, quòd iſta in terram, hæc in perſonam directa fuit. ibidem.

Protoplaſti non ſunt maledicti ne in totum perirent, Omnis autem maledictio decurrit in ſerpentem qui ſeduxit eos. ibidem. Irenæus.

In tunicis pelliceis quas fecit Deus protoplaſtis, admoniti fuerunt ſuæ mortalitatis, & ſimilitudinis cum pecoribus. ibidem.

Digitized by Google

Adam mortalis factus, ad terram relegatus est de qua sumptus fuerat, è regione paradisi. l. 3. c. 12. §. 5.

Quòd prope paradisum vnde exciderat Deus habitare iussit maximæ prouidentiæ & curæ signum fuit. ibidem.

Adami Epitaphium, totam vitæ seriem breuiter complectens, ex Saliano. l. 3. c. 12. §. 6.

Adam quomodo post peccatum fuerit cæcus, claudus, & mutus. l. 3. c. 13. §. 1.

Aug. Primus parens intemperantiâ quadam infirmum fecit se & posteros omnes in se. *l. 3. c. 13. §. 2.*

Infirmaria in quam homo post peccatum delatus est, interdum Ægyptus, *interdum* Babylonia *nuncupatur.* ibidem.

Vocatur Ægyptus, *à tenebris ignorantiæ*, Babylonia *à confusione concupiscentiæ.* ibid.

Adam credidit diabolo. l. 3. c. 13. §. 4.

Referuntur Patres qui asserunt eum contra fidem peccasse. ibidem.

Item qui eum vocant hæreticum. ibidem.

Dum Apostolus dicit eum non esse seductum sed Euam, non erroris proprietatem, sed errandi duntaxat prioritatem Adamo denegat. ibidem.

Per hoc non negat eum errasse, & circa fidem naufragasse. l. 3. c. 13. §. 6.

Vtrum ei persuaserit diabolus quòd essent plures Dij, quando dixit: Eritis sicut Dij? *l. 3. c. 13 §. 4.*

An crediderit se fore Deum si de ligno ederet. ibidem.

Referuntur Patres qui dicunt Adamum fidem amisisse. §. 5.

Gregorius Nazianz. Adductus est enim, vt Deitatem sibi iuuidere crederet, dum à scientiæ ligno arceretur. *l. 3. c. 13. §. 4.*

Adæ posteritas.

Si Adam non peccasset, posteri eius nati fuissent cum ea scientia agendorum & vitandorum quæ ad prudentiam pertinet. l. 3. c. 9. §. 5.

Non habuissent ab initio conceptionis plenitudinem discretionis & apicem sapientiæ. ibidem.

Talem prudentiam habuissent vt nullo modo elicerent assensum falsum, sed nec merè opinatiuum. l. 3. c. 9. §. 5.

Vtrum ab initio conceptionis pollerent vsu rationis, & liberi arbitrij? l. 3. c. 13. §. 2. 5.

Humanum genus in primis parentibus eatenus descendit de cælesti Hierusalem, quatenus excidit iure, illo introeundi. l. 3. c. 9. §. 4.

In primis parentibus vniuersa progenies de colle deliciarum in vallem corruit miseriarum. l. 3. c. 13. §. 1.

In hunc mundum velut in quandam infirmariam delata est. ibidem.

Aug. Ægrotat genus humanum non morbis corporis sed peccatis, Iacet toto orbe terrarum ab oriente vsque ad occidentem grandis ægrotus ibidem.

Idem. Fuit Adam & in illo fuimus omnes; perijt Adam, & in illo omnes perierunt. *l. 3. c. 14. §. 1.*

Omnes primo ortu in Babylone geniti sumus. l. 3. c. 14. §. 4. 6.

Non omnes eandem Babylonis plagam incolunt. l. 3. c. 14. §. 6.

Ex peccato protoplastorum, claudicat totum genus humanum. l. 3. c. 14. §. 7.

Aug. Ex Adam, Adam, & super Adam multa peccata nascuntur. *l. 2. c. 16. §. 6.*

Idem. Quisquis nascitur, Adam nascitur, damnatus de damnato, & addit malè viuendo, super Adam. ibidem.

Digitized by Google

Adam & Eua.

Per ſerpentem decepti & deiecti non fuiſſent niſi pluſquam acceperant, habere, & pluſquam facti fuerant, eſſe voluiſſent. *l.* 3. *c.* 13. §. 4. Aug.

Sine vlla ambiguitate Auguſtinus vtrique attribuit infidelitatem cum inobedientia. *l.* 3. *c.* 13. §. 5.

Vide verbo Eua.

Ægyptus.

Interpretatur tenebræ. *l.* 3. *c.* 16. §. 1.

Ægyptus in Hebræa lingua tenebras vel tribulationes ſignificat. *l.* 3. *c.* 13. §. 2. Aug.

Deſcenſus Iſraelitarum in Aegyptum, figuravit deſcenſum protoplaſtorum, reliquorumue electorum in tenebras huius mundi. ibidem.

Ex quo protoplaſti ſuaſu diaboli, in Aegyptum deſcenderunt, poſteros ſuos regi Aegypti, ſcilicet principi tenebrarum vernaculos fecerunt. ibidem.

Quouſque duret ſeruitus & ſubiectio ſub Pharaone & Aegyptiis? *l.* 3. Præf. *pag.* 3.

Aegypti flumina in ſcripturis idem ſignificant quod ſeptem plateæ Babylonis, ſcilicet ſeptem vitia capitalia. *l.* 3. *c.* 14. §. 3.

Ex carnali natiuitate Aegyptij ſumus, ignorantiæ tenebris circumfuſi, ad omnem motum ſalutarem inidonei. *l.* 3. *c.* 16. §. 1.

Aegyptus cum paganiſmo comparatur. *l.* 3. *c.* 16 §. 2. 3.

Quid aſcenſus Hebræorum ex Aegypto allegoricè ſignificet? ibidem.

Quid primogenita Aegypti? ibidem.

Quid aurum & argentum, quod filij Iſrael ſecum ex Aegypto tulerunt? ibidem.

Quid Aegyptus, deſertum, terra promiſſionis, allegoricè ſignificent? ex Hug. Vict. *l.* 3. *c.* 16. §. 3.

Tres manſiones Aegypti totidem viſionibus myſtici Salomonis contraponuntur. *l.* 3. *c.* 16. §. 4.

Iſtarum manſionum vna eſt exterior, alia interior, alia ſuperior. ibidem.

Triplex eſt viſio ad quam à triplici prædicta manſione peruenitur. ibidem.

In Aegypto conſtituti ſeruimus tribus Dominis ſeu tyrannis, extra Aegyptum vni vero ac legitimo principi. *l.* 3. *c.* 16. §. 5.

Illi tres tyranni ſunt Caro, mundus, diabolus; legitimus princeps vnus eſt Deus. ibidem.

Qualiter ſingulis eorum ſeruimus ac militamus. ibidem.

Filij perditionis vel nunquam de Aegypto egrediuntur, vel certè Iordanem non tranſeunt, morientes in deſerto, vel ad Aegyptum reuertentes. ibidem.

Nobis egredientibus de Aegypto, 42. manſiones faciendæ, antequam perueniamus ad terram cæleſtis patriæ. *l.* 3. *c.* 18. §. 1.

Quænam illæ ſint, & quomodo ſingulæ vocentur. ibidem. §. 3. 4. 5. 6. 7.

Æternitas.

Manifeſtè implicat ens ſucceſſiuum, fuiſſe ab æterno. *l.* 3. *c.* 3. §. 4.

Verum Deus ab æterno fuerit Creator, vel Rex, vel Dominus? ibidem.

Etſi hanc quæſtionem ſine reſolutione tractauerit Auguſtinus, tamen alibi præferendam putat reſponſionem negatiuam. ibidem.

Albertus magnus.

Scripsit specialem librum de quatuor coæuis, *quæ sunt cœlum empyreum, materia corporalis, tempus, & natura Angelica. l. 3. c. 1. §. 3.*

Philosophorum sui æui acutissimus, quinquennio ante obitum Philosophica omnia miraculosè dedidicit. l. 3. c. 9. §. 5.

S. Ambrosius.

Plerumque Philonem Iudæum imitatur. l. 3. c. 7. §. 4.

Amor.

Animus amore fertur quocumque fertur. l. 3. c. 14. §. 6. & c. 15. §. 1.

Aug. Pondus meum, amor meus, & feror quocumque feror. *l. 3. c. 14. §. 6.*

In Scripturis Onus *pro amore seu amoris pondere accipitur, vt cum dicitur,* Onus Babylonis, onus Moab, *&c.* ibidem.

Vide verbo Onus.

Omnis amor habet vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis. l. 3. c. 15. §. 1.

Pigri, mortui, detestandi, miseri eritis, si nihil ametis. ibidem.

Aug. Richard. Vict. Amoris lachrymæ & acrius afficiunt & vberius currunt. *l. 3. c. 17. §. 6.*

Multum vexat hominem, cùm relinquitur amor mundi; multò amplius cruciat, cùm calcatur amor sui; super omnia, penetrat cor hominis, amor Dei. ibidem.

Angelus.

Non fuit productus ab æterno. l. 3. c. 1. §. 1.

Contrariam sententiam vt hæreticam vult esse refutandam S. Thomas. ibidem.

Communis Latinorum & vera sententia est Angelos eodem momento quo cœlum & terra, fuisse conditos. l. 3. c. 1. §. 3.

Isti sententiæ plerique Græcorum, non tamen omnes dissentiunt. ibidem.

Fallitur Cassianus, dicens neminem fidelium dubitare, quin creaturæ spirituales, ante conditionem visibilis mundi, factæ sint. ibidem.

Sunt qui sententiam Græcorum de creatione angelorum ante mundum corporeum, velint esse erroneam, præsertim post decretum Concilij generalis Lateranensis. ibidem.

Melius id negat S. Thomas, qui non ignorauit constitutionem dicti Concilij, nec illius fuit oblitus, prout ridiculè excogitauit Molina. ibidem.

Plures sunt Scholastici qui hac in re cum S. Thoma tenent, quàm qui cum Molina tenent oppositum. ibidem.

Non defuerunt qui Angelos post cœlum & terram conditos asserverent. l. 3. c. 1. §. 4.

Vtrum eis faueat Augustinus, quando Angelos nomine Lucis, *significatos esse affirmat?* ibidem.

Communior & verior sententia asserit Angelos in cœlo empyreo fuisse creatos. l. 3. c. 1. §. 5.

Ei non repugnat quòd Lucifer apud Isaiam dixisse memoratur : Ascendam in cœlum, *&c.* ibidem.

Cur non sit Angelus creatus extra cœlum, sicut primus homo extra paradisum? ibidem.

Argumenta quibus videtur probari Angelos non fuisse ab initio suæ creationis peregrinos. l. 3. c. 2. §. 1. 2. 3. 4. 5.

Digitized by Google

Resolvitur oppositum. l. 3. c. 2. §. 6.
Supradicta argumenta soluuntur. l. 3. c. 2. & 4.
Potuerit ne Angelus, primo instanti creationis suæ, mereri aut demereri? l. 3. c. 2. §. 3.
Hæc positio, Diabolus primo instanti suæ creationis fuit malus, non quidem per naturam, sed per motum liberi arbitrij, quo peccauit, *reprobata fuit ab omnibus Magistris tunc Parisiis legentibus. l. 3. c. 2. §. 3. & c. 3. §. 6.*
Proponuntur argumenta quibus videtur probari Angelos non fuisse conditos in gratia. l. 3. c. 2. §. 4.
Idem specialiter confirmatur de Angelis malis. §. 5.
Ostenditur Angelos omnes in gratia fuisse conditos & primo instanti meritos fuisse. §. 6.
Angeli primo instanti creationis suæ, peregrinari cœperunt, quando per amorem castum, ad Deum se conuerterunt. ibidem.
Angelorum peregrinatio non est localis, sed moralis; vnde non terminatur loco, sed præmio aut supplicio. l. 3. c. 3. §. 2.
Quando dicuntur Angeli ab initio creationis fuisse beati, hoc intelligitur de beatitudine inchoata viæ, non de consummata patriæ. ibidem.
Augustinus dicens sanctos Angelos nunquam fuisse peregrinatos, *intelligit de peregrinatione ærumnali, & per modum exilij inflictâ. l. 3. c. 3. §. 2.*
Angeli lucis dicuntur nunquam peregrinati, quia Deum nunquam reliquerunt, sed ei semper adhæserunt. ibidem.
Notitia quæ iuxta Augustinum sanctis Angelis in termino peregrinationis accessit, fuit beatifica, quâ cœperunt per speciem in verbo, nouisse suæ beatitudinis perpetuitatem. l. 3. c. 3. §. 3.
In Angelis fuit possibilitas merendi primo instanti creationis, sine possibilitate demerendi pro eodem instanti. l. 3. c. 3. §. 6.
Si Angelus primo instanti suæ creationis peccasset, videretur hoc competere S. Thom. suæ naturæ, & ita aliqualiter referretur ad authorem naturæ. ibidem.
In Angelis ad inchoandum meritoriæ peregrinationis cursum, non sufficit status viæ cum naturali rationis ductu & libertatis vsu, nisi simul adsit supernaturalis gratiæ opitulatio. l. 3. c. 4. §. 1.
Tam angelis in cœlo, quàm primo homini in paradiso, diuina gratia est necessaria; quia vterque naturâ est mutabilis. ibidem.
Indigent Angeli misericordiâ largè sumptâ pro collatione boni naturam transcendentis, aut pro remotione defectus ex naturæ de nihilo creatæ imbecillitate surgentis. ibidem. S. Thom.
Dum tanquam probabilius, & dictis Sanctorum magis consonum docet S. Thomas quod Angeli creati sint in gratia, *de actuali potissimùm loquitur. l. 3. c. 3. §. 1.*
Angeli acceperunt ab initio habitualem gratiam omnino gratis, & absque vlla dispositione aut merito. l. 3. c. 4. §. 5.
Adferuntur aliqua argumenta quibus videtur probari contrarium. ibidem.
Tractatores Ecclesiastici qui dicunt Angelos suam sanctificationem promeruisse, exponendi sunt de consummata sanctificatione patriæ, vel certè de augmento sanctificationis viæ. ibidem.
Angeli in primo instanti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni à malis distincti. *l. 3. c. 4. §. 6. & c. 6. §. 6.* S. Thom.

Omnes ab initio fidem habuerunt diuinitùs infusam, perinde ac reliquas virtutes Theologicas. ibidem.

Angeli lucis nullo vnquam peccato maculati sunt. l. 3. c. 6. §. 6.

Suam meritoriam peregrinationem ne vel vno momento interruperunt. ibidem.

Probabilius est Angelos non posse ab omni occupatione, etiam morali, cessare. ibidem.

Aug. Sine bona voluntate, hoc est, Dei amore nunquam sanctos Angelos fuisse credendum est. ibidem.

Bonorum an malorum Angelorum fuerit longior via. l. 3. c. 6. §. 6.

Argumenta vtrimque adferuntur. ibidem.

Resoluitur viam vtrorumque fuisse æqualem. ibidem.

Extendam est Angelos bonos adhuc fuisse in via quando mali peccauerunt, sed non quando sententiam damnationis acceperunt. ibidem.

Ipso instanti quo dæmones præcipitabantur, angeli lucis glorificabantur. ibidem.

Lucifer cum suis complicibus ab instanti creationis, vsque ad instans depranationis suæ, fuit in continuo exercitio meritoriæ peregrinationis, bona diuina volendo, & perficiendo. l. 3. c. 3. §. 1.

Fulgent. De Angelis (*Creatore*) hoc disposuit & implcuit, vt si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam diuino munere repararet. *l. 3. c. 3. §. 1. c. 6. §. 5. 6.*

An & qualiter voluntas Angeli sit post electionem factam inflexibilis? l. 3. c. 6. §. 6.

Damasc. Quod hominibus mors est, hoc Angelis lapsus extitit. *l. 3. c. 5. §. 2. & c. 6. §. 1.*

Quidam peregrinationem Angelicam vsque ad diem extremi iudicij, prorogandam censuerunt. ibidem.

Illa opinio ab omnibus est explosa. l. 3. c. 6. §. 1.

Alij vsque ad tempus, quo in Genesi c. 6. dicuntur ingressi filij Dei ad filias hominum. *l. 3. c. 5. §. 2.*

Alij existimantes primum eorum peccatum fuisse inuidiam, prorogant saltem vsque ad hominis creationem & in paradiso collocationem. §. 3.

Communior in scholis verior que sententia est, Angelos suæ peregrinationis cursum, prius absoluisse in cœlo, quàm homines collocarentur in terra. l. 3. c. 5. §. 4.

Quidam senserunt Angelorum peregrinationem primo die finitam, quando diuisit Deus lucem à tenebris. l. 3. c. 5. §. 5.

Hanc opinionem affingit Suarez Augustino, cum tamen supponat potius aut explicet oppositam. ibidem.

Ex mente Augustini non actualiter, sed præscientialiter discreuit Deus inter Angelos lucis & tenebrarum, quando lucem à tenebris diuisisse memoratur. ibidem.

Authoris sententia est, tunc factam esse Angelorum discretionem quando Deus memoratur dixisse: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. *l. 3. c. 5. §. 6.*

Illa sententia non est in Origene reprobata à Patribus. ibidem.

Illam non improbauit Augustinus, sed bene motiuum ex quo aliqui eam tenuerunt. ibidem.

Rupertus fatetur eam calculo magnorum & illustrium virorum comprobari. ibidem.

Quinam

Digitized by Google

Quinam nomine aquarum quæ ſupra cælos ſunt *multitudinem Angelorum intelligunt?* ibidem.

Angeli boni, prius cælum, *poſtea* firmamentum *appellantur, quando ne omnino iam caderent, virtutem immutabilitatis acceperunt.* ibidem.

Quinam ſenſerint homines ad hoc conditos, vt prælapſorum Angelorum ruinas ſupplerent? l. 3. c. 5. §. 4.

Homines aſſumi ad replenda in cæleſtibus loca dæmonum, & aſſumi ad eos gradus beatitudinis, qui dæmonibus deſtinati fuerant ſi perſeueraſſent. l. 3. c. 3. §. 3.

Quo ſenſu dicuntur homines aſſumi ad ordines Angelorum. ibidem.

Probabilius & Sanctorum dictis magis conſonum eſt, diabolum cecidiſſe per ſuperbiam, quam ſubſequuta ſit inuidia. ibidem.

Angelus non ad imaginem Dei factus ſed ſignaculum ſimilitudinis *dicitur. l. 3. c. 2 §. 6.*

Quò ſubtilior eſt in natura, eò in illo ſimilitudo Dei pleniùs creditur expreſſa. ibidem. Gregorius Magnus.

Iuxta proportionem quâ ſe inuicem (*Angeli*) ſuperant, à Spiritu habent ſanctificationis menſuram. ibidem. Baſilius.

Quomodo Ceſarius & Chryſoſtomus negant Angelos vſquam in Scripturis filios Dei *appellari? l. 3. c. 6. §. 3.*

Homines Dei in Scripturis aliquando Angeli *appellantur. l. 3. c. 8. §. 5.*

Per filios Dei *Geneſis c. 6. v. 4. non intelliguntur Angeli, ſed filij Seth: ſicut per* filias hominum *intelliguntur poſteræ Cain. l. 3. c. 6. §. 3.*

Congruentiæ ob quas Deus homines præ Angelis apoſtatantibus reparare decreuerit. l. 3. c. 11. §. 2.

Si Deus neglectis penitus hominibus Angelos reparaſſet, diuini conſilij, ſimiliter congruentiæ aſſignari potuiſſent. l. 3. c. 11. §. 3.

Quo ſenſu & ordine fuerit in Angelis cognitio matutina, & veſpertina? l. 3. c. 3. §. 3.

Statuunt aliqui tertiam cognitionem quam vocant meridianam ſeu diurnam. ibidem.

Malè dicit Vaſquez diſtinctionem triplicis iſtius cognitionis nullum in Auguſtino habere fundamentum. ibidem.

Cur miſſa de Angelis, quæ olim feria 5. celebrabatur, poſtmodum cœperit feria 2. celebrari? l. 3. c. 5. §. 6.

Vide verbo Diabolus, peregrinatio.

Anima.

Magis eſt vbi amat quam vbi animat. l. 3. c. 14. §. 6.

Anima noſtra muſcæ comparatur. l. 3. c. 14. §. 3.

Rationalis eſt per ſe & eſſentialiter forma corporis humani. l. 3. c. 7. §. 3.

Id definitum eſt in Concilio generali Viennenſi ſub Clemente V. & definitio iterata in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ibidem.

Vtrum anima ſeparata ſit tam perfectè beata quam reſumpto corpore? ibidem.

Quo ſenſu dicat Aug. animas rationales naturâ eſſe Angelis pares, Deo proximas, &c. l. 3 c. 7 §. 3.

Omnino tenendum eſt animam primi hominis, non priùs fuiſſe creatam, quàm corpori inſpiratam. l. 3. c. 7. §. 6.

†‡†††

Contraria tamen assertio non videtur esse hæretica, sed ad summum erronea, vel temeraria, vel offensiua. ibidem.

Anima sancta ad nihil aliud sanitatem debet concupiscere, nisi vt labores pro Deo valeat perferre. l. 3. c. 18. §. 4.

Anima hominis Christiani, multis gentibus nobilior, multis vrbibus pretiosior. l. 3. c. 19. §. 5.

Fidelis animæ captiuitas spiritualis exponitur. ibidem.

Vnusquisque debet plangere desolationem sui, quemadmodum Hieremias plangebat desolationem Hierusalem. ibidem.

Dum singulorum sensuum appetitus ad nutum rationis mouentur, quasi quibusdam prouincijs anima principatur. ibidem.

Quando vitijs seruire cogitur quibus priùs sponte consensit, quid aliud quàm praue consuetudinis tributum soluit. ibidem.

Qualiter anima nostra possit esse plena populo *virtutum*, domina gentium, princeps prouinciarum? ibidem.

Ad eius tanquam perfectæ ciuitatis situm quatuor pertinent. l. 3. c. 19. §. 5.

Debet habere quatuor portas, & totidem ianitores. ibidem.

Per quæ vitia illæ portæ oppugnentur venientia cum securi & ascia? ibidem.

Annus.

Omnis alternatio crescentium, seu decrescentium dierum, sub anno concluditur, & solis cursu consummatur. l. 3. Præf. pag. 2.

Rectè per Annum in qualicumque re, plenitudo & consummatio cognitionis intelligitur. ibidem.

Aristoteles.

Eius error fuit ponentis, omnia à Deo producta esse ab æterno, & nullum fuisse principium temporis. l. 3. c. 1. §. 1. & c. 3. §. 4.

Arundo.

Homines arundini iure comparantur. l. 3. c. 13. §. 3.

Quomodo arundines deserti transmutentur in oleas, vel in calamos, vtili scriptioni ideneos? ibidem.

Qualiter debemus arundines de plantarijs deserti euellere? l. 3. c. 17. §. 4.

Triplici concupiscentiâ, veluti arundines triplici radice, affixi sunt homines plantario deserti. ibidem.

Asirius.

Interpretatur Dirigens, *& superbiam denotat. l. 3. c. 19. §. 5.*

S. Augustinus.

Eius sententiam de simultanea creatione rerum explodunt Petauius & Molina: At modestiùs eam habent S. Thomas, Hugo Vict. & alij Scholastici. l. 3. c. 1. §. 1.

Non ob aliud noui Censores Augustino hac in re insultant, nisi quia eius doctrinam in alijs materijs exitialiter sibi aduersam formidant. ibidem.

Eum præ reliquis Patribus exauthoratum cuperent. l. 3. c. 1. §. 2.

Digitized by Google

Prædicta Auguſtini ſententia multos & antiquos habet authores. ibidem.
Vide verbo Salianus.
Non tam reſolutoriè quam diſputatiuè ab eo fuit tradita. ibidem.
Aliquando videtur aſtruere oppoſitam. ibidem.
Quia neutram cenſuit certam, nunc vnam propoſuit lectori, nunc alteram. ibidem.
Nimis proinde ſuperciliosus Cenſor Pererius, qui ſententiam de ſucceſſiua creatione, quam dicit contrariam Auguſtino, certæ & indubitatæ veritatis aſſerit. ibidem.
Inter opera ſimultaneæ productionis non voluit Auguſtinus plantas, & animalia comprehendi, niſi cauſaliter & potentialiter. l. 3. c. 1. §. 8.
Opus de Salutaribus documentis *quod inter opera Auguſtini circumfertur, non eſt eius ſed hominis illiterati.* l. 3. c. 4. §. 6.
Suarez affingit Auguſtino ſententiam quam non tenuit. l. 3. c. 5. §. 5.
Auguſtinus nuſquam retractauit ea quæ de anima primi hominis ante incorporationem condita ſub dubio tradiderat. l. 3. c. 7. §. 6.

Authores variorum opuſculorum.

Author libri quæſtionum vtriuſque teſtamenti *in multis fuit hæreticus.* l. 3. c. 9. §. 6.
Hunc authorem ſicut & Ambroſiaſtrum *plerique cenſent fuiſſe Hilarium Diaconum, Luciferiani ſchiſmatis tibicinem.* ibidem.
Non eſt certum ſermonem 65. de Tempore *eſſe Auguſtini.* l. 3. c. 10. §. 3.
Sermo 19. de Sanctis *non eſt Auguſtini.* l. 3. c. 12. §. 2.
Quinam exiſtimentur authores Compendij Theologiæ? l. 3. c. 1. §. 2.
Author libri de Salutaribus documentis *non eſt Auguſtinus ſed quiſpiam illiteratus.* l. 3. c. 4. §. 6.
Librum de Singularitate Clericorum *qui extat inter opera Cypriani, nonnulli tribuunt Origeni.* l. 3. c. 5. §. 2.
Author librorum de Mirabilibus S. Scripturæ *non eſt Auguſtinus.* l. 3. c. 5. §. 4.
Sermo 191. de Tempore inter opera Auguſtini, non eſt eius. l. 3. c. 7. §. 3.

B.

Babylonia.

Fuit Aſſiriæ metropolis. l. 3. c. 14. §. 2.
Significat confuſionem. l. 3. c. 13. §. 2. c. 14. §. 1. & 7.
Sicut per plagam cæcitatis in Aegyptum, ita per plagam cupiditatis in Babylonem de paradiſo migrauimus. l. 3. c. 14. §. 1.
Tribus gradibus homo ad regionem longinquam vſque ad Babylonem deſcendit. ibidem.
Primus gradus à Deo intro ad ſe, 2. eſt ab intus extrà iuxta ſe, 3. extra ſe. ibidem.
Quinque vſurpationes nominis Babylon. l. 3. c. 14. §. 2.
Deſcribitur Babylon ſumpta pro valle hac miſeriarum ſeu vita ſæculari. ibidem. §. 2. *& ſeqq.*
Quænam portæ eius & plateæ? §. 2.

Digitized by Google

Septem peccata capitalia sunt septem plateæ. ibidem.
Platea 1. *est superbia*, 2. *inuidia*, 3. *ira*, *&c. l.* 3. *c.* 14. §. 3.
Primam plateam cœpit diabolus ædificare. ibidem.
Singulæ portæ ostenduntur esse bipartitæ. ibidem.
Ista vitia aliquando in Scripturis significantur per flumina Babylonis. ibidem.
Aug. In Babyloniam nos transtulit primus Adam, de Babylonia nos reuocauit nouissimus Adam. *l.* 3. *c.* 14. §. 4.
Concupiscentiæ corruptionem Augustinus appellat Babylonicam dilectionem. §. 5.
Prosper. Duas in toto mundo ciuitates faciunt duo amores: Hierusalem facit amor Dei; Babylonem amor sæculi. §. 5.
Earundem ciuitatum oppositio, ex Aug. & Hug. Vict. ibidem.
Huius ciuitatis Babylonicæ Rex diabolus. ibidem.
Eadem à Cain initium cœpit. ibidem.
Omnes in Babylone nascuntur, nec. nisi moriendo plenè inde egrediuntur. l. 3. *c.* 14. §. 6.
Non omnes tamen eandem eius plagam incolunt. ibidem.
Qui multum mali sunt, in medio sunt Babylonis. ibidem.
Quid significet in Scripturis Onus Babylonis? ibidem.
Quandonam parvuli Babylonis allidantur ad Petram. l. 3. *c.* 14. §. 7.
Describitur conflictus Babylonis cum Hierusalem. l. 3. *c.* 15. §. 1.
Sicut Hierusalem *significat vitam spiritualem*, Babylon, *significat vitam carnalem, l.* 3. *c.* 19. §. 4.
Sub finem Babylonicæ captiuitatis floruerunt Aggæus & Zacharias prophetæ. l. 3. *c.* 19. §. 6.
Numerus repatriantium de Babylonia in Hierusalem signatè descriptus lib. 1. *Esdræ cap.* 2. *quid nobis innuat.* ibidem.

Beatitudo. Beati.

Creaturæ rationalis beatitudo hoc secum adfert vt maiorem dilectionem exhibeat bono Creatori, quàm sibi. l. 3. *c.* 3. §. 1.
Beati non cupiunt esse beatiores. l. 3. *c.* 6. §. 1.
Quando Angeli dicuntur ab initio fuisse beati, hoc intelligitur de beatitudine inchoata viæ, non consummata patriæ. l. 3. *c.* 3. §. 2.
Idem est de beatitudine quam Patres attribuunt Adamo in sua creatione. l. 3. *c.* 9. §. 4.
Hanc aliqui vocant beatitudinem iustitiæ. ibidem.
Augustinus tam arctam agnouit propensionem animæ rationalis ad corpus, vt nonnihil imminuat de beatitudine animarum in cœlestibus separatarum. l. 3. *c.* 7. §. 3.
Beatus nullo modo mereri potest, nisi sit viator simul & comprehensor, qualis fuit solus Christus. l. 3. *c.* 6. §. 1.
Beatitudo communiter sumpta importat competentium commodorum sufficientiam sine vlla indigentia. ibidem.
Vide verbo Indigentia.

Beor.

Interpretatur Habitans in pelle. *l.* 3. *c.* 14. §. 4.
Quomodo vniuersi fuimus filij Beor? ibidem.

Digitized by Google

Bonum.

Homini duplex bonum conditor ab initio præparabat. l. 3. c. 8. §. 3.
Ex his vnum dedit, Alterum promiſit; vnum vt gratis poſſideretur, alterum vt per meritum quæreretur. ibidem.
Quomodo electis omnia cooperantur in bonum? lib. 3. Præf.

C.

Cades.

Interpretatur Immutata, *vel* Sancta. *l. 3. c. 17. §. 6.*
Deſertum Cades eſt bonum, & opponitur deſerto Idumeæ malo. ibidem.

Cain.

Primus ſibi domum extruxit in 4. platea Babylonis, quæ eſt acedia, dum dixit: Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear. *l. 3. c. 14. §. 3.*

Captiuitas.

Poſt mortem Ioſue, ſex captiuitates Iſraelitæ incurrerunt, Meſopotamicam, Moabiticam, Chanaaniticam, Madianiticam, Ammoniticam, Philiſtinicam. l. 3. c. 19. §. 2.
Quinam Iudices à prædictis captiuitatibus eos eripuerunt? ibidem.
Deus etiam infligendo captiuitatem, miſericordiam exhibebat. ibidem.
Cum peccabant in Deum dabantur in captiuitatem, non ad interitum ſed ad diſciplinam, non damnante patre ſed flagellante. ibidem. Aug.
Populi hebraici triplex captiuitas Babylonica ſub eodem tyranno Nabuchodonoſor. l. 3. c. 19. §. 3.
Prima contigit primo anno eius, 2. anno 8. 3. anno 19. l. 3. c. 19. §. 3.
Iſtarum etiam captiuitatum cauſa fuit inobedientia populi ad iracundiam Deum prouocantis. ibidem.
Spiritualis captiuitas duplex, prior fuit totius humani generis in primis parentibus Diabolo mancipati: Poſterior eſt eorum qui ſemel emancipati priſtino tyranno ſe denuo addicunt. l. 3. c. 19. §. 4.
Hanc figurarunt ſeruitutes & captiuitates Hebræorum poſt tranſitum Iordanis. ibidem.
Temporalis captiuitas electis communis poteſt eſſe cum reprobis, ſed non æterna. ibidem.
Seruitus Iſraelitarum ſub Philiſtæis ſeu Chaldæis myſticè exponitur. ibidem.
Sub finem captiuitatis Babylonicæ floruerunt Aggæus & Zacharias prophetæ. l. 3. c. 19. §. 6.
Quid nobis innuat numerus redeuntium ex captiuitate Babylonica tam præcisè deſcriptus lib. 1. Eſdræ cap. 2. ibidem.

Caro.

Quid ſit Spiritu facta carnis mortificare? *l. 3. c. 15. §. 6.*

In illa mortificatione consistit nostra militia. ibidem.
In isto agone si Deus non adiuuat, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. ibidem.

Cassianus.

Fallitur in eo quod dicit, neminem fidelium dubitare, quin ante conditionem huius creaturæ visibilis, Deus spirituales cœlestesque virtutes fecerit. l. 3. c. 1. §. 3.
Vide verbo Angelus.

Charitas.

Quomodo intelligendum illud quod sub nomine Augustini falsò profertur, Charitas quæ deseri potest non fuit vera. l. 3. c. 4. §. 6.
Charitatis & Babylonicæ cupiditatis conflictus. l. 3. c. 15. §. 2.

Christus.

Hugo Vict. Hoc nomen Christus ex tempore conuenit filio hominis, est tamen Christus ab æterno. l. 3. c. 3. § 4.
Ipso primo instanti suæ conceptionis meruit. §. 5.
Fuit in ipso possibilitas merendi, sine possibilitate demerendi. §. 6.
Solus fuit viator simul & comprehensor. l. 3. c. 6. §. 1.
Christus, mysticus Salomon. l. 3. c. 16. §. 4.
A triplici mansione Aegypti ad triplicem visionem mystici Salomonis peruenitur. ibid.
Solus sine actu fidei potuit meritoriè peregrinari, cui ratione vnionis hypostaticæ debebatur ab initio visio intuitiua. l. 3. c. 20. §. 6.

Ciuitas.

Quatuor sunt ad perfectæ ciuitatis situm pertinentia. l. 3. c. 19. §. 5.
Duæ ciuitates faciunt in mundo duo amores. l. 3. c. 14. §. 5.
Vide verbo Babylonia, Hierusalem.

Concupiscentia.

Si quis impleuerit præceptum Non concupisces *nullum habebit omnino peccatum.* l. 3. c. 15. §. 1.
Concupiscentiam quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi? l. 3. c. 15. §. 2.
Cupiditatis cum charitate, seu carnis aduersus spiritum conflictus describitur latè. ibidem.
Carnalem concupiscentiam velut fruticem sibi fructificaturum primo Parenti inseruit diabolus. l. 3. c. 16. §. 5.
Eius confusio per Babyloniam significatur.
Vide verbo Babylonia.

Claudus. Claudicatio.

Aug. Illo vulnere quod factum est per duorum hominum liberum arbitrium, totum genus claudicat humanum. l. 3. c. 14. §. 7.
Melius it claudus in via, quàm cursor præter viam. l. 3. c. 14. §. 6.

Digitized by Google

Concilium.

In Concilio generali Viennenſi ſub Clemente V. damnatur ſententia aſſerens, quòd Anima rationalis non ſit per ſe & eſſentialiter forma corporis humani. l. 3. c. 7. §. 3.
Eadem conſtitutio iteratur in Concil. Lateranenſi ſub Leone X. ibidem.
Per hanc conſtitutionem exploditur paradoxum Origenis, ponentis humanas animas ex ſua natura pares eſſe angelicis ſpiritibus. ibidem.
Synodus Lateranenſis ſignanter recepit canonem 11. quintæ Synodi quo Origenes nominatim anathematizatur. l. 3. c. 8. §. 1.

Creatio.

Contra creationem mundi in tempore factam obijciebant infideles : Quid faciebat Deus antequam mundum faceret? *l. 3. c. 1. §. 4.*
Vim obiectionis vt effugeret Origenes, alios & alios mundos ante hunc mundum conditos fuiſſe finxit. ibidem.
Ab ijs qui importunè quærunt: Cur potius tunc & non antea factus ſit mundus? *quæri poteſt*: Cur hic factus vbi eſt, & non alibi. ibidem.
Quis locus creationis protoplaſtorum. l. 3. c. 1. §. 6.
Quod tempus? §. 8.
Vide verbo Adam.
Sententia Auguſtini de ſimultanea creatione omnium rerum multos & antiquos habet authores. l. 3. c. 1. §. 2.
Hos labefactatos *dicere præſumpſit Salianus.* ibidem.
Prædicta ſententia non tam reſolutiuè quàm diſputatiuè fuit ab Auguſtino tradita. ibidem.
Ex recentioribus ei ſuffragantur Caietanus & Canus. ibidem.
Oppoſitam ſententiam videtur aliquando aſtruere Auguſtinus. ibidem.
Certo conſilio & magno myſterio factum eſt, vt vbi primi hominis creatio decreta eſt, Imaginis & Similitudinis mentio inſereretur: vbi vero iam facta refertur, omiſſa ſimilitudine Imago ſola memoraretur. *l. 3. c. 9. §. 3.* Gregorius Nyſſen.
Nec Angelus nec alia creatura fuit ab æterno producta. l. 3. c. 1. §. 1.
Vide verbo Angelus. Mundus.

Creatura rationalis.

Ad Deum ſeſe per amorem caſtum convertere obſtringitur, cùm primùm rationis vſu pollet. l. 3. c. 3. §. 1.
Non imperfectioni ſed dignitati potiùs creaturæ rationalis præ reliquis deputandum eſt, quòd finem ſuum vltimum propriis viribus aſſequi ne queat. l. 3. c. 4. §. 1.
Omne quod creatum eſt, ſicut ſubſiſtere non poteſt ſine illius operatione qui fecit; ſic bonum non poteſt velle ſeu facere, niſi Deus dignetur iugiter adiuuare. ibidem. Fulgent.
A ſe nihil habet creata & facta natura; ſed quodcunque habere cernitur, hoc vtique eſt à Deo, qui & eſſe & eſſendi modum largitur. l. 3. c. 4. §. 2.

Cyrillus Hieroſol.

Illa eius ſententia quomodo accipienda: Neſcimus quanta Deus & Angelis condonauerit? *l. 3. c. 6. §. 5.*

Digitized by Google

D.

Desertum.

Est stadium peregrinationis Hierosolymitanæ. l. 3. c. 17. §. 1. 2.
Quid per desertum Idumeæ sine via & sine aqua repræsentetur? ibidem. §. 1.
Quadruplex genus deserti. §. 2.
Deserta vocantur quia non seruntur, & ideo quasi deseruntur. §. 2.
Gentilitas dimissa ingredi vias suas rectè comparatur deserto inuio & inaquoso. ibidem.
Hic mundus ex eo etiam rectè appellatur desertum, quia in eum de paradiso relegati sunt desertores Dei. *l. 3. c. 17. §. 3.*
Triformis species deserti. l. 3. c. 17. §. 5.
Deserto comparatur hic mundus. ibidem.
Item cor malum. ibidem.
Item cor bonum. ibidem.
Quid sit, ascendere de deserto sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij? ibidem.
Singula exponuntur verbatim. ibidem.
Quomodo differant desertum Idumeæ, & desertum Cades? l. 3. c. 17. §. 6.
Vtrumque desertum concutitur & commouetur. ibidem.

Desiderium.

Sitis est animæ. l. 3. c. 17. §. 1.
Varia hominum desideria ex Augustino. ibidem.
Ardent omnes homines desiderio, & vix inuenitur qui dicat Deo, Sitiuit tibi anima mea. ibidem.

Dei misericordia.

Est duplex, vna relaxans, altera merè alleuians. l. 3. Præf. *pag. 4.*
Aliquando sumitur rigorosè, vt quando dicit Augustinus: Non indigeat misericordiâ vbi nulla est miseria. *l. 3. c. 4. §. 1.*
Alias sumitur latiùs, vt cùm dicit Ambrosius de Angelica natura, Illa eget misericordiâ ne possit errare. ibidem.

Dei vocatio.

Etiam illa quæ est secundum propositum, semel vocatos non præstat impeccabiles. l. 3. c. 12. §. 1.
Attamen Dei propositum secundum quod vocantur, hoc prouidet vt si in peccata labantur, cautiores reuertantur. ibidem.

Diabolus.

Quomodo intelligendum istud Ioannis Papæ: Homines tenent charitatem in terra, quam Diabolus habere nequiuit in cœlo. l. 3 c. 4. §. 6.

Dæmonum

Digitized by Google

Dæmonum obſtinationem non in arbitrij inflexibilitatem, ſed in gratiæ denegationem referre videtur Fulgentius. ibidem.

Diaboli peccatum non eſt omnino irremediabile; ſed, vt ait S. Thomas, eſt magis irremediabile quàm peccatum hominis. l. 3. c. 4. §. 6.

Hoc inter malos homines diſtat & dæmones, quòd hominibus etiam valde malis, ſupereſt, ſi Deus miſeretur, reconciliatio; dæmonibus autem nulla eſt in æternum ſeruata conuerſio. ibidem. Proſper.

Quidam cenſent diadolum & angelos eius de cælo primùm fuiſſe prolapſos, ob concupiſcentiam fœminarum. l. 3. c. 5. §. 2.

Addunt eoſdem concumbentes cum fœminis genuiſſe gigantes. ibidem.

Hanc opinionem dementiâ plenam cenſet Chryſoſtomus. l. 3. c. 6. §. 3.

Alij dicunt prolapſos fuiſſe per inuidentiam & liuorem erga hominem iam conditum. l. 3. c. 5. §. 3.

Horum opinio refellitur. l. 3. c. 6. §. 4.

Quidam Patres, qui videntur iſtam opinionem tenere, exponendi ſunt de inuidentia non ſecundum ſe ſpectata, ſed ſecundum ſuam originem & matrem quæ eſt Superbia. ibid.

Cenſent aliqui Deum idcirco operibus ſecundæ diei non benedixiſſe, quod ea die angeli tenebrarum apoſtauerint. l. 3. c. 5. §. 6.

Addunt Eccleſiam inſtituiſſe vt miſſa de Angelis feria 2. celebraretur, quod tunc angeli lucis de apoſtatantibus victoriam reportauerint. ibidem.

Referuntur authoritates quibus euincitur angelis malis adhuc imminere condemnatoriam ſententiam, in die demum extremi iudicij pronuntiandam. l. 3. c. 6 §. 2.

Ex illis malè infertur Angelos vſque ad diem iudicij peregrinaturos. ibidem.

Etſi 2. die mundi iudicium ſubierint, tamen ſupereſt vltima ſententia, quam ſpectante toto mundo in die iudicij accipient. ibidem.

Non ſunt ex nunc immunes à cruciatu ignis infernalis. ibidem.

Dæmones etſi in templis colantur auratis, etſi per aerem diſcurrant, igne ſemper ardent gehennali. ibidem. Beda.

Cur tantopere abhorrent finale iudicium. ibidem.

Primum diaboli peccatum fuit ſuperbia; ſed in eo conſequenter potuit eſſe etiam inuidia. l. 3. c. 6. §. 4.

Non inde ſequitur diaboli lapſum non anteceſſiſſe hominis creationem. ibidem.

Potuit diabolus inuidere Deo Superiori ſuo, item alijs angelis quòd ſibi coæquarentur: potuit etiam inuidere homini nondum creato. ibidem.

Porrò hæc inuidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit. Non enim cauſa ſuperbiendi eſt inuidentia; ſed cauſa inuidendi ſuperbia. ibidem. Aug.

Videntur aliqui ſentire diabolum ſuperbiendo quidem primitùs peccaſſe, ſed nonniſi ob ſubſecutam poſtmodum inuidentiam irreparabiliter damnatum fuiſſe. l. 3. c. 6. §. 5.

Vtrum Angeli poſt peccatum non fuerint de cælo præcipitati, niſi priùs diu inuitati & expectati ad pœnitentiam? ibidem.

Pro ſententia affirmante immerito quidam Patres citantur à Salmerone. ibidem.

Vide verbo Salmeron.

Lucifer tantum cogitauit ſuperbiam, & in momento, in ictu oculi irreparabiliter præcipitatus eſt. *l. 3. c. 6. §. 6.* Bernardus.

Congruentiæ ob quas Deus homines præ Angelis apoſtatantibus reparare decreuerit. l. 3. c. 11. §. 2.

†††††

Vnica irrefragabilis ratio eſt Dei beneplacitum. ibidem.
Decepit primum hominem, inducendo in errorem fidei contrarium. l. 3. c. 13. §. 4.
Omnes cæcos naſci fecit qui primum hominem decepit. l. 3. c. 13. §. 2.
Diabolus eſt Rex Babylonis, cuius primam plateam cæpit ædificare, ſcilicet ſuperbiam, quando voluit eſſe ſimilis Altiſsimo. l. 3. c. 14. §. 2. 5.
Eſt pater infidelium. l. 3. c. 14. §. 4.
Eſt etiam pater noſter ſecundum natiuitatem qua nati ſumus. ibidem.
Quando fuimus in Vr Chaldæorum, *cor noſtrum domus diaboli fuit.* ibidem.
Aug. Non aliquid diabolus, quod ad naturam hominis pertinet, condidit; ſed quod Deus benè condidit, peccati perſuaſione violauit. l. 3. c. 14. §. 7.
Carnalem concupiſcentiam veluti fruticem ſibi fructificaturum, homini primo inſeruit. l. 3. c. 16. §. 5.
Qui carni vel mundo militant, etiam militant diabolo qui princeps eſt mundi. ibid.
Iſidor. Callidus hoſtis, etſi deuictus, interdum tamen victores vltimus vincit; & quos primâ congreſsione non percutit, in finem decipere tendit. l. 3. c. 15. §. 2.

Dionyſius Petauius.

Impudenter imponit Hugoni Victorino & Magiſtro Sententiarum, quod ſenſerint poſt cælum & terram angelos eſſe factos. l. 3. c. 1. §. 1.
Suam impoſturam inſulsâ hâc ratione fulcire nititur, Quia dixerunt in cælo eſſe procreatos. ibidem.
Auguſtinum cum ſuis ſequacibus abſurditatis *notâ perſtringit, eo quòd teſtimonio Eccleſiaſtici cap.* 18. *v.* 1. *ſimultaneam rerum creationem aſtruere nitantur.* ibidem.
Nimiè petulcè Irenæo martyri obſtrepit, non ſolùm præſidenter imponendo quod ille non ſenſit; ſed nec aliâ reſponſione illum dignando, quàm, Non placet l. 3. c. 10. §. 4. 5.
Vidit ſe non poſſe Irenæo conſentire, niſi creationem & lapſum Adæ de autumno in ver revocaret, & priſtinam mutaret ſententiam. §. 5.
Ad eam mutandam debuiſſet eum mouere definitio Synodi Cæſarienſis, in qua aliàs magnam vim ponit. ibidem.

E.

Eccleſia.

Eſt cœtus vocatorum, *ſcilicet ab infidelitate ad fidem.* l. 3. c. 13. §. 6.
An aliquis debeat credere eam in fide firmam, pro eo tempore quo eandem non credit ſanctam? ibidem.
Eccleſiæ nomen & prærogatiuas non bene extendit Suarez ad copulam duorum protoplaſtorum in paradiſo exiſtentium. ibidem.
Qui cenſent eius exordium ſumendum ab iſta Adami vocatione, Adam vbi es? *melius conſulunt eius indefectibilitati, quàm qui ſumunt exordium à Parentibus in paradiſo.* ibidem.

Eden.

E paradiſo eiectus Adam contra Eden *habitauit, id eſt, contra ſedem deliciarum.* l. 3. c. 12. §. 5.
Cuius rei ſignificandæ gratiâ id factum eſt? ibidem.

Enoch.

Quænam capita ex monumentis Patrum appareant fuisse contenta in libro *qui dicitur Enoch? l. 3. c. 5. §. 2.*

Inter alia continebatur fabulosa opinio de descensu filiorum Dei ad filias hominum, & ortis inde Gigantibus. ibidem. & *c. 6. §. 3.*

Illam opinionem inter hæreses recenset Philastrius. ibidem.

Nonnulli veterum habuerunt librum *qui dicebatur* Enoch *veluti scripturam canonicam.* ibidem.

Non sic Augustinus. ibidem.

Epistola Iudæ, quia de libro Enoch *apocrypho assumit testimonium, à plerisque rejicitur, ait Hieronymus.* ibidem.

In epistola Iudæ dicitur Enoch prophetasse non autem scripsisse: putat tamen Augustinus eum scripsisse illud, quod Iudas refert prophetasse. ibidem.

Vtrum Elias & Enoch adhuc sint in statu peregrinandi magna est altercatio. l. 3. c. 20. §. 6.

Enos.

Dicitur à spèrando futura bona. *l. 3. c. 15. §. 3.*

Chaldæi hominem appellant Enos: *hominis vocabulo indignum censentes eum, qui caret spe futurorum bonorum.* ibidem.

Nomina Adam *&* Enos *Hebræis hominem significant, sed cum eo discrimine quod* Adam *sit commune masculo & fœminæ,* Enos *verò tantùm conuenit masculo.* ibid.

Eua.

Creata est post Adamum, & ante illum peccauit. l. 3. c. 10. §. 1.

Tam Eua quàm Adam inchoarunt suam peregrinationem eodem momento quo respectiuè creati sunt. ibidem.

Quanto tempore creatio Adæ præcesserit creationem Euæ? est incertum. ibidem.

Euam post mariti obitum decennio vixisse tradit Salianus. l. 3. c. 11. §. 6.

Suarez contendit Euam à fide non excidisse contra omnium penè Patrum authoritatem. l. 3. c. 13. §. 3.

Vide verbo Adam & Eua.

Exempla.

Aliquot referuntur eorum qui ex memoriosis obliuiosi euaserunt. l. 3. c. 9. §. 5.

F.

Facultas.

Louaniensis improbauit hanc assertionem Iesuitarum Louaniensium, De ratione actus liberi est vt procedat à voluntate, tempore & naturâ priùs indeterminata. *l. 3. c. 3. §. 5.*

Fides.

Longè verius est Angelos omnes ab initio habuisse fidem, perinde ac reliquas virtutes theologicas, diuinitus infusam. l. 3. c. 4. §. 6.

Verum protoplasti fidem amiserint, vel saltem contra eam errauerint? l. 3. c. 13. §. 3. 4. 5.
Qui negat Adamum fuisse fide spoliatum, consequens est vt neget fidem esse gratiam. ibidem.
Referuntur authores qui asserunt Adamum amisisse fidem. ibidem.
Quomodo apud Apostolum intelligitur lorica *aut* scutum fidei? ibidem.
Animæ in purgatorio etsi fidem habeant, non tamen per fidem ambulant. l. 3. c. 20. §. 6.
Solus Christus sine actu fidei potuit meritoriè peregrinari. ibidem.

Franciscus Suarez.

Affingit Augustino sententiam quam non tenuit. l. 3. c. 5. §. 5.
Non satis fideliter citat verba Concilij Lateranensis. l. 3. c. 7. §. 6.
Eius oscitantia insignis. ibidem.
Imperitè tribuit Augustino Sermonem 19. de Sanctis, quem dudum Schola Louanienſis vt spurium rejecerat in appendicem. l. 3. c. 12. §. 2.
Sub exaggerationis vocabulo mendacium impingit Augustino. ibidem.
Referuntur elogia quibus à suis insignitur. l. 3. c. 13. §. 3.
Contendit Adamum à fide non excidisse. ibidem.
Sententiæ Patrum asserentium oppositum omnem verisimilitudinem & probabilitatem detrahit. ibidem.
Vno loco idem de Eua affirmat, alio loco negat. ibidem.
Aliæ eius antilogiæ & contradictiones notantur. ibidem. *& §. 6.*
Contra omnium penè Patrum authoritatem contendit Adamum non errasse contra fidem. l. 3. c. 13. §. 4.
Quibus inductus est vt contra tantam testium nubem, Adamum ab infidelitate vindicaret. §. 6.
Ambrosij textum adulterat, & sensum peruertit. l. 3. c. 13. §. 5.
Tertulliano illudit. ibidem.
Nititur illudere Augustino, infidelitatem cum inobedientia attribuenti tam Adamo quàm Euæ. ibidem.
Eius temeritas notatur. §. 6.
Pessima fide agit. ibidem.
Cur nescierit discernere Ecclesiam fundatam supra petram, ab Ecclesia fundata super arbitrij humani arenam? ibidem.
Non solùm veterum Semipelagianorum perfidiam refouet; sed etiam Lutheranorum & Caluinianorum errori imprudenter indulget. ibidem.
Hæreticis impensè fauet, quibus immoderato zelo obuiare voluit. ibidem.
Augustini textus ab eo malâ fide truncatur. ibidem.
Expositiones istius loci, Adam non est seductus, *propter Patrum authoritatem, ipsemet fatente, probabiles, dicit sibi non satisfacere.* ibidem.

Fumus.

Quid virgula fumi, *item* fumus ex aromatibus mirrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij? *l. 3. c. 17. §. 5.*

Digitized by Google

Pigmentum conterendum, & in puluerem redigendum, aliàs fumus eius cum fumo mirrhæ & thuris non rectà ſurſum vt virgula aſcenderet. l. 3. c. 17. §. 5. 6.

S. Fulgentius.

Librum de Incarnatione & Gratia *ſcripſit ex inſtituto contra Semipelagianos. l. 3. c. 13. §. 5.*

Iſtud opus fatetur Suarez ſibi videri vnum ex præcipuis, & poſt Auguſtini & Proſperi opera maximi penderis & authoritatis. ibidem.

G.

Gennadius.

Sectâ fuit Maſſilienſis. l. 3. c. 1. §. 4.

Magiſtrum habuit Caſſianum. ibidem.

Gabriel Vaſquez.

Dicit diſtinctionem triplicis cognitionis ſcilicet matutinæ, veſpertinæ & meridianæ nullum in Auguſtino habere fundamentum. l. 3. c. 3. §. 3.

Vaſquio & Leßio exprobat Gibeuſius, quod ſint inter primos & præcipuos qui ſanctitatem doctrinæ de libertate violauerunt, ſuſtinentis potentiam peccandi non eſſe libertatem aut partem eius. l. 3. c. 3. §. 6.

Gratia.

Non potuiſſet creaturæ rationali congruenter ſine ſua culpa denegari. l. 3. c. 4. §. 4.

Gratia quanquam aliquo ſenſu poßit dici naturalis, nihilominus ſimpliciter dicenda eſt ſupernaturalis. ibidem.

Conueniens fuit, vt creaturæ rationali initio gratia daretur, non item gloria. ibidem.

Probabilius eſt angelos habitualem gratiam in ſua creatione habuiſſe, omninò gratis, & abſque vlla diſpoſitione aut merito. l. 3. c. 4. §. 5.

Proponuntur argumenta quibus videtur probari contrarium. ibidem.

Aliud eſt apud D. Thomam conſentire gratiæ pro primo inſtanti, & diſponere ſe ad gratiam pro primo inſtanti. ibidem.

Cum homines gratiam, in primo parente omnibus collatam, ſua culpa amiſerint, meritò ſtatuit Deus, vt ad eius recuperationem ſe per actus proprios diſponerent. ibidem.

Quomodo intelligendi Tractatores Eccleſiaſtici, dum dicunt Angelos ſuam ſanctificationem promeruiſſe? ibidem.

Gratiam, etiam actualem, quam Deus Adamo in ſua creatione ſubminiſtrauerat vſque ad lapſum continuauit. l. 3. c. 10. §. 6.

Gratia, quam homo ſemel accepit, ante peccatum iuſtè, ſubſtrahi non potuit: quam etſi præter meritum acceperat, ſine culpa tamen amittere non debebat. ibidem. Richardus Victor.

Gratia actualis auxilians iuſtè ſubſtrahitur propter culpam venialem. ibidem.

Gratia per Pluuiam voluntariam *deſignatur. l. 3. c. 16. §. 6.*

Item per Rorem Hermon descendentem in montem Sion. ibidem.
Item per Imbrem matutinum & serotinum, quorum prior ad vocationem pertinet, alter ad finalem perseverantiam. ibidem.

S. Gregorius Nazianzenus.

S. Thomas. Eius tanta est in doctrina christiana authoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præsumpserit, sicut nec Athanasij documentis, vt dicit Hieronymus. *l.* 3. *c.* 1. §. 3.

Gregorius Nyssenus.

Non est author librorum de Philosophia, *sed Nemesius Philosophus, qui se alicubi Origenistam, alicubi Pelagianistam non obscurè prodit.* *l.* 3. *c.* 6. §. 5.

H.

Hebræi.

Totum regnum gentis Hebræorum, fuit magnus quidam Propheta. l. 3. *c.* 16. §. 1.
Hebræorum non tantùm lingua, sed & vita fuit prophetica. ibidem. *item cap.* 18. §. 1.
Hebraici populi cum Christiano allegorica comparatio. l. 3 *c.* 16. §. 2.
Eius ascensus ex Aegypto, & mansio in solitudine allegoricè exponitur, ex Augustino & Hugone Victorino. ibidem.
Hebræi de Aegypto egressis, non statim concessa terra promissionis. l. 3. *c.* 17. §. 1.
Quid per hoc præfiguretur? ibidem.
Item per hoc quod eorum peregrinationis stadium fuerit desertum, extremi limites mare rubrum & Iordanis. ibidem.
Israelitici populi de Aegypto in terram promissionis commigrantis fuerunt 42. mansiones, seu castrametationes. l. 3. *c.* 18. §. 1.
Quomodo per eas repræsententur totidem mansiones populi Christiani, de Aegypto huius mundi per desertum Ecclesiasticæ disciplinæ in patriam cœlestem peregrinantis? l. 3. *c.* 18. §. 1. 2. 3.
Singulæ earum enumerantur & propriis nominibus exprimuntur. ibidem. §. 3. 4. 5. 6. 7.
Quid mysterij contineat ille numerus 42. mansionum correspondens numero generationum, quibus Matthæus genealogiam Christi contexit. l. 3. *c.* 18. §. 1.
Post mortem Iosue passi sunt varias servitutes & captiuitates, quarum sex præcipuæ nominantur in libro Iudicum. l. 3. *c.* 19. §. 2.
Vide verbo Captiuitas.
Populus Israeliticus cum peccabat in Deum, dabatur in captiuitatem, non ad interitum sed ad disciplinam. l. 3. *c.* 19. §. 2.
Vide verbo Peregrinatio.

Hæretici.

Eorum linguas S. Leo assimilat corporali serpenti, cuius ministerio diabolus vsus est decipiendis protoplastis. l. 3. *c.* 13. §. 4.

Digitized by Google

Hæreticus dicitur, qui ſpernens diſciplinam fidei quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem ſectatur. l. 3. c. 13. §. 5.

Quis cenſendus hac in re pertinax? ibidem.

Hæretici apibus comparantur in hoc quòd primò diſtillant ore dulcedinem, ſed poſtmodum ſpargunt aculeatæ falſitatis errorem. l. 3. c. 18. §. 7.

Hermon.

Nomen eſt Hebræum, & interpretari dicitur Lumen exaltatum. l. 3. c. 16. §. 6.

Mons eſt quidam longè diſiunctus ab Hieruſalem. ibidem.

Quando dicitur, Ros Hermon qui deſcendit in montem Sion, *ſignificatur Chriſtus à quo in Eccleſiam venit pluuia chariſmatum.* ibidem.

Hiericho.

Per illud hic mundus deſignatur. l. 3. c. 18. §. 7.

Quid myſticè ſignificet cæcus in via Hierichuntina? l. 3. c. 13. §. 5.

Hieremias.

Quadruplicem habuit materiam lamentandi. l. 3. c. 19. §. 5.

Ad hoc indicandum, eius Threni quaterno alphabetorum ordine concinnantur. ibidem.

Hieronymus.

Sæpè aliorum refert ſententias ìuxta quorum ſenſum non ſentit. l. 3. c. 5. §. 1.

Origenis dogmata ei obiecerunt Vigilantius, Ruffinus, Celeſtius & alij. ibidem.

Non eſt nouum quod ei adſcribantur alienæ ſententiæ, quas in ſuis commentariis ſine authorum nomine commemorat. ibidem.

Explanatio fidei ad Damaſum quæ citatur nomine Hieronymi, non eſt eius, ſed Pelagij Hæreſiarchæ. l. 3. c. 7. §. 5.

Hieruſalem.

Verbum eſt Hebræum, & interpretatur Viſio pacis. l. 3. c. 19. §. 3.

Quadrifariam habet ſignificationem: 1. ſtat pro ciuitate terrena, 2. pro Catholica Eccleſia, 3. pro anima fideli, 4. pro Eccleſia triumphante. l. 3. c. 19. §. 5.

Quadruplex eius vaſtatio myſticè expoſita. ibidem.

Terrena ciuitas Hieruſalem reparata eſt poſt 70. annos captiuitatis. l. 3. c. 19. §. 6.

Quomodum humanum genus in primis parentibus dicatur deſcendiſſe de cœleſti Hieruſalem in Hiericho? l. 3. c. 19. §. 4.

Deus, ex ſua erga homines miſericordia, non eſt paſſus vſque in Hiericho abduci, quo peruenerat Angelus apoſtata. l. 3. c. 11. §. 1.

Diabolus, qui à ſummo ceciderat, in imum detruſus eſt, quia reparandus non erat: Homo autem quia non à ſummo corruit, non eſt poſitus in imo, ſed in medio collocatus. ibidem. Hugo Vict.

Diſpoſitio Hieruſalem per domos, plateas, murum, portas. l. 3. c. 14. §. 3.

Septem plateæ ſunt ſeptem virtutes ſeptem vitiis capitalibus oppoſitæ. ibidem.

Duæ eius portæ: porta Inferior eſt fides Catholica; Superior eſt contemplatio diuina. ibidem.

Triplicia habet ædificia. ibidem.

Digitized by Google

Prima platea eſt humilitas, 2. charitas, 3. pax, 4. lætitia, 5. largitas, 6. abſtinentia, 7. continentia. ibidem.
Singulæ oſtenduntur eſſe bipartitæ. ibidem.
Duas in toto mundo faciunt ciuitates duo amores; Hieruſalem amor Dei, Babylonem amor ſæculi. *l.* 3. *c.* 14. §. 5.
Illarum ciuitatum oppoſitio, ex Auguſtino & Hugone Victor. ibidem.
Chriſtus rex Hieruſalem; diabolus rex Babylonis. ibidem.
Abel interfectus, ſuo ſanguine primordia Hieruſalem in terra conſecrauit. ibidem.

Homo.

Sex hominis vſurpationes ex Scriptura ſacra. l. 3. *c.* 15. § 3.
Sicut duæ naturæ ſunt in homine, ita duo bona homini præparauerat Deus, vnum temporale, alterum æternum. l. 3. *c.* 8. §. 3.
Ex his bonis vnum dedit, alterum promiſit. ibidem.
Quod viſibile erat gratis dedit; quod inuiſibile erat merito quærendum propoſuit. ibidem.
Sub Deo fuit Homo conditione, ſupra mundum dignitate. ibidem.
Homo ante peccatum non habuit talem beatitudinem quæ excluderet rationem fidei. ibidem.
Congruentiæ, ob quas Deus homines præ angelis apoſtatantibus reparare decreuerit. l. 3. *c.* 11. §. 2.
Vnica tamen ratio irrefragabilis iſtius fuit Dei beneplacitum. ibidem.
S. Leo. Miſerendi noſtri cauſam Deus niſi in ſua bonitate non habuit. ibidem.
Quomodo dicatur Deus, non angelos, ſed homines longè à ſe fugientes apprehendiſſe l. 3. *c.* 11. §. 3.
Hugo Vict. De homine peccante non ſtatim (*Deus*) dedit ſententiam, ſed propoſita quæſtione dedit ei ſpatium vt cogitaret de ſua cauſa. *l.* 3. *c.* 11. §. 4.
Dum repulſus homo & à carne moleſtias, & à mente quæſtiones tolerat, graue nimirum pondus ſeipſum portat. l. 3. *c.* 13. §. 1.
Quis dignus ſit hominis *appellatione? l.* 3. *c.* 15. §. 3. 4.
Oſtenditur quomodo militia *ſeu tentatio ſit vita hominis ſuper terram. l.* 3. *c.* 15. §. 3.
Cur additur Super terram? *l.* 3. *c.* 15. §. 6.
Explicatur quomodo de homine Deum timente & mandata eius obſeruante dicat Eccleſiaſtes: Hoc eſt enim omnis homo. ibidem.
Richardus Victor. Qui ſcienter delinquit, propter contemptum diabolus eſt dicendus; ſi ignoranter, propter cœcitatem magis beſtia quàm homo dicendus eſt. ibidem.
Secundùm diuerſa genera peccatorum homo diuerſarum beſtiarum ſortitur appellationem: v. g. equi, muli, viperæ. ibidem.
Qui nimis ſe demittunt ex hominibus fiunt beſtiæ; qui nimis ſe erigunt, ex hominibus fiunt dæmones. ibidem.
Habent iuſti proprios quoſdam labores ſuos quibus aduerſus vitia militant. l. 3. *c.* 15. §. 4.
Aug. Humana natura quæ pacem fœlix cum Deo habere noluit, ſecum pugnat infelix. ibidem.
Homo per baptiſmum inſcribitur militiæ chriſtianæ, ablata quidem iniquitate,

ſed

Digitized by Google

ſed relicta ad agonem infirmitate. l. 3. c. 15 §. 6.

Quadruplex ſtatus hominis per ordinem ad bellum pacemue cum vitijs. l. 3. c. 15. §. 5.

Primus eſt ante legem, 2. ſub lege, 3. ſub gratia, 4. in pace plena. ibidem.

Homo carnalis.

Quia bona inuiſibilia ſcire non valet per experientiam, dubitat vtrum ſit aliquid quod oculis corporalibus non videt. l. 3. c. 16. §. 1.

Talis pulchrè à S. Gregorio comparatur puero in tenebricoſo carcere nato & enutrito. ibidem.

Homines naſcuntur Aegypti propter ignorantiæ tenebras. l. 3. c. 16. §. 1.

Dum ſpiritualiter renaſcuntur, fiunt Iſraëlitæ. ibidem.

Ad hoc permittitur homo in vno aliquo vitio multoties multiformiter cadere, vt per multa experimenta plenè & integrè addiſcat ab eiuſmodi ſeruitute nulla ſua virtute ſe poſſe eripere. *l. 3. Præf.* Richard. Victor.

Humanæ infirmitatis cognitio vt plena ſit, in quatuor gradibus conſiſtit, duos habens in conſideratione mali, duos in conſideratione boni. ibidem.

I.

Idumæa.

Hoc nomen ſumitur in malo, & hoc ſæculum ſignificat. l. 3. c. 17. §. 1.

Quid ſignificet deſertum Idumeæ *ſine via & ſine aqua?* ibidem.

Si quid boni ibi percipitur, non eſt à deſerto, ſed ab illo qui populum ſuum viſitare dignatus eſt in deſerto. ibidem.

Idumæa deſertum eſt malum; deſertum Cades eſt bonum. l. 3. c. 17. §. 6.

Vtrumque per contrapoſitionem explicatur. ibidem.

Ignorantia.

Ignorantia non dicitur niſi tunc ſolùm cùm id quod ignorari non debuiſſet, neſcitur. *l. 3. c. 9. §. 2.* Hugo Vict.

Indigere.

Adam in paradiſo fuit ſine omni indigentia. l. 3. c. 9. §. 4.

Minùs alio habere non ſemper eſt indigere, ſed re aliquâ cùm eam habere oportet, carere. ibidem.

70. Interpretes.

Meritò creduntur accepiſſe propheticum ſpiritum, vt ſi quid eius authoritate mutarent, atque aliter quam erat quod interpretabantur, dicerent, neque hoc diuinitùs eſſe dictum dubitaretur. *l. 3. c. 6. §. 3.* Aug.

Inuidia.

Quinam cenſuerint primum peccatum angelorum fuiſſe inuidiam erga hominem conditum? l. 3. c. 5. §. 3.

Opinio iſta refellitur. l. 3. c. 6. §. 4.

†††††††

Ioannes Baptiſta.

Eapropter zonam pelliceam circa lumbos habuit, vt ex traduce peccati ſe mortalem veniſſe recoleret, & de eo quòd Chriſtus putabatur minimè ſuperbiret. l. 3. c. 12. §. 4.

Ioannes Suiſſer, vulgo Calculator.

A Cardano fuit catalogo ingeniorum inſcriptus. l. 3. c. 9. §. 5.
Senectute confectus, vſque adeò repueruit, vt nec ſua dum legeret inuenta, intelligeret. ibidem.

Iordanis.

Baptiſmum ſignificat. l. 3. c. 19. §. 4.
Quid nobis ſignificet pars eius ſuperior permanens, quid pars inferior defluens? ibid.

Ioſue.

Introductor populi Iſraelitici in terram ſanctam, typus fuit Chriſti introducentis populum ſuum in Eccleſiam militantem ac triumphantem. l. 3. c. 19. §. 1.
Plures exiſtimant filium Naue priùs fuiſſe nominatum Auſes, *qui poſtea* Ieſus *eſt cognominatus.* ibidem.
Vult Hieronymus eum non Auſes, *ſed* Oſee *priùs fuiſſe appellatum.* ibidem.
Oſee *ſaluatorem*, Ioſue *Saluatorem Domini ſignificat.* ibidem.
Quomodo Ioſue typum Chriſti geſſit? ibidem.
Viuente Ioſue Hebræi propitium experti ſunt Deum, quia fideliter Deo ſeruierunt. l. 3. c. 19. §. 2.
Tempore Iudicum, plures propter liberationem populi de diuerſis ſeruitutibus, Saluatores *dicti ſunt.* ibidem.
Attamen principaliter ſaluauit, qui & Saluatores *ſuſcitauit, & in ipſis dimicauit.* ibidem.
Sicut Ieſus Naue *populum de Aegypto liberatum introduxit in terram promiſſam, ita* Ieſus Ioſedech *eundem populum de Babylone liberatum, reduxit eodem. l. 3. c. 19. §. 6.*

Iſraëlitæ.

Vide verbo Hebræi.

Iuniperus.

Petrus Damiani. Ferunt lignum hoc ignem adeo longo tempore conſeruare, vt ſi prunæ eius fuerint cineribus adopertæ, vſque ad annum ignitæ perueniant. *l. 3. c. 18. §. 4.*

L.

Leonardus Leſsius.

Leſsio & Vaſquio exprobrat Gibeuſius quòd inter primos ſanctitatem doctrinæ de libertate violauerint, quâ docetur, Potentiam peccandi non eſſe libertatem, aut partem eius. l. 3. c. 32. §. 6.

Digitized by Google

Leuitica tribus.

Non eſt numerata cum aliis Numerorum 2. neque poſita ſumma Leuitarum cum filijs Iſrael. l. 3. c. 18. §. 1.

Cæteris in deſerto proſtratis ad terram promiſſionis tribus Leui incolumis & illibata pervenit. ibidem.

Quid per hoc myſticè deſignetur? ibidem.

Liber. Libri.

Liber quartus Eſdræ etſi non eſt Canonicus, non idcirco ſpernendæ autheritatis. l. 3. c. 8. §. 2.

Veteres Eccleſiæ Patres frequenter eius teſtimonijs vſi ſunt. ibidem.

Imo Eccleſia inde ſumpſit introitum miſſæ feriæ 3. Penteceſtes. ibidem.

Liber Sapientiæ *temerè à Ruperto vt apocryphus repudiatur. l. 3. c. 12. §. 3.*

Liberum arbitrium. Libertas.

Quomodo intelligendum quod Magiſter Sentent. & aliqui alij docent, Liberum arbitrium ad ſola futura referri? *l. 3. c. 3. §. 5.*

Quid de libertate ad meritum vel demeritum neceſſaria ſenſerit Hugo Victorinus. ibidem.

Liberum arbitrium creaturæ in primo inſtanti creationis poteſt moueri ad bonum merendo, non autem ad malum peccando, ſi tamen natura ſit integra. S. Thomas. *l. 3. c. 3. §. 6.*

Certum eſt Deum & omnes ſanctos perfectam habere arbitrij libertatem, qui tamen non habent peccandi poſſibilitatem. ibidem.

Libertas viatorum non includit, imò nec coexigit poſsibilitatem tranſgrediendi. ibid.

Vaſquez & Leſsius à Gibenſio taxantur tanquam qui non ſint veritâ violare ſanctitatem doctrinæ quæ tradit, Peccandi potentiâ non eſſe libertatem nec partem eius. ibid.

Anſelmus Cantuarienſis ſuum Dialogum de libero arbitrio exorſus eſt ab iſto titulo: Quod poteſtas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrij. *l. 3. c. 3. §. 6.*

Liberum arbitrium (*creatum ſcilicet*) eſt facultas rationis & voluntatis, quâ bonum eligitur gratiâ aſſiſtente, vel malum eadem deſiſtente. *l. 3. c. 4. §. 2.* Magiſter Sentent.

Doctrina, D. Thomæ de inflexibilitate arbitrij Angelici poſt electionem ſemel factam, patitur multas exceptiones vel reſtrictiones, etiam fatentibus Thomiſtis. l. 3. c. 4. §. 6.

Ludouicus Viues.

Mentem Auguſtini malè interpretatur. l. 3. c. 3. §. 2.

M.

Malachias.

Hoc nomen interpretatur Angelus meus, *ſive* Nuntius meus. *l. 3. c. 8. §. 5.*

Digitized by Google

Maledictio.

Discrimen inter maledictionem Adæ, & Caini, quod Adæ maledictio in terram, Caini in propriam personam directa sit. l. 3. c. 12. §. 4.

Irenæus. Protoplasti non sunt à Deo maledicti ne in totum perirent; omnis maledictio decurrit in serpentem qui seduxerat eos. ibidem.

Mansiones, seu castrametationes.

Populi Israëlitici ex Aegypto egredientis fuerunt 42. l. 3. c. 18. §. 1.

Quomodo repræsentent mansiones populi Christiani per desertum huius mundi peregrinantis ad cælestem patriam. ibidem. §. 1. 2. 3.

Quibus nominibus expressæ sint; & quid singulæ istæ mansiones mystice significent? ibidem. §. 3. 4. 5. 6. 7.

Mysterio non vacat, quòd mansiones totidem sint, quot generationes, quibus Matthæus genealogiam Christi pro nostra salute descendentis, comexit. l. 3. c. 18. §. 1.

Numerus quadragesimus secundus ex denario, quaternario, & binario exurgens, significat eum qui de Aegypto ad terram promissionis pervenire festinat, pace per denarium, iustitiâ per quaternarium, charitate per binarium armari debeat. ibidem.

Christus ad Virginem, Israel ad Iordanem, Christianus ad cælum pari mansionum numero deveniunt. ibidem.

Debemus per ea per quæ descendit Christus ascendere, & primam nobis eam mansionem quàm ipse novissimam habuit ædificare. §. 2.

Quomodo in via spirituali possit aliquis ire simul & manere? ibidem.

Petrus Damiani. Manere debemus per fixum nostræ professionis propositum, & ire semper per meliorandæ conversationis, & cumulandi profectus augmentum. ibidem.

Magister Sententiarum.

In plerisque secutus est Hugonem Victorinum. l. 3. c. 9. §. 6.

Mare.

Mare rubrum & Iordanis sunt extremi limites peregrinationis Hierosolymitarum. l. 3. c. 17. §. 1.

Per mare rubrum baptismus *designatur.* ibidem.

Aquæ maris amaræ sunt valdè, unde mare rubrum amaritudinem denotat pœnitentiæ. l. 3. c. 17. §. 6.

Cui dicatur mare rubrum divisi, & cui non? ibidem.

Messala Coruinus.

Oratorum sui ævi nobilissimus, biennio ante obitum adeo obliviosus evasit, ut proprium suum nomen ignoraret. l. 3. c. 9. §. 5.

Militia Spiritualis.

Petrus Damiani. In procinctu spiritalis militiæ constitutis, modo amara dulcibus, modo dulcia miscentur amaris. l. 3. c. 18. §. 3.

Digitized by Google

Miſſa.

Secundum differentiam trium partium Eccleſiæ, ſunt tres miſſarum differentiæ, vt alia dicatur de Sanctis, *alia* de tempore, *alia* de defunctis. *l. 3. c. 20. §. 5.*

Quare diuerſimodè finiant illæ miſſæ? ibidem.

Moab.

Semel eſt nomen ciuitatis, ſemel nomen prouinciæ. l. 3. c. 18. §. 4.

Modus.

Quis ſenſus iſtius Axiomatis: Modus operandi ſequitur modum eſſendi? *l. 3. c. 3. §. 5.*

Molina.

Auguſtini ſententiam de diebus primæ creationis explodit, & ab aliis Patribus & Doctoribus reprobari, falsò aſſerit. l. 3. c. 1. §. 1.

Ex S. Thoma oſtenditur falſum eſſe quod Molina dixit: Auguſtinum ſuâ expoſitione Scripturam ſacram ludibrio infidelium exponere. §. 2.

Angelico Doctori notam oblinionis aſpergit. l. 3. c. 1. §. 3.

Admittit dæmones poſt lapſum non modico tempore in via hæſiſſe. l. 3. c. 6. §. 6.

Prælium inter angelos bonos & malos putat duraſſe non modico tempore conſumpto, multis diſceptationibus vltrò citroque habitis. ibidem.

Temerè affirmat aſſertores inſtantanei huiuſce prælij dare anſam irriſionum. ibidem.

In eo quod aſſerit angelos poſt lapſum in via hærentes non potuiſſe reſipiſcere, potuiſſe tamen peccare & demereri, repugnat ſuæ doctrinæ alibi traditæ de hominibus obduratis. ibidem.

Mundus.

Iuxta Auguſtinum, non eſt factus in tempore; ſed cum tempore. l. 3. c. 1. §. 1.

Vide verbo Creatio. Angelus.

In mundo iſto inter paradiſum & infernum conſtituti, à diuerſis ad diuerſa trahimur, & diuerſis funiculis. l. 3. c. 16. §. 5.

Mundus ad aliquid totus Dei erat, & ad aliquid totus diaboli. ibidem.

Contentio Dei & diaboli pro mundo obtinendo, ex Hugone Victorino pulcherrimè repræſentatur. ibidem.

Hic mundus eſt deſertum inter abundantiam mali, & inopiam boni. l. 3. c. 17. §. 5.

N.

Nicodemus.

Eius nomine fertur hiſtoria de Paſſione & reſurrectione Domini. l. 3. c. 11. §. 6.

Lorinus quædam ſubderidet quæ ex illa hiſtoria de Adamo referuntur. ibidem.

Noe.

Ambros. Qui primus in veteri Scriptura Iustus pronuntiatus est, decimus à Protoplasto inducitur. *l.* 3. *c.* 18. §. 1.
Quid istud significet? ibidem.

Nomen.

Mutationes nominum diuinitùs factæ pignora sunt benedictionum per nomina significatarum. *l.* 3. *c.* 19. §. 1.
Quod sit discrimen inter nomina Osee, *&* Iosue? ibidem.

Numerus.

Mansionum seu castrametationum populi Israelitici in deserto 42. *correspondet numero generationum quibus Christi genealogia apud Matthæum contexitur.* *l.* 3. *c.* 18. §. 1.
Ambros. Numerus denarius mysticus est, & non mediocriter à Moyse commendatus. ibidem.
Numerorum qui vnitatem sequuntur perfectissimus est denarius. ibidem.
Nouenarius numerus, lites, dissidia, bellaque diuinis indicat oraculis; Vnitas nouenario superueniens denarium perficit; & pacem amicitiamque designat. ibidem.
Quaternarius quoque mysticus est & in Scriptura commendatus. ibidem. *Iustitiam designat.* ibidem.
Ambros. Quaternioni insunt omnia, punctum, linea, superficies, soliditas, mensuræ vniuersorum. ibidem.
Binarius numerus non est etiam expers mysterij. ibidem.
Per denarium numerum Lex significatur quæ in decem verbis consistit. *l.* 3. *c.* 18. §. 4.

O.

Onus.

Quid Onus Babylonis? Onus Ægypti? *&c.* *l.* 3. *c.* 14. §. 6.
Vndecim onera huiusmodi apud Isaiam explicantur. ibidem.
De illis tractant Aelredus, Iulianus Toletanus. ibidem.
Tria sunt onera onerum, vanitas, iniquitas, calamitas. ibidem.

Origenes.

Chr alios & alios mundos ante hunc conditos, ac sæculorum reuolutiones finxerit? *l.* 3. *c.* 1. §. 4.
Angelos humanæ custodiæ deputatos, existimat in die extremi iudicij præmium vel pœnam pro bene vel malè functo ministerio recepturos. *l.* 3. *c.* 5. §. 1.
Errauit negando veras naturalesque aquas interpositione firmamenti die secunda separatas. ibidem.
Eius octo execranda dogmata enumerat Hieronymus Epist. 61. *ad Pammachium.* ibidem.

Digitized by Google

Quo fine poſuerit Origenes animas omnium hominum Angelis coæuas, & pro meritis anterioris vitæ in corpora fuiſſe detruſas? l. 3. c. 7. §. 2.
Primus ipſe è Chriſtianis hunc errorem tradidit. ibidem.
Eundem refellit S. Thomas lib. 2. contra Gentes. ibidem.
Quinque eius dogmata & ſenſa ex S. Thomæ teſtimoniis eruuntur. ibidem.
Refellitur eius dogma quod ponit, humanas animas ex ſua natura pares eſſe Angelicis ſpiritibus. l. 3. c. 7. §. 3.
Suum dogma de animatis animâ rationali ſyderibus & corporibus cœleſtibus hauſit ex Platonicorum cellariis. ibidem. §. 4.
Nec Auguſtinus nec S. Thomas ſuo ævo illud putauerunt eſſe hæreticum. ibidem.
Eſſet tamen temerarium iſtud aſſerere. Plures etiam vt hæreticum illud dogma reprobauerunt, ſed non apparet id eſſe verum. ibidem.
Aliquot Patres qui viſi ſunt eidem dogmati adhærere, vt Hieron. Ambroſ. Aug. ab illo vendicantur. ibidem.
Origenem non niſi dubitanter id tradidiſſe, apparet ex Prologo in librum 1. Periarchon. ibidem.
In quinta Synodo generali Origenes nominatim anathematizatur cum ſuis Scriptis & Complicibus, ſed nulla ibi eius dogmata, vel ſcripta in particulari deſignantur. ibidem.
Quid de octo eius Anathematiſmis ſentiendum? ibidem.
Etiam dogma de incorporatione animarum ob noxas in anteriori vita patratas, ex Ethnicis Philoſophis eſt depromptum. l. 3. c. 7. §. 5.
In eo videri poteſt Origenes Platonizaſſe. ibidem.
Reprobat iſtud dogma Auguſtinus vt improbabile & vanitatis fabulam. ibidem.
Item dicit non eſſe catholicum. ibidem.
Cùm Euthyches & Priſcillianus prædictum Origenis errorem in Eccleſiam reuehere tentarent, obuiauit S. Leo. ibidem.
Item Concilium Bracharenſe, & adhuc antè Synodus Cæſar-Auguſtana ſub Damaſo. ibidem.
Contra iſtum errorem Origenis S. Auguſtinus & S. Thomas vrgent illud Apoſtoli Rom. 9. v. 11. Cum nondum nati fuiſſent. ibidem.
Dogma Platonicorum per Origeniſtas & Priſcillianiſtas reſuſcitatum, explosum repudiatumque *pronuntiat Auguſtinus. l. 3. c. 8. §. 1.*
Non eſt audiendus nuperus Origenis Apologiſta Petrus Halloix, qui Auguſtino ea in re contradicit. ibidem.
Vide verbo Petrus Halloix.

P.

Paradiſus.

Non eſt improbabile, etiam durante innocentiæ ſtatu, quoſdam homines extra paradiſum naſcituros & victuros. l. 3. c. 4. §. 4.
Paradiſus terreſtris typus fuit & vmbra paradiſi cœleſtis. l. 3. c. 9. §. 4.
Quid rexta eundem typum ſignificauerit romphæa verſatilis, ante paradiſi portam poſita? ibidem.
Paradiſus terreſtris non procul inde fuit plantatus vbi protoplaſti poſt ejectionem habitarunt. l. 3. c. 12. §. 6.

Peccatum.

Interdum aliquod eſt in homine quod eum latet, vel ignorat eſſe mortale. l. 3. c. 17. §. 5.
Propterea adhibenda eſt contritio. ibidem.
Quarto peccati incremento fit vt nullus veniæ locus ſit, ſcilicet cum cogitationi ope-ri conſuetudo, conſuetudini adjicitur defenſio. l. 3. c. 12. §. 2.
Nihil eſt tam familiare peccantibus, quàm tribuere Deo velle vndecunque accuſantur. l. 3. c. 11. §. 5.
Peccati nomine antonomaſticè intelligitur infidelitas. l. 3. c. 13. §. 5.

Pelagius. Pelagiani.

Cenſuit Pelagius ſtatum naturæ non poſſe mutari peccato, quippe ſubſtantiæ vitio. l. 3. c. 9. §. 5.
Statum præſentem cum priſtino æquiparauit non quoad omnia, ſed quoad aliqua tantum. ibidem.
Pelagiani æquiparabant infantes iam natos Adamo non quòd hic fuiſſet ſine vſu rationis conditus, ſed quod iſti ſimiliter cum vſu rationis naſcerentur. ibidem.
Non ſolùm affingebant infantibus vſum rationis, ſed & peccata perſonalia, probantes ex luctu Iacob & Eſau in vtero materno. ibidem.
Non tamen omnes Pelagiani, ſed aliqui tantùm ſic ſentiebant. ibidem.
Hæreticam Pelagianorum perſuaſionem Proſper aſſimilat primorum parentum perſuaſioni, quâ putabant ſe fore Deo pares. l. 3. c. 13. §. 4.

Peregrinatio. Peregrini.

Fuerit ne Angelorum peregrinatio eorum creationi coæua? l. 3. c. 2. per totum.
Referuntur argumenta quæ videntur probare partem negatiuam. l. 3. c. 2. §. 1. 2. 3. 4. 5.
Reſoluitur affirmatiuè. §. 6.
Cur inter prima coæua potiùs numeratur tempus, quàm peregrinatio angelorum? l. 3. c. 3. §. 4.
Quantæ durationis fuerit peregrinatio angelorum? l. 3. c. 5. per totum.
Opinio Origenis fuit, quòd duraret vſque ad diem extremi iudicij. l. 3. c. 5. §. 1.
Illa opinio iam ab omnibus eſt exploſa. l. 3. c. 6. §. 1.
Non bene infertur ex Scripturis & Patribus dicentibus, imminere adhuc angelis ſpectatis condemnatoriam ſententiam in die extremi iudicij pronuntiandam. §. 2.
Peregrinationi non repugnat qualiſcunque beatitudo, ſed tantùm facialis patriæ. l. 3. c. 3. §. 2.
De peregrinatione ærumnali & per modum exilij inflicta intelligit Aug. dum ait, Sanctos Angelos nunquam fuiſſe peregrinatos. ibidem.
Item quando dicit, Noſtræ peregrinationis cauſam eſſe peccatum. ibidem.
Humana peregrinatio hoc commune habet cum angelica, quòd non localibus gradibus, ſed moralibus affectibus peragatur. l. 3. c. 7. §. 1.
Humanæ peregrinationis exordium poſt angelicæ peregrinationis completionem ſtatuendum eſt. l. 3. c. 7. §. 2.

Quem

Quinam tenuerunt oppoſitum ? ibidem.

Iſtud exordium non fuit ante conſtitutionem hominis ex anima & corpore, proinde nec ante ſextum diem. l. 3. c. 7. §. 6.

Humana peregrinatio fuit homini coæua. l. 3. c. 8. §. 6.

Ad meritoriam peregrinationem prærequiritur ſtatus viæ, libertas arbitrij, & opitulatio gratiæ. l. 3. c. 8. §. 3.

Referuntur argumenta quibus videtur probari quòd iſtæ tres conditiones non fuerint in Adamo. l. 3. c. 9. per totum.

Primi parentes ſuam peregrinationem inchoarunt eodem momento quo reſpectiuè creati ſunt. l. 3. c. 10. §. 1.

Eorum peregrinationem in Paradiſo, quidam nimis contrahunt, alij plus æquo extendunt. l. 3. c. 10. §. 2.

Quanta fuerit facilitas & fœlicitas Adami peregrinantis in paradiſo. l. 3. c. 10. §. 6.

Hominem deſcendentem de Hieruſalem in Hiericho Deus miſericorditer non eſt paſſus peruenire vſque in Hiericho, quò angelus apoſtatans fuerat relegatus. l. 3. c. 11. §. 1.

Quam diuturna fuerit Adami ærumnoſa peregrinatio ? l. 3. c. 12. §. 6.

Hieroſolymitanæ peregrinationis ſtadium eſt eremus ſeu deſertum. l. 3. c. 17. §. 7.

Eius extremi limites ſunt Mare rubrum *&* Iordanis, *id eſt, baptiſmus & mors corporalis.* ibidem.

Tota hæc vita eremus eſt & tentatio. ibidem.

Quomodo conueniat cum deſerto Idumææ inuio & inaquoſo ? l. 3. c. 17. §. 2.

Terra in quam tranſlati ſunt Iudæi dicitur Iudæa, cum ante Chananæa diceretur : ſimiliter hic mundus, in quem de paradiſo relegati ſunt Deſertores Dei, *merito vocatur* deſertum. *l. 3. c. 17. §. 3.*

Peregrinantibus de Aegypto ad cæleſtem patriam 42. manſiones faciendæ ſunt in deſerto huius mundi. l. 3. c. 18. §. 1. 2. 3.

Quid per ſingulas ſignificetur ? ibidem. *§. 3. 4. 5. 6. 7.*

Verus Iſraëlita qui de ſæculi huius Aegypto ad terram viuentium peruenire feſtinat, pace per denarium, iuſtitiâ per quaternarium, charitate per binarium armari debet. l. 3. c. 18. §. 1.

Prolixa Hebræorum peregrinatio non in montibus, ſed in campeſtribus deſijt. l. 3. c. 18. §. 7.

Quid iſtud ſignificet ? ibidem.

Peregrinatio & captiuitas Hieroſolymitarum in communi duratura eſt vſque ad finem ſæculi. l. 3. c. 19. §. 6.

Incolatus peregrinatio eſt. l. 3. c. 20. §. 1.

Peregrinatio hominum non vltra mortem protenditur : vnde nec in purgatorio, nec in limbo olim animæ peregrinabantur. l. 3. c. 20. §. 4.

De lege ordinaria peregrinatio noſtra huic vitæ mortali commenſuratur. l. 3. c. 20. §. 6.

Moyſes & Paulus, ſi Deum clarè viderunt in hac vita, pro modico illo tempore non fuerunt peregrini nec viatores. ibidem.

Core & Datan non vſque ad mortem ſunt peregrinati. ibidem.

Num Henoc & Helias ſint adhuc in ſtatu peregrinandi ? vtrimque diſputatur. ibidem.

Hæc eſt doctrina optima atque adeò prima, ſcire nos eſſe inquilinos in vita præſenti. *l. 3. c. 20. §. 5.* Chryſoſt.

SS. Petrus & Paulus corpus noſtrum appellarunt Tabernaculum, *tanquam pere-*

†††††††

grinantium tentorium. l. 3. c. 20. §. 6.

Electi peregrinantur aliquando in terra non sua, iuxta illud quod Genesis cap. 15. dicitur Abrahæ: Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. Præf.

Istud ex Richardo Victor. pulchrè exponitur iuxta mysticam intelligentiam. ibidem.

Pererius.

Nimis supercilicosus censor, dum sententiam de successiua rerum creatione (quam Augustino dicit contrariam) certæ & indubitatæ veritatis esse censet. l. 3. c. 1. §. 2.

Falsò affirmat D. Thomam magis propendere in sententiam Augustino contrariam. ibidem.

Citans eundem D. Thomam, subdolè aliqua supressit. ibidem.

Petauius.

Vide suprà verbo Dionysius.

Petrus Halloix.

Nouellus Origenis Apologista & defensor. l. 3. c. 8. §. 1.

Asserit, Augustino reclamante, nihil à Scriptura aut definitione Ecclesiæ fuisse certum super dogmate Origenis quando de eo desseruit. ibidem.

Cum allegasset ex Augustino aliqua verba, dicit ea esse falsissima. ibidem.

Dicit de Hieronymo, Epiphanio, Theophilo Alexandrino, quòd cùm ex causis inimicitiarum toti ferrentur contra Origenem, locum apud eos inuenerit quicquid ab Arrianis in Origene fuit corruptum. ibidem.

Ex zelo defendendi Origenem, sextam & septimam Oecumenicas Synodos, vnà cum quinta, erroris arguit. ibidem.

Canone 11. Quintæ Synodi Origenes nominatim anathematizatur. ibidem.

Verendum fuit Halloxione anathema Gregorij Papæ incurrat, dum vult soluere Origenem, quem Synodus liganit. ibidem.

Pharao.

Interpretatur Negans eum, *scilicet Dominum. l. 3. c. 16. §. 3.*

Per Pharaonem diabolus designatur. ibidem.

Quid significent lutum, palea, later, in quibus filij Israël Pharaoni in Aegypto seruierunt. l. 3. c. 16. §. 2. 3. item. *cap. 18. §. 3.*

Philo Iudæus.

Eum sæpè imitatur S. Ambrosius. l. 3. c. 7. §. 4.

Cum Platonicis adeo symbolizat vt vulgò dicatur, Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. ibidem.

Hieron.

Platonici.

Eorum sententiæ apud Patres primorum sæculorum magis receptæ erant quàm Peripateticorum. l. 3. c. 5. §. 2.

A Platonicis hausit Origenes dogma istud de animatione syderum & corporum cælestium. l. 3. c. 7. §. 4.

Digitized by Google

Pœnitentia.

Sacramentum Pœnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium. l. 3. c. 19. §. 4.

S. Proſper.

Semper fideliſſimus Auguſtinianæ doctrinæ defenſor ac ſectator fuit teſte Suarez. l. 3. c. 13. §. 5.

Eapropter inter Patres qui poſt exortos Semipelagianos pro gratia Dei ſcripſerunt maximam poſt Auguſtinum authoritatem obtinuit. ibidem.

Purgatorium.

Deſignatur per terram plenam correptione Domini. l. 3. c. 20. §. 1.

Vtrum animæ exiſtentes in purgatorio peregrinentur? ibidem.

Afferuntur argumenta quæ id videntur ſuadere. ibidem.

Reſoluitur negatiuè. l. 3. c. 20. §. 4.

In purgatorio eſt ſolum malum, ſed non ſummum. l. 3. c. 20. §. 2.

Doctrinam de purgatorio & ſuffragiis pro defunctis tradidit Auguſtinus non velut dubiam, ſed exploratam & vniuerſæ Eccleſiæ conſenſu firmatam. l. 3. c. 20. §. 3.

Carcer purgatorium & limbus Patriarcharum inter vtramque ciuitatem mediant, & de vtriuſque qualitatibus quadantenus participant. l. 3. c. 20. §. 6.

Quanti momenti ſit ſecuritas quam habent animæ in purgatorio? ibidem.

Purgatorium, limbus, & via huius vitæ inter ſe comparantur, & in quibus differant, oſtenditur. ibidem.

Animæ in purgatorio fidem habent, actuſque eius, ſicut aliarum virtutum Theologicarum exercent: non tamen per fidem ambulant. ibidem.

R.

Rupertus.

Affirmat Angelos extra cœlum fuiſſe creatos. l. 3. c. 1. §. 5.

In materia de Angelis à communi ſententia in multis diſcrepat. ibidem.

Temerè reuocat in dubium ſalutem Primorum parentum ab Eccleſia pene tota creditam. l. 3. c. 12. §. 3.

Item temerè librum Sapientiæ *vt apocryphum repudiat qui tanto ante in canonem recipi meruerat.* ibidem.

S.

Salianus.

Graues authores tam antiquos quam recentiores, qui Auguſtini ſententiam de ſimultanea rerum creatione tenent, labefactatos *dicere præſumpſit.* l. 3. c. 1. §. 2.

Eandem ſententiam à Molina erudite refelli affirmat. ibidem.

Salmeron.

Affirmat Angelos de cœlo non fuisse præcipitatos, nisi priùs à Dei benignitate diu inuitatos & expectatos ad pœnitentiam. l. 3. c. 6. §. 5.

Immeritò pro illa opinione citat Bernardum, Gregorium Nyssenum, Hieronymum. ibidem.

Eius opinio à Suarez iudicatur valde noua & singularis. ibidem.

Constanter asserit potuisse angelos resipiscere: quòd verò aliqui ex peccatoribus de facto saluati fuerint, non audet affirmare, quamuis non multum repugnet, teste Suarez. ibidem.

Etiam in eo fallitur, quòd angelorum viam protendat per diuturnam moram quam comminiscitur. l. 3. c. 6. §. 6.

Salomon.

Mysticè Christum designat. l. 3. c. 16. §. 4.

Triplex visio mystici Salomonis ad quam ex totidem mansionibus Aegypti peruenitur. ibidem.

Scripsit tres libros, Prouerbia *ad instruendam fidem,* Ecclesiasten *ad corroborandam spem,* Cantica Canticorum *ad dilatandam charitatem.* l. 3. c. 13. §. 5.

Scriptura sacra.

Non potest iuxta vllum sensum à spiritu Sancto intentum astruere quod falsum est. l. 3. c. 9. §. 6.

Dicere, verbum aliquod in Scriptura redundare, est graue nefas. l. 3. c. 9. §. 3.

Sin.

Sumitur semel generaliter pro tota solitudine, quæ est à mari rubro vsque ad montem Sinai: & semel specialiter pro loco vbi Israelitæ fecerunt octauam mansionem. l. 3. c. 18. §. 4.

Quod discrimen in significatione nominum Sin *&* Sinai? ibidem.

Soliloquia.

Quæ sub nomine Augustini circumferuntur, licet fortè eius non sint, hominis tamen sunt non mediocriter Augustiniani. l. 3. c. 7. §. 6.

Somnus.

An Protoplasti in statu innocentiæ somno indulserint? l. 3. c. 10. §. 1.

Somnus tunc non absorbuisset vigilantiam mentis, prout nunc facit in nobis. ibidem.

Stabilitas.

Cum cætera elementa semper fluctuare soleant, sola terra in æternum stat; vnde congruè satis cordis stabilitatem designat. l. 3. Præf.

Hugo Vict. Quàm bonum est esse stabilem in bono proposito, tam malum est esse stabilem in proposito malo: illud est constantiæ, istud pertinaciæ. ibidem.

Digitized by Google

Suarez.

Vide supra verbo Franciſcus.

Superbia.

Primum vitium eſt recedentibus, vltimum redeuntibus. l. 3. c. 17. §. 4.
Vna eſt ex filiabus Loth, quæ ipſum etiam in cacumine montis ſtrauit. ibidem.
Eſt vitiorum regina. l. 3. c. 17. §. 5.
Denotatur per Aſſyrium ponentem duo ſigna, arrogantiam & præſumptionem. l. 3. c. 19. §. 5.
Eſt prima platea Babylonis, eamque cœpit diabolus ædificare. l. 3. c. 14 §. 3.
Vide verbo Babylon. Diabolus.
Superbiendo inuidus, non inuidendo quiſque ſuperbus eſt. *l. 3. c. 6. §. 4.* Aug.
Superbia vocatur mater inuidentiæ, ſuffoca matrem & non erit filia. ibidem. Idem.
Peior damnabiliorque eſt ſuperbia, quâ etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur. *l. 3. c. 11. §. 5.* Idem.
Superbia habet confuſionis deformitatem, & non habet confeſſionis humilitatem. *l. 3. c. 12. §. 1.* Idem.
Homo eùm per ſuperbiam Deus eſſe appetiit, vſque ad belluarum mortalitatem dejectus eſt. *l. 3. c. 12. §. 4.* Eucherius.
Superbia cauſa eſt cur etiam prædeſtinati permittantur in peccatum incidere & peregrinari in terra non ſua. *l. 3.* Præf.
Vaſa miſericordiæ cum incipiunt de ſuis meritis intumeſcere, pia Dei diſpenſatione permittuntur cadere, vt diſcant humiliter ſapere, & de infirmitate ſua vera ſentire. ibidem. Hugo Vict.

T.

Tatianus.

Hæreſiarcha, primus negauit Adamum fuiſſe reparatum & ſaluatum. l. 3. c. 11. §. 4.
Hic ex Iuſtini Martyris auditore, factus eſt Encraticorum ſectæ conditor. ibidem.
Vide verbo Adam.

Tempus.

Cur inter quatuor prima coæua muneretur? l. 3. c. 3. §. 4.
Quo ſenſu Apoſtolus (Rom. c. 16. v. 25.) vocat tempora æterna? ibidem.
Item quomodo vocat Tempora ſæcularia, *ad Timotheum & Titum?* ibidem.
Quo ſenſu intelligendum dictum iſtud Auguſtini: Tempus non cœpit ex tempore. ibidem.

Tentatio.

Sæpè virtutibus admiſcetur vt laborioſo Chriſti militi merces vberior acquiratur. l. 3. c. 18. §. 5.
Quòd perfectis tentatio non deſit diuinæ eſt cautelæ prouidentiæ, ne à recto diflectendi bonis ſucceſſibus anſam arripiant. l. 3. c. 18. §. 7.
Vt quis alienæ infirmitati condeſcendat, multum iuuat conſideratio tentationum quibus ipſe eſt obnoxius. ibidem.

Digitized by Google

Petrus Damiani. Stimulus tentationis ad cuſtodiam adhibetur humilitatis. ibidem.
Carni quæ tentatur neceſſe eſt vt præſidens ſpiritus principetur, vt quum illa abijcit pugnam, iſte quaſi deſuper intentet minaciter virgam, dum rigidi terroris adhibet diſciplinam. l. 3. c. 18. §. 5.
Anima vbi tentationes ſuperauit, vires inferiores premere audet. ibidem.
His qui ad cœleſtem patriam tendunt, tentationes deeſſe non poſſunt. ibidem.
Vita hominis ſuper terram eſt militia ſeu tentatio. *l. 3. c. 15. §. 3.*

Terra.

Eſt octuplex iuxta Hugonem Victorinum. l. 3. Præf.
Terra plena gloriæ Domini quæ? ibidem.
Terra plena gratiæ quæ? ibidem.
Terra plena miſericordiæ quæ? ibidem.
Terra plena iræ Domini quæ? ibidem.
Terra plena furoris quæ? ibidem.
Terra plena correptionis purgatorium ſignificat. ibidem. *& c. 20. §. 1.*
Terra plena ſuſtentationis Domini quæ? ibidem.
Terra plena voluptatis quæ? ibidem.
Locus humanæ peregrinationis eſt terra. ibidem.

Theophylus Raynaudus.

Tam inaniter ſudat vt Vaſquium & Leſſium ab Exprobratione Gibeuſij vindicet, quàm aliàs ſudauerat pro expurgando Valeriano Cemelienſi. l. 3. c. 3. §. 6.

V.

Vaſquez.

Vide ſuprà verbo Gabriel.

Via.

De Via ſeu itinere trium dierum. l. 3. c. 16. §. 4.
In Babylone conſtituti nonniſi per crebras claudicationes viam ad Deum poſſunt permetiri. l. 3. c. 14. §. 7.
Melius it claudus in via, quàm curſor præter viam. *l. 3. c. 14. §. 6.*
Aug. Ambroſ. In via Dei feſtinam oportet eſſe progreſſionem, vt diabolo, qui ſtat ſemper à dextris quo ſanctis aduerſetur, cæptum iter impediendi ſpatium non relinquatur. *l. 3. c. 18. §. 5.*

Virtus.

Regina virtutum eſt humilitas. l. 3. c. 17. §. 5.
Quos ſub ſe daces habet, & quos exercitus? ibidem.
Hieron. Virtutes hærent ſibi, & inter ſe ita nexæ ſunt, vt qui vnâ caruerit, omnibus careat. *l. 3. c. 18. §. 7.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google